# DICTIONARIVM HEBRAICVM NOVVM, NON EX RABINORVM COMMENTIS, NEC NOSTRATIVM DOCTORVM

*ſtulta imitatione deſcriptum, ſed ex ipſis theſauris ſacrorum Bibliorum, & eorundem accurata locorum collatione depromptum, cum phraſibus ſcripturæ Veteris & Noui Teſtamenti diligenter annotatis,*

Autore Ioanne Forſtero Auguſtano, ſacræ Theologiæ Doctore, ac Hebraicæ linguæ profeſſore in Academia Vuitebergenſi.

Cui nunc primum in fine additus eſt omnium uerborum, nominum, aliarumq́; uocum à ſua radice quoquomodo uariantium, index imprimis ab huius linguæ ſtudioſis exoptatus.

FRO BEN

IESV * BIBL. SOC. COLL. ROM. IHS

BASILEAE M·D·LXIIII·

*Cautum priuilegio Imp. Maieſt. ne quis imitetur.*




VIVA IMAGO REVERENDI VIRI IOANNIS FORSTERI,
SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS, AC HEBRAICAE LINGVAE PROFESSORIS ORDINARII, OLIM IN SCHOLA VVITEBERGENSI, ANNO M. D. LVI.
ET AETATIS SVAE LXI.

**ILLVSTRI, MAGNIFICO, ET GENE-
ROSO DOMINO, D. VLRICO FVGGERO, COMITI IN
KIRCHBERG ET VVEISSENHORN, &c.**

*Ioannes Forſterus Auguſtanus, Theologiæ Doctor,* S. D.

NON caſu,non temerè,ſine mente architectrice, confluxit hominum natura ex Democriti atomis:ſed uerè eſt mẽs æterna,ſapiens,uerax,bona, benefica,iuſta,caſta, uindex ſcelerũ,quæ admiranda ſapientia hunc mundũ condidit, & innumerabilia de ſe teſtimonia in rarum opificiũ ſparſit,tum uerò in hominum mentes transfudit radios ſuæ ſapientiæ,quæ non ſolùm teſtarentur,homines non natos eſſe caſu, ſed etiam oſtenderẽt,qualis ſit Deus,noſq; imagines Dei eſſe,& uelle Deum,ut ipſi conformes ſint,& animi hominum,& omnes animorum motus. Nec ſola creatio de Deo teſtimonium eſt, ſed etiam mira conſeruatio humanæ ſocietatis,politici ordinis, honeſtarum legum & doctrinarũ inter uarias & tam horrendas confuſiones generis humani. Floruerũt olim doctrinæ in Ionia,Attica,Phœnicia & Ægypto: inde cùm Turcicis armis expulſæ eſſent,diu tamen mediocre hoſpitium habuerunt in urbe Byzantio:inde uerè expulſis,præcipuè Medicea familia Florentiæ hoſpitium præbuit. Ibi cùm uiri docti exules propagatione linguæ Græcæ inuitarent Italiæ & Galliæ ſtudia ad lectionem ueterum ſcriptorum linguæ Græcæ,ſimul etiam ex tenebris in lucem prolati ſunt ueteres Latini ſcriptores:& nõ ſolùm Latina lingua reſtitui cœpit,ſed etiam lumen acceſsit artibus & Philoſophiæ. Vrgent fata ultimæ ſenectæ mundi genus humanum, quæ minantur uaſtationes Italiæ & reliquæ Europæ. Creſcit enim, ut uidemus, ultimi Imperij, uidelicet Turici, potentia: quod non,ut uetera imperia,ornat genus humanũ reſtitutione legum, diſciplinæ,& artium:ſed delet ſimul & urbes, & urbium & totius humanæ ſocietatis ornamenta. Inter has ruinas tamen, Filius Dei & Eccleſiæ ſuæ,& doctrinarũ reliquias ſeruabit,& aliquarum excellentium familiarum animos excitabit ad ſtudia doctrinæ iuuanda, & ad librorum & artium conſeruationem:qua in re nunc quidem non minor eſt laus familiæ illuſtris Fuggerorum, quàm olim fuit familiæ Mediceæ. Bibliothecam inſtruxiſtis optimis libris ex Græcia & Italia aduectis,et multorum fouetis ingenia: comitatus ueſtri ſimiles ſunt Academiæ. Cùm igitur & hanc ætatem ornet familia ueſtra, & de tota poſteritate bene mereatur, conſpici etiam gratitudo noſtra debet: & poſteris ſcire utile eſt,quomodo Deus conſeruet & reſtituat doctrinas: ideo in editione huius libri hanc narrationem præpoſui. Neceſſaria eſt Eccleſiæ cognitio Ebrææ linguæ:& Lexica accuratè collecta ex fontibus, theſauri ſunt in quibus lingua conſeruatur. Cùm totam uitã in huius linguæ ſtudio conſumpſerim,diligenter collatis locis,proprietatem uocum &

metaphoras conſiderãs, magiſtrum etiam in adoleſcentia habui ſenem Ioannem Capnionem, qui Romæ audiuit Iudæum patriæ linguæ peritiſsimum: adoleſcens uerò audiuerat ingenio & iudicio excellentem uirum Vueſſelum * Groniagum, cuius ſcripta quædã extãt, quæ oſtendunt eruditionem ipſius, & in iudicando eximiam prudentiam. Ab his tantis uiris cùm ſemina linguæ Ebrææ acceperim, ſpero hunc meum laborem ſtudioſis multùm profuturum eſſe. Ac libenter mentionem facio præceptoris Capnionis, & Vueſſeli, quem ipſe adoleſcens audiuerat: ut hoc beneficium Dei poſteritas conſideret, quòd ſubinde aliqui diuinitùs ad huius linguæ propagationem, quia Eccleſię neceſſaria eſt, excitati ſunt. Nec dubito, gratum opus Deo eſſe, & docere hanc linguam, & docentibus opitulari: ſicut Origeni facienti Hexapla, ſumptus præbuit uir nobilis, uirtute & pietate excellens, qui rectè iudicauit, plurimùm profuturum eſſe Eccleſiæ, theſaurum illum Ebrææ lectionis, & earum interpretationum quæ à doctiſsimis uiris factæ fuerant, quibus & adiutum eſſe Hieronymum conſtat, cuius labore poſtea & linguæ Ebrææ & Prophetis multum lucis acceſsit. Sed tamen ut de interpretationibus omnibus quocunq; tempore iudicari poſsit, omnibus ætatibus fontes cognoſcere neceſſe eſt: qui ut conſuli poſsint, linguam Ebræam cognoſcere neceſſe eſt. Et hanc curam ad gubernatores & ad Academias pertinere nõ dubium eſt, ut ad poſteros hæc lingua, quantum fieri poteſt, ſine corruptelis propagetur. Et ut Deus gubernatorum mentes ad hanc curam flectat, toto cum pectore oro. Bene & feliciter uale. Calendis Auguſti M. D. LVI.

*Groningam

## IOANNES REVCHLIN PHORCENSIS, LL. DOCTOR, IOANNI FORSTERO AVGVSTANO, PHILOSOPHIAE MAGISTRO, S. D. P.

QVAM moleſta mihi res eſt, dilectiſsime uir, à tua & aliorum ſtudioſiſsimorum auditorum meorum præſentia recedere: Cùm enim in tanta tam Hebraicæ quàm Græcæ linguæ diſcipulorum frequentia aſsiduo te ſtudio indefeſſas mihi aures præbueris, tum unus omnium in lingua Hebraica plurimùm ſudaſti, ut dignus mihi uiſus fueris, cui publici auditorij pulpitum conceſſerim. Quare perge incumbendo bonis literis & doctrinæ à me prælectæ: ſic enim in uirum literatiſsimum, & linguarum ornatiſsimum interpretem, Deo aſpirante, cæteris commodo & utilitati futurus euades. Vale feliciter Anglopoli, III. idus Aprilis, anno Domini M. D. XXI.

# LAVRENTIVS HVMPHRIDVS DE SANCTAE LINGVAE STVDIO, ET IOANNIS FORSTERI DOCTISSIMI ET DILIGENTISSIMI HOMINIS COMMENTARIO ABSOLVTISSIMO AD φιλεβραῖον LECTOREM.

*Scire prophana quidē ſanctis non credo prophanum,*
*Si non illota mente prophana legas.*
*Non impura puto puris monumenta ſophorum,*
*Et non immundis omnia munda reor.*
*Quæ res humanas agitant, non mordeo linguas,*
*Præpono reliquis hoc idioma tamen.*
*Ethnica quis damnat? modò ſacris ethnica iungas,*
*Hic ſcopus, hæc ſtudijs ſit Cynoſura tuis,*
*Aſt ô Chriſtigenæ præcordia barbara cœtus,*
*Hæc ut ſuſpiciant, illaq; deſpiciant.*
*Quò præceps fertur ſtudium? nimis impia cura*
*Quò ruit, ut ſpernant ſacra, prophana colant?*
*Ethnica ſi qua Venus, ſi quæ ſit mellea Pitho,*
*Hæc fluet in ſenſus blanda Thalia tuos:*
*Hæc Pandora capit, uerbis excompta prophanis,*
*Incautas mentes Circea pocla mouent.*
*Si commentitio proſtaret fabula ſocco,*
*Si tragicæ pompæ, denſa caterua uolat.*
*Si totis neruis humanas excolis artes,*
*Si linguis hominum tantus habetur honos:*
*Cur hæc linguarum princeps reginaq; ſola,*
*Sola uelut nobis ſordida negligitur?*
*Quæ figmenta docet, furioſi* μῆνιν *Achillis,*
*Claudos Vulcanos, fulmina bruta Iouis,*
*Quæ ficto uerſu* κορυθαιόλον *Hectora narrat,*
*Aut Helenam pangit, Mercurios, Veneres,*
*Quæ uanos fucos & fumos uendit inanes,*
*Quæ picturato carmine ludificat:*
*O quanto plauſu, quibus hæc amplectimur ulnis?*
*Quiſq; ſuo blandum pectore uirus alet.*
*Incantant animos gentili uoce Sirenes,*
*Dementat philtris Græca Medæa ſuis.*
*At ſacra lingua ſacris cur ſic deformis habetur?*
*Cur ſic à ſanctis putida deſpuitur?*
*Ethnica cùm regnent, diuina ab pulpita frigent:*
*E ſacris roſtris ſola prophana tonant.*
*Siue legas Græcè, te ſtipant mille legentem,*
*Siue Latina legas, prompta iuuenta uenit.*
*Iudaicæ ſolium mœrent lugentq; cathedræ,*
*Haſce ſcholas uix, uix unus & alter adit.*
*Huc pauci reptant, rarò, uergentibus annis,*
*Verbi præcones, parciùs, idq; ſenes.*
*Linguarum mater ſimplex, uerecunda, modeſta,*
*Caſta, ſeuera, grauis, nil triuiale loquens,*
*Quæ uolat in cœlum ſuperas euecta per auras,*
*Quæ ſacro altiſoni conſidet ore patris,*
*Non Pythicos tripodes, non Delphica ſomnia iactās,*
*Aſt Euangelij dicta ſacrata canens,*
*Numinis æterni myſteria condita pandens,*
*Terrea non redolens, cuncta ſed alta ſonans,*
*Hæc quid commerita eſt, ut ſic intacta iaceret?*
*Solaq; cur procos non habet iſta ſuos?*
*Diſcendo reliquas totos conſumimus annos,*
*Has nugas manibus uoluimus aſsiduis.*
*Quis ſopor hic tantus nobis, grauis unde ueternus?*
*Vnde hæc muſicolis nauſea oborta togis?*
*Hirſutam clamant, dumis ſquallere, refertam*
*Spinis, & ſpiſsis ſentibus horridulam.*
*Qui dedit os homini, qui uocem plectraq; linguæ,*
*Ille rudis populo dicitur eſſe ſuo?*
*Rhetoricæ doctor, Logices fons atq; magiſter*
*Nobis facundis hirtus & aſper erit?*
*Hac protoplaſtus Adam primæuæ ſtirpis origo,*
*Hac uſi patres angelicuſq; chorus,*
*Hac Moſes leges ſcripſit, prognoſtica Vates,*
*Hac lingua Hebræa dulciſonaq; lyra.*
*Hac Dauid Pſalmos cecinit, Prouerbia Schlomo,*
*Cœleſti cithara Iudaiciſq; modis.*
*Hac olim Chriſtus lux & ſapientia patris*
*Subiecit freno ferrea colla ſuo.*
*Suaſit, perſuaſit, fures & ſcorta uocauit,*
*Hac ſurdos traxit, ſaxaq; perdomuit.*
*Hac pater ore ſuo quondam eſt oracula fatus*
*Et cenſenda tamen barbara lingua Dei?*
*Dulciùs an nobis cæcus reſonabit Homerus,*
*Quàm ſancto ſanctus ſpiritus eloquio?*
*O teneras aures, doctas nimis atq; diſertas,*
*Vt quibus indoctus creditur eſſe Deus.*
*Vnde hæ deliciæ? quorſum faſtidia tanta?*
*Cùm ſtomachos tantis prouocet ille cebris?*
*Non ſic inculta eſt, flores habet atq; figuras,*
*Multis mellifluis tota reſperſa tropis.*
*Cultior haud Cicero Latialis gloria linguæ,*
*Non Demoſthenicus gratior ille lepos.*
*Si facilem quæras, leuior non altera lingua,*
*Nulla tuos tardat longa ſalebra pedes.*
*Sunt paucæ uoces, has unus deuorat annus,*
*In reliquis Babylon cernitur atq; chaos.*
*Si tibi linguarum placeat grandæua ſenectus,*
*Prima fuit terris, ultima forſan erit.*
*Nec iuſsit Dominus ſpecus luſtrare Platonis,*
*Sed nec Lycæum ſoliuagamq; Stoam:*
*Non Tuſculani Romana uiraria campi,*
*Quin neq; Cecropij roſcida mella ſoli:*
*Aſt ſcrutare (inquit) ſcripturas, quærito Moſen,*
*Ex Iſraelis fonte petantur aquæ.*
*Ergo linguarum cùm dux ſit primaq; radix,*
*Ex qua uulgares, Græca, Latina fluant,*
*Cùm non ſit uarijs multùm ſinuoſa Meandris,*
*Sed leuis & ſimplex, clara, diſerta, breuis,*
*Nec nodos habeat, ſed tollat, dogmata ſoluat,*
*Obſcuris lucem præferat atq; facem,*
*Non pudeat ſanctos ſanctam didiciſſe Camœnam,*
*Natiuiſq; ſuis Biblia ſcire tonis.*

Dulcior ex ipſis hauritur fontibus unda,
Oreq; diuino puriùs imbibitur.
Hanc glaciem prim us Reuchlinus Capnio fregit,
Et Pellicanus uir pius, alter erat.
Multùm prouexit Munſterus peruigil heros,
Hocq; iugum Sanctes traxit, opemq; tulit.
Plantatam ſtudio fouit Bibliander & auxit,
Huc alij celebres ſymbola contulerant.
Hoc noſter Forſterus agit, non ultimus autor,
Succedens alijs, at noua multa ferens,
Non patrijs tantùm Iudæa uocibus ornans,
Quæ tamen, ut dignum eſt, propria cura fuit,
At ſimul Armeniæ coniungens nomina linguæ,
Aptis intexit multa notanda locis.
Nec ſolùm nudè uerborum ſenſa retexit,
Nec modò Radicum ſignificata dedit:
Sed ramos omnes expanſaq; brachia monſtrat,
Si quæ luxurient arboris inde comæ,
Munſterus breuis eſt, longè prolixior iſte,
Et res implicitas fuſiùs exequitur.
Et longè & latè Pagninus ſingula tractat,
Et laus egregijs eſt tribuenda uiris.
Aſt hic non uirgas tantùm punctosq; reſoluit,
Immò doctrinam plenius enucleat.
Hi captant uoces, ſenſus myſteria noſter,
Hi ſtirpes truncant, eruit ille phraſes.
Illi Rabinos adhibent teſtesq; ducesq;,
Quorum cæcantur perdita iudicia.
Noſter poſterius ueteri cum fœdere iungit,
Rimans, excutiens, concilians q; locos:
Idq; nouo filo ueſtigia priſca relinquens,
Verum, non ueterum carpit, opinor, iter.
Ergo, clamabis, cornicum figit ocellos?
Rabinos rodit, ſcita priora notans?
E quibus hic nobis profluxit fontibus, inquis,
Alter Ariſtarchus, cenſor & unde nouus?
Tranſiliens ueteres fines, & fixa refigens
Septa, quibus ſeſe continuere patres.
Extirpans ſtirpes, plantans noua germina, uellens
Radices, alias quæ placuere ferens.
Talia dicturum Momum, dixiſſeq; noui,
Qui niſi quæ ſciuit, nulla ſcienda putat.
Μωμεῖσθαι facile eſt cuiuis, durumq; μιμεῖσθαι,
Quæq; ſequi neſcit, carpere quiſq; poteſt.
Quo ſemel eſt tinctus, ſemper retinebit odorem,
Et quæ combibitur prima ſaliua, manet.
Non ſine conſilio mutat, ſi priſtina mutet
Tantus, Iudæos nocte diuq; terens.
Sed nos obſtruimus latices lymphasq; fluentes,
Ciſternas miſsis fontibus effodimus.
Sic aſſueta, bonis ſemper meliora putamus,
Gemmis proiectis, uitrea ſeligimus.
Sic Glauco ſimiles mutantes ſacra prophanis,
χρύσεια proterimus, χάλκεια præferimus.
Sic magnis ſemper præponere parua ſolemus,
Veraq; ſic uanis, ſic uitioſa bonis.
Paſiphae princeps furioſis ignibus ardens
Regalemq; uiri ſtulta peroſa thorum,
Deperit in taurum regina, libidinis œſtro
Percita, diſrupto fœdere coniugij.
Hinc fœdus fœtus Minotaurus nobile monſtrum,
Ex boue, Dædaleæ qui fuit artis opus.
Sic nos poſthabito genuino interprete Chriſto,
Qui ſolus uerus, uitaq;, ſola uia:
Scortantes alio nos oblectamus amore,
Et fœdas ueneres monſtraq; perſequimur.
Frugibus inuentis ueſcemur glandibus apri?
Vtq; ſues cœno uoluimur atq; luto?
Quis ſperet primos Cabulæ ſummosq; magiſtros,
Nullis ingenij dotibus eximios,
Linguarumq; rudes aſinos, ſine pectore linguas,
(Idq; gemens dico, dicere cogor enim)
Quis ſperet populum maledictum, perq; duellem,
Ac hoſtem Chriſti ſaluificæq; crucis,
Quis ſperet (ſuſpiro loquens) περιψήματα mundi,
Et feces hominum, σκύβαλα, quiſquilias,
Poſſe bonos, ſanos, uitales gignere fœtus?
Ac partus dignos edere Chriſticolis?
Quis credat uelo tectos, ac Biblia ſacra
Conatos miris dilacerare modis,
Diuinos ſenſus ſyncera reddere mente,
Atq; pio zelo tradere poſſe Deum?
Ergóne corruptos Doctores uaſa furoris,
(Sed de olea prima dicere dira, graue eſt)
Ergóne cœnoſos Cabyliſtas uſq; ſequemur,
Cùm liceat Chriſtum Chriſticolasq; duces?
Diſcamus breuiter linguam quæ Sancta uocatur,
Sanctè, commentis undiq; ſepoſitis.
Non arcere decet pueros, non pellere quenquam,
Sunt arcana pijs omnibus expoſita.
Hæc non Rabinis tantùm, non obuia clero,
Sed patefacta bonis, ſed reſerata pijs.
Nec pudeat claros, inopes, iuuenesq; ſenesq;,
Cauſidicum, Medicum, Rhetora, Grammaticum,
Aeternas noſtræ tabulas uerſare ſalutis,
Cœli theſauros ſcire, ſuumq; Deum.
Non his fomentis Meſsiæ nomine tincta
Fraudetur pubes, ſanctificóue cibo:
Sic ethniſſarent medijs in gentibus orti,
Non hoc lacte ſuos Turcica terra nutrit.
Alme Deus pellas has noſtri temporis umbras,
Tuq; tuumq; malo promicet orbe iubar.
Diſcere te doceas, dediſcere cætera præ te,
Scire nihil niſi te: nam tua ſcire ſat eſt.

AMEN.

PSAL. LXVIII.

בְּמַקְהֵלוֹת בָּרְכוּ אֱלֹהִים אֲדֹנָי מִמְּקוֹר יִשְׂרָאֵל

# IOANNIS FORSTERI AD LINGVAE HEBRAEAE STVDIOSVM, PRAEFATIO.

*Chriſtianorum præpoſtera in Rabinis diligentia.*

VIDI multis iam annis poſt inſtauratam Euangelij doctrinam non minùs regnare in ſcholis Chriſtianorum Commenta Rabinorum cùm in uerſione, tum etiam enarratione ſcripturæ ſacræ, quàm in ipſis Iudæorum Synagogis, atq; ipſorum מדרשים quaſi ſacroſancta myſteria Dei ab omnibus ſumma reuerentia ac religione coli & adorari. Hinc factum eſt, ut certum ſcripturæ ſacræ ſenſum nequaquàm aſſequi potueris.

Pio igitur zelo motus, Dictionarium conſcribere inſtitui, in quo ex Moſe & prophetis uera ac certa uocũ Hebraicarum ſignificatio indicaretur, ne ſtudioſi huius linguæ illa ſignificationum confuſiſsima Babylone ac uarietate, quam uni themati hactenus tribuerunt, turbarentur, nec tam à Rabinorum autoritate penderent, quàm ſolido ſcripturæ ſacræ fundamento niterentur.

*Rabinorum impietas & imperitia.*

Ac ſæpè uehementer demiratus ſum Noſtratiũ (ut pace ipſorũ dicã) ſocordiã, qui abſq; ullo iudicio Cõmentaria Iudæorũ, in quibus nulla lux, nulla notitia dei, nullus ſpiritus, nulla ullius diſciplinæ ſeu artis uera ac ſolida ſcientia, nulla linguarum, ac ne quidem Hebrææ linguæ eſt cognitio, amplecti maluerũt, quàm ut ipſi conſiderarent uoces, ac earum ſignificationes. Quid obſecro Iudæi intelligerent, quorũ cordibus (ut Paulus Apoſtolus noſter teſtatur) uelamen Moſi in lectione ueteris Teſtamenti uſq; ad diem hodiernũ impoſitũ manet, ſenſusq; eorum obcæcati ſunt, ut in finem legis intendere nõ poſsint? Qui uerò finẽ legis filium Dei, natum ſecundũ carnem ex uirgine, uerum Meſsiam, mediatorẽ, uictimã, & liberatorem humani generis non cernunt neq; agnoſcũt, eumq; ſubiectũ & ſcopũ uniuerſæ ſcripturæ eſſe ignorant: Inſuper regnũ ipſius tantũ externũ, corporale & temporaneum ſomniãt, nõ ſpirituale, nec æternum eſſe credunt, neq; inter promiſſiones legis & Euãgelij de gratuita remiſſione peccatorũ propter Mediatorẽ Chriſtum diſcernunt: quid & quomodo docerent alios Moſen & Prophetas? Quare rectè Chriſtus eos uocauit cæcos & duces cæcorum, ut interim taceã uirulentiã ipſorũ & odium, quo flagrant in Chriſtum, ut pauca inuenias de Chriſto uaticinia, quorum uel uerba aliqua, uel integram ſententiã non ſceleratiſsimè deprauarint.

Nihil igitur profuerũt, niſi quòd uelut Bibliothecarij libros tantũ ſacros (quos Biblia uocamus) ac aliquot Grãmaticos nobis Chriſtianis ſuppeditarunt, at quod ad ſacræ ſcripturæ intelligentiã (ut iam dixi) atq; etiã linguæ Hebrææ cognitionẽ attinet, præſtiterunt, quod laudem mereatur, omnino nihil. Nam dictionaria & commẽtaria ipſorum plus obſcuritatis & erroris in Eccleſiam Chriſti inuexerunt, quàm lucis & ueritatis: Id quod in Noſtratium Commẽtarijs uidere licet, cùm (ut ipſis uidetur) uox aliqua ambigua aut obſcurior ſententia occurrit, allegant aliquot Rabinos, & ut ipſi uariè expoſuerũt (rarò enim aut nunquã inter ipſos cõuenit), ita referunt, poſtea lectorem dubium relinquunt: quis uerò ipſorum rectè ſenſerit, & quem ſequi oporteat, minimè indicant: aut ſi indicant, quia uim uocabulorum ignorant, facilè falſum pro uero amplectuntur, ut nõ ipſi tantùm errent & fallantur, uerùm etiam lectorem fallant, & ita iuxta Chriſti dictum accidat, Cæcus ſi cæco dux fuerit, ut ambo in foueam cadant.

Commemorarem plus mille themata, quorũ ſignificationem ueram ac genuinam, nec Dictionaria, nec Cõmentaria ipſorum oſtẽdunt, quin potiùs ſtudioſum eius linguæ miſerè à ueritate abducunt. Dicat mihi uniuerſa ipſorũ Synagoga conportatis omnib. ſuis libris, quid propriè hoc nomẽ יִקְּהַת ſignificet, & quæ ſit ipſius etymologia. Similiter quę ſit etymologia, & ſignificatio nominis יְשֻׁרוּן. Item nominis אֶשֶׁל, quid ſignificet מְעִי, & unde ſit deductum. Item qualem lapidem nomẽ אֶבֶן ſignificet, unde originem trahat, & in quo differat à nominibus חַלָּמִישׁ בֹּהַט סֶלַע

& צוּר, quæ etiã lapidem ſignificant. Item quid propriè uerbũ אָשַׁם ſignificet, quid שָׁמֵם, quid בָּגַד, & nomen ab eo deductũ בֶּגֶד. Item quid מָהַר, quid זוּר, quid רָמַח, quid אָוֶן, quid קָשָׁה, quid עָרַב cui undecim tribuerunt ſignificata, & quidem diuerſa. Similiter quid חָבַל, cui non pauciora ſignificata adſcripſerunt. Quid נְאֻם, & quomodo ſe habeat ad הֶאֱמִין. Item quid inter ſe differant דרך & אֹרַח, quid ſignificet uerbum סָרַח, quid uulgatiſsimũ uerbũ חֶסֶד, quid עוּר, & locũ Ruth dextrè exponat, ſiquidem Paulum Apoſtolum noſtrum aſpernatur, qui ſolus huius uerbi ſignificationem nobis patefecit, ſimulatq; phraſin ibidem expreſſit. Item quid עָנָם, cuius ſignificatio quoq; nos hodiè lateret, niſi Paulus eam indicaſſet. Item quid ſignificet עוֹל, quid עָלַל. Et in Ieſaia nomen תַּעֲלוּלִים. Item quid חָפַר. Et illud in Ieſaia חֲפַרְפָּרוֹת, quod quia Rabini non intellexerunt, temerè & dilacerauerunt, & dilacerando deprauarunt. Et ut tandem ad duo illa notiſſima uerba ueniam, dicat quid ſignificet אָמַר, quid דִּבֵּר, & quæ inter illa ſit differentia. Poſſem alia innumera recenſere, niſi hoc in loco ſuperuacanea eſſent, cùm à me ſingula in Dictionario diligenter ſuo quæq; loco annotata ſint. Et multò clariùs cognoſces, ſi Iudæorum cùm שָׁרָשִׁים, tum פֵּרוּשִׁים, atq; inſuper etiam noſtratium Hebraiſtarum διώτι γα ad hunc meum laborem diligenter contuleris.

Non eſt autem hæc illorum pudenda ſtultitia, qui omnem ætatem ſuam conſumunt in Rabinorum Commentarijs, ea ut addiſcant & intelligant, & tum egregiam nauaſſe operam, atq; magnam eruditionis laudem aſſequutos exiſtimant, ſi ex illis ſacros libros interpretentur, negligentes interim proprietatem ſermonis Hebraici, quæ ipſa eſt lux, & optima Interpres ſcripturæ ſacræ? Cur non potiùs Chriſtum, Euangeliſtas, Apoſtolos, & imprimis Paulum (qui tacitus eſt Scripturæ Interpres) conſulunt? qui etſi in multis locis cùm teſtimonia Scripturæ ex Moſe & Prophetis iuxta Græcam Septuaginta interpretationem allegant (quæ tum uſitata erat), tamen extra illas citationes, complurimas cùm uoces, tum phraſes Scripturæ non ſolùm uſurpant, uerùm etiam clariſſimè explicant, quæ alioqui in exterioribus tenebris delituiſſent non intellectæ, ſicut quaſdam paulò ſuprà indicauimus, & paſsim in Dictionario diligenter, & aliquantò fuſiùs demonſtrabimus. Haud dubiè Chriſtus aliquando etiam illis Magiſtris dicet, qui nunc primos accubitus occupant, date locum digniori. Eſt autẽ digniore loco collocanda ſcriptura Prophetica & Apoſtolica, ac primùm diſcenda, potiorq; habenda ratio proprietatis ſermonis Hebraici, præ qua omnia alia Commentaria & ſcripta Magiſtrorum habenda pro damnis & reiectamentis, ſi modò Chriſtum illuſtrare, conſulere reipublicę literariæ, & prodeſſe Eccleſiæ Dei uolumus.

Nec minùs impudẽter faciũt, qui uerba Gregorij citãtes, cũ ſcribit: Nõ ſemper uerba cõſiderãda ſunt, ſed uolũtas & intẽtio: quia intẽtio nõ uerbis inſeruire debet, ſed uerba intẽtioni. Itẽ hæc uerba Hilarij, intelligẽtia dictorũ ex cauſa dicendi aſſumẽda eſt, eò ꝙ nõ ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus, &c. atq; eò patrũ uerba detorquẽt, ꝙ linguarũ cognitio, & proprietas ſermonis nõ plurimũ momẽti habeant in enarratione ſcripturæ ſacrę: atq; ita inſcitiæ ſuæ quærunt patrocinium, ne ſtudia linguarũ colãt, cũ tamen piè ac utiliter moneãt, ut potiùs conſiliũ ſcriptoris & circumſtantias loci, præcedentia & ſequẽtia perpẽdamus, ac uerba ſecundum circumſtantias flectamus, ſeruata eorũ proprietate, quàm ut temerè uerba arripiamus ſine ulla circumſtantiarũ cõſideratione. Huic piæ ac ſalutari admonitioni nõ parẽt illi, qui locũ Gen. 6. ita uertũt: Non uaginabitur ſpiritus meus amplius in homine. Quid enim ſpiritui Dei cum uagina, quid deinde uagina in homine?

*Gregorius.* *Hilarius.* *Proprietas ſermonis.*

Et ut illi nimium ad ſiniſtram flectunt, ita Baſilius de alio interpretũ genere loquitur, qui ad dexteram nimiùm declinantes, nimiam ſibi in uertendo libertatẽ ſumunt, eoſq; carpit, & dicit ſe diuerſum facere his uerbis: Nos tornatores dictionum non ſumus, neq; probè ſonantes uoces recipimus, ſed nominum claritatem nos ubique præferendam ducimus, &c. O aurea regula, quam utinam ſcioli quidam hac etiam noſtra ætate diligenter obſeruarent, qui rem non conſiderata

*Interpretes.* *Baſilius.*

pro-

proprietate uerbis tornatis reddere ſtudent, cuiuſmodi ſunt qui ſic uertunt: Ite in domũ domini bonis auibus: non cõſiderãtes auguria uoce diuina eſſe prohibita, tantùm, ꝙ hoc figurato ſermonis genere delectentur, propter quẽ non uerentur talẽ cõmittere abſurditatẽ, ne dicã impietatẽ. Proinde modus ſeruãdus eſt, ut neq; ad ſiniſtrã, neq; ad dextram deflectas, ſed uia media incedas, & utaris prudentia: quod fit, ſi cõſiderato ſcriptoris conſilio, & cõſideratis circumſtantijs rẽ proprijs uerbis enarres. Etſi autẽ fateor omnium uocũ ſignificationẽ in aliã linguã feliciter trãſferri non poſſe, ea gratia quam in natiua habent, ſed perinde ut uinum in alterum aut tertium uas transfuſum aceſcit, ſic etiam eius minui & perire gratiam, ſi in aliam linguam trãſferatur: tamẽ in Dictionarijs atq; ſcholis oportet indicare non inania ſomnia Rabinorum, ſed quantum aſſequi poſſumus, propriam ex fontibus ſcripturæ ſacræ ſumptam ſignificationem, quæ ſemper prælucere nobis & tanquàm columna ignis in conſpectu eſſe debet, quod à Chriſtianis ſcriptoribus hactenus non eſt factitatum, ſed faſcino Iudaico capti uni themati (ut in ipſorũ cùm Dictionarijs, tum etiã Commentarijs patet) duo aut tria, aut etiam multò plura, & quidem diſsimilia tribuerunt ſignificata, ut in tam multiplici uarietate neſcias, quæ cuiuſuis uocis in quolibet ſcripturę loco propria ſit ſignificatio, atq; ita in ambiguo hæreas: cùm tamen ſingula themata unam tantùm, eamq; propriã & principalem habeant ſignificationem, nec plures: exceptis tantùm illis, quæ in coniugatione uel una, uel pluribus contrarias habent ſignificationes, quam tamen contrarietatem nec ipſi pro ignauia ſua conſiderarunt, nec indicarunt.

*In aliorum Dictionarijs prætermiſſa.*

Eſt & hoc ab ipſis prætermiſſum, quòd nec nomina indicarunt, habẽtia cõtrariam ſignificationem, ex quorum numero ſequentia ſunt דשן חסד גמל חרש שאנן.

Item & hoc, quòd etſi uerba quædam in Coniugationibus ſignificationem nõ mutant, mutent tamen modum ſignificandi.

Nec etiam illa uerba indicarunt, quæ uel ex conſtructione, uel literarum mutatione, aut tranſpoſitione, aliquando uel modum ſignificandi uariant, uel contrariam omninò ſignificationem ſortiuntur.

*Regulæ ad intelligentiã linguæ perutiles.*

Vt autem ſtudioſum huius linguæ eò attentiorem ad conſiderationem thematum, & eorundem ſignificationem reddam, & ad alia multa ad hanc linguam ſcitu neceſſaria deducam, ut maiore cum fructu in hoc ſtudio uerſetur, uolui in eius gratiam, quaſdam hîc regulas ſeu conſiderationes ſubijcere.

1 Primùm autem omnium ſciendũ, quòd omne thema ſeu primogenitũ Hebrææ linguæ cõſtet tribus literis ſubſtantialibus, ſicut per totum Dictionarium cernis, idq; non ſine magno myſterio. Nam ut una eſt dictio, & ea tribus ſubſiſtit literis ſubſtantialibus, ita una eſt diuina eſſentia, tribus perſonis realiter diſtincta.

2 Proinde dictiones, quæ pluribus literis ſubſtantialibus conſtant, quàm tribus aut quatuor, non ſunt Hebraicæ, ſed peregrinæ, ut

אדרכן אחשורוש ארתחששתא מתרדת מאשכן

3 Solent præterea res peregrinæ, & aliunde inuectæ, ſuæ gentis uocabula ſecum adducere, & plerũq; pluribus cõſtant literis, ꝙ tribus: ut אוב אסון אלגמים אלמגים
ארגמן כרמיל פרפס מגור סריס מסכה מגור צפרדע

4 Et literæ dictionum conſiderandæ ſunt, quibus inſtrumentis proferãtur. Nam quę eodem inſtrumento pronunciantur, eandẽ plerunq; habẽt ſignificationẽ, ut

גרות נבל זרח פרח לשבח ליל עלז רגל
ירות נפל זרע פרע נשבח ליל עלץ רכל
בגר פרש מלט שלח שרמה עלס רגן
פגר פרש פלט שלח שרפה

5 Sic etiam literæ אהוי conſtituunt dictiones eiuſdem ſignificationis:

אול אשר ילד אשם קרא סום חלה כון שום שות
יאל ישר ולד ישם קרה קאם ילה בין שים שית

6 Sunt tamẽ aliæ quædam literæ, quæ etſi non ſint eiuſdẽ inſtrumẽti, pronunciatione tamen conueniunt: hæ propter ſoni affinitatem congruũt ſignificatione: ut
אמר

גמר תם מגרעות גבע
חמר רעם מצערות צבע
עמר

7 Reperiuntur quædam dictiones, quæ cùm literas pictura ſimiles habent, etiam ſignificatione conueniunt: ut

כלה בצר נרגן יכח ראה סכן
בלה בצר רגן נכח ראה שכן

8 Eſt & metatheſis literarū conſideranda. Nam hæc uel modum ſignificandi mutat, ut תירוש muſtum, משרה quilibet ſuccus uuis expreſſus, non muſtum tantùm: תשרי menſis ſeptimus, à muſto, quod illo menſe pelliculis calcādo expellitur. Vel contrariam infert ſignificationem, ut

חרם ראה חמץ זנס עמד שרה
רחם ירא מחץ זסן מעד עבר

9 Si qua uerba ſe offerunt, in quibus una aut duæ, aut tres literæ ſimiles, ſed tamen forma nonnihil mutata eſt, uel ſymboliſmo, uel tranſpoſitione, uel uariatione literarum, eandem habent ſignificationē, & non niſi modo ſignificandi inter ſe differunt: Exempli gratia עול עלל עלה יעל גבל: hæc omnia aſcenſionem ſeu ſuperioritatem ſignificant, alia tamen atque alia ratione. Item אב אבי אביב אבה בוא יבב נוב חאב טוב & ישב: hæc omnia ſignificant beneuolentiam, deſideriū, affectum, promptitudinem, fœcunditatem, fructificationem, prouentū, tamen diuerſimode. Item עוב עבה עבב בעה בוה ſignificant perplexitatem, denſitatem, intricationē, ſed alio atque alio modo ſignificādi. Item אשם ישם נשם שום שמם נשב נשף נשם: hæc omnia generaliter flatum ſignificant, ſed tamē alia atque alia ratione. Itē אבד ארב ראב: hæc tria ablationē ſignificant, tamen diuerſo modo ſignificandi. Item עגם & עגו aduſtionem ſignificant. Item גשש גשם משש נגש: quæ palpationem ſeu attrectationem notant. Item גאל גול גלל & גלה: quæ omnia gēneraliter uolutationem, reuolutionem, reuelationem ſignificant, alio tamen atque alio modo. Sed quid opus eſt hîc plura exempla referre, cùm circa ſingula themata annotata ſint ipſorum cognata, aut contraria ſignificatione? Eſt autē hæc regula ualdè utilis, & prodeſt hæc & ſimilia uerba cōſiderare multis de cauſis: ſimul enim multorum addiſcitur ſignificatio, & adiuuat memoriam, ut fideliùs retineantur. Tertiò, ne eiuſmodi uerbis plures tribuamus ſignificationes, & fiat confuſio. Quartò, talium notitia reddit nobis hanc linguam multò faciliorem, eam ut minore labore apprehendere poſſimus, ſi multa eiuſmodi uerba, ceu in unum faſcem ſimul colligimus.

10 Litera aleph per protheſin appoſita fit aliquando ſubſtantialis, & iterum abijci poteſt ſeruata ſignificatione, ut אדם אשם אריש.

11 Similiter litera beth fit nonnunquàm ſubſtantialis, ut בגד בשר בריח בעל. Et aliquando iterum abijcitur, ut à uerbo בזה formatur nomen זיז collectiuū. Item à uerbo בזר formatur nomen זרזיר. Item à nomine בוס denominatiuum זכים.

12 Item litera lamed fit aliquando ab initio radicalis, & iterum abijci poteſt ſeruata ſignificatione לענה לעמת מדבר בר לשד לאם à uerbo לבר.

13 Item litera mem ab initio uerbi appoſita conſtituit aliquando thema, & iterum abijci poteſt ſeruata ſignificatione מגע מאן: prius abnegare, poſterius amouere ſignificat.

14 Abijcitur etiam interdum litera thau ſubſtantialis, ut à פחת tranſpoſitione literarum חפת, fouea ſcilicet aperta, & פח laqueus.

15 Multa ſunt nomina, quæ uel additione, uel ablatione literarum modum ſignificandi mutant, ut אדמה אדם דם.

16 Sunt quædā nomina tetragrammata, ex quibus ſi literā penultimam exemeris, quæ non eſt geminata, aut de ſubſtantia thematis, aut ſeruilis, tū habes ipſorū themata & ſignificatiōes, ut עטלף אלמנה סלעם במתר מרכב מרעש חשמל חרמש גבעל ארגז
17 שרעפים רמסרות חרסמים שמאן חלכה חשמנים סרעם צנתר משחת מלגש ערמל. Ecōtrà, uerba ſeu part. tetragrāmata ſignificationē ſumūt cōtrariā, ut כרסם exuineauit, à nomine

ne פֶּרֶם.Itē פַּרְשֵׁז expandit,continuauit,condenſauit,à uerbo פָּזַר ſeu פּוּר. Itē מְקֻלְפָּם decorticatum,detectum ſeu excuſſum ex acere.

18 Sunt etiam conſideranda nomina quinq; literarum quæ à uerbis deducta, primã radicis literã in altera geminatione abijciunt:ut אֲדַמְדָּם אֲסַפְסֻף חֲמַרְמַר חֲבַרְבֻּרֹת חֲמַרְמְרוּת יְפֵהפִיָּה יְרַקְרַק עֲקַלְקַל פְּתַלְתֹּל שְׁחַרְחֹרֶת.

19 Eſt & hoc obſeruandũ,ꝙ quemadmodum apud Latinos uocabula primùm ſtrictã habent ſignificationem propter etymologiã,ſed pòſt largiùs ad alia quoq; trahunt,ut dominus iuxta etymõ ſuũ dicit,qui domui pręeſt,domusq; ſuũ habet imperiũ,poſtea uerò appellatio eius Latinis extēdit ad alios,cui populi ſubſunt, aut qui rei alicuius proprietatē habet,aut pro marito etiã: ſic etiã apud Hebræos. Exempli gratia:אָדוֹן columen,ſuſtentator domus, dominus: poſtea ſignificatio eius latiùs ad alios extenditur.Item אָב pater generatione,poſtea etiã ſignificatio eius ad alios transfertur,qui non ſunt patres generatione.Sic uerba ſemper ſtrictiorem habent ſignificationem,quàm uel participia,uel nomina inde deriuata.

20 Sic uerba etiã induunt aliquãdo ſignificationē figuratam,ut עִיט transfertur etiam ad homines more auiũ rapaciũ inuolantes in aliquem.Ita פָּאַר, ut flores arbores ornant,ita poſtea transfertur ad cuiuslibet rei ornatum & decorem.

21 Quoties Græci & Latini uerborum ſuorum ſimplicium ſignificationē aliquantulum mutare uolunt,id compoſitione efficiunt:ita Hebræi hoc idem efficiũt, uel literarum tranſmutatione,uel tranſpoſitione,uel cõmutatione coniugationis, uel conſtructione.Exempla paſſim in uerbis extant.

22 Multa ſunt nomina adiectiua,quæ ſi in utroq; genere in fine literã iod aſſumũt, fiunt epitheta propria uel perſonarum, uel rerum: ut Gen. 49. חַכְלִילִי rubicundus oculorum prę uino,id eſt rubicundiores habēs oculos uino. נֶאְדָּרִי Exo.15.Dextera tua Iehoua ampliſſime in uirtute. פֶּלְאִי Iud.13.Et dixit illi angelus Iehoua,cur ſic quæris de nomine meo, quod eſt Arduus. אֱוִלִי Zachariæ 9. Accipe tibi uas paſtoris ſtulti. רַבָּתִי Thren.1.Ciuitas diues.Et mox iterũ:Diues inter gentes.Itē שָׂרָתִי Thren.1.Principiſſa in prouincijs. Similiter ex participijs præſentis tēporis maſculini generis numeri ſingularis fiunt epitheta ſeu attributa:ut אֹסְרִי Gen.49. Ligator ad uitē pulli ſui. Item שֹׁכְנִי Deut.33. Adhabitator Rubi. Itē מוֹשִׁיבִי Pſ.113. Collocator ſterilis in domũ. מַשְׁפִּילִי Pſ.113.Humiliator.Et aliud ibidē מַגְבִּיהִי Exaltator ſedis. Itē הֹפְכִי Pſ.114.Cõuerſor petræ in ſtagnũ aquarũ. חֹצְבִי Ieſ. 22. Exciſor in excelſo ſepulchri ſui,&c. מְלָשְׁנִי Pſal.101. Delatorem clam ſodalis ſui premam.

23 Eſt & uſitatum Hebræis,ut pro Epitheto addant genitiuum nominis ſubſtantiui:ut בֶּן עַוְלָה Pſ.89.Filius damni. אֵשֶׁת חַיִל Prouerb.30.Mulier ſtrenuitaris.

24 Sæpenumerò utitur ſcriptura cõcretis pro abſtractis:ſunt enim plenioris ſignificationis.Pſ.5.Quoniã non deus uolēs improbitatem tu es.Pſ.9.Pone Iehoua doctrinam illis,id eſt doctorem.Pſ.11.Quoniam iuſtus Iehoua iuſtitias diligit, rectũ contemplatur facies eius,id eſt iuſtos.Pſal.12.Cùm exaltantur uilitates inter filios Adam,id eſt,uiles.Pſ.109.Pro amore meo,oderunt me:ego autem oratio,id eſt,orator.Dan.9.Quia deſideria tu,id eſt, deſiderabilis multum.

25 Nonnunquàm ſub una uoce generali,alia ſpecialior ſubintelligenda eſt: ut Pſ. 27. Vnam petij à Iehoua,ſcilicet petitionem.Iere.15.ſub אַכְזָב intelligitur fons. Et Nehemiæ 9.& 11.ſub uoce אֲמָנָה fœdus intelligitur.

26 Nomina uerbalia,quæ exponunt nominib. Latinis uerbalib.in tio,nõ ſemper actionē ſeu operationē ipſam nudè ſignificãt,ſed rē propter quam talis inſtituitur ac fit actio:ut 1.Sam.2.Reponat Iehoua tibi ſemē ab iſta uxore pro petitione,quã petijt à Iehoua.Item פֹּעַל Iob 7.Sicut mercenarius expectat opus ſuum,id eſt mercedem.Iere.22.Opus ipſius non dabitur illi, id eſt,merces.Item מְחִיר 2.Sam.24.Emendo emam abs te pro commutatione,id eſt,re ſeu precio.Prou.27.Et cõmuratio agri ſunt hirci.Ieſ.55.Emitte abſq; argento,& abſq; cõmutatione uinum & lac. Sic quoq; Chriſtus eſt uſus iſto nomine Mat.16.Quid dabit homo,cuius permutatione redimet animã ſuã.Item נִדָּה 2.Paral.29.Et efferte remotionē ex ſanctuario.

Appo

27 Appoſitione etiam utuntur Hebræi expoſitiuè,ſeu declarationis gratia, idq; tamen triplici modo:Primo,articulo אֶת accuſatiui. Gen.3.Acquiſiui uirum ipſum Iehoua. Secundo,præpoſitione beth.Gen.19.Et urſerunt in uiro,in Lot.2.Samuelis 1.Montana in Gilboa,id eſt in montibus in Gilboa. 2. Samuelis 18. Cauete, ne quis in puero,in Abſolome.2.Samuelis 24.In excelſo in Gibeon. Nehemiæ 8. Et legerunt in libro,in lege Dei. Tertio,quando notius, uel nomen, uel uerbũ ſubijcitur,quod prius declarat.Geneſis 9.Veruntamen carnem cũ anima ſua, ſanguine ſuo non comedetis.Deuter.32.Et propitius erit terræ ſuæ,populo ſuo. Pſal. 4.Sacrificate ſacrificia iuſtitiæ,& ſperate in Iehoua. Pſ. 72. Deſcendet ſicut pluuia ſuper detonſum,ſicut guttæ irroratio terræ.Ieſaiæ 3.Riui fluenta aquarum.

28 Ita etiam Anadiploſi utuntur emphaſis cauſa,& ut affectus eius rei exprimatur quæ repetitur.Pſ.92.Quoniam ecce inimici tui Iehoua, quoniam ecce inimici tui tollentur.Pſ.93.Magnificentiam induit,induit Iehoua.Pſ.94.Quandiu improbi Iehoua,quandiu improbi exultabunt? Et iterum: Et rependet illis deſiderium ipſorum,& in malo ipſorum uaſtabit eos,uaſtabit eos Iehoua deus noſter.

29 Nec Eclipſis infrequens eſt,& plerunq; cõmittitur,quãdo aliquem in anguſtia uerba diſtituunt.2.Sam.24.Cauete,ne quis in puero, in Abſolome, ſ.attingat.Pſ. 6.Sed tu Iehoua uſquequò,ſ.differs auxilium? Thre.3.Oculus meus extractus eſt, & non quieſcit,neq; intermiſſiones.

30 Nomina ſubſtãtiua trãſeũt in naturã aduerbiorũ, ſi per protheſin aſſumpſerint, uel literã beth:ut Exod. 1. Et ſeruire fecerunt Ægyptij filios Iſrael in duritia,i.duriter. Itẽ particulam בְּדֵי. Ier.51.Et laborauit populus inaniter.Habakuk 2.Et populi inaniter fatigantur. Quanq; aliquãdo nomina aduerbiaſcunt etiamſi nulla litera præponatur.1.Reg.12.Et reſpõdit rex populo pertinaciter.Pſal.119.Et ſeruabo ea finaliter. Vel literã lamed לָבֶטַח, in confidentia.Pſ.4.In confidentia collocabis me,i.tutò. לָנֶצַח. Ieſ.26.Abſorpta eſt mors in uictoria,i.uictorioſè. Item לָרִיק. Leuit.26. Et ſeminabitis inaniter.Ieſaiæ 49.Inaniter ſeu fruſtrà laboraui.

31 Nomina ſæpenumerò uſurpantur infinitiuè ſeu gerundialiter,ſi à fronte aſſumpſerint unã literarũ בכלם: ut יַבֶּשֶׁת Gen.8.Itẽ הֵרוֹן Exo.2.Ieſ.11.& Pſal.85.Itẽ מַסַּע Num.10.& Deut.10.Item שֶׁכֶן Num.22.Item יִרְאָה Deut.8.& Pſal.86.Itẽ מְשִׁיחַ Ezech.13.Item מִשְׁפָּט Deut.17.Item מֶלֶךְ 1.Sam.15.Item מִרְמָה Pſ.29.Itẽ חֲנִפָּה Ieſ.30.

32 Sicut & participia præſentis temporis omnium coniugationum ſi à fronte literam בכלם recipiunt,infinitè accipiũtur, ſeu gerundialiter,ut מְנַצֵּחַ in titulis quinquaginta ſex Pſalmorum & Habakuk 3.Item מַשֻּׁאוֹת Pſal. 74.Item וּלְקִים Pſalm.7. Item מְכַסֶּה Ieſaiæ 23.Item מְשֹׁרְרִים 1. Paralip.26.

33 Et econtrà ſæpè etiam Infinitiuus nominaliter uſurpatur: ut שִׁבְעָה & שָׁבְרָה Haggei 1.Item חֲמִשָּׁה Ieſaiæ 30.Item חֲמִשָּׁה 2.Paralip.31.

34 Quando idem nomen ſubſtantiuum geminatur in diuerſo genere poſitũ, tum notat eius rei diuerſitatem: ut Ieſaiæ 3. מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה, id eſt,omnis generis ſuſtentatio.Sic שָׁרִים וְשָׁרוֹת 2. Sam.19.Nunquid audire poteſt ſeruus tuus uocem omnis generis muſices.Eccleſ.2.Feci mihi omnis generis inſtrumenta muſica.

35 Quando autem idem nomen ſubſtantiuum geminatur altero poſito in plurali, tum ultra propriam ſignificationem importat etiam excellentiam: ut קֹדֶשׁ קָדָשִׁים Sanctitas ſanctitatum,Exo.26.& 30. שִׁיר הַשִּׁירִים Canticum canticorum,id eſt excellentiſſimum. Eccl.1. הבל הבלים Vanitas uanitatum, & omnia uanitas, id eſt uaniſſima uanitas. Item שְׁמֵי שָׁמַיִם Pſal.68.Id eſt,Quaq; patet cœlum,in omnibus & ſingulis horizontibus cœlorum.Pſal.102.In generationem generationũ anni tui.

36 Si duo nomina ſubſtantiua diuerſa ſimul conſtructa fuerint,quæ ſignificatione non multùm diſcrepãt,priore poſito in regimine, prius notat partem poſterioris. Leuit.17. שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ pars carnis ſuæ.Dan.12. אַדְמַת עָפָר pars pulueris.

37 Nomen ſubſtantiuum bis poſitum,importat ultra propriam ſuam ſignificationem,diſtributionem.Gen.7.Septem ſeptẽ,ſcilicet uniuſcuiuſq; ſpeciei.1.Reg.18. Quinquaginta quinquaginta. Hac phraſi etiã Marcus Euãgeliſta eſt uſus cap.6.

Et

Et cœpit eos emittere duos duos,i.binos & binos.Gen.14.Et in ualle Siddim putei putei bituminis,i.hinc inde putei. Leuit.24. Vir uir qui maledixerit dijs,i.quicūq; ille fuerit.Num.5.Vir uir ſi deflexerit uxor eius,i.quicunq; uir.Deu.32.Obſeruate ętatē,& ætatē,i.ſingulas ętates.& ca.33.Anno & anno,i.ſingulis annis.Ieſ.58. Die die me quærūt,i.quotidie,ſingulis diebus.2.Reg.17.Gēs gens,i.quælibet gēs. Ieſ.18.Gens funiculi funiculi,i.iuxta uniuſcuiuſq; funiculum.Pſ.12.Corde & corde loquūtur,i.diuerſo corde.Ieſ.66. Vnus unus,i.unus hic, unus alibi.Pro.2. Lapis & lapis,Epha & Epha,i.diuerſi lapides,& diuerſę Ephæ.Nehe.13. Iuxta linguā populi & populi,i.uniuſcuiuſq; populi.Eſth.2. Ordo puellæ puellæ,i.uniuſcuiuſq; puellæ.& cap.9.Familia & familia,id eſt,ſingulæ familiæ.2.Paral.31.Et ponebant aceruos & aceruos,i.hinc inde.Hac etiam phraſi Marcus eſt uſus ca.6. Sympoſia ſympoſia,i.diſtributis ſympoſijs ſeu conuiuijs.Et iterum: Diſtribuerunt praſiæ praſię, id eſt,hinc inde in praſijs ſeu herbarijs.

38 Nomen aūt adiectiuū bis poſitum auget & intendit ſignificationem. Leuit.13. Contaminatus cōtaminatus cenſebitur,i.totus contaminatus, cōtaminatiſſimus. Ier.24.Ficus bonas bonas,i.optimas.Item:Ficus malas malas,id eſt,peſſimas.

39 Nomina adiectiua conſtructa cum uerbis,genus mutant, & quodammodo aduerbiaſcunt. Gen.2. Non bonum eſſe hominem ſolum, i. nequaquàm eſt bonum, ut homo ſit ſolus:faciam illi adiutorium,quod ſit coram ipſo.Pſ.16.Bonum meum non eſt propter te,i.non eſt mihi bene propter te: uel ita,Nequaquàm eſt mihi bene propter te.Ieſaię 49.Leue eſt,ut ſis ſeruus meus ad ſuſcitandum baculos Iacob, ponam etiam te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſq; ad terminum terræ,id eſt, nequaquàm leue eſt,ut ſis ſeruus meus,&c. Mich.5.Et tu Bethlehem Ephratha parum eſt,quòd es in millibus Iehuda: ex te enim egredietur,qui ſit dominator in Iſrael,i.nequaquàm minima es in Chiliarchis Iehuda,&c. Rectè igitur Euangeliſta uertit,& Hebraiſmum propriè expreſſit.

40 Nomina collectiua conſtruuntur cum uerbis pluralis numeri.Exod.8.Dimitte populum meum,ut colant me. Pſal.18. Populus, quem non cognoui,ſeruiēt mihi. Num.21. Et uiderunt tota congregatio,quòd expiraſſet Aaron. Pſal.66. Vniuerſa terra curuabunt ſe tibi.Pſal.118.Dicant domus Aaron.

41 Nomē pluralis numeri cōſtructum cum uerbo ſingularis numeri ſumitur partitiuè. Gen.49. Filiæ incedit ſuper muro,i.unaquæque,una poſt aliam.Prou.9.Sapientiæ ędificauit domum ſuam.Eccleſ.10.Muſcæ mortis fœtere facit,& exhalare facit unguentum pigmentarij,id eſt,quælibet muſca mortua.

42 Ponunt Hebræi in multis orationibus primò nominatiuum nominis, cuius caſum poſtea per pronomen affixum referūt. Num.5. Vir uir ſi deflexerit uxor eius, i.cuiuſcūq; uiri uxor deflexerit.Iob 3. Nox illa occupet eam caligo,i.noctem illam occupet caligo.Pſalm.10.Iehoua in cœlo ſedes eius: pro,ipſius Iehoua ſedes eſt in cœlo.Pſal.89.Cœli ſtabilies thronū tuum cum eis, i. ſtabilies fidem tuā cum cœlis, hoc eſt,quādiu cœli ſubſiſtunt. Pſal.90. Dies annorum noſtrorū ſunt ſeptuaginta.

43 Præponūt etiam ſæpiſſimè nominatiuum pronominis tam ſeparati, quàm affixi uerbo,nullius ſignificationis cauſa,ſed ut ſit tantùm expletiua particula.Geneſ. 24. (Ego) in uia deduxit me.1.Samu.25.In me (ego) ſuſtentator mi iniquitas iſta. Pſal.41.Et(ego)oratio mea ad te Iehoua. Eccl.2. Et dixi ego in corde meo, qualis eſt euentus ſtulti,etiam(ego)eueniet mihi.& cap.8.(Ego)os regis obſerua.Ieſ.28. Propterea ſic dixit ſuſtentator Iehoua:Ecce(ego)addet arduū facere cum populo iſto. & ca.66. Et(ego)opera eorum & cogitationes eorum uenit colligere omnes gentes & linguas,& uenient & uidebunt gloriam meam.Zacha.7. An ieiunando ieiunauerunt me (ego). Et cap.9. Etiam(tu)in ſanguine teſtamenti tui emiſi uinctos tuos de lacu,in quo non eſt aqua.Num.12.Qui oculo ad oculum uiſus(tu)Iehoua.Pſal.88.Sicut interfeciſti iacentes in ſepulchro, (qui)non recordatio eorum amplius,i.quorum nulla recordatio amplius. Pſ.89. (Qui) manus mea firmabitur cum eo,id eſt,manus mea firmabitur cum eo.

44 Hypallage uſitata eſt in lingua Hebræa. Iud. 1. Et ciuitatē miſerūt in ignē. 2. Reg. 8. Munitiones eorum mittas in ignem. Pſ. 74. Miſerunt in ignem ſanctuaria tua. 2. Reg. 5. Ecce miſi ad te Naaman ſeruum meum, ut colligas eū à lepra ſua, i. ut leprā ab ipſo colligas. Iob 7. Non agnoſcet eum amplius locus eius. & cap. 18. Et apprehendet in calcaneo laqueum, i. & apprehendet laqueo calcaneum eius.

45 Participia quædā pręteriti tēporis notant finem actionis ſeu paſſionis: ut נְצוּרִים Ieſ. 65. Qui ſedent in ſepulchris, & in obſeruatis morantur, id eſt, quæ amplius non obſeruantur ſeu cuſtodiuntur. Item נֹחֲלָה Ezech. 19. Et uidit quòd expectatum eſſet, id eſt, expectatio ſeu ſpes irrita eſſet. Dan. 9. Definita magna afflanda.

46 Coniugationes uerborū conſiderandæ ſunt diligēter. In illis enim modus ſignificandi uariatur. Et multa etiam in ſecunda coniugatione ſignificationem contrariam recipiunt, ſicut פָּנָה in prima coniugatione ſignificat aduertere, reſpicere. In ſecunda פִּנָּה remouere è conſpectu. Item חָטָא errauit, deliquit, חִטֵּא remouit, abſtulit erratū, reuocauit in uiam, id eſt, expiauit: תָּאַב appetiuit, תָּאַב auerſatus eſt.

47 Præcipuè autē uerba, quæ à nominibus ſunt deriuata, contrariam habent ſignificationem in ſecunda coniugatione: ut à גֶּרֶם os, uerbum גֵּרֵם exoſſauit. Similiter à nomine עֶצֶם, deriuatur עִצֵּם exoſſauit. Item à nomine שֹׁרֶשׁ radix, uerbū שֵׁרֵשׁ eradicauit. Item à דֶּשֶׁן, uerbum דִּשֵּׁן decinerauit. Et à קְלִף cortex, deriuatur uerbū קִלֵּף decorticauit, &c.

48 Tempora uerborū non ſemper obſeruāda ſunt. Nam Prophetę futura poſt multas generationes uelut iam facta uiderunt, & quod à Deo diſpenſatum erat, uelut iam perfectum prædicabant: ut Pſal. 22. item Ieſ. 7. & 53. & alibi exempla habētur.

49 Sunt quædam uerba, quæ in eadem coniugatione contrariam habent ſignificationem: ut שִׁבַּח מֵאַר חֵמַר חִבֵּל.

50 Verba apud Hebręos, quibus uel dehortantur, uel deprecātur, accipienda ſunt completiue: ut Exo. 13. Ne timeas, id eſt, opprimi te ſinas timore. Sicut etiam illa phraſis in oratione Dominica: Et ne nos inducas in tentationem, id eſt, ne ſinas nos obrui, ſeu opprimi in tentationibus.

51 Sunt quędam uerba, quæ (ut in alijs quoq; linguis fit) ſecundum formam aliam loquēdi, aliam quoq; ſignificandi rationem habēt: ut עָזַב ſignificat alicubi derelinquere, deſerere: ut Pſal. 22. Deus meus, deus meus cur me dereliquiſti? Alicubi committere ſe alicuius fidei, ſich verlaſſen. Gen. 34. Et reliquit omne, quod erat ſibi in manu Ioſeph. Pſal. 10. Super te relinquit ſe infirmus. Item צָפַן alicubi abſcōdere. Pſal. 27. Quoniam abſcondet in tabernaculo in die malo. Alicubi ſignificat clàm obſeruare. Pſal. 10. Oculi eius ad infirmum obſeruant Item תָּמַם alicubi conſumare, perficere ſignificat. Deut. 31. Pſal. 64. Alicubi conſumere, perdere. Leu. 26. Num. 14. Sic כָּלָה, & alia multa.

52 Verba motum alioqui uel ad locum, uel de loco per ſe non ſignificantia, tamen appoſitione præpoſitionum motum uel ad locum, uel de loco important, & quodammodo duas ſignificationes recipiunt. Exempli gratia: Ieſa. 38. Tollant maſſam ficorum, & contundant ſuper ulcus, i. contuſam imponāt ſuper ulcus. Num. 19. Et accipient ad te uitulam ruffam, id eſt, accipiendo adducēt. & ca. 25. Et cœpit populus meretricari ad filios Moab, id eſt, cōferre ſe ad filias Moab, ut cū illis meretricarentur. Pſalm. 104. Et ad habitacula ſua recumbent, i. ad habitacula ſua ibunt ut recumbant. Pſal. 137. Et diſſipauit infantes ad petram, id eſt, illidendo ad petram. Ieſ. 11. Gentes requirent ad eum, i. requirendo uenient ad eum. Pſalm. 89. Prophanaſti in terram coronam eius, i. prophanaſti deijciendo in terram. Pſalm. 143. Contudit in terram uitam meam, i. contuſam proſtrauit in terram. Pſalm. 10. Viuificaſti me à deſcendentibus in lacum, id eſt, uiuum extraxiſti me. Pſal. 73. Perdis omnem meretricantem abs te, id eſt, qui meretricando diſcedit abs te. Pſal. 89. Et contundam à facie tua aduerſarios tuos, i. contuſos abijciam à facie tua. Ezech. 28. Et prophanabo de monte Dei, ſcilicet deijciendo. Ieſa. 38. Sed tu deſideraſti animam meam ex fouea putrida, id eſt, cum deſiderio extraxiſti animam meam ex fouea putrida.

53 Sunt præterea alia uerba, quæ etſi defectionē ab aliquo ſignificant, cōſtruuntur tamen cum præpoſitionibus quæ aduerſationem ſignificant, ut ſunt beth, lamed, & על, ut inde intelligas ſignificare ea actionem aduerſariam illi à quo defectio facta eſt, cuius generis ſunt חמס חטא בחש מרד סרר פשע: ſicut econtrà רשע cum præpoſitiōe mem cōſtruit̄ 2.Sam.22.& Pſ.18.Nō improbè egi, ſeu defeci à Deo meo.

54 Quando uerbum præter ſuam cōſtructionem articulum lamed datiui caſus extra regimen recipit, tum notat operationem utilitatis cauſa inſtitutā, aut inſtituendam. Gen.12. Abi tibi de terra tua. Exod.18. Et abijt ſibi ad terram ſuam. 2.Sam.20. Ne fortè inueniat ſibi ciuitates munitas. 2.Par.28. Si quæſieris eum, inuenietur ſibi. Iere.29. Et inueniar uobis. Zach.9. Rex tuus ueniet tibi iuſtus, &c.

55 Imperatiuus ſæpè ſolet tranſire in naturā aduerbij. Gen.27. Vide, odor filij mei ſicut odor agri, id eſt, ecce. 1.Sam.15. Vide, uerba tua bona & recta. Ierem.22. Vide uerbum Iehoua.

56 Solet autem tum maximè tranſire in naturam aduerbij, quando præponitur alij uerbo ſine copula: ut Pſal.102. Feſtina exaudi me, i. feſtinanter exaudi me.

57 Secunda perſona imperatiui præſentis temporis uſurpatur aliquando pro tertia imperatiui futuri temporis. Exod.35. Accipite à uobis leuandam ipſi Iehoua, quiſq; ſpontaneus corde ſuo conferat eam, i. accipiant. Iud.5. Tunc dominare reſiduum magnificis in populo, dominatur pro me in heroibus, id eſt, tunc dominabatur reſiduum magnificis in populo, Iehoua dominabatur pro me in heroes. Pſal. 22. Deuolue ad Iehoua, liberet eum, pro deuoluat ad Iehoua, & liberet eum.

58 Vtitur lingua Hebræa imperatiuo in præceptis affirmatiuis: ut Deuter.6. Audi Iſrael, Iehoua deus noſter, Iehoua deus unus, &c. At ſecunda perſona futuri in præceptis negatiuis: ut Exo.20. Non occides, non mœchaberis, &c.

59 Quando infinitiuus ſequitur aliud uerbum tertiæ perſonæ, tum ſimiliter eſt in eodem tempore, & eadem perſona transferendus. Leu.15. Aut ſi expuere fluidum in Mundum, id eſt, ſi expuerit fluidus in Mundum. Pſal.35. Qui ſubſannauerunt propter uſtulatam frendere ſuper me dentibus ſuis. Pſal.49. Et deſcenderunt cum eis Recti manè, & petra eorum inueteraſcere, i. inueterauit. Ieſ.42. Inflare in cauernas uniuerſi illi, & in domos carcerum abſconditi ſunt. ubi tamē uerbum præteriti temporis ſequitur Infinitiuum. Iere.7. Et patres accenderunt ignem, & mulieres ponere paſtam. & ca.14. Quinetiam cerua agri gemuit, & derelinquere, quia non erat gramen, i. dereliquit. Zachar.12. Et plangent ſuper eum quaſi planctum ſuper unigenitum, & amaricari ſuper eum ſecundum amaricari ſuper primogenitum, id eſt, amari erunt ſuper primogenito.

60 Vnius & eiuſdem uerbi geminatio priore poſito in infinitiuo ſeu gerundio in oratione affirmatiua notat affirmationem, ſeu aſſeuerationem & certitudinem. Gen.18. Et Abraham eſſendo erit in gentem magnam. 1.Sam.14. Guſtando guſtaui cum extremitate uirgæ. 2.Sam.9. Faciendo faciam miſericordiam in te propter Ionathan patrem tuum. Pſal.118. Caſtigando caſtigauit me Ia, ſed morti non tradidit me. Habakuk 2. Veniendo ueniet, & non tardabit, &c.

61 At in oratione negatiua, intendit negationem. Exo.34. Innocentando non innocentabis, i. nequaquàm innocentabis. Iere.24. Et releuando non releuamen erunt populo huic. Mich.1. Flendo ne fletis. Dan.10. Et ungendo non unctus ſum, id eſt, nequaquàm unctus ſum.

62 Quando duo uerba ſimul in oratione ponūtur ſine copula, uel prius uertitur in aduerbiū. Gen.11. Afferte lateriſabimus lateres, id eſt, Euge lateriſabimus. Et mox iterum: Euge ædificabimus nobis ciuitatem. Exo.1. Euge ſapienter agamus cōtra ipſum. Pſal.102. Feſtina exaudi me, id eſt, feſtinanter exaudi me. Ioſ.5. & iterū: Circūcide filios Iſrael ſecundò. Pſal.85. An tu nō rurſus uiuificabis nos? Ieſ.49. Inordinatè & in uanū uirtutē meā abſumpſi. Et iterū cap.45. Nō dixi ſemini Iacob, inordinatè quærite me. Oſeæ 9. Profundi ſunt corrupti ſunt, pro ꝓfundè ſeu funditùs corrupti ſunt, &c. Vel poſterius importat cauſam prioris. Pſ.88. Tuli terrores tuos, ut

tremerẽ.Et iterũ:Aut Gigãtes reſurgẽt celebrabũt te,i.ut te celebrẽt.Pſ.94.Eructa bũt loquenṫ uetera,i.ut loquanṫ.Pſ.102.Tu ſurges miſereberis Ziõ,i.ut miſerearis

63 Tertia perſona tam præteriti, quàm futuri tẽporis uſurpatur ſæpè imperſonaliter.Leuit.13.Contaminatus contaminatus uocabitur. Deut.15.Quoniam uocabitur remiſſio ipſius Iehoua.2.Sam.20.Et ſtabitur in promontorio.2.Reg.22.Accendetur ira mea in loco iſto,quæ non extinguetur.Iob 35.A flatu dei dabitur gelu.Pſ. 141.Et audientur ſermones mei.Ieſ.38.Suſtentator ſuper illis uiuitur. & cap.64.Et à ſeculo non audita ſunt,neq; mandata ſunt. Iere.17.Et non extinguetur. Mich.2. Aſſumetur ſuper uos parabola.Prou.26.Abſcondetur odium.

64 Mos eſt ſcripturæ,ut aliquoties in eodẽ uerſu loquatur in ſecunda & tertia perſona:ut Pſal. 66. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis,illuminet uultũ ſuum ſuper nos,& miſereatur noſtri,ut cognoſcamus in terra uiam ſuã in omnibus gentibus ſalutare tuum.Ieſ.1.Quia pudefient ab arboribus,quas concupiuiſtis.Iere.11. Et Iehoua ſcire me fecit,& cognoui,& oſtendiſti mihi opera eorum. Et ibidem iterum: Ad uocẽ loquelæ grandis exardeſcere fecit ignem ſuper eam, id eſt,ſuper te. Et Pſal.91.multa extant exempla.

65 Multa ſunt uerba actiua ſecundę coniugationis,quæ ſunt neutropaſſiua,& exponuntur paſſiuè: ut Geneſis 15.Credidit Abram Deo,& imputauit illi iuſtitiam. Quod Paulus Rom.4.& Galat.3.ſic uertit: Et imputatum eſt ei ad iuſtitiam.quãquàm uerbũ ſit primæ cõiugationis.Similiter Pſ.51.Vt iuſtus fias. Pro quo Paulus Roman.3.Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.Ieſa.25. Abſorpſit mortem uictorioſè. Quod Paulus 1.Cor.15.ita reddidit:Abſorpta eſt mors in uictoriã. & ca.48. Neq; etiã aperiet aurẽ tuã:pro,neq; aperta eſt auris tua.& cap.60.Et aperiẽt portas tuas: pro,apertæ erũt portæ eius.Mich.5.Quia de mercede meretricis collegit:pro,collecta eſt.Iob 7.Et noctes laboris ſubtraxerunt mihi: pro,ſubtractæ ſunt.

66 Verba tertiæ coniugationis, quæ in malam partem accipiuntur, deo autem attributa,cui talis actio neutiquàm competit(quod uidelicet non ſit autor mali),priuatiuè ſunt accipienda,non poſitiuè. Exo.7. Et ego pertinax reddam cor Pharaonis. Ieſaię 63.Quare errare nos facis à uijs tuis, abhorrere facis cor noſtrum à timore tui.Sic Paul.ad Rom.1.utitur etiã uerbo tradidit,cùm ſcribit:Tradidit illos deus in deſideria cordis ſui.Et iterum: Tradidit eos deus in reprobam mentem, &c.

67 Verba quartę coniugationis aliquoties fictionẽ ſeu ſimulationẽ quandã ſecum importãt:ut הִתְחַלָּה 2.Sam.13.Simulauit ſe ægrotum. הִתְאַבֵּל 2.Samu.14. Simulauit ſe lugere.Item הִתְעַשֵּׁר Similauit ſe diuitem. הִתְרוֹשֵׁשׁ Similauit ſe pauperẽ,Prou.13.

68 De illis regulis & obſeruationibus ſtudioſum Hebrææ linguę priùs admonere uolui in præfatiõe,q̃ ut auſpicarer Dictionariũ,quę in eo paſſim tradi nõ poſſunt.

Nunc autem de ordine pauca dicã, quem in uerborũ coniugationibus, temporibus, perſonis & modis obſeruauimus. Initiò poſui primã cõiugationem, & in ea initiò præteritũ & præteriti tertiã perſonã maſculinã, mox tertiã fœmininã. Deinde ſecundã perſonã maſculinã & fœmininã. Tertiò primã, quę eſt utriuſque generis. Similiter in numero multitudinis. Poſt Indicatiuũ ſubiũxi Imperatiuũ. Exinde perſonas futuri iuxta memoriale אֵיתָן. Tandẽ Infinitiuũ & gerũdia. Poſtremò participia, eò q; plerunq; amiſſa tẽporis ſignificatione in naturam nominum tranſeũt. Atq; hũc ordinẽ ſeruaui quoq; in reliquis cõiugationibus tã actiuæ, quàm paſſiuę uocis. Poſt quartã coniugationẽ ſubiunxi formas nominum, atque hinc factum, q; ſcripturæ locos nõ ſecundum ordinem librorũ aut capita, ſed ut cõiugatio, tẽpus, perſona & modus: item participia, & formæ nominum requirunt, allegauerimus.

*Ordo in Dictionario obſeruatus.*

Hoc ordine contextũ Dictionariũ tibi exhibemus lector, in quo, quantum fieri potuit, propriã & certã habebis uocũ omniũ ſignificationẽ, ac inſuper phraſes ſcripturæ diligenter annotatas. Itẽ regulas notatu utiles & neceſſarias, ſine quarũ rerũ cognitione, nõ modò uetus, uerùm etiã nouũ Teſtamentũ, nequaquàm intelliges. Siquidẽ in nouo Teſtamento quamuis Græcè ſcripto plures reperias Ebraiſmos, quàm Gręciſmos: cuius rei ut fidem tibi faciam, ex mille unum tãtùm exemplum

*Vtilitas Hebraicæ linguæ.*

*Hebraiſmi in Nouo Teſt.*

addu-

adducam. Quod Chriſtus ſtatim in initio ſui miniſterij dicit: Impletũ eſt tempus, inſtatq́ regnum Dei, &c. hoc nemo intelliget, quid ſibi uelit uoce Temporis, quid hoc loci ſignificet, niſi ex Hebræa lingua ſignificationẽ nominis צָבָא, & hãc phraſin ex Ieſaia ſumptã eſſe cognouerit. Nec enim illi qui expers eſt Hebrææ linguæ, in mẽtem uenire poteſt, quòd hoc nomine καιρὸς comprehendatur totum ſacerdotium, ac totus cultus ueteris Teſtamenti, qui iam ceſſare, & finem ſuũ habere debebat, cũ adeſſet ipſe Meſſias, uerus & æternus ſacerdos & rex deprecator, uictima & liberator qui in lege prȩfiguratus erat, &c. Quare Hebrȩa lingua diſcẽda eſt nõ ideo ſolũ, ut Moſen & Prophetas, uerùm etiam ut in nouo Teſtamẽto ex Moſe & Prophetis Chriſtũ, Apoſtolos & Euangeliſtas rectè diſcas & intelligas.

Libet etiã hîc cõmemorare uerba Auguſtini, cur neceſſaria ſit linguæ Hebrææ cognitio. Nam multa (inquit) Hebrȩa uerba ſȩpè inueniunt̃ nõ interpretata, ſicut Alleluia, Oſanna, Racha, Amen, &c. quorũ partim propter ſanctiorẽ autoritatem (quãuis interpretari potuiſſent) ſeruata eſt antiquitas, partim uerò in aliã linguam trãſferri minimè potuerũt, ſicut certè quædã uerba ſunt certarũ linguarum, quæ in uſum alterius linguæ per interpretationẽ tranſire nõ poſſunt. Et Hieronymus nomen צְבָאוֹת ſi nomini diuino attribuitur, non debere transferri monet, idq́ propter myſterium, & quòd nec ſpiritus ſanctus, nec Apoſtoli mutarint, &c.

*Syriaca uerba.* Sunt præterea cõplura alia uocabula Hebræa & Syriaca, quæ etſi interpretata ſunt ab Apoſtolis, tamen ſua etiã lingua retinuerũt, eò q in propria lingua plus habeãt energiæ, ſintq́ ſignificãtiora, aut ponant̃ recitatiuè: ut רַבִּי רַבּוֹנִי קָרְבָּן אפתחתה
גַּבְּתָא גָּלְגָּלְתָּא חֲקֵל דְּמָא. Itẽ integræ ſententię אֵלִי אֵלִי לָמָה שְׁבַקְתָּנִי. Itẽ טַלִיתָא קוּמִי.
Item מָרָן אֲתָה, &c. Atq́ hæc quidẽ cauſæ Theologiæ deditũ incitare debent ad ſtudiũ linguæ Hebraicæ, ne partẽ ſaltẽ ſacrȩ ſcripturæ, ſed eam totam ac integram intelligat, neq́ cogat̃ aliquãdo credere parũ aut doctis, aut fidis Interpretibus, nec dubia ſemper fluctuet angaturq́ cõſcientia de ueritate, ſed multò magis cognita uocis alicuius propria ſignificatiõe certus ſit de ueritate: ut interim prætercam, q uel unius paruæ uoculæ ſignificatio, eam ſi noueris, plus lucis adferat Theologo, quàm omnia omnium interpretum etiam prolixiſſima Commentaria.

*Antiquitas.* Mentibus hominũ hoc natura eſt inſitum, ut quæ uetera ſunt & antiqua, amẽt, affectẽt, admirentur, ſuſpiciãt, & honore afficiãt: uidetur enim illis ineſſe quoddã numen, & maieſtas quædã. Quis non libenter uetuſtiſſimorũ Poetarũ Lini & Orphei aliorũq́ cognoſceret poemata, & linguã qua priſci ſunt loquuti, etiãſi iampridẽ exoleuit & antiquata eſt? ſicut nũc doctos magno ſtudio priſcorũ Heroũ imagines in numiſmatis exquirere uidemus & habere oſtentui. At nõ dolendum eſt, q tam pauci huius linguæ ſtudio incumbant, cùm tamẽ ea omniũ antiquiſſima ac prima eſt, qua tota diuinitas, pater, filius & ſpiritus ſanctus, hoc pulcherrimũ Mundi & omniũ Creaturarũ, quæ in eo ſunt, theatrum cõdiderunt, qua ſe tota Trinitas tanquã in imagine depinxit & patefecit, & ita, ut extra hãc ſcripturã, neq́ de eſſentia Dei, neq́ de uolũtate, aut de operibus ipſius quicquã cognoſcere queas, quaq́ filius Dei ab initio Eccleſiæ legem ſuã promulgauit, & lapſo in paradiſo homine promiſſionẽ hanc conſolãtiſſimã de reparatione humani generis ex ſinu æterni patris protulit, Semen mulieris opprimet caput ſerpentis. Et per hanc linguã filius dei fuit efficax, & primos parẽtes ex triſtiſſima morte uitæ reſtituit. Hac lingua appellauit Adam nominibus ſuis cũcta animantia, cuncta uolatilia cœli, & cunctas beſtias terræ, certiſſimũ argumentũ, quod ad naturam rerũ exprimẽdam omnium etiam accõmodatiſſima ac proprijſſima ſit. Hac lingua filius Dei patribus loquutus inde ab initio ſibi æternam collegit Eccleſiã, quȩ nulla alia uſa eſt uſq́ ad Babylonicȩ turris extructionẽ, in qua propter peccatum hominum horribili ira dei, & indicibili Eccleſiæ Dei damno, cõfuſio atq́ uarietas linguarũ ſequuta eſt, in qua tamen deus hanc linguam integram & incorruptam in ſancto עֵבֶר & familia ipſius ſeruare ad Lot, à Lot autẽ ad Abrahamũ uſq́ & ipſius poſteritatem propagari uoluit, ut illa lingua ſonaret promiſſio Abrahæ facta de ſemine benedicto, q eſt Do-

minus noſter Ieſus Chriſtus,in quo benedicēdę erāt oēs gentes. Ab Abrahā & ipſi us poſteritate deriuata eſt ad Moſi uſq; tēpora,qui legem ea lingua digito dei ſcriptā, & in mōte Sinai acceptā populo Iſraelitico tradidit, atq; in eo populo perpetua temporū ſerie manere uoluit. Hac ꝓphetæ ſpiritusancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines uſq; ad trāſmigrationē populi Iudaici in Babylonē,in qua etſi illis ſeptuaginta annis captiuitatis ſuæ populus nōnihil de Chaldaiſmo, & poſtea reuerſus,idiotiſmo Syriaco,& alijs gentiū linguis,in quas diſperſi erant,contraxerit. Et Chriſtus Saluator noſter exinde & Apoſtoli uſi ſunt lingua illa uulgari & mixta,tamē ſcripta prophetarū mirabili dei conſilio & beneficio in tā horribilibus impiorū uaſtatiōibus,adeoq; etiā populi Iudaici finali excidio incorruptè (præter id qđ malina Rabinorū factū eſt) cōſeruata ſunt, & relicta Eccleſię collectę ex gētibus,ex qua filiū Dei agnoſcerēt & ipſius cognitiōe iuſtificarētur à peccatis ſuis. Cū igiī ſingulare ſit donū linguarū,quo opus eſt in enarratione Moſi & prophetarū,quæ ſine Hebrææ linguæ cognitione rectè ac feliciter fieri nō poteſt,nō ſolùm ſtultè,& ridiculè,uerùm etiā impiè faciūt,q hoc ſtudio neglecto, temerè illotis (ut dicitur) manibus interpretationē Moſi & prophetarū ſibi uſurpātes,ꝓlixas texūt Cōmentationū telas,quæ imperitos inuoluūt magis,q̄ euoluāt, aut doctiorē reddāt,in quos uerè hoc Pauli dictū cōpetit: Sēper diſcētes,nec unquā ad cognitionē ueritatis uenire ualētes... Eſt igitur nō tantùm turpitudo, uerùm etiā extrema & deteſtāda ingratitudo eorū,qui hoc tantū dei donū nō agnoſcūt,nec grato animo amplectūtur & excolūt,quo nūc poſtremis diebus Eccleſia Chriſti ornata eſt. Etſi alias ingratitudo erga multò minora beneficia Deo exoſa grauiſſimè puniī, quātò magis tāti doni contēptores pœnas dabūt,cuius beneficio in lucē & agnitionē legis & euāgelij trāſlati,uerè iā poſſumus dici, & uerè etiā ſumus filij lucis? Experiētia aūt edocti ſumus,quantā lucē attulerit nobis in ſcripturis ſacris & adhuc adferet multò clariorē, ſi repulſa Rabinorū caligine ſyncera ipſius habebiī notitia. Vereor aūt malè,ne ex iſta gloria & luce iterū ejciaī nō ornatus iſta ueſte nuptiali in tenebras exteriores. Et cùm nūc aduerſarij ueritatis etiā ſtudeāt in hac lingua, tātùm eo cōſilio, ut ex ea patrocinia quærāt ſuæ impietatis, ſicut Eccius uolēs probare Miſſam eſſe ſacrificiū, arripiebat falſò pro ſe uerbū Hebręū עשה, ita argumētando: Hoc uerbum ſignificat in lege Moſi ſacrificare, ſicut & Virgilius eo uſus eſt cùm ſcribit: Cum faciā uitula pro frugibus, ipſe uenito, i. cùm ſacrificauero: Ergo & in hoc dicto Chriſti: Hoc facite in mei cōmemorationē, etiā ſumitur pro ſacrificare, & ſic eſt exponendū: Hoc ſacrificate in mei cōmemorationē. Imperitus linguæ Hebraicæ facilè tali argumento perſuaderetur, ut crederet uerbum faciendi idem ſignificare, qđ ſacrificare: ſed doctus linguæ ſcit antecedens eſſe falſum, & q in Moſe uerbū עשה, dū de ſacrificijs agiī, nō ſacrificare ſignificet, ſed ſacrificia præparare ſeu adaptare, ſicut in uerbo עשה multis ſcripturæ teſtimonijs demonſtratū eſt. Demōſtrauimus etiā multa abſurda ſequi, ſi uerbū hoc Hebræū pro ſacrificare accipiendū eſſet. Quare cū hæc lingua pugnando ualet cōtra aduerſarios uerbi, & pro propugnanda ueritate, ideo Theologo ſummè eſt neceſſaria. Similiter aliqui alij ex hoc dicto in Malachia propheta, [redacted] conati ſunt, quod ſic ſonat: Ab Ortu ſolis uſq; ad Occaſum eius, magnū eſt nomē meū in gētibus, & in omni loco ſuffitus offerī nomini meo, & oblatio munda, quoniā magnū eſt nomē meū in gētibus, &c. Ergo (inferūt) [illegible] tuis omnibus gētibus. Et poſſe a plus impietatis [redacted] ualere [illegible] opere operato, & quādo per ſacerdotē applicaī pręſentibus, mereī remiſſionē peccatorū, & omnē felicitatē: cū tamen deus in eo loco nō loquaī de ſacrificio ꝓpiciatorio qđ mereaī, ſed de ſacrificio gratiarū actiōis, ut ſunt uera in fide inuocatio, gratiarū actio pro acceptis beneficijs Dei, prædicatio Euāgelij, &c. ſicut in lege Moſi Suffitus, orationē: oblationes panū, prędicationē uerbi dei prę̄figurabant. Qui igiī notitiā Hebrææ linguę nō habēt, nec proprietatē uerborū probè tenent, certè nihil facilius eſt, quàm q eiuſmodi præſtigijs aduerſariorū euertantur.

Ingratitudo contemnentium.

Aduerſarij ueritatis.

Facere non eſt ſacrificare.

Impri-

*Contra Iudæos utilem eſſe hãc linguam.*

Imprimis autẽ cùm cõtra reliquias Hebrææ gẽtis nobis pugnandũ erit, & propugnãda fides & religio noſtra de diuina eſſentia in tres perſonas diſtincta, de altera perſona, quæ eſt filius Dei ab ęterno à patre genita, per quem cõdita ſunt omnia, qui ex uirgine homo natus, & factus uictima qua placatus pater cœleſtis, ipſiusq; morte, & merito, fide accipiamus remiſſionẽ peccatorũ, iuſtitiã & uitã æternam. Item de ſpiritu ſancto, tertia perſona in diuinis, quòd is ſanctificet, uiuificet, foueat, doceat, conſoletur Eccleſiã, & in ea lucẽ & inuocationem accẽdat. Et quia ſcripta Apoſtolica Iudæi non recipiunt, ex propheticis clara teſtimonia ſumenda ſunt, quibus tres illæ perſonæ diuinitatis probandæ: uerùm etiam omnes articuli ſymboli Apoſtolici, adeoq; tota & integra doctrina Chriſtianæ religionis confirmãda erit. Ad hãc rem pertinet nõ mediocris cognitio linguæ Hebraicæ, ut Rabinorũ corruptelas intelligas, & genuinã cùm uocũ ſignificationẽ, tũ phraſiũ naturã & uim oſtẽdere, & cauillationes ipſorũ confutare poſſis.

*Ad iudicandum de uerſionibus ualere.*

Præterea cùm hoc ſeculo multæ extent uerſiones ſacrorum Bibliorũ cùm ueterũ Doctorũ, tum recentiũ, quæ inter ſe non parũ diſſentiunt, refert plurimùm Hebrææ linguę cognitionẽ tibi cõpares, & ex ea tibi formes iudiciũ, ut ipſe cernere poſſis, quis illorũ propriè uerterit, quis ſecus, ne malũ pro bono, & falſum pro uero amplectaris.

*Vetus translatio.*

Quid in ueteri trãslatione potuit uerti gloriæ Chriſti ~~& merito paſſionis ſuæ magis contumelioſum, quid Idolatricũ magis, & blaſphemũ, quàm quod ſtatim in prima de ſemine mulieris promiſſione pronomẽ in genere fœminino uerſum eſt, ut de matre intelligatũ dictũ, nõ de ſemine mulieris ipſo Chriſto nato ex muliere: Ipſa obtruet caput ſerpẽtis: cùm tamẽ luce meridiana clarius ſit in Hebręo pronomẽ eſſe maſculini generis, & debere referri ad ſemẽ mulieris. Deinde~~ ca. 9. Erepta eſt per interpretem magiſtratui poteſtas gladij, & honorũ iudicũ grauiter ſauciata eſt conſciẽtia, ubi uertit: Quicunq; effuderit humanũ ſanguinẽ, fundetur ſanguis illius: quod ſic uertendũ erat: Qui effuderit ſanguinẽ hominis, per hominẽ ſanguis eius effundetũ. Et neceſſariò certè, ut Hebræus textus habet, interponẽda erat hæc particula, per hominẽ ſanguis eius effundetur.

*Ieremiæ locus uariè expoſitus.*

Verba illa Ier. ca. 11. ubi uetus trãslatio habet: Mittamus lignũ in panẽ, & eradamus eũ de terra uiuentiũ, &c. Deus bone quàm uariè ſunt expoſita tã à Iudæis, q̃ Chriſtianis. Rabini de taxo arbore uenenata intellexerunt dicta, cuius ligno minutatim inciſo Ieremiæ in cibo admiſcere uoluerint, ut ueneno illo eũ tollerẽt. Hac ſententia quid quęſo à uerbis Hebraicis eſt alienius? & tamẽ ex Chriſtianis multos reperies, qui huic ſubſcripſerũt, ut ſunt ex illorũ numero Nicolaus Lyranus, & poſt eũ noſtro tẽpore nõnulli Cõmentatores ſic uertentes: Perdamus ligno panẽ eius, &c. Cyprianus & Tertullianus ita expoſuerunt: Mittamus panem in lignũ, hoc eſt, Chriſtum (qui eſt panis ille cœleſtis) adigamus in lignum & crucifigamus eum. Et hanc eorum expoſitionem non pauci ſunt amplexati, atq; etiam poſtea uerba iſta in Eccleſia recepta ſunt, atq; decantata eo anni tempore, quo paſſio Chriſti recolitur. Aliqui alij per lignum crucẽ & paſſionem Chriſti intellexerunt, per panem uerò doctrinam, quę poſt Chriſti paſſionem facta ſit longè dulcior (ſicut lignum per Moſen in aquas amaras miſſum eas dulcorauit) longeq; etiam latiùs ſparſa ſit, quàm antea. Fuerunt etiam nonnulli alij, qui ad panem ſacramenti altaris detorſerunt. Et quis omniũ interpretũ expoſitiones horũ uerborũ recenſere poteſt, quę omnes ortę ſunt ex uerbis prophetę nõ intellectis, quæ ita perperã uerterunt: Mittamus lignum in panẽ eius? cùm neque uerbũ שחת mittere ſignificet, neq; עץ hoc loco lignũ aridũ, neq; לחם panẽ, ut à piſtore in fornace coquitur, ſed uerbũ Hebræũ ſignificet ſternere ſeu deijcere deorſum: & עץ arborẽ, & לחם fructũ arboris, ut rectè uertas his uerbis: Deijciamus arborem cũ fructu ſuo, & ſuccidamus eã è terra uiuorũ, &c. Ieremiam nimirũ uocantes figuratè arborẽ, & fructum arboris, doctrinam ipſius: ſicut & Chriſtus Doctòres arbores uocat, & doctrinam eorũ fructus, ex quibus iubet cognoſcendos eſſe boni ne ſint aut mali, Matth. 7. Hæc ſententia cùm ſimplex ſit, perſpicua & genuina, tamen ignorantia Hebrεæ linguę multipliciter detorta ac deprauata eſt. Poſſem eiuſ-

modi errata (ne quid durius dicam) in Veteri tranſlatione, præcipuè uerò in Pſalmis plurima in medium producere, ſi hîc locus eſſet, & poſtularet neceſſitas.

*Recentiorũ interpretatiões.*

Porrò in recentium interpretũ tranſlationibus non multò pauciora, & quędam non leuiora errata reperies, quale eſt hoc, quod ſuprà quoq; retulimus: Ire in templum Domini bonis auibus: cùm conſtet ex uerbo dei auguria prohibita, & pœna capitali eſſe interdicta. Itẽ quod in principio Creationis aliqui pro his uerbis: Et dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, &c. auſi ſunt uertere: Et iuſſit Deus, ut exiſteret lux, & extitit lux. Moſes data opera uſus eſt uerbo אמר, dixit, ut alteram in diuinitate perſonã diſtinctã à perſona patris, & à perſona Spiritus ſancti, nempe filiũ Dei inſigniret, per quẽ tota ſeries Creationis enũciata eſt. Et occaſione hinc ſumpta Ioannes Euangeliſta, λόγον uocat, & probat eſſe Deũ, & in principio fuiſſe apud Deũ, & omnia per ipſum facta eſſe, & ſine ipſo factum eſſe nihil, quod factum eſt, &c. idq; contra Cerinthum, Ebionem, Arriũ, & ſimiles hæreticos. At illi excluſo hoc uerbo, Et dixit, in quo maximum momentum & præcipuum pondus eſt ſitum, uerſione ſua tantùm exprimunt ſignificationem uerbi יְהִי, fiat. Vide igitur ſi quis proprietate uocis alicuius uel ſermonis neglecta & elegantiæ Latini ſermonis ſtudeat, quò prolabatur. O Satanicam illã eloquentiam, quæ ſeſe extollit ſupra ſapientiã Dei, quę ſanè digna eſt ut catenis noctis in tartarum pręcipitetur. Habet ſpiritus ſanctus ſuos modos loquendi, qui non eſt barbarus, hoc amplectamur in ſimplicitate cordis, potiùs q; in eminẽtia ſermonis uehamur. At cùm obijcient, tamen Dauid Pſal. 33. etiam ſic dixit: Iuſſu Iehoua cœli facti ſunt, & ſpiritu oris eius uniuerſa militia corũ: ſimiliter Paulus Apoſtolus 2. Cor. 4. uerbo iubendi eſt uſus: Qui iuſſit è tenebris lucem [illegible] ergo nihil eſt omiſſum, ac cum Dauide & Paulo loquuti ſumus: hîc negãda eſt conſequẽtia, quòd nihil ab ipſis omiſſum ſit, & reſpondendũ, quòd uterq; reſpiciat tantùm in uerbũ יְהִי, fiat, quod eſt iubentis Dei, & illa iuſſione factã eſſe lucem, nec reſpiciunt in אמר, id eſt, λόγον filium Dei, ſicut Ioannes Euangeliſta in illam perſonam reſpicit, & inde occaſionẽ ſumit ſcribendi de ſermone illo quòd in principio fuerit apud Deum, & per quẽ omnia facta ſunt, ſicut Paulus etiam Coloſ. 1. ubi de filio Dei loquens in hæc uerba ſcribit: Qui eſt imago Dei inconſpicui, primogenitus omnis Creaturæ, quòd per illum creata ſint omnia, quę in cœlis ſunt, & quę in terra, uiſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per illũ, & in illum creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia, & omnia per illum exiſtũt, &c. Quæ ſanè uerba Ioannes & Paulus ſumpſerunt ex iſto Moſi uerbo, & dixit. Ideo nequaquàm debebat omitti uerbũ. Deinde nec Dauid, neq; Paulus agũt interpretes eius dicti Moſi, alioqui non omiſiſſent, ſed tantum ex Moſe ſumunt quantum ipſorum propoſito ſeruit. Hæc nõ amore, aut ſtudio reprehendendi aliorũ labores ſcribo, ſed ut piè admoneã, ne temere à proprietate ſermonis deflectamus, neq; ſimus in uertendo ſacra adeò liberi, præſertim ubi ſpiritus ſanctus de ſummis rebus & articulis fidei noſtræ agit, & ut Theologi ex hac lingua interpretationes iudicare queant. In primis aũt iuuẽtus poſtquàm fundamẽta iecit linguæ Latinæ tum Græcę, aſſuefaciẽda eſt ad hoc ſtudiũ Hebrææ linguæ, ut ſacrã ſcripturã rectiùs intelligere diſcat, & ad poſteritatẽ trãſmittatur, nec extinguatᷣ lux uerbi dei, ſed ſtudio linguæ huius accẽdatur, & tãquàm pabulo alatur. Et ut animi ipſorũ magis ad amorẽ & ſtudiũ huius linguæ inuitẽtur, proponatᷣ illis, q̃ ingẽs ſit gloria huius linguæ, quã præ cęteris linguis habet, ꝙ ab alijs linguis nihil mẽdicet aut mutuetur, per ſe non modò ditiſſima, ſed etiã copioſiſſima: ecõtrà uerò omnes aliæ ab hac multas uoces mutuẽtur: Quapropter etiã ſe inopiãq; ſuã multis tegãt præpoſitionũ compoſitionibus, quibus lingua Hebræa minimè eget, neq; opus habet, ſed ſingulæ res ſua habent nomina, ſuaq; uerba & themata ſimplicia, illis tantùm exceptis nominibus, aut uerbis, quę aliũde inuecta ſunt, quorũ quędam ſuprà oſtendimus, & mutari in hãc linguã non poſſunt, nec debent, ne cõtamineᷣt prophanis illorũ appellationibus. Eſt inſuper & hæc ingẽs gloria & cõmendatio huius linguæ, ꝙ cùm omnes

*Huius linguæ dignitas.*

aliæ

aliæ linguæ, quælibet ſuũ habeat contagium, quo iuuentus facilè infici ac corrumpi poteſt (prophana enim prophanos faciunt, & ut Paulus dicit, Corrumpũt mores bonos colloquia mala): tamẽ hæc ſola, de uero deo, de ueris cultibus Dei docet, præcipit timorem, fidem, ueram inuocationẽ, obedientiã, patientiã, modeſtiã, ſobrietatem, caſtitatem, & cæteras uirtutes, quæ in Decalogo præcipiũtur, prohibet idololatrias, & incõceſſas libidines & cõmixtiones, ponit ob oculos exempla iræ dei in ſceleratos. Ideo hoc nomẽ, & iſtũ titulũ præ omnib. alijs linguis meruit, ꝙ dicaꝛ & ſit reuerà lingua ſancta & caſta, modò uites dogmata, & enarrationes Rabinorũ, quæ prẹter corruptelas ſcripturæ ſacræ etiã horribiles blaſphemias cõtra Chriſtũ, contra intemeratã uirginẽ Mariam matrẽ eius, cõtra doctrinã Euangelij, contra articulos fidei noſtræ catholicæ, contra ſacramenta, adeoq; contra uniuerſam religionẽ Chriſtianã, non parum etiã obſcœnitatis & ſpurcitiæ continent, ſicut norunt omnes & teſtabunꝛ, qui in illis uerſati ſunt, eaſq; cõmemorare pudet.

*Facilitas.* Nec eſt, quòd quis abſterreatur difficultate huius linguæ, quia aliquantò nobis uideatur alienior, ꝙ uel Græca uel Latina. Equidẽ nõ eſt alia ſub cœlo quę ſimpliciorẽ habet rationem declinandi nomina, cùm flexionem caſuũ non habeat, ſimpliciter de numero ſingulari in pluralem addita una tantùm ſyllaba flectatur. Duo tantùm genera habet, maſculinum & fœmininum. Compoſitionem non admittit. Pronomina declinantur articulorũ præpoſitione, in alijs accidentibus congruunt cum nominibus. Verba quatuor habent Cõiugationes, in quibus omnia uerba cõiugare licet: non enim ſingula ſingularũ ſunt Coniugationũ, ut apud Græcos & Latinos: duplicẽ habent numerũ, duo genera ut nomina & pronomina, maſculinum ſcilicet & fœmininũ, nullam admittunt compoſitionem ex prępoſitionibus, ſed omnia ſunt figuræ ſimplicis. Verba perfecta unam habent rationem coniugãdi: nam ut unum uerbum, ita reliqua omnia coniugantur. Imperfecta etiã ſuas certas formas habent. Sũt in uerbis tres modi, Indicatiuus, Imperatiuus & Infinitiuus, qui in uerbis perfectis Imperatiuo forma ſemper eſt ſimilis. Cõiunctiuus & Optatiuus ſub illis cõprehenduntur. Sunt ſimiliter tres perſonæ: Tertia, quæ eſt thema: Secunda & prima. Etſi multa ſunt uerba ſimplicia in hac lingua, ut omniũ locupletiſſima, tamen, ut uidebis in Dictionario, illa coniunctio, quæ inter illa eſt aut cõtrarietas facit, ut ipſorũ ſignificatio facilimè & cognoſci, & memoria quoq; mandari ac retineri poſſit, nec ſtudioſus turbetur uarietate ſignificationũ, quam in alijs linguis cõpoſitio gignit, aut Dictionaria cùm Iudæorũ, tum noſtratium æmulorũ ſæpè uni themati per imperitiã aſſcripſerunt, ſed multa uerba ſæpè unã tãtùm habẽt ſignificationẽ, quę ut forma parũ, ita modo tantùm ſignificandi uariant. Participia declinantur more nominum, & non rarò omiſſo tẽpore in nominũ naturam trãſeũt. Partes indeclinabiles iſta lingua paucas habet: ideo facilè uſu perdiſcunꝛ.

*Concluſio.* Has iam dictas cauſas, ſi quis diligẽter conſiderabit, cur diſcenda ſit Theologo lingua Hebraica, intelliget, quàm ſit neceſſaria ipſius cognitio, ita ut ſine ipſa nec libri Veteris nec Noui Teſtamenti rectè intelligi poſſint, & ideo in Eccleſia inde ab initio in hũc uſq; diem in tot & tãtis regnorũ ac imperiorũ ruinis & uaſtationibus conſeruata eſt, haud dubiè diuinitùs, ut ex ea agnoſcaꝛ ipſe Deus, quis & qualis ſit, quæ ipſius ſit uoluntas, quis condiderit mundum, per quem & quomodo & in quem finem condita ſit uniuerſa creatura, & ipſe tandem homo. Item, quòd hac lingua filius legẽ in paradiſo, & poſt lapſum uocem Euangelij primis noſtris parentibus è ſinu æterni patris protulerit, quo ex morte uitæ reſtituti ſunt per fidem. Et deinde perpetua tẽporũ ſerie per Prophetas ad Eccleſiã eſt loquutus, ideo nec Moſen, nec Prophetas, nec Chriſtũ, nec Apoſtolos quiſquã intelliget hac lingua loquẽtes, nec poterit tueri uerũ & ſanũ intellectũ cœleſtis doctrinæ cõtra aduerſarios, niſi pręſidio huius linguæ. Pro tãto dono ac beneficio Dei, gratię deo agẽdæ, & reuerẽter hæc lingua colẽda, diſcenda, & ad omnem poſteritatẽ propagãda eſt, ne notitia dei extinguaꝛ, quæ certè lucet in uerbo ipſius iſta lingua patefacto.

*Precatio.* Quare in Eccleſia ita ſemp orandũ eſt: Omnipotẽs ęterne ac uiue deus, æterne

pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, conditor omnium rerum & conſeruator & optulator cum filio tuo coæterno Domino noſtro Ieſu Chriſto regnante tecū, ac patefacto in Ieruſalem, ſapiens, uerax, iuſte, bone, miſericors, iudex & fortis, ſanctifica, rege, iuua, accende corda noſtra ſpiritu tuo ſancto, ut linguam hanc ſanctā, qua filius tuus dominus noſter Ieſus Chriſtus ordinem creationis omniū creaturarum, deinde opus reparationis & redemptionis humani generis enarrauit, qua legem digito ſuo conſcripſit, & per prophetas uoluntatem tuam manifeſtauit, uerè amemus, amplectamur, addiſcamus, & eam in Eccleſia ad omnē poſteritatem, ſanam & incorruptam propagemus. Cōcede quoq; fideles doctores, qui eam purè abſq; corruptelis Iudaicis tradant & illuſtrent ad gloriam nominis filij tui, & ad ædificationem Eccleſiæ ipſius, Amen.

Poſtremò autem oratos uolo omnes cùm huius linguæ, tum etiam ſacræ theologię ſtudioſos, ut candidè, ſicut candidos & bonos decet, de iſto meo labore iudicent, & potiùs fraternè corrigant, ſicubi erratū à me eſſet (ut humanum eſt errare), quàm ut illū iniquiùs interpretentur, aut cauillentur. Imitentur rectiùs apes, quæ aliquando non ex optimis floribus optimum ac dulciſſimum tamen mel conficiunt, nec referant Muſcarum malignitatem, quæ mortuæ etiam unguentum arte pigmentarij optimè conditum fœtere & exhalare fragrantiam faciunt, hoc eſt, uirulentia ſua optima quęq; inficiunt & deprauant: & meminerint dicti Salomonis, Cor ſapientis in dextera eius, at cor ſtulti eſſe in ipſius ſiniſtra. Neminem illorum, qui nunc fortaſſe uideri uolunt naſuti, & omnia præſciſſe longè antea, quàm meas lucubrationes uiderunt, imitari potui, quòd nihil hactenus egregij præſtiterunt. Et ſi præſciſſent, arrogantia turgentes eruditionem ſuam iampridem procul dubiò oſtentaſſent. At contrà ſaniorum dexteritas mihi ſolatio eſt, qui, quod res eſt, fatebuntur, & gaudebunt Hebrææ linguę ueritatem per me eſſe repurgatam à ſordibus Rabinorū, quibus multis iam annis defœdata & obſcurata fuit. Si quis eſt, qui facultates ſuas in Rabinos profudit, qui in ipſorum ſynagogis longo tempore uerſatus eſt, qui domi proprijs impēſis ipſos præceptores aluit, qui ipſorū commentaria ſtudioſè euoluit, Forſterus eſt, & tamen ( Deum & conſcientiam meam teſtor) nihil eximij, & quod ſingulari laude dignum eſſet, reportaui. Eram illis initiò adeò addictus, ut alius quiſquam, ſed quo olim illis fui addictior, hoc nūc ſum factus infenſior, quòd omnem operam & oleum me perdidiſſe uerè, ſed non ſine dolore fateor. Et licet Rabinorum interdum interpretationes uocum adduco, id facio, partim, ut uideant ſcioli me etiam illorum ſcripta legiſſe, partim ut eorū ineptias oſtendam & inſcitiam, ſi quando plures inter ſe diſſentientes ſententias allego. Nunquàm autem aut rariſſimè cito, ut ipſorum autoritate nitar, ſed ut illis qui Rabinis addictiores ſunt, fidem faciam, ut expoſitioni meæ eò faciliùs aſtipulentur: optimè ſciens, quòd qui cæci ſunt ( ut ſunt equidem omnes Iudæi), teſtificari de ueritate non poſſint, neq; illis fides habenda ſit. Filius Dei, dominus noſter Ieſus Chriſtus, crucifixus pro nobis, & reſuſcitatus, qui regnat ad dexteram patris, ut det dona hominibus, largiatur abundè nobis Spiritum ſuum ſanctum, qui exuſcitet in nobis ueram agnitionem Dei, uerum timorem, & uerā fidem, & accendat in nobis ignem amoris erga honeſta ſtudia literarum, præcipuè autem linguæ ſanctæ, qua ſibi ſemper Eccleſiam collegit: Cui ſit laus & gratiarum actio unà cum Patre æterno & Spiritu ſuo ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

*Lectores apes ſint, non muſcæ.*

*In Rabinis οὐδὲν ὑγιὲς.*

M. D. LVI.

# א 1.Reg.8.

## אֵין אָדָם אֲשֶׁר לֹא יֶחֱטָא

1 **אָב** Affinitatem habet ſignificatione cum, אָבִיב אָבָה יָאַב יָבַב תָּאַב גֹּב בֹּא quæ omnia,ut forma parum,ita modo tantum ſignificandi inter ſe uariant.

Primo autem modo אָב ſignificat patrem natura, fœcunditate,& propagatiõe carnali immediatè. Gen.44. Num eſt uobis pater. Pſal.103. Sicut commiſeretur pater ſuper filijs. Prouer.3. Et ſicut pater filium uolet. Ezech. 18. Pater nõ portabit iniquitatem filij. Malach.1. Filius honorabit patrem. Et cum affixis. Gen.2. Propterea derelinquet uir patrem ſuum,& matrem ſuam. Et cap.19. Concubui hac nocte cum patre meo. Et cap.9. Et operuerũt nuditatem patris ſui.

Secundo, patrem, propagatione fidei. Gen.17. Et eris in patrẽ multitudini gentium. Et iterum, Quoniam patrem multitudinis Gentium poſui te. Tertio, morum. Ezech.16. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethea. Sic Chriſtus Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. Quarto autoritate & officio. Geneſ.45. Deus etiam poſuit me in patrem Pharaoni, & in Dominatorẽ uniuerſæ domui ipſius. 2.Reg.2. Et Eliſſa uidens ſtatim ipſe exclamat: Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & equitatus eius. Et cum Iod paragogico אֲבִי pater ab affectu & officio, item ab inchoatione, & inuentione rei alicuius nouæ. Et ut patronus à pater, ita hoc à ſuperiore ducitur, patronus. Iob 29. Pater ego egenis, id eſt patronus. Et in ſtatu regiminis אֲבִי Pſal.68. Pater uiduarum. Gen.4. Ipſe fuit pater habitantium in tentorio, & pecuariæ. Et ibidem iterum, Ipſe fuit pater omnis tractãtis citharam. Gen.34. Et egreſſus Hamor pater Sichem. 1.Paralip.4. Et Seraia genuit Ioab patrem uallis fabrorum. Ieſaię 9. Pater æternitatis, id eſt qui regnũ æternum, & uitam æternam inchoat, abolita morte, & uicta uniuerſa ui diaboli, tum mundi, & inferorum poteſtate. Et pluraliter אָבוֹת patres, natura, autoritate, tempore, ut ſunt maiores & progenitores. Exod.20. Viſitans iniquitatem patrum ſuper filios. & cap.12. Pecus pro domo patrum. Ezech.18. Patres comederunt uuam acerbam. Prou.19. Domus & diuitiæ hæreditas parentum. Atq; in ſtatu regiminis & affixorum אֲבוֹת Exod. 6. Iſti ſunt capita patrum Leuitarum. Pſal.39. Incola ſum ego ſicut omnes patres mei. Pſal.45. Pro patribus tuis erunt filij tui. Pſal.106. Errauimus cum patribus noſtris.

**אָבִיב** Originem habet ab אָב & cognationem cum יָאַב יָבַב טֹב בּוֹא niſi quòd ut forma parum, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant. Significat uero hoc nomen primam fœcunditatem, procreſcẽtiam, germinationem, ſeu prouentum anni. Et primò, pro prima ſpica accipitur. Exod.9. Quia hordeum in ſpica. Leui.2. Et ſi adduxerit oblationem primitiarum ſpicam toſtam igni. Inde primus menſis anni, & pater nouarum frugum, frondium, & uirgultorum quo ſegetes in culmos & ſpicas ſuccreſcũt hoc nomine, qui etiam alio nomine נִיסָן dictus eſt, quòd illo filij Iſrael ex Ægypto effugerint, & partim Martio, partim Aprili noſtro reſpõdet. Exod.13. Hodie uos egredimini in menſe Abib. Et cap.23. Quemadmodum præcepi tibi ſub tempus menſis Abib, quia in eo egreſſus es ex Ægypto. Deut.16. Cuſtodi menſem Abib ipſi Iehoua deo tuo, quia in mẽſe Abib eduxit te Iehoua deus tuus ex Ægypto.

**אֵב** Et in ſtatu affixi trãſpoſitione punctuli facta in literam beth. Germinatio, procreſcentia. Iob 8. Adhuc exiſtente ipſum in germinatione ſua. Et pluraliter in ſtatu regiminis אִבֵּי Cantic.6. Vt uiderem germinationes torrentis, id eſt uirgulta.

2 **אָבַד** Hebræis propriè idem ſignificat, quod Latinis auferri, tolli, amoueri, cũ rei quę amouetur perditione: unde Hieronymus & omnes alij reddiderunt uerbo perire, & actiuè perdere: ſignificatione cõgruit cum uerbis יָאַב & אָבָה niſi q; ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uariant. Iob 4. Recordare quęſo quis inculpatus

ablatus ſit. Et cap. 11. Et refugium ablatũ eſt ab illis. & cap. 18. Memoria eius ſublata eſt de terra. cap. 30. Super ipſis ablata eſt ſenectus. Pſal. 142. Ablatũ eſt refugium à me. Exod. 10. An prius cognoſces quod ſublata eſt Ægyptus. Leuit. 26. Auferemini in gentes. Num. 16. Et auferemini è medio congregationis. 1. Samuel. 9. Et amiſſæ erant aſinæ Kis patris Saulis. 2. Sam. 1. Et amiſſa ſunt uaſa belli. 2. Reg. 9. Et auferetur uniuerſa domus Achab. Pſal. 1. Via improborum auferetur. Pſal. 102. Ipſi auferentur ſed tu ſtabis. Ieſaiæ 29. Iuſtus ſublatus eſt, & non eſt quiſquã qui ponat ſuper cor. Ierem. 4. Auferetur cor regis. cap. 18. Et non auferetur lex à ſacerdote. Et cap. 27. Et impellam uos & auferemini. & cap. 49. Ablatum eſt conſilium à filijs. Micheæ 7. Sublatus eſt pius de terra.

Participium præſens אֹבֵד Iob 4. Leo aufertur ſine præda. Eccleſ. 7. Eſt ſapiens periens in iuſtitia ſua. Iob 29. Benedictio pereuntis ſuper me ueniebat. Prouer. 31. Date ſiceram pereunti. Deut. 26. Actiuè: Syrus ablator patris mei. Et pluraliter אֹבְדִים Ieſaiæ 27. Et uenient qui ablati erant in terram Aſſur. Et in genere fœminino אֹבְדוֹת 1. Samuel. 9. Propter aſinas amiſſas. Iere. 5. Oues amiſſæ, fuit populus meus.

In ſecunda coniugatione אִבַּד abſtulit, ſuſtulit. 1. Reg. 21. Et ædificauit Excelſa, quæ ſuſtulerat Hiskijahu. Iere. 52. Et auferet ex ea uocem magnam. Et cap. 51. Abſtuli populum meum. Num. 33. Et auferetis omnia artificia eorum. Deut. 7. Et auferes nomen eorum ſub ſole. 2. Reg. 11. Et abſtulit omne ſemen regium. Eccleſ. 7. Et auferet cor donarium Ezech. 28. Et auferam te. ubi aleph characteriſtica futuri ablata eſt euphoniæ cauſa. Eccleſ. 7. Eſt tempus quærendi, & tempus auferendi.

Participium præſens מְאַבְּדִים Iere. 23. Væ paſtoribus auferentibus & diſſipantibus oues.

In tertia coniugatione הֶאֱבִיד Leuit. 24. Et auferet reſiduum è ciuitate. Leuit. 23. Et auferam animam illam è medio populi ſui. Iob 14. Et expectationem hominis abſtuliſti. Pſal. 5. Et auferes loquentes mendacium. Iere. 25. Et auferam ab illis uocem gaudij. Iere. 46. Auferam ciuitatem & habitatores in ea, ubi aſſumpſit holem euphoniæ gratia, ad uitandum concurſum literarum ſimilium. 2. Reg. 10. Propter auferre ſeruos Baal, id eſt ut auferret ſeruos Baal.

Participiũ præſens מַאֲבִיד Deut. 8. Sicut gẽtes quas Iehoua aufert à facie ueſtra.

INDE NOMINA.

אֹבֵד Nomen adiectiuum. Num. 24. Poſtremum eius perpetuo ablatum. Pſal. 31. Factus ſum ſicut uas amiſſum. Pſal. 119. Erraui ſicut pecus amiſſa, quære ſeruum tuum.

אֹבַד Nomen adiectiuum. Deut. 32. Quoniam non eſt gens amiſſo ſeu ablato conſilio.

אֲבֵדָה Amiſſio, ablatio, id eſt res amiſſa ſeu ablata, & eſt nomen ſubſtantiuum generis fœminini. Exod. 22. Super omni amiſſione. Leuit. 5. Et ſi inuenit amiſſionẽ, & negauerit eam. In ſtatu regiminis אֲבֵדַת Deut. 22. Et ſic facies cum omni amiſſione fratris tui, quæ ablata eſt ab eo.

אַבְדָן Ablatio, actiuè. Eſter 9. Occiſione gladij, & interfectione & ablatione.

אֲבַדּוֹן Ablatio, actiuè, perditio. Iob 26. Nudus eſt infernus coram ipſo operimentũ ablationi. cap. 28. Ablatio & mors. Et cap. 31. Quia ignis iſte uſq; ad ablationẽ deuorabit Pſal. 88. Veritas tua in ablatione. Prouerb. 15. Infernus & amiſſio corã Iehoua. Et cap. 27. Infernus & ablatio non ſaturabuntur. Eſt & nomen mali angeli, cuius fit mentio Apoc. 9. ubi ſic legitur: Et habent ſuper ſe regem angelũ abyſſi cui nomen Hebraicè Abadon, Græcè autem ἀπολλύων, id eſt perdens &c.

3 אָבָה Voluit, ac ſignificat bonam ac paternam uoluntatem & inclinationem ſeu affectum habere, quanquam negatiue ubiq; uſurpetur, atq; congruit ſignificatione cum אב אביב יאב תאב אוה בוא בוב niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Atq; omnino cõtrariam habet ſignificationem uerbo אֵיב quod ſignificat malam & inimicam habere uoluntatem erga alium. Exod. 10. Et non uoluit dimittere eos. Deut. 10. Et nõ uoluit Iehoua diſperdere te. Pſal. 81. Et Iſrael non uoluit mihi, id eſt non acquieuit mihi, ſeu cõſenſit mihi. Ioſue 24. Et non uoluit audire Bileam. Prouerb. 1. Non uoluerunt conſilium meum. Ieſaiæ 28. Et non uoluerunt

runt audire.Iob 39.Num uoletunicornis ſeruire tibi.Prouerb.1.Si ſuaſerint tibi errones,ne uoles.

Participium præſens אבים pluralis numeri.Ezech.3. Domus Iſrael non uolunt audire me.

INDE NOMINA:

אב Voluntas,affectus,appetitus,deſideriũ, & ſumitur in bonũ.Et cum affixo.Iob 34. Appetitus meus ut approbetur Iob.

אבה Voluntas.Iob 9. Tranſierunt cum nauibus uoluntatis, id eſt uolũtariè currẽtibus.

אבוי Appetitus ſeu deſideriũ habẽdi aliquid.Pro.23. Cui uæ,cui deſideriũ,cui dolores?

אביון Egenus,qui res ſibi neceſſarias,quibus eget,deſiderat.Deu.15. Omnino non ſit in te egenus.Et iterum,Non contrahas manũ tuam à fratre tuo,qui egenus eſt. Et iterum,Quia non ceſſabit egenus è medio terrę.huic reſpondet Chriſti dictum,Pauperes ſemper habebitis. Pſal.49.Simul diues & egenus.Ieſaiæ 25.Præſidium egeno in anguſtia ipſius. Et in ſtatu affixorum manet inuariatum.Exod.23.Non declines iudiciũ egeni tui in cauſa ſua.Et pluraliter אביונים Eſther 9.Et dona egenis. Iob 24.Declinant egenos à uia.Et cap.29.Pater ego egenis.Pſal.12.Propter ſuſpirium egenorum nunc ſurgam.In ſtatu regiminis & affixorum אביוני Exod.23.Et comedent egeni populi tui.Ieſaiæ 29.Et egeni hominum in ſancto Iſrael exultabunt.Pſal.132.Egenos eius ſaturabo pane.

אביונה Appetitus.Eccle.12.Et labefactetur appetitus.

4 אבחה Nomen ſtatus regiminis ſine uerbo, cõgruit autem ſignificatione cũ אבה אבם בוך בכה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Significat autem diſtinctionem gladij, quomodo de ſe radios ſeu ſplendorem ſpargit. Ezech.21.Poſui diſtinctionem gladij,heu factus eſt uelut fulgur.

5 אבך Legitur tantum ſemel in quarta coniugatione התאבך congruitq; ſignificatione cum uerbis אבה אבם בוך בכה & ut forma,ita modo tantũ ſignificandi inter ſe differunt:ideo ſignificat in modum fumi ſeu pulueris uehementer diſpelli.Ioſue 9. Quoniam exarſit uelut ignis ſeditio, uepres & ſpinas deuorat, & inflammatur in condenſis ſyluæ,atq; diſſipantur uelut eleuatio fumi.

6 אבל Luxit,lugebat,quod fit protractione ſpiritus ſeu gemitus:habet affinitatẽ quãdam ſignificatione cum uerbis בלה יבל niſi q; ut forma,ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant,deinde cõtrariam habet ſignificationem uerbis בחל חבל. Et proprie de hominibus, poſtea quoq; metaphoricè de inanimatis dicitur, cum alijs luctum mouent,ſicut Latini figuratè ridere agrum,& ſegetes lætas aut triſtes eſſe dicunt.Oſeæ 7.Luxit ſuper eum populus eius.Ieſaiæ 24.Luxit muſtum. Et iterum:Luxit terra.Ier.4.Propter hoc lugebit terra.Iob 14.Et anima eius luget ſuper ipſo.Ioelis 1.Luxerunt ſacerdotes,miniſtri Iehoua.

In tertia coniugatione האביל Ezech.31.In die quo deſcendit ipſe in Infernum, luctum fecit.Thren.2.Et lugebit munitio.

In quarta coniugatione התאבל 1.Sam.15.Sed lugebat Samuel Saulem.Gen.33. Et luxit ſuper filio ſuo diebus multis.Nehem.8.Ne lugeatis,neq; fleatis.

Participium maſculini generis מתאבל 1.Sam.16.Et dixit Iehoua ad Samuelem, quandiu tu luges Saulem.Et pluraliter מתאבלים 2.Paralip.35.Et uniuerſus Iehuda & Ieruſalem lugebant ſuper ea.Et in fœmininò genere מתאבלת 2.Sam.14.Et eſto quaſi mulier,quæ diebus multis luget ſuper mortuo.

INDE NOMINA:

אבל Nomen participiale maſculini generis,lugens.Gen.37.Quoniam deſcendã ad filium meũ lugens.Eſther 6.Et Haman repulſus eſt ad domũ ſuam lugens.In ſtatu regiminis אבל Pſal.35.Velut lugens matrẽ.Interdum non eſt perſonale, ſed reale, & ſignificat Hebræis,quod Latinis tractus, id eſt regio protractior, planicies, ſeu campus.Num.33.Et caſtrametati ſunt iuxta Iordanem à Beth Ieſmios uſq; ad tractum Schittim in cãpeſtribus Moab.Iudi.7.Et fugit turma illa uſq; ad Beth Schitta in Zererath,& uſq; ad marginẽ tractus Mehola.1.Sam.6.uſq; ad tractũ magnũ.

Et pluraliter אֲבֵלִים Iob 29. Quomodo aliquis lugentes conſolabitur. Ieſaiæ 61. Vt conſolarer omnes lugentes. In ſtatu regiminis אֲבֵלֵי Ieſaiæ 61. Vt ponerem lugentibus Zion. Sic quoq; in ſtatu affixorum. Ieſaiæ 57. Et reddebam conſolationes ei & lugētibus eum. Item in genere fœminino. Pluraliter אֲבֵלוֹת Thren. 1. Viæ Zion lugent, eo quod nulli ueniunt ad ſolennitatem.

אֵבֶל Luctus, ceremonia ſeu pompa lugentiū. Gene. 27. Appropinquabunt dies luctus patris mei. Gen. 50. Fecitq; patri ſuo luctum ſeptē diebus, quod uidens incola terræ Cananęus luctum illum in area Arad, dixit, luctus iſte Ægyptiorum grauis eſt: propterea uocauit nomen eius luctus Ægyptiorum. Deut. 34. Et cōſummati ſunt dies fletus, luctus Moſi Iob 30. Facta eſt in luctum cithara mea. Eccl. 7. Cor ſapiētum in domo luctus. Mich. 1. Et luctum uelut filiarum ſtruthionis. Legitur tamen ſemel cum ſex punctis אֶבֶל 2. Sam. 14. Luge nunc & induere ueſtimentis luctus. Et in ſtatu affixorum ſeruat ſægol. Ieſaiæ 60. Et finientur dies luctus tui. Iere. 31. Et conuertam luctum eorum in gaudium.

תַּלְאֻבוֹת Nomen pluralis numeri tantum, & ab hoc themate eſt deductum metatheſi literarum facta, quæ uſitata eſt, ſignificatq; luctum, & terræ attribuitur, quæ luctū mouet propter ſterilitatem. Oſeæ 13. Ego noui te in deſerto, in terra luctuum, id eſt in terra multi luctus. quanquam etiam à לָאַב deduci poſſit, de quo ſuo in loco.

אֲבָל Particula eſt indeclinabilis & conſignificatiua: ſignificat autē protractionem ſermonis, ſeu continuitatem & aſſeuerationem prioris membri. At, attamē, ueruntamen, quinetiam, inſuper, uerè, certè, profecto. Gen. 17. Vtinā Iſmael uiuat ante te, & dixit Deus: Quinetiam Sara uxor tua gignet tibi filium. cap. 42. Profecto rei ſumus nos ſuper fratre noſtro. 2. Sam 14. Verè mulier uidua ſum ego. 1. Reg. 1. Quin etiam ſuſtentator noſter rex Dauid. 2. Reg. 4. Profecto filius non eſt illi. 2 Paral. 1. At arcam dei adduxerat Dauid. 2. Para. 19. Attamen opera bona inuēta ſunt apud te. 2. Paral. 33. Veruntamen adhuc populus ſacrificabat in Excelſis.

אוּבָל Ductus aquarum, riuus, flumen. Vide in themate יָבַל ſicut etiam יוּבַל.

7

# אבן

Lapis. Vide in themate בָּנָה ædificauit.

8

# אבס

Legitur in hac forma tantū participium præteritū אָבוּס id eſt altus, ſaginatus, pinguefactus. Et arbitror metalepſi habere iſtam ſignificationē, de illis dictum animalibus, quæ uel pedibus ſubſtiterunt & calcauerūt, uel quæ ad calcandam id eſt aream, qua frumenta pedibus animalium triturata & excuſſa, ſaginata ſunt. Et conuenit ſignificatione cum uerbo בוס Legitur ſingulariter Prouerb. 15. Melius eſt habere aream oleris uiridis ubi eſt charitas, quam bos ſaginatus cum odio. Et pluraliter in ſtatu abſoluto אֲבוּסִים id eſt alta, ſeu altitia ad calcandam ſtantia. 1. Reg. 4. Præterquam de ceruis & capreis, & bubulis, & electis altilibus. In ſtatu regiminis אֲבוּסֵי pro calcandis ad quæ ſubſiſtunt altilia. Iob 39. Num adlubeſcet unicorni colere tibi, aut commorabitur iuxta calcandas tuas.

INDE NOMEN,

אֵבוּס Nomen maſculini generis, id eſt calcanda, id eſt locus in quo, & iuxta quē calcant & aluntur animalia: translatio uulgaris uertit præſepe. Prouerb. 14. Vbi non ſunt boues, calcanda munda eſt. Ieſaiæ 1. Cognouit bos emptorem ſuum & aſinus calcandam domini ſui.

9

# אָבָק

Nomen, puluis qui uento excitatus uehemēter intorquetur & diſſipatur. Congruit ſignificatione cum uerbis אבח אבס אָבַךְ niſi φ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Exod. 9. Et erit in puluerem ſuper uniuerſa terra Ægypti. Deut. 28. Dabit Iehoua pluuiam terræ tuæ, puluiſculum & puluerem. Ieſaiæ 5. Et germen eius uelut puluis aſcendet. & cap. 29. Et erit uelut puluis tenuis multitudo extraneorum tuorū. In ſtatu regiminis אֲבַק Nahum 1. Nubes puluis pedum eius. Et in ſtatu affixi mutat iterum pathah in camez. Ezech. 26. Operiet te puluis eorum. Et in forma fœminea in ſtatu regiminis אַבְקַת Canticorum 3. Velut pal-

mæ

mæ fumi ſuffitus Myrrhæ & thuris ex omni puluere pigmentarij.

INDE VERBVM,

Paſſiuæ uocis primę cõiugationis נֶאֱבַק quod tamen ſignificationẽ habet actiuam, colluctatus eſt, intorquendo uehementer ſtuduit euertere, ſumpta metaphora à uento, qui intorquendo ſe aliquem euertit diſpellitq;, ad colluctatores qui ſimiliter ſtudent ui euertere. Gen. 32. Et colluctabatur uir cũ eo. Quidam tamen autumant idem Hebræis ſignificare, qđ Latinis in arenam ſeu puluerem deſcendere cum aliquo. Alij quod quadret cum חבק eo quòd heth & aleph literę ſint eiuſdem
10 inſtrumenti & pronunciationis.

אַבִּיר Nomen generale, potẽs, robuſtus, ualidus: cõuenit cum Germanico mechtig. Et dicitur de Deo, angelis, hominibus, tauris & equis. de Deo Iob. 33. Qui eſt robuſtus ſine manu. Et in ſtatu regiminis amittit dagges & aſſumit in prima hateph אֲבִיר Gen. 49. Per manus Potentiſs. Iacob. Pſal. 132. Qui iurauit ipſi Iehoua, & uouit Potentiſſimo Iacob. Ieſaię 1. Propterea ait ſuſtentator Iehoua exercituũ, potentiſſimus Iſrael. Ieſaiæ 49. Ego ſum Iehoua ſaluator tuus, & redemptor tuus potentiſſimus Iacob. De homine tam in ſtatu abſoluto quàm regiminis אַבִּיר Ieſaiæ 10. Et deturbaui tanquã robuſtus ſedentes. 1. Sam. 21. Cuius nomen erat Doeg Ædomæus potentiſſimus paſtorũ. Et pluraliter אַבִּירִים de Angelis. Pſal. 78. Panem robuſtorũ comedit uir, quorũ ſcilicet miniſterio datus eſt illis panis ille. De hominibus. Iob 24. Et traxit robuſtos uirtute ſua. Pſal. 68. Increpa feram arũdinis, coetum robuſtorum, inter uitulos populorũ. De tauris. Pſal. 50. Nũquid comedã carnes robuſtorũ. Ieſaiæ 34. Deſcendent unicornes cum eis, & iuuenci cum robuſtis.

De equis. Ier. 50. Incraſſabimini ſicut uitula gramine paſta, & hinnietis tãquam robuſti. Et in ſtatu regiminis אַבִּירֵי Pſal. 76. Spoliati ſunt robuſti corde. Pſal. 22. Circundederunt me iuuẽci multi, robuſti Baſan cinxerũt me. Et in ſtatu affixorũ de hominibus. Iere. 46. Quare propulſati ſunt robuſti tui. Thren. 1. Proſtrauit omnes robuſtos meos. De equis. Iudic. 5. Tunc quaſſatę ſunt plantæ equorũ præ cõcuſſione robuſtorũ eius. Iere. 8. A uoce hinnituum robuſtorũ eius cõmota eſt tota terra.

אֵבֶר Forma maſculini generis, & ſingularis, ſignificatione dualis ſeu pluralis numeri, & ſignificat remigium alarum in uolucribus, ꝙ in illis robur ipſarum & potentia ſita ſit. Pſal. 55. Quis dabit mihi alas uelut columbarũ. Ieſaię 40. Enaſcitur ala uelut aquilis. Ezech. 17. Aquila magna, magna alarum, longa alarum, plena plumarum. Cæterum Iudæi hoc nomine etiam membrum genitale uocant utriuſq; ſexus.

בִּירָה Arx, palatium à robore: uide ſuo in loco.

אֶבְרָה Forma fœminini generis, ſignificatiõe dualis numeri ut ſuperius. Iob 39. Aut alas ciconiæ. In ſtatu affixorum. Deut. 32. Geſtauit ſuper alis ſuis. Pſal. 91. Sub alis ſuis proteget te. Et pluraliter אֶבְרוֹת Pſal. 68. Et alæ eius uelut aurum fuluum.

INDE VERBVM,

Tertiæ coniugationis הֶאֱבִיר remigauit alis. Iob 39. Nunquid per intellectũ tuum remigat alis accipiter. Inſuper & hoc obſeruandum, ꝙ quidam uolunt illud הָבֵרוּ quod legitur Iere. 51. pro הַאֲבִרוּ ſic exponentes, facite remigia telis, id eſt pinnas. Tamen rectius à בָּרַר deducendum arbitror, & ſic exponendũ, expolite ſeu mun-
11 date ſagittas.

אֲגַם Stagnum, lacus, copia aquarum, & habet quãdam cognationem cum nomine גֹּמֶא Ieſaiæ 35. Et erit aridũ in ſtagnum. In ſtatu regiminis אֲגַם Pſal. 107. Poſuit deſertum in ſtagnum aquarum. Et pluraliter אֲגַמִּים Exod. 8. Super riuos & ſuper ſtagna. Ieſaiæ 42. Et ſtagna arefaciã. Iere. 51. Et ſtagna arſerunt igni, id eſt iunci. In ſtatu regiminis אַגְמֵי Ieſaiæ 19. Facientes mercede ſtagna animæ, id eſt piſcinas. In ſtatu affixorum nihil uariat. Exod. 7. Super riuos eorum & ſuper ſtagna eorum.

אַגְמוֹן Stagnum. Et ut יָם aliquando pro uaſe amplo continente multũ aquarũ, ita quoq; à ſimilitudine hoc nomen אַגְמוֹן ſignificat ahenum, quod ceu ſtagnum multum aquæ capit. Iob 41. E naribus eius egredietur fumus, ſicut olla ebulliẽs, & ahenum ſcilicet aquæ feruidæ. Secundo accipitur pro iunco, qui creſcit in ſtagno, conti-

nens pro contento.Ieſaiæ 9.Caput & caudam, ramum & iuncum die uno. Et cap. 58.Aut demittendo ſicut iuncus caput ſuum. Tertio pro reſte ex iunco facta, qua aliquid ligatur & tenetur.Iob 40.An pones iuncum in naſum eius.

12

**אגף** Cuius plurale in uſu eſt אֲגַפִּים congruit autem ſignificatione cum כְּנָפַיִם & גַּפִּי niſi quòd primum alas exercitus, ſecundum alas animantis,tertium alas ædificiorum,ſignificat.Ezech.12.Et omnes qui fuerunt circa eum pro auxilio illi, & omnes alas eius diſpergam. Et cap.17. Cum omnibus alis eius cadent gladio.cap, 38.Gomer & omnes alæ eius,dom⁹ Togarma,latera aquilonis,& omnes alæ eius.

13

**אגר** Attraxit,contraxit,& congruit ſignificatione cũ uerbis מגר קצר ארה ערה צרר צור אבר niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi in ſe diſcrepent. Prouer.6. Parat in æſtate cibum ſuum,trahit in meſſe eſcam ſuam. Deut.28. Vineas plantabis & coles,& uinum non bibes neq; contrahes.

Participium præſens אוֹגֵר Prouerb.10. Contrahit in æſtate filius prudens ſcilicet plauſtris.

INDE NOMINA:

אִגֶּרֶת Tractio,ſeu contractio ſcilicet literarum,id eſt libellus in quo multi ſunt tractus literarum.Oportet autem nos ex inopia Latinæ linguæ reddere ſiue Epiſtolam, ſiue literas:nam tractus ſeu contractio abſolutè non intelligeretur de ſcriptura. Nehe.6.Et epiſtola aperta. Eſther 9. Omnia uerba epiſtolæ. Et pluraliter אִגְּרוֹת 2.Paralip.30.Atq; etiam literas ſcripſit ad Ephraim.

אֲגוֹרַת Nomen paruæ monetæ,quæ miniſtro uerbi conferebatur.1.Sam.2. Et offerat ſcrupulum argenti, & tortam panis .Etſi aliqui malint formatum & dictum à גֵּרָה de quo infra.

אָגוּר Nomen uiri,qui ſententias aliquot contraxit, ſicut legitur Prouerb.30. Verba Agur filij Iacke.

14

**ארב** Legitur de iſto themate ſolum Infinitiuus tertiæ coniugationis idq; defectiuè לַאֲרִיב pro לְהַאֲרִיב Et ſignificat languefacere, eiuſdem ſignificationis cum uerbis דָּאַב אָבַד facta literarum trāſpoſitione. Et ut forma literarum, ita modo tantum ſignificandi differunt.2.Sam.2.Ad faciendum deficere oculos tuos,& ad languefaciendum animam tuam.

15

**אדם** Rubuit, ruffum ſeu rubicundum fuit.Thren.4.Rubuerunt ſpecie præ corallis.

In ſecunda coniugatione legitur tantum participium præteritum מְאָדָּם Nahum 2.Clypeus heroum rubefactus.Et pluraliter מְאָדָּמִים Exod.25.Et pelles arietum rubricatas.

In tertia coniugatione יַאְדִּימוּ Ieſaiæ 1.Et ſi rubuerint ut uermiculus, ſicut lana erunt.

In quarta coniugatione יִתְאַדָּם Proue.23.Ne intuearis uinum, quando rubeſcit.

INDE NOMINA:

אָדֹם Nomen nunc ſubſtantiuum, nunc adiectiuum maſculini generis, rubrum, ruffum, rubedo. Gen.25.Crepuſcula me quæſo de ruffo, de ruffo, inquam, iſto, id eſt refice me ſub crepuſculum de ruffo,&c. Ieſaiæ 63. Cur rubor in ueſtimento tuo. Zach.1. Et ecce uir uehebatur ſuper equo ruffo. Cant.5. Dilectus meus candidus & rubicundus.Et pluraliter אֲדֻמִּים 2.Reg.3.Et uiderunt Edomitę è regione aquas ruffas quaſi ſanguinẽ. Zach.1.Poſt eũ equi ruffi. Et in genere fœminino אֲדֻמָּה Num.19. Et adducent ad te uaccam ruffam.

אֹדֶם Nomen lapidis pretioſi à rubedine, alij Sardium, alij Sardonychen interpretātur, à colore ſanguineo,qui non eſt tranſlucidus ut ignis uel carbũculus, ſed inſtar ſanguinis ſubniger. Et illis ego aſſentior,qui Sardonychen eſſe uolunt. Eius fit mentio Exod.28.& 39.Ezech.28.Apocalypſis 4.

אַדְמוֹנִי Ruffus,rubicundus.Gen.25. Et egreſſus eſt primus ruffus, totus ſicut pallium piloſum.1.Sam.16.Et ipſe erat rubicundus cum elegantia oculorum.Et cap.17.Et erat iuuenis & rubicundus.

אֲדָמָה Humus à colore ruffo nomen habẽs:humus enim ex qua homo formatus eſt ſub-

ruffa

ruffa fuit, ſicut in partibus Oriẽtalibus, & alijs multis, in locis propter ſolis aduſtionem ſubruffa eſt, ideo cenſeo nomen eſſe ſpecialius quàm אֶרֶץ. Deinde apparet ſuperficialem terræ pattem ſignificare, quæ propter æſtum ſolis rubriot eſſe ſolet.

Tertio cultã tantum, in qua ſunt arua, agri, horti, atbores, alijq́; fructus & fruges ad uictum utiles. At אֶרֶץ uniuerſaliter quamlibet terram ſignificat. Gen. 1. Et fecit Deus beſtiam terræ iuxta ſpeciem ſuam, & iumentũ iuxta ſpeciem ſuam & omne reptile humi iuxta ſpeciem ſuam. Et cap. 2. Et homo non erat qui coleret humum. Et iterum: Et formauit ſuſtentator deus hominem, puluerem de humo. Gene. 3. In ſudore naſi tui comedes panem, donec reuertaris tu in humũ, quia ex ea ſumptus es, quia puluis es & in puluerem teuerteris. 1. Sam. 4. Et ueſtes eius erant ſciſſæ, & humus ſuper capite eius. 1. Reg. 7. In regiõe lordanis fudit ea tex in dẽſitate humi. Zoph. 1. Congregando cõgregabo omnia deſuper facie humi. In ſtatu regiminis אַדְמַת Gen. 47. Et acquiſiuit Ioſeph omnem humum Ægypti Pharaoni. Ieſaiæ 14. Et hæreditare faciẽt eos domum Iſrael ſuper humo Iehoua. Daniel. 12. Et multi ex dormientibus humo pulueris euigilabũt. In ſtatu affixorum אַדְמָה Gene. 47. Non eſt reliquum coram ſuſtentatore meo, niſi corpora noſtra, & humus noſtra. Exod. 23. Primitias primogenitorum humi tuę introduces domum ſuſtentatoris dei tui. Pſal. 46. Exibit ſpiritus eius, reuertetur in humum ſuam. Et pluraliter ſemel legitur אַדְמוֹת Pſal. 48. Vocauerunt nominibus ſuis humos.

אָדָם Primo ac proprie nomen eſt ſpeciei humanę, atq; ſpeciuocè aliquoties utrunq; ſexum cõplectitut homo. Gen. 2. Et homo non erat qui coleret humum. Et mox iterum: Et formauit Suſtentatot Iehoua hominem puluerem de humo. Et iterum: Et homo non inuenit auxilium corã ſe. Item cap. 1. Et dixit Deus, faciamus hominem in imagine noſtra, ſecundum ſimilitudinẽ noſtram. Et iterum: Creauit Deus hominem in imagine ſua, in ſimilitudine Dei creauit eum, maſculum & fœminam creauit eos. Et cap. 5. In die, qua creauit Deus hominẽ, ad imaginẽ dei fecit eum, maſculum & fœminam creauit eos, & uocauit nomẽ eorũ, Homo, in die qua creati ſunt illi. Et cap. 6. Delebo hominẽ, quem creaui deſuper facie humi, ab homine uſq; ad iumentum. Et iterum: Non iudicabit ſpiritus meus in homine perpetuo. Et cap. 8. Quoniam figmentũ cordis hominis malũ à pueritia ſua. Deu. 8. Quia non in pane ſolum uiuet homo, ſed ſuper omni eloquio otis Iehoua uiuet homo. 1. Reg. 8. Non eſt homo, qui non erret. Pſal. 106. Omnis homo mendax. Pſal. 39. Tantum tota uanitas omnis homo. Iob 5. Homo ad labotem naſcitur. Et cap. 16. Et diſputare liceret uiro cum deo, ſicut filio hominis cũ ſodali ſuo. Et cap. 25. Quãto minus uir uermis, & filius hominis uermiculus. Iere. 49. Nõ peregrinabitur in ea filius hominis. Ezech. 6. Fili hominis, pone faciẽ tuã ad montes Iſrael. Pſal. 8. Dextra tua ſuper filium hominis, quem corroboraſti tibi. Et iterum: Et filius hominis, quia uiſitas eũ. iuxta hanc phraſin Chriſtus in Euangelio ſe filiũ hominis ſępenumero uocat, non ꝙ ex uirgine Maria natus ſit, quanquã illud uerißimum eſt, ſed quòd ſit homo, & naturam figuramq́; geſtet humanam Sicut & בְּנֵי אָדָם filij hominis dicũtur, id eſt, generis humani. Pſal. 11. Et palpebrę eius probabunt filios hominis. Pſal. 36. Et filij hominis in umbra alarum tuarum protectionem habebunt. Pſal. 62. Vox mea ad filios hominis. Eſt & אָדָם aliquando non ſpeciei, ſed indiuidui. Gene. 3. Adam & uxot eius non erubuerunt. Item: Et occultauit ſe Adam & uxot eius. Et cap. 4. Et Adam cognouit uxorem ſuam, &c. Sumitur interdum pro uita ſeu ſtatu mortalium. Prouerb. 30. Vt deuorent afflictos de terra, & egenos de homine. Oſeæ 9. Et orbabo eos de homine. Item pro more & conſuetudine hominũ ſi conſtruitur cum aduerbio caph ſimilitudinis. Iob 30. Non celaui iuxta hominem tranſgreſſionem meam, id eſt, iuxta morem & conſuetudinem hominum, uel ſicut homo facere ſolet. Pſal. 82. Iuxta hominem moriemini. Oſeæ 6. Ipſi uero iuxta hominem tranſierunt pactum. Iſta phtaſis etiam à Paulo obſeruata eſt. Galat. 1. Euangelium quod prædicatum eſt à me, non eſt ſecundum hominem. Et cap. 3. Secundum hominem dico, &c.

Item pro humanitate & manſuetudine. Oſeæ 11. Funibus hominis trahebã eos, & funibus dilectionis. Sic Chriſtus inquit Matth. 11. χρηςόν, id eſt humanum, mite, minime aſperum minimeq́ſeuerũ. Et Paulus ad Titũ, Poſtquam autem apparuit χρηςότης, id eſt humanitas dei & erga homines amor ſeruatoris noſtri. Similiter 1. Corinth. 10. Tentatio uos non apprehendat, niſi humana, id eſt tolerabilis.

Item, ut nomem אִישׁ uirum ſeu hominẽ nobilem, & egregium, ita אָדָם aliquando plebeium ſignificat. Mich. 5. Suſcitabimus cõtra eum ſeptem paſtores & octo præpoſitos hominis, id eſt ex uulgo ſeu plebe. Vocat autem eo in loco, iſto nomine Apoſtolos Chriſti, qui non erant de ordine ſacerdotali. Pſal. 22. Ego autem uermis & non uir, opprobrium hominis, & abiectio populi. Iere. 49. Neq́ peregrinabitur ibi filius hominis.

אֲדַמְדָּם Nomen adiectiuum maſculini generis, in cuius altera geminationis parte prima ſubſtantialis litera abiecta eſt, ſicut in nominibus יְרַקְרַק חֲפַרְפָּרוֹת אֲסַפְסֻף הֲפַכְפַּךְ & ſignificat rubrum ſeu ruffum. Leui. 13. Et ſi erit in caluicie aut in glabricie plaga candida, ſubruffa, lepra germinans eſt. Et in genere fœminino אֲדַמְדֶּמֶת Leuiti. 13. Et ecce tumor plagæ albicans ſubruffus fuerit in caluicie. Et in diſtinctione ſententiæ אֲדַמְדָּמֶת Leuit. 13. Aut macula candicans ſubruffa. Et pluraliter אֲדַמְדָּמוֹת Leui. 14. Vel ſubruffi.

דָּם Cum cametz, ſed in ſtatu regiminis cum pathah. Sãguis ſeu color ſanguineus, aut res habens colorem ſanguineum. Geneſ 37. Ne effundatis ſanguinem. Exod. 7. Et erit ſanguis in uniuerſa terra Ægypti. Leuit. 3. Omnem ſanguinem non comedetis. Iere. 7. Et ſanguinem innocẽtem non effundetis. Ioelis 1. Et luna in ſanguinem. Et eſt aliquando culpæ. Deut. 17. Inter ſanguinem & ſanguinem. Aliquando pœnæ. Ieſaiæ 34. Gladius ipſius Iehoua repletus eſt ſanguine. Ezechielis 24. Et peſtis & ſanguis in plateis eius. Et tunc plerunque aſſumit à fronte literam beth. 2. Samuelis 3. Percuſſit eum ſub quinta, & mortuus eſt propter ſanguinem Aſahel fratris illius. 1. Reg. 2. Et deſcendere facies caniciem eius in ſanguine infra. Num. 35. Niſi in ſanguine effundentis illum. Ezech. 38. In ſanguine & in peſte. Et in ſtatu regiminis דַּם Gen. 9. Effundens ſanguinem hominis, per hominem ſanguis eius effundetur. 2. Reg. 16. Et omnem ſanguinẽ holocauſti, & omnẽ ſanguinem ſacrificij ſuper illud ſparges. Gen. 49. Lauit in uino indumentũ ſuũ, & in ſanguine uuarum operimentũ ſuũ. Deut. 32. Et ſanguinem uuæ bibetis turbidum. In ſtatu affixorum ſemper ſeruat ſub prima cametz. Gen. 9. Verũtamen carnem cum anima ſua, ſanguine ſuo nõ comedetis. Leuit. 4. Et omnem ſanguinem eius fundet ad baſim. Et cap. 17. Nam anima omnis carnis ſanguis eius in anima eius eſt, id eſt in corpore eius eſt. 1. Sam. 26. Non cadet ſanguis meus in terram. Pſal. 72. Et pretioſus ſanguis eorum in oculis eius. Excipitur affixum ſecundæ perſonæ pluralis numeri, in quo habet hirik. Gen. 9. Et ſanguinem ueſtrũ requiram. Et pluraliter דָּמִים ſanguines. 1. Paral. 22. Non ædificabis domũ nomini meo, quia ſanguines multos effudiſti in terram. Et cap. 28. Quia uir belli & ſanguines effudiſti. Ieſaiæ 9. Et ueſtimentum uoluptatum in ſanguinibus. Mich. 7. Omnes ipſi ſanguinibus inſidiabuntur. Eſt autẽ & hoc obſeruatione dignum, ꝙ pluraliter ſæpiſſime reatũ ſecum adfert, interdum etiam pœnas & atrocia facinora. Exo. 22. Si in effoſſione inuenietur fur & percuſſus mortuus fuerit, non illi ſanguines, id eſt, reatus ſanguinis. Deut. 19. Et ſint ſuper te ſanguines, id eſt reatus ſanguinis. Et cap. 22. Et nõ ponas ſanguines in domo tua. 1. Samuelis 25. Prohibuit te Iehoua ne intrares cum ſanguinibus. 2. Samuelis 16. Egredere uir ſanguinum. Et cap. 21. Dixit Iehoua ad Saul & ad domum ſanguinum. Pſal. 5. Virum ſanguinum & impoſturæ abominabitur Iehoua. Pſal. 9. Qui requirit ſanguines, recordatur eorum. Pſal. 51. Libera me à ſanguinibus. Exod. 4. Quia ſponſus ſanguinum tu mihi. Et in ſtatu regiminis דְּמֵי Gene. 4. Vox ſanguinum fratris tui clamauit ad me. 2. Samuelis 3. A ſanguinibus Abner filij Ner. 2. Samuelis 16. Inducat ſuper te Iehoua ſanguines Saul. 1. Regum 2. Et poſuit ſanguines belli in pace ponendo ſanguines belli in cinctorium ſuum. Et iterum:

Vt

Vt amoueas ſanguines temeritatis. 2. Reg. 9. Et ulciſcar ſanguines ſeruorũ meorũ prophetarum. In ſtatu affixorum habet ſub prima camez, ſicut in ſtatu abſoluto. Leuit. 20. Et ipſa reuelauerit fontem ſanguinũ ſuorũ, id eſt multi ſanguinis. In reliquis locis omnibus adfert ſecũ culpam ſeu pœnã. Leui. 20. Patri enim ſuo & matri ſuæ maledixit, ſanguines eius in ipſo. Ieſaiæ 26. Et reuelabit terra ſanguines ſuos, & non operiet amplius occiſos. Ezech. 16. Et dixi tibi, in ſanguinibus tuis uiue.

Eſt præterea hæc phraſis non indigna obſeruatione, ſanguis eius ſuper caput ſuum, uel alterius. ꝙ ſemper accipiatur pro reatu ſanguinis, ſiue poſitũ fuerit in ſingulari, ſiue plurali. Ioſue 2. Quicunq; egreſſus fuerit extra ianuã domus tuæ foras, ſanguis eius ſit ſuper caput ſuum, id eſt culpa ſeu reatus ſanguinis ſit ipſius, uel ipſe ſit reus ſanguinis ſui. Et iterum: Quicunq; uero fuerit tecũ in domo, ſanguinis eius ſit ſuper caput noſtrum, id eſt nos erimus rei ſanguinis ipſius. 2. Samu. 1. Et dixit ad eum Dauid, ſanguines tui ſint ſuper caput tuum. 1. Reg. 2. Et inducet Iehoua ſanguinem eius ſuper caput eius. Ezech. 33. Sanguis eius in capite ſuo erit. Secũdum hanc phraſim etiam hoc ſumendum, ꝙ Iudæi rabioſè Pilato de ſanguine Chriſti reſpõſant: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros, id eſt culpa ſeu reatus ſanguinis eius ſit ſuper nos &c.

דַּמֶּשֶׂק Damaſcus, nomen urbis & regionis circa illam in Syria ſitæ. Et eſt uox compoſita ex דַּם & שַׂק quaſi dicat, Saccus ſanguinis ſeu rubri uini. Hinc & Græci eam αἷμα ſanguinẽ, id eſt uinum, & ἀσκὸς ſaccum dictam uoluerũt. Et quia magna fuit ibidem uini fertilitas & copia, Bacchũ iſtic in ſacco habitaſſe finxerunt. Legitur etiã interſerta litera reſch דַּרְמֶשֶׂק 2. Parali. 16. Sicut etiam legitur נְבוּכַדְרֶאצַּר pro נְבוּכַדְנֶאצַּר Iere. 25. & 29. & 50. & 51. Ezech 26. Credo autem utranq; uocem eſſe Syriacam.

ארז Vide in themate רזן.

16 אדר In prima coniugatione legitur tantum participiũ paſſiuæ uocis נֶאְדָּר quod tamen nominaliter uſurpatur. Et ut אַבִּיר ad robur corporis ſeu operis, & הָדָר ad qualitatem, & habitus ornatũ & decorem, & כַּבִּיר ad copiam & multitudinem refertur: ita hoc dicitur de amplitudine, quãtitate, & quãtitatis decore & excellentia & maieſtate. Exod. 15. Quis inter deos ut tu Iehoua? quis ſicut tu præpotens in ſanctitate, uel amplificus, prægrandis. Et reſpõdet noſtro Germanico **gewaltig.**

In tertia coniugatione יַאְדִּיר Ieſaiæ 42. Iehoua beneuolus eſt propter iuſtitiam ſuam, magnifacit legem & amplificat.

INDE NOMINA:

אַדִּיר Peramplum, prægrãde, præpotens, latum, **gewaltig.** Pſal. 8. Quàm prægrãde eſt nomen tuũ in uniuerſa terra. Pſal. 76. Illuſtris tu, & prægrandis pluſquam montes prædæ. Pſal. 93. Supra uoces aquarum multarum præualidas, procellas maris, prægrandis in excelſo Iehoua. Ieſaiæ 10. Et amputabit cõdenſa ſyluæ ferro, & Libanũ per præualidum. Ieſaiæ 33. Sed Iehoua ille prægrandis eſt pro nobis. Ezech. 17. Et erit in cedrum prægrandem. In ſtatu affixi nihil mutat. Iere. 30. Et erit præpotẽs ex ipſo, & dominator è medio eius egredietur. Et pluraliter אַדִּירִים Exod. 15. Flauiſti uento tuo, operuit eos mare, demerſi ſunt uelut plumbũ in aquis præualidis. Iud. 5. Tunc dominabitur reſiduus in præpotentes populi. 1. Samu. 4. Qui eripuit nos de manu deorum præualidorum eorum. 2. Para 23. Et aſſumpſit centuriones, & præualidos. Pſal. 136. Et occidit reges præualidos. Zacha. 11. Quia præualida uaſtata ſunt. ubi poſitum eſt pro ædificijs pręgrandibus. Et Ezech. 32. Legitur per defectũ utriuſq; Iod אַדִּרִם Depone filios gentium præualidarum. In ſtatu regiminis אַדִּירֵי Pſal. 16. Erga præualidos tota uoluntas mea. Iere. 25. Vlulate in puluere præualidi gregis. Cum affixis ſimiliter nihil uariat. Nehem. 3. Et præualidi ipſorum non ſubmiſerunt collum. Nahum 3. Iacebunt præualidi tui.

נֶאְדָּרִי Nomen ex participio paſſiuæ uocis primæ coniugationis formatum, Epitheton Dei. Exod. 15. Dextera tua Iehoua præpotens in uirtute.

אֶדֶר Generis maſculini, grande, granditas, amplitudo. Zach. 11. Proijce eã ad figulum, granditatem precij, quod appretiatus ſum ab eis, id eſt grande pretiũ. Mich. 2. Et grandi

granditatem extraxerunt, id eſt ueſtem grandiorem, quam nos pallium, Græci ϛολὴν, id eſt ueſtem talarem appellanr.

אַדֶּרֶת Generis fœmini, dicitur de ueſtitu ampliore, quo uſi ſunt reges & prophetę, & eo à uulgo diſcreti ſunt, nos amplã uertemus. Ionę 3. Et ſurgẽs rex de ſolio ſuo depoſuit amplam ſuam à ſe, induitq́ ſaccum. 2. Reg. 13. Et leuauit amplam Eliæ, quæ ceciderat ab illo. Zach. 13. Et erit in die illa, cõfundentur prophetę, unuſquiſq́ à uiſione ſua, & non induẽtur ampla piloſa. Gen. 25. Egreſſus eſt primus ruſſus, & erat totus tanquã ampla piloſa. Ioſue 7. Et uidit inter ſpolia amplam Sinnear, id eſt Babylonicã. Legitur tamẽ etiã de rebus alijs amplis & grãdibus. Ezech. 17. Et eſſet in uitem prægrandẽ. Et in ſtatu affixorũ. 1. Reg. 19. Et operuit faciẽ ſuã ampla ſua. Zacha. 11. Vox ululatus paſtorũ qm̃ uaſtata eſt amplitudo eorũ, ſcilicet ædificiorum.

אֲדָר Menſis nomen, qui ſecundũ ſupputationẽ lunarum reſpondet Februario noſtro. Eſther 3. De die in diem, & à menſe, uſq́ ad menſem duodecimum, hic eſt menſis Adar. Et arbitror nomen eſſe Perſicũ, ſicut & אַדֶּרֶת ueſtis Perſica ſeu Babylonica.

17 אָדַשׁ Triturauit. Et congruit cùm uoce, tum modo ſignificandi cum uerbo דוש & legitur in hac forma tantum ſemel in Infinitiuo. Ieſaiæ 28. Tamen non omnino triturando triturabit.

18 אָהַב Et in diſtinctione ſentẽtiæ cum zere אָהֵב Et eſt uerbũ in coniugatione irregulate & defectiuũ, uariat inſuper modũ ſignificandi ex conſtructione: magnãq́ habet cognationẽ ſignificatione cum uerbo defectiuo יָהַב quod ut amanter precari ut fiat quod affectat, ita אָהַב amare & diligere, & charum habere quo potitus eſt, ſignificat: opponitur ſæpe uerbo שָׂנֵא cui contrariam habet ſignificationem, ſicut ex antitheſi manifeſtũ eſt. Deut. 21. 2. Sam. 13. & 19. Pſal. 11. & 19. Eccl. 9.

Primo quãdo poſt ſe regit accuſatiuũ nominis mediãte articulo אֵת aut ſine eo, uel pronominis affixi, tum notat idem, quod Latinis amare, diligere, amore proſequi, dilectũ ſeu charum habere. Gen. 37. Et Iſrael dilexit Ioſephũ. Deut. 4. Et pro eo ꝙ dilexit mulieres alienigenas multas. Deut. 5. Si dixerit ad te, quia ipſe dilexit te & domũ tuã. 1. Sam. 1. Quia Hamam dilexit. Malach. 2. Prophanauit Iehuda ſanctitatẽ ipſius Iehoua, quam dilexit. Et in tertia plurali defectiuè הֵבוּ Oſeæ 4. Meretricando meretricati ſunt, dilexerunt, dilexerunt in quã ignominiam defenſores eius, pro אָהֲבוּ Item in alijs perſonis. Gen. 34. Et dilexit puellam. Pſal. 4. Quouſq́ diligetis uanitatem. Pſal. 26. Dilexi caueam domus tuæ. Prou. 8. Ego diligentes me amanter compellabo. ubi deficit prima ſubſtantialis, formãq́ habet perinde ſi deriuatũ eſſet à Themate יָהַב In Infinitiuo habet regulariter אֱהֹב Eccle. 3. Tempus eſt ad diligendum, & tempus ad odiendum. frequẽtiſſime uero nomen אַהֲבָה tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis & affixorũ pro Infinitiuo uſurpatur. 1. Reg. 11. Eis adhæſit Salomo ad delectationem capiẽdum. Deut. 7. Quoniã propter diligere Iehoua uos, id eſt quoniã diligit Iehoũa uos. 1. Reg. 10. In diligẽdo Iehoua Iſraelem. Mich. 6. Niſi facere iudiciũ & diligere beneficẽtiã. Gen. 29. In diligẽdo ipſum eam, id eſt eò ꝙ ipſe diligeret eam. 1. Sam. 18. Non addam diligere eos. Secundo quando poſt ſe habet nomen cum lamed, tum ſignificat charitatẽ ſeu dilectionem exercere erga aliquem. Leuit. 19. Sed dilectionẽ exerce erga proximũ tuum, ſicut erga te. Et mox iterum: Et dilectionẽ exercete erga illũ. 1. Reg. 5. Quoniam charitatem exercuit Hiram erga Dauidem. Tertio quando abſolutè ponitur, oblectationem ſeu uoluptatem cepit ex re dilecta & amata. Gen. 27. Fac mihi cibos, ſecundũ qđ delectatus ſum, uel dilectum, ſeu charũ, ſeu gratum, ſeu uolupe eſt mihi. Et mox iterum: Et fecit ei cibos, ſecũdum qđ delectatus erat pater ipſius. Pſal. 116. Delectatus ſum, quod audiuit Iehoua uocem meam, uel charũ mihi fuit.

Participiũ præſens אֹהֵב Et ſi abſolutè eſt poſitum, tum nominaliter accipitur. Pſal. 88. Longe amouiſti à me amicũ. Prou. 15. Omni tẽpore diligit amicus. cap. 18. Et eſt amic⁹ addictior fratre. cap. 27. Fidelia ſunt uulnera amici. Et ſemel cũ affixo. Ieſaię 41. Semẽ es Abrahę amici mei. At quãdo nomẽ ſequitur, tũ exponiť uel uerbaliter uel participialiter. 1. Sam. 17. Et totus Iſrael & Iehuda diligebat Dauidem.

Deut.

Deut.10.Diligẽs aduenam.Pſal.33. Diligens iuſtitiam.2.Parali.20. Quia diligens humi fuit, id eſt agriculturæ.Prou.13. Et diligens eum. Et conſtruitur cum lamed. 1.Reg.5.Quoniam beneficus fuit erga Dauidẽ.Et legitur ſemel forma אָהַב & propter attributum in malam partem accipitur pro affectu. Oſeæ 12. Ad fraudem affectus ſeu pronus.Et ſemel legitur cum beth. Eccleſ.5. Qui delectatur in multitudine,non habebit prouentum. Et pluraliter אֹהֲבִים Deut.11. Diligentes Iehoua.

In ſtatu regiminis & affixorũ אֹהֲבֵי Pſal.5.Et exultabunt in te diligentes nomen tuum.Pſal.119.Pax multa diligentibus nomen tuum.Iere.20.Diligentes tui. Et in genere fœminino אֹהֶבֶת Gen.25.Et Rebecca,diligebat Iacobum.& cum paragogico Iod אֹהַבְתִּי Oſeæ 10.Ephraim uitula docta diligens triturare.

Participium præteritum אָהוּב dilectus,charus. Nehem.13. Et dilectus deo ſuo. In genere fœminino אֲהוּבָה Deute.21. Vna dilecta,& altera exoſa.Et in ſtatu regiminis אֲהוּבַת Oſeæ 3.Dilige mulierem dilectã amici.Item אֲהֻבַת ibidem:Dilectam proximi & adulteram.

In uoce paſſiua legitur ſolum participium נֶאֱהָבִים 2.Sam.1.Saul & Ionathan dilecti & iucundi in uita ſua.

In ſecunda cõiugatione אֵהַב Prou.1.Vſquequo ſimplices diligetis ſimplicitatẽ.

Participiũ præſens pluralis numeri מְאַהֲבִים Thren.1. Vocaui amatoribus meis. Iere.22. Cõtriti ſunt omnes amatores tui. Ezech.16. Dediſti munera tua omnibus amatoribus tuis.Zach.13.Quàm percuſſus ſum in domo amicorum meorum.

INDE NOMINA.

אֹהֵב Si abſolutè ponitur,amicus,cuius plurale eſt אֹהֲבִים Prouerb.7.Exultabimus cum amicis. Exempla ſingularis numeri uide ſupra in participio præſenti.

אַהַב Amor,cuius plurale אֲהָבִים in uſu eſt. Oſeæ 8.Ephraim mercede cõduxerunt amores,id eſt amatores.Prouerb.5.Cerua amorum.

אַהֲבָה Amor,dilectio,charitas,amicitia,cõcordia.Prou.10.Et trãſgreſſiones operit charitas.Eccl.9.Tam dilectionem quàm odium non cognoſcit homo.Canti.2. Quoniam langueo amore ego. & cap.8. Aquæ multæ non poterũt extinguere amorẽ. Oſeæ 11.Traham eos funibus dilectionis.Prou.15.Melius eſt ferculũ oleris uiridis & amicitia ibi,quàm bos ſaginatus & odium cum eo. cap.17. Qui operit trãſgreſſionem,ſectatur amicitiã ſeu cõcordiã. Iere.2. Quid approbas uiam tuã ut quæras amicitiam ſeu concordiam. Et in ſtatu regiminis אַהֲבַת 2.Sam.1.Excelſior dilectio tui mihi eſt,quàm dilectio mulierũ.In ſtatu affixorũ. Pſal.99.Et odiũ pro dilectione mea.Prou.5. In amore eius errabis iugiter. Sumitur hoc nomen ſæpenumero pro Infinitiuo,ut ſupra eſt oſtenſum exemplis in prima coniugatione.

אֶחָה Quære in חָיָה à quo eſt deriuatum.

אַחִי Quære in themate אָח.

19 אֹהֶל Tentoriũ,tabernaculũ: cõgruit ſignificatione cum uerbis אלה חלל יֹלל הלה niſi quod ut forma, ita modo tantũ ſignificandi inter ſe differant:hoc autẽ expãſionem ſeu extenſionẽ ſignificat alicuius rei ſupernè ſupra nos ut ſub ea habitetur. Gen.4. Pater inhabitantiũ tentoriu cap.18.Et ipſe ſedebat in oſtio tẽtorij.Exo.26. Et facies cortinas caprarũ pro tentorio ſuper eo habitaculo. Et in ſtatu regiminis manet inuariatum. Gen.31. Et ingreſſus Laban in tentoriũ Iacob, & in tentorium Leæ,& in tentorium duarũ ancillarum.Exo.29. Coram tẽtorio conſtitutionis. Et quando in fine aſſumit he, importat motum ad locum אֹהֱלָה Gen.18. Et feſtinauit Abrahã ad tentoriũ. In ſtatu affixorũ mutat holem in camez, & ſægol in hateph-camez.Exo.16.In tentorio ſuo.Iob 5.Pacificũ erit tentoriũ tuũ.cap.31.Et dixerunt uiri tentorij mei.Et pluraliter אֹהָלִים Gen.13.Grex & armentum,& tẽtoria.cap.35. Iacob uir integer,inhabitans tentoria.Et in ſtatu regiminis אָהֳלֵי Gen.9. Et habitabit in tentorijs Sem.Cantic.1.Sicut tentoria Kædar. In ſtatu affixorũ ſeruat in quibuſdam holẽ:ut Num.24.Quàm pulchra ſunt tentoria tua.Iudic.7.Dimiſit unumquenq; in tẽtoria ſua.Iere.4.Deſtructa ſunt tentoria mea. Aliquãdo mutat in puncta ſtatus regiminis.Deut.1.In tentorijs ueſtris.Iudic.5. Tentoria eorum.

INDE

אָהַל Tentoriauit,id eſt tetendit.expandit,id eſt tentorium.Gene.13.Et tetendit uſq; ad Sodomam. Et ibidem iterũ. Et tetendit Abram, & habitauit in querceto Mãbre.
In tertia coniugatione יַאהִיל tetendit. Ieſaiæ 13. Et non tendet ibi Arabs. Vbi aleph litera ſubſtantialis abiecta eſt.Et ſemel de expãſione luminis dicitur.Iob.25. Ecce adeo luna non expanditur, & ſtellæ non ſunt mundæ in oculis eius. Sed de
20 hoc in themate אָהַל.

אֲהָלוֹת Aloes,arbor aromatica,cuius lignum extẽdit odorem ualde gratum.Pſal.45. Myrrha & Aloes & Katzia omnia ueſtimẽta tua. Cantic.4.Myrrha & Aloes & Cinnamomo.

אוֹ Vide in themate אוה.

21 אוֹב Vox eſt haud dubie peregrina. & quãtum ex locis ſcripturæ & eorum circumſtantijs conijcitur in quibus ſcriptum eſt.Eſt ſpiritus in ſepulchris mortuorũ & locis ſubterraneis qui ſciſcitatus uoce ſtridula reſponſa edit. Deinde etiã eiuſmodi ſciſcitator,qui talem artem exercet, atq; etiam umbras & manes euocat,iſto nomine dicitur, ſiue uir ſit ſiue mulier. Græci & Latini appellarunt Pythonem à ſciſcitando,quòd de futuris occultisq; & ignotis conſulebantur.Leuit.20. Vir aut mulier in quibus fuerit Python, aut Gnoſtes.1. Sam.28. Exquirite mihi mulierem habentem Pythonẽ,ut habeam & quæram per eam.Ieſaię 29. Et humiliata de terra loqueris,& ex puluere egredietur ſermo tuus,exierit quaſi Pythonis è terra uox tua.Deut.18.Et conſulens Pythonem, & Gnoſten. Et pluraliter אֹבוֹת Leuit.19. Ne reſpicias ad Pythones,neq; ad Gnoſtas.Ieſaiæ 8.Euntes ſciſcitabimini Pythones & Gnoſtas,qui ſtridẽt & demurmurãt,an non populus cõſulere debet Deum ſuum,aut pro uiuo mortuos? Et cap.19. Et Ægyptij ſciſcitabuntur apud Idola & apud Magos, & apud Pythones, & apud Gnoſtas. Porro apud Iob cap.32. Hæc uox אֹבוֹת utres ſignificat quibus uinũ continetur. Ecce uenter meus eſt ſicut uinũ non apertũ, ſicut utres noui, ita rũpetur. Ex iſto loco quidã non leui cõiectura arbitrãtur Pythones ab utribus,q; qui tali ſpiritu afflati,ore clauſo ex uentre perinde ac ſi ex utre ſeu laguncula reſponſa depromant, hinc Græcis ἐγγαστριμύθους, id eſt
22 uentriloquos eſſe appellatos exiſtimant.Meminit Lucas Pythoniſſæ Act.cap.16.

אוּד Torris, titio, id eſt fundus. Amos 4. Facti eſtis ſicut titio ereptus ex incendio. Zach.3. Nõne iſte eſt titio ereptus ex igne. Huc reſpexit Iudas Apoſtolus in ſua Epiſtola:illos,inquiẽs,per timorem ſaluos facite ex incendio rapientes. Et pluraliter אוּדִים Ieſaiæ 7.Ne timeas & cor tuum non ſit tenerum propter caudas titionum fumantium iſtorum.

אֵיד Vide ſuo in loco.

23 אוֹדוֹת Occaſiones, cauſæ propter quas aliquid fit. Et aſſumens ante ſe עַל abit in naturam præpoſitionis Propter. Gen.21. Super cauſa putei, id eſt propter puteũ. Et in ſtatu affixorum. Ioſue 14. Noſti quid loquutus eſt Iehoua ad Moſen ho-
24 minem dei ſuper cauſa mea,& ſuper cauſa tua,id eſt propter me & propter te.

אָוָה Affectauit, deſiderauit, cupiuit, concupiuit. Et uerbum Aueo ei conuenit non modo uoce & pronunciatione, uerum etiam ſignificatione, præter id quod utrumq; & defectiuum, & anomalon in coniugatione. Deinde habet ſe correlatiuè erga uerbum נָוָה Et eſt contrariæ ſignificationis cũ uerbo אָוָה Pſal.132.Quoniam elegit Iehoua Zion, concupiuit in ſedem ſibi. Et mox iterum. Hæc requies mea in perpetuum,ibi habitabo,quoniam concupiui eam. Prouerb.21.Anima improbi cupit malum. Iob 23. Quicquid anima eius concupiſcit, id facit. Deuter.12. Quandocunq; concupiuerit anima tua comedere carnes, omni deſiderio animæ tuæ comede carnes.
In quarta cõiugatiõe הִתְאַוָּה cõcupiſcere fecit ſe, hatt ſich laſſen geluſten.Prouerb.21. Omni die cõcupiſcit concupiſcẽtia piger.Num.11. Et uulgus promiſcuũ quod erat in medio eorum concupiuit concupiſcentia.Deut.5. Non concupiſces domum proximi tui.pro quo Exod.20. Verbum תַחְמֹד poſuerat.2.Samuel.23. Et

concupiſcere ſimulauit ſe Dauid & dixit, quis potabit me aqua. Pſal. 45. Et concu piuit rex pulchritudinem tuam. Iere. 17. Diem ærumnoſum non concupiuit.

Participium pluralis numeri מִתְאַוִּים Num. 11. Quoniam ibi ſepulti ſunt ex populo, qui cõcupiuerat cõcupiſcentia. Amos 5. Væ concupiſcentibus diẽ Iehoua.

INDE NOMINA.

אַוָּה Concupiſcentia, quod tamen tantum in ſtatu regiminis legitur אַוַּת & congruit ſignificatione cum nomine תַּאֲוָה. Eſtq; μῖσος. Deut. 12. Attamen in omni concupiſcentia animæ tuæ offeres, & comedes carnes. Iere. 2. Sicut fera in deſerto in cõcupiſcentia animæ ſuæ haurit uentum. In ſtatu affixi recipit cametz ſub uau אַוָּתִי Oſeæ 10. In concupiſcentia mea eſt, ut caſtigem eos.

תַּאֲוָה Concupiſcentia. Gen. 3. Et uidit uirago ꝙ bona eſſet arbor in eſum, & cõcupiſcentiæ. Num. 11. Et uocauit nomen loci illius ſepulchra concupiſcentiæ. In ſtatu regiminis תַּאֲוַת Gen. 49. Benedictiones patris tui uberiores erunt, quàm benedictiones progenitorum meorum, uelut concupiſcentia collium mundi erunt. Pſal. 16. Concupiſcentiam afflictorum audiuiſti Iehoua. Pſal. 20. Concupiſcentiam cordis tui dediſti illi. In ſtatu affixorum תַּאֲוָתִי Pſal. 38. Iehoua coram te eſt omnis concupiſcentia mea. Pſal. 78. In concupiſcentia eorum adduxit eis.

תָּוִי Ablatis duabus de themate literis, prima ſcilicet & ultima. Iob 31. Ecce deſideriũ meum, ut omnipotens exaudiat me.

מַאֲוַיֵּי Nomen pluralis numeri tantũ. Pſal. 140. Ne permittas Iehoua deſideria improbi.

אָוֶן Concupiſcentia illa mala primorum parentum, qua perſuaſu ſerpentis contra uoluntatem & uerbum Dei de ligno ſcientiæ boni & mali fructum uetitum comederunt, atque hæc mox in poſteros propagatione carnali transfuſa eſt, ut figmentum cordis humani malum ſit, tantum ea quæ Deo, eiusq; uoluntati ac uerbo aduerſantur perpetret, & ad mala impellat & affectet. Vnde ſemper de corruptione naturæ, cupiditate & concupiſcentia, conatu & ſtudio carnali, quo quis affectus eſt & alijs dolorẽ & uim infert aut ipſe afficitur, intelligi & accipi debet. Prouerbiorum 6. Cor quod machinatur cogitationes cõcupiſcentiæ. Pſal. 66. Concupiſcentiam ſi præuidiſſem in corde meo, non exaudiret Iehoua. Iob 11. Si eſt concupiſcentia in manu tua, remoue eam longius. Prouerbio. 30. Talis eſt uia mulieris adulteræ, quæ ubi comederit abſtergit os ſuum, & dicit non perpetraui concupiſcentiam, id eſt, libidinem. Ieſaiæ 59. Facta eorum ſunt facta concupiſcẽtiæ. Iob 31. Nunquid perditio iniuſto, & exilium operatoribus concupiſcentiæ. Et cap. 34. Non ſunt tenebræ, neq; umbra mortis, ut illis occultentur operarij cõcupiſcẽtiæ. Pſal. 119. Nec dominetur in me ulla concupiſcentia. Sępiſſimè autem in religione de idolatria & impijs cultibus ex concupiſcentia illa per diabolum inflicta contra uoluntatem & uerbum dei inſtiiutis dicitur, ut 1. Sam. 15. Quoniam erratũ Magiæ eſt rebellio, & concupiſcentia & Idolatria eſt abrumpere ſe. Pſal. 37. Concupiſcentiam cogitat ſuper cubili ſuo, id eſt, cultus concupiſcentiæ excogitat. Pſal. 119. Nec dominetur in me ulla concupiſcentia. Ieſaiæ 1. Non poſſum ferre cõcupiſcentiam & retentionem. Vocat propheta cultus ipſorũ ſine fide nomine cupiditatis. Zach. 10. Quoniam idola loquuntur cupiditatem & diuini uident falſitatẽ. Amos 5. Et Bethel erit Beth Auen, id eſt, domus Dei erit domus concupiſcentię: hinc ab idolatria Bethel dicta eſt à prophetis mutato nomine Beth Auen. Oſeę 4. Nolite aſcendere in Beth Auen. Habakuk 3. In loco concupiſcentię uidi tẽtoria Chuſam. Hinc etiam פֹּעֲלֵי אָוֶן illi dicuntur, qui traditiones & cultus inſtituunt operum ex propria cupiditate à diabolo illis indita, quibus cõcupiſcentias aliorum excarnificant. Pſal. 5. Odiſti omnes operarios cõcupiſcentię. Pſal. 6. Diſcedite à me omnes operarij cõcupiſcentiæ. Hęc uerba Prophetę Chriſtus Matth. 7. de illis citat, qui gloriabantur ꝙ per nomen Domini prophetarunt, dęmonia eiecerũt, multas uirtutes pręſtiterunt, hoc eſt de Pſeudoprophetis & ipſorum traditionibus & cultibus. Et Interpres Gręcus Matthęi uertit ἀνομίαν. Lucas uero ἀδικίαν. Item Pſal. 14. An non cognoſcent operarij concupiſcentię, deuoratores populi mei, perinde ac

ſi comederent panẽ. Pſal. 28. Non trahas me cum improbis, neq; cum operarijs cõcupiſcentiæ &c. Sic conſtituitur quoq; cum בֹּגְדֵי Pſal. 59. Neq; gratiam oſtendas omnibus tranſgreſſoribus concupiſcentiæ. Sciendum etiam q̃ ſæpe cõſtruitur cum alijs nominibus, ſæpiſſimè uero cum nomine עָמָל idq; tamen bifariã, uel mediatè, ut Num. 23. Non uidit concupiſcentiã in Iacob neq; laborem in Iſrael. Ex hoc loco deinde omnes Prophetæ hãc phraſin ſumẽtes ad impietatẽ, id eſt, impiã doctrinã operũ, & cultus idolatricos propria cupiditate ac deuotiõe, inſtinctu diaboli, cõtra dei uoluntatẽ & uerbũ dei inſtitutos tranſtulerũt, ſicut Moſes equidẽ fons eſt omniũ Prophetarũ. Pſal. 7. Ecce cum niſu concipiet concupiſcentiam, & prægnans erit labore, & pariet falſitatẽ. Ieſaiæ 10. Væ qui cõſtituunt cõſtitutiones cõcupiſcentiæ, & qui ſcribũt laborẽ. Iob 4. Quemadmodũ uidi aratores cõcupiſcentiæ, & ſeminatores laboris meſſuerunt eum. Item cap. 5. Quia non egredit̃ ex puluere cupiditas, & ex humo non effloreſcit labor. Iam ſequentur loci ubi אָוֶן ſequitur ipſum עָמָל aut alia uocabula. Iob 15. Pręgnans factus eſt cõcupiſcentia, & peperit laborẽ, & uenter ipſorũ parat dolum. Prouerb. 22. Qui ſeminat iniuſtitiã, ille metet concupiſcentiã. Vel immediatè componũtur interſerta tantũ uau copula ſic עָמָל וָאָוֶן Labor & concupiſcentia. Pſal. 90. Et quicquid eſt ultra illos, labor & affectio eſt. Et Paulus hac phraſi uſus, 2. Corinth. 11. κόπος καὶ μόχθος reddidit. Legitur etiam ubi nomini מִרְמָה eſt impoſitum. Pſal. 63. Verba oris eius cõcupiſcentia & impoſtura. Item ubi אָוֶן וְעָמָל inuerſo ordine legitur. Pſal. 55. Diu noctuq; circumeunt in ea iuxta muros eius cõcupiſcentia & labor. Et in ſtatu regiminis אוֹן. Oſeę 12. Et dixit Ephraim, at diues ſum, inueni cupiditatẽ mihi, id eſt quod cupiui. Similiter in ſtatu affixorũ. Iob 21. Deus reponet filijs ei⁹ cupiditatẽ ipſius. Pſal. 49. Reddet ſuper eos cupiditatem ipſorũ. Deut. 26. Non comedi in concupiſcentia mea ex eo. Iob 40. Ecce robur eius in lumbis ſuis, & cõcupiſcentia in umbilico uentris ſui. Oſeæ 12. In utero ſupplantauit fratrem ſuũ, & in cõcupiſcentia ſua certauit cũ Deo. Iere. 4. Vſquequo manebunt in medio tui cogitationes cõcupiſcentiæ tuę. Gen. 49. Ruben primogenitus meus, uirtus mea, & principiũ cõcupiſcentię meæ. Deut. 21. Cum ipſe ſit principiũ concupiſcentiæ tuę. Pſal. 105. Et percuſſit omne primogenitũ in terra ipſorũ, primitias omnis cõcupiſcentiæ eorũ. hic ponitur affectus pro effectu, id eſt, filijs. Gen. 35. Vocauit ſtatim nomen eius Ben Oni, id eſt, filium cõcupiſcentię, ſed pater eius uocauit eum Beniamin, id eſt, filiũ dexteræ. ubi uſurpatur de effectu concupiſcentiæ, id eſt, dolore illo qui ſequitur concupiſcentiam ſeu uenerem. Et pluraliter אוֹנִים Prouerb. 11. In morte hominis aufertur ſpes, & expectatio cupiditatũ auferetur, id eſt, cupidorũ. Ieſaiæ 40. A multitudine cupiditatum & robore potentiæ uinũ non decedet. Et mox iterũ: Dat laſſo uirtutem, & cui non ſunt cupiditates, robur multiplicabit. Oſeæ 9. Sacrificium ipſorum ſicut panis cupiditatum ipſis. Tametſi alij interpretantur panis lugentiũ à uerbo אָוַן ut reſpiciat ad legẽ. Deut. 26. Vbi talia ſacrificia ꝓhiberi dicãt. Pſal. 78. Et percuſſit primogenitũ in Aegypto, primitias cõcupiſcẽtiarũ in tentorijs Chã.

אֵו Concupiſcentia: licet alij uerbaliter pro decet, congruit, conuenit. Prouer. 31. Neq; principibus concupiſcentia ſiceræ.

אוֹ Particula concupiſcẽtis, ſeu optantis. Ezech. 21. O gauderemus ſi omnia ligna eſſent uirgę. Accipitur tamen pro particula ſubiunctiua ſi, ſi uero, etſi. Leuit. 5. Si cadauer beſtię immundę. cap. 4. Et ſi innotuerit ei peccatum. Item pro diſiunctiua aut, uel ſiue. Leuit. 1. De turturibus uel de pullis columbę. Prouerb. 30. Canis uenaticus accinctus lumbis, uel hircus.

אוֹי Exclamantis particula, quę communiter poſt enumerationem peccatorũ ſubijcitur O, uę, heu. Num. 21. Heu tibi Moab, perijſti popule Camos. Et cum he paragogico אוֹיָה Pſal. 120. Heu mihi. Porro, ut hęc uox אוֹי parum differt ab הוֹי, ita ſignificatione cum eo propemodum congruit.

תַּאֲוַת Cõcupiſcentia. Iere. 2. Fera aſſueta deſerti in cõcupiſcentia animę ſuę haurit uẽtũ.

תְּאֻנִים Concupiſcentię. Ezech. 24. Concupiſcentijs defatigata eſt in Aegypto.

INDE VERBVM,

הִתְאַוִּינוּ Threnorum 3. Quid concupiſcet homo unuſquiſque ſuper errato ſuo.

Participium מִתְאַוִּים Num. 11. Et factum eſt cùm populus concupiſcerent, diſplicuit in auribus ipſius Iehoua.

25 אֹחִים Nomen pluralis numeri tantum, de cuius ſignificatione plurimum uariant Interpretes. Arbitror ego (ſaluo tamen aliorum iudicio) generale eſſe ad omnes aues ferales, quæ alio nomine אִיִּים uocantur, & dictas à triſti & gemibunda acclamatione qua inuicem & ſimul uociferantur. & habere cognationem cum uerbo אָנַח. Legitur tantum ſemel. Ieſaiæ 13. Et cubabunt ibi Zijm & replebuntur domus eorum Ochim, & cohabitabunt ibi filiæ Struthionis, & piloſi ſaltabunt ibi.

אֱוִיל Vide in uerbo יָאַל.

אוּלַי Vide in uerbo אָלָה à quo deriuatum eſt.

26 אוּץ Feſtinauit, properauit. Congruit ſignificatione cum uerbis אָצַץ נוּץ יָצָא יָצַח nisi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe uariant. Ioſue 10. Stetit ſol in medio cœli, & non properauit ad occaſum. Iere. 17. Et ego non properaui.

Participium præſens אָץ quod interdum nominaliter accipitur. Prouerbiorum 19. Qui properat pedibus, errat. & cap. 29. Vidiſti uirum properantem uerbis ſuis. ca. 21. Omnis præceps egebit. Ioſue 17. Quia properantior eſt tibi mons Ephraim. Et pluraliter אָצִים Exo. 5. Exactores properabant, ſeu urgebant, dicentes, perficite opera ueſtra.

In tertia coniugatione הֵאִיץ. Geneſ. 19. Et properare faciebant angeli ipſum Lot, id eſt, urgebant. Ieſaiæ 22. Ne properetis ad conſolandum me.

27 אוֹר Vt אָרָה & אָרַר ſignificant mutationem melioris in peius, ita econtra יָאַח notat mutationem peioris in melius, id eſt, tenebrarum in lucem, triſtitiæ in lætitiam, frigoris in calorem: illuceſcere, lucidum fieri, propagare & proferre lucem. Et eſt caloris, refocillationis, gratiæ, lætitiæ, uitæ adeoque omnis boni. Et habet congruentiam cum uerbo יָאַח item cum Græco ὁράω. Et in prima coniugatione ſeruat in omnibus modis & temporibus holem. Geneſ. 44. Mane illuxit, & uiri miſſi ſunt. Pſal. 139. Et nox illuxit in delicijs meis. Ieſaiæ 60. Surge luceſce, ſeu fias lucida. 1. Sam. 14. Quia lucidi fuerunt oculi mei. Et mox iterum: Et illuminati ſunt oculi mei.

Participium præſens אוֹר Prouerbiorum 4. Ambulans & lucens uſque ad perfectum diem.

In uoce paſſiua נָאוֹר. 2. Samuelis 2. Et lucidum factum eſt illis in Hebron, id eſt, illuxit.

In tertia coniugatione הֵאִיר Quando regit poſt ſe accuſatiuum, tum eſt actiuum, Lucidum fecit, illuminauit, illuſtrauit. Pſalm. 98. Illuminauerunt fulgura eius orbem. Pſal. 18. Quoniam tu illuminas lucernam meam. Exod. 14. Et illuminauit noctem. Danielis 9. Lucere fac faciem tuam. Malach. 1. Et non lucere faciunt altare meum. Eccleſiaſt. 8. Sapientia hominis illuminat faciem ipſius. Si uero poſt ſe non regit accuſatiuum, uſurpatur neutraliter. Exod. 25. Et lucebit ex aduerſo. Ezech. 43. Et terra luxit à gloria eius. Geneſ. 1. Vt luceant ſuper terrã. Ieſaiæ 60. Et luna non lucebit tibi. Pſal. 138. Deus Iehoua illuxit nobis.

Participium præſens מֵאִיר. Prouerbiorum 29. Illuminat oculos utriuſque Iehoua. In genere fœminino מְאִירָה quod in ſtatu regiminis מְאִירַת legitur. Pſal. 19. Mandatum ipſius Iehoua purum, illuminans oculos. Et pluraliter מְאִירוֹת Ieſaiæ 27. Mulieres uenientes illuminant eos, id eſt, lucere faciunt eos, ſeu incendunt eos.

INDE NOMINA:

אוֹר Lux, ſplendor, claritas, quæ cernitur, & quæ omnia patefacit. Geneſis 1. Et dixit deus, fiat lux. Et iterum: Et uocauit deus lucem, diem. Sic Paulus quoque reddidit 2. Corinthiorum 4. Quoniam deus eſt qui iuſſit è tenebris lucem illuceſcere &c. Et iterum: Et diſtinxit deus inter lucem, & inter tenebras. Ieſaiæ 5. Et lux obſcurata eſt in influentijs. & capit. 51. Et iudicium meum in lucem populorum ſiſtam. Prouerbiorum 13. Lux iuſtorum lætificabit. Iudicum 16. In luce diluculi ſtatim interficiemus eum. Pſalm. 98. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Iob 36. Supra uelut manibus operit lucem, id eſt, fulgur. Pſal. 78. Et tota nocte per lucem ignis. Ieſaiæ 49. Et dabo te in lucem gentium. Eccleſiaſt. 12. Antequam obtenebreſcat ſol & lux, & luna, & ſtellæ. Et in ſtatu affixorum manet inuariatum. Pſalm. 36. In luce tua uidebimus lucem. Ezechielis 32. Et luna non illuminabit luce ſua. Pſalm. 37. Iehoua eſt lux mea. Et pluraliter אוֹרִים Pſalm. 136. Faciens luces magnas. Et in genere fœminino אוֹרָה Eſther 8. Iudæis fuit lux, & lætitia. Pſal. 139. Et tenebræ ſicut lux ipſa.

מָאוֹר Lumen, luminare, corpus lucidum. Geneſis 1. Luminare magnum. Exod. 25. Oleum ad luminare. Pſalm. 74. Tu confirmaſti lumen & ſolem. Et in ſtatu regiminis מְאוֹר Pſalm. 90. Poſuiſti iniquitates noſtras coram te, abſcondita noſtra in lumen faciei tuæ. Prouerbiorum 15. Lumen oculorum exhilarat cor, id eſt, gratum obiectum, iucundus aſpectus. Et pluraliter מְאוֹרוֹת forma fœminini generis, ſed ex adiectiuo adiuncto maſculini generis. Geneſis primo, Et fecit deus duo luminaria magna. Et Paulus huc reſpiciens Philippenſ. 2. Inter quos lucete tanquam luminaria in mundo, ſermonem uitæ ſuſtinentes: miniſtros uerbi ſic uocat. 1. Regum 7. Luminaria quinque à dextra, & quinque à ſiniſtra ante oraculum ex auro puro. Legitur tamen ſemel in forma maſculea מְאוֹרֵי Ezechielis 32. Omnia luminaria lucis.

אוּר Focus in quo lucet ignis. Geneſis decimóquinto, Ego Iehoua, qui eduxi te de foco Chaldæorum. Etſi omnes propemodum Interpretes ſentiant eſſe nomen ciuitatis, tamen certum eſt ab igne habere appellationem, quem Chaldęi pro Deo coluerunt: nam cum uidiſſent olim ignē cœlitus delapſo ſacrificia Patriarcharum cōſumi, putarunt eſſe Deum. Ieſaiæ trigeſimóprimó, Cuius focus eſt in Zion, & furnus in Ieruſalem. & capit. 50. In foco ignis ueſtri, & in ſcintillis, quas inflammaſtis. cap. 47. Aut focus ad ſedendum iuxta illum. Marcus Euangeliſta reddidit lumen, capite decimoquarto, Et erat ſedens unà cum miniſtris & calefaciebat ad lumen. Et pluraliter אוּרִים luces. Et hoc nomine lapides erant dicti in pectorali, quia annuente Domino emittebant fulgorem. Exod. 28. Et pones ad pectorale iudicij Vrim & Thymim. Leuit. 8. Et poſuit ſuper pectorale Vrim & Thymim. Numeri 27. Et ante Eleazar ſacerdotem ſtabit, & conſulet pro eo in iudicio Vrim coram Iehoua. 1. Samuelis 28. Et conſuluit Saul ipſum Iehoua, & non reſpondit ei Iehoua neque per ſomnia, neque per Vrim, neq; per prophetas. Eſdræ 2. & Nehemiæ 7. Donec ſtaret ſacerdos ad Vrim & ad Thymim.

Et cum affixo אוּרֶיךָ Deuterono. 33. Et ad Leui dixit, Thymim tuum & Vrim tuum uiro pio tuo erunt.

אוֹרוֹת Olera, ſeu herbæ uirides, lucentes & lætæ, adq; ueſcendum gratæ. 2. Regum 4. Et egreſſus eſt unus in agrum ut colligeret olera. pro quo Chaldæus reddidit יַרוֹקִין uiridia. Ieſaiæ 26. Ros olerum ros tuus, id eſt ut ros recreat olera, ita tu quoque recreas.

אֻרִים Cauernæ, quæ carent luce, & ſignificationem ſuperiori nomini אוֹר habet contrariam, ſicut & חוּר nunc albicans, nunc loca obſcura, & ſimiliter מְעָרוֹת ſignificat: quanquam etiam de illis cauernis dici poſſit, quæ non ſint obſcuræ, ſed ſupernè foramina habeant per quæ lux diei illabatur. Ieſaiæ 24. Iccirco in cauernis glorificate Iehoua: Intelligit autem Trogloditas.

ארות Stabula, quod illa in partibus calidioribus ſint ſubterranea. 1. Regum 4. Et fuerunt Salomoni quadraginta millia ſtabula equorum. pro quo 2. Paralip. 9. Legitur אריות & cap. 32. ארות ſed de hoc quoque in themate ארה.

אורות Nomen pluralis numeri tantū quod generaliter pro minoribus gregibus ponitur, qui in ſtabulis continentur, necdum ducuntur in paſcua. 2. Paralip. 32. Et ſepta pro gregibus. Sed de hoc quoque in themate ארה.

מאורה Cauerna, quæ caret luce. nam mem litera eſt priuatiua ſicut in nomine מבטח & alijs multis. Ieſaiæ 11. Et ad cauernam reguli ablactatus manum ſuam extendet.

אות Vide in uerbo אתה.

28

אז Aduerbium temporis, tunc, eo tempore. Et mutat quandoque uerbum futuri temporis in præteritum. Geneſis 4. Tunc cœptum eſt inuocari in nomine Iehoua. Exod. 15. Tunc cecinit Moſes. Ioſue 10. Tunc loquutus eſt Ioſue. 2. Samuelis 19. Quod tunc rectum in oculis tuis. 2. Regum 12. Tunc aſcendit Cazael. Pſalm. 2. Tunc loquetur ad eos in ira ſua. Et per protheſin mem מאז ex tunc. Prouerbiorum 8. Iehoua comparauit me initio uiæ ſuæ ante opera ſua ex tunc, id eſt, antequam tunc eſſent opera eius. Legitur etiam cum paragogico Iod אזי Pſalm. 124. Tunc uiuos deglutiſſent nos. & ibidem, Tunc aquæ inundaſſent nos. Et iterum: Tunc tranſiſſet ſuper animam noſtram aqua ſuperborum.

29

אזוב Etſi multi uelint eſſe Origanum, cuius plurimæ ſunt ſpecies, inter quas Plinio una eſt, quæ appellatur Othimin, uel Paraſion, non diſſimilem Hyſſopo, tamen retinebo uocem Hebræo conſentientem, atque Eſopum uertam. 1. Regum 4. Et diſſerebat de arboribus à cedro quæ eſt in Libano uſque ad Eſopum, quæ egreditur in pariete. Huius autem uſus fuit in aſperſionibus ut faſciculo ex ea facto aſpergerent uel ſanguinem uictimarum: ut Exod. 12. Et accipietis faſciculum Eſopi, & tingite in ſanguinem qui fuerit in pelui, & ſpargendo attingite ad ſuperliminare, &c. Vel aquam luſtrationis, ut Numeri 19. Et accipiet ſacerdos lignum cedri, & coccum uermiculi, & proijciet in medium incendium uaccæ. Et iterum: Et intingat in aquam uir mundus & aſpergat ſuper tentorium, &c. Ad illas aſperſiones alludit Propheta Pſal. 51. Expiabis me Eſopo & mundabor. Et petit expiationem à peccatis per ſanguinem Chriſti & prædicationem Euangelij, quæ illis ſanguinis & aquæ aſperſionibus ſignificabatur.

30

אזל Cognationem quandam habet ſignificatione cum uerbis זלל זול גזל niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe diſcrepent: ſignificat autem abripi, raptim auferri, ut eius rei nihil amplius ſuperſit. 1. Samuelis 9. Quia panis abreptus eſt de uaſis noſtris. Deuter. 32. Tum iudicabit Iehoua populum ſuum, & commiſerebitur ſuper ſeruis ſuis, quando uiderit quòd ablata eſt manus, id eſt, potentia. Vbi thau litera ſcripta eſt loco he. Iob 14. Abreptæ ſunt aquæ ex mari. Iere. 2. Quo te abripis tam uehementer.

Participium præſens אוזל Prouer. 20. Malum malum eſt, dicit omnis poſſidēs: ſed quàm primum abreptum eſt illi, tum laudat.

INDE NOMINA:

אזל Nomen lapidis cuius fit mentio 1. Samuelis 20. Et ſedebis iuxta lapidem Azel. quanquam aliqui inde dictum eſſe uelint, quod ceu ſignum ſit poſitus ubi recederetur.

מאוזל Nomen gentis. Ezechielis 27. Dan & Iauan Meutzal in mercatum tuum. Aliqui tamen putant eſſe participium præteritum ſecundæ coniugationis.

31

אזן Auris nomen generis fœminini. Exiſtimo autem habere cognationem cum uerbo זנה & ſic dictam, quòd omnibus ſemper pateat & proſtituta ſit, non item oculi, non os, non naſus, quæ membra claudi poſſunt & cohiberi. Iob 12.

Nónne auris dicta probabit. Prouerbiorum 20. Aurem audientem, & oculum uidentem Iehoua facit utrunque. Et manet in ſtatu regiminis inuariatum. Leuitic. 14. Super cartilaginem auris purificandi dextram. Prouerbiorum 18. Auris ſapientum quæret ſcientiam. In ſtatu affixorum mutat holem in kametz. Pſalmo decimo ſeptimo, Inclina aurem tuam mihi. Ieſaiæ 33. Obturat aurem ſuam ne audiat ſanguines. Iob 4. Et accepit auris mea modicum. Et dualiter אָזְנַיִם Pſal. 40. Aures perfodiſti mihi. Ieſaiæ 43. Et ſurdos & aures illis. Et in diſtinctione ſententiæ אָזְנָיִם Ezechielis 24. Per auditum aurium. Et in ſtatu regiminis אָזְנֵי Geneſis 23. In aures filiorum Heth. Ieſaiæ 32. Et aures audientium attendent. Similiter in ſtatu affixorum. Ieſaiæ 6. Et aures eius aggraua, Pſalm. 130. Sint aures tuæ attentæ.

מֹאזְנַיִם Duæ aures, id eſt, bilanx, libra habens duas aures. Pſalm. 62. Filij uiri in bilance aſcendendo. Ieſaiæ 40. Et colles bilance. Et iterum: Et ſicut puluillus bilancis reputabuntur. Ierem. 32. Et ponderaui argentum in bilance. Et in ſtatu regiminis מֹאזְנֵי Leuit. 19. Bilanx iuſtitiæ, lapides iuſtitiæ. Prouer. 11. Bilanx impoſturæ, abominatio eſt Iehoua.

INDE VERBVM,

אזן Audiuit, audiendo perpendit. Eccleſ. 12. Et audiebat & perſcrutabatur.

In tertia coniugatione הֶאֱזִין audiuit, auſcultauit, auribus percepit, aures accommodauit, arrexit. Deuteronom. 1. Et non accommodauit aures ad uos. Exod. 15. Et aures accommodaueris ad præcepta eius. Pſalm. 77. Voce mea ad Iehoua & aures accommodauit ad me. Ieſaiæ 64. Et non auſcultauerunt. Pſalm. 5. Sermones meos auribus percipe. Ieſaiæ 1. Et auſculta terra. Geneſ. 4. Audite ſermonem meum. Iob 32. Aures accommodabo ad intelligentiam ueſtram multiplicem. Et cap. 9. Non credam, quòd audiuerit uocem meam.

Participium præſens מֵזִין pro מַאֲזִין Prouerbiorum 27. Et falſus auſcultat ad linguam.

אום Vide in uerbo יָקַם.

32 אזר Cinxit ſe, accinctus eſt neutraliter, & ſignificatione nihil differt à uerbo חָגַר Item à נָזַר & אָסַר זור in primo ipſorum modo ſignificandi, niſi ꝙ ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant. 1. Samuelis 2. Et labaſcentes accinxerunt ſe robore. Iob 38. Cinge nunc uelut uir lumbos tuos. ubi eſt tranſitiuum propter accuſatiuum ſequentem.

Participium præteritum אָזוּר 2. Reg. 1. Et cingulo corei accinctus erat.

In uoce paſſiua legitur participium נֶאֱזָר. Pſal. 65. Et accinctus eſt fortitudine.

In ſecunda coniugatione אִזֵּר tranſitiuum. Pſal. 18. Et accinxiſti me robore ad bellum. Pſal. 30. Accinxiſti me lætitia.

Participium præſens מְאַזֵּר Pſal. 18. Deus eſt qui accingit me robore. Et pluraliter in ſtatu regiminis מְאַזְּרֵי Ieſaiæ 50. Accinctores flammarum, id eſt qui accingitis alios flammis.

In tertia coniugatione הֶאֱזִיר accinxit ſcilicet alium. 2. Samuelis 22. Et accinxiſti me robore ad bellum. Iob 30. Sicut tunicā meam cingebat me. Ieſaiæ 45. Accingebam te, nec cognoſcebas me.

In quarta coniugatione הִתְאַזָּר Pſal. 93. Indutus eſt Iehoua, potentia accinxit ſe. Ieſaię 8. Accingite uos, & proſternemini.

INDE NOMEN:

אֵזוֹר Cingulum. 2. Regum 1. Habuit uir ille pilos & cingulum corei. Iob 12. Et ligat cingulum in lumbos eorum. Eſt autem cingulum regum, obedientia populi. Ieſaiæ 3. Et non ſoluetur cingulum renum eius. & cap. 11. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & ueritas cingulum renum eius. Ierem. 13. Compara tibi cingulum lini.

33 אָח Frater, qui interne alteri ſuo uterino iunctus eſt, quanquam poſtea ſcriptura non illos ſolum fratres uocat, qui ijſdem progeniti ſunt parentibus, ſed etiam alios ex eadem generis ſerie prognatos, item etiam eiuſdem profeſſionis homines. & cognationem quandam habet cum uerbo אָנַה atq; importat mutuum reſpectum affectus fraterni. Geneſis 34. Et Rebeccæ erat frater & nomen eius Laban. Prouerbiorum decimoſeptimo, Sed frater tempore anguſtiæ naſcetur. Pſalm. 49. Frater non redimendo redimet quenquam. Eccleſiaſt. 4. Eſt unus & non ſecundus, etiam filius nec frater illi. Et in ſtatu regiminis accipit Iod paragogicum אֲחִי Geneſis 24. Vxor Nachor fratris Abrahæ. Et in ſtatu affixorũ ſeruat Iod, ſed reſumit cametz. Geneſis quarto, Et adiecit parere fratrem eius Hebel. Et iterum: Vbi eſt Hebel frater tuus. Et mox iterũ: Num cuſtos fratris mei ego? Et cap. 9. De manu uiri fratris ſui requiram animam hominis. cap. 20. Dic de me frater meus eſt. Ioelis ſecundo, Et quiſque fratrem ſuum non propellebat. Et pluraliter אַחִים Geneſ. 13. Nam uiri fratres nos ſumus. Pſal. 138. Habitare fratres etiam in unum. In ſtatu regiminis אֲחֵי Geneſis 24. Deduxit me Iehoua ad domum fratrum ſuſtẽtatoris mei. Et in ſtatu affixorũ. Exod. 2. Fratres mei. Pſalm. 22. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Geneſis 27. De fratribus tuis. & cap. 48. Fratres eorum. Et in genere fœminino אָחוֹת fratra, id eſt ſoror. Verum ut אָח non ſemper fratrem ſignificat ex ijſdem parentibus natum, quem nos uterinum uocamus, ſed propinquum uel ſanguine uel profeſſione: Ita אָחוֹת non ſemper ſororem ſignificat, quæ ijſdem nata eſt parentibus, uerumetiam fratris filiam uel aliam cognatam. Canticorum 8. Soror nobis parua. Et in ſtatu regiminis & affixorum אֲחוֹת Geneſ. 4. Et ſoror Tubal Kain erat Naema. Leuit. 18. Soror tua. Geneſis 12. Dic nunc ſoror mea &c.

Attribuitur etiam rebus inanimatis, quæ conſociantur inuicem, & reſpectum mutuum habent. Exod. 26. Et quinque cortinæ erunt conſociatæ, unaquæque ad ſororem ſuam.

אַחֲוָה Fraternitas. Zach. 11. Ad labefactandum fraternitatem.

אָח Focus, caminus in quo fouetur ignis, ut ad eum tempore frigoris accedatur calefaciendi cauſa. Iere. 36. Et rex ſedebat in domo hyemali in menſe ſeptimo, & habebat focum ante ſe ardentem. Et mox iterum: Statim proijciendo in ignem qui erat in foco. Eſt & particula gemitum ex dolore ſignificans. Ezech. 21. Ach factus in fulgur.

הֶאָח Cum he ab initio particula adhortatoria, ſeu prouocatoria cum contemptu. Heach, euge. Iob 39. In buccina dicit heach. Pſalm. 35. Et dilatauerunt ſuper me os ſuum, dixerunt heach. Pſalm. 40. Qui dicunt mihi heach, heach. Ieſaiæ 44. Heach calefactus ſum. Ezechielis 6. Et dic heach contra omnes abominationes malas. & cap. uigeſimoquinto, Eò quòd dixiſti heach contra ſanctuariũ meum. Et cap. 26. Eò quòd dixit Tyrus contra Ieruſalem heach. cap. 36. Propterea quòd dixit inimicus contra uos, heach.

אָחוּ Carectum, quod ex eius ſtirpe quaſi multi fratres generantur. Geneſ. 41. Et paſcebantur in carecto. Iob 8. Aut creſcere carectum abſq; aqua.

34 אָחַד Vniuit, & ut forma, ita modo tantum ſignificandi differt à uerbis אָחַד חָדַד חוּד יָחַד & חָדָה Geneſ. 49. Cum cœtu eorum ne uniat ſe gloria mea. Ieſaiæ 14. Ne uniat ſe cum eis in ſepultura.

In quarta coniugatione הִתְאַחֵד Vniuit ſe, fecit ſe unum. Ezechiel. 21. Vni te, dextra, pone ſiniſtra, quo ſunt facies tuæ cõſtitutæ. Etſi Hieronymus uerterit uerbo exacuendi hauwe drein.

INDE NOMINA:

אֶחָד Tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis, Vnus. Geneſis 3. Ecce homo fuit ſicut unus ex nobis. Et cap. 48. Ego dedi tibi partem unam ſupra fratres tuos. Leuitic. 13. Vnum ex filijs eius. 1. Samuelis 17. Vſque ad unum non defuit. Zachariæ

 11. Et

11.Et accepi mihi duos baculos,unum uocaui iucunditatem,& unum uocaui do-
lores. Et in ſtatu regiminis. Geneſis 22. Super unum montium. Porro legi-
tur ſemel per aphæreſin aleph חַד . Ezechielis 33. Et locutus eſt unus ad alterum,
uir ad fratrem ſuum. Et ſemel per apocopen אַח. Ezechielis 18. Et fecerit unum
de aliquo ex iſtis. Et in diſtinctione ſententiæ אֶחָד Geneſis 1. Et fuit ueſpere &
fuit mane dies unus. Et capite 2. Et nomen unius, Phiſon. Ieſaiæ ſexto, Sex alæ
uni. Eccleſiaſt. 4. Et uni quomodo calor erit. quanquam etiam extra diſtinctio-
nem legatur, ut 2. Samuelis 14. Et percuſſerunt unus unum, id eſt, alterum. 1. Re-
gum 13. Et propheta unus ſenex ſedebat in domo dei, id eſt, quidam. Iob 41. V-
nus in uno applicantur, ut uentus non penetret, utrunque, id eſt, unus alteri. Ie-
ſaiæ 65. Paſcent ſicut unum, id eſt, unà. Et pluraliter אֲחָדִים uni, id eſt, iidem. Ge-
neſis 11. Fuit autem uniuerſæ terræ labium unum, & uerba una, id eſt, eadem, id
eſt, idiomata eadem. & cap. 29. Et erant in oculis eius ſicut dies uni, id eſt, aliquot,
ſeu pauci. Danielis 11. Et in diebus paucis. Et in genere fœminino in ſtatu ab-
ſoluto & regiminis אַחַת eliſo daleth pro אֶחְדַת, id eſt, una. Geneſis 2 Et accepit u-
nam de coſtis eius. Exod. 26. Menſura una erit undecim cortinis. Item pro una
uice, ſeu ſemel. 2. Reg. 4. Et iterum ille ambulabat in domo ſemel huc ſemel illuc.
2. Regum 6. Non ſemel neque bis, id eſt, multoties. 2. Paralipom. 9. Semel in tri-
bus annis ibant naues Tharſis. Iob 33. Si in uno loquetur deus, & in ſecundo non
obſeruabit. & cap. 39. Semel locutus ſum & non reſpondebo, & ſecundo quoque
nihil addam. Pſalm. 62. Semel loquutus eſt deus, ſecũdo hoc audiui, id eſt, iterum
atque iterum. Et in diſtinctione ſententię אֶחָת. Deut. 24. Immunis erit pro domo
ſua anno uno, id eſt, primo. 1. Reg. 10. Quod uenit Salomoni in anno uno, id eſt,
annis ſingulis. Exod. 26. Super ora cortinæ unius. Et cap. 36. Et quinque cortinas
coniunxit, unam ad unam, id eſt alteram. Legitur tamen ſexies cum pathah in ac-
centu, qui dicitur Zackaph. Exod. 16. Tolle urnam unam. 2. Samuelis 6. Tortam
panis unam. Zach. 5. Mulier una, &c.

35 אָחַז Apprehendit, & apprehenſum tenuit, retinuit, obtinuit, & obtentum tenuit.
Significatione congruit cum uerbis תָּמַךְ & תמך תָּפַשׂ אָחַז אָחַד niſi quòd ut for-
ma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe diſſentiant, & ſæpe opponitur uerbo
רָפָה quod remittere & dimittere ſignificat, habetque in futuro primæ coniugatio-
nis formam duplicem. Conſtruitur ſæpe cum nomine ſeu pronomine affixo
ſeu ſeparato accuſatiui caſus. Exod. 15. Apprehendit habitatores Philiſtim. Iob 21.
Et apprehendet carnem meam. Pſalm. 77. Tenuiſti cuſtodias oculorum meorum.
Pſalm. 56, Cum comprehendiſſent eum Philiſtæi in Gath. Canticorum 1. Com-
prehendite nobis uulpes. Pſalm. 139. Et retinebit me dextera tua. Iob 18. Et anti-
qui apprehenderunt portam. Ieſaiæ 21. Dolores tenuerunt me. Nehemiæ 7. Clau-
debant portas, & continebant ſcilicet clauſas. Et 1. Reg. 6. Conſtruitur cum accu-
ſatiuo mediante articulo אֶת Et comprehendebat domum lignis cedrorum. De-
inde conſtruitur ſæpiſſime cum ablatiuo mediante præpoſitione beth. 1. Regum
1. Et ecce apprehendit in cornibus altaris. Exod. 4. Et apprehendit in cauda eius,
& miſit manum ſuam, & apprehendit in ea: ubi alterum eſt תָּפַשׂ ex quo intelligis
ut non conſtructione, ita nec ſignificatione, ſed tantum modo ſignificandi dif-
ferre, quod תָּפַשׂ uehementiorem habet ſignificationem. 1. Reg. 6. Abſque compre-
hendere in parietibus domus, id eſt, ne attingerent parietes domus. Iob 16. Et ap-
prehendit in ceruice mea. & cap. 18. Apprehendi in planta laqueum, id eſt, plan-
tam laqueo, per hypallagen.

Participium præſens אֹחֵז 2. Paralip. 25. Tenens haſtam. Eius fœmininum אֹחֶזֶת
Geneſ. 25. Et manus eius apprehendens in planta Eſau.

Participium præteritum אָחוּז Eſther 1. Hyacinthinum retentum erat cum fu-
nibus byſſi. 1. Paralipom. 24. Domus patris una poſſeſſio pro Eleazar, & poſ-
ſeſſio retenta pro Ithamar. Et pluraliter אֲחוּזִים Ezechielis 41. Et non erant
appre-

apprehenſi in pariete domus. Et in ſtatu regiminis אֲחֻזֵי Canticorum 3. Omnes qui apprehenderant gladium. Et in genere fœminino אֲחֻזוֹת Eccleſiaſt. 9. Et ſicut aues comprehenſæ laqueo.

In uoce paſſiua legitur in tẽpore præterito irregulariter quieſcente aleph נֹאחֲזוּ & ſignificat contineri ſcilicet in terra, ſeu poſſeſſione. Numeri 32. Et ſi tranſierint expediti uobiſcum, & contineantur in medio ueſtri in terra Canaan. Ioſue 22. Ad terram poſſeſſionis ſuæ, in qua contenti erant in ea. Porro in Imperatiuo & futuro & participio irregulariter legitur ſecundum formam uerborũ quæ mouentur. Geneſis 34. Habitate & circuite eam negocaintes, & contineamini in ea. Geneſ. 47. Habitauit Iſrael in terra Ægypti, in terra Goſen, & cõtenti ſunt in ea. Ioſue 22. Et contineamini in medio noſtri.

Participium נֶאֱחָז Gen. 22. Et ecce aries detentus cum cornibus ſuis. Et pluraliter נֶאֱחָזִים Eccl. 9. Sicut piſces qui comprehenduntur in ſagena.

In ſecunda coniugatione legitur tantum participiũ præſens מְאַחֵז Iob 26. Quis tenet faciem ſolij.

In coniugatione tertia legitur participium præteritum pluraliter מָאֳחָזִים 2. Paral. 9. Et ſex gradus ad ſolium apprehenſi, id eſt affixi.

INDE NOMINA:

אָחֻז Nomen participiale, forma maſculini generis, res obtenta, poſſeſſa, poſſeſſio. Numeri 31. De medietate filiorum Iſrael accipies apprehenſam unam, id eſt portionem. 1. Paralipom. 24. Domus patris una portio retenta pro Eleazar, & portio retenta pro Ithamar. Et in forma fœminea אֲחֻזָּה poſſeſſio, portio apprehenſa. Geneſ. 47. Et dedit eis portionem in terra Ægypti. Et in ſtatu regiminis אֲחֻזַּת Leuitic. 25. Ad poſſeſſionem patrum ſuorum reuertetur. Num. 27. Sic dando dabis illis poſſeſſionem hæreditatis in medio fratrum patris tui. Et in ſtatu affixorum אֲחֻזָּתוֹ Num. 35. De hæreditate poſſeſſionis ſuæ. Ezech. 46. Et ne tollat princeps de hæreditate populi, & arceat eos à poſſeſſione eorum, ſed de poſſeſſione ſua hæredes inſtituat filios ſuos.

אֲחֻזַּת Proprium nomen uiri, cuius fit mentio Geneſ. 26. Et Achyſas amicus eius, &c. Et fortaſſe nomen hoc Anchyſæ patri Æneæ inditum.

אַחְלַי Quære in ſuo themate חָלָה.

36

אַחַר Si ſequitur poſt ipſum nomẽ, tum idem ualet, quod Latinis poſt. Et eſt aliquando loci, & aliquando temporis. At ſequente uerbo, ualet idem quod poſtea, poſtquam, & eſt temporis. Exod. 3. Et duxit oues poſt deſertum. Geneſ. 9. Et uixit Noach poſt diluuium. cap. 10. Et nati ſunt illis filij poſt diluuium. Et iterum: Et poſtea diſperſæ ſunt cognationes Cananæi. cap. 33. Et poſtea acceſſit Ioſeph. Leuitic. 14. Et poſtea ueniet ad caſtra. Pſalm. 16. Poſtea feſtinant. Prouerbiorum 20. Et poſtea implebitur os eius ſcrupulo. cap. 24. Poſtea etiam ædificabis domum tuam. Leuitic. 14. Poſtquam extraxit lapides.

Et præpoſita præpoſitione mem, à poſt, de poſt, & eſt loci. Et dicitur de re aliqua poſt quam fuerat. 2. Samuelis 7. De poſt oues. Pſalmus 78. De poſt fœtantes adduxit eum.

אַחֲרֵי Forma plurali, ſtatus regiminis & affixorum (nam in hac forma recipit affixa:) ſimiliter ut in ſingulari ſequente poſt ſe nomine, uel etiam pronomine affixo, ualet poſt, & eſt loci uel temporis. Sequente uerbo, eſt temporis. Exod. 33. Et reſpexerunt poſt Moſen, donec intraret in tabernaculum. Gen. 32. Qui ambulat poſt greges. 1. Samuelis 20. Et aſcendit omnis uir Iſrael à poſt Dauide, poſt Seba filium Bichri. Leuit. 16. Poſt mori duos filios Aaronis, id eſt poſtquam mortui eſſent. Gen. 59. Poſt ſepelire eum patrẽ ſuum, id eſt poſtquam ſepeliuiſſent. Gen. 15. Et poſt ſic egredientur, id eſt poſtea. In ſtatu affixorum. Geneſ. 18. Et Sara audiebat in oſtio tentorij, quod erat poſt ipſum. Geneſis 9. Semen ueſtrum poſt uos,

uos. Et cum mem ab initio מֵאַחֲרֵי Geneſ. 9. Et reſpexit uxor eius de poſt illo. Ruth. 1. de poſt te. 2. Samuel. 20. Et aſcendit omnis uir Iſrael à poſt Dauide, poſt Sebam filium Bichri, ubi opponitur particulæ אַחֲרֵי.

אַחֲרֵי Iod eſt paragogicum, ſicut in אַחְלַי & non affixum. Prouerb. 28. Arguens hominem, poſtea gratiam inueniet.

אַחֵר Alius, alter, id eſt, qui eſt poſt primum ſeu priorem, & eſt generis maſculini. Geneſ. 4. Poſuit mihi deus ſemen aliud. Leuit. 14. Et puluerem alium accipiet. & cap. 34. Non incuruabis te Deo alij. Ruth 2. In agro alio. Iob. 31. Seminabo ego, & alius comedet. Pſalm. 109. Et epiſcopatum eius accipiet alius. Et pluraliter אֲחֵרִים Geneſ. 8. Septem dies alios. Exod. 23. Nomen deorum aliorum. Leuit. 6. Et induet ueſtimenta alia. Deuter. 29. Et coluerunt deos alios. Iudic. 8. Et miſit nuncios alios. Et in genere fœminino אַחֶרֶת. Geneſ. 17. In anno altero. & capite 26. Et foderunt puteum alium. Exod. 21. Si aliam acceperit ſibi. Deut. 29. Et proiecit uos in terram aliam. Iudic. 11. Filius mulieris alius tu. Et pluraliter אֲחֵרוֹת Gen. 29. Adhuc ſeptem annos alios. & cap. 41. Vaccas alias. Leuit. 14. Et accipient lapides alios.

אַחֲרוֹן Poſterior, poſtremus. Deuteron. 24. Aut ſi morietur uir poſterior. & cap. 29. Et dicet generatio poſterior. Iob 19. Et poſtremus ſuper puluere ſurget. Ieſaiæ 30. & 48. Ego ſum primus & poſtremus. Et pluraliter אַחֲרוֹנִים. Geneſ. 33. Et Leam & natos eius poſtremos, & Rachel & Leam poſtremos. 2. Samuelis 23. Et hæc ſunt uerba Dauidis poſtrema. 2. Paralipom. 9. Reliqua geſta Salomonis prima & poſtrema. Eccleſiaſt. 1. Non eſt memoria primorum, neque etiam poſtremorum, Et in genere fœminino אַחֲרוֹנָה Deuteron. 13. Et manus totius populi in poſtremo. Eccleſi. 1. Qui futuri ſunt in poſtremo. Daniel, 11. Et non erit ut primum, ita poſtremum.

אָחוֹר Retro, retrorſum. Geneſ. 49. Et cecidit uector eius retrorſum. Iob 23. Si antrorſum abiero, non adeſt, & ſi retrorſum, non ſentit illum. 1. Paralip. 19. Et fuit facies belli contra eum antè & retro. Pſalm. 9. In conuertendo inimicos meos retrorſum. Pſalm. 78. Et percuſſit hoſtes ſuos retro, in opprobrium perpetuitatis poſuit illis. Et cum beth בְּאָחוֹר. Prouerbiorum 29. Sapiens in poſtremo compeſcet eum, id eſt, tandem. Cum lamed לְאָחוֹר Pſalm. 114. Et Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Ieſaiæ 42. Et audiet in poſterum. Et cum mem מֵאָחוֹר Ieſaiæ 9. Syria erit ab anteriori, & Philiſtæa à poſteriori, & deuorabunt Iſraelem toto ore. Et pluraliter in ſtatu regiminis אֲחוֹרֵי. Exod. 26. Extendet ſe ſuper poſtremitatibus tentorij. Et in ſtatu affixorum. 1. Reg. 7. Et omnia poſteriora eorum erant introrſum. Ezechielis octauo. Et poſteriora eorum ad regiam ipſius Iehoua.

אַחֲרִית Nomen ſubſtantiuum, poſtremum, poſtremitas, poſteritas, manetque inuariatum tam in ſtatu regiminis quàm affixorum. Gen. 23. Quia eſt poſtremum, id eſt, merces. cap. 49. In poſtremitate dierum. Deut. 11. A principio anni uſque ad poſtremitatem anni. & cap. 32. Videbo ad poſtremum eorum. Pſal. 109. Fiat poſteritas eius in excidium.

אֲחֹרַנִּית Retrorſum. Geneſis 9. Et abierunt retrorſum, & nuditatem patris ſui non uiderunt.

INDE VERBVM,

In ſecunda coniugatione אִחַר poſteriorauit, poſtmanſit, retromanſit. Latinè moratus eſt, cunctatus eſt, moram fecit, & coniugatur irregulariter. Geneſ. 32. Et moram feci hactenus. & cap. 34. Et non tardauit puer. Iudicum 5. Et non tardauerunt pedes curruum eius. Ieſaiæ 46. Et ſalus mea non tardabit. Habakuk 2. Veniendo ueniet & non poſtmanebit. Et legitur ſemel tranſitiuè regens poſt ſe accuſatiuum. Gen. 24. Ne remoreris me.

Participium præſens מְאַחֲרִים Prouer. 23. Moram trahentes iuxta uinum. Et

in ſtatu regiminis מְאַחֲרֵי Pſal.127. Moram facientibus ſedendo. Ieſaiæ 5. Moram facientibus in crepuſculum.

In tertia coniugatione legitur tantum in futuro, idq; irregulariter. 2. Sam. 20. Et moram fecit ultra tempus.

אַט Referatur ad ſuum thema לָאַט.

37 אָטָד Spinarum ſpecies, quam alij carduũ, alij Rhamnũ eſſe uolũt, qui ut Ioſephus refert lib. Antiquit. 5. cap. 11. inter alia ligna pręcipuã naturã habet ꝓferẽdi ignẽ. Iud. 9. Et dixerunt omnia ligna ad Rhamnũ, uade, regna tu ſuper nos, & dixit Rhamnus ad ligna, ſi ungitis me in regem ſuper uos, uenite, protectionẽ quærite in umbra mea: ſi non, egredietur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Pſal. 58. Priuſquã intelligent ſpinæ ueſtræ rhamnum adhuc in uiriditate. Eſt & nomen proprium uiri, qui nobilitatus eſt ab area ſua. Gen. 50. Et uenerunt uſq; ad aream Atad, quę eſt trans Iordanem, etſi quidam uelint quoq; eſſe appellatiuũ, & aream ſic dictam, quòd circumſepta fuerit rhamno.

38 אָטַם Clauſit, obturauit, cõpreſſit in arctum, obſtruxit à contaminatione, ſeu immunditie, & ſignificatione quadrat cum uerbis סָתַם & טָמַם, טָמֵא, niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe diſcrepent.

Participiũ pręſens אֹטֵם. Ieſ. 33. Obturãs aurẽ ſuã, ne audiat ſanguines. Prou. 17. Obturãs labia, prudẽs reputabit̃. & cap. 21. Obturãs aurẽ ſuã à clamore pauperis.

Participium pręteritũ אֲטֻמִים 1. Reg. 6. Et fecit domui feneſtras proſpectu anguſtas. Ezech. 40. Et feneſtræ anguſtę circa exedras.

In tertia coniugatione יַאְטֵם. Pſal. 58. Velut aſpis obturabit aurem ſuam.

39 אָטַר Clauſit, cõcluſit, obſtruxit, cõtraxit. Pſ. 69. Ne occludat ſuper me puteus os ſuũ.

INDE NOMEN.

אִטֵּר Clauſus, concluſus, obſtrictus, contractus. Iud. 4. Et ſuſcitabit Iehoua uobis ſaluatorem Iehud filium Gera Beniamitam uirum contractum manu dextra ſua.

40 אָיַב Maleuoluit, inimicatus eſt, male affecit. Et eſt contrariæ ſignificationis uerbo אָהַב. Exod. 23. Etiam inimicabor inimicos tuos, id eſt, male afficiam.

INDE NOMINA.

אוֹיֵב Nomẽ participiale maſculini generis maleuolus, inimicus. Exod. 15. Dixit inimicus, perſequar, apprehẽdam &c. 1. Sam. 18. Et factus eſt Saul inimicus Dauid. Pſal. 7. Perſequatur inimicus animã meã. Pſal. 9. Inimici cõſummatę ſunt uaſtationes. Et in ſtatu affixorum. Prou. 24. Quãdo ceciderit inimicus tuus, ne lęteris. 1. Reg. 8. Quod obſederit eum inimicus eius. Et pluraliter אוֹיְבִים Pſal. 127. Quando loquentur cum inimicis ſuis in porta. Pſal. 139. Conſummato odio habui eos, ac ſi inimici fuiſſent mihi. In ſtatu regiminis. 2. Sam. 12. Blaſphemare feciſti inimicos Iehoua. Pſal. 37. Et inimici Iehoua. Et in ſtatu affixorũ. Deut. 25. De inimicis tuis undiq;. Pſal. 68. Diſſipentur inimici eius. In fœminino genere אֹיֶבֶת Et in ſtatu affixi. Mich. 7. Ne læteris inimica mea coram me, quòd cecidi.

אֵיבָה Maleuolentia, inimicitia. Gen. 3. Et inimicitiam ponã inter te & inter mulierem. Num. 35. Et ſi de improuiſo, abſq; inimicitia impulerit eum. Et in ſtatu regiminis אֵיבַת Ezech. 35. Eò quòd fuerit tibi inimicitia perpetuitatis.

41 אֵיד Vapor, fumus humidus, nebula, quę per occaſionẽ cauſatur: & cõgruentiã habet ſignificatione cũ nomine אֵד niſi ꝙ ut forma parũ, ita modo tantũ ſignificãdi inter ſe differãt. Gen. 2. Et uapor aſcendebat de terra. Et in ſtatu affixi manet inuariatũ. Iob 36 Quoniã ipſe diminuet ſtillas aquarũ, quę decolant pluuiã in uaporẽ ſuũ. Deinde in malam partẽ tranſumptũ à compluitione illa roſcida, quę floribus & terrę naſcẽtibus nociua, ad quãlibet calamitatẽ, quę de improuiſo cauſatur. Et modo tantũ ſignificãdi differt à nomine אֵד Iere. 48. Propinqua eſt calamitas Moab ut ueniat. Iob 18. Et calamitas parata lateri eius. Et in ſtatu affixorũ manet inuariatum Pſal. 18. In die calamitatis meæ. Prouerb. 1. Etiam ego in calamitate ueſtra ridebo. Et cap. 24. Quoniam ſubito exurget calamitas eorum.

Auium

42 אַיָּה Auium ſpecies, ab incertitudine uolatus, & ubi locorum uolitet & habitet, & quod quaſi natare uideatur appellationē habēs, quem nos miluum uertimus. Leuit. 11. Et uulturē & miluum iuxta ſpeciem ſuam. Et Deut. 14. Et miluum & uulturem iuxta ſpeciem ſuam. Iob. 28. Semita quam nulla cognouit auis, neq; aſpexit eam oculus milui.

אִי Inſula, Hebręis ſic dicta, quod quaſi auis in aëre, ita ipſa in aquis ſicca natet ſeu uolitet. Ideo eadem ſignificatione inſula, qua צִי nauis, at non eadē ratione dicitur: illud enim inſulam à natando, hoc à ſiccitate in mari nomen habet: quanquā tam inſula quàm nauis ſicca ſit & arida pars in aquis. Ieſaiæ 20. Et dicet habitator inſulæ huius. cap. 23. Vlulate habitatores inſulæ. Iere. 47. Quia uaſtat Iehoua Philiſtæos, reliquias Inſulæ Capthor. Et pluraliter אִיִּים Pſal. 72. Reges Tharſis & Inſulæ. Pſal. 97. Lætentur Inſulæ multæ. Ieſaiæ 40. Et Inſulas quaſi puluerem proijciet. & cap. 42. Et laudem eius in Inſulis. Et iterum cap. 66. Inſulæ longinquæ. Ezech. 26. Et terrebuntur inſulæ, quæ ſunt in mari. Vbi tamen legitur אִיִּין more Chaldaico. Ponitur etiam pro ſiccitatibus ſeu locis ſiccis. Ieſaiæ 42. Ponam flumina in ſiccitates. Inde hoc nomine aues ferales dicuntur, quę in ſiccis & deſolatis locis habitāt. Ieſaiæ 13. Et reſponſabunt Iim in palatijs eius. Et cap. 34. Et occurrēt ibi Zijm cum Iim. Iere. 50. Propterea habitabunt Zijm cum Iim. In ſtatu regiminis אִיֵּי Geneſ. 10. Ab ijs diſperſæ ſunt Inſulę Gentium. Eſther 10. Et inſulas maris, id eſt, ſiccitates in mari, id eſt, ſicca loca in mari. Ieſaiæ 11. Et ab inſulis maris. Iere. 2. Tranſite ad inſulas Macedoniæ.

אַיֵּה Quæſitiuum loci, de quo nullum extat ueſtigium, tanquam in mari ſeu aere nulla rei motæ apparet ſignificatio, & de illa uaga mente quæritur. Gen. 18. Vbi eſt Sara uxor tua. et cap. 19. Vbi ſunt uiri, qui ingreſſi ſunt ad te. Iudic. 6. Vbi ſunt omnia mirabilia eius. cap. 6. Vbi eſt nūc os tuum. 2. Reg. 2. Vbi eſt Iehoua deus Elię. Iob. 15. Vagetur ipſe pro pane, ubi ſcilicet inueniat. Pſalm. 42. Vbi eſt deus tuus. Ieſaiæ 33. Vbi ſcriba, ubi ponderator. Iere. 2. Non dicent ubi eſt Iehoua. Thren. 2. Vbi eſt frumentum & uinum. Malach. 1. Vbi eſt honor meus, ubi timor mei.

אֱהִי Quanquam Symmachus & Hieronymus, & noſtri omnes pro prima perſona futuri accipiunt, à uerbo הָיָה tamen Aquilæ, Septuaginta & Pauli apoſtoli uerſiones ſequutus, pro aduerbio אַיֵּה accipio, facta tantum tranſpoſitione literarū, quæ Hebræis ualde familiaris eſt, nec uſpiā alibi reperitur niſi Oſeę 13. Vbi eſt rex tuus nunc, ut ſaluet te. Et mox iterum: Vbi peſtes tuæ Mors, ubi excidium tuū Inferne.

אֵי Per apocopen literæ he, ubi. Gen. 4. Vbi eſt Hebel frater tuus. Deut. 32. Et dicet, ubi dij eorum. 1. Sam. 26. Et nūc uide ubi haſta ſit regis. Iere. 5. Vbi ſuper hoc propiciabor tibi. Et ſæpe cōiungitur cum pronomine demōſtratiuo זֶה iſte. Quanquā commodè uerti poſſit uerbaliter uerbo ſubſtātiuo Eſt. Iob. 29. Et ubi hic locus intelligentię, id eſt, ubi eſt. & cap. 38. Vbi eſt uia. Aut diſiunctim אֵי זֶה 1. Sam. 19. Indica nūc mihi, ubi eſt domus uidentis. 1. Reg. 13. Vbi eſt uia, qua abijt. Ieſaię 50. Vbi eſt liber repudij. & cap. 66. Vbi eſt domus; quam ædificabitis mihi. Iere. 6. Vbi eſt uia bona. At quando cōſtruitur cū מִזֶּה אֵי tum eſt quæſitiuū de loco, unde. Gen. 16. Vnde ueniſti, & quo abibis. Iudic. 13. Et non interrogauit eū unde ipſe. 1. Sam. 25. Non ſcio unde iſti ſint. 2. Sam. 2. Vnde es tu? Ionæ 1. Qua terra tu, & quo populo tu? Aſſumit quoq; אֵי affixa. Exo. 2. Et ubi ille? & cap. 20. Dicent ubi ille? Cant. 1. Indica mihi, ubi tu paſcas, ubi tu cubes. Ieſaiæ 19. Vbi ſunt nunc ſapientes tui? Nahum 3. Et nō eſt notus locus eius, ubi ipſi ſint. Et cum אֵילוֹ ubi ille, ſcilicet erit. Noſtri Interpretes accipiūt pro aduerbio dolentis uę. Eccl'ſ 4. Et ubi ille unus qui tum ceciderit, & nō ſecūdus qui erigat eū. Et cap. 10. Et ubi illa terra, cuius rex puer eſt.

אֵיךְ Cum litera caph paragogica, quomodo, qualiter, quæſitiua quoq; particula, quæ quandoq; aleph mutat in he הֵיךְ de qua ſuo in loco. Gen. 39. Quomodo poſſum hoc facere. Iere. 2. Quomodo dices, non ſum polluta. Et mox iterum: Quomodo uerſa es mihi. Et aſſumit adhuc aliam paragogicam אֵיכָה Thren. 1. Quomodo ſedet ciuitas ſola. Item geminata litera caph אֵיכָכָה Cantic. 5. Expoliaui me tunica mea

mea, quomodo induar illa: laui pedes meos, quomodo inquinabo illos.

איכות In Rabinorum ſcriptis uſurpatur pro qualitate.

מאין Aſſumpta per protheſin mem à loco ſignificãte, & paragogica litera nun. Vnde & conſtruitur cũ uerbis ſubſcripta pathah cũ dieresi. Geneſ. 29. Fratres unde eſtis? Iudic. 19. Et unde uenis? (eſt.

איכה Dictio cõpoſita ex אי & כה & interrogat de loco ſicut איכה. 2. Reg. 6. Et uidete ubi

איפה Dictio compoſita ex אי & פה Et eſt quæſitiuum, ſicut איפא, cum aleph in fine eſt quæſitiuum temporis. Gen. 37. Indica euge mihi, ubi paſcant. Ruth 2. Vbi collegiſti hodie. 1. Sam. 19. Vbi Samuel & Dauid. Iob 4. Et ubi recti ablati fuerint. ca. 38. Vbi eras cum fundarem terram. Ieſaiæ 49. Iſti ubi ſunt? Iere. 2. Vide ubi nõ ſubagitata ſis? Eſt & ſemel quæſitiuum de forma, id eſt, qualis. Iudic. 8. Quales iſti uiri, quos interfeciſtis in Thabor.

איפא Dictio compoſita eſt, ut ſuperior, at eſt quæſitiua temporis, non ut ſuperior, loci. Et reſpondet noſtro aduerbio nunc. Gen. 27. Quis nunc eſt ille, qui uenatus eſt uenationem. Et iterum: Et tibi nunc quid faciam fili mi. & cap. 43. Si ita nunc eſt, facite. Exod. 33. Et in quo cognoſcetur nũc, quod inueni gratiam. 2. Reg. 10. Cognoſcite nunc. Iob 9. Si non nũc, quis eſt? Prouerb. 6. Fac hoc nũc fili mi. Ieſaiæ 19. Vbi ipſi nunc ſapientes tui. & cap. 22. Quid eſt mihi, ꝙ aſcẽdiſti? Oſeæ 13. Vbi rex tuus nunc? Iud. 9. Vbi nunc os tuum. Legitur tamen in Iob per apocopen aleph איפו. cap. 17. Vbi nunc expectatio mea. cap. 19. Cognoſcite nunc. Et mox iterum: Quis dabit nunc, ut ſcribantur dicta mea. & cap. 24. Si non eſt nunc, quis mendacij arguet me.

איל Vide in themate אלה.

43

# אים

A uerbo iſto inuſitato, quod formidinem ſignificat, deducuntur nomina:

אים Formidabilis, formidandus. Habakuk 1. Formidabilis & metuendus ipſe. Et in genere fœminino אימה Cantic. 6. Formidabilis ut uexilla.

אימים Nomen participiale. Gigantes ſeu tyrãni, ſic dicti ꝙ formidini eſſent ſubditis. Geneſ. 14. Et percuſſerunt Rephaim in Aſtharoth Karnaim, & Harukim in Hom, & Emim in planicie Kariathaijm. Deut. 2. Emim antea habitarũt in ea (Moab) populus magnus & multus & excelſus ut Anakim, Rephaim reputati ſunt etiã ipſi, ſicut Anakim, & Moabitæ uocabãt eos Emim. Deinde appellatiuè accipitur pro formidinibus. Iob 20. Ibit ſuper ipſum formidinũ multitudo. Iere. 50. Et in formidinibus gloriantur, id eſt idolis. Et in ſtatu affixi. Pſal. 88. Portaui formidines tuas, & conſternata eram facie. Et in forma fœminea אימה Gen. 15. Et ecce formido, obſcuritas magna cadebat ſuper ipſum. Deut. 32. Foris orbabit gladius, & intus formido. Iob 39. Gloria naſi eius formido. Ieſaiæ 33. Cor tuũ meditabitur formidine, ubi ſcriba &c. In ſtatu regiminis אימת Prouerb. 20. Quaſi rugitus leonis, formido regis. In ſtatu affixorum. Exod. 23. Et formidinẽ meam mittã corã te. Ioſue 2. Quia irruit formido ueſtri ſuper nos. Iob 9. Et formido eius ne perterreat me. & cap. 33. Ecce formido non perterrebit me. Et pluraliter אימות Pſal. 55. Formidines mortis ceciderunt ſuper me.

אימתה Formido. Exod. 14. Cadat ſuper eos, formido & pauor.

אין Vide in themate מאן.

44

# איפה

Epha, menſuræ genus aridorum, quæ continebat decem Gomer, id eſt, decem Chœnichas. Exo. 16. Et Gomer eſt decima Ephæ. Deut. 25. Nõ ſit tibi in domo tua Epha & Epha, abominatio eſt utrunq;. Ieſaiæ 5. Semen Homer faciet Epha. Et in ſtatu regiminis איפת Leuit. 19. Epha iuſtitiæ & Hin iuſtitiæ. Iudic. 6. Et fecit hœdum caprarum & Epha farinæ. 1. Samuel. 17. Tolle nunc fratribus tuis Epham toſturæ huius. Quanquã etiam legatur in ſtatu regiminis, ut in ſtatu abſoluto. Leuit. 5. Decima Ephæ ſimilæ. Num. 5. Decima Ephæ farinæ hordeorum. Cæterum איפא & איפה uide in themate איה.

45 איש Primaria ac propria ſignificatione, idem Hebræis emphaticè ſignificat, quod Latinis uir à uirtute. Et placet mihi illorū ſententia qui à uerbo יֵשׁ deductum exiſtimant, eò ꝙ uir prior ſit eſſentia ſeu exiſtentia ipſa ſua uiragine, quiq; ætate, autoritate, dignitate, gloria, præſtantia & exiſtimatione non tantum fœminino generi, uerum etiam, uel iuuenibus, uel plebeis hominibus præſtat & anteponitur. Atq; etiam ad matrimoniū & ad res gerendum publicas, idoneus eſt, & adhibetur, interq; honoratiores cōnumeratur. Gen. 2. Et dixit Adam, hoc apage os de oſſibus meis, & caro de carne mea: huic nomen indetur uirago, quia de uiro ſumpta eſt. Geneſ. 9. Cœpit Noach eſſe uir humi, plantauitq; uineam. cap. 25. Erat Eſau uir peritus uenator, & uir agri. Iudic. 7. Non eſt hoc niſi gladius Geddeon filij Ioas, uiri Iſrael. 1. Samu. 26. Nunquid non uir tu es? Pſal. 4. Filij uiri uſquequo gloria mea pro ignominia. Pſalm. 49. Tam filij plebis, quàm filij uiri. Prouerb. 18. Sicut aquæ profundæ, ita uerba ex ore uiri. Ieſaiæ 2. Depreſſus eſt plebeius, & humiliatus eſt uir. Ioſue 5. Cum eſſet Ioſua iuxta Iericho, eleuaretq; oculos ſuos, uidit, & ecce uir ſtabat ante eum. Sic etiā de re inanimata, quæ propter uirtutem & excellentiam אִישׁ dicitur. Pſal. 80. Sit manus tua ſuper uirū dexteræ tuæ, id eſt, ſuper uitē quā tu plantaſti dextera tua. Et quando conſtruitur cum nomine אֱלֹהִים tum ſignificat talē uirū, qui eſt aut in magiſtratu, aut miniſterio uerbi, & diuina aliqua functione. Deut. 33. Hæc eſt benedictio, qua benedixit Moſes uir dei filios Iſrael. Iudic. 13. Vir dei uenit ad me, cuius facies, ſicut facies angeli dei. 1. Reg. 13. Et ecce uir dei uenit ex Iehuda in uerbo Iehoua ad Bethel. quod tandem exponit nomine נָבִיא Attribuitur etiā ipſi filio Dei. Gen. 4. Adepta ſum uirum, ipſum Iehoua. Exo. 15. Iehoua uir belli, Iehoua eſt nomen eius. Sic & Petrus appellat Chriſtum uirum Acto. 2. Ieſum Nazarenum uirum approbatum à Deo inter uos uirtutibus & prodigijs & ſignis, quæ fecit deus per illum in medio ueſtri. Et Paulus Act. 17. Eò ꝙ ſtatuit diem quo iudicaturus eſt in æquitate per uirū, in quo decreuit &c. Eſt etiam interdum ſexus. Geneſ. 24. Erat puella ualde pulchra facie uirgo, quę uirū non cognouit. Item בָּחֻר אִישׁ uir iuuenis, ſicut שׁר בַּר bos iuuenis. 1. Sam. 30. Præter quadraginta uiros adoleſcentes, qui uehebantur ſuper camelis. ubi tamen collectiuè ſumit. Nam quando nominibus numeralibus, præcipue uero maioribus adiungitur, tū plurimū ſingulari numero collectiuè uniuerſitatem cōplectitur. Num. 11. Cōgrega mihi ſeptuaginta uirum, de ſenioribus Iſrael. Ioſue 3. Nunc ſumite uobis duodecim uirū. Iudic. 15. Maxilla aſini percuſſi mille uirū. 2. Sam. 8. Et cepit ex eis uiginti millia uiri peditis, id eſt uirorū peditū. Tamē legitur in locis aliquot pluraliter אֲנָשִׁים in numeris uidelicet minoribus. Deut. 1. Stabant duo uiri. Ioſue 1. Miſit Ioſue duos uiros ex centū. 1. Sam. 10. Et inuenient tres uiri. Sed in libris Paralipomenôn etiam cūm aioribus numeris conſtruitur. 1. Paral. 7. Viri quingenti. Et iterum: Viri uiginti, & ſex mille. ubi tamen præponitur nominibus numeralibus.

Eſt & obſeruandum ꝙ nomen hoc אִישׁ ſimiliter accipi debeat pluraliter ſeu collectiuè, ſi cum particula iſta כָּל conſtruitur. Iudic. 7. Et clamauit omnis uir Ephraim, & ceperunt aquas, id eſt omnes uiri. 2. Samu. 13. Educite omnem uirum, & eduxerunt omnem uirum. Et econtra quando cōſtruitur cum particula negatiua, idē ualet, quod nullus, nemo, nihil, ut paulo inferius exemplis monſtrabimus. Præterea accipitur interdum pro maſculino genere uniuſcuiuſq; ſpeciei Geneſ. 7. Ex omni animali mundo accipies ſeptem, & ſeptem, uirum & uiraginem ſuam: eyn Er vnd ſie.

Deinde ſæpiſſimè accipitur diſtributiuè, pro quiſq;, unuſquiſq;, quidā, aliquis, quiſquā, quiſpiā. Gen. 10. Ab iſtis diſperſæ ſunt inſulæ gentium, unaquæq; iuxta linguam ſuam. cap. 13. Si poterit aliquis numerare puluerē terræ. cap. 42. Et quiſq; habebat faſciculum argenti in ſacco ſuo. 2. Samu. 20. Et quidā ſtabat iuxta illū ex pueris Ioab. Iere. 31. Non docebit quiſq; proximū ſuum, & unuſquiſq; fratrem ſuū. Hoc dictū Ieremię, Autor epiſtolę ad Hebręos citans hanc uocem Gręcè ἕκαστος reddidit. Item Zach. 8. Et dimiſi omnē hominem, quenq; contra proximum ſuū.

Si

Si autem negatiuũ ponitur, hoc eſt cum particula negatiua לא uel אין, tum ualet non aliquis,non quiſquam,nullus,nemo,nihil quicquam.Exod.10. Non uiderũt quiſq; fratrẽ ſuũ,neq; ſurrexerũt quiſquã de loco ſuo.1.Sam.21. Quare tu es ſolus & non aliquis tecũ.Ieſaiæ 59.Et non erat quiſquã ut admiraretur. Vel in neutro genere,& nõ erat quicquã,uel,& nihil quicquã erat propter qđ populo ꝓpitius eſſe poſſit.Sic Pſal.22.Ego autẽ uermis,& non uir, id eſt, nihil quicquã.Legitur etiam ſemel cũ articulo datiui caſus לאיש unicuique,ſingulis ſcilicet uiris & mulieribus. 2.Sam.6.Et diuiſit uniuerſo populo,atque cunctæ multitudini Iſrael tam uiris, ꝙ mulieribus unicuique tortã panis. Similiter quando geminatur איש איש ſine tamen interiecta coniunctione copulatiua, tum etiam uſurpatur partitiuẽ ſeu diſtributiuẽ,quiſque,unuſquiſq;,quicunq;,ſinguli. Exo.36.Veniebant omnes ſapientes ab opere ſuo,quod ſinguli faciebant. Num.1. Erunt ex uobis ſinguli ex tribu, quilibet caput ſit familiæ patrum ſuorũ, id eſt, ſinguli de ſingulis tribubus.Leuit. 15.Quicunq; fuerit fluens de carne ſua.Leuit.20.Quicunque,qui maledixerit patri ſuo,occidatur. Sed quando alterum accipit ante ſe uau copulam ut איש ואיש tum idẽ ualet quod ille & ille. Pſal.87. Et Zion dicetur, ille & ille natus eſt in ea. Eſther 1.Vt facerent iuxta uoluntatẽ illius & illius. Eſt etiã hoc non prætereundum ꝙ nomen איש generaliter pro homine ponitur.Gen.2.Ideo relinquet uir patrem ſuũ & matrem ſuam,& adhærebit uxori ſuæ.quod equidem Euangeliſtæ & Paulus Apoſtolus citantes hunc locũ nomine ἄνθρωπος reddiderũt,id eſt, homo. Pſal.78.Panem angelorũ manducauit uir. Iob 2. Et omne quod uiro eſt dabit pro anima ſua.Pſal.78.Panem robuſtorũ comedit uir,id eſt,homo. Maxime uero locũ hæc regula habet,ſi de negocio fit ſermo uel religionis uel ſalutis ad quam nõ modo uiri, uerumetiam mulieres pertinent. Vt Pſal.1.Beatus uir qui non abijt in cõſilio improborum.Pſal.32.Beatus uir cui nõ imputauit Iehoua erratum.Legitur ſemel ablata litera ſchin אי pro איש ſicut אי pro אין. Iob 22.Euadet uir inculpatus, & euadet in puritate manuum tuarum. Atque in ſtatu regiminis & affixorum hoc nomen איש nihil mutat.Gen.29.Nunc adhærebit mihi uir meus. Et pluraliter אישים Pſal.141.Cum uiris operatoribus concupiſcentiæ. Prouerb. 8. Ad uos uiri clamo.Ieſaiæ 53.Deſpectus & abominabilis uirorũ.Præterquã in his tribus locis nuſpiam alibi in tota ſcriptura hac forma ſcribitur.Sed loco eius אֲנָשִׁים quod mutuatur à nomine אנוש de quo ſuo in loco.

אִשָּׁה Id eſt,uira ſeu uirago:tranſit iod maſculini generis in dagges,& in fine addit literã he fœminini generis notam.Gen.2.Et dixit homo, hoc apage os de oſſibus meis, & caro de carne mea, huic indetur ei nomen uira ſeu uirago.quia de uiro ſumpta eſt. Deinde ut Græcis γυνὴ nunc uxorẽ,nunc quancunq; mulierẽ,ita quoque Hebræis hæc uox אִשָּׁה. Poteſt tamen facile ex adiectis uerbis,uel ex alijs circũſtantijs deprehẽdi,quãdo pro uxore, uel alia muliere ponitur. Sed quam ex Rabino quodã Pragẽſi Kabylã audiui, huc ioci gratia referre libuit, qui iſta duo אשה & איש aſſerebat cõiugij eſſe uocabula,atque autoris cõiugij nomẽ יה cõtinere, quãdo autẽ in coniugio non adeſſet יה & adimeretur ex איש Iod litera media, & ex אשה ultima litera,quæ ſimul diuinum nomen cõſtituunt,abeſſet ipſe יה atque uera dei inuocatio in coniugio,atque dilectio,uera fides & timor dei,manere utrinque אש & אש ignẽ & ignẽ,hic ignẽ purgatorij,& illic ignẽ gehẽnæ & æternum. Sed redeamus ad exempla.Num.31.Et nunc occidite omnẽ maſculinum in multitudine,atque omnẽ mulierẽ,quæ cognouit uirum, cunctas uero paruulas in mulieribus,quæ nõ cognouerunt cõcubitu maſculũ,ſeruate uiuas,&c.Hoc dicto Auguſtinus probat nomen אשה mulieris,non ſemper eſſe cõiugij ſeu coitus,ſed ſexus.Deut.24.Si duxit uir uxorẽ nouam, non egredietur in militiam. Deinde ſciendum,ꝙ ut איש ſæpe diſtributiue accipitur,ita ſimiliter אשה pro unaquæque. Amos 4. Per rupturas egrediemini unaquæq;(ſcilicet uacca)ante ſe.Tametſi quoque de rebus inanimatis dicatẽ,quæ ſe inſtar mulierũ habẽt & cõiunguntur, ſic de fibulis ſeu anſulis dicitur.Exod.26. Quinq; cortinæ erũt cõiũctæ mulier ad ſociã

ſuam,id eſt,unaquæq; ad proximã ſuam. Et mox iterũ: Vt coniungant ſe mulier ad ſororẽ ſuam. In ſtatu regiminis אשת Gen.20.Et nũc reſtitue uxorem marito. Deut.23. Non accipiat uir uxorem patris ſui. In ſtatu affixorum אִשְׁתּוֹ Geneſ.2 Propterea derelinquet uir patrẽ ſuum & matrem ſuã,& adhærebit uxori ſuæ.Geneſ.12.Quare dixiſti ſoror mea eſt,& accepi eam mihi in uxorẽ,& nunc ecce uxor tua. Caret autem numero multitudinis.nam אִשּׁוֹת ſeu אִשׁוֹת non legitur,mutuatur autem pluralem נָשִׁים à nomine אֱנוֹשׁ de quo infra in ſuo themate אָנַשׁ

אִישׁוֹן Quidam opinantur à nomine איש eſſe deriuatum ceu denominatiuum & וֹן eſſe terminationem diminutiuorũ:& ſic appellari pupillam oculi, quòd in ea uirunculi imago reſplendeſcat. Arbitror autem nomen eſſe ſubſtantiuũ pupillæ,quæ nigerrima ex qua tamen elucet uirtus uiſiua,& ſcintilla illa luminis.Et ut deus ex tenebris produxit lucem mundi,cum diceret,fiat lux:ita ex illa oculi caligine produxit lucem corporis.Deut.32.Cuſtodiuit eũ ſicut pupillam oculi ſui.Pſal.17.Cuſtodi me ſicut pupillam,filiam oculi.Prou.7.Cuſtodi mandata mea,& uiues, & conſtitutionẽ meam ſicut pupillam oculi tui.Transfertur poſtea etiã hoc denominatiuum ad tenebras,quæ nigredine pupillam oculi referunt.Prouer.7.In crepuſculo diei ueſpertino,in pupilla noctis & caligine,id eſt,in nigerrima nocte. Et Prouerbio.20.legitur אֱישׁוֹן. Qui maledixerit patri ſuo, aut matri ſuæ, extinguetur lucerna in pupilla tenebrarum,id eſt,in nigerrimis & denſiſſimis tenebris. Poſtremo hic obſeruandũ quòd ad illud mirandum dei opus,quod deus fecit, q ex tenebris lucem,& ex caligine pupillæ uiſum produxerit,alludant poſtea tam prophetæ quàm Apoſtoli,atq; ad res alias accõmodant,ſicut Ieſaias cap.29. Et audient in die illa ſurdi uerba libri,& de caligine,atq; de tenebris,oculi eorũ uidebũt. Et Paulus 2.Corinth.4.Deus eſt qui iuſſit è tenebris lucem illuceſcere,qui luxit in cordibus noſtris &c.Et Petrus 2.Epiſt.1.Et habemus firmiorem ſermonẽ propheticũ, cui dum attenditis ceu lucernæ apparenti in obſcuro loco,recte facitis donec dies eluceſcat,& lucifer exoriatur in cordibus ueſtris. Quinimo Chriſtus ipſe cum Matt.6.inquit,Lucerna corporis eſt oculus,ſi igitur oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit: q ſi oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit,& ſi lumen quod eſt in te tenebræ ſunt,ipſæ tenebræ quantæ?

אֵיתָן Vide thema ipſius אָתָה

46 אַךְ Si ab initio ſententiæ collocatur,tum primo eſt aduerſatiua,at,ſed.Gen.26.Sed ecce uxor tua eſt.Exod.10.Sed nũc dimitte erratũ mihi.Num.38. Sed aurum & argentum.Exod.31.Sed ſabbata mea cuſtodietis. Secundo, affirmatiua eſt particula,certè,profectò,utiq;.Gen.29.Profectò os meũ & caro mea es.1.Sam.16. Profectò corã Iehoua eſt Chriſtus eius.1.Sam.25 Profectò fruſtra ſeruaui.1.Reg. 22.Profectò rex Iſrael eſt.Pſal.73. Profectò bonus Iſrael,deus. Threnor.2. Profectò iſta eſt dies,quam expectauimus. Tertio,male ominantis,fortè,forſan, fortaſſe.Gen.44. Forſan rapiendo raptus eſt.Pſal.139.Forſan tenebræ obruent me. Pſal.73.Forſan fruſtra mundaui cor meum.

Porro in medio poſita,eſt primo particula excluſiua,tantum,ſolum,ſaltem,ſolummodo,duntaxat.Gen.10.Et loquar tantum uice iſta.Deut.28. Et eris tantũ iniuriæ & prædæ obnoxius.1.Sam.21.Si cauerunt pueri tantũ à mulieribus. Prouer. 11.Deſiderium iuſtorum tantum bonum. Secundo,etiam,quidem.1.Reg.8.Et adhuc etiam ei regnum. Legitur etiam ſemel compoſita cum duabus particulis הֲרַק אַךְ Numeri 12.Num tantummodo per Moſen loquutus eſt Iehoua?

47 אָכַל Vt forma,ita ſignificatione magnam habet affinitatem cum uerbis יָכֹל בָּכַל בָּלָה בָּלָה & בלל בּוּל בָּלַל niſi q ut literis,ita modo tantũ ſignificandi inter ſe differant. Et generaliter ſignificat aliquid abſumere,conſumere,quocunq; id fiat modo, ſeu medio ſeu inſtrumento.Et communiter attribuitur uel ori,uel linguæ,uel igni,uel gladio.Hieronymus & cæteri poſt ipſum plerũq; uerterũt uerbo comedendi. Exo. 24.Panem nõ comedit.Ioel.1.Reſiduũ bruchus comedit.2. Sam. 2. Nũ perpetuo abſumet gladius.Prou.30.Ad abſumendũ pauperes è terra.Gen.31. In die abſumpſit

pſit me æſtus. Ierem. 46. Quia abſumpſit gladius uicina tua undiq;. 1. Sam. 9. Comede. Cantic. 5. Comedite amici. Gen. 45. & Ieſaiæ 55. Emite & comedite. Exo. 16. Comedite illud hodie. Gen. 32. Non comedam. Exo. 12. Non comedet ex eo. Nahum 3. Ibi abſumet te ignis. Numeri 26. In abſumendo ignem quinquaginta. Ieſaię 5. Sicut abſumere ſtipulam lingua ignis.

Participium præſens אֹכֵל Leuit. 7. Omnis comedēs adipē. Ieſaiæ 54. Et panē comedenti. Malach. 3. Et increpabo pro uobis abſumentem. Et pluraliter אֹכְלִים Ieſaiæ 1. Alieni abſumunt eam. Amos 6. Et comedētes uitulos. In ſtatu regiminis & affixorū אֹכְלֵי Pſal. 14. Abſumētes populū meum. Dan. 11. Comedētes buccellam. Ierem. 2. Omnes comedentes eum derelinquent. In genere fœminino אֹכְלָה Deut. 4. Deus tuus ignis abſumens. Ieſaiæ 29. Flamma ignis abſumentis. Et Virgilius tribuit igni hoc epitheton: Ilicet ignis edax, ſumma ad faſtigia tecti, Voluit. Item in alia forma אֹכֶלֶת Num. 13. Terra abſumēs habitatores ſuos. Ieſaiæ 30. Lingua eius ut ignis abſumens.

In uoce paſſiua נֶאֱכַל Exo. 22. Et abſumptus fuerit aceruus. Deut. 14. Nō comedētur. Iere. 24. Quæ nō comedētur. Exo. 12. Et abſumptū erat dimidiū carnis eius.

Participiū generis fœminini נֶאֱכֶלֶת Leui. 11. Et inter beſtiam quæ comeditur.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua אֻכַּל Exo. 3. Et rubus nō erat abſumptus. Ieſaiæ 1. Gladio abſumemini. Nehe. 2. Et portæ eius abſumptæ ſunt igni.

In tertia cōiugatione הֶאֱכִיל abſumere ſeu comedere fecit, id eſt, cibauit. Exo. 16. Vt uideāt panē, quo cibaui uos. Ezec. 16. Et melle cibaui te. Ieſaiæ 49. Et cibabo direptores tuos carne ſua. Et cap. 58. Er comedere faciā te hæreditatē Iacob. Ezech. 3. Venter tuus abſumet. Pſalm. 81. Et cibauit eum de adipe. Num. 11. Quis cibabit eos carne. Prouerb. 21. Ciba eum pane.

Participium præſens מַאֲכִיל Deuter. 8. Qui cibat te Manna. Ierem. 9. Et ecce cibo eos abſinthio.

In coniugatione quadrata אֹוכַל Iob. 20. Abſumet eum ignis. ubi tamen uau holem migrauit in hateph cametz.

INDE NOMINA:

אֹכֶל Eſca, cibus, qui abſumitur, & capitur plerūq; pro eſca duriore, ſicut חָלָב pro lacticinijs & cibo molliore, laxioreq;. Gen. 41. Et erit eſca in prouiſionem terræ. & ca. 42. Et ſerui tui uenerunt ad emendum eſcam.

אוּכִיל Eſca, cibus. Oſeæ 11. Et declinaui ad eum cibum.

אֲכִילָה Eſca, cibus. 1. Reg. 19. Et ambulauit in fortitudine cibi illius.

מַאֲכָל Eſca, cibus. Gen. 2. Omne lignū deſiderabile uiſui, & bonū in eſcam. Eſdræ 3. Et cibum & potū & oleum. Et in ſtatu regiminis מַאֲכַל Gen. 40. De omni cibo Pharaonis. Et cum affixo. Prou. 6. Colligit in meſſe cibum ſuum.

מַאֲכֹלֶת Eſca, cibus. Ieſaiæ 9. Sicut cibus ignis. Item abiecta litera aleph, & in locū eius ſubſtituto dagges מַכֹּלֶת 1. Reg. 5. Viginti millia coros tritici in cibum domus eius.

מַאֲכֶלֶת Culter, enſis ab edendo, & quo aliquid abſumitur. Iud. 19. Et accepit enſem. Et pluraliter מַאֲכָלוֹת Prou. 30. Generatio eſt, cuius dentes gladij, & enſes molares eius.

48

אָכַף Curuauit, incuruauit: cōgruit ſignificatione cum uerbis כָּפָה & כָּפַף niſi q; ut forma, ita modo tantū ſignificandi inter ſe differāt. Prouerb. 16. Anima laborantis laborat ſibi, quoniam incuruauit ſuper eum os ſuum.

In uoce paſſiua נֶאְכַּף Mich. 6. In quo præueniā ipſum Iehoua incuruabor deo excelſi.

INDE NOMEN:

אֶכֶף Vola, à curuitate ſeu concauitate. Iob 33. Et uola mea ſuper te non erit grauis.

49

אִכָּר Agricola, arator, qui terram proſcindit aratro, Ackerman, à uerbo כָּרָה Iere. 51. Ego diſperſi per te aratorē & iugales eius. Amos 2. Et uocabūt aratorē ad planctum. Et pluraliter אִכָּרִים 2. Paral. 26. Aratores & uinitores in montibus, & in Carmelo. Iere. 31. Et habitabunt in ea Iehuda, & omnes ciuitates eius pariter aratores, & qui proficiſcuntur cum grege. Ioel. 1. Erubeſcite aratores, eiulate uinitores.

Et cum affixo.Ieſaiæ 61.Aratores ueſtri,& uinitores ueſtri.

50 אלה Adiurauit ad aliquid,addita imprecatione mali, obligauit ſe iuramento ad aliquid,iuramẽto aſtrinxit.Et cõgruit ſignificatione cũ uerbo יאל & contrariã habet ſignificationẽ uerbis לחה & לאה Iud.17.Et dixit ad matrẽ mille & centũ argẽteos,q oblati ſunt tibi,& tu adiuraſti,atq̃ inſup dixiſti in aures meas, &c. Oſeę 4.Adiurare & mẽtiri,& occidere.Et ca.10.Loquuti ſunt uerba adiurãdo in uanũ.

In tertia coniugatione האלה. 1.Reg.8.Et aſſumpſerit contra te adiurationem,& adiuret eum,& uenerit adiuratio tua,&c.

INDE NOMINA:

אלה Adiuratio,id eſt iuramentũ,quo quis cũ imprecatione mali adſtringitur ad ſeruandum pactũ,iuramentũ cũ alterius partis quæ iuramentũ uiolat deuotione ſeu imprecatione.Gen.26.Sit nũc iuramentũ inter nos &c.Leu.5.Si audierit uocẽ imprecatiõis ein fluche. Num.5. Et adiurabit ſacerdos mulierẽ iuramẽto imprecatiõis, & dicet ſacerdos mulieri, det te Iehoua in imprecationẽ & in iuramẽtũ in medio populi tui, ut det Iehoua femur tuũ cadens, & uentrẽ tuũ intumeſcentẽ. Neh. 10. Veniebãt in imprecatione & in iuramento.Ieſaiæ 24.Propterea imprecatio deuorauit terrã.Iere.29.Et tradam eos in cõmotionem omnibus regnis terræ,in imprecationẽ & in uaſtitatẽ & in ſibilũ.Iob 31.Vt imprecarẽtur cũ imprecatione animæ illius.Pſal.10.Imprecatione os eius plenũ.Ezech. 16. Quæ deſpexiſti imprecationẽ,ut labefactares pactum.Et in ſtatu affixorũ אלתי. Gen. 24. Tunc immunis eris ab imprecatione mea,ſi ueneris ad cognationẽ meã & non dederint tibi, nũc eris immunis ab imprecatione mea.Deut.29.Vt tranſeas in pacto Iehoua dei tui & in imprecatione eius quod Iehoua deus tuus fecit tecũ hodie.Et mox iterũ:Et erit cũ addiderit ipſe uerba imprecationis huius,& benedixerit ſe in corde ſuo dicẽs,pax erit mihi,ſi in cogitatione cordis mei ambulauero. Et pluraliter אלות Num. 5.Et ſcribet imprecationes illas ſacerdos in librum, & proijciet eos in aquas amaras. Deuter.29.Et ſeparabit eũ Iehoua ad malum ex omnibus tribubus Iſrael iuxta omnes imprecationes pacti ſcripti in libro legis huius.

תאלה Imprecatio.Thren.3.Dabis eis clauſuram cordis,imprecationem tuam illis.

אליה Cauda animalis,ſic dicta,quòd in ſacrificijs deuota erat igni,uel q̃ à corpore ſe extendat,eiq̃ adhæreat.Leuit.3.Adipem & caudam integram cum renibus.

אלה Species quercus,quam Hieronymus nunc quercũ,nunc terebinthũ uertit, alij ulmum eſſe arbitrantur,alij tiliam.Ego uero cõgruente uoce Ilicem eſſe exiſtimo,& dictam,q̃ diris imprecationibus deuota ſit ne cædatur,ſicut Gẽtiles tales arbores & ſyluas ſacras & incęduas dixere,uel ab expanſione & prominentia ramorũ. Iudic.6. Et uenit angelus ipſius Iehoua & ſedit ſub ilice,quæ erat in Ophra. 1. Sam. 17.Et caſtrametati ſunt in ualle ilicis.1.Paral.10.Et ſepelierũt oſſa eorũ ſubter ilice in Iabes.pro quo 1. Sam.31.ſcriptũ eſt אשל. Item Ieſaiæ 1.Eritis ſicut ilex cuius foliũ marceſcit.Ezech.6.Et ſub omni ilice cõdenſa. Legitur ſemel אלה Ioſue 24. Et tulit lapidẽ magnũ,& erexit eum ibi ſubter ilice,quia erat in ſanctuario Iehoua.Et pluraliter אלים Ieſaiæ 1.Quoniam confundentur propter ilices,quas deſideraſtis. & cap.57.Quæ calentes in ilices ſub omni arbore frondoſa. Et in ſtatu regiminis אילי Ieſaiæ 61.Vocabitur illis,ilices iuſtitiæ.

אלון Quercus,extẽſa.Ieſaiæ 6.Sicut ilex & ſicut quercus.cap.44.Et accepit Tirzam & quercum.Oſeæ 4.Sub quercu & populo & ilicẽ. Et pluraliter אלונים Ieſaiæ 2. Et ſuper omnes quercus Baſan.Zach.11.Eiulate quercus Baſan.Ezech.17. Ex quercubus fecerunt ramos tuos.Amos 2.Et protectio ſicut quercuum.

אלון Quercus.Iudic. 9. Iuxta quercum, ſtationẽ quæ erat in Sichem.Et iterum:De uia quercus ariolorũ.1.Sam.10.Et uenies ad quercũ Thabor. Et pluraliter אלני Gen. 13.Et habitauit in quercubus Mamre.Deut.11.Cõtra Gilgal iuxta quercus More.

אל Præpoſitio,quã à uerbo אלה adiurauit,aſtrinxit & deuinciuit ſibi aliquẽ,ita & hęc particula affirmatiõe ſequẽtia deuincit,ſicut לא & אל negatiõe ſequẽtia ſibi obnoxia faciũt & deſtruũt.Et licet una apud Hebræos uocula ſit, qua multas phraſes expri-

exprimũt,tamẽ cũ Latinus ſermo unũ nõ habeat, pluribus uocabulis reddere neceſſe habet. Primo idẽ ualet,qđ Ad.Ge.12.Et dixit Iehoua ad Abrã.1.Reg.15. Et miſit eos rex Aſa ad Benhadad.2. Sa.3. Quare ingreſſus eſt ad cõcubinã patris mei. Secũdo,Apud.Gen.12.Et laudauerũt illã apud Pharaonẽ.cap.39.Et accuſauit fratres ſuos apud patrẽ.cap.41.Vt emerẽt eſcas apud Ioſeph.Ieſaię 8.Quęrite apud Pythões,& apud Gnoſtas. Tertio,idẽ qđ articulus את Iud.7. Et pſequuti ſunt Midian.Pſal.2.Recẽſebo ſtatutũ.Pſal.69. Et dolorẽ uulnerũ tuorũ recenſebant. Et iterũ:Quoniã audit egenos Iehoua,& uinctos ſuos nõ ſpernit.Ieſ.38. Pater filijs notã faciet ueritatẽ tuã.Iere.4.Vidi cœlos & non erat lux eorũ. & cap.10. Viã gentiũ ne diſcatis. Quarto idẽ quod עם,i.cũ. Gen.49. Sepelite me cũ patribus meis.Num.25.Et cœpit populus meretricari cũ filiabus Moab.Ioſue 3.Cũ interfectis eorũ.& cap.11.Nõ fuit ciuitas,quę pacem fecerit cũ filijs Iſrael.2.Sam.18. Cũ nuncio bono ueniet. Iere.51. Quomodo perget cũ Zidkijahu. Ezech.2. Cum ſcorpionibus habitas.& cap.16.Fornicata es cũ filijs Ægypti.Et iterũ:Multiplicaſti meretricationes tuas cum terra Canaan. Quinto,idẽ quod beth in.Exo.25.Et pones in arcã.1.Sam.17. Et miſit Dauid manũ in perã.Et iterũ:Et percuſſit eum in frontem.1.Reg.8.Et tu audies in loco ſedis tuę in cœlo. Ier.4. Nolite ſerere in ſpinas. Sexto,idẽ quod על ſuper.2. Sam.2. Et regnare fecerunt eum ſuper Gilead, & ſuper Aſſur,& ſuper Iezreel.1.Sam.5. Et aggrauata eſt manus Iehoua ſuper Aſdodios Ezec.16.Super omnẽ collẽ excelſum. Septimo,idẽ qđ על, id eſt,cõtra. 1.Sam.26. Quis es tu,qui clamas cõtra regẽ? Octauo,idẽ ualet qđ ,ꝓpter.1.Sa.4.Propter capi arcã & propter ſocerũ eius.2 Sam.21. Propter Saul & propter domum ſanguinũ. Nono,idem ualet quod, Adeò. Iob 5. Et adeo ex ſpinis auferet eam. Decimo,idẽ quod,De.Gen.20.Et dixit Abrahã de Sara. Ieſaiæ 19. Quomodo dicitis de Pharaone. Vndecimo negatiuẽ pro אל. Iere. 51. Nõ extẽdet extẽdens arcũ ſuũ,neq; proficiet in lorica ſua. Duodecimo, quãdo uerbũ conſtruitur cũ pronomine אל quod non ſignificat motũ ad locũ, tunc ultra illius uerbi ſignificationẽ, aliud uerbũ eſt ſubintelligendũ, aut ſumendũ, quod motum ad locum importet.Num.19.Et accipiẽt ad te uitulam ruffam,id eſt accipiẽdo adducent ad te.& cap.25. Et cœpit populus meretricari ad filias Moab,id eſt, conferre ſe meretricatum ad filias Moab &c.Pſal.104.Et ad habitacula ſua recũbent,id eſt, ad habitacula ſua ibũt ut recũbant.Pſal. 137. Et diſſipauit infantes tuos ad petrã,i. diſſipãdo illiſit ad petram.Ieſ.11.Gẽtes exquirẽt ad eũ,i. exquirendo ueniẽt ad eũ.

אֱלֵי Ad,cum iod paragogico.Iob 3.Qui lætantur ſuper tumulo. cap.5. Venies cũ caluicie in ſepulchrũ. & cap.29. Radix mea aperta eſt iuxta aquas. Et in ſtatu affixorũ ſeruat iod paragogicũ, & mutat hateph ſægol in hateph pathah uel in zere. Exod.32. Si quis eſt ipſius Iehoua, ad me.Gen.19.Ad nos. & iterũ:Ad uos. Ieſaiæ 63.Super me continuerunt ſe.Malach.2.Et leuauit uos ad ſe,id eſt ſecum.

אֵל Pronomen demonſtratiuũ cõmunis generis, pluralis numeri, & ſignificationem extendit ad multos uiros uel multas mulieres,quos ſeu quas cõplectitur: iſti, iſtæ, illi uel illę.1.Par.20. Iſti nati ſunt ipſi Herapha. Et ſæpe aſſumit à fronte literam he האל Gen.19.Tantũ uiris iſtis nõ faciatis malũ.Et cap.26. Semini tuo dabo omnes regiones illas.Plerunque tamen accipit he paragogicum daggeſſata litera lamed אלה. Gen.2.Iſtę ſunt generationes cœli & terræ.Deut.1.Iſta ſunt uerba,quę loquutus eſt Moſes.Pſal.20.Illi in curribus & illi in equis &c.

אַל Quemadmodũ אל affirmatiuẽ,ita אל negatiuẽ ſe extẽdit ad ſequẽtia,& ſignificat negatiuẽ ſeu prohibitiuẽ:Nõ,ne,ſicut quoq; literarũ inuerſione לא. Gen.49.In ſecretũ ipſorũ non ueniat anima mea.Exo. 12. Ne comedatis ex eo crudũ.1.Sam.2. Ne filij mei.Pſal.121.Nõ dabit in cõmotionem pedem tuum.Prouer.3.Ne timeas. & cap.12.Et uia ſemitæ non mors.Iob 24.Et ponet in nihilũ ſermonẽ meũ. Prou. 23.Veritatẽ compara,neq; uendas.1.Sam.27.Nõn excurriſti hodie? Alij tamẽ exponunt,Nónne.Alij,Quoniã excurriſti hodie. Obſerua etiã, quod hęc particula eſt prohibitiua,& tum conuertit futurum indicatiui in futurum ſubiunctiui.

אַיִל Aries cicur, & gregarius qui cornua habet prominētia, quibus iniuriā propulſat. Gen.15.Et arietem triennem, Num. 28. Aries unus. Et hoc nomine dicitur etiam frons ſeu prominentia in ianua, quā alij ſuperliminare, alij frontiſpiciū uocant. 1. Reg.6. Frontiſpiciū,poſtes,pentagona. Et in ſtatu regiminis אֵיל Num.5.Pręter arietem propiciationū.Leuit.5.In ariete errati. Ezech.31. Et tradā eum in manum arietis Gentiū. Gen.14. Vſq; ad arietē Paran, id eſt, frontiſpiciū, ſeu prominentiā ſeu promontoriū.Ezech.40.Et ad frontiſpiciū atrij. Et pluraliter אֵילִים Gen.32. Et arietes uiginti.Exod.25.Et pelles arietū rubricatas.Ezech.49.Et fecit frontiſpicia ſexaginta cubitorum. Et in ſtatu regiminis אֵילֵי . Iere.51. Arietes pecudum tuarum.2.Reg.24.Et arietes terræ,id eſt potentes.

אַיָּל Aries ferus ſeu ſylueſtris,quem Latini ceruum uocāt. Deut.14.Ceruus & caprea. Et cap.15.Et ſicut caprea,& ſicut ceruus.Pſal.42.Quemadmodū ceruus deſiderat ad fluenta aquarum.Et pluraliter אַיָּלִים Cantic.2. Vel hinnulo ceruorū. Thren.1. Principes eius ſicut cerui,qui nō inuenerūt paſcua. Et in genere fœminino אַיָּלָה cerua.Gen.49.Cerua dimiſſa. Et in ſtatu regiminis אַיֶּלֶת Pſal.22.Cerua auroræ. Cant.5.Cerua amorū.Legitur etiā iſta forma in ſtatu abſoluto.Ier.14.Cerua peperit in agro. Et pluraliter אַיָּלוֹת Pſal.18.Æquauit pedes meos inſtar ceruarum.

אֱיָל Potentia,quę ſe exerit.Pſal.88.Fui ſicut uir,cui non eſt potentia.

אֱיָלוּת Potentia.Pſal.22.Et tu Iehoua non ſis procul,potentia mea.

אֵל Potens, penes quem eſt facultas faciendi aliquid, cuius potentia ſe latè extēdit & exerit.Ezech.31.Tradam eum in manū potentis Gentium. Sumitur tamē ſæpiſſime abſtractiuè pro potentia aliquid faciendi.Gen.31.Eſt in potētia manus mea facere uobiſcū malum.Prou.3.Ne prohibeas bonū ab opus habente illo,cum fuerit in potētia manus tua faciendi.Mich.2.Quādo eſt in potētia manus eorū.Nehe.5. Et nō eſt in potētia manus noſtra. Deinde per antonomaſiam Deū ſignificat,propterea ꝙ Deus omnia poteſt,cui nihil eſt impoſſibile, ſed eius potentia, poteſtas, maieſtas & facultas extēdit ſe ad & ſuper omnes creaturas,& à cuius maieſtate & potentia dependent uniuerſa in cœlo & in terra,quæ habent aliquam potentiam, poteſtatem,facultatem & uirtutem,& propter hæc dona & beneficia,quę ab ipſo acceperūt & habent, ipſi tanquā iuramēto aſtricti ſunt illi pręſtare cultū & obedientiā,& gratitudinem.Gen.14. Leuans manū meam ad Iehoua Deum excelſum, poſſeſſionē cœli & terrę.Exod.6.In deo omnipotēte.Pſal.5.Quoniā non deus uolens improbitatē tu es.Pſal.36.Montes dei. uocat autē illos prophetas mōtes dei, quos deus ipſe ita cōdidit,& manus hominū non ſuggeſſerūt,proinde non ruant, quemadmodū ſæpe collabuntur montes ſeu ualla,quæ homines cōgeſſerunt. Sic eadem ratione Pſal. 80. uocat cedros dei ingentes, quas ipſe deus plātauit,& non homines.Sic Paulus 1.Theſſ.4. Scribit archangelū tuba dei deſcenſurum è cœlo, quæ ſcilicet non manu hominis facta ſit,&c. Item Pſal. 86. Deus miſerator & gratioſus.Ieſaiæ 7.Et uocabit nomen eius nobiſcum deus.Idem cap. 9. Deus,præpotens &c.Iere.32.Deus ille magnus,prępotens,Iehoua exercituū nomen eius.Pſal. 82.Deus ſtat in cœtu deorum.Dan.11.Et magnificabit ſe ſupra omnē deū,& contra deum deorū loquetur mirabilia. Hunc locū de Antichriſto intelligens Paulus Apoſtolus pulchrè explicat 2. Theſſ.2. Atq; in ſtatu regiminis & affixorū nihil mutat.Pſal.23.Deus meus deus meus,quare dereliquiſti me. Et pluraliter אֵלִים Pſal.29.Afferte ipſi Iehoua,filij potentū.Exod.15.Quis ſicut tu in Dijs Iehoua. Et in ſtatu regiminis אֵלֵי Ezech.32.Loquētur illi potentes heroum de medio inferni.

אֱלוֹהַּ Nomen deriuatiuum à ſuperiore אֵל Atq; idem Hebręis eſt,quod Gręcis θεός, & Latinis Deus,à Maieſtate, & potētia, quam exerit & extendit quaq; locorum, & ſuper omnes creaturas quæ ſunt in cœlo & in terra, & habent aliquam potētiam & poteſtatem, facultatem & uirtutem, & propter hæc dona & beneficia quæ ab ipſo acceperunt & habent, ipſi tanquam iuramento aſtricti ſunt illi præſtare cultum,obedientiam,timorem,fidem,inuocationem,& gratitudinem,& tribuere illi hunc honorem,quòd inuocantes iuuare, defendere & aduerſa declinare poſſit,

qualem

qualem etiã gentes notitiã de Deo,& cõmentitijs ſuis numinibus habuerũt, quare non tantũ de uero illo & ęterno deo, cõditore cœli & terrę dicitur,ſed quo etiã gẽtes & impij deũ ſuũ appellarunt: Etſi forma iſta ſingulari,tam ſit uſitatũ, quàm plurali.Deut.32.Et dimiſit Deum factorẽ ſuũ.Et mox iterũ: Sacrificabãt dæmonibus & nõ Deo.Ieſaiæ 44.Nũquid eſt Deus præter me.Habakuk 3.Deus ab auſtro ueniet.Sępius tamẽ legitur cũ mappik אֱלוֹהַּ Iob 3.Et non requirat eũ Deus ſupernè. Et cap.6.Et expectationẽ meam dabit Deus. Dan. 11. Et de deſiderio mulierũ, & de omni Deo nihil intelliget, ſed ſupra omnia magnificabit ſe. Et ibidẽ iterũ: Et Deũ Mayſim loco eius honorabit, & Deũ quẽ nõ cognouerũt patres honorabit auro & argẽto &c. Et iterũ:cũ Deo notho. Et cũ affixo legitur ſemel Habakuk 1. Tunc mutabit ſpiritum & peruadet, & reus erit,hęc uirtus eius,erit Dei ſui.

אֱלֹהִים Etſi nomen ſit forma pluralis numeri,à ſingulari אֱלוֹהַּ, deſcẽdens tamen uerbum ſeu pronomẽ appoſitũ ſiue pręedicatũ ipſius,ſi de uero & ęterno deo dicitur ( unico loco dempto Gen. 35.) ſemper & ubique eſt ſingularis numeri, ut nimirũ nomine iſto trinitas perſonarũ,& uerbo ſiue pronomine ſingularis numeri,earundẽ in eſſentia unitas ſignificaretur.Deinde & hoc ſciendũ,quòd ut eius ſingulare אֱלוֹהַּ non tantum uero,æterno,& uni Deo, in tres tamẽ perſonas diſtincto, creatori cœli & terræ,uerum etiam alijs quoque electitijs Dijs gentium impiorũ tribuitur, ut paulo ſuperius exemplis demonſtrauimus,ita etiã hoc אֱלֹהִים nõ tantũ deo æterno & uero,uerumetiã Gentiũ fictis numinibus tribuitur. Tertio,nedũ de deo uero uel ficto, ſed præterea etiã de angelis,hominibus, uel in miniſterio uerbi, uel in politia,alijsque rebus & cultibus ordinatione Dei conſtitutis dicitur,ſicut ordine deinceps ſcripturæ teſtimonijs clarum faciemus.

Primum de Deo uero & æterno,conditore cœli & terræ,ubi uerbũ ſeu pronomẽ eſt ſingularis numeri.Gen.1.In principio creauit Deus cœlũ & terrã.i.tres perſonę,quę ſunt Deus unus. Et iterũ:Et dixit Deus, fiat lux. Item & fecit Deus firmamentũ. Item: Et dixit Deus, faciemus hominẽ in imagine iuxta ſimilitudinẽ noſtrã.Et cap.2.Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ cũ crearentur ipſa in die, quo feciſſet Iehoua Deus.cap.3. Quoniã nouit Deus,quòd eo die, quo comederitis ex eo ſtatim aperientur oculi ueſtri,& eritis ſicut Deus ſciẽtes bonũ & malũ.cap. 17.Vt ſit tibi in Deũ, & ſemini tuo poſt te. Itẽ cap.28. Et erit mihi Iehoua in Deũ.Deut. 10. Quia Iehoua deus ueſter, eſt deus deorũ, & ſuſtentator ſuſtentatorũ. Ioſue 24. Et ſteterũt corã Deo ſcilicet in Sichem, ubi erat arca Dei, & ad eam erat præſens. Exo. 4.Et accepit Moſes baculũ,baculũ Dei in manũ ſuam. Et iterum: Et abiens, obuiã uenit illi in mõte Dei &c. & cap.8. Digitus dei eſt.Ionę 3.Et Niniue erat ciuitas Dei &c.ſic uidelicet dicta,quòd ut omnia regna,omnes urbes,omnes ubiuis gẽtium cœtus,ita hanc quoque condidit,ordinat,& conſeruat. Et quando nomini huic אֱלֹהִים epitheta ſcriptura tribuit, tum licet ea quoque ſint pluralis numeri,tamẽ uerbũ ſeu pronomẽ,quod pręedicati loco ponitur, eſt ſingularis numeri, ut Deut. 5.Quæ unquã fuit caro,quę audiuit uocẽ אֱלֹהִים חַיִּים dei uiui, loquentis è medio ignis,ut nos.Ier.23. Et uos peruertiſtis uerba dei uiui,Iehoua exercituũ,dei noſtri. Ioſue 24. כִּי אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא Quoniã deus ſanctus ipſe.Pſal.58. Vtique eſt deus iudex in terra.Excipitur unus locus,ubi uerbũ quoque eſt pluralis numeri,quo diſertè tres illas in diuinitate perſonas,patrem,filium,& ſpiritũ ſanctum exprimeret,& eas quidem realiter diſtinctas eſſe declararet.Gen.35. Et uocauit locũ El Beth El, quia ibi reuelati ſunt ad eum Deus. Secũdo,de dijs cõmentitijs,& plerunque ſiue uerbũ ſiue pronomẽ eſt pluralis numeri.Exo. 18. Nũc cognoui quòd magnus eſt Iehoua præ omnibus Dijs.& cap.20.Non ſint tibi dij alij.Exo.32.Surge,fac nobis qui eant ante faciẽ noſtram.Deut.4.Quę eſt gẽs adeò magna, ad quam Dij ſic appropinquãt,ſicut Iehoua deus noſter.Iere.2.Num mutauit gens aliqua Deos, qui tamen non ſunt Dij.Legitur tamen ſemel cũ uerbo ſingularis numeri Deut.5.Nõ ſit tibi Deus alius.quanquã & id referre poſſis ad ſuperiora. Tertio dicũtur hoc nomine,maieſtates,potẽtiæ,poteſtates ſeu magiſtratus, eò quòd ut Apoſtolus

lus Rom.13.ſcribit,ſint ordinatio Dei. Et Moſes Deuter.1. Dei ſit,inquit,iudiciū, id eſt,poteſtas.Similiter Ioſaphat rex Iehuda ad iudices dicat, Non hominis exercetis iudiciū,ſed Iehoua. Sic legitur Iud.21. Adducet eum ſuſtētator eius ad Deos id eſt,poteſtates.cap.22. Et ad poteſtates ueneritcauſa utriuſq; & quē condemnauerint poteſtates,reddet duplū proximo ſuo. Et iterū:Poteſtatibus ne maledices. 1.Sam.2.Si deliquerit uir in uirū,tūc patrocinabitur ei poteſtas.& cap.28. Et dixit mulier ad Saul,poteſtates uidi aſcēdentes de terra.Pſal.82.Deus cōſtitutus in cœtu Dei,in medio poteſtatum iudicabit. Et iterum:Ego dixi poteſtates eſtis.

Quarto pro angelis.Pſal.138.Corā maieſtatibus, ſeu poteſtatibus pſallam tibi, id eſt,angelis. Hinc forte accepta occaſione autor Epiſtolæ ad Hebræos reddidit etiā illud in Pſal.8.Minuiſti eū paulo minus ab angelis &c. In ſtatu regiminis אֱלֹהֵי Gen.24.Et adiurabo te per Iehoua deū cœli & terræ.Et iterū:Iehoua deus ſuſtentatoris mei Abrahæ.cap.28.Et Iehoua deus Abrahę patris tui,& Deus Iacob. Exo.3.Deus Izhak & deus Iacob.1. Sam.25.Benedictus Iehoua, deus Iſrael.Exo. 20.Nō facietis iuxta me deos argenti,aut deos auri. Similiter in ſtatu affixorum. Deut.4.Quoniā Iehoua deus tuus ignis abſumēs.1.Reg.8.Sit Iehoua deus noſter nobiſcū.Pſal.3.Salua me deus meus.Ieſaię 40.Verbū dei noſtri cōſiſtet in æternū.

אֱלִיל Idolum aliqui à uanitate,alij à ſtultitia dictū eſſe uolūt,Ego arbitror,ꝙ ut Germani à Gott deriuant Götze,quo nomine idolū uocant,ita ꝓphetæ ab אל ſeu אֱלֹהִים quadā paronomaſia fecerint אֱלִיל, id eſt,idolum,quod nomine & effectiōe cultus referat quidem uerū deum,ſed tamē reuera non ſit Deus, ſed ſit quaſi dicas אַל אֵל non Deus,umbra dei, neq; ullam potentiā habeat ſeu conſolationē ſeu opem ferre poſſit,quaſi dicas Inops.Iob 13. Medici Idoli uniuerſi uos,id eſt,ſine ope.Ieſaiæ 10.Regna idoli.Iere.14. Viſionē falſitatis,& diuinationē,& idolum,& impoſturā cordis ſui,ipſi uaticinātur uobis. Zach.11. O paſtor,idolum. Et pluraliter אֱלִילִים Leuit.19.Non reſpiciatis ad idola.& cap.26.Non facietis uobis idola. 1. Paral. 16. & Pſal.16. Quoniam omnes Dij populorū idola,Iehoua autē cœlos fecit. Habakuk 2. Vt faceret idola muta. In ſtatu regiminis אֱלִילֵי Ieſaię 2. Abijciet homo idola argēti ſui,& idola auri ſui,quę fecit ſibi ad adorandum. & cap. 19. Et mouebuntur Idola Ægypti à facie eius. Et cum affixis.Ieſaię 10.Nónne ſicut feci Samariæ,& Idolis eius,ſic faciam Ieruſalim & idolis eius.

אִלּוּ Si, Iſtam quoq; particulam arbitror ad hoc Thema referēdum, eò ꝙ ſit extenſiua, & eius ſignificatio expandat ſe ad ſequentia.Eccl.6.Et ſi uixerit mille annis dupliciter.Eſther 7.Et ſi in ſeruos & ancillas uenderentur.legitur tamē cōmutato dagges in Iod אִילוּ. Eccl.4.Et ſi unus fuerit,qui ceciderit.quanquam dici poſſit,ꝙ ſint duæ dictiunculæ diſtinctę,ut ſic legatur:At uæ illi uni,qui cum ceciderit &c.

אֱלוּל Nomen menſis,qui partim cum Iulio,partim cū Auguſto coincidit,& quidē etymologiæ reſpōdere cum Latino uidetur. Nehe.6.In uigeſima & quinta Auguſti.

אוּלַי Nomen fluuij in Media. Et ueriſimile eſt eſſe illum, qui à Geographis Eulæus dicitur,& Suſianen ab Elymaide diſterminat.Dan.8. Et eram in Suſan caſtro, quod eſt in Elam prouincia,& uidebā in uiſione,ꝙ ego eſſem iuxta fluuium Vlai. Habet fortaſſe nomen ab amplitudine,& extenſione curſus ſui.

אוּלַי Forte,fortaſſe.Et non eſt dubitantis particula,ſed bene ominantis & ſperantis,& cōmittentis aliquid meliori euentui.Gen.18.Fortaſſe deficiēt quinquaginta iuſti. Et iterū:Fortaſſe inuenientur ibi quadraginta.Ioſue 9. Fortaſſe in medio mei habitas.2.Reg.19. & Ieſaiæ 27.Fortaſſe audiet Iehoua deus tuus uerba Rabſace.Soph. 2.Quærite iuſtitiā,quærite humilitatē,forte abſcōdemini in die iræ Iehoua.Lucas haud dubie hanc uocē reddidit Græcè εἰ ἄρα. Actor.8.Reſipiſce igitur ab iſta malitia tua,& roga Deum,ſi forte remittatur tibi cogitatio cordis tui.

51 אלח

Legitur tantum in uoce paſſiua נֶאֱלָח & duobus in locis,& ſignificat eſſe reprobatum propter infirmitatem, & uidetur conguere ſignificatione cum uerbo חָלָה Pſal.14.& 53.Vniuerſitas deflexit,& reprobi facti ſunt.

Participium נֶאֱלָח Iob 15. Quanto magis abominabilis eſt,& reprobus uir, qui

uelut

uelut aquam bibit iniquitatē. Et uidetur Paulus reddidiſſe ad Titū 1. Et ad omne opus bonum ἀδόκιμοι,id eſt,reprobi ſeu inutiles.

52 אלם In prima coniugatione legitur tantum in uoce paſſiua נאלם colligatus eſt:& de colligatione ſeu uinculo linguæ dicit̃,ne quis expedite loqui poſſit:quare Hieronymus reddidit ſatis commode uerbo obmutuit, & ſignificatione congruit cum uerbo אלה niſi quod ut forma,ita modo tantum ſignificãdi differant.Pſal.31.Colligentur labia falſitatis,id eſt obmuteſcãt.Pſal.39.Obmutui ſilentio.Et mox iterũ: Obmutui, non aperio os meum.Ieſaiæ 53.Et ſicut ouis,quę corã tondentibus ſuis obmutuit.Ezech.3. Et linguã tuam affigam palato tuo,& obmuteſces.& cap.24. Loqueris & non obmuteſces amplius. Daniel.10. Poſui faciem meam uerſus terram & obmutui. In ſecunda coniugatione אלם colligauit in faſces ſeu faſciculos.Et legitur tantum participium præſentis temporis מאלמים.Gen.37. Et ecce nos eramus colligantes faſciculos.

INDE NOMINA:

אלם Ligatus,colligatus ſcilicet lingua, id eſt cuius lingua eſt ligata:nos uocamus talē, mutum. Pſalm.38.Et ſicut mutus non aperiet os ſuum.Prouerb.31.Aperi os tuum pro colligato,id eſt muto.Ieſaiæ 35.Et tripudiabit lingua muti.Et pluraliter אלמים Ieſaiæ 56. Omnes illi ſunt canes muti,qui non ualent latrare.Habakuk 2. Vt facerent idola muta.

אלם Colligatio,colligantia.Pſal.58.Nunquid uere colligantia ut iuſtum loquamini,recta iudicetis filij hominum.Pſal.56.De columba colligantiæ,id eſt mutitatis.

אלמה Colligatura,colligantia,faſcis,faſciculus:translatio uulgaris,habet manipulus.Et in ſtatu regiminis.Geneſ.37.Et ecce ſtabat faſciculus meus. Et pluraliter אלמות Gen.37.Et ecce circumdabant faſciculi ueſtri,& curuabant ſe faſciculo meo. Pſal. 126.Portantes faſciculos ſuos.Legitur etiam forma maſculea אלמים Gen.37.Et ecce nos eramus faſciculantes faſciculos in medio agri.

אלמון Viduus,dictus Hebræis,quòd colligatus ſit,ſileat,& non gaudeat uociferationibus,exultatione,tripudijs & canticis muſicis.Iere.51.Quoniam non eſt uiduus Iſrael à deo ſuo. legitur tamen in abſtracto pro uiduitate,uiduertate. Ieſaiæ 47.Venient autem tibi duo iſta ſubito in die una,ſterilitas & uiduitas.Et in genere fœmínino אלמנה uidua.Gen.38.Sede uidua in domo patris tui,donec grandeſcat Sella filius meus.Exod.22.Omnem uiduam & pupillum non opprimetis.1.Reg.17.Ecce ibi erat mulier uidua.Ieſaiæ 47.Non ſedebo uidua,nec experiar ſterilitatem.Et pluraliter אלמנות Exod.22. Et erunt uxores ueſtræ uiduæ.Iob 22.Viduas dimiſiſti uacuas.Pſal.68.Et iudex uiduarum. Et in ſtatu regiminis ac affixorum אלמנות Ezech.19.Et cognouit uiduas eorum.

אלמנות Viduitas,uiduertas.atque legitur in ſtatu regiminis & affixorum אלמנות 2.Samuelis 20.Et erant concluſæ uſque ad diem mortis ſuę,uiduitate uitę.Gen.38. Et depoſuit ueſtes uiduitatis ſuæ à ſe.

אלמני Quando Hebræus ſermo proprium alicuius perſonæ, ſeu loci nomen exprimere non uult, tum utitur duabus illis uocibus פלני אלמני ut Ruth 4.Et dixit diuerte, ſede hic peloni almoni,id eſt, alicubi,ſeu aliquo. 1.Samu. 21. Sed & pueros inſtruxi ad locum peloni almoni,id eſt alicubi,uel in illum & illum locum. uide etiã in themate פלה.

אולם Porticus,ueſtibulum,quod proſtat & prominet,à maieſtate:ideo arbitror cognationem habere cum אלה & eius nomine איל.1.Reg.6. Et porticus è regione palatij domus. Pſal.73.Sed firmus ut porticus.Legitur etiam cum kybuz. 1.Reg.7. Et porticum iudicij faciebat.Ezech.40.Et menſus eſt ueſtibulũ portæ. Et iterum:Iuxta portam introitus ante ueſtibulum portæ anterioris . Et interdum legitur daggeſſato lamed:ut ibidem,Quod eſt iuxta ueſtibulum portæ.

אלמות Fornices ſeu arcus ſuper maiores portas,ſeu in ipſis porticibus , ſuſtinentes pondus ſuperliminarium.Ezech.40.Et fornices circumquaque. Legitur etiam pluraliter in maſculino genere אלמים Ezech.40.Et frontiſpicia eius & fornices eius.

Nomen

אַלְמְנוֹת Nomen pluralis numeri tantum pro אַרְמְנוֹת mœnijs urbium. Ieſaiæ 13. Reſponſabunt ſtriges in mœnijs eius. Ezech. 19. Et cognouit mœnia eorũ, & ciuitates eorum uaſtauit: Exiſtimo quòd propheta uoluerit uti data opera illa paronomaſia, ironicè & mimiticôs.

53 אָלַף Aſſueuit, addidicit. Prouer. 22. Ne forte aſſueſcas uias eius. In ſecunda coniugatione אִלֵּף aſſuefecit. Iob 35. Quia aſſuefaciet iniquitas tua os tuum. Et cap. 33. Et aſſuefaciam te ſapientiam, id eſt, docebo te.
Participium præſens מְאַלֵּף Iob 35. Aſſuefaciens nos præ iumentis terræ. licet pro eo irregulariter ſit ſcriptum מַלְּף.

INDE NOMINA:

אַלּוּף Nomen participiale, manſuetus paſſiuè. Iere. 11. Ego autem uelut agnus manſuetus, qui ducitur ad mactandum. licet etiam pro boue accipi poſſit. Ego autem uelut agnus, aut bos, qui ducitur ad mactandum. Et pluraliter אַלּוּפִים Pſal. 144. Boues noſtri onuſti. Deut. 7. Et muſtum tuum & oleum tuum, fœtum boum tuorum. Sed quando actiuè accipitur, tum ſignificat ducem, ductorem, qui ducit alios & præit in gubernatione. Prouerb. 2. Quæ derelinquit ducem iuuentutis ſuę. cap. 16. Et delator alienat ducem. Mich. 7. Ne confidatis in ductorem. Pſal. 55. Sed tu uir ordinis mei, ductor meus. Huc reſpiciens Lucas Actor. 1. Vocat Iudam Iſcarioth de quo iſte planius loquitur ὁδηγὸν, id eſt, ducẽ. Nam is cùm debebat eſſe dux itineris Ieſu, accepto pretio iniquitatis commonſtrat uiam Iudæis, Ieſum ut inueniant & comprehendant. Et pluraliter אַלּוּפִים Iere. 13. Et aſſuefeciſti eos contra te duces in caput. Et in ſtatu regiminis אַלּוּפֵי Gen. 33. Iſti ſunt duces filiorum Eſau.

אֲלָפִים Boues ab aſſuefactione ſeu mãſuetudine. Pſal. 8. Oues & boues. Prouerb. 14. Vbi non ſunt boues, calcanda eſt munda. Ieſaiæ 30. Boues & pulli aſinorum colentes.

אֶלֶף Et in diſtinctione אָלֶף mille, numerus in unam ſummã ductus, uel ꝙ millenarius numerus dux ſit omniũ inferiorũ numerorum, & omnes alios numeros in ſe complectatur pleniſſimè. Gen. 20. Ecce dedi mille argenteos fratri tuo. Num. 31. Mille de tribu, mille de tribu, id eſt, de ſingulis tribubus mille. 1. Sam. 18. Et amouit eum Saul à ſe, & poſuit eum principem millenarij. Et nota ꝙ quando hoc nomen conſtruitur cum numeris monadicis includendo numerũ denarium, tum ponitur in numero multitudinis. Et econtra, quando conſtruitur cum numeralibus decadicis ultra numerũ denarium, tum ſcribitur ſingulariter. Exempli cauſa: Numeri 2. Centum mille, & octo mille, & ſex millia. Item cap. 31. Ouium ſexcẽta mille, & ſeptuaginta mille, & quinq; millia. Vbi utrunq; legitur. Et in ſtatu affixi. Iudic. 6. Ecce millenarius meus exhauſtus eſt in Manaſſe. 1. Sam. 18. et 21. Percuſſit Saul in millenario ſuo, ſed Dauid in decem millibus ſuis. In duali numero אַלְפַּיִם duo millia. Numeri 35. Et latus meridionale duo millia in cubito. Exod. 38. Et duo millia, & quadringenti ſicli. Ioſue 3. Quaſi duo millia cubitorum in menſura. Et pluraliter אֲלָפִים Exod. 18. Et pones ſuper eos principes millenariorũ, & principes centenorum. & cap. 20. Et faciens pietatem in millia. Num. 31. A principibus millenariorum &c. Et in ſtatu regiminis אַלְפֵי Exod. 32. Quaſi tria millia uirorum. Num. 1. Capita millium Iſrael. & cap. 10. Congregentur ad te principes, capita millium Iſrael. 1. Sam. 23. Et perſcrutabor eũ per omnia millia Iehuda. Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephratha modicũ ut ſis in millibus Iehuda: ex te enim egredietur qui ſit Dominator in Iſrael. Similiter habet in ſtatu affixorum. 1. Sam. 10. Nunc igitur ſtatuite uos coram Iehoua ſecundum tribus ueſtras, & ſecundum millia ueſtra.

אָלֶף Prima Alphabeti litera, ſic dicta ꝙ uel tanquam dux cæteras præcedat, uel quòd millenarij numeri nota ſit.

54 אָלַץ Congruit ſignificatione cum uerbo לוּץ niſi quòd ut forma parũ, ita modo tantum ſignificandi inter ſe diſſentiant: ſignificat autem falſè dicere in aliquem, illicere uerbis, ſugillare. Legitur tantum ſemel. Iudic. 16. Et factum eſt quòd preſſuram faceret illis uerbis ſuis ſingulis diebus, & illiceret eum, ut adbreuiaretur anima eius ad mortem.

55 אמלל Legitur de iſto themate tantum tertia perſona præteriti utriuſq; numeri & in utroq; genere paſſiuæ uocis ſecundæ coniugationis אמלל quod autem initio attinet ad formam ipſius, arbitror eſſe compoſitum ex מלל & מלא & prioris habere ſignificationem & eandem poſteriori contrariã, ac ſignificare exciſionem rei uel eius rei uirtute, ut ſit amplius uacua & ſterilis, nec ullam exiſtentiã aut uim habeat. Vnde Interpretes uerterũt uerbis debilitandi & infirmãdi. Ieſaiæ 16. Quoniam ager Heſbon exciſus eſt. Oſeę 4. Et excidetur omnis habitator in ea. Ioelis 1. Exciſum eſt oleum. In genere fœminino אמללה. 1. Sam. 2. Inſuper ſterilis quæ peperit ſeptẽ, & aucta liberis exciſa eſt. Ieſaiæ 24. Exciſus eſt, emarcuit orbis. Et mox iterum: Exciſa eſt uitis. Iere. 15. Exciſa eſt genitrix. Ioelis 1. Ficus exciſa eſt. Et legitur ſemel ſimplici lamed אמלה Ezech. 16. Quàm exciſum eſt cor tuum. Et pluraliter אמללו Ieſaiæ 19. Et expandentes rete ſuper faciem aquarum exciſi ſunt. Iere. 14. Portæ eius exciſæ ſunt. Thren. 2. Et luxit antemurale & murus pariter exciſa ſunt.

Participium אמלל Pſal. 6. Gratioſus eſto mihi, quia excidor ego. Nahum 1. Exciditur Baſan, & Carmelus atq; germen Libani exciditur.

INDE NOMEN,

אֲמֵלָלִים Nehemiæ 4. Quid exciſi faciunt?

56 אמן Congruentiam quandam habet cum אמא ut in eo uidebis. At in uoce actiua primę coniugationis non eſt uſitatũ, neq; legitur in ſacris literis, niſi in utroq; participio & in infinitiuo. Vt אמן, fidus, fidelis, curator, procurator, diſpẽſator, œconomus, nutritius, cuius fidei infans ſeu puer alterius commiſſus eſt, eum ut fideliter curet, cuius fideli adminiſtrationi officium aliquod conceſſum & commẽdatum eſt, à fide ſcilicet, quæ in diſpenſatore potiſſimũ ſpectari ſolet atq; requiritur: quod & Diuus Paulus Apoſtolus ſignificare, & data quaſi opera hanc uocem Hebræam explicare uoluit 1. Corin. 4. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorũ Dei, quod ſupereſt autẽ illud requiritur in diſpenſatoribus ut πιστὸς, id eſt, fidus aliquis reperiatur, &c. Legitur ſingulariter in hac forma Num. 11. Nunquid ego in utero geſtaui uniuerſum hũc populum, uel genui eum, ut dicas mihi, geſta eum in ſinu tuo, ſicut geſtat fidus lactentem, id eſt, qui nutrit lactentem, ſeu nutritius lactentis. pro quo Chaldæus תורבינא Eſther 2. Et ipſe erat fidus Hadaſſæ, quæ eſt Eſther filiæ patrui ſui, quando nec ei pater eſſet, neq; mater, id eſt, ipſe erat diſpenſator, curator ſeu tutor Hadaſſæ. Pluraliter אמנים, fidi, fideles, id eſt curatores, diſpenſatores, œconomi. 2. Reg. 10. Et ſcribebat Iehu literas, & mittebat eas in Samariam ad principes Iezreel ad ſeniores & fideles Achab. Ieſaię 49. Et reges erunt fideles tui. Et in genere fœminino אמנת. Ruth 4. Et accepit Naemi puerum & poſuit eum in ſinum ſuum, & facta eſt ei fida, id eſt, nutrix. 2. Samuel. 4. Tollensq; eum fida ipſius aufugit.

Participiũ præteritũ אמונים. Thr. 4. Nutriti ſuper purpura amplexi ſũt ſtercora.

Infinitiuus cũ litera gerũdiua באמנה Eſther. 2. In nutriendo apud ipſum. i. quando nutriretur ab ipſo, licet poſſit eſſe nomen loco infinitiui poſitum ſicut infra.

In uoce paſſiua נאמן fidum, fidele, firmũ, uerum, certũ, ratum, ſtabile fuit. Significat autem uel hominem, uel ſermonẽ, uel rem aliquam conſiſtere, permanere ac perſeuerare in ſua fide, certitudine, ueritate, ſuo in fœdere, ſtatu ſeu loco. Pſal. 76. Cor eorũ non erat firmum erga illum, neq; fideles fuerunt in pacto eius. Ieſaiæ 7. Si non credideritis, etiã non credemini, id eſt, ſi nõ innitimini ſcilicet promiſſioni diuinæ, etiã non credemini, id eſt, non ſuſtentabimini, ſtabiliemini, confirmabimini, certi, ſtabiles eritis. Item 2. Paral. 20. Credite in Iehoua deo ueſtro, & curabimini, eritis ſub fide & tutela, ſuffulciemini, ſuſtentabimini, id eſt, credite prophetis eius, & bene habebitis, pacem & tranquillam conſcientiam & defenſionem à deo. 1. Reg. 8. & 1. Paral. 17. Et nunc deus Iſrael, confirmetur, uerificetur, obſecro uerbũ tuum, quod loquutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. Gen. 42. Et fratrem ueſtrũ minimum adducatis ad me, ut uerificentur uerba ueſtra, & non moriemini. 2. Sam. 7.

Et confirmabitur domus tua & regnum tuū.Ieſaiæ 60. Et filiæ tuæ ad latus confirmabuntur,id eſt educabuntur.Iere.15.Quare perpetuo mihi es quaſi fons mendacij,cuius aquæ non fideles ſunt, id eſt,perſeuerantes.

Participium præſens ſeu nomē participiale נאמן fidus, fidelis,uerax,ſeruans pacti.Deu.7. Deus uerax,cuſtodiens pactum.Sic Rom.3.Deus uerax,omnis autem homo mendax.Nehe.9.Et inueniſti cor eius fidele coram te,& percuſſiſti cum eo pactum. ubi tamen נאמן legitur cum pathah.Num.12.Seruus meus Moſes qui in tota domo mea fidelis eſt.1.Sam.2.Et conſtituā mihi ſacerdotem fidelem. Et mox iterū:Et ædificabo mihi domū fidelem,id eſt,certā,firmam.Ieſaiæ 22.In loco fideli.

Et pluraliter נאמנים Ieſaiæ 8.Et adhibui mihi in teſtimoniū teſtes fideles,id eſt, ueraces.Neh.13.Quia fideles reiecti ſunt.Prou.27. Fidelia uulnera amantis. Ieſ.33. Aquę eius fideles,id eſt permanentes.Pſal.111.Fidelia omnia mandata eius.Deut. 28.Infirmitates malas & fideles,id eſt,permanentes.Iob 12. Qui aufert labium fidelibus. In ſtatu regiminis נאמני Pſal.101. Oculi mei ad fideles terræ. In fœminino genere נאמנה Pſal.78.Et non fidelis erga Deum ſpiritus eius.Ieſaiæ 1.Ciuitas fidelis.Pſal.19.Teſtimoniū Iehoua fidele. Item in alia forma נאמנת Pſal.89.Et pactum meum fidele ipſi. Et pluraliter נאמנות Deut.28.Et plagas magnas,& fideles, id eſt,durabiles.

In tertia cōiugatione האמין ſępenumero in ſcriptura ſacra uſu uenit,& Hebręis idē ualet,qđ Græcis πιστύω, & Latinis credidit,fiſus eſt,dictis fidē habuit,alterius uerbis ſeu promiſſionibus acquieuit,certò ſtatuit eſſe uerū quod ſibi dictū eſt, uerbis ſeu promiſſis innixus ſeu fulcitus eſt, perſuaſionē certā habuit de re aliqua,certus fuit de re aliqua in corde ſuo.Et ubiꝗ opponitur dubitationi,ſicut ex ſubiectis ſcripturæ teſtimonijs liquidò conſtat. Variat autē in cōſtructione & regimine.

Aliquoties abſolutè legitur.Iob 9.Si clamauero & exaudierit, tamē nō credo,ꝙ auſcultauerit uoci meę.cap.15.Non credit ſe poſſe fugere à tenebris.cap.29.Etiam cum luderem apud eos,nō tamen credebāt ſeu cōfidebāt.cap.39.An credere ei potes,ut reddat ſemē tuū.Et iterū:Et nō credit,ꝙ uox cornu.Pſa.27.Vtiꝗ credo uidere in bono Iehoua in terra uiuentiū.Pſal.116.Credidi, ideo loquor. Thren.4.Non crediderūt reges terræ. Aliquando cōſtruitur cū ablatiuo mediante præpoſitione beth.Gen.15.Credidit Abrahā in Iehoua, & imputauit illud ei iuſtitiā. Exo.14. Et timuit populus ipſum Iehoua , & credidit in Iehoua , & in Moſe ſeruo eius. Et cap.29.Ecce ego uenio ad te in denſa nube,ut audiat populus me loquentem tibi, atꝗ etiā credat in te perpetuo. Deut.28.Et nō confides in uita tua,id eſt,nō eris certus de uita tua.Iob 15.Ecce in ſanctis ſuis nō cōfidit,id eſt,nō innititur, ſiquidē cœli non ſunt mūdi in oculis eius.cap.24.Stabit & nō cōfidet in uita. Mich.7. Ne credatis in ſocio.1.Sam.27. Et credidit Achis in Dauide. Interdū conſtruitur cū datiuo mediante præpoſitione lamed.Exo.4.Ecce nō credent mihi.Deut.9.Exacerbaſtis os Iehoua dei ueſtri,& nō credidiſtis ei.1.Reg.10.Non credidi uerbis donec uenirē,& uiderēt oculi mei. Gen.45.Sed uacillabat cor eius,quia nō credebat eis. Ex hoc loco clarè apparet hoc uerbū ſignificare motū cordis certò aſſentientem dictis,& eſſe contrarium dubitationi, ſicut poſtea quando currus uidet, quos ſibi Ioſeph filius miſerat,legitur reuixiſſe ſpiritus eius. Inſuper ſemel legitur cum accuſatiuo conſtructum,mediante articulo את Iudic.11.Et Sichon non aſſenſit Iſraelem tranſire per terminum eius,id eſt, non accepit promiſſionem Iſraelis , non arbitratus eſt Iſraelem eſſe fidum ac ſeruantem promiſſionis in tranſeundo.

Participiū præſens מאמין Ieſaiæ 28.Quicūꝗ credit non feſtinabit.hāc ſentētiam Paulus Rom.10.allegans,uerbo πᾶς ὁ πιστύων,i.quicūꝗ fidit,tranſtulit. i.quicunꝗ fide acceperit uerbum de miſericordia Dei, omnibus gratis ꝓmiſſa propter Chriſtū,nō trepidabit. Et pluraliter מאמנים Deut.1.In hoc nō eſtis credētes in Iehoua.

INDE NOMINA:

אמן Fidus,fidelis,&c.uide ſupra in participio primæ coniugationis.

אמונים Fidi, Fideles.uide ſupra in prima coniugatione.

אמון Fidus,fidelis, certus,peritus, & probatus, & nutritus in arte aliqua, Architectus, artifex.Proue.8.Eram apud ipſum Architectus.Chaldæus uertit מהימנא Iere.46. Ecce ego uiſitabo Architectum de No.& cap.52.Et reliquum artificem.

אמן Artifex,peritus artis,uerus & certus in arte ſua.Cant.7.Opus manuum artificis.

אמן Veritas.Ieſaiæ 24.Conſilia antiqua ſunt fides ueritatis,id eſt,ipſiſſima ueritas,certiſſima ueritas.

אמנות Poſtes.2.Reg.18.In tempore illo detraxit Hiskia fores templi & poſtes, quos ipſe obduxerat.à firmitudine ſicut אמונה de quo infra.

אמן Fides,fidelitas.Deut.32.Quia natio peruerſiſſima,filij in quibus nõ eſt fides. Paulus Apoſtolus imitatus hanc phraſin Eph.2.& 5.item Colo.3.uocat & interpretatur υἱοὺς ἀπειθείας filios diffidẽtię,incredulitatis,inobediẽtię. Et pluraliter אמונים Prou.20.Et uirum fidelitatũ quis inueniet.Ieſaiæ 26.Cuſtodiens fidelitates ſeu ueritates,ſeu promiſſiones,ſeu ſeruans magnam fidem (quæ eſt) cogitatio firma, quę munies pace in te ſperantem.Prouer.14.Teſtis ueritatum.

אמונים Fideles,ſeruantes pactorum.Pſal.12.Quoniam diminuti ſunt fideles à filijs hominum.Pſal.31.Fideles conſeruat Iehoua.dicuntur autem iſti hoc nomine qui fidunt & credunt,& alterius ueritati ſe aſſociant. In ſtatu regiminis אמוני 2.Samuel.20. Ego una ſum ex pacificis & fidelibus Iſrael.

אמנה Fides,ueritas,fidelitas,conſtantia.Neh.9.Et in tota hac re percutimus fidẽ & ſcribimus, i.pactum. & cap.11. Quoniam præceptum regis ſuper eos, & fides, id eſt, adminiſtratio fidelis. Eſt & אמנה mons.Cant.4. Reſpiciens de uertice Amana. Item fluuius in Syria.2.Reg.5.

אמת Per ſyncopem nun pro אמנה. Vnde in ſtatu affixorum accipit dagges ad indicandum defectũ literæ,id eſt,certitudo,ueritas,ſimplicitas:& opponitur opinioni,falſo,hypocriſi,mendacio,id eſt,opponitur propriè operibus quę non ex uero,recto & ſimplici corde fiunt. Deinde differt à nomine אמונה ſicut differt opus uirtuoſum à uirtute,opus à uolũtate,qua profectũ eſt. Significat itaq; אמונה cordis aſſenſum in alterius promiſſionem, ſeu ipſam perſuaſionem, ſed אמת reſpicit ipſum opus uoluntatis ſeu fidei.Gen.24.Qui deduxit me in uia ueritatis.& cap.32. Minor ſum omnibus beneficijs,& omni ueritate,quã feciſti cum ſeruo tuo.Pſal.19. Summa uerbi tui ueritas.Ieſaię 61.Et dabo opus eorum in ueritate,id eſt,in certitudine. Eò reſpexit Paulus 1.Cor.15. Et labor ueſter nõ erit inanis in Domino. Et in ſtatu affixorum. Pſal.91. Scutum & parma ueritas eius. Ieſaiæ 38. Non expect..bunt deſcendentes in lacum ueritatem tuam.

אמונה Conſtantia,certitudo,ueritas,firmitas,fidelitas,id eſt,uirtus promiſſa ſeu pacta ſeruans.Et Latinis fides dicitur, quia fiat quod dicitur. Græcis πίστις. Et in doctrina Euangelij ſignificat fiduciam miſericordiæ promiſſæ propter Chriſtum mediatorem,quæ in terroribus cõſcientię cor hominis erigit,uiuificat & ſuſtentat. Diſcrimen autem inter אמונה & אמת uide in uoce אמת. Nunc ad exempla. Exod.17. Et fuit manibus eius fides,id eſt,firmitudo,uirtus ſuſtentans uſq; ad occaſum ſolis. Deut.32.Deus fidei & nõ fraudis.2.Reg.20.Quoniã in fide ipſi faciebant.1.Par.9. Quoniam ſub fide erant quatuor fortiũ Ianitorũ. Et mox iterũ:Et Matthia erat in fide ſuper ea,quę fiebãt in ſartagine.2.Para.19.Sic facietis in timore Iehoua in fide & corde perfecto.Pſal.119.Viam ueritatis elegi.Ieſaiæ 11.Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius,& fides cingulum renum eius.Iere.7. Ablata eſt fides & exciſa eſt ex ore ipſorum. In ſtatu regiminis אמונת Ieſaiæ 33.Et erit ueritas temporis tui fortitudo,ſalus. In ſtatu affixorũ. 1.Sam.26. Et Iehoua reddet unicuiq; iuſtitiã ſuam, & fidem ſuam.1.Para.9.Quos conſtituit Dauid & Samuel Videns propter fidem eorum.Habakuk 2.Ecce contracta eſt,nõ eſt recta anima eius in eo,ſed iuſtus fide ſua uiuet. Et pluraliter אמונות Prouer.14. Teſtis ueritatum. & cap.20. Et uirum fidelitatum quis inueniet.Ieſaiæ 26.Cuſtodiens ueritates.

נאמנה Veritas.Oſeæ 5.In tribubus Iſrael manifeſtaui ueritatem tuam.pro quo Chaldæus uertit אוריתא Lucem,illuminationem,legem tuam.

אמנה Fides, nutricatio, cura. Eſther 2. In nutricatione apud ipſum. Licet etiam pro infinitiuo ſeu gerundio accipi poſſit. Eſt & particula affirmantis, uere, certè. Geneſ 20. Atq; etiam uerè ſoror mea, filia patris mei ipſa eſt.

אמנם Verè, profectò. Iob 9. Certè noui, quod ſic eſt. Ieſaiæ 37. Verè Iehoua, perdiderunt reges Aſſur cunctas regiones. Legitur tamen ſæpe in prima kybutz אֻמְנָם Gen. 18. Num etiã uerè pariam. 1. Reg. 8. Num uerè habitabit Deus ſuper terra. Pſal. 58. Num uerè eſtis muti ut iuſtitiam loquamini.

אמן Veritas. Ieſaiæ 65. Benedicet in deo ueritatis, qui iurauerit, iurabit in deo ueritatis. Eſt & aſſenſus, affirmantis, aſſeuerantis, approbantis particula, qua Hebræi cõmuniter utũtur, uota, precationes uel imprecationes, deuotiones approbãtes: quaſi dicas, ſit ratũ, uel fiat, id quod dictũ aut auditũ eſt. Et Græcũ quoq; ἀμὴν à fide nomẽ habet. Deu. 27. Et dicat omnis populus, Amen. 1. Reg. 1. Et reſpondens Beneiahu filius Iehoiada regi, dixitq; Amen. Sic quoq; dicat Iehoua deus ſuſtẽtatoris mei regis. 1. Par. 6. Et dicat omnis populus, Amen. Ier. 11. Vt ſtabiliam iuramẽtum, quod iuraui patribus ueſtris ut dem illis terrã fluẽtem lacte & melle, ſicut hodierno die eſt, & reſpondendo dixi, Amen Iehoua, i. ſit ita. cap. 28. Et dixit Ieremias propheta, Amen, ſic faciat Iehoua. Itẽ geminatur interdũ, quæ geminatio confirmationẽ ſeu approbationẽ intẽdit. Num. 5. Et dicat mulier Amẽ, Amen, id eſt, fiat, fiat. Nehe. 8. Et benedixit Ezdra ipſum Iehoua deũ magnũ: & reſpondit omnis populus, Amẽ, Amen, cum eleuatione manuũ ſuarum. Et Paulus Apoſtolus 2. Cor. 1. uſus eſt hac uoce. Quotquot enim ſunt promiſſiones Dei per ipſum ſunt ναὶ etiã, & per ipſum Amen deo ad gloriã, id eſt, omnia ſunt certa & rata, quæ Deus pollicitus eſt. Item Apoc. 1. Ecce ſum uiuens in ſecula ſeculorũ, Amen. & cap. 3 Amen teſtis fidelis & uerus, &c. Et cap. 7. Et procubuerũt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt deum dicentes, Amen, benedictio & claritas & ſapientia, &c. ubi apparet nominaliter eſſe poſitum, id eſt, ueritas, benedictio, ſicut Ieſaiæ 65. ſcribitur.

ימין Dextra nomen ſubſtantiuũ, ſic dicta q̃ in dextra ſita eſt uirtus & potentia ac firmitudo: quare dextra accipiũtur & apprehenduntur res nobis propoſitę ſeu oblatæ. Deinde quia dextera fidei ac ueritati cõſecrata eſt, unde & ueteres per dexterã tanquã fidei ſedem & uirtutis miniſtrã iurabant. Inſuper quia Ieſaiæ 30. ubi uerbaliter legitur, recipit loco iod literã aleph ſuã primitiuã. Vſurpatur aũt de multis uarijſq; corporis partibus, quæ à dextris & ad dexterã partem ſitæ ſunt, atq; adeo etiã pro meridie ſeu plaga meridionali accipitur, q̃ Orientẽ reſpicienti ea plaga à dextris ſit. Gene. 24. Vt me uertã ſiue ad dextrã ſiue ad ſiniſtrã. Ezech. 1. Et facies leonis ad dextrã. Pſal. 89. Septentrionẽ & Meridiẽ tu creaſti. In ſtatu regiminis & affixorũ ימין. 2. Sam. 20. Et apprehendit manu dextra Ioab barbã Amaſæ. Pſal. 144. Quorũ os loquitur uanitatẽ, & dextera eorũ, dextera falſitatis. ubi pro operibus ſumitur quæ dextra fiũt. Pſal. 109. Iehoua ſtabit ad dextrã egeno. Ieſ. 41. Suſtẽtaui te dextra iuſtitiæ meæ. Et ut aliàs ſæpe dextra pro potentia & uirtute ſed tamẽ humana, id eſt, terminabili & finienda, ita maxime cũ Deo, qui æternus, immẽſus, & infinitus eſt attribuitur, uirtutẽ & potentiã immẽſam & infinitam Dei ſignificat. Pſal. 77. Et dixi, infirmitas mea hæc eſt, ſed multũ mutare poteſt dextera Excelſi. Pſa. 110. Sede ad dexterã meam. Ieſ. 48. Et dextera mea palmo menſa eſt cœlos. ubi ſane pro immenſa uirtute & potẽtia accipitur. Id quod Chriſtus Lucę 22. cũ inquit, Ex hoc tẽpore erit filius hominis ſedẽs à dextris uirtutis dei. data opera appoſito uirtutis uocabulo exponere uoluit. Et Diuus Paulus aliquoties periphraſi exprimere ſtuduit ut Eph. 1. Cũ ſuſcitaret eum ex mortuis, & ſedere fecit eum ad dexterã ſuam in cœleſtibus ſup omnẽ principatũ, ac poteſtatẽ, & uirtutẽ & dominiũ, & omne nomen quod nominatur nõ ſolũ in ſeculo hoc, uerũetiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedes illius, & eũ dedit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius, cõplementũ eius, qui omnia in omnibus adimplet. Et ad Philip. 3. Om̃is lingua confitebitur q̃ dominus ſit Ieſus Chriſtus ad gloriã dei patris. Similiter Petrus 1. epiſt. 3. Per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti, qui eſt ad dexterã dei profectus in cœlum ſubiectis

ſibi

ſibi angelis & poteſtatibus ac uirtutibus. Et Act. 2. Dextera enim dei exaltatus, & promiſſione ſpiritu ſanctis accepta à patre eff.idit hoc, &c. Item cap. 5. Hũc principem & ſeruatorem deus exaltauit dextera ſua. Eſt igitur ſedere Chriſtũ ad dexterã patris aliud nihil, quàm ipſum eſſe Patri parẽ omnipotẽtia, uirtute, dominatione, imperio, gloria, honore, & reliquis omnibus bonis ac donis diuinis & æternis.

יְמִינִי Nomen adiectiuũ maſculini generis, dexter. Ezech. 4. Et dormies ſuper latus tuũ dextrũ. Et in genere fœminino יְמָנִית Leuit. 8. Et ſuper pollicẽ manus eius dextræ. Eſt & familia primaria tribus Beniamin, unde erat natus Saul primus rex Hebręorum. 1. Sam. 9. Et Beniamin minimo natu inter filios ſuos nomen Iacob indidit, filius dexteræ. Gen. 35.

תֵּימָן Auſter, plaga meridionalis, quòd reſpicienti ad Orientem meridionalis plaga ad dextram ſita ſit, aliàs נֶגֶב quòd ardore ſolis feriatur, alias דָּרוֹם ab altitudine dicta, quia altius ſita, reſpectu terræ promiſſæ.

INDE VERBVM,

הֶאֱמִין Tertiæ coniugationis. Gen. 13. Si ad ſiniſtrã elegeris, ego dextrabo, id eſt, dextram occupabo. Ieſaiæ 30. Hæc eſt uia, ambulate in ea, neqꝫ declinetis ad dextrã, neqꝫ ad ſiniſtram. ubi loco Iod, habet literam aleph. Et 1. Paral. 12. Iacientes arcu, dextrãtes & ſiniſtrantes, id eſt, utentes dextra & ſiniſtra.

אֵם Mater, uel à naturali fidelitate, & ſummo fidei affectu erga liberos, uel quia mater eſt fidelis propagatrix ſpecierũ generis humani. Gen. 3. Et uocauit Adam nomen uxoris ſuę Haua, eò ꝙ ipſa ſit mater omnis uiuentis. Iere. 15. Adduxi ſuper matrem iuuentutis uaſtatorem in meridie. ubi collectiuè poſitum eſt: ideo Chaldęus uertit אִימָּא. In ſtatu affixorũ trãsfert alterũ punctulum in ſequentẽ literã mem. Similiter in plurali. Exo. 20. Honora patrẽ tuum, & matrẽ tuã. Et pluraliter אִמּוֹת Thren. 2. Matribus ſuis dixerũt. & cap. 4. Matres noſtrę ſunt uiduæ. Et ſciendum eſt, quòd ad alia quoqꝫ trãsferatur. 2. Sam. 20. Ego ſum una ex pacificis & fidelibus Iſrael, & tu quæris interficere ciuitatẽ & matrẽ in Iſrael, ꝙ nimirum alię ciuitates & oppida tanquã filię ex ea ſint natæ, & fide eius nutritæ. Sic Ezech. 21. transfertur ad uiam: Stetit rex Babylonis in matre uiæ, in principio duarũ uiarum. & quid matrem uiæ uocet, ſequenti mox membro declarat, nempe principium uiarum, uiam ſcilicet generalem, quæ ex ſe duas alias ſpeciales tanquam filias generat.

אֻמָּה Familia, ſtirps quæ ab una matre propagata eſt: quanquam eius pluralia אֻמִּים & אֻמּוֹת ſint tantum in uſu, etſi maſculinũ frequentiore in uſu ſit. Num. 25. Et nomen mulieris Midianitidis interfectę erat Cozbi filia Zur, qui erat princeps familiarũ, & domus patris in Midian. Gen. 25. Duodecim principes per familias ſuas. Pſalm. 117. Laudate eum omnes familiæ.

לְאֹם Per protheſin literæ lamed, ſicut לְאַט & אַט, לַעֲנָה & ענה, populus, communitas alicuius ciuitatis ſeu regionis, cognatione, legibus, alijsqꝫ uinculis ſocietatis colligatus. Gen. 25. Et populus populo præualebit. Prou. 11. Prohibenti frumentũ maledicit illi populus. cap. 14. Quãdo non fuerit populus, conſternatio eſt principis. Et in ſtatu affixorũ mutat holem in ſchurek, & fortificat literã mem. Ieſ. 51. Et populus meus auſcultate. Et pluraliter לְאֻמִּים Gen. 27. Et incuruent ſe tibi populi. Pſal 2. Et populi meditabuntur fruſtra. Ieſaiæ 55. Ecce teſtem populis dedit eum. & uidetur quoqꝫ affinitatem habere cum themate אָלַם.

אָמָה Ancilla, famula, à fide ſeu fidelitate. Exo. 21. Si ſeruum petiuerit bos, uel ancillam. In ſtatu affixi. 2. Sam. 14. Et dixit ancilla tua, loquor nunc ad regẽ, ſi forte faciet rex uerbum ancillę ſuæ. ubi de una eademqꝫ fœmina dicitur שִׁפְחָה & אָמָה. Et pluraliter אֲמָהוֹת Gen. 31. Et ingreſſus eſt tentorium duarum ancillarum, & non inuenit. Atqꝫ in ſtatu regiminis & affixorum אַמְהוֹת 2. Samu. 6. In oculis ancillarum ſeruorum eius. Gen. 20. Et ancillæ eorum.

אַמָּה Cubitus à certitudine & firmitudine, cui innitimur: accipitũ quoqꝫ pro menſura cubitali, quæ cõtinebat cõmuniter quinqꝫ palmos, id eſt, quinquies quatuor digitos tranſuerſos. Gen. 6. Feneſtrã facies in arca, & ad cubitũ conſummabis eã. In ſtatu

regiminis אַמָּה Deut.3.Nouē cubiti lõgitudo eius,& quatuor cubiti latitudo eius, iuxta cubitũ uiri.2.Sa.8. Et Dauid tulit frenũ cubiti de manu Philiſtinorũ, i.dominiũ,gubernationē.Et qđ Chronographus reddidit 1. Par.18. Gad & uiculos eius. alij ſic interpretãtur: Tulit frenũ tributi de manu Philiſtinorũ. quòd tributũ aliqđ certũ & demenſũ hoc nomine ſignificeť.Ier.51.Habitaſti ad aquas multas,multos habēs theſauros,uenit finis tuus mēſura ſeu tributũ rapinę tuæ, i.tu rurſus rapieris, eadē mēſura tibi remetietur.Legitur quoq; in duali numero אַמָּתַיִם. Exo.25.Et faciēt arcā de lignis Sittim,cuius lõgitudo ſit duorũ cubitorũ cũ dimidio. In plurali אַמּוֹת Deut.3. Nouē cubiti lõgitudo eius,& quatuor cubiti latitudo eius. Significat quoq; poſtes à fortitudine,& qbus certò innituntur ſuperliminaria.Ieſ.6.Et cũ moti ſunt poſtes ſuperliminariũ à uoce clamãtis. Atq; hic uelim ut ſtudioſus diligenter illa conſideret,quæ ſupra ſunt dicta circa uocem אמונה: ex eo enim loco facile cognoſcere poterit eſſe uera,quæ de ſimilitudine ſignificationis diximus.

אִם Si,an,uerè,certè,nõ,nequaquã.Et eſt particula certò aliquid determinãs,ſiue affirmatiuè,ſiue negatiuè.Eſtq; interdũ qualitatis,interdũ tēporis.Ge.47.Nihil eſt reliquũ corã Suſtētatore meo,niſi certè corpus noſtrũ,& terra noſtra. Ex.1. Si maſculus fuerit,interficite:ſi fœmina, reſeruate.Leui.1.Si holocauſtũ fuerit eius oblatio. Prou.3.Si cubaueris nõ pauebis.Ieſ.4.Si lauauerit Iehoua ſordes.Oſeæ 12.Si in Gilead eſt idololatria.In præcedētib.duobus locis accipiť affirmatiuè:Siquidē,quia: quemadmodum & Paulus hac uoce uſus eſt Act.26. Nihil aliud dicens,ꝙ ea quæ prophetæ prædixerũt futura eſſe & Moſes,ſi paſſurus fuerit Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorũ lumen annunciaturus ſit populo & gentibus,id eſt, quia, quòd. Item optãtis particula, Vtinã:ſeu affirmãtis,haud dubie.Pſal.139.Si occides deus improbũ,uiri ſanguinũ diſcedite à me,i.utinã occideres deus improbum: uel,haud dubie occides deus improbũ. Itē in interrogatiua oratiõe etiã affirmationē importat.Amos 3. Si erit malũ & Iehoua non fecerit, i.nõ eſt malũ, nullũ eſt malũ,nequaquã eſt malũ aliquod.Iud.9. An ut dominetur uobis uir unus.Prou.3. Certe ipſe illuſoribus illudet.Ge.47.Nõ celabimus à Suſtētatore meo,ꝙ uerò cõſumptũ eſt argentũ.Pſ.63. Vere recordor tui ſuper ſtratu meo. Sic etiã ea Chriſtus uſus eſt.Lucæ 12.Et quid uolo,ſi iam accēſus eſt,i.certe iam accēſus eſt. Et quãdo in uerſu aliquo ponitur,qui duas diuerſas ſentētias continet,tũ ualet diſiunctiuã,aut,ſiue,uel.2.Sam.15.Siue ad uitã,ſiue ad mortē.Eccl.12.Siue bonũ,ſiue malũ.

Porro in iuramētis & obligationibus uim habet negatiuã.1.Reg.1.Iuret mihi hodie rex Salomõ,ſi interficiet ſeruũ ſuũ gladio.Pſal.89.Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mētiar.Pſal.95.Iuraui in ira mea,ſi introibũt in requiē meam.Ier.38. Viuit Deus,ſi interficiã te.Ezech.33. Viuo ego ait Iehoua deus ſi complacitũ eſt mihi in morte improbi.Sic Chriſtus uſus eſt Mar.8.Amē dico uobis,ſi dabitur generationi huic ſignũ. Econtra uero ſi habuerit ſequentē particulam negatiuã לֹא, tum accipiēda eſt affirmatiuè.Ieſ.5.In auribus Iehoua exercituũ, ſi nõ domus multæ in ſolitudinē redigentur.cap.14. Iurauit Iehoua exercituũ dicens,ſi non,ut putaui ſic futurũ eſt.Ier.49.Audite conſiliũ Iehoua,qđ cõſultauit cõtra habitatores Themã, ſi nõ traxerint eos paruuli gregis,ſi non poſuerint ſuper eos tuguria ſua.Ezech.35. Si nõ tũ ſanguinē oderis,ſanguis etiã ſequetur te.Pſa.131.Si nõ æquiparatus,& cõpeſcui animã meam,&c. Præterea ſi in oratiõe negatiua in altero mēbro ſequitur אִם tũ ualet neq;, uel aut.Ieſaiæ 49. Nũquid auferetur à forti rapina,etſi captura iuſto eripietur? Prou.27.Quoniã nõ in æternũ theſaurus, etſi corona in generationem & generationē,i.neq;. Verũ aliàs ualet etſi,aut ſi,quod ſi,ſi autē.2.Sam. 24.An uis ut ueniãt tibi ſeptē anni famis in terra, aut ſi tribus mēſibus fuga tibi ab hoſtibus tuis. At quando habuerit præpoſitũ He, tum eſt quæſitiuũ an,num, nunquid,utrum.Exod.16.Vtrum ambulet in lege mea,an non.& cap.17.An deus in nobis ſit,nécne.Num.17. Nunquid conſumendi ſumus. Si uero præceſſerit particula כִּי tum eſt aut aduerſatiua,at, ſed,uerùm:ut Pſal.1. Sed in lege ipſius Iehoua uoluntas eius.Et mox iterum:Sed ſicut palea quam propellit uētus, &c. aut

eſt

eſt excluſiua, niſi. Gen. 32. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Ieſaiæ 42. Quis eſt cæcus niſi ſeruus meus. Eſther 2. Non ingrediebatur ultra ad regem, niſi beneplacitum haberet in ea rex. Sin autem præceſſerit eam עַד tum ualet, uſq, quoad, donec. Gen. 24. Non comedam donec loquar uerba mea. Ieſaiæ 30. Fugietis, donec relicti fueritis, quaſi malus nauis. tamen pręcedũt eam aliquando hæ duæ uoculæ אִם אֲשֶׁר עַד. Ieſaiæ 6. Donec diruentur ciuitates ſiue habitatores.

מום Significat gñaliter aliqd in corpore, uel actione uitæ, qđ incurrit in reprehẽſionẽ, & ſemper in malũ accipit: quare alij pro macula, alij pro ſordibus, alij ꝑ uitio uerterunt. Arbitror aũt habere cognationẽ cũ אמץ, & aliquid certi uitij eo ſignificari. Valde eſt uſitatũ in Chaldęa lingua, in qua opponitur nomini Hebręo מום, & ueriſimile eſt inde fluxiſſe Gręcũ μῶμος. Leui. 21. Om̃is uir, in quo eſt eiuſmodi, nõ appropinquet, ut ſi eſt cæcus, aut claudus, aut mõſtruoſus, aut exceſſiuus, aut in quo eſt fractura pedis, uel fractura manus, aut gibbus, aut pellicula, ſeu cõfuſio in oculis, aut ſcabies, aut impetigo, aut cõtuſio teſticuli. & ca. 22. In boue aut oue integrũ erit gratũ, om̃e eiuſmodi nõ ſit in eo, cęcũ aut fractũ, &c. Et cap. 24. Et uir qui dederit aliquid in populari ſuo, quẽadmodũ ipſe fecit, ita fiat ei, fractura pro fractura, oculus pro oculo, dens pro dẽte, quẽadmodũ dedit eiuſmodi in homine, ſic dabitur ei. Deut. 15. Quod ſi eiuſmodi fuerit in eo claudũ, aut cęcũ, om̃e eiuſmodi malũ, nõ ſacrificabis illud Iehoua deo tuo. & ca. 17. Nõ ſacrificabis ipſi Iehoua deo tuo bouẽ aut pecus, in quo eſt eiuſmodi om̃is res mala, &c. 2. Sam. 14. Et ut Abſolom nõ fuit uir pulchrior in uniuerſo Iſrael, laudãdus magis à plãta pedis ſui, uſq ad uerticẽ ſuum, nõ fuit aliquid in eo. Can. 4. Tota tu pulchra es amica mea, & aliquid nõ eſt in te. Prou. 11. Tũc enim eleuabis faciẽ tuã ſine aliquo, ſ. uituperio. Et legitur bis inſerta litera aleph quieſcẽte מְאוּם. Iob 31. Et nũ manibus meis adhæſit aliquid, i. uitij. Dan. 1. Pueros in quibus nõ eſſet om̃e aliquid ſcilicet uitij. Et cũ affixis manet inuariatũ. Deut. 32. Qui perditè egit cõtra ipſum, nõ ſunt filij ipſius, aliquid ipſorũ. Prou. 9. Qui caſtigat deriſorẽ acquirit ſibi ignominiã, & arguens reprobũ, aliquid illius. Et in forma fœminea מְאוּמָה Num. 22. Num potero loqui quicquã. Deut. 13. Non adhærebit manui tuæ quicquam. Iudic. 4. Quicquam nõ erat in manu illius. 1. Reg. 10. Non reputabatur in diebus Salomonis quicquam, ſeu pro aliquo.

57 אָמַץ Erectus fuit, ſurrectus fuit, ſtrenuus fuit, auffrichtig, vheſt ſein, erecto eſſe uel corpore, uel animo & uirtute. Et opponitur uerbis כָּשַׁל & כָּרַע. Et in prima coniugatione nõ eſt in frequẽti uſu. 2. Sam. 22. Pſ. 18. & 142. Quoniã erecti ſunt pluſquã ego. Ge. 25. Et popul⁹ populo erectior erit. 2. Par. 13. Et erecti ſunt filij Iehuda.

Participiũ præteritũ, ſeu potius nomen participiale אֲמֻצִּים Zach. 6. Et in quadriga quarta equi maculoſi & erecti. In ſecũda cõiugatione אִמֵּץ & fit tranſitiuum. Iob 4. Genua inclinãtia ſurrexiſti. Ieſ. 35. Et genua labãtia ſurrigite. & cap. 41. Ego erexi te, & adiuui te. Prou. 8. Cũ ſurrigeres nubes ſupernè. ca. 31. Et ſurrigit brachia ſua. Pſal. 89. Et brachiũ meũ ſurriget eũ. Pſal. 80. Dextera tua ſit ſuper filiũ hominis, quẽ ſurrexiſti tibi. Amos 2. Et fortis nõ ſurriget uirtutẽ ſuam. Nahum 2. Apprehẽde lumbos, ſurrige uirtutẽ uehementer. 2. Para. 24. Et cõſtituerunt domũ dei ſuper diſpoſitione ſua, & ſurrexerũt eam. 2. Paral. 11. Et confirmauerunt regnũ Iehuda, & ſurrexerũt filiũ Ieroboam. Deut. 2. Et erexit cor eius. cap. 15. Nõ ſurrigas cor tuum, id eſt, facias rigeſcere. Ieſ. 44. Et erexit ſibi inter ligna ſyluæ, i. firmiter decreuit.

Participium præſens מְאַמֵּץ. Prou. 24. Et uir ſcientiæ ſurrigit uirtutem.

In tertia coniugatione הַאֲמִיץ. Deut. 3. Confirma eum, & ſurrige eum. Pſal. 27. Eſto confirmatus, & ſurrigatur cor tuum. Iob 16. Surrigerem uos ore meo.

In quarta coniugatione הִתְאַמֵּץ. 1. Reg. 12. Rex uero Rechabeam ſurrexit ſe, ut aſcenderet in currum. 2. Para. 13. Et congregati ſunt ad eum omnes homines uani, filij Beliaal, & ſurrexerunt ſe contra Rechabeam.

Participiũ fœminini generis מִתְאַמֶּצֶת Ruth 1. Et uidit ꝙ ſurrexiſſet ſe ad eundũ ſecum.

INDE NOMINA:

אַמִּיץ Surrectus, ſtrenuus. Iob 9. Sapiẽs corde, & ſurrectus uirtute. Et mox iterum: Si ad

uirtutem,ecce ipſe ſurrectus eſt.Ieſaiæ 40.Surrectus uirtute.Amos 2. Et ſurrectus cordeſuo inter heroes. Et ſine iod אַמִּץ Ieſaiæ 28. Ecce pertinax & ſurrectus à Iehoua.Legitur tamē ſemel adiectiue 2.Sam.15.Et facta eſt liga ſurrecta.

אֹמֶץ Surrectio,erectio.Iob 17.Qui mundus eſt manibus,addet erectionem.

אַמְצָה Erectio,ſurrectio. Zach.12.Et dicent duces Iehuda in corde ſuo,erectio ſunt mihi habitatores Ieruſalem in Iehoua.

מַאֲמַצֵּי Surrecti,nomen pluralis numeri tantum.Iob 36.Omnes ſurrecti uirtute.

אֲמֻצִּים Surrecti,erecti.Zachariæ 6.Et in quadriga quarta equi maculoſi,& ſurrecti.

58

אָמַר Hebręis idē ſignificat,quod Latinis uerbū dicere cū ſuis cōpoſitis,addicere,cōdicere, edicere,prędicere,prædicare,efferre,ꝓferre,effari,enarrare.Et Germanis ſagen.zuſagē,aus ſagen,&c. Et Græcis λογίζω.Et ſignificat actū dicendi,ſicut דִּבֵּר notat rei ſeu cauſæ,ſeu negocij,ſeu hiſtoriæ aut rei geſtæ diſpoſitionē. Abſolute.Ge.20. Nonne ipſe dixit,ſoror mea eſt:& ipſa quoq; dixit,frater meus eſt. Gen. 41.Et cœperūt anni famis uenire quemadmodū prædixerat Ioſeph.Ex.18.Et fecit quicquid dixit.Ge.24.At ille dixit nō comedā, donec loquutus fuero uerba mea: qui dixit loquere.Exo.10.Et dixit Moſes,ſicut loquutus es non adijciā amplius uidere faciē tuam.cap.20.Et dixerūt,loquere tu nobiſcū.Num.17. Et loquutus eſt Iehoua ad Moſen dicēdo,dic ad Eleazar. Et mox iterum:Et loquutus eſt Iehoua ad Moſen dicēs,loquere ad filios Iſrael. Ex his iam adductis exemplis utriuſq; ſignificatio, atq; etiā differentia cognoſci poteſt, ꝙ nimirū ut Latinis differunt dicere & loqui,& Germanis **ſagen vnd reden**,ita quoq; Hebræis דִּבֵּר & אָמַר. Porro quod ad regimen attinet, ſcias ꝙ multoties cōſtruatur cum datiuo mediāte articulo lamed.Gen.22.Et ſurrexit & abijt in locū,quem dixerat ei.Exod.17. Et fecit Ioſua,ſicut dixit ei Moſes. Vel cū accuſatiuo mediāte præpoſitione אֶל Exod.16. Dic ad uniuerſam congregationē filiorū Iſrael.Num.22. Quicquid dixerit ad me, faciam. Vel cū עַל, & idē ualet quod De.Ier.34. Et dixit Iehoua ſuper te,non morieris in gladio.Ezech.26.Eò ꝙ dixit Tyrus ſuper Ieruſalem,ecce deſtructa eſt.

Vel cū accuſatiuo, ſine tamen articulo אֵת Ieſ.3. Prędicate iuſtū quādo bonus:i. laudibus euehite. Obſeruabis etiā inſuper,ꝙ quādo hoc uerbū in una ac eadem ſentētia mox geminať,tū illa geminatio ſingularē animi affectū denotat,neq; imagineris prius poſitū pro דִּבֵּר ut multi temere unū pro alio poſitū opinātur. Gen.21. Et dixit Abimelech & Phicol dux exercitus ad Abrahā,dicēdo.& cap.22.Et dixit ad eū Abrahā,& dixit,ecce ego.et mox iterū:Et dixit Iſhack ad Abrahā patrē ſuū, & dixit,pater mi,&c cap.27.Et Rebecca dixit ad Iacob filiū ſuū dicēdo, ecce audiui patrē tuū loquentē ad Eſau fratrem tuū,dicēdo.2.Sam.17. Et dixit Abſolom ad ipſum dicēdo,iuxta uerbum hoc loquutus eſt Achitophel,an faciemus uerbū eius ſiue nō,tu loquere.Ier.27.Ne audiatis uerba prophetarū, qui dicūt ad uos dicēdo. Et cap.29.Et ad Samaia dices dicendo. Et ſemel de Deo 2.Sam.3. Quoniā Iehoua dixit ad Dauid,dicēdo. Secūdo & hoc obſeruabis, ꝙ quādo,uel de loco,uel de re aliqua alia dicitur mediāte relatiuo אֲשֶׁר ſiue expreſſo, ſiue ſubintellecto, tū idē Hebręis ualet,qđ Latinis uerbū addicere, condicere,ſiue promittere. Nu.10 Nos proficiſcemur ad locū quē condixit Iehoua.Exo.32.Omnē terrā hanc,quam condixi,dabo ſemini tuo.2.Paral.2. Oleū & uinū,quę cōdixerat Suſtentator meus, ut mitteret ſeruis ſuis.1.Reg.11.Et dedit ei domū & panem(quæ)condixerat ei.Pſal. 106.Nō deleuerunt populos,quos addixerat eis Iehoua.Et cum כִּי eadē phraſi,tamen in malam partē ſumitur. 1.Sam.30. Et Dauid angebatur uehemēter, ꝙ populus condixerat lapidare eum. Tertio quandoq; cordi attribuitur,& hoc trifariam,uel ſimpliciter ſine cordis appellatione,& tum ſignificat conſtituere animo, cogitare ſeu decernere apud ſe.Exod.2.Num occidere tu me dicis,ſicut & occidiſti Ægyptium.Pſal.30.Ego dixi in proſperitate mea,non mouebor unquam. 2.Paral.2.Et dixit Salomo ædificare domum pro nomine Iehoua,id eſt decreuit,cōſtituit.Vel cū nomine לֵב & prępoſitione אֶל.1.Sam.27.Et dixit Dauid ad cor ſuum,

nunc

nũc colligar una dierũ in manu Saulis. Vel cũ nomine לֵב ſed prępoſita litera beth. Gen.17. Et dixit in corde ſuo Labã. Pſal.4. Dicite in corde ueſtro & tacete. Pſa.14. Ait fatuus in corde ſuo, non eſt deus. Eccl.2. Dixi ego in corde meo, ueni nũc. Sic Lucæ 17. legitur, Videns autem Phariſæus, qui uocauerat, ait intra ſe dicens, &c.

Quarto, attribuitur etiã rei inanimatæ. Prou.30. Et ignis non dicit, ſufficit. Ieſ.23. Et dixit mare, præſidiũ maris. ubi de Tyro intelligitur. 2. Sam.11. Et ſcripſit in epiſtola, quæ dicebat, conſtitue Vriam. 2. Reg.10. Et ſcripſit ad eos alterã epiſtolam, quæ dicebat. 2. Para.2. Et dixit Hiram rex Tyri in ſcriptura dicendo. Quinto, quando deo attribuitur, tum obtinet eandem in cõſtructione rationem. Gen.1. Et dixit Deus, fiat lux. Pſal.33. Ipſe dixit & factum eſt, ipſe præcepit & extitit. Pſal 2. Iehoua dixit ad me, filius meus es tu &c. 1. Sam.16. Quoniã Iehoua dixit ei, maledic Dauidi Pſal.81. Ego dixi, dij eſtis. Verũ qđ ad ſignificationẽ attinet, fortius quiddam ſignificat, ſimulatq; includit mandatũ ſeu ordinationem, ut in prędentibus exẽplis patet. Cęterũ ſignificationem ſimilẽ habet, ac ſi de homine dicatur. Ge.21. Viſitauit autem Iehoua Saram ſicut dixerat. Gen.9. Et dixit deus ad Noah. Ionę 2. Et dixit Iehoua piſci, i. ſuſcitauit in ipſo uoluntatem. In uoce paſſiua נֶאֱמַר Dan.9. Viſio ueſpertina & matutina, quæ dicta eſt, ueritas eſt. Gen.22. Et uocauit Abrahã nomẽ loci illius, Iehoua uidebit, quo dicetur hodie, in mõte Iehoua apparebit.

In tertia cõiugatione הֶאֱמִיר conſtruitur cum accuſatiuo mediante articulo אֵת, id eſt, prædicauit euexit ſermone, ſeu laudibus. Deut.26. Ipſum Iehoua prædicaſti hodie, quod ſit deus tuus, & ambules in uijs eius. Et mox iterũ: Iehoua quoq; prædicauit te hodie, ut ſis populus ei peculiaris.

In quarta coniugatione הִתְאַמֵּר Pſal.94. Eructando loquentur uetera, prædicabũt omnia opera iniquitatis. Et Ieſaiæ 61. legitur aleph in iod commutatum. Et in gloria eorum prædicabimini, id eſt gloriabimini.

INDE NOMINA:

אֹמֶר Dictum, ſermo, pronunciatum, promiſſio. Iob 22 Et determinabis dictum, & confirmabitur tibi. Pſal.19. Dies diei eructat ſermonẽ. Et mox iterum: Non eſt ſermo, neq; idiomata, quorũ ſonus non audiatur. Pſal.68. Iehoua dabit ſermonẽ, euangelizantium exercitũ magnum. Pſa.77. Aut finem habebit ſermo in generationem & generationem. Iſto etiam nomine filius dei dicitur, ſicut & Ioannes Euangeliſta eum uocat λογον, ex æterna mente patris cogitãdo naſcitur, & per eũ pater dicit decretum & totũ ordinem creationis & reparationis hominũ, & profert Euãgelium ex ſinu æterni patris, quo colligit ſibi eccleſiam, & monſtrat patrẽ, confirmat euangelium, mouet corda, conſolatur & uiuificat corda hominũ, dans in illa ſpiritũ ſanctum. Et quanquã multi alij exiſtimẽt nomine דָּבָר dici filiũ Dei, tamẽ ſignificatio illius ipſius aduerſatur, ꝙ rem ſeu rerum ordinẽ potius ſignificet quàm ſermonem. Deinde Moſes in deſcriptione creationis non uerbo דִּבֵּר, ſed אָמַר eſt uſus. Gen.1. Et dixit Deus, fiat lux, &c. Conſtat autẽ ex Ioanne Euangeliſta, ꝙ ille ſermo quo creata ſunt omnia, ſit deus. Et Deus, inquit, erat ille ſermo Et ꝙ λογος, ſermo ille factus eſt caro: quare iſta tria inde colliges אֹמֶר dici ſermonẽ, ſermonem autem, quo condita ſunt omnia, eſſe Deum, Deum autem illum, id eſt, ſecundam illam perſonam quæ eſt filius dei, factum carnem, hoc eſt aſſumpſiſſe naturam humanam.

אֵמֶר Sermo. Et cum affixo. Iob 20. Et hæreditas ſermonis eius à Deo. Et pluraliter אֲמָרִים Prouerb.19. Et qui ſectatur ſermones, non euenient. cap.22. Vt oſtenderem tibi certitudinem ſermonum ueritatis, & ut reſponderes ſermones uere ijs, qui mittunt te. In ſtatu regiminis אִמְרֵי. Gen.49. Qui dat ſermones elegantiæ. Num.24. Ait audiens ſermones Dei. Prouerb.1. Vt intelligantur ſermones prudentiæ. In ſtatu affixorũ retinet hateph pathah & cametz ut in ſtatu abſoluto. Iud.5. Quin & ipſe reddebat ſermones ſuos ſibi. Iob 22. Et pone ſermones eius in corde tuo. Pſal.5. Sermones meos audi. Prouerb.1. In ciuitate ſermones ſuos dicet. Et in forma fœminea אִמְרָה quod in ſtatu regiminis אִמְרַת legitur. Pſal.18. Sermo ipſius Iehoua igne probatus. In ſtatu affixorũ. Gen.4. Percipite ſermonẽ meum. Deut.32. Fluit

ut

ut ros ſermo meus. Pſal.147. Qui mittit ſermonẽ ſuum ſuper terrã. Et pluraliter אֲמָרוֹת Pſal.12. Sermones ipſius Iehoua, ſermones mundi. ubi ſimul etiam אִמְרוֹת in ſtatu regiminis ponitur.

מַאֲמַר Dictum, edictum, pronunciatum. Eſther 1. Eò ꝙ non fecit edictum regis Aſſueri.

אָמִיר Ramus ex caudice prognatus, Verber: quòd ut ſermo ex corde, ita ipſum ex radice arboris naſcitur. Sicut נבע uerbũ cõmune eſt ori & fonti. Ieſaiæ 17. Relinquetur in ea racematio, ſicut in excuſſione oleæ, duæ aut tres baccæ in cacumine rami. Et mox iterũ: In die illa erũt ciuitates pręſidij ei', ſicut derelictio uirgulti & rami, &c.

אֶמֶשׁ Vide in radice מָשַׁשׁ.

59 אָנָה In prima coniugatione neutrum eſt, & ſignificat affici ſeu impelli aliqua graui de cauſa ſeu neceſſitate ad luctũ, & differt modo tantũ ſignificandi ab אָוָה: nam hoc ſignificationem habet cõtrariam uoci אָוָה quod concupiſcentiã ſignificat, qua quis ad uoluptates fertur & impellitur. Ieſaiæ 3. Dolebunt & lugebunt portæ eius. Et cap. 19. Dolebunt piſcatores & lugebunt.

In ſecũda cõiugatione אִנָּה fit tranſituũ, impulit, cõpulit, adegit. Exo.21. Quãdo aũt ipſi nõ ſtruxit inſidias, ſed Iehoua impulit in manũ eius. In uoce paſſiua אֻנָּה Pſal.91. Nõ impetu uehetur ad te malũ. Prou.12. Nõ inferetur ui iuſto ullũ damnũ.

In quarta coniugatione legitur tantum participium præſens מִתְאַנֶּה 2.Reg.5. Quapropter cognoſcite & uidete, quomodo ipſe ſeipſum impellit contra me.

INDE NOMINA, ET ALIAE PARTICVLAE:

תֹּאֲנָה Cauſa motiua, ſeu impulſiua, ad aliquid agendum. Iud.14. Pater eius & mater eius non ſciebant, ꝙ à Iehoua eſſet, quodq́; cauſam ipſe quæreret de Philiſtim.

תַּאֲנִיָּה וַאֲנִיָּה Ieſaiæ 29. Et erit impulſio & impulſio. Sic Thren.2. Et multiplicauit in filia Iehuda impetum & impetum. Iſta autẽ ingeminatio importat diſtributionem. hinc inde neceſſitas, ſeu impulſio.

אֳנִי Nauis magna & marina: ſic dicta, ꝙ impetu tam remigum, quam uẽtorum impellitur ac fertur. 1.Reg.9. Et ueniet nauis Tharſis portans aurum. Ieſaiæ 33. Non tranſibit nauis remigum. Et in genere fœminino,

אֳנִיָּה Nauis. Prouerb.30. Via nauis in corde maris. Ionæ 1. Et inueni nauem euntem in Tharſis. Et pluraliter אֳנִיּוֹת Gene.49. Et ipſe iuxta portum nauium habitabit. Ezech.27. Et deſcendent de nauibus ſuis.

אֲנִי Ego, pronomen, & particula, quæ emphaſis gratia præponitur: addit enim quandam energiã & uim. Gen.15. Ego Iehoua, qui eduxi te de Vr Chaldæorũ. Pſal.89. Ego primogenitum dabo eum. Interdum tamen interſerit literã caph אָנֹכִי Ego. Gen.31. Video ego faciem patris ueſtri. Iud.17. Leuita ego. 2.Samu.3. Num caput canis ego. Iob 33. Integer ego. Et pluraliter אֲנַחְנוּ nos, de quo in themate אָנוּ.

אָן Notat quoq; affectũ ſeu impetũ, & eſt particula aduerbialis, uel loci: ut 1.Sam.10. Et dixit patruus Saul ad eũ, quo ambulaſtis? Et in cõpoſitione מֵאָן 2.Reg.5. Vnde Gehazi? Vel eſt tẽporis. Iob 8. Vſquequo loqueris uerba iſta. Vel cum he paragogico אָנָה Pſal.139. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiã? Cant.5. Quo abijt dilectus tuus. Deute.1. Quo nos aſcendimus. 2.Sam.2. Quo aſcendã? Ioſue 2. Non noui quo iuerint uiri. 1.Reg.2. Et non egredieris huc atq; illuc. ubi repetitum eſt ſeu geminatum. Item temporis עַד אָנָה Exod.16. Vſquequo recuſatis ſeruare præcepta mea. Pſal.13. Vſquequo abſcondis faciem tuam à me.

אָנָּה Notat quoq; affectũ ſeu motũ animi, & eſt exclamãtis Ex.32. O peccauit populus iſte. Pſ.116. O Iehoua libera animã meã. Et mox iterũ: O Iehoua, qa ego ſeru' tuus.

אָנָּא Similiter affectũ animi ſignificat, & nõ differt ſignificatione à particula נָא niſi poſitione. Pſal.118. Obſecro Iehoua ſaluum me fac, obſecro Iehoua bene proſperare.

נָא Per aphæreſin aleph, & ſimiliter motum animi ſignificat, quo deſideriũ cordis noſtri indicamus erga ſuperiorem, eum ut flectamus, eſtq; obſecrantis, ut אַל־נָא Gen. 18. Ne obſecro iraſcatur Suſtentator meus. Num.12. Ne obſecro ponas ſuper nos erratum. Et iterum: Deus obſecro, ſana obſecro eam. Pſal.7. Diminuatur obſecro

malum

malũ improborũ.Pſal.118.Obſecro Iehoua,ſalua obſecro,obſecro Iehoua proſpe-rè age obſecro.Ex ipſo loco perſpicuum eſt eiuſdem eſſe ſignificationis נָא & אָנָּא & differre tantũ poſitione,nempe ꝙ אָנָּא ſit præpoſitiua,at נָא poſtpoſitiua. Deinde interdum eſt adhortãtis,quãdo ſcilicet nõ inferioris ad ſuperiorẽ, ſed uel ad ſemetipſum,uel ad aliũ æqualem,ad aliquid operis faciendũ.Gen.18.Ecce eia cœpi

60 loqui.Exo.11.Loquere eia ad aures populi.Cãt.3.Surgã eia,et circuibo in ciuitate.

אנח Legitur tantũ in uoce paſſiua,ſignificatione neutrali נֶאֱנַח ingemuit,gemuit intra ſe,ſuſpirauit,inſpirauit, ſuſpiria traxit, ſeu ſuſpiria alternauit ſeu reciꝓcauit: & cognationẽ habere uidetur ſignificatione cũ uerbis נָחַח & נוּחַ בָּאַשׁ אָנַשׁ niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificandi uarient.Et ut cheth litera eſt mollior,quã kuph, ita molliorem quoq; illo habet modũ ſignificandi. Ioel.1. Quantum ingemuit iumentum.Ieſaiæ 24.Ingemuerũt omnes læti corde.Ezech.21. Et tu fili hominis ingemiſce.cap.22.Ingemiſce in oculis eorum.Exod.2.Et ingemuerunt filij Iſrael.

Participium præſens נֶאֱנָח Ezech.21.Propter quid tu ingemiſcis. Et pluraliter נֶאֱנָחִים Thren.1.Sacerdotes eius ingemiſcũt.Ezech.9.Super frontes uirorum ingemiſcentium & gementium. Et in genere fœminino נֶאֱנָחָה Thren.1. Etiam ipſa ingemiſcit.Et mox iterum:Audiuerunt quod ingemiſco ego.

INDE NOMINA:

אֲנָחָה Gemitus.Ieſaię 35.Et fugient moleſtia & gemitus.Pſal.31.Et amici mei in gemitu. Et cũ affixis.Pſal.38.Et gemitus meus abs te non eſt abſconditus.Pſal.102.Propter uocẽ gemitus mei adhæſit os meũ carni meæ.Ieſ.21. Oẽm gemitũ eius ceſſare feci. Et pluraliter אֲנָחוֹת. Et cum affixo אַנְחֹתַי Thren.1. Quia multi ſunt gemitus mei.

אֲנַחְנוּ Pronomẽ primę perſonę,pluralis numeri utriuſq; generis,quod de ſe,non de alijs perſonis dicit,& importat ſecũ quẽdam gemitum.Gen.42. Fratres nos. Ieſaiæ 20. Et quomodo euademus nos,nos enim improbe egimus.Legitur etiam per aphęreſin נַחְנוּ Gen.42.Omnes nos filij uiri unius nos. Thre.3.Nos præuaricati ſumus.

61 Eius ſingularia ſunt אָנֹכִי & אֲנִי.

אנך Amuſſis,regula,perpendiculum,quo utuntur cæmentarij in extruendis muris. Amos 7. Et ecce ſuſtentator conſtitutus ſuper muro perpendiculi, & in manu eius perpendiculum &c. Forte deriuatum eſt à uerbo נָכָה.

62 אנס Coegit,uim intulit,compulit,impetum fecit,conculcauit,proculcauit,ſtragem fecit qualis fieri ſolet in prælio,& uidetur cognationẽ quãdam habere cum כָּפַן כָּנַס נוּס נָסַח & אנש. Legitur de iſto uerbo participium præſens אֹנֵס. Eſther 1. Et compotatio iuxta mãdatum,nec erat cogens, i.qui cogeret: cogunt autem qui ſunt uiribus ſuperiores. Porro in lingua Chaldaica ualde eſt in hac ſignificatione uſitatum,ideo arbitror eſſe uerbum peregrinum.

INDE NOMEN:

אָסוֹן Literarũ facta metatheſi cõculcatio,ſtrages,i.uis,uiolẽtia lethalis et mortifera.Ge.42.Ne accidat ei uiolẽtia.Et iterũ:Ne accidat ei uiolẽtia in uia.Exo.21.Etſi rixãtur uiri,& percuſſerint mulierẽ grauidã,ut egrediãtur nati eius,& non fuerit uiolentia

63 ſcilicet lethalis. Et mox iterũ;Si uero uiolẽtia facta fuerit,dabis animã pro anima.

אנף Significat flare naribus, ut ſolent irati: propterea uerbo iraſcendi Hieronymus uertit. Et generali ſignificatione congruit cum uerbis אָנַח & אָפַף conſtruitur autem cum præpoſitione beth anſchnauben. Ieſaiæ 12. Quia ira commotus es in me.1.Reg.9.& 2.Paral.6.Et ira commotus fueris in eos. Eſdræ 9.An ira commoueberis in nos. Et abſolutè.Pſal.2.Oſculamini filium,ne quando ira commoueatur,& auferamini uia.Pſal.79.Vſquequo ira commoueberis perpetuo.

In quarta coniugatione הִתְאַנַּף Deut.1.Etiam in me ira commotus fuit Iehoua propter uos.2.Reg.17.Ira commotus fuit Iehoua ualde in Iſraelem.

INDE NOMINA:

אַף Quaſi אָנַף naſus ſic dictus, ꝙ flatur per eum: quanquã ſæpius pars pro toto, naſus pro tota facie accipiatur.Pſal.115.Naſus ipſis & nõ olfaciũt.Prouerb.30.Et emungens naſum,elicit ſanguinem. Et in ſtatu affixorum mutat cametz in pathah,&

forti-

fortificat literam pe, ad indicandum defectum literæ nun radicalis. Gen.3. In ſudore naſi tui comedes panem tuum. Num.11. Donec egrediatur de naſo ueſtro. Gen. 24. Et poſui monile ſuper naſum eius. Prou.11. Monile aureum in naſo ſuis.

Et ſæpiſſime accipitur pro flatu ſeu ſufflatione naſi, quæ fit in ira hominis aut animalis iracũdi, id eſt, pro ira qua nares ſufflantur. Et arbitror illi reſpondere Græcũ θυμὸς, quod proprie impetum animi concitati ſignificat. Prouer.21. Munus in abſcondito coercet iram. Et in ſtatu regiminis אַף Gen.27. Donec auertatur ira fratris tui. Deut.7. Exardeſcet ira ipſius Iehoua in uos. Habakuk 3. Nũ in fluminibus ira tua. Pſal.90. Quis nouit potentiam iræ tuæ. Et habet dualem numerum אַפַּיִם naſus à duabus naribus quas habet, in quibus inſpirat & reſpirat, inflat & efflat, Et deinde per metalepſin pro ira uſurpatur. Gene.19. Et proſtrauit ſe naſo in terram. cap.42. Et proſtrauit ei naſum in terram. Ezech.23. Naſum tuum, & aures tuas abſcindet. 1.Sam.1. Et Hannæ dedit partẽ unam irarum. i. iratus ſeu triſtis. Pſal.86. Et longus irarum. Prou.14. Breuis irarum faciet ſtultitiã. & cap.30. Et emungens iras, elicit rixas. In ſtatu regiminis & affixorum אַפֵּי 1.Sam.25. Et procidit in naſo Dauidis ſuper faciem ſuã. 2.Sam.14. Et proſtrauit ſe ſuper naſum ſuum. Thren.4. Spiritus narium noſtrarũ, unctus ipſius Iehoua captus eſt, id eſt, uita, recreatio noſtra.

אנה Vide in אָנָה.

אֲנָפָה Nomen auis in lege Moſi ad ueſcendum Iudęis uetitę. Et interpretes multũ uariãt transferendo. Chaldæus אבו, id eſt, miluũ, alij palumbem ſylueſtrem, alij picum, alij ardeam, alij graculum, alij upupam tranſtulerũt, Hieronymus χαράδριον uertit. Ego illis aſſentior qui Otum eſſe dicũt. Eſt autem Otus Ariſtoteli lib.8.cap.12. De hiſtoria animalium, noctuæ ſimilis, pinnulis circiter aures eminentibus præditus, unde nomen accepit, quaſi auritum dicas, nonnulli ululam eum appellant, alij Aſionem, blatero hic eſt & hallucinator & planipes, ſaltantes enim imitatur, capitur intentus in altero aucupe, altero circumeunte ut noctua. Hæc ille. Germani uocamus 𝔄𝔲𝔯𝔥𝔞𝔫, & nunc principibus in delicijs habetur. Leuit.11. & Deut.14.

64 אנק Vt uoce, ita ſignificatione cognationem habet cũ uerbo אָנָה, niſi ꝙ ut literam pronunciatione duriorem, ita modum ſignificandi habeat duriorem. Cõgruit etiam ſignificatione cum uerbo נָאַק inuerſione tantum facta literarũ, ſignificat autem gemere, & Germani etiam ſuum inde mutuati ſunt 𝔞𝔲𝔫𝔠𝔥𝔷𝔢𝔫. Iere.51. In omni terra eius gemet uulneratus. Ezech.26. Cum gemuerit uulneratus.

In uoce paſſiua נֶאֱנַק Ezech.24. Geme, ſile, mortuis luctum ne facias.

Participium נֶאֱנָקִים Ezec.9. Super frõtes uirorum ingemiſcentiũ & gementiũ.

INDE NOMEN,

אֲנָקָה Gemitus. Malach.2. Fletus & gemitus. Et in ſtatu regiminis אֶנְקַת. Pſal.12. Propter gemitum inopum nunc ſurgã. Pſal.79. Veniat in conſpectũ tuum gemitus uincti. Hinc nomen hoc cuidam reptili eſt inditũ à gemitu, quem edit, ideo Græcis Βοὰ, Germanis cognata uoce 𝔲𝔫𝔠𝔨 dicitur, eius fit mentio Leuit.11.

65 אנש In hac forma legitur in prima coniugatione actiuæ uocis tantum in participio præteriti temporis, & ſignificatione conuenit cũ uerbis יָאַשׁ & נוש עָנַשׁ alijsꝙ conſimilibus, quæ in forma נוש commemorata ſunt. Significat autẽ perſonam uel rem malo adeo obrutam eſſe, ut deſperatum ſit de incolumitate ipſius, qualiſcunꝙ ea tandem ſit. In maſculino genere אָנוּשׁ legitur. Iob 34. Deſperata eſt ſagitta mea, id eſt, incurabilis. Iere.17. Peruerſum eſt cor ſupra omnia, atꝙ deſperatũ, quis cognoſcet illud. Paulus Rom.2. has duas uoces Græcè reddidit: κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, id eſt, iuxta duritiam tuam & cor pœnitere neſcium, colligis tibi iram in die iræ, &c. In genere fœminino אֲנוּשָׁה Iere.15. Factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperata, id eſt, incurabilis. Mich.1. Quia deſperata eſt plaga eius.

In uoce paſſiua נֶאֱנַשׁ 2.Sam.12. Et percuſſit Iehoua filiũ, quem pepererat uxor Vriæ ipſi Dauidi & deſperatus eſt. Ieſaiæ 17. Recedet meſſis in die hæreditatis & ſicut dolor deſperatus.

אֵשׁ Ignis,per ſyncopen literę nun,ꝙ res inſanabiliter deuoret,ideo illi tribuitur uerbũ אָכַל abſumpſit. Sed de hoc in ſuo loco.

אֱנוֹשׁ Homo miſer,mortalis,deſperatè perditus. Etſi alij à themate נָשָׁה deducũt, quod obliuionis ſignificationem habere aſſerunt, quaſi dicas obliuioſus,ſeu cuius cito fit obliuio,è quorum numero quoq; eſt Euſebius Pamph.in præparatione Euangelica, citans pro confirmatione ſententiæ ſuæ illud Pſalmi,Quid eſt homo,ꝙ memor es eius. quaſi dicat,Quid eſt ille oblitus ſeu obliuioſus,ꝙ memor es eius &c. Deinde nonnulli alij à forma אנשׁ deriuant, quibus non multum refragor, ꝙ ad ſignificationem attinet,ꝙ utrũq; principaliter obrui malis ſignificet, tamen cenſeo à forma אנשׁ commodius deriuari.Et ut אָדָם initio homo eſt dictus ab humo unde ſumptus eſt,ita hoc nomen poſtea ab ærumnis & miſerijs indeptus eſt,quibus fuit propter inobedientiã mox obrutus,malis ſcilicet,nec per naturã neq; per medicinã curabilibus.Atque hoc diſcrimen ideo huc referre uolui,ut creationẽ à miſeria ſeiungas,nec hominem initio,ita eſſe conditũ cogites.Iob 5.Ecce beatus homo,quem corripit deus.cap.7.Quid eſt homo ꝙ magnificas eum.cap.10.Nũquid ſicut dies hominis,dies tui. Itẽ cap.25.Quanto minus homo, qui uermis eſt. Pſal. 8.Quid eſt homo,ꝙ memor es eius.Pſ.144.Iehoua quid eſt homo, ꝙ agnoſcis eũ, & filius mortalis ꝙ reputas eum.Pſal.9.Iehoua,ne præualeat homo. Et ibidem iterum:Conſtitue Iehoua legiſlatorem illis ut cognoſcant gentes,ꝙ homo ſint.Pſal. 10.Ne addat amplius tyrannidẽ exercere homo de terra.Pſal.73.In miſeria hominis non ſunt illi.Pſal.90.Reducit hominem ad contritionem.Pſal.104. Vinum lætificat cor hominis,id eſt,ærumnoſi,& panis cor hominis ſuſtẽtat.Ieſaiæ 13.Et pretioſiorem reddã hominẽ, ꝙ optimum aurum.cap.51. Ne timeas opprobriũ hominis. Et ibidem iterum:Quis es tu, qui times ab homine. In aliquot tamẽ locis per catachreſin mitius accipitur pro homine.Ieſaiæ 8.Accipe uolumen magnũ,& ſcribe ſuper eo ſtylo hominis.Ieſaiæ 13. Omne cor hominis liqueſcet. Iere.17. Nec tñ diem hominis deſideraui.Vbi tamen in aliquibus libris impreſſis legitur אִישׁ.

Et collectiuè pro genere humano.Deut.32.Dixi quieſcere faciã ex homine memoriã eorum. Et pluraliter in ſtatu abſoluto genere maſculino, quo tamen ſæpe ſexus muliebris continetur. אֲנָשִׁים. 1. Sam.17. Dauid erat filius uiri Ephrathei de Bethlehem Iehuda,cuius nomẽ erat Iſai,qui octo habebat filios, & erat uir ille in diebus Saul,ſenex uenerat inter uiros, id eſt morbidos propter ætatẽ. Ezech.24. Et panem afflictorum non comedes. 2.Sam.7.Et caſtigabo eum cum uirga uirorũ, id eſt, ſenũ, qui liberos mitius caſtigant. Item pro hominibus utriuſq; ſexus. Iud.9.Nunquid deſeram muſtum meum, quo lætifico deos & homines. Ieſaię 2. Et deprimetur altitudo hominum. Iob 1. Cum traderet ſopor homines. Sæpiſſime tamẽ generaliter pro hominibus uſurpatur maſculini generis,pro אִישִׁים ꝙ raro in uſu eſt,ac ſi deſcẽderet ab אִישׁ nomine ſingularis numeri.Gen. 12. Et mãdauit de eo uiris,qui dimitterẽt eũ.Gen.13.Dixit autẽ Abrã ad Loth, uiri fratres ſumus.Deut.31.Congregabit populũ,uiros & mulieres, & paruulos. Accipitur ſemel pro denominatiuo.1.Sam.1.Si dederis ancillæ tuæ ſemen uirorũ,id eſt,uirilitatis,ſemẽ uirile. Eſt & hoc obſeruandũ,ꝙ angeli habitu uirili apparentes, & inter quos etiã filius Dei,uocantur hoc nomine.Gen.18.Et Abraham ſuſtollẽs oculos ſuos uidit,& ecce tres uiri ſtabant iuxta eum &c.Atq; in ſtatu regiminis & affixorũ אַנְשֵׁי Gen.6. Hi erant heroes,qui ab olim uiri nominis.cap.17. Omnẽ maſculum inter uiros domus Abrahę,id eſt,uiros bellicoſos.1.Sam.23.Et abijt Dauid & uiri eius in Keil. In plurali numero ſtatu abſoluto genere fœminino, abijcitur de maſculino plurali prima ſubſtantialis נָשִׁים mulieres.Num.31. Et omnem paruulam inter mulieres.Deut.21.Si fuerint alicui uiro duæ mulieres ſeu uxores. Ieſaiæ 4 Apprehendent ſeptem mulieres unum uirũ.Iere. 29. Accipite filijs ueſtris uxores,& filias ueſtras date uiris. Et per proſopopœiam dicũtur hoc nomine maiores urbes,ſicut minora oppida uocãtur filiæ.Ieſaiæ 32.Mulieres quietę ſurgite,audite uocem meam,& filiæ ſecurę percipite ſermonẽ meũ. Et in ſtatu regiminis

66 נְשֵׁי Geneſ. 4. Audite uocem meam uxores Lamech.

# אסם

Legitur tantum pluraliter אֲסָמִים pro quo Chaldæus tranſtulit אוֹצָר & ſignificat repoſitoria, horrea, in quæ colligũtur omnis generis fruges & fructus. Deuter. 28. Mandabit Iehoua benedictionẽ in horreis tuis. Prouerb. 3. Et implebuntur horrea tua ſatietate.

67

# אסף

Idem Hebræis ſignificat, quod Latinis uerbum colligo, & ut Latinis colligere, in unum redigere, interdum etiam carptim auferre ſignificat, ſicut ex hoc Lucilij uerſu conſtat, Ruis huc, & colligis omnia furtim: ita quoq; Hebreis uerbum אָסַף ſimiliter nunc pro in unum colligere ſeu contrahere, nũc pro auferre, abſtrahere ſeu diſtrahere uſurpatur, id quod partim ex conſtructione, partim ex circumſtantijs facile deprehendes. Et ut forma parum, ita modo tantũ ſignificandi differt à uerbis סָפָה & יָסַף construitur autem perpetuo cum accuſatiuo uel mediante אֶת uel abſq; eo. Et in prima coniugatione uoce actiua futurum in prima ſyllaba habet uel ſægol, uel holem. Num. 11. Et qui parum collegit, Homer. Prouerb. 30. Quis collegit uentum manibus ſuis. Gen. 6. Sume tibi de omni cibo, qui comeditur, & collige ad te ut ſit tibi in cibum. Deut. 22. Colliges eum intra domum tuã. Ioſue 20. Et colligent eum in ciuitatẽ, Gen. 29. Et collegit Laban omnes uiros. Numeri 11. Collige mihi lxx. uiros de ſenioribus Iſrael. Gen. 49. Et collegit pedes ſuos in lectum, id eſt, contraxit. 1. Sam. 14. Collige manum tuam. Num. 11. Et collegerunt coturnices. & cap. 19. Et collegit uir mũdus cineres uaccæ. Exo. 23. Et colliges prouentũ eius. Gen. 42. Et collegit eos in cuſtodiam tribus diebus. Pſal. 27. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, & Iehoua collegit me. Mich. 4. Colligã claudũ & eiectum cõgregabo. Sequunẽ exempla alterius modi ſignificãdi, qñ ꝓ carptim auferre accipitur weckraffen. Geneſ. 30. Collegit deus opprobrium noſtrum. Pſal. 26. Ne colligas cum erroneis animam meam. Iob 27. Diues quando occubuerit, nihil colliget ſecum. Pſal. 85. Collegiſti omnẽ indignationẽ tuã. 2. Reg. 5. Vt colligas eum à lepra ſua. Et mox iterum: Et colliget lepram. Pſal. 104 Colligis ſpiritum eorum, & expirant. Ioelis 2. Et ſtellæ collegerũt ſplendorem ſuum, id eſt, retraxerunt. Iud. 18. Et colligas animam tuam, & animã domus tuæ, id eſt, amittas.

Participium præſens אֹסֵף Num. 19. Et abluet qui colligit cinerẽ uaccæ. Pſal. 39. Coacervat & neſcit cui colligit ea.

Participium præteritũ אֲסֻפִּים 1. Paral. 26. Et pro filijs eius domus collectorũ ſeu collegatorum, id eſt, concilij, collegij. Et mox iterum: Et de collegijs bini. Et in ſtatu regiminis אֲסֻפֵי Ezech. 34: Et non erunt amplius collecti famis. Et in genere fœminino אֲסֻפּוֹת Eccleſ. 12. Magiſtri collegiorum.

In uoce paſſiua נֶאֱסַף Num. 27. Colligeris ad populum tuum etiam tu, quemadmodum collectus eſt Aaron frater tuus. Gen. 49. Collectus eſt ad populum ſuum. Gen. 29. Collecti ſunt illuc omnes greges. Leuit. 26. Et quando collecti fueritis ad ciuitates ueſtras. Num. 12. Excludatur ſeptem diebus extra caſtra, poſtea colligatur. Et mox iterum: Et populus nõ perrexit donec colligeretur Miriam. Iob 26. Diues decumbet, & non colligetur. Sequuntur nunc exempla alterius modi ſignificãdi. Ieſaiæ 16. Colligetur gaudium & exultatio de Carmelo. Ieſaiæ 57. Ante malum colligitur iuſtus. cap. 60. Non occidet amplius ſol tuus, & luna tua non colligetur.

Participium præſens נֶאֱסָף Geneſ. 49. Ego colligor ad populum meum, ſepelite me iuxta patres meos. Et pluraliter נֶאֱסָפִים 1. Sam. 13. Et Philiſthæi colligebantur in Michmas. Ieſaiæ 13. Sonitus irruptionis regnorum Gentium collectarum. Ieſaiæ 57. Viri beneficentiæ colliguntur, & nemo conſiderat.

In ſecunda coniugatione legitur tantum participium præſens מְאַסֵּף Num. 10. Et proficiſcebatur uexillũ caſtrorum filiorũ Dan colligens ad ſe caſtra omnia, per exercitus eorum Ioſue 6. Et collector ibat poſt arcam. Iudicum 9. Nec erat uir colligẽs eos in domũ. Ieſaiæ 52. Et collector ueſter deus Iſrael. ubi Propheta alludit ad locũ Num. 10. Iere. 9. Quaſi manipulus poſt meſſorẽ & non collector. Et pluraliter

raliter ſed tamen irregulariter. Ieſaię 62. Collectores eius comedent illud.

In uoce paſſiua אֻסַּף Ieſaię 24. Et colligentur collectione ſicut uinctus ſuper carcere. Ieſaię 32. Et colligetur pręda ueſtra collectione bruchorum. Zach. 14. Et colligetur facultas gentium.

In quarta coniugatione הִתְאַסֵּף Deut. 33. Et fuit in Ieſyrum rex, cum colligerentur capita populi.

INDE NOMINA:

אֹסֶף Collectio. Ieſaię 32. Et collectio frugum non ueniet. Et iterum: Et colligitur pręda ueſtra ſicut collectio locuſtarum. Et pluraliter אָסְפֵּי Mich. 7. Heu mihi, quia factus ſum tanquam collectiones ficuum.

אָסִיף Collectio. Exod. 34. Et feſtum collectionis in reuolutione anni. Et in genere fœminino אֲסֵפָה Ieſaię 24. Et colligentur collectione uelut uinctus.

אֲסַפְסֻף Geminata & media & ultima in modum יְרַקְרַק id eſt collectio magna & numeroſa, uulgus collectum, turba collecta. Chaldęus quoq; reddidit uoce geminata עֲרַבְרְבִין nam geminatio auget ſignificationem. Num. 11. Vulgus collectũ, quod

68 erat in medio eorum. Et pro hoc nomine uſus eſt Moſes uoce עֵרֶב Exod. 12.

אָסַר Ligauit, obligauit, uinciuit, conſtrinxit, cohercuit, congruit ſignificatione cum uerbis יָסַר & מָסַר אָזַר niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient, & differt à uerbis סוּר & סָרַח כָּרַר. Geneſ. 42. Et ligauit eum in oculis eorum. & cap. 46. Et ligauit Ioſeph currum ſuum. Exod. 14. Et ligauit currum ſuum. 1. Samuelis 6. Et ligabitis uaccas in plauſtro. 1. Reg. 20. Quis ligabit pręlium. 2. Paralip. 13. Et ligauit Abia prælium, id eſt currus ad prælium. Pſal. 118. Ligate feſtũ frondibus uſq; ad cornua altaris. Iob 12. Cingulum regum aperit, & ligat cingulũ in lumbos eorum. Pſal. 105. Ad erudiendum principes eius ſecundum animum ſuum, ſenesq; eius redderet ſapientes. ubi aleph ſcriptum eſt pro iod. Similiter Oſeæ 10. Et congregabũtur ſuper eos populi ut caſtigent eos duas iniquitates eius, id eſt duos uitulos. Et ſecundum, quòd quando cum עַל conſtruitur, ſignificat conſtringere, obſtringere, obligare, deuincire ſe. Num. 30. Et mulier ſi uouerit uotum ipſi Iehoua, & obligauerit obligationem in domo patris ſui, in uirginitate ſua, & audiuerit pater eius uotũ eius, & obligationẽ eius, qua obligauit ſe ſuper anima ſua, &c.

Participium præſens אֹסְרִי Gen. 49. Ligans ad uitem pullum ſuũ. ubi Iod eſt paragogicum, ſicut mox in בְּנִי facitq; ex illis Epitheta.

Participium præteritum אָסוּר Gen. 40. Vbi Ioſeph uinctus erat compedibus.

Et pluraliter אֲסוּרִים Gen. 39. Vbi uincti regis uincti erant. Iudicum 16. Et molebat in domo uinctorum. Nehem. 4. Gladio ſuo accincti erant ſuper lumbis ſuis. Pſal. 146. Iehoua ſoluit uinctos. Eſt & nomen concretum de quo paulo inferius.

Et in genere fœminino אֲסֻרוֹת 2. Sam. 3. Manus tuæ non ſunt ligatæ.

In uoce paſſiua הֵאָסֵר Gen. 42. Et uos in terra uincemini. Et mox iterum, frater ueſter unus uinciatur in domo cuſtodiæ. Iud. 15. Et in quo ligeris.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua אֻסַּר Ieſaiæ 22. Omnes qui in te ſunt, uincti ſunt pariter.

INDE NOMINA:

אַסִּיר Vinctus, ligatus. Ieſaiæ 24. Et congregabuntur congregatione uinctus ſuper ciſterna. ubi ſingulare ponitur collectiuè. Similiter cap. 42. Ad educendum è clauſtro uinctum.

אָסִיר Vinctus, ligatus. Pſal. 79. Veniat in cõſpectum tuum gemitus uincti. Pſal. 102. Vt audiat gemitum iuſti. Ieſaiæ 10. Abſq; me corruit inter uinctũ, collectiuè. Et pluraliter אֲסִירִים Gen. 39. Et tradidit præfectus carceris in manum Ioſeph omnes uinctos. Iob 3. Simul uincti tranquillitate fruentur. Pſal. 68. Ipſe educit uinctos in compedibus. In ſtatu regiminis אֲסִירֵי Geneſ. 39. Quo uincti regis uincti erant. Pſalmo 107. Conſtricti in carcere & ferro. Threnorum 3. Vt conterat ſub pedibus ſuis uinctos terræ.

אֱסָר Obligatio, obſtrictio. Num. 30. Aut iurauerit iuramentum ad obligandum obliga

tionem ſuper anima ſua. Et mox iterum: Et omnis obligatio, quam obligauit.

אסר Prohibitio, edictū, quo ſubditi obligantur. Dan. 6. Loquuti ſunt regi ſuper edicto.

אסרה Obligatio, idem ſignificat quod אסר Num. 30. Et ſi pater eius audiuit uotum eius, & obligationem eius. Et pluraliter אסרים forma maſculea. Numeri 30. Et obligationes eius.

אסור Vinculum. Iere. 37. Et poſuerunt eum in domum uinculi.

אסורים Vincula. Iudic. 15. Et diſſoluta ſunt uincula eius, à manibus ipſius. Eccl. 7. Et uincula manus eius.

אף Naſus, ira. uide in themate ſuo אנף.

69 אפף Viuenti, ſeu flatus, ſeu alio impetu circumuoluit, circumrotauit. Et conuenit ſignificatione cū uerbis אפן & אנף niſi ꝙ ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe diſſentiant. 2. Sam. 22. Circumrotarunt me procellę mortis. & Pſal. 18. ubi idem uerſus repetitur, Circumuoluerunt me laquei mortis. Pſal. 40. Circūrotarunt ſuper me mala. Ionæ 1. Inuoluerunt me aquæ uſq; ad animam.

INDE NOMINA:

אופן Rota, quæ impetu circumuoluitur, ſed de hoc in themate אפן.

אף Particula indeclinabilis, quę impetum animi notat, & exponi debet ſecundum loci & ſententiæ congruentiam. Eſt enim difficile huiuſmodi affectus animi uocibus aptis exprimere: quidam hanc particulam augmentatiuam uocant, & exponunt etiam, quoq;. Gen. 3. Et dixit ſerpens ad mulierem, Etiam qđ dixit Deus, nō comedetis ex ullo ligno horti. Vbi notabis ꝙ accentibus diuerſis ab inuicem illæ duæ uoculæ כי אף diſtinctæ ſint, nec cohæreant, ſicut alibi quoq; quādo augmentum important. Leuit. 26. Ego quoq; hæc faciam uobis. Et mox iterum: Et ambulabo etiam ego uobiſcum. Gen. 18. Num etiam diſperdes iuſtū cum improbo. 2. Samuelis 20. Et uenerunt quoq; poſt eū. Pſal. 96. Dicite in Gentibus, Iehoua regnat, etiam firmabitur orbis ne commoueatur. Pſal. 138. Super etiam inimicos meos extendes manum tuam. Pſal. 16. Etiam caro mea requieſcet tutò. Et in ſententijs in quibus fit rerum inter ſe collatio, tum in ſententia affirmatiua ualet, idem quod quantomagis, uel multomagis: ut Iob 4. Multomagis habitantes domos luti. Et in ſententia negatiua ualet multominus: ut Ezech. 15. Ecce cum illud eſſet integrū non fiebat pro opere, quāto minus cum ignis deuorauit ipſum, & combuſtum eſt, fiet ex eo opus? Et obſerua ꝙ hæc uocula in compoſitione cum כי ſic אף כי, extra tamen rerum collationem ualet eò quòd. Prouerb. 21. Sacrificium improborū eſt abominatio, eò quòd in ſcelere adducunt illud. Sed in ſentētia in qua fit rerum collatio in oratione affirmatiua ualet quanto magis, multo magis. Prouer. 11. Si iuſto in terra reddetur, quanto magis improbo, & erranti. cap. 15. Infernus & perditio coram Iehoua, quanto magis corda filiorum hominis. 1. Samu. 21. Tamen multo magis dies iſte ſanctificabitur propter uos. Rurſus uero in oratione negatiua ualet multo minus. Prouerb. 17. Non pulchrum eſt ſtulto labium excellentiæ, multo minus principi labium mendacij.

70 אפד Supertexit, ſuperinduit, ſeu ſuperinduxit, operuit adſtringendo. Exod. 29. Et accipies ueſtes & indues Aaronem, ſcilicet tunicam & ſuparum & ipſius Ephod, & Ephod, & rationale, & ſuperindues ei cum artificioſo ipſum Ephod, & pones Tiaram ſuper caput eius, & laminam ſanctitatis ſuper Tiaram. Leuit. 8. Et apposuit ſuper eum tunicam, & cinxit eum baltheo. & induit eum ſuparo, & ſuperinduit ſuper eum Ephod, & cinxit eum cum artificioſo ipſius Ephod, & ſuperaſtrinxit illum cū eo. Vocat autem Artificioſum, aſtrictorium ſeu cingulum, quod eiuſdem erat materiæ, & eodem artificio factum, & aliàs אפדה Moſes appellat.

INDE NOMINA:

אפוד Veſtimenti genus, quod ſuperinduebatur ueſtibus interioribus. Septuaginta uerterunt ἐπωμίδα, id eſt ſuperhumerale, tegebat enim humeros & thoracem, & interiores ueſtes eo rectæ ad corpus conſtringebātur, eratq; ſacerdoti in ſpirituali ſua militia,

militia,& cultu,ut bellatori thorax. Erant autem duo genera, alterum erat, quo ſummus ſacerdos tantum induebatur, quod ita deſcribitur Exod. 28. Et faciant Ephod ex auro, hyacintho & purpura, cocco bis tincto, & byſſo retorta, factura polymite, duo humeri conſociationes erunt illi in duabus extremitatibus eius etiam conſociatio, & accipies duos lapides Onychinos, & ſculpes in eos nomina filiorũ Iſrael, & pones duos illos lapides ſuper humeros Ephod, &c. 1. Samuelis 2. Eligendo eum ex omnibus baculis Iſrael mihi in ſacerdotem, ut offerret ſuper altare meum & adoleret incenſum, & portaret Ephod coram me. & cap. 14. Erat ſacerdos ipſius Iehoua in Silo portans Ephod. Et cap. 23. Et dixit ad Abiathar ſacerdotem, applica Ephod. & cap. 30. Et dixit Dauid ad Abiathar ſacerdotem filium Achimelech, applica nunc mihi Ephod, & attulit Abiathar Ephod ad Dauid, & interrogauit in Iehoua dicens, perſequár ne incurſores iſtos &c. Alterum Ephod ex lino factum, & illud geſtabant omnes alij ſacerdotes & Leuitæ ac reges, quando miniſtrabant, quia in militia illa ſua erat illis etiam thoracis loco. 1. Samuelis 2. Et Samuel miniſtrabat coram Iehoua accinctus Ephod lineo. & cap. 22. Et interfecit in die illa octoginta quinq; uiros portantes Ephod lineum. 2. Samuelis 6. Et Dauid accinctus erat Ephod lineo, ac Dauid totaq; domus Iſrael adducebant arcam Iehoua.

אֲפֻדַּת Et in ſtatu regiminis אֲפֻדַּת operimentum. Ieſaiæ 30. Et operietis operimentum argenti tui & operimentum fuſilis auri tui. Et cum affixis. Exod. 28. & 39. Et artificioſum operimenti eius, quod eſt ſuper illo, ſicut factura eius ex illo erit, ex auro, hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byſſo retorta.

אַפַּדְנָא Tectorium, operimentum pretioſum, aulæum, quod conſtringebatur, & arbitror eſſe Chaldæum. Dan. 11. Et inferet tentoria aulæi ſui inter maria. Et Iere. 43. uertit

71 Chaldæus paraphraſtes nomine שַׁפְרִיר id eſt aulæum.

# אפה

Coxit, ſcilicet in furno panes. Et conuenit generali ſignificatione cum uerbis אנה & אפה quæ æſtuationẽ ſimul important, niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe uarient. Ieſaiæ 44. Et coquet panem. Leuit. 24. Et coques eam. Et mox iterum, Atq; etiam coxi iuxta prunas panem. Exod. 16. Quod cocturi eſtis, coquite.

Participium præſens maſculini generis, ſeu potius nomen participiale אֹפֶה piſtor. Gen. 40. Factura piſtoris. Oſeæ 7. Quaſi clybanus incenſus à piſtore. Et pluraliter אֹפִים Gen. 40. Et uidit princeps piſtorum. Et in genere fœminino אֹפוֹת. 1. Samuelis 8. Et in piſtrices. In uoce paſſiua תֵּאָפֶה coctus eſt. Leuit. 6. Non coquetur fermentum. Leuit. 23. Non fermento coquentur.

INDE NOMINA:

אֹפֶה Piſtor, de hoc in participio.

מַאֲפֶה Coctio, coctura. Leuit. 2. Cocturam furni.

תֻּפִינֵי Nomen pluralis numeri tantum. Leuit. 6. Coctiones oblationis.

אֵיפָה Nomen menſuræ frumentariæ, id eſt, aridorum, quæ ſcilicet coquuntur in fornace. Licebit uertere Modium. Exo. 16. Et Homer decima pars Epha, id eſt, modij. Deut. 25. Non ſit in domo tua Epha & Epha, id eſt, diuerſi modij, magnus ſcilicet & paruus. In ſtatu regiminis אֵיפַת. 1. Sam. 17. Modium polentæ huius. Legitur tamen ſemel איפה inuariatum in ſtatu regiminis. Ruth 2. Quaſi modium hordei.

אֵיפֹא & אֵיפֹה Vide in themate אַיֵּה.

72

# אפל

Caliginoſus, nomen adiectiuum. Amos 5. Et caliginoſus, & non ſplendor illi.

אֹפֶל Caligo, obſcuritas, & modo tantum ſignificandi differt à nomine עֹפֶל. Iob 3. Noctem ipſam accipiat caligo. & cap. 10. Sicut caligo. & cap. 30. Expectabam lucem, & uenit caligo. Pſal. 11. Vt iaculẽtur in caligine rectos corde. Pſal. 91. A peſte, quæ in caligine ambulabit. Et in genere fœminino אֲפֵלָה Exod. 10. Et facta eſt tene-

bra caliginis. Deut. 28. Quemadmodum palpat cæcus in caligine. Prouerb. 4. Vir improborum in caligine. Iere. 23. Sicut lubricitas in caligine. Et cum affixo. Ieſaiæ 58. Et caligo tua erit ſicut meridies. Et pluraliter אֲפֵלוֹת Ieſaiæ 59. In caliginibus ambulamus, id eſt, multa caligine. Et tranſpoſito punctulo אֲפֵילוֹת Exo. 9. Quia caligines ipſa, ſcilicet ſerotina. Et forma notat differre modo ſignificandi à ſuperiore, quod non ſit qualitatis, ſed temporis.

מַאְפֵל Caligo. Ioſue 24. Et poſuit caliginem inter ipſos & inter Aegyptios. Et in genere fœminino.

מַאְפֵלְיָה Caligo. Iere. 2. Aut terra caliginis.

אֹפֶן Rota: uide thema eius פָּנָה.

73 אָפֵס Abſumptum eſt, terminatum, finitum eſt, deſijt, ceſſauit, ut amplius rei nihil ſuperſit: congruit ſignificatione cum uerbis פסס & אָסַף סוּף niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant. Geneſ. 47. Quare morimur coram te, cum defecerit argentum. Et mox iterum: Si defecerit argentum. Pſal. 77. Num ceſſauit perpetuo beneficentia eius. Ieſaiæ 16. Quoniam defecit emunctor. Ieſaiæ 29. Defecit præualidus.

INDE NOMINA:

אֶפֶס Defectus, ceſſatio, finis, terminus ultra quem nihil eius amplius ſupereſt: quanquam ſingulariter in lingua Latina commodius uerti non poſſit, niſi pro particula excluſiua, ſeu determinatiua, quæ tamen ſecundum circumſtantias in oratione, & conſtructionem cum alijs particulis modum ſignificandi uariat, ſicut ex ſubiectis exemplis cognoſcere licebit. Primo, ſeorſim & abſolutè idem ualet quod excluſiua particula, niſi, ſolum, tantum, ſolummodo, tantummodo. Num. 22. Vade cum uiris, & tantum uerbum, quod loquar ad te, illud loquaris. cap. 23. Niſi patrem eius uideas. Deut. 32. Et ſolum concluſus & derelictus. 2. Regum. 14. Solummodo claudus & derelictus. Ieſaiæ 45. Et non amplius niſi Deus. cap. 46. Quoniam ego Deus & non eſt amplius deus. Secundo, nihil, nihilum. Ieſaiæ 41. Nihilum ſunt inſtituta eorum. Et ibidem mox iterum: Vt cognoſcant ab ortu ſolis, & a ueſpera, quòd nihilum ſit præter me.

הַאֶפֶס An nemo. 2. Samuelis 9. An nemo amplius de domo Saulis?

בְּאֶפֶס In non, id eſt, ſine, abſque. Iob 7. Dies mei leuiores radio textoris, & conſumuntur abſque ſpe. Prouerbiorũ 14. Et abſque populo metus principi. cap. 26. Et abſque lignis extinguitur ignis. Ieſaiæ 52. Et Aſſur in non iniuria affecit eum, id eſt abſque cauſa. Danielis 8. Et abſque manu confringetur.

כְּאֶפֶס Ieſaiæ 41. Erunt quaſi nihilum uiri belli tui.

מֵאֶפֶס Ieſaiæ 40. Pluſquam nihilum & inane reputabimur ab eo.

עַד אֶפֶס Ieſaiæ 5. Væ qui coniungunt domum domui, & agrum agro, donec nihilum.

אֶפֶס כִּי Niſi quod. Num. 13. Niſi quod ualidus eſt populus. Deut. 15. Niſi quod non erit in te egenus. 2. Samuelis 12. Niſi quod occaſionem dediſti conuiciandi. Amos 9. Niſi quod non delendo delebo domum Iacob.

Et in diſtinctione ſententiæ אָפֶס Ieſ. 34. Et omnes principes eius erunt nihilũ. Ezech. 6. Eſt adhuc aliquis tecũ? & dicet ille, nemo. Et in ſtatu affixi mutat prius ſægol in pathah, & alterũ in ſeua. Ieſaiæ 47. & Zophoniæ 2. Hæc ciuitas, quæ dicit in corde ſuo, Ego, præter me non eſt ultra. Et ſequente alio pronomine ſeparato. Ieſaiæ 54. Ecce congregando congregabit ſe abſque me. Et in forma dualis numeri אָפְסַיִם, id eſt termini duo. Vocant autem Hebræi hoc nomine talos duos, eò quod crurium ſunt termini. Ezech. 47. Et traduxit me per aquas; aquas talorum, ſcilicet profunditate. Et in ſtatu affixorum אַפְסֵי termini, fines ultra quos nihil eius eſt amplius. 1. Samuelis 2. Iehoua iudicabit terminos terræ. Pſal. 67. Et timebunt eum omnes termini terræ.

אפד

אמץ Vide in themate מָצָה.

74 אָמַץ Legitur in hac forma tantum in quarta coniugatione הִתְאַמֵּץ, id eſt, coegit, ſeu compulit ſe ad aliquid, uel faciendum, uel omittendum, compreſſit, cohercuit ſe. Et uidetur quandam habere cognationem ſignificatione cum uerbis אָבַר חָבַם & אָבַם niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi differant. 1. Samuelis 13. Et cum faciem ipſius Iehoua exorare non potuiſſem, compulſus obtuli holocauſtum. Geneſis 43. Et lauit, & egreſſus continuit ſe. Eſther 5. Continuit ſe Haman, & ingreſſus domum ſuam miſit, &c. Ieſaiæ 42. Tacui iam olim, obmutui, continui me. & cap. 63. Et uiſcera miſericordiæ tuæ erga me continuerunt ſe. & cap. 67. Nunquid ſuper his continebis te Iehoua, tacebis & affliges nos tam uehementer?

INDE NOMEN:

אָפִיק Singulariter legitur ſemel in ſtatu regiminis, & in abſtracto, uis, uiolentia, rapiditas, curſus, fluxus, impetus. Iob 6. Velut impetus fluuiorum pertranſeunt. Et pluraliter אֲפִיקִים Legitur ſemper in concreto, & eſt tam reale, quàm perſonale. Pſal. 127. Sicut flumina in meridie. Vſurpatur tamen ſicut נַחַל interdum pro continente, id eſt, pro alueo, in quo fluuius delabitur. Ezechielis ſexto, Sic dixit Suſtentator Iehoua montibus & collibus, alueis & uallibus. Et cap. 32. Et aluei implebuntur tecum. Item ubi eſt perſonale. Iob duodecimo, Et cingulum uiolentium laxat. In ſtatu regiminis אֲפִיקֵי. 2. Samuelis 22. & Pſalm. 18. Et uiſi ſunt fluctus maris. Iob 40. Oſſa eius fluxus æris. Pſal. 42. Sicut ceruus glocitat ad fluxus aquarum. Item pro continente. Ezech. 31. Et confractæ ſunt frondes eius in omnibus alueis terræ. Ioelis 4. Et omnes aluei Iehuda manabant aquis. Et perſonaliter. Iob 41. Superbia uiolentium, clypei. Et in ſtatu affixorum. Ieſaiæ 8. Et tranſcendet ſuper omnes alueos eius, & tranſibit omnia littora eius. Ezech. 35. Et ualles tuas & alueos tuos occiſis gladio.

אֵפֶר Cinis, puluis in quem materia uſta redigitur, & contrariam habet ſignificationem à uerbo ſuo פָּרָה: nam cinis prohibet fructificationem & fœcunditatem, & inducit ſterilitatem ac triſtitiam. Differt autem ab עָפָר quod puluerem terræ ſignificat non aduſtum igni. 2. Samuelis 13. Et accepit Thamar cinerem ſuper caput ſuum. Num. 19. Colliget autem uir mundus cinerē uaccæ. Geneſ. 18. Et ſum puluis & cinis. Danielis 9. Vt peterem oratione, & obſecrationibus in ieiunio & ſacco & cinere. Ionæ 3. Et operuit ſaccum & ſedit in cinere. Porro bis legitur in forma אֲפֵר 1. Reg. 20. Et nudauit ſe, cum cinere ſuper facie ſua, id eſt, exuit ueſtem honorationem, quam ut Propheta geſtabat, & ſparſit ſuper faciem ſuam cinerem, ne agnoſceretur à rege. Et mox iterum: Et remouit cinerem ab oculis ſuis. Eſt autem cinis ſignificatio mœroris & luctus.

75 אוֹפִיר Filius Iectan, qui fuit nepos ipſius Sem, fratrem habuit Hauila, atq; iſti duo fratres incoluerunt Indiæ regiones ad Gangem fluuiū, quæ ipſorum nominibus appellatæ, auri fuerunt & lapidū pretioſorum ditiſſimæ. Sicut de Hauila extat teſtimonium Geneſ. 2. Nomen unius fluuij Piſchon, & ipſe eſt qui circuit totam terram Hauila, ubi eſt aurum, & aurum terræ illius eſt optimum. Deinde auri in Ophir mentio fit cùm alibi ſæpius, tum 1. Reg. 9. in hæc uerba: Et miſit Hiram in claſſe illa ſeruos ſuos, uiros nauticos, & gnaros maris cū ſeruis Salomonis in Ophir, ſumptum inde aurum quadringentorum uiginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem &c. Noſtri autem aurum Ophir, corrupto uocabulo appellarunt Obrizum quaſi Ophirizum. Inde abſolutè pro auro obrizo nomen regionis figuratè legitur. Iob 22. Et pones ſicut puluerem aurum, & ut ſilicem fluuiorum Ophir, de quo in nominibus פַּז & כֶּתֶם.

76 אָצַל Habet ſignificatione cognationē cum uerbis אָצְלָה & יָצַל נָצַל niſi quòd ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe differāt: ſignificat eñ adſeruare, ſeruare apud ſe, eripere. Gen. 27. Nonne adſeruaſti mihi benedictionē. Num. 11. Et adſeruabo de

ſpiritu, qui eſt ſuper te, & ponam ſuper eos. Et iterum: Et adſeruauit de ſpiritu, ubi aleph litera quieſcit. Eccl. 2. Non adſeruaui ex eis.

In uoce paſſiua נֶאֱצַל Ezech. 42. Propterea adſeruatum erat ab inferioribus & à medijs ab ipſa terra.

INDE NOMINA:

אֵצֶל Nomen eſt, ſed prępoſitionis loco accipitur pro apud, iuxta. Geneſis 41. Et ſteterunt apud uaccas. Leuit. 1. Et proijciet eam iuxta altare. Prou. 7. Et iuxta omnē angulum inſidiabitur. Ier. 35. Quod erat iuxta exedram principum. Ezech. 1. Et ecce rota una erat in terra iuxta animalia. Et in ſtatu affixorū mutat zere in ſęgol & ſęgol in ſeua. Gen. 30. Apud eos. 1. Reg. 20. Apud me. Ezech. 1. Apud eam.

אַצִּילֵי Nomen pluralis numeri tantum, & ſignificat partem ſuperiorem brachij, quam etiam Germani uocant vockeln, Latini cubitos, quibus homines nituntur & adſeruant aliquid. Ezech. 13. Vę cōſuentibus puluinaria pro omnibus axillis manuum.

Dicuntur etiā hoc nomine figuratè optimates populi, quibus ſuſtētatur & adſeruatur populus. Exod. 24. Et ad cubitos filiorum Iſrael non miſit manum ſuam, id eſt, optimates. Ieſaię 41. Et ex cubitis eius uocaui te.

אַצִּילָה Vt יָד pro ſpacio, ita quoque eadem ratione hoc nomen ſpacium, ſeu intercapedinem, ſeu interuallum ſignificat. Ezechielis 41. Sex cubitorum erat locus. Et pluraliter אַצִּילוֹת Ierem. 48. Pone nunc inueteratos & detritos pannos ſubter axillas manuum tuarum.

אָצֵל Nomen loci, cuius fit mentio Zachariæ 14. Quoniam pertingit uallis montium ad Azal.

77 אָצַר Repoſuit, recondidit, recluſit in arctum ſeu arcam. Atq; ſignificatione cōmunicat nonnihil cum uerbis אָצַר נָצַר יָצַר בָּצַר צוּר niſi φ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. 2. Reg. 20. Et quicquid repoſuerunt patres tui.

Participium præſens אוֹצְרִים Amos 3. Qui recondunt fraudem & damnum.

In uoce paſſiua יֵאָצֵר Ieſaię 23. Et erit negociatio eius & merces eius ſancta ipſi Iehoua, non recōdetur, nec reponetur. In tertia coniugatione וָאוֹצְרָה Nehe. 13. Et pręfeci theſaurarium ſuper theſauros Selemiam.

INDE NOMEN,

אוֹצָר Theca, apotheca, theſaurus, penus, cella, & dicitur de omni loco abſtruſo, in quo aliquid reponitur. Item de re qualibet, quę reponitur ut aliquando depromatur. Malach. 3. Inferent omnem decimā in domū theſauri. Et in ſtatu regiminis אוֹצַר Ioſue 6. In theſaurum Iehoua ueniāt. In ſtatu affixorum. Deut. 28. Aperiet Iehoua tibi theſaurū ſuū bonū, nempe cœlos, qui dabunt pluuiā terrę tuæ. Et pluraliter in ſtatu abſoluto אוֹצָרוֹת 1. Paral. 27. Et ſuper theſauros in agro. 2. Paral. 32. Et fecerat ſibi theſauros pro argēto, auro & lapide pretioſo &c. Nehe. 13. Vniuerſus Iehuda attulerunt decimas frumenti, & muſti, & olei in theſauros. Pſal. 33. Congregat quaſi cumulū aquas maris, & tradidit in theſauros abyſſos. In ſtatu regiminis & affixorum אוֹצְרוֹת 1. Reg. 14. Tulit theſauros domus ipſius Iehoua, & theſauros domus regis. 2. Paralip. 11. Et theſauros ciborum olei & uini. Iob 38. An ingreſſus es in theſauros niuis, & theſauros grādinis uidiſti? Deut. 32. Et obſignatum in theſauris meis. Pſal. 135. Qui profert uentum ex theſauris ſuis.

78 אַקּוֹ Nomē animalis feri, quo ueſci Iudæis licebat: Hieronymus uertit tragelaphus. Eſt autem τραγέλαφος ſpecies cerui, qui hirco & ceruo ſimilis eſt barba, uillo autē diſtans, alij hircum ſylueſtrem uocant. Deut. 14. Bubalum, alcen, pygargū &c. aliqui tamen Ibicen eſſe putant. Ego non leuibus argumentis adducor ut credam eſſe Alcen, primò quòd uocem Latinos ab Hebræo mutuatos credo, interpoſita tantum litera l. Deinde ſi etymologiam nominis, & naturam animalis conſideres: nam Hebræis à קוא conturbato & triſti animo dicitur, ſicut & Germanis qui uocant Elend à morbo comitiali, quo quotidie laborare creditur.

79 אָרַר Eſt uerbale, et reale, hoc eſt, ſignificat uel uerbo maledicere, uel re et facto male facere, detrahere, corrodere, ſicut cōtrario modo uerbū בֵּרֵךְ ſignificat uel bene

dicere

dicere uel benefacere, eò q maledictiones & benedictiones ſint efficaces, ideoq; etiam regunt poſt ſe accuſatiuum. Significatione congruit cum uerbis מְאֵר אָרָה מָרָה אור באר מיר זיר niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe parum diſſentiant. Malach. 2. Maledicam benedictiones ueſtras, & maledixi eum. Gen. 12. Et maledicentē te maledicam. Exod. 22. Principē populi tui ne maledicas. Num. 22. & 23. Et nūc obſecro ueni maledic mihi populum iſtum. pro אָרָה seu אָרָה. Iud 5. Maledic maledicendo habitatores eius.

Participium præſens אוֹרְרִים Iob 3. Pręfodiant eum maledicētes diem. Gen. 27. & Num. 24. Maledicentes te ſit maledictus. ponitur autem plurale pro ſingulari, id eſt, quicunq; maledicit tibi ſit maledictus.

Participium præteritū maſculini generis אָרוּר maledictus, id eſt infortunatus. Gen. 3. Maledictus tu præ omni animāte. Deut. 27. Maledictus ille uir, qui fecerit ſculptile. Ierem 17. Maledictus uir qui confidit in homine. Et pluraliter אֲרוּרִים. Sam. 26. Maledicti in cōſpectu Iehoua. Pſal. 119. Increpaſti ſuperbos maledictos.

In genere fœminino אֲרוּרָה Gen. 3. Maledicta terra propter te. 2. Reg. 9. Inuiſite maledictam hanc & ſepelite eam.

In uoce paſſiua legitur tantum participium maſculini generis pluralis numeri נֵאָרִים Malach. 3. In corroſione uos eſtis maledicti.

In ſecunda coniugatione אֵרַר Gen. 5. Maledixit eam Iehoua.

Participium præteritum pluralis numeri מְאָרְרִים Numeri 5. De aquis amaris & maledictis iſtis.

80 In uoce paſſiua יוּאָר Numeri 22. Et quem maledixeris maledicetur.

**אָרַב** Inſidiatus eſt, inſidias ſtruxit clam ut ex inſidijs erūpat, inſidioſè proſpexit. Deuter. 19. Et inſidiatus fuerit ei. Iob 31. Et iuxta ianuam ſodalis mei inſidiatus ſum. Pſalm. 59. Inſidiati ſunt animæ meę. Iudicum 9. Et inſidiare in agro. Prou. 1. Inſidiabimur ſanguini. cap. 24. Ne inſidieris improbe tuguriolo iuſti. cap. 12. Verba improborum inſidiari ſanguini. Iere. 9. In medio eius ponet inſidiari ſuum, id eſt, inſidias ſuas.

Participium præſens & nomen participiale אֹרֵב Threnorum 7. Vrſus inſidians eſt mihi. Ioſue 8. Pone tibi inſidiantem. Et iterum: Et uos ſurgetis de inſidia, id eſt, loco inſidiarum. Et pluraliter אֹרְבִים Iudic. 8. Vos inſidiatores ſitis ciuitati. & cap. 20. Poſuit Iehoua inſidiatores contra filios Ammon.

INDE NOMINA:

אֶרֶב Inſidia, locus inſidiarum, latebra, latibulum. Et in diſtinctione ſententiæ אָרֶב. Iob 37. Et ingredietur beſtia in latebrā. & cap. 38. Cohabitabunt in tugurio ad latebrā.

מַאֲרָב Latebra, latibulum, inſidię. Iudicum 9. Qui erat cum eo ex latibulo. 2. Paralipo. 13. Et inſidiæ poſt eos. Et in ſtatu regiminis מַאֲרַב Sedebat in latibulo atriorum.

אָרְבוֹת Nomen pluralis numeri, ſtatus regiminis, prædationes, capturæ. Ieſaiæ 25. Et humiliabit ſuperbiam eius cum prædationibus manuū eius. Alij pro cubitis, alij pro axillis, alij pro lacertis, alij pro muſculis, ſed iſta omnia nihil ad Rhombum.

אֲרֻבָּה Foramen ſeu feneſtra è qua proſpicitur, ſeu erumpit uel aqua uel fumus latens. Oſeæ 13. Et ſicut fumus è foramine. Et pluraliter אֲרֻבּוֹת. Geneſ. 8. Et obſtructi ſunt fontes Abyſſi, & feneſtrę cœli. 2. Regum 7. Et ſi Iehoua faceret feneſtras in cœlo. Eccleſiaſt. 12. Et obſcurabuntur uidentes per feneſtras. Ieſaiæ 60. Et tanquam columbæ ad feneſtras ſuas.

אַרְבֶּה Locuſta, uide in themate רָבָה

81

**אָרַג** Texuit. Iudic. 16. Si texueris ſeptē cincinnos capitis mei cum pectine. Ieſaiæ 59. Et telas aranei texent. Participium præſens ſeu nomen participiale אֹרֵג. Exod. 28. Factura textoris. Ieſaiæ 38. Præſcidi ſicut textor uitam meam. Legitur ſemel pro iſto artificio ſeu opificio, id eſt, pro textura. Exod. 35. Et textura. Et pluraliter אֹרְגִים. 1. Samuelis 17. & 2. Samuelis 21. Et lignum haſtæ eius ſicut liciatorium textorum. Ieſaiæ 19. Et texentes retia. Et in genere fœminino אֹרְגוֹת. 2. Re-

2.Regum 23.Quę mulieres texebant ibi domos pro luco.

INDE NOMEN,

ארג Inſtrumentum textorium ex ligno fabrefactum in modum nauiculę, & à Latinis radius dicitur. Iudic. 16. Et amouit clauũ radij & liciatorium. Et in diſtinctione ſententię ארג Iob 7. Dies mei leuiores radio.

82 ארה Carpſit, decerpſit, diſcerpſit, auulſit ſcilicet eſculenta. Et non differt, niſi modo ſignificãdi à uerbis מיר & מרה מאר מרר ציר ארר אור. Cantic. 5. Decerpſi myrrham meam. Pſal. 80. Et decerpent eam omnes tranſeuntes uiam.

INDE NOMEN,

ארי Leo, quòd prædã diſcerpat. Prou. 22. Dixit piger, leo eſt foris. & cap. 28. Sicut leo rugiẽs. 1. Sam. 17. Et ueniebat leo. Ieſ. 38. Velut leo, ita confringet omnia oſſa mea.

אריה Leo, & licet exeat in he, tamen ſemper habet adiunctum adiectiuum uel uerbum maſculini. Gen. 49. Catulus leonis, Iehuda. 1. Reg. 13. Et inuenit eum leo in uia. Et mox iterum: Et leo ſtabat iuxta cadauer. Pſal. 7. Ne rapiat uelut leo animã meam. Pſal. 22. Leo rapiens & rugiens. Ioelis 1. Dentes eius, dentes leonis. Aliquãdo tamen ſcribitur he, & tamen non legitur אריה Thren. 3. Leo in abſconditis. Et habet duplicem formã in plurali numero. Semel legitur ארים. 1. Reg. 10. Et duodecim leones ſtantes. pro quo 2. Paral. 9. legitur אריות. altera forma אריות frequentior eſt. 1. Reg. 10. Et duos leones ſtantes iuxta manubria. Iudic. 14. Et ecce catulus leonum. 2. Sam. 1. Et immiſit in eos leones. Nahum 2. Vbi eſt cauerna leonum. Zophoniæ 3. Principes eius in medio ipſius uelut leones rugientes.

אריאל Nomen compoſitum ex ארי, id eſt leo, & אל potens, fortis, quaſi dicat, leo fortis. 2. Sam. 23. & 1. Paralip. 11. Ipſe percuſſit duos Ariel Moab, id eſt, duos leones fortes Moabitarũ. Dicitur etiam hoc nomine figuratè Hieroſolyma, eò quòd ſit leo fortis. Ieſaię 29. Vę Ariel, Ariel, ſedes Dauidis. Et mox iterum: Preſſuram faciam Arieli, & erit mœror & mœſtitia, & erit mihi uelut Ariel, id eſt, quę ſcilicet decerpam, & dilaniabo. u. d. prius fuit leo fortis, qui alios diſcerpſit, nũc ego tibi ero leo fortis, & diſcerptor. Sed illud quod Ezech. 43. legitur הריאל, idem ſignificat, quod mons Dei. Licet mox poſtea ſcribatur אריאל, & utrunq; pro altari. Et Harel quatuor cubiti, & de Ariel, & supernè cornua quatuor.

ארוות & ארוה Vide de illis in themate אור.

83 ארז Arboris nomen, quam Græci & Latini uerterunt cedrum, & arbitror à uerbo רזה eſſe deriuatum, & dictum à gracilitate, & proceritate. In ſcriptura cõmendatur etiam à durabilitate. 1. Reg. 4. Et loquutus eſt de lignis à cedro, quæ eſt in Libano, uſq; ad Eſopum, quę egreditur de pariete. Leuit. 14. Et lignũ cedri. Ieſaiæ 41. Ponam in deſertum cedrum. Iere. 18. Et erit in cedrũ amplam. Et in diſtinctione ſententię ארז Iob. 40. Cauda eius inſtar cedri. Et pluraliter ארזים. 1. Reg. 7. Super quatuor ordines columnarum cedrorum, & trabes cedrorum. Amos 2. Cuius altitudo erat quaſi proceritas cedrorum. Et in ſtatu regiminis ארזי Pſal. 29. Et frangit Iehoua cedros Libani. Pſalm. 8. Et rami eius ſicut cedri dei, id eſt, quas deus plantauit. Et cum affixis. 2. Reg. 23. Et ſuccidit ſtaturam cedrorum eius. Zach. 11. Et conſumet ignis cedros tuos.

ארזה Cedratum, id eſt, ex cedris factum. Zoph. 2. Quoniam cedratum euacuabit.

ארזים Nomen participiale, cedrata. Ezech. 27. Et cedrata in negociationem tuam.

ארגז Arca, arcula, ciſta, ſcilicet ex cedro, inſerta litera gimel. 1. Samuelis 6. Ponetis in arculam ad latus eius.

84 ארח Iter fecit, ambulauit pedes in ſemita, promouit eundo, progreſſus eſt, profectus eſt, perrexit: & ut litera parum, ita modo tantum ſignificandi uariat à uerbo ארח item à uerbis רוח & ירח. Iob 34. Et iter faciet in ſocietate cum operantibus iniquitatem. Participium præſens ארח quod nominaliter accipitur, uiator. Iudicum 19. Et uidit uirum uiatorem in platea ciuitatis. 2. Samuelis 12. Et pepercit ſumere de ouibus ſuis, & de armentis ſuis, ut faceret pro uiatore, qui uene-

uenerat illi. Et pluraliter אֹרְחִים Iere.9. Quis dabit mihi in deſerto diuerſorium uiatorum.

INDE NOMINA:

אֹרַח Semita quæ longa eſt & protenſa, ſed non lata, qua pedites migrare ſolent. Et transfertur quoq; ad morem & conſuetudinem, longo tempore tritam & introductam, item ad conuerſationē. Iob 16. Et ſemita non reuertar, qua abibo. Pſal. 16. Cognoſcere fac me ſemitam uitę. Gen. 18. Ceſſauerat eſſe Sarę ſemita ſecundū mulieres. Iob 22. Num uiam ſeculi cuſtodis, quam calcauerūt homines iniquitatum. & cap. 34. Quoniā opus hominis perſoluet ei, iuxta uiam uiri faciet inuenire eum.

In ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz. Iob 19. Viam meam ſepiuit ut non tranſgrediar. Pſal. 44. Neq; declines greſſus meos à ſemita tua. Pſal. 119. In quo mundabit puer ſemitā ſuam. Et pluraliter אֳרָחוֹת Iudic. 5. In diebus Iael ceſſauerunt ſemitæ & ambulantes in ſemitis in uijs, abierunt per ſemitas obliquas. In ſtatu regiminis & affixorum אָרְחוֹת Iob 6. Recedent per itinera uię ipſorum. Iob 8. Sic ſunt ſemitæ omnium obliuiſcentium dei. Pſal. 25. Omnes ſemitę Iehoua beneuolentia & ueritas. Iob 13. Et cuſtodis omnes uias meas.

אֹרְחָה Viatorium, id eſt, turba uiatorum, comitatus. In ſtatu regiminis אֹרְחַת Gen. 37. Et ecce comitatus Iſmaelitarum uenit.

אֲרֻחָה Conſuetum, uſitatum demenſum ſcilicet cibi. Iere. 40. Et dedit ei magiſter macellariorū conſuetum, & honorarium. Et in ſtatu regiminis אֲרֻחַת Iere. 52. Et conſuetum eius conſuetum continui datum eſt ei à rege. Prouerb. 15. Melius eſt conſue-

85 tum herbę, & dilectio ibi.

אָרַךְ Prolongatum eſt, progreſſum eſt, promotum eſt, productū eſt. Et ut affinitate literarū, ita ſignificatione congruit cū uerbo אָרַח, niſi quòd modo ſignificandi differāt. Gen. 26. Et factū eſt cum prolongati ſunt ei ibi dies. Ezech. 12. Et prolongabūtur dies & auferetur omnis uiſio. & cap. 31. Et prolongati ſunt rami eius.

In tertia coniugatione הֶאֱרִיךְ Prou. 19. Intelligentia hominis prolongauit iram ſuam, id eſt, pœnam ſeu uindictam. Pſal. 129. Prolongauerūt oppreſſionem ſuam. Deut. 22. Et prolōgabit dies. 1. Reg. 3. Et prolongabo dies tuos. Deut. 5. Et prolongabitis dies ſuper terra. Ieſaiæ 54. Prolonga funes tuos. & cap. 48. Prolongabo irā meam. Prou. 28. Odiens auaritiam prolongabit dies. Deut. 4. Et prolonges dies. Deut. 30. Nō prolongabitis dies. Num. 9. Et in prolongando nubē ſupra tentoriū.

Participiū præſens מַאֲרִיךְ Eccleſ. 7. Et eſt improbus prolongans in malitia ſua. & cap. 8. Et prolongans ei.

INDE NOMINA:

אֶרֶךְ Longus. Pſal. 86. Longus irarum, id eſt, tardus ad pœnam ſeu uindictā. Ezech. 17. Aquila grandis, longa alarum. Et cum lamed tranſit in naturam abſtracti. Iere. 15. Ne in longitudine iræ tuę tollas me.

אֹרֶךְ Longitudo. Exod. 27. Quinque cubitorum erat longitudo. Gen. 6. Trecentorum cubitorum longitudo arcæ. Prouer. 3. Quia longitudo dierum. Et in ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz. Geneſ. 13. In longitudinem eius. Exod. 28. Palmus erit longitudo eius.

אֲרֻכָּה Nomē adiectiuū generis fœminini. 2. Sam. 3. Et fuit bellum lōgum. Iob 11. Lōgior eſt, quàm terra menſura eius. 2. Paralip. 24. Et impoſitū eſt longum operi manuū ipſorum, id eſt, cæmentatio, curatio, & tranſlatitiū nomen à Chirurgis ſumptum, qui ex arte ſua emplaſtra ſic uocant. Item Nehemię 4. Quia ſuperimpoſitū eſt longum muris Ieruſalem. Iere. 29. Longum eſt, ædificate domos, id eſt, cęmentū, quo conglutinantur muri. & cap. 30. Ecce ego ſuperimponam ei longum & medicinam Et in ſtatu regiminis אֲרֻכַת Iere. 8. Quare non ſuperimpoſitum eſt longum

86 filię populi mei. Et cum affixo. Ieſ. 58. Et longum tuum feſtinanter germinabit.

אֲרָם Filius fuit Sem, nepos Noach. Gen. 10. A quo tota terra Armenia nomē ſortita eſt. Et ſi etymologiā ſpectaueris, à ſitus altitudine nomē exiſtere certū eſt. Equidem omniū in toto terrarum orbe Armeniam celſiſſimam eſſe, uel eo ſcripturę teſtimonio

teſtimonio euinci poteſt, quod in montanis אֲרָרָט quæ pars eius exiſtit exacto diluuio arcam Noach reſediſſe Moſes teſtatur. Geneſ. 8. Deinde Amos cap. 9. ſui uaticinij refert translatos ex Kir in Armeniam, quæ Kir ſi non eſt illa in Aſſyria, ſed quæ in Moab ſita eſt, in qua eſt prouincia שׁוּר, ſequitur certè ex illo euentu poſtea dictam Syriam, quæ prius appellata erat Armenia: quanquam adhuc aliqua pars Armeniæ primæuũ nomen retinuerit. Porro ut longa & lata eſt, ita quoq; in multas regiones ſecundum urbes earum diſtinctis appellationibus cognominatam legimus. Sic regio in qua Damaſcus eſt ſita אֲרַם דַּמֶּשֶׂק Syria Damaſci dicitur. 2. Sam. 8. Et Syria in qua צוֹבָה eſt ſita Zoba, ſeu אֲרַם צוֹבָה dicitur. Eſt autẽ illa, quæ inter Libanum & Antilibanum iacet & corrupto uocabulo caua Syria, & à Græcis Cœle ob demiſſam à decliuitate montium planiciem, id quod צוֹבָה Hebræis ſonat, dicta eſt. 2. Sam. 8. & Pſal. 60. Sic אֲרַם נַהֲרַיִם Syria duorum fluuiorum, quę haud dubiè illa eſt, quæ Græcis μισοποταμία, Latinis interamnis dicitur, eò quòd inter Euphratem & Tygrim ſita eſt. Inſuper etiam אֲרַם מַעֲכָא forte à מַעֲכָה filio Hachor ex Rheuma uxore, qui ciuitatẽ de ſuo nomine appellauit, dicta eſt. Nunc itaq; textũ ex 2. Sam. 8. recitabo de illis Syrię partibus, qui ita ſonat: Et miſit Hannun, & filij Amnon mille talenta argenti ad conducendum ſibi ex Syria fluuiorũ, & ex Syria Maacha, & de Zoba currus & equites. Atq; eadem hiſtoria antea recitata his uerbis. 2. Sam. 10. Et conduxerunt mercede Syrum domus Rechab, & Syrum Zoba, uiginti millia peditum, & regem Maachę mille uitos. Et iterum: Et Syri Zoba, & Rechob, & Iſtob, & Maacha ſoli erant in agro.

אֲרַמִּי Armenius, Syrius, nomen gentile. Et in genere fœminino אֲרַמִּית Eſdrę 4. Scri-
87 pta Syriaca ſcilicet lingua, uel Syriacè. Et iterum: Et declaratio Syriaca.

אֶרֶז Arboris nomen, quam alij cedrum, alij pinum, alij abietem, alij ornum eſſe putant. Chaldæus uertit אַרְזָא, quidam haud uulgariter docti exiſtimant eam eſſe arborẽ, quam Germani uocant lerchen baum aptam fabricandis ciſtis, & quę non facile putreſcit. Ieſai. 44. Et plantauit cedrum, quam pluuia creſcere fecit.

אָרוֹן Arca, ciſta, capſa ex arbore illa fabrefacta. Gen. 50. Et condierunt eum aromatibus, & repoſitus eſt in arcam in Ægypto. ubi Chaldæus uertit אֲרוֹנָא. Et in ſtatu regiminis אֲרוֹן 2. Reg. 12. Et accepit Iehoiada ſacerdos arcã unam, & fodit foramen in eius ianuam. Cæterum crebra fit mentio in Moſe arcæ cuiuſdam, quæ in ſacratiſſimo tabernaculi loco collocata fuit, cuius materia unde conſtructa fuit atq; adeò tota diſpoſitio deſcripta extat Exod. 25. Hæc dicitur arca Iehoua. Ioſue 4. Et arca dei. 1. Sam. 3. in quam quia Moſes ex mandato Dei teſtimonium repoſuerat, ſępiſſime arca teſtimonij ſeu teſtamẽti. Item arca pacti Iehoua. Num. 10. Deut. 10. dicitur. Quod uero fuerit illud teſtamentũ, ſeu pactum, id conſtat ex 1. Regum 8. & 2. Paralip. 5. Eamq; etiã ob cauſam dicitur arca fortitudinis. 2. Paral. 4. & Pſal. 132. Item arca ſanctitatis. 2. Paralip. 35.

תֹּרֶן Malus arbor, à qua uelum in naui dependet, & expanditur. de qua in ſuo loco.

אֶרֶץ Vide in themate רוּץ.

88

אֲרֶשֶׁת Nomen, & ſignificat eiectionem ſcilicet uerborum ſeu ſermonis, id eſt, enunciationem, pronunciationem, eloquutionem, & cognationem habet cum uerbis יָרַשׁ & גָּרַשׁ. Et legitur tantum ſemel. Pſal. 21. Elocutionem labiorum
89 eius non prohibuiſti.

אֵרַשׂ Verbum uſitatum tantum in ſecunda cõiugatione, & idem ſignificat quod Latinis deſponſare. Deut. 20. Et quis eſt uir, qui deſponſauit mulierem. 2. Samu. 3. Quam deſponſaui mihi. Oſeæ 2. Et deſponſabo te mihi in fide.

In uoce paſſiua אֹרַשׂ Exod. 22. Et ſi perſuaſerit aliquis uirginem, quæ non deſponſata fuit, concubueritq; cum ea. Deut. 22. Quando inuenerit aliquis puellam uirginem, quæ non deſponſata fuit. & cap. 28. Mulierem deſponſabis, & uir alius ſubagitabit eam.

Participiũ præteritũ מְאֹרָשָׂה Deut. 22. Cum fuerit puella uirgo, deſpõſata uiro.

90 **אֵשׁ** Ignis, nomen ſubſtantiuum, & eſt Hebræis dictus uel ab אנש quòd res inſanabi liter abſumat, ideo illi uerbũ אָכַל attribuič, uel ꝙ ipſe fundamentaliter rebus inſit, quanquã ab effectionibus aliquando pro afflictione, interdũ pro luce & fulgure, aliquando pro exploratione & probatione tranſſumitur, ſicut paulo inferius perſpicuum faciemus exemplis. Gene. 22. Ecce ignis & ligna. Exod. 13. In columna ignis ad illuminandum illis. Pſal. 74. Et tota nocte in luce ignis. Pſal. 66. Ingreſſi ſumus per ignem & per aquas, & eduxiſti nos in irriguum. Thren. 1. Miſit ignem in oſſa mea. Amos 2. Mittam ignem in domũ Azacel. Iere. 15. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, &c.

אִשֶּׁה Oblatio, ſeu ſacrificium igni deſtinatũ: nos appellabimus ignitam. Exod. 29. Ignita Iehoua eſt. Et pluraliter in ſtatu regiminis אִשֵּׁי Leuitic. 4. Pro ignitis Iehoua. 1. Sam. 2. Et dedi domui patris tui omnes ignitas filiorum Iſrael. Et cum affixo. Leuit. 6. De ignitis meis.

אָשְׁיוֹת Nomen pluralis numeri tantum, fundamenta, quæ ſcilicet poſita ſunt antiquitus. Et deriuatum eſt à uerbo שׁוּת poſuit. Iere. 50. Ceciderũt fundamẽta eius. pro quo in lingua Chaldæa אושיא Et in ſtatu regiminis geminata litera ſchin אֲשִׁישֵׁי Ieſ. 16. Super fundamẽta Kirhareſeth gemetis. Eſt & hoc nomine uas dictum, quod tantum continet, quantum quis per diem ebibit, id eſt, ſtatum & conſtitutum poculum, certa & ſtatuta menſura uini. Et putant quidam nomen Aſſis hinc proueniſſe. Oſeæ 3. Et diligentes conſtitutum uuarum, id eſt calicem uini. Et in genere fœminino אֲשִׁישָׁה 2. Sam. 6. Et conſtitutum unum, id eſt, calicem conſtitutum. Et pluraliter אֲשִׁישׁוֹת Cantic. 2. Suſtentate me calicibus.

INDE VERBVM,

הִתְאֹשֵׁשׁ Quartæ coniugationis, fundatus eſt. Ieſaiæ 46. Mementote hoc & fundamenta ſitis, ſeu fundati ſitis. Aliqui tamen à nomine איש deducentes, ſic exponunt: Viriliter agite.

אֲשֻׁר Vide in themate שָׁוַר.

91 **אֶשֶׁךְ** Et in diſtinctione ſententiæ אָשֶׁךְ teſticulus. Leuit. 21. Vel cõtuſus teſticulo. Vlpianus De uerborum ſignificatione uocat talem θλασίαν.

92 **אֶשֶׁל** Nomen collectiuum, arbor, arboretum, nemus plantatum. Et ut אֲשֵׁרָה lucus à beatitudine & felicitate, ita אֶשֶׁל ab שָׁלָה incolumitate, & tranquillitate & ſalute dicitur. Geneſ. 21. Et plantauit nemus in Berſeba. 1. Sam. 22. Et Saul ſedebat in Gibea ſub nemore in Rama. & cap. 31. Et accipientes oſſa eorum ſepelierunt iuxta nemus in Iabes.

93 **אָשַׁם** In continuitate ſententiæ habet ſub altera litera pathah, at in diſtinctione zere אָשֵׁם. Et ſignificat aliquem propter culpam ſeu pœnam eſſe afflandum, ut cum flatu quodam fiat abominationi & horrori: Zum pfu werden. Habet congruentiam ſignificatione cum uerbis שׁוּם & יָשַׁם בָּשַׁם שָׁמַם שָׁמָה niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Leuit. 4. Et fecerit unum ex omnibus præceptis, quæ fieri non debent in ignorantia afflabilis erit. Et mox iterum: Si afflabilis erit in uno illorum. & cap. 5. Oblatio afflatus eſt, cum afflabilis fuerit afflatu cõtra Iehoua. Num. 5. Si fecerit aliquod delictum contra hominem, & præuaricando præuaricauerit, afflabilis erit anima illa. 2. Paralip. 19. Sic facietis & nõ afflabiles eritis. Prou. 30. Ne traducas ſeruũ apud Suſtentatorẽ ſuũ, ne maledicat tibi, & afflabilis fias. Ieſaiæ 24. Propterea maledictio abſumit terrã: afflabiles enim ſunt, qui eã inhabitant. Ezech. 6. Et excelſa deſtruentur, & afflabilia erũt altaria, uel afflabuntur. & cap. 25. Et afflabiles facti ſunt afflatu, ꝙ uindictam ſumpſerunt de illis. Iudic. 21. Quoniã nõ dediſtis eis eo tpe, quo afflabiles eratis, id eſt, debebatis. Oſeæ 5. Ibo & reuertar ad locum meum, donec afflatio erunt, & quærant faciem meam. & cap. 10. Diuiſum eſt cor eorum, nunc agnoſcunt afflatum, id eſt, culpam. Habak. 1. Tunc ſumet ſpiritum, & perget, & afflabitur. Zach. 11. Paſce oues occi-

ſionis, quas domini eorum occidunt, neq; afflatum, id eſt reatum agnoſcunt.

In uoce paſſiua נֶאְשָׁמוּ legitur tantum Ioclis.1. Et greges ouium afflatæ ſunt.

In tertia coniugatione הַאֲשִׁימֵם. Pſal.5. Fac eos afflari, ut decidant in conſilijs ſuis, id eſt perage eos reos.

INDE NOMINA:

אֲשֵׁמִים Nomen pluralis numeri tantum. Gen.42. Viri afflabiles ſumus propter fratrē noſtrum. Eſd.10. Et afflabiles arietem gregis, id eſt, rei culpabiles.

אָשָׁם Culpa aut pœna ſuper qua flatur, & à qua abhorremus. Gen.26. Cur hoc feciſti nobis: parum abfuit, quin cōcubuiſſet unus ex populo cum uxore tua, & induxiſſes ſuper nos afflatum, id eſt, reatum. Prou.14. Stulti ſubſannant afflatum. Porro in ritu ſacrificiorū accipitur pro hoſtia ſeu uictima, quæ pro expiando delicto immolatur, & Latini piaculum uocant. Leuit.5. Et ſacerdos propiciabitur ſub ipſo cum ariete afflationis, afflandę. Et iterū: Hæc eſt uictima, ſi quis afflāda afflabilis, i. reus eſt factus ipſi Iehoua. cap.7. In loco ubi iugulant holocauſtū, ibi quoq; mactabūt afflandam, id eſt hoſtiam pro afflanda. 2. Reg.12. Et pecunia afflandæ non deferebatur in domum Iehoua, ſed ſacerdotum erat. Ieſaiæ 53. Si poſueris afflandam, animam eius, uidebit ſemē, &c. Paulus Rom.8. & 2. Cor.5. uertit Grçca uoce ἁμαρτία.

Vſurpatur etiā pro re aliqua, dolo aut furto uel rapina ablata, quæ iuxta legem tenetur reſtitui. Num.5. Et confiteantur delictum ſuum, quod fecerunt, & reſtituant afflandam ſuam in capitali ſuo, & quintam partem addant ſuper eo. Item pro piaculo, id eſt uerbo ſeu re expiatione digna. 2. Sam.14. Et uerbum quod Rex loquitur, hoc quaſi afflatio eſt. Et in forma fœminea אַשְׁמָה. Leuit.22. Et onerauerint ſeipſos iniquitate afflādæ. 1. Paral.21. Quare erit in afflandā Iſrael, id eſt, culpa.

In ſtatu regiminis אַשְׁמַת Leu.4. Si ſacerdos qui unctus eſt deliquerit ad afflationē populi, id eſt, ut populus ſimiliter afflabilis fiat. Amos 8. Qui iurant per afflandam Samariæ. ubi uitulo propheta hoc nomen tribuit. In ſtatu affixorū. 2. Paralip.24. Et facta eſt ira ſuper Iehuda & Ieruſalem propter afflatū eorū. Eſd.9. Et afflatus noſter magnus eſt uſq; ad cœlum. Et pluraliter אַשְׁמוֹת 2. Paralip.28. An non ſunt apud nos afflati contra Iehoua deum ueſtrum. Pſal.69. Iehoua tu noſti ſtultitiam meam, & afflatus mei non ſunt abs te abſconditi.

אַשְׁמַן Cuius plurale אַשְׁמַנִּים ſepulchra, loca ſuper quibus afflatur, damnata & rea mortuorum. Ieſaiæ 59. In afflandis ſicut mortui, id eſt, in locis damnatis, quæ propter immundiciem nephas erat attingere. Exiſtimo autem nō leui coniectura illā eſſe uocem, qua Chriſtus lingua ſua eſt uſus Matth.23. Væ, inquiens, uobis Scribis & Phariſæis hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent ſpecioſa, intus uerò plena ſunt oſſibus mortuorum, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας omniq; ſpurcitia. ubi interpres nomen hoc pluralis numeri, uoce uniuerſali Omnis, deinde ipſum nomen, nomine ἀκαθαρσία, quo non potuit inuenire ſignificatione magis proprium, reddere ſtuduit.

94 אַשָּׁפִים Vox eſt peregrina, qua Chaldæi magos ſuos appellāt. Et ſi ex Hebræo etymologiā petere licebit, idē ſonat qd' afflari Legitur Dan.1. Omnes magos & afflatos. Et cap.2. Vt aduocarent magos & afflatos. & ſignificatione congruere uidetur cum נשף & נשם אָשַׁם, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient.

אַשְׁפָּה אַשְׁפֹּת De illis in themate שָׁפַת.

95 אָשַׁר Verbū ſecundæ coniugationis, uocis actiuæ. Et quādo ad uiā referſ ſignificat recto pede incedere, rectà ingredi, rectà ambulare, ut neq; ad dextrā, neq; ad ſiniſtrā deflectas, dirigere greſſum: magnāq; habet cognationē ſignificatiōe cū uerbis שור & יָשַׁר, niſi q; ut forma, ita modó ſignificandi inter ſe differant. Et Paulus Apoſtolus reddidiſſe uidetur uerbo Græco ὀρθοποδεῖν. Gal.2. Vbi uidiſſem q; nō recto pede incederēt ad ueritatē Euāgelij &c. Prou.4. Et ne incedas in uia malorū. cap.9. Et ingredimini uiā intelligētiæ. cap.23. Et gradere in uia cordis tui.

Secun-

Secundo,ſi de hominibus dicitur, tum ſicut שכל per metalepſin ſignificat eſſe felicem ac fortunatũ,ita hoc quoq; uerbum אשר ſignificat beare,beatum, felicem facere uerbis,uel facto,ut omnia ex animi ſententia ſuccedant.Ieſaiæ 1.Beatum facite perturbatum,ius dicite pupillo.Gen.30.Beatam me dicent filiæ,uocauitq; nomen eius Aſſer.Iob.29.Quãdo auris audiebat,ſtatim beatum prędicabat me.Pſal. 72.Omnes gentes beatum eum prædicabunt.

Participium præſens מאשרים Malach.3.Euge nos deinceps beatos prædicabimus,qui ſunt temerarij. Et in ſtatu affixorum ſine dagges.Ieſaiæ 3.Et qui beatũ prædicant te,illi ſeducunt,& uiam ſemitarũ tuarum pręcipitant.Chaldæus quoq; reddidit uerbo שבח. Licet alij exiſtiment Prophetã feciſſe antitheſin, & ſic interpretantur:Rectores tui ſunt ſeductores. Sic idem cap. 9. Qui beatum prædicant populum,illi ſeducunt,& qui erant beati prædicati,ſunt præcipitati. quod ſimiliter aliqui ita uertendum cenſent:Rectores tui ſunt ſeductores,& qui debebant dirigi,ſunt pręcipitati.Etſi ſciam Prophetas gaudere talibus alluſionibus ex antitheſi ſumptis,bonamq; gignat ſententiam,ſi pro rectoribus ſeu directoribus interpreteris, tamen prior expoſitio magis arridet, eò ꝙ loquatur de falſis prophetis, qui populum de peccatis non arguunt,nec ad pœnitentiam hortantur,quin potius adulantur & ſecurum faciunt,ꝙ propter cultus ſuos & ſacrificia beati ſint atq; felices, neque ulla eos maneat calamitas. Sicut & Dauid de eiuſmodi concionatur Pſal.144.Beatus populus cui ſic eſt.ſed ipſe contrarium docens,inquit,Beatus cuius Iehoua deus eius.

Participium præteritum מאשר quod nominaliter accipitur,beatitudo.Prou.3. Lignum uitæ,ipſa eſt apprehendentibus eam,& tenentibus eam,beatitudo.

In uoce paſſiua אֻשַּׁר Pſalm. 41.Iehoua cuſtodiet eum, & uiuificabit eũ,beatus prædicabitur in terra.

INDE NOMINA:

אשור Greſſus,inceſſus,& legitur tantum in ſtatu affixorum,& ſchurek cõmuniter mutatum in kybutz.Iob 23.Greſſum eius apprehendit pes meus & cap.31.Si declinauit greſſus meus à uia.Pſal.17.Suſtenta greſſus meos in orbitis tuis.

אשר Beatitudo,felicitas,ſucceſſus rectus,laus qua quis prędicatur ab alijs.Geneſ.30.In beatitudine mea,id eſt,beata ſeu felix ſum ego.quanquam etiam formam infinitiui habeat cum litera gerundiua,qui tamen in naturam nominis tranſit,& cõmodè reddi poteſt aduerbialiter,feliciter ſeu rectè mecum agitur.

אשר Nomen filij Iacob,quem ex Silpa ſuſcepit.Geneſ.30. Beatam me prædicabunt filiæ,ideo uocauit nomen eius Aſſer. Et ab iſto poſtea tribus Aſſer nomen ſortita eſt.Ioſue 19.

אשור Nomen proprium filij Sem.Gen.10.Et hic egreſſus è terra Sinnear,ædificauit Niniuen ampliſſimam ciuitatem. Et Aſſyriæ autor eſt, quæ attingit Meſopotamiã, Medos & Armenios.

אשורי Nomen regionis in terra Iſrael.2.Samuelis 2.

אשרי Nomen eſt forma pluralis numeri,ſtatus regiminis tantum. Eſt autem hic primo obſeruandum,quod bifariam redditur,uel in abſtracto,ſicut & Chaldæus ubique reddidit,Beatitudo,felicitas. Et pleriq; cùm Iudæorum,tum noſtratium ſentiũt uocẽ eſſe pluralis numeri,ſignificatione uero ſingularis numeri, ſicut apud Latinos diuitiæ,opes,&c.Alij in concreto transferũt pro beatus, felix, ſi cum nomine ſingularis numeri conſtruitur,aut ſi cum nomine aut alia parte pluralis numeri cõſtruitur, tum pluraliter quoque erit uertendum. Ego etſi cum utriſque ſentiam, quòd ſit pluralis numeri,& poſſit uel abſtractiuè uel cõcretiuè ſumi, tamen puto ubiq; aduerbialiter poſitum, & commodiſſimè uertendum, beatè,bene,feliciter, proſperè,& ſicut אחלי obſecrantis ſeu optantis,ita quoque אשרי ſit bene ominantis, beatè pronunciantis, & beatitudinem denunciantis. Solent enim à nominibus aliæ orationis partes hac forma deriuari: ut ab אחר alius, præpoſitio אחרי poſt,&c. Cum nomine ſingulari.Iob 5.Beatitudo eſt homini illi,quem corripit

Deus. Vel, Beatus homo, uel bene homini illi. Pſalm. 1. Beatus uir, qui non abijt in conſilio improborum. pro quo Ieremias cap. 17. reddit ברוך Benedictus uir qui confidit in Iehoua. Aliquando conſtruitur cum nominibus pluralis numeri. 1. Reg. 10. & 2. Paralipom. 9. Beati uiri tui, beati ſerui tui. Pſalm. 2. Beati omnes confidentes in eo. Pſalm. 48. Beati habitantes in domo tua. Pſalmo 119. Beati integri uia. Interdum abſolutè legitur. Pſalm. 65. Bene huic, quem elegeris. Pſal. 137. Bene illi qui apprehendit, & collidit infantes ad petram. Pſalm. 146. Feliciter illi, cui deus Iacob auxilium eius. Prouerbiorum 8. Et nunc filij obedite mihi, & feliciter illis, qui uias meas cuſtodiunt. Et in ſtatu affixorum. Deuteronom. 33. Beatus tu Iſrael, id eſt, bene tibi Iſrael. Pſalm. 128. Feliciter tibi & bene tibi. Prouerbior. 14. Qui miſeretur afflictorum, beatus ille. cap. 16. Qui ſperat in Iehoua, beatus ipſe. cap. 29. Qui cuſtodit doctrinam, beatus ille. Eccl. 10. Bene tibi terra, cuius rex tuus filius nobilium.

אשרה Chaldaice אשרתא lucus ad cultum diuinum plantatus, & exultus, erectas & proceras habens arbores ordine conſitas, quaſi dicat ſyluula beata ſeu benedicta. Et ex ſcriptura ſacra conſtat tales lucos à gentibus principio conſitos, ut in his ſuos cultus & idololatriam peragerent. Abſolutè. Deuter. 16. Non plantabis tibi lucum ex omnibus arboribus. Iudic. 6. Atque lucum, qui eſt iuxta ipſum ſuccide. 1. Reg. 15. Et amouit matrem ſuam à dominio, eò quòd feciſſet idololatriam in luco. Cæterum ex locis illis tribus ſubſequentibus apparet pro ſingulari cultu poſitum, qui corā idolo in luco peractus eſt. 2. Reg. 21. Et poſuit ſculptile luci, quod fecerat in domum. ſecundo Regum uigeſimotertio, Vt efferrent è templo Iehoua omnia uaſa ipſi Baal, & ipſi luco, & uniuerſo exercitui cœlorum & combuſſit ea. Et mox iterum: Deſtruxit domos meretricariorum, quæ erant in domo Iehoua, ubi mulieres texebant domos pro luco, ſeu ad lucum. Et pluraliter legitur bifariam. In forma fœminea אשרות Iudic. 3. Et coluerunt Baalim & lucos. 2. Paralip. 33. Et fecit lucos & adorauit omnem militiam cœli. Et in forma maſculea אשרים. 1. Regum 14. Nam extruxerunt & ipſi excelſa, & ſtatuas, & lucos. 2. Reg. 17. Conſtituerunt ſibi ſtatuas & lucos in omni colle editiore & ſub omni arbore frondoſa. 2. Paralip. 33. Et loca in quibus ædificauit excelſa & inſtituit lucos & ſculptilia antequam humiliaretur. In ſtatu affixi. Exo. 34. Altaria eorum diruetis & ſtatuas eorum confringetis, & lucos eius ſuccidetis.

תאשור Nomen arboris. Chaldæus tranſtulit אשכרעין quam alij buxum, alij præſilium, alij cedrum, ſeu ſpeciem cedri eſſe putant à proceritate. Ieſaiæ 41. Pinum & Thaſſur ſimul.

אשרים Nomen arboris. Ezech. 27. Domunculas Aſſyrim ex inſulis Cithim.

אשר Primo, relatiuū eſt, omnis generis, & numeri, & caſus, referēs rectà illud, cuius prius facta eſt mentio: qui, quæ, quod &c. punctaq́ ſua nuſpiam unquam uariat. Pſal. 1. Beatus uir qui non abijt in conſilium improborum. 1. Samuelis 15. In uia qua miſit me Iehoua. Exod. 34. Comedes azimos, quos præcepi tibi. Numeri 13. Hæc ſunt nomina uirorum, quos miſit Moſes. Oſeæ 12. In omnibus laboribus meis non inuenient in me iniquitatem, quæ ſit delictum. Eccleſiaſt. 5. Ecce quod uideo ego bonum, quod eſt pulchrum ut comedatur & bibatur, &c. Atque in hoc primo modo ſignificandi ſynonymum habet ש ſi à fronte dictionibus apponatur: quanquam non ſit tam uſitatum. Secundo, ualet interdum idem quod Latinis ut, quòd. Geneſ. 12. Vt bene ſit mihi propter te. Deuter. 4. Vt bene ſit tibi. Ruth 3. Et deſpiciam tibi quietem, ut bene ſit tibi. 1. Samuelis 15. De Amalech attulerunt ea, quòd pepercisſet populus. 1. Reg. 15. Ne eſſet domina, quòd feciſſet idolum. Et ſic ualet idem quod particula כי cauſalis. Tertio, uſurpatur conditionaliter, ſi, cum, quādo, utinam. Leuit. 4. Si princeps erratum commiſerit. Deut. 11. Benedictionem, ſi obedieritis præceptis Iehoua. 2. Paralip. 18. Tu ipſe uidebis ſi ingreſſus fuerit penetrale. Habakuk 3. Si quieſcerem in die anguſtiæ, id eſt, utinam. Quarto, ut ſit aſſeuerantis, Imò. 1. Sam. 15. Imo, audiui in uoce Iehoua.

Quinto

Quinto & hoc eſt annotandum, ꝙ à fronte ſæpe & articulos & præpoſitiones anteponit ut כַּאֲשֶׁר 2.Reg.6.Eorum quos cepiſti ſis tu percuſſor. Item לַאֲשֶׁר 1.Samuelis 30.Ei quæ eſt in domo, & ei quæ eſt in Ramoth. Ieſaiæ 8.Ad quem, ſcilicet conferendo: Item בַּאֲשֶׁר, id eſt, in quo, in quocunqꝫ, ubicunqꝫ, propterea ꝙ. Gen. 21.Quia audiuit deus uocē pueri in quo ipſe ibi, id eſt, ubicūqꝫ. Ruth 1. In quo morieris, moriar, id eſt, ubicūqꝫ. Iudic.17. Et abijt uir de ciuitate de domo Bethlehem Iehuda, ut peregrinaretur ubicunqꝫ inueniret. Et mox iterum: Ego abeo ad peregrinandum ubicūqꝫ inuenero. Gen.39.Propterea ꝙ tu uxor eius. Et mox iterum: Propterea ꝙ Iehoua eſſet cum eo. Item כַּאֲשֶׁר ſecundum quod. Gen.44. Secundum quod potuerint ferre. Exod.1 Secundum quod opprimebat eos, ita multiplicabatur. Ioſue 2. Et portam clauſerunt poſt, ſecundum quod egreſſi ſunt perſequutores. Item מֵאֲשֶׁר ex quo, à quo, unde, ubicunqꝫ. Ieſaiæ 43. Ex quo pretioſus fuiſti in oculis meis. Exod.5. Vbicunqꝫ inueneritis.

96 אָתָה Venit. Et eſt uerbum anomalon. Ieſaiæ 21. Venit mane, atqꝫ etiam nox. Etſi quędā exemplaria habeant in fine aleph אָתָא. Item Deute.33. Ecce nos uenimus ad te. Ieſaiæ 21. Reuertamini, uenite. Iere.12. Et uenite ad comedendū omnes beſtias terræ. Et cum he loco aleph. Ieſaiæ 21. In occurſum ſitienti uenite ô aquæ. Iob 37. Ab aquilone aurum ueniet. Mich.4. Vſqꝫ ad te ueniet. Deut.33. Et uenit cū principibus populi ſui. Ieſaiæ 41. Suſcitaui ab aquilone & uenit. Ieſaiæ 41. Appropinquauerunt & uenerunt.

Participium præſens ſeu nomen participiale fœminini generis pluralis numeri אֹתִיּוֹת Ieſaiæ 41. Annunciate uenientia, quæ uenīēt. & cap.45. Venientia interrogauerunt me, id eſt, uentura ſeu futura. At in Grammatica literę ſeu characteres literarum alphabeti dicuntur hoc nomine.

אֵת Inſtrumētum ex ferro factum, quod alij uomerem, alij ligonem uerterunt, alij cultrum, qui in terram uenit proſcindendo eam. 1.Samuelis 13. Vt quiſqꝫ acueret uomerem ſuum & cultrum ſuum. Et pluraliter אִתִּים 1.Sam.13. Facta eſt retuſio acierum uomeribus & cultris. Legitur tamen tranſpoſito altero punctulo in literam thau אִתִּים Ieſaiæ 2. Et contundent gladios ſuos in cultros, & lanceas ſuas in falces. Sic in ſtatu affixi. Ioelis 3. Contundite cultros ueſtros in gladios.

אוֹת Litera, character, ſignū externum & uiſibile illius uocis, quæ pronunciatur, ſignū uocis prolatæ, ſignificatio poteſtatis literæ. Item ſignaculum, quo promiſſio ſeu uerbum prolatum & fides confirmatur, ſignum eius externum & uiſibile quod uenit ſeu fit, mouet homines ad credendum uerbo, ſicut character ſeu litera quæ uenit in ſcriptura, mouet hominem ad pronunciandum. Gen.4. Et poſuit Deus ipſi Kain ſignum. Et pluraliter אוֹתֹת Geneſ.1. Et erunt in ſigna & tempora. Exod. 4. Si non crediderint etiam duobus iſtis ſignis. Iere.10. A ſignis cœli ne conſternamini. Pſal.74. Poſuerūt ſigna ſua ſigna. Et iterum: Signa noſtra non uidemus, nec eſt amplius propheta.

אֶת Cum ſęgol uel אֵת cum zere. Primum, articulus eſt proprius accuſatiui caſus, ſignificans perſonam ſeu rem quę uenit, id eſt, pręſens eſt. Gen.1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Et iterum: Et creauit deus hominem. 2.Samuel.19. Vt tranſmitteret ipſe eum per Iordanem. Iob 41. Omne ſublime uidebit. Et in iſto officio adiungens ſibi affixa aſſumit holem, uel cum uau uel abſqꝫ uau, & retinet uim articuli accuſatiui: exceptis aliquot locis, ubi in naturam prępoſitionis abit, ſcilicet cum: ut Gen.41. Et non erat Interpres cum illis. 2.Reg.3. Eſt cum ipſo uerbum ipſius Iehoua: Ezech.2. Et loquar tecum. Et mox iterum: Et ſpinę tecum. & cap.3. Et loquutus fuero tecum. Et cap.16. Nō ingredieris, ut ſedeas cum eis ad comedendum. Iere.12. Iudicia loquar tecum. Ioelis 2. Et ſaturabimini cum eo. Et quādo pręponitur prępoſitio mem, tunc retinet tantum ſignificationē prępoſitionis: ut 1.Reg.22. Et inquiramus ab ipſo. Et mox iterum: Vt inquiramus Iehoua ex eo. Ieſaię 54. Peregrinando peregrinabitur qui non eſt ex me. Secūdo induit naturam prępoſitionis עִם cum. Gen.44. Et mādauit cum eo, qui erat ſuper domum.

Exo.39.Quemadmodũ mandauit Iehoua cum Moſe. 2.Sam.15.Et cum Abſolom
iuerunt ducẽti uiri. Leuit.16.Et faciat cũ ſanguine eius. 1. Reg. 18. Et ædificauit cũ
lapidibus altare. 2.Sam. 19.Et tranſiui cũ rege ad Iordanẽ. Et ibidem iterũ: Paulu-
lum tranſiuit ſeruus tuus per Iordanẽ cũ rege. Ieſaiæ 7. Cum rege Aſſur.& cap. 23.
Et meretricabitur cum uniuerſis regnis.& cap. 28. Et pepigimus pactum cũ mor-
te.cap. 40.Cum quo inijt conſiliũ.1.Paral. 20. Aliud quoq; bellũ geſtũ eſt cũ Phi-
liſthæis. Atq; in hoc ſecundo modo ſignificandi ſi aſſumit affixa, tum plerunq;
tranſponitur punctulus de zere in literã thau.Gen, 17. Et cõpleuit loqui cum eo.
cap.26.Quia tecum ſum.Ioſue 2.Et omne quod fuerit tecũ. Pſal. 34. Magnificate
Iehoua mecũ.Num.32.Cum ea,id eſt,ſecum.Cantic.4.Mecũ de Libano ſponſa ue
nies.Gen.26.Nobiſcum.cap.42.Vobiſcum.Et quando à fronte aſſumit præpoſi-
tionẽ mem, tũ præter prepoſitionis ſignificationẽ nihil addit.1.Reg.22.Quia trãſi
uit ſpiritus Iehoua à me.Pſal.22.A te laus mea.Ieſ.54.Miſericordia mea abs te non
diſcedetur. Tertio,aliquando eſt articulus nominatiui caſus,& notat empha-
ſin:hoc autẽ accidit,quando cõſtruitur cũ uerbo uel paſſiuæ uocis, uel intranſiti-
uo.Exod.10.Et redire iuſſus eſt Moſes & Aharon ad Pharaonẽ.1,Sam. 17. Et ue-
niebat leo & urſus.2.Reg.6.Et ferrum cecidit in aquam.Nehe. 9.Et nos improbe
egimus & reges noſtri.Ezech.16.Indic,qua nata es tu ipſa. Quarto, interdum
idem ualet qđ in, ad, apud,ante.Gen.19.Creuit clamor eorũ in cõſpectũ Iehoua.
Eſther 1.Die uero ſeptimo dixit rex ſeptem eunuchis, qui miniſtrabant in cõſpe-
ctu regis.Pſal.16.Satietas lætitiarum in conſpectu tuo.Leuit.13.Et uidendum de-
feratur ad ſacerdotem.Iud.15.Ad domum Iehoua ego ſum uadens.Iob 26.Ad quẽ
nunciaſti uerba.1.Sam.25.Et erit anima ſuſtentatoris mei ligata in faſciculo uiuen
tiũ apud Iehoua.1.Sam.30.Et acceſſit Dauid ad populũ.Ezech.21. Vt ueniat gla-
dius ad Rabath filiorum Ammon,& ad Iehuda.2.Sam.15.Et omnis populus tran
ſibat iuxta uiam ad deſertum. Quinto, idem quod præpoſitio מאת Gen.49.A
Deo patris tui,qui adiuuit te,& ab Omnipotente,qui benedixit te.& cap.44.Ipſi
egreſſi erant ex urbe.Exod.9.Cum egreſſus fuero ex urbe.Ezech.6. Quando con
fractus ſum ex corde eorum meretricante. Sexto,uim articuli datiui ſuſtinet.
1.Sam.22.Et reſpondit Achimelech regi & dixit,1.Reg.6.Et ianuę oraculi facit ia
nuas lignorum pinguedinis. Septimo, ualet idem quod,per. 2.Samu. 19. Ad
traducendum regem per Iordanẽ.Et mox iterum: Vt tranſmitteret eum per Iorda
nem.Et ibidem ſæpe ita legitur,pro quo uerſu 19. ſcripta legitur beth præpoſitio.
Octauo,accipitur interdum expoſitiuè & habet emphaſin. Gen. 4. Acquiſiui
uirum,ipſum Iehoua. putabat enim Haua ſe nũc matrem ſeminis illius promiſſi,
quod contriturũ eſſet caput ſerpentis. Nono,ſi accipit à frõte præpoſitionem
mem,tum exponitur per pronomen Ipſe emphaticè.1.Reg.1. Si ab ipſo ſuſtenta-
tore meo rege facta eſt res iſta.Pſalm.118.Ab ipſo Iehoua factum eſt iſtud. Geneſ.
19.Et Iehoua pluit ſuper Sodomam & ſuper Gomorram ſulphur & ignem ab i-
pſo Iehoua è cœlo.

אתה Pronomen ſecũdæ perſonæ maſculini generis,tu:& ad præſentem dicitur, qui ue
nit.Ideo Grammatici ſecundã perſonã inuentã uocant.Et ſæpe cõmode uerti po-
teſt uerbo ſubſtantiuo ſecundæ perſonæ,es.Exod.41.Tu eris ſuper domum meã.
Exod.7.Tu loqueris. Et in diſtinctione perfecta mutatur pathah in cametz,ſer
uato dagges אתה. Geneſ.3.Quis indicauit q nudus tu.Ieſaiæ 44.Seruus meus tu.
Pſal.2.Dixit ad me filius meus tu.tamẽ in multis etiã diſtinctionib. ſeruat pathah.
Deuter.7.Populus ſanctus tu.2.Reg.9.Et tu.Pſal. 25. Memento mei tu. Scribitur
in multis locis per apocopen literæ he את. 1.Sam.24.Et tu indicaſti.Iob 1.Nonne
tu uallaſti.Pſal.6.Et tu Iehoua uſq; quo? Præterea inuenitur interdũ cum ſcua ſub
thau forma fœminini generis את Num.11.Et ſi ita tu facis mihi. Deut. 5. Et tu lo-
quaris nobis.Ezech.28.Tu Cherub. Et pluraliter אתם uos.Exod.5.Vos ite.cap.
20.Vos uidiſtis,quod de cœlo loquutus ſum uobiſcũ. Et in genere fœminino את
tu,ſcilicet mulier.2.Reg.4.Et tu & filij tui uiues in ſuperfluo. Et in diſtinctione
ſenten-

ſentẽtiæ אַתְּ Gen.12. Scio ꝙ mulier pulchra aſpectu tu. Item: Soror mea tu. Scribitur in aliquot locis cum iod paragogico, quod tamen nõ pronunciatur אַתִּי Iudic.17. Et tu iuraſti. 1.Reg.14. Tu uxor Ierobeam. 2. Reg.4. Tu complectens filiũ. Et iterum: Cur tu uadis ad eum. Et in diſtinctione אָתְּי. Ezech. 36. Deuoratrix hominum tu. Et pluraliter אַתֵּן Ezech.34. Et uos pecudes meæ. Et cum paragogico he אַתֵּנָה. Ezech. 13. Et uos lapides. Et cap.34. Et uos pecudes.

אִתּוֹן Aduentus, introitus. Ezech.4. Et ad proſpectum portæ introitus.

אָתוֹן Aſina, quæ initur. Num.22. Et uidit aſina angelum ipſius Iehoua. In ſtatu affixorum mutat cametz in hateph pathah. Gen.49. Et ad palmitẽ filium aſinæ ſuæ. Numeri 22. Et ipſe uehebatur ſuper aſina ſua. Et iterum: Quare percuſſiſti aſinã tuã. Et pluraliter אֲתֹנוֹת Gen.12. Atq; aſinos, & ſeruos, & ancillas, & aſinas. cap.32. Aſinas uiginti & pullos decem. & cap.45. Et decem aſinas portantes frumentum. Iudic. 5. Vehentes aſinas candidas. 2. Reg. 4. Mitte quæſo mihi unum de pueris, & unam aſinarum. Iob 1. Et quingentæ aſinæ. Zach.9. Et ſuper pullũ filium aſinarũ.

אֵיתָן Nomen tam ſubſtantiuum & abſtractum quàm adiectiuum & cõcretum utriuſq; generis & numeri, & ſignificat ſignificatione contraria perennitatem, durabilitatem, uehementiam, pertinaciã, id quod nõ initur, imprimitur. Num.24. Durabilis ſedes tua. Deut.21. Et deducant ſeniores ciuitatis illius in uallem duram, quę neq; colitur neq; ſeritur, id eſt, aſperã, non penetrabilem aratro. Prouerb.15. Intellectus bonis dabit gratiam, uia autem pręuaricantiũ intractabilis. Iere.5. Quę gẽs intractabilis. Et cap.49. Ad habitaculũ durabile. Pſal.74. Tu areſeciſti flumina durabilia perẽnia. Amos 5. Et iuſtitia ſicut torrens perẽnis. Gen.49. Et manſit in duritia arcus eius, id eſt, nõ eſt factus remiſſior. Iob 33. Corripit in dolore ſuper lecto eius, & multitudinem oſſium eius uehementia. Et in ſtatu affixi nihil uariat. Exo.14. Et reuerſum eſt mare ante mane in uehementiã ſuam, id eſt, fluxũ. Et pluraliter אֵיתָנִים. Iob 12. Et intractabiles deflectat. Mich. 6. Audite mõtes rixam Iehoua, & intractabiles fundamenta terræ. 1.Reg.8. In menſe Potentum in feſtiuitate, ipſe eſt menſis ſeptimus, qua ſcilicet fortes ac potẽtes in Iſrael geſtarũt arcam in templũ, ubi efficaces quoq; factę ſunt preces & multa ſacrificia corã potenti arca fœderis.

## NVNC SEQVVNTVR VOCES, QVAE EXCEDVNT TRES LITERAS, ET SVNT PEREGRINAE.

97 אַבְנֵט Vox peregrina, Baltheus, cingulũ miliare ein lende guertel, eratq; tantũ ſacerdotum in militia ſua ſtantium, atque mandato diuino utebantur duobus baltheis. De pretioſo qualis fuerit habetur Exod.39. Baltheum quoq; de byſſo retorto, hyacintho, purpura & cocco factura acu pictoris. Leuit.8. Poſuit ſuper eum tunicam & cinxit eam cum baltheo, & induit cum pallio &c. De altero baltheo, qui erat lineus legitur Leuit.16. Aharon tunica linea ſancta ueſtietur, & ſubligacula linea erunt ſuper carne eius, atq; balrheo lineo accingatur. In ſtatu affixi nihil mutat. Ięſaiæ 22. Et uocabo ſeruum meum Eliackim filium Hilkijahu, & induam eum tunicis tuis, & baltheo tuo corroborabo eum, & poteſtatem tuam tradam in manum eius &c. Vbi uſus balthei deſcribitur: nam baltheo cingebãtur Sacerdotes, ne ueſtes diffluerent, & redderentur ad opera conficienda tum agiliores, tum expeditiores, ac firmiores conſtantioresq;. Proinde per metalepſin pro fortitudine & conſtantia ſumitur, ut Paulus Eph.6. State, inquit, lumbis circumcinctis baltheo ueritatis &c. Et pluraliter אַבְנֵטִים Exod. 28. Et filijs Aharon facies tunicas & facies eis baltheos.

98 אַבְרֵךְ Vox Ægyptiaca, quæ etſi cùm à Rabinis, tũ Hieronymo in quęſtionibus Hebraicis, alijsq; uarie exponatur, tamen puto ego Ægyptijs eſſe, quod Hebræis acclamatio בָּרוּךְ, id eſt, benedictus, ſaluator &c. Geneſ.41. Et uocauerunt ante ipſum, Abrech, id eſt, benedictus ille, &c.

99 אֲגַרְטְלֵי Arbitror eſſe Perſicũ, & cõpoſitũ ex אָגַר collegit & טַל, & ſignificare uaſa quibus aqua colligit̃ ad aſpergẽdũ: alij pelues, alij phialas trãſtulerũt. legit̃ tm̃

 ſemel

100 ſemel.Eſd.1.Phialæ auri triginta,phialæ argenti centum.

**אֲדַרְכֹּן** Et plurale אֲדַרְכֹּנִים ſicut דַּרְכְּמוֹנִים drachmæ,à Græcis mutuatum.1.Paralip.29. Et drachmas decem mille. Eſd.8.Et crateras aureas drachmas millenas.

101

**אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא** Vox eſt Chaldaica,qua ſuos præfectos uocāt,atq; etiam in alias linguas migrauit, quòd præfectos uocant Satrapas. Danielis 3. Et congregati ſunt Satrapæ, Sagani & Comites, & eloquentes regis. In alijs locis legitur אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים Eſther 8.Et ad Satrapas & Comites & principes prouinciarū.Eſd.9. Et omnes principes prouinciarū, & Satrapæ, & Comites. Et in ſtatu regiminis אֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי Eſd.8.Et dederunt edicta regis Satrapis regis, &comitibus ultra flumen.Eſther 3. Secundum omnia, quæ præceperat Hamon Satrapis regis.

102

**אֲחַשְׁתְּרָנִים** Muli.Eſther 8. Vehentium dromedarium,mulos filios mularum, Et eſt uox Perſica.

103

**אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ** Aſuerus rex cuius ſit meritio Eſdræ 4.

104

**אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא** Artazerzes rex Perſarum.Eſdræ 4.

105

**אֵטוּן** Vocem eſſe Ægyptiacam arbitror, quā funes pretioſos ſignificare dicunt. Sicut & Chaldæus uſurpauit. Exod.35. legitur ſemel. Prou. 7.Diſtinctis funibus Ægypti. Veriſimile eſt appellationem habere ab extenſione & communicare cum uerbo Hebræo נָטָה.

**אַלְגָּבִישׁ** Vide infra ſuo in loco,in litera gimel.

106

**אַרְגָּמָן** Color rubeus ſeu igneus Scharlack/hochrott/als ein rotter ſchamlot oder karteck,Chaldæi reddiderunt אַרְגְּוָנָא & tam Latini quàm Germani interpretes purpura. Ego aūt iudico peregrinū eſſe nomen,ſicut ex Ezech. cap.27.apparet,& Hebręis lingua ſua dici תּוֹלָע ſeu תּוֹלַעַת,id eſt,uermiculus,& Gręcis κόκκος, eò quòd uermiculus iſte ex grano quodā naſcatur, & eo ſi uel lana uel pannus ſecūdo tingatur,fieri aliquanto obſcuriorem Roſinrott/Tunckelrott/Braunrot & appellari שָׁנִי תּוֹלַעַת ſeu שָׁנִי ſicut etiā aliàs indicaui.Ezech.27.Hyacinthus & purpura ex inſulis Eliſſa fuit tegumentū tuū. Et mox iterū:Syria negociatrix tua propter multitudinē operum tuorū cum rubino,purpura, &c. Exo. 25. Hyacinthum,purpuram & uermiculū bis tinctū.Num.4.Et expandēt ſuper illud ueſtem purpuræ.Iud.8.Et ueſtes purpuræ,quę fuerūt ſuper regibus Midian.Eſth. 1.Detentum funibus byſſi & purpuræ.Prouerb.31. Byſſus & purpura indumentū eius.Legitur tamen ſemel forma Chaldæa אַרְגְּוָן 2.Paralip.2.In purpura.

107

**אַרְנֶבֶת** Lepus: Aliqui à uerbo inuſitato רנב deducentes dicunt aleph literā eſſe formatiuam nominis:Ego uero ſi nō iudicarem eſſe peregrinum,potius ab אָרַב deducerem,quod hoc animal obnoxium ſit inſidijs hominum,& propterea lateat, diceremq; literam non eſſe formatiuā nominis. Legitur tantum duobus in locis in Moſe,qui inter immunda animalia cōnumerat.Leuit.11.Et leporem,quia ſupernè ruminat,at ungulum non diuidit.Deut.14.Camelum & leporem.

# ב

Pſal.119.

108 בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה לַמְּדֵנִי חֻקֶּיךָ

ב LITERA à principio dictionis poſita, duplici ratione ſeruilis eſt: Aut eñ cõſti tuit ſubſtantiã dictiõis, ut in בֹּעַז firmamẽtũ. Sic eñ altera columna erat dicta, quã Salomo ad templũ collocauerat. 1. Reg. 7. Itẽ בָּרַח fugit ex ב, & רוּחַ. Simi liter בְּרִיחִים uectes. Itẽ בְּבָעוּ, id eſt, obſecro, ex בעה & ב. Itẽ בְּבַת ex בַּת & ב Item בָּרִי & alia multa, ut in thematibus à beth exordiẽtibus, alijsq́ cernere licet. Vel eſt diſtincta à corpore diſtinctionis, & pars indeclinabilis, & tum ſignificãdi modos habet uarios. Primo, ualet idẽ quod Latinis prępoſitio in. Gen. 1. In principio creauit Deus. Et quãdo eſt tẽporis tum habet duplicẽ conſideratione͂: uel eñ importat incluſione͂ ſequẽtis tẽporis, ut Gen. 6. In anno ſexcẽteſimo &c. Vel excluſione͂ ſequentis tẽporis. Gen. 2. Et conſummauit deus in die ſeptimo opus ſuũ. Num. 28. Et in die primitiarum, quum obtuleritis oblationem nouam ipſi Iehoua in ſeptimanis ueſtris, id eſt, poſt ſeptimanas ueſtras. Sic quando eſt loci, tum dupli cem quoq; habet conſideratione͂. Aut enim ſignificat aliquid eſſe in loco. Exo. 5. Vt ſacrificet mihi in deſerto. & cap. 14. Et filij Iſrael ambulauerunt in arido in medio maris. Pſal. 36. Iehoua in cœlo beneficentia tua, id eſt, in eccleſia, &c. Vel importat motum ad locum. Leuit. 26. Et mittet hircum in deſertum. Ieſaiæ 2. Ingredere in petram. Sic eadem ratione uſurpatur quoq; de perſona. Pſal. 26. In Iehoua confidi, non uacillabo. Et in altero modo. Exod. 14. Iehoua pugnat pro eis in Ægyptum, id eſt, contra Ægyptios, &c. Secundo, eſt inſtrumenti & uirtutem habet ſeptimi caſus apud Latinos. Num. 13. Portauerũt uecte. Ieſaiæ 7. Radet Iehoua nouacula acuta. Et iterũ: Et omnes montes, qui ſarculo. Amos 6. Nũ arabit bobus. Tertio, idẽ ualet quod עִם cũ. Gen. 31. Et dimiſiſſem te cũ lętitia & cũ gaudio, & cum canticis, cũ tympanis, & cũ cithara. Exod. 15. Ingreſſus eſt equitatus Pharaonis cum curribus ſuis, & cum equitatu ſuo in mare. Ieſaiæ 7. Cũ ſagittis, & cum arcu ingredietur illuc, &c. Quarto, idẽ quod de, è, ex. Exod. 12. Omnis filius nothus non comedet de eo. cap. 35. Ad faciẽdum ex auro. Leuit. 8. Quod ſupereſt de carne, & de pane, igni comburetis, &c. Quinto, idẽ quod בַּעֲבוּר propter. Geneſ. 18. Nunquid diſperdes propter quinq; &c. & cap. 29. Seruiam tibi ſeptem annis propter Rachel, &c. Sexto, pro עַל ſuper. Ieſaiæ 21. Onus ſuper Arabiam. Nehe. 2. Niſi animal quo ego uehebar ſuper eo, &c. Septimo, ponitur pro aduerbio ſimilitudinis ב ſicut Ieſaiæ 48. Examinaui te, ſed non ſicut argentum. Octauo, præpoſitum uerbis infinitiui modi tranſit in naturam aduerbij temporis. Geneſ. 2. In creari eos, id eſt, quãdo crearentur. Deut. 4. In ingrediendo ipſos, id eſt quando ingreſſi ſunt. Pſal. 10. Diripit oppreſſum, quando pertraxit eum in rete ſuum, &c. Et quidem ut ſimplex, ita in compoſitione cum pronominibus, ſimiliter ſeruat illos priores modos ſignificandi. Eſt & hoc conſiderandum, quòd ſæpe poſt ſe nomina uel partes indeclinabiles, uel ſyllabas nihil ſignificantes ſibi adiungat.

בְּיַד Per, & ſumitur plerunq; inſtrumẽtaliter ſeu miniſterialiter. Ierc. 50. Verbum quod loquutus eſt Iehoua cõtra Babel, cõtra terrã Chaldæorũ per manũ Ieremię, id eſt, per Ieremiam, uel miniſterio Ieremiæ. Oſeæ 12. Per manũ prophetarũ aſſimilabo.

בִּי Cum iod cõſtituit aduerbium, Quęſo, obſecro. Ioſue 7. Obſecro Suſtentator quid dicam. 1. Samuelis 25. Obſecro, ego Suſtentator mi iniquitas, id eſt, mea eſt iniquitas. 1. Reg. 3. Obſecro Suſtentator mi date ei puerum uiuum, &c.

בְּמוֹ Cũ מו ſyllaba expletiua nihil ſignificãte. Iob 16. Et mouerẽ ſuper uos cum capite meo. & ca. 29. In ore meo ſupplicabã ei. cap. 37. Et ingredit̃ beſtia in latibulũ. Pſal. 11. Ad iaculandũ in caligine. Ieſ. 25. Sicut triturat̃ ſtramẽtũ in luto. cap. 43. Quãdo ambu-

ambulaueris per ignem, non adureris. cap. 44. Medium eius combuſſi in igne.

בָּרִי Similiter רִי eſt particula expletiua nihil per ſe ſignificans. Iob 17. In infernum deſcendens.

בִּירִי Interpoſita iod. Pſal. 140. Demittantur in rupe, iudices eorum.

בְּרִי Iob 39. In cornu dicet heach. Iere. 51. Et laborabunt populi in uanum, & populi in igne, & defatigabuntur, &c. Sed de hoc quoq; in רִי.

בְּשַׁר In שַׁר ſimiliter eſt expletiua. Ieſaiæ 32. Clauſa & munitio facta eſt in ſpeluncam.

109 Vide etiam in שַׁר.

בָּבַת Pupilla oculi: uide in themate בָּבָה.

110

בָּאַר Verbum ſecundæ coniugationis, & cõgruit ſignificatione cũ בּוֹר בָּחַר בָּרַר בָּרָא בָּרָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi differant: ſignificat autem declarare, clare aliquid exprimere, uel uerbis, uel characterib. elucidare. Deu. 1. Declarauit legem iſtam dicens. Habakuk 2. Scribe uiſionẽ, & declara ſuper tabulas, ut qui prætercurrit, legat eam. Deut. 27. Et ſcribes ſuper lapidibus omnia uerba legis huius, declarando bene.

INDE NOMEN,

בְּאֵר Fouea ſeu foſſa detecta, puteus effoſſus in quo eſt aqua uiua, clara & excaturiens. Et differt à בּוֹר quod ſignificat foueam ſeu foſſam factam, ut in ea uel aqua pluuialis colligatur, uel captiui detineantur. Gen. 21. Fodi puteum iſtum. & cap. 26. Et foderunt puteum alium. & cap. 16. Propterea uocauit puteum, puteum uiui uidentis me. 2. Sam. 17. Et aſcenderũt de puteo. Pſal. 55. Præcipites eos in puteum interitus.

Et cum he motum ad locum denotãte בְּאֵרָה Num. 21. Et inde ad puteum. Et cum affixo. Prouerb. 5. Et riuulos de puteo tuo. Et pluraliter בְּאֵרוֹת. Gen. 26. Et fodit puteos aquarum. Et in uno loco legitur בֶּאֱרֹת Gen. 14. Et in ualle Siddim putei putei bituminis. Et credo ita uariatum in punctis ut diſtingueret puteos bituminis à puteis aquarum.

בֵּיאוּר Nomen uſitatum in ſcriptis Rabinorum pro declaratione alicuius rei.

111

בָּאַשׁ Fœtuit. Et cognationem quandam habet cum uerbo יָבַשׁ & בּוֹשׁ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiãt. Exod. 7. Et piſcis in flumine morietur, & fœtebit flumẽ. Exod. 8. Et fœtuit terra. cap. 16. Atq; produxit uermes, & fœtuit. Ieſaiæ 20. Pono flumina in deſertum, ut fœteat piſcis eorum abſq; aqua, moriaturq; ſiti. In uoce paſſiua נִבְאַשׁ. 1. Sam. 13. Vnde fœtidus factus eſt Iſrael coram Philiſtheis. 2. Sam. 10. Et uidentes filij Ammon q fœtidi facti eſſent coram Dauide, id eſt male audirẽt, odor famæ ipſorum eſſet malus, facti eſſent odibiles. Et ſemel cum אֶת articulo accuſatiui conſtructum tranſitiuè accipitur. 2. Samuelis 16. Et audiet uniuerſus Iſrael quod fœtere feciſti patrem tuum.

In tertia coniugatione הִבְאִישׁ quando poſt ſe regit caſum, ſumitur tranſitiuè, pro fœtere fecit. Gen. 34. Turbaſtis me eò quòd fœtere feciſtis me corã habitatore terræ. Prouerbio. 13. Et improbus fœtidum ſe facit & pudefit. Eccleſ. 10. Muſca mortua fœtere facit unguentum pigmentarij. At quando ponitur abſolutè, tum uſurpatur neutraliter. Exod. 16. Et non fœtuit, nec uermis fuit in eo. 2. Sam. 27. Et credidit Achis ipſi Dauid dicens, fœtendo fœtuit coram populo ſuo. Pſal. 38. Fœtuerunt & contabuerunt liuores mei.

In quarta coniugatione הִתְבָּאֵשׁ. 1. Paral. 19. Videntes filij Ammon quòd fœtidi facti eſſent apud Dauidem.

INDE NOMINA:

בָּאְשָׁה Fœtor. Ieſaiæ 34. Et ex cadaueribus eorum aſcendet fœtor eorum. Ioelis 2. Et aſcẽdet fœtor eius. Et accipitur pro fructu fœtido, id eſt, palato & olfactui ingrato & odioſo, quiq; faſtidium & nauſeam parit, quem lolium aut zizaniam uertere licebit. Iob 31. Pro tritico egredietur carduus, & pro hordeo lolium.

באש Fœtor. Amos 4. Et faciam aſcendere fœtorem caſtrorum ueſtrorum in nares ue-
ſtras. Et pluraliter באשים Ieſaiæ 5. Expectauit ut faceret uuas, & fecit labruſcas.
112 Græci uocant eiuſmodi labruſcas ὀμφακάς.

בג Videtur eſſe Chaldaicum & congruere cum Hebręo בזז quod diripere ſignifi-
cat: nam pro eiſdē uſurpat Chaldaica lingua literam gimel. Et ut סרפה & זירה
ita pari ratione בג cibum ſignificat qui diſcerpitur. Dan. 1. Et conſtituit illis rex
demenſum diei quotidie de portione cibi regis. Ezech. 25. Ecce ego extēdi manū
meā ſuper te, & tradam te gētibus in direptionē. quanquā grammatica caſtigatio
in margine habeat בז. Cum affixis. Dan. 1. Et fuit Hamelzar portans portionem
113 cibi eorum. Et cap. 11. Et comedentes portionem cibi eius, frangent eum.

בגד Vt ſeinuicem habent, סלח & בעל Item לוע & בלע atq; ſimiliter multa alia, ita
quoq; גדר & בגר & quantum ad conſtructionē attinet פשע & מרד: nam mo-
do tantum ſignificandi inter ſe differunt. Significat autem uerbū hoc בגד nunc
excurrere, nunc incurrere ui, & iniuria aliorū, ſiue excurſionē ſiue incurſionē face
re: ideo cū illis duabus prępoſitionibus conſtruitur mem & beth. Hieronymus &
reliqui poſt ipſum uerterūt cōmuniter uerbo præuaricandi. Pſal. 73. Ecce in gene-
rationem filiorum tuorum incurriſſem. Iob 6. Fratres mei excurrūt uelut torrens.
Iudic. 9. Et excurrerunt domus Sichem in Abimelech. 1. Sam. 14. Et dixit, excurri-
ſtis. Pſal. 78. Sed acti ſunt retrorſum, & excurrerūt ut patres ipſorū. Ieſaiæ 33. Quā-
do conſummaueris tu uaſtare, uaſtaberis: cū defatigatus fueris ad excurrēdum, in-
currēt in te. Ier. 3. Vt excurrit mulier à ſodali ſuo, ita excurriſti in me domus Iſrael.
Malach. 2. Quare excurrūt quiſq; in fratrem ſuum. Et iterum: Et in uxorem iuuen-
tutis tuæ ne incurras. Exo. 21. Siquidem excurrerit ipſe in eam.

Participiū pręſens בוגד quod plerūq; nominaliter uſurpat̄, pro eo qui extra ua-
gat̄ & excurrit cū iniuria alterius. Prou. 21. Placatio ꝓ iuſto improbus, & ꝓ rectis
excurſor. ubi opponit̄ recto. cap. 21. Oculi Iehoua obſeruāt ſcientiā, & flectit uer-
ba excurſoris. Ieſ. 21. Irruptori irruptor, & uaſtatori uaſtator. Habakuk 2. Quanto
magis uinū abducit uirum feſtinū. Et pluraliter בוגדים Pſal. 25. Pudefient excur-
ſores fruſtra. Pſalm. 119. Vidi excurſores, & diſſectus ſum. Prouer. 25. Et excurſo-
res in homine adiunget. Iere. 5. Quoniā uniuerſi ipſi ſunt adulteri, collectio excur
ſorū. In ſtatu regiminis בוגדי Pſal. 59. Neq; accipietis omnes excurſores deſiderij.
Et in gn̄e fœminino בגודה Ierem. 3. Et nō uidit excurſatrix Iehuda ſoror eius, ſed me
retricata eſt. Et iterū: Iuſtior eſt anima auerſatricis Iſrael, præ excurſatrice Iehuda.
Et pluraliter בגדות & accipitur ſubſtātiuè. Zoph. 3. Prophetæ eius temerarij, uiri
excurſionum.

INDE NOMINA:

בגד Excurſio & incurſio, egreſſio & ingreſſio, & eſt uitiū mutabilitatis. Ieſ. 24. Et ex-
curſione excurſores excurrerūt. Iere. 12. Felices ſunt omnes excurſores excurſio-
nis. Dicitur etiam generaliter de omni pāno ſeu ueſte, quæ incurrit & excurrit, id
eſt, induitur & exuitur, uel quæ incurſione & excurſione filiorū texta eſt, id eſt, ſta
mine & ſubtegmine conſtat: dicitur enim de ueſte textili cuiuslibet materię. Et ut
à מעל uerbo dicitur מעיל, ita à בגד dicitur בגד Num. 4. Et expandent pannum to-
tum hyacinthinū ſupernè. Et iterum: Et ſuper menſam facierum expandent pan
num hyacinthinū. Leuit. 11. Siue pannus ſiue pellis, ſiue ſaccus. cap. 13. Et ſi fuerit
in ueſtimento lanæ ſiue in ueſtimēto lini. 2. Sam. 20. Et proiecit ſuper eum ueſtem.
Ieſaiæ 51. Et terra ſicut ueſtis ueteraſcet. & cap. 64. Sicut ueſtis abiectionū omnes
iuſtitiæ noſtræ. Et in diſtinctione ſententiæ בגד 1. Sam. 9. Et operuit eum ueſte.

Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik, & alterum in ſeua. 2. Reg. 9. Et
acceperunt quiſq; ueſtem ſuam. Et pluraliter בגדים Leuit. 6. Et induet ueſtimen
tis alijs. Exod. 28. Et hæc ſunt ueſtimenta, quæ facient. 2. Reg. 7. Et acceperūt inde
argentum, & aurū, & ueſtes. 1. Reg. 1. Et operuerunt eum ueſtimentis. In ſtatu re-
giminis בגדי Gen. 27. Et tulit Rebecca ueſtimenta Eſau. Iudic. 8. Et ueſtes purpu-
rę. Similiter in ſtatu affixorum. Gen. 27. Et olfecit odorem ueſtimentorū eius. 2.
Reg. 5. Vt quid ſcidiſti ueſtimenta tua. Pſal. 22. Diuidēt ueſtimēta mea ſibi. Nu. 31.
Et

Et lauabitis ueſtimenta ueſtra. Ezech. 44. Exuent ueſtimenta ſua. Legitur tamen forma fœminea בְּגָדוֹת qđ in ſtatu regiminis habet בִּגְדוֹת. Pſal. 45. Myrrha & aloes & caſſia omnia ueſtimenta tua.

בָּגוֹדָה Nomen uerbale fœminini generis. Iere. 3. Et uidit excurſatrix ſoror eius Iehuda.

מֶגֶר Aroma, odorum: uide infra ſuo in loco.

114

בָּרָא Seorſum aliquid ſingulare excogitauit, ſeu effinxit, atq; modo tantũ ſignificandi differt à uerbis בָּרָא בָּרָה. 1. Regum 12. Et obtulit ſuper altare, quod fecerat in Bethel in decimaquinta die, in menſe octauo, in menſe quem ſingulariter excogitauerat in corde ſuo.

Participium præſens בּוֹרֵא Nehe. 6. Non eſt factum ſecundum uerba iſta, quæ tu dicis, quoniam ex corde tuo excogitas ea.

בַּדָּאִי Nomen, quo Hebrꝫorum magiſtri in ſua lingua uulgari mendacem uocant, id eſt qui ipſe aliquid excogitat & loquitur.

בַּד Species quædã ſingularis lini candidiſſimi, quod ſeorſum caule ſeu uecte, excreſcit in lõgum. Eiusq; uſus tantum fuit in ſacris ueſtibus, unde ueriſimile eſt illud eſſe de quo Plinius naturalis ſuę hiſtoriæ li. 19. cap. 1. in hęc uerba ſcribit: Superior pars Ægypti in Arabiam uergens gignit fruticẽ quem alij Goſſopion, plures Zylon, & ideo lina inde facta Xylina, paruus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructũ, cuius in exteriore bombice lanugo netur. Nec ulla ſunt eis in candore molliciáue præferenda, ueſtes in ſacerdotibus Ægypti gratiſſimę &c. Hęc ideo referre uolui, ꝙ alia lini ſpecies ſit quæ Hebręis פִּשְׁתָּה dicitur, cuius uſus in prophanis tãtum fuit ueſtibus. Sed de illo uideamus aliquot exempla. Exod. 28. Et fac ſubligacula lini. Leui. 6. Et induet ſacerdos ueſtitum lini, & ſubligacula lini induet ſuper carnem ſuam. & cap. 16. Et cum baltheo lini cingetur, & cum uita lini amicietur. 1. Sam. 2. Et puer erat accinctus humerali lini. 1. Samue. 22. Et occidit in die illo octogintaquinq; uiros portãtes Ephod lini. 1. Sam. 16. Et Dauid erat accinctus Ephod lini. Et pluraliter בַּדִּים Ezech. 9. & Dan. 9. & 12. Et uir unus erat in medio eorum indutus lineis. Deinde quadã tranſſumptione ad alias res ſeu perſonas corporales ſimiles transfertur, quę ſeorſim ſolę aliquid ſuſtentant & portant, ut ſunt uectes, rami, magiſtratus tam politici, quàm eccleſiaſtici. Exo. 25. Et introduces uectes in circulos. Et mox iterum: In circulis arcæ erunt uectes. Ezech. 17. Et facta eſt uitis quę fecit uectes & emiſit flores, id eſt, palmites inſtar uectium, qui geſtant flores & fructus. Ieſaiæ 44. Labefactat ſigna uectium, id eſt, ſacerdotum, ſeu prophetarum, qui ceu uectes portant onera populi. Similiter Iere. 50. Gladius ad uectes, & ſtulteſcent. Et in ſtatu regiminis בַּדֵּי Exod. 25. Et facies uectes lignorum Schittim. Iob 18. Et deuorauit uectes cutis eius, deuorabit uectes eius primogenitus mortis, id eſt, neruos & oſſa quibus cutis ſuſtentatur. Et in ſtatu affixorũ. Exod. 27. Et introducẽtur uectes eius in circulos, & erunt uectes in duobus lateribus altaris ad portandum illud. Ezech. 19. Et egreſſus eſt ignis de baculo uectium eius, id eſt, ramorum eius. Iob 11. Vectes tuos homines tacebunt, id eſt, potentiam uerborum tuorum. & cap. 41. Non tacebo uectes eius, id eſt, potentiã. Ieſaię 16. Et furorẽ eius audiuimus, ſed non ſic robora eius, id eſt, facta fortia. Sic Iere. 48. Et noui ait Iehoua, furorem eius, ſed nõ ita fortia eius ſcilicet facta. Oſeæ 11. Irruet gladius in ciuitates eius, & conſummabit uectes eius, id eſt, optimates eius.

בַּד Et in diſtinctione ſententiæ בָּד, ſolus, ſolitarius, ſingularis. Exo. 30. Solum cum ſolo erit: uel ſic, ſingulum cum ſingulo erit, id eſt, tantum de uno, quantum de alio.

בָּדָד Solus, ſolitarius. Deut. 32. Iehoua ſolus ducebat illum, & non erat cum eo deus nothus. Et cap. 33. Et cohabitauit Iſrael confidenter ſolus. Leuit. 13. Ipſe ſolus habitabit extra caſtra. Ieſaiæ 27. Quia ciuitas munita erit ſolitaria. Eſt autem interdũ non eſſe tantum ſolum ſeu ſolitarium in loco, uerumetiam deſertum & uiduum conſolatione. Thre. 1. Quomodo ſedet ſola ciuitas. Similiter cap. 3. Sedebit ſolus & tacebit. Et cum uerbo conſtructum aduerbiaſcit. Iere. 49. Solitariè cohabitabũt.

לְבָדָד Accerſito lamed. Pſa. 4. Quoniam tu Iehoua ſolus confidenter habitare facies me. Et aduerbialiter. Mich. 7. Cohabitantes ſolitariè.

לְבַד Et in diſtinctione לְבַד ſine affixo accipitur ſæpiſſime pro particula excluſiua, præter, præterquā, ſeorſum: & congruit ſignificatione cum uerbo בָּדַל. Deut. 18. Præter pretia eius. 1. Reg. 5. Præter principes, qui ſtabant. Zach. 12. Et planget terra cognationes ſeorſum, cognationes domus Dauid ſeorſum. Et in ſtatu affixorum fortificat daleth cum dagges, & ponitur nominaliter. Gen. 2. Non eſt bonum, ut ſit homo ſolus ipſe. & cap. 42. Solus ipſe remanſit. Exod. 18. Quare tu ſedes ſolus tu. 2. Sam. 10. Soli erant in agro. 1. Reg. 8. Tu noſti ſolus tu cor omniū filiorum hominis. 1. Reg. 19. Remanſi ego, ſolus ego. Pſal. 51. Tibi, ſoli tibi deliqui & malum in oculis tuis feci. Pſal. 71. Commemorabo iuſtitiam tuam, ſolam tuā. Prou. 5. Sint tibi, ſoli tibi, & nō alienis tecum. Obtinet autem in eiuſmodi locis ubi geminatur pronomen emphaſin cū epitaſi, quā Latini exprimere ſolent interſerto uerbo inquā, uidelicet ita, Tibi, ſoli tibi, inquā, deliqui, id eſt, coram te ſolum ſum peccator, &c.

מִלְּבַד Particula excluſiua, præter, præterquam. Gen. 46. Præter uxores eorum. Leuit. 23. Præter dona ueſtra. Num. 28. Præter holocauſtum matutinum. Et cum affixis fortificat literam daleth. Deut. 4. Non eſt amplius præter ipſum.

בּוֹדֵד Apparet participium eſſe præſentis temporis primæ cōiugationis, & tamen ſignificatione eſt nomen, ſolus, ſolitarius. Pſa. 102. Sicut auis ſolitaria ſuper tecto, id eſt, uidua. Ieſaiæ 14. Et non eſt ſolitarius in conſtitutis meis, id eſt, unus. Oſeæ 8. Fera
115 ſolitaria ſibi.

## בדל

In prima coniugatione legitur tantum in uoce paſſiua נִבְדַּל & ſignificat perſonam, ſeu rem omnino & ſingulatim ab alia perſona ſeu re diuidi, quocūq; id fiat modo, ne amplius ſint una res coniuncta. Licebit igitur uertere uerbo, uel diuidendi, uel diſcernendi, uel diſtinguēdi, uel ſeparandi ſecundum qualitatem rei ſiue perſonæ, de qua dicitur. Et congruit ſignificatione cū nominibus בְּדָלָה & לְבַד Eſd. 9. Non ſeparati ſunt populus Iſrael & ſacerdotes & Leuitæ à populis terrarū. & cap. 10. Et ipſe ſeparaŕetur ab eccleſia tranſmigrationis. 1. Paral. 12. Et de Gaddi ſegregati ſunt ad Dauid in præſidium deſerti.

Participium נִבְדָּל Eſd. 6. Et omnis ſeparatus ab immunditia gentium terræ.

In tertia coniugatione הִבְדִּיל diuiſit, ſeparauit, diſcreuit, ſegregàuit, diſtinxit ſeorſum ab alia re, ne ſint amplius cōiunctę. Num. 16. Separauit deus Iſrael uos à cœtu Iſrael. Gen. 1. Et diſtinxit deus inter lucem & inter obſcuritatem. Leuit. 1. Et findet eum ab alis eius, ſed non diuidet. ubi differentia conſpicua habetur inter בְּדַל & שֶׁסַע Deut. 4. Tunc ſeparauit Moſes tres ciuitates trans Iordanem ad ortum ſolis. Leuit. 10. Ad diſcernendum inter ſanctum, & inter prophanum. Ieſaiæ 56. Separando ſeparabit me Iehoua à populo ſuo.

Participium præſens מַבְדִּיל Gene. 1. Fiat expanſio in medio aquarum, & ſit diſtinguens inter aquas ad aquas. Et pluraliter מַבְדִּילִים Ieſaiæ 59. Sed iniquitates ueſtræ ſeparant inter uos, & inter deum ueſtrum.

INDE NOMINA:

בְּדַל Portio, portiuncula, particula. Amos 3. Vel particulam auris.

בְּדִיל Stannum, quod in fornace ignis ſeparatū eſt, & primo fluxit de argento. Num. 31. Stannum & plumbum. Ezech. 22. Omnes ipſi ſunt æs, & ſtānum, ferrum & plumbum. Et pluraliter in ſtatu affixi. Ieſaiæ 1. Et auferam ómnia ſtanna tua.

מִבְדָּלוֹת Nómen pluralis numeri. Ioſue 6. Et ciuitates ſeparatæ pro filijs Ephraim.

116

## בדק

Inſtaurauit, reſarciuit, reintegrauit. Et ut literarū tantum trāſpoſitione, ita quoq; modo tātum ſignificandi uariat à uerbo דָּבַק, habetq; etiam cognationem cum בָּדַס 2. Paral. 34. Ad confirmandum, & ad ſarciendum.

INDE NOMEN,

בֶּדֶק Sarctura, id eſt, rima ſeu ruptura ſarcienda, & ponitur ubiq; collectiuè. 2. Reg. 12. Non confirmauerunt ſarcerdotes ſarcturam domus. Et iterum: Et ipſi confirmet

ſarctura. Et cum affixo mutat priorē uocem in hirik, alteram in ſeua. Ezech. 27. Inſtaurantes ſarcturam tuam.

117 בֹּהוּ Inane, uacuum, uacuitas, & contrariam habet à uerbo ſuo בָּהָה ſignificationem, ſicut & תֹּהוּ habet à uerbo ſuo תָּאָה ſignificationem. Atq; tribus tantum in locis ſcripturę legitur, & in ijſdem ſemper iunctum nomini תֹּהוּ Gen. 1. Terra autem erat inordinatio & uacuitas. ubi Chaldæus recte uertit וְרֵקָנְיָא Ieſaiæ 34. Extendet ſuper eam funiculum inordinationis & lapillum euacuationis. Ier. 4. Vidi terram, & ecce inordinatio & uacuitas. habet autem cognationem cum nomine בֶּהָה, de quo in themate בָּהָה.

118 בַּהַט Nomē lapidis pretioſi, quem alij ſmaragdum, alij parium, alij porphyrium eſſe uolunt. Videtur tamen genus quoddam eſſe marmoris. Legitur tantum ſemel Eſther 1. Super pauimento parij.

119 בָּהַל In prima coniugatione legitur tantum in uoce paſſiua נִבְהַל id eſt, ſubito terrore perculſus eſt. Importat cum paſſione celeritatem temporis & præcipitātiam: habet ſignificatione congruentiam cum uerbo הבל, quod ſubitam euaneſcentiā ſignificat, & diſcrepantiā ratione temporis & modi ſignificādi cum uerbis אָבַל יָבַל & בָּלָה quæ protractionem quandam temporis important. 1. Sam. 28. Et uidit q; ſubito terrore perculſus eſſet uehementer. Exod. 15. Tunc ſubito terrore perculſi ſunt principes Edom. Iob 4. Pertigit ad te, & ſubito terrore perculſus es.

Participium נִבְהָל Prou. 28. Præceps eſt ad diuitias uir mali oculi. Eius fœmininum נִבְהָלָה Zophoniæ 1. Conſummationem etiam præcipitem faciet cum omnibus habitatoribus terræ.

In ſecunda coniugatione בִּהֵל terruit ſubito, præcipitauit terribiliter, accelerauit. Importat cum actione celeritatem. Pſal. 2. Et in furore ſuo perterrebit eos. Pſal. 83. Et in turbine perterrebis eos, ſeu ex improuiſo præcipitabis eos. 2. Para. 32. Ad perterrefaciendum eos, ut capiant ciuitatem. 2. Para. 35. Et deus dixit ad properandum me, id eſt, ut properarem. Eſther 2. Et accelerauit mūdificationem eius, id eſt, ſubito curauit eam mundari.

Participium præſens מְבַהֵל Eſd. 4. Et feſtinare facientes eos ad ædificandum.

Participium præteriū plurale maſculini generis מְבֹהָלִים Eſther 8. Egreſſi ſunt præcipitati in uerbo regis, id eſt, præcipites. Eius fœmininum מְבֹהֶלֶת Prou. 20. Hæreditas præcipitata ſtatim in principio.

In tertia coniugatione הִבְהִיל Iob 23. Omnipotens terruit me. Eſther 6. Et feſtinauerunt introducere ipſum Haman ad conuiuium. 2. Paral. 26. Et ecce ipſe erat leproſus factus in fronte, & fecerunt feſtinare eum inde, id eſt, præcipitanter eum amoliti ſunt.

INDE NOMINA:

בֶּהָלָה Celeritas, præcipitantia. Leuit. 26. Et uiſitabo ſuper uos terrorem. Chaldæus uertit בְּמִתְבְּהַלְתָּא. Pſal. 78. Ipſe conſumpſit dies eorum in uanitate, & annos eorum in præcipitantia. Et pluraliter בֶּהָלוֹת Iere. 15. Feci cadere ſubito hoſtem & terrores.

בַּלָּהָה Per metatheſin literarum, terror ſubitus. Ieſaiæ 17. In tempore ueſpertino, & ecce terror. Et pluraliter בַּלָּהוֹת & collectiuè ponitur cum uerbo ſingularis numeri. Iob 18. Circumcirca perturbauerunt eum terrores ſubiti. Et mox iterum: Adducet eum ad regem terrorum. Iob 27. Apprehendet eum terror ſubitus, uelut aquæ. Pſal. 73. Abſumpti ſunt à terroribus. Et in ſtatu regiminis ſequēte genitiuo בַּלְהוֹת Iob 24. Sentiet enim terrores umbræ mortis.

120 בְּהֵמָה Nomen collectiuum, quo abſolutè poſito ſine adiuncto חַיָּה aut aliqua alia reſtrictione, generaliter dicuntur omnia animalia ſiue cicura ſint, ſiue fera & agreſtia, quæ pedibus rectà gradiuntur ſuper terra, & neq; uolant neq; repunt. Gen. 1. Et dominentur in piſces maris, & in uolatile cœli, & in animal, & in omnem terram, & in omne calcatile, quod calcat ſuper terra. Et cap. 6. Delebo hominem quem creaui à ſuperficie humi, ab homine uſq; ad animal, uſq; ad calcatile & uſq; ad uolatile cœli. cap. 8. Omne uiuum quod eſt tecum de omni carne in uolatili

tili & in animali,& in calcatili.& cap.47.Nō celabimus à ſuſtentatore meo, quod conſumptum eſt argentū & acquiſitio animalis apud Suſtētatorem meum. Deut. 14. Hoc eſt animal, quod comedetis, bouem, ouem, agnos, & pecus caprarum, ceruum & capream, &c. 1.Reg.4. Et loquutus eſt de animali & uolucri, & de calcatili,& de piſcibus,&c. Pſalm.36. Hominem & animal ſeruabis Iehoua Prouerb. 30. Leo præualidiſſimus in animali. Similiter cum particula uniuerſali כל omnia animalia tam domeſtica, quàm agreſtia ſignificantur. Gen.8. Et omne animal, quod eſt cum ipſo in arca. Exod.22. Si dederit uir ſodali ſuo aſinū uel bouem, uel ouem, uel omne animal ad cuſtodiendum, id eſt, quodcunque animal. Leu.18. Et cum omni animali non dabis cōcubitum tuum. Deut.4. Similitudinem omnis animalis, quod eſt in terra, &c. At quando iuxta illud in textu expreſſè ponitur בְּהֵמָה, tum ſemper pro animalibus domeſticis accipiendum eſt, quæ ratione carent, & hominum arbitrio reguntur, illisq; in multiplices uſus inſeruiunt, nec tamen ſunt aut uolatilia cœli, aut reptilia terræ. Et tum iumentum interpretabimur. Gen. 1. Producat terra animam uitæ iuxta ſpeciem ſuam, iumentum & motabile & beſtiam terræ iuxta ſpeciem ſuam. Et mox iterum: Et fecit deus beſtiam terræ iuxta ſpeciem ſuam & iumentum iuxta ſpeciem ſuam, & calcatile terræ iuxta ſpeciem ſuam. cap.3. Et dixit Iehoua deus ad ſerpentem, quia feciſti hoc, maledictus tu præ omni iumento, & præ omni beſtia agri, ſuper pectore tuo gradieris, &c. Ex hoc loco perſpicuum eſt ſerpentem, ut cætera animalia, erecto corpore fuiſſe conditum. Deinde reſtringunt etiam alia attributa, aliæ circumſtantiæ ad iumentorū tantum ſignificationem. Exod.12. Et percutiam omne primogenitum in terra Ægypti ab homine uſq; ad iumentum. & cap.13. Omne primogenitum in homine & iumento mihi eſt Leui.1. Homo ſi obtulerit ex uobis oblationem ipſi Iehoua de iumēto, de bobus, uel de ouibus offeretis oblationem ueſtram. & cap.7. Omnis comedens adipem de iumento. cap.24. Percutiens iumentum, ſoluat illud, & percutiens hominem moriatur. Deut.2. Tantū iumentū diripuimus nobis. Neh.3. Et iumentum non erat mecū, niſi iumentū quo ego uehebar. Et in ſtatu regiminis בֶּהֱמַת & eandem ſignificandi rationem obtinet, quam in ſtatu abſoluto. Deut.18. Et erit cadauer tuum in cibum omni uolatili cœlorum, & animali terræ. 1.Samuel.17. Et dabo carnem uolatili cœlorum, & animali agri. Num.3. Et iumentum Leuitarū pro omni primogenito in iumento filiorum Iſrael. Porro in ſtatu affixorū ſeruat ſeua, & zere mutat in ſægol, & perpetuo pro iumentis accipitur, quæ in noſtra ſunt poteſtate & gubernatione. Geneſ 34. Et omnia iumenta eorum nónne noſtra ſunt. & cap.36. Omnem acquiſitionem ſuam, & omne iumentum ſuum. Exod.20. Seruus tuus & ancilla tua, & iumentū tuum. Num.32. Et acquiſitio noſtra, & omne iumētum noſtrum. Et pluraliter in ſtatu abſoluto בְּהֵמוֹת Deut.32. Et dentem animalium mittam in eos. Iob 12. Et quidem interroga nunc animalia. Pſal.49. Similis factus ſum ſicut animalia quæ extinguuntur. Pſal.50. Quoniam mihi omnes beſtiæ ſyluæ, iumenta in montibus, mille. Pſal 73. Iumēta ſum apud te. Iob 40. Ecce nunc Behemoth quem feciſti tecum, fœnum ſicut bos comedet. Et in ſtatu regiminis בַּהֲמוֹת Iob 35. Docet nos præ animalibus terræ. Pſal.8. Inſuper etiam animalia agri. Ieſaiæ 30. Onus animalium auſtri. Mich.5. Quaſi leo inter animalia ſyluæ.

121 בֹּהֶן Pollex, id eſt, maximus digitorum uel in manibus uel in pedibus. Exod.29. Et ſuper pollicem manus ipſorum dextræ, & ſuper pollicem pedis eorum dextri. Et pluraliter irregulariter בְּהֹנוֹת. Iudic.1. Et abſciderunt pollices manuum eius, & pedum eius.

122 בֹּהַק Congruit ut forma, ita ſignificatione cum uerbo בוק quod euacuare ſignificat. Vnde hoc nomen ſignificat quoq; talem bullā ſeu puſtulā, quæ intus uacua eſt à purulētia. Et legit̄ ſemel Leu.13. Puſtula eſt quæ germinauit, windbocken.

123 בהר Congruit ſignificatione cum uerbo באר & ſignificat explendeſcere, emicare, extare clare & perſpicuè. Inde nomen adiectiuū בָּהִיר, emicans, extans. Iob 36. Nunc non uident lucem emicantem, quæ eſt in nubibus:

בַּהֶרֶת Eminentia,emicantia.Leuit.13. Vel eminentia.Et mox iterũ: Aut ſi eminentia alba eſt,in cute carnis eius.Et iterũ:Eminentia alba ſubrubicũda. Et in diſtinctione ſententiæ בַּהֶרֶת Leuit. 18. Et de ſcabie & de eminentia. Et pluraliter בֶּהָרוֹת Ibidem, Si fuerint in cute carnis eorum eminentiæ, & eminentiæ inquam, albæ. Veriſimile eſt congruentiam etiam habere cum בָּהִיר & הוּ.

124 בּוֹא Licet in pręterito in omnibus perſonis legatur abiecta litera uau,& ſubſcripto camerz בָּא, habetq́ cognationẽ ſignificatione cũ אֵב אָבִיב טוֹב אֶבֶן יָאַב נבא יָבַב niſi quòd ut forma literarũ,ita modo tantũ ſignificãdi inter ſe uarient. Significat autẽ generaliter uenire ad, uel in locũ neutraliter, diciturq́ tam de animatis q̃ de inanimatis. Gen.6. Venit finis uniuerſæ carnis ante me.cap.14. Quartodecimo anno uenit Kedor Laomer. cap.27. Venit frater tuus.cap.43. Argentũ uenit ad nos. 1.Sam.4. Nam arca Iehoua uenerat ad caſtra. Pſal.44. Omne hoc uſuuenit nobis. Itẽ de ſole quoq; dicitur quãdo ingreditur terras: Latini dicunt occidere. Gene.28. Quia ingreſſus erat ſol. Mich.3. Ingredietur ſol ſuper prophetis illis. Et Ieſ.66. ponitur cũ eclipſi nominis: Veniet(tempus)ad colligendũ omnes gentes. Legitur tamen tertia perſona præteriti temporis pluralis numeri cum holem בֹּאוּ pro בָּאוּ. Iere.27. Vt nõ ueniant uaſa. 1.Sam.25. Niſi feſtinaſſes, ueniſſes in occurſum meum. ubi ſcribitur uerbum תָּבֹאתִי compoſitum ex ſecunda futuri fœminina תָּבֹאִי & ex בָּאת ſecunda perſona præteriti. Secundo, quando conſtruitur cum nomine אֶרֶץ, uel nomine proprio regionis, uel urbis, tum illa nomina aſſumunt à tergo literam he paragogicã, niſi illis nominibus anteponatur uel אֶל uel ב uel עַל: exẽpli gratia, Gen.12. Et uenerũt in terram Canaan. Item ibidem iterum: Cum ueniſſet Abram in Ægyptum. Gen.19. Et Lot uenit in Zeir. Tertio, quando conſtruitur in oratione cum uerbo יָצָא, tum illis uerbis ſignificatur opera fieri uocationis eius hominis, de quo dicũtur, foris & domi. Deut.31. Et dixit ad eos, filius ſum centum annorũ & uiginti hodie, nec poſſum amplius egredi & ingredi. Ioſue 14. Quale tunc fuit robur, tale robur nunc quoq; eſt ad bellum, ad egrediendum, & ad ingrediendũ. 1.Sam.18. Et cõſtituit eũ principẽ ſuper mille, & egrediebatur & ingrediebatur coram populo. 1.Reg.3. Et nunc Iehoua deus tu conſtituiſti me regẽ pro Dauide patre meo, & ego ſum puer paruus, nec ſcio egredi & ingredi. 2.Reg.11. Eritis cum rege egrediẽdo & ingrediendo ipſum. 2.Reg.19. Sedere tuum, & egredi tuum, & ingredi tuum noui. Pſal.101. Iehoua cuſtodiat egredi tuũ & ingredi tuum. Et Ieſaiæ 66. non temere hæc duo uerba inuertuntur, ubi ſic legitur: Vt ueniat omnis caro, & adoret coram me Iehoua, & egrediẽtur, & uidebunt cadauera uirorum. Sic Chriſtus quoq; eſt uſus Ioannis 10. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſeruabitur, & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet, &c. Quarto, quando cõſtruitur cum præpoſitione beth, & dicitur de introitu קָהָל uel סוֹד congregationis uel conſilij, tũ ſignificat uti iure, magiſtratu, adminiſtratione eius congregationis uel conſilij. Similiter quando cum עַם conſtruitur. Deut. 23. Spurius non ingredietur in Eccleſia Iehoua, nec ingredietur Ammonites & Moabites. Ieſaiæ 52. Non ingredietur in te(Ieruſalem) amplius pręputiatus & immundus. Geneſ.49. In conſilium ipſorum non ingredietur anima mea. Prou.23. Et in agrum pupillorum nõ ingredieris, id eſt, non uſurpes tibi ius. Deut.23. Si ueneris in ſegetem proximi tui, decerpes ſpicas manu tua, &c. Pſal 26. Nõ ſedi cum uiris uanitatis, & cum tectis non ingreſſus ſum. Aliquoties tamen abſolutè legitur pro fungi officio, ad quod uenit, & ſimul etiam eſſe efficacem. Pſal.22. Venient & annũciabunt iuſtitiam eius. Pſal.71. Ingrediar in potentijs ſuſtentatoris Iehoua, & prædicabo iuſtitiam tuã ſolam tuã. Prou.26. Sic maledictio immerita nõ ueniet, id eſt, non penetrabit, nec erit efficax. Sic etiam in nouo Teſtamento ſæpe uſurpatur: ut Ioan.1. In ſua uenit, & ſui eum non receperunt. 1.cap.5. Hic eſt qui uenit per aquã & ſanguinem, Ieſus Chriſtus. Item 1.Io.3. Qui cõfitetur Chriſtũ Ieſum in carne ueniſſe, id eſt, opus redẽptionis, ſanctificationis, iuſtificatiõis in carne effeciſſe. Io.10. Quotquot ante me uenerũt, fures ſunt, & latrones. Item mox iterũ: Fur nõ uenit niſi ut fure-

tur

tur,& mactet,& perdat. Ego ueni ut uitam habeant & abundantius habeant,&c.

Quinto,cum beth in alia phraſi.Num.31. Omnis res quæ uenit in igne,traducetis per ignem, id eſt, quæ examinatur igne & ignē ferre poteſt. Pſal.66. Venimus in igne,& in aqua.id eſt,pertulimus ignem & aquam, æſtum & frigora. 1.Sam.23. Et prohibuit te Iehoua ne uenires in ſanguinibus,id eſt, ne funderes ſanguines,ne fieres reus ſanguinis. Cæterum ſi præcedit nomen,tum dicitur ſine figura. Ieſa.66. Iehoua in igne ueniet & quaſi turbo quadrigæ eius. Sexto,quando cum beth & nomine יָמִים cōſtruitur,tum quoq; habet peculiarem phraſin. Gen.18. Abrahā autem & Sara erant ſenes,ueneruntq; in dies.Gen.24.At Abraham erat ſenex,ueneratq; in dies.Ioſue 13.Et Ioſua erat ſenex,& uenit in dies.1.Reg.1. Rex Dauid erat ſenex, uenitq; in dies. Hac phraſi Lucas etiam delectatus cap.1. Et ambo proceſſiſſent in dies,id eſt,eſſent prouectæ ætatis.Item cap.2.Et erat Hāna propheteſſa,hæc proceſſerat in dies multos,id eſt,in multam ætatem. Simili phraſi legitur etiam ueniſſe בָּאֲנָשִׁים, id eſt, in uiros.1.Sam.17. Et erat uir ille in diebus Saul,ſenex, ueneratq; in uiros, ſcilicet propter ſenium morbidos, & incommodis ſenectutis oppreſſos. Septimo,cum עַל conſtructum habet etiā ſingularē phraſin.Gen.38.Veniet pro mercede mea coram facie tua. Item Exod.22. Si conductum fuerit, uenit pro mercede ſua. Octauo, quando de domo, uel arca, uel portis, aut ianua,uel ciuitate,quæ claudūtur, alijsúe receſſibus dicitur,tum ſignificat intrare, ingredi.Pſal.24.Eleuate portæ capita ueſtra,& ingredietur rex glorię.Ieſ.26.Aperite portas,& ingredietur gens iuſta. Et ſic ſæpe interponit אֶל Gene.7. Ingredere tu,& omnis domus tua in arcam.cap.18.Et declinantes ingreſſi ſunt in domum illius.Sæpe etiam cum beth.Gen.19.Et ingreſſi ſunt in umbram tigni mei.2.Reg.9. Et Iehu ingreſſo per portam,dicit illa.Ierem.22. Et ingredientur per portas reges. Iere.4. Ingredientur in condenſa, & in petras aſcendent. Nono, quando de ingreſſu uiri ad mulierem aliquam dicitur, tum honeſtè coniunctionem uiri & mulieris congredi ſeu coire cum muliere ſignificat, & conſtruitur cum אֶל Gen.6. Et poſtq; ingreſſi ſunt filij dei ad filios hominis & genuiſſent eis. cap.16. Et ingreſſus eſt ad Hagar,& imprægnata eſt.cap.29. Da uxorē meam,quoniā dies mei impleti ſunt ut ingrediar ad eam.Gen 38.Ingredere ad uxorem fratris tui,& duc eam uxorē.Pſal.50. Quādo ingreſſus eſſet ad Bathſeba. Et ſemel legitur cum עַל Gen.19.Dixit primogenita ad minorem,pater noſter eſt ſenex,& uir nō eſt in terra,qui ingrediatur ſeu ueniat ſuper nos iuxta morem uniuerſæ terrę.Et credo uirgines reuerentius, quàm uulgaris modus loquendi erat, illam congreſſionem uoluiſſe ſignificare. Eſt enim honeſtius dicere uenire ſup mulierē, quàm uenire in mulierē, & eā inire. Decimo,quando poſt ſe regit accuſatiuū,uel affixū,tum uſurpatur actiuè:ut Pſal.36.Ne inuadat me pes ſuperbiæ,& manus improborū ne pellat me.

Participiū præſens maſculini generis בָּא Gen.23.Et accepit ex eo,quod ueniebat in manū ſuam. Eccl.1. Generatio abit,& generatio uenit. Et pluraliter בָּאִים 2.Reg.3.A quæ ueniunt de uia Ædom. In ſtatu regiminum & affixorum בָּאֵי Geneſ.23.Corā omnibus ingrediētibus portam. In genere fœminino בָּאָה Gen.29. Et ecce Rachel filia eius ueniebat.& cap.46.Omnis anima,quæ ingrediebatur de Iacob.Ierem.10. Vox auditus ecce uenit. Et pluraliter בָּאוֹת. Geneſ.41.Ecce ſeptem anni ueniunt.

In uoce paſſiua נִבָּא & generaliter ſignificat rem quæ uētura erat, alijs prędicere ſeu denūciare,aut prophetias de Chriſto uēturo & eius regno enarrare,uaticinari, prophetare.Iere.25.Quicquid ſcriptū eſt in libro iſto,& quod ꝓphetauit Ieremias cōtra omnes Gentes.ca.29.Pro eo qđ prophetauit uobis Semaia.Ier.2.Et prophetæ prophetauerūt in Baal. Ioelis 3. Et prophetabunt filij ueſtri, & filiæ ueſtræ,&c.

Participium præſens נִבָּא Iere.20. Et audiuit Paſhur Ieremiam prophetantē uerba iſta. 1.Sam.10. Et factū eſt, ut omnes qui Saulem norāt ab heri & nudiuſtertius uiderentq;,& ecce cum prophetis prophetabat. 1.Paral.25. Sub manu Aſaph, qui prophetabat iuxta regem.Et mox iterum: Qui prophetabat cū cithara. Et plurali

raliter נְבִאִים 1.Reg.22.Omnes prophetæ prophetant ſic.1.Paral.25.Et ſegregauit David & principes militiæ in miniſteriũ filios Aſaph & Heman & Ieduthum qui prophetabant cum citharis,nablis,& cymbalis. Et in ſtatu regiminis נְבִאֵי Ier.23. Et ſunt prophetæ prophetantes mendacium.

In tertia coniugatione הֵבִיא perſonam ſeu rem uenire fecit,id eſt,adduxit,intulit,ſeu introduxit: & eſt ſemper tranſitiuum.Gen.39.Et adduxit nobis uirum ad illudendum nobis.Deut.9. Introduxit me Iehoua ad poſſidendum terram. Gen.31. Laceratum non attuli ad te.

Participium præſens מֵבִיא Leuit.18. Adduco uos huc.ubi ponitur ſine litera aleph.2.Sam.5. Sed & heri & nudiuſtertius, cum Saul eſſet rex noſter,tu fuiſti eductor & introductor Iſraelis. Et pluraliter מְבִיאִים 1.Reg.10. Et ipſi deferebant quiſque munus ſuum.

Participium præteritum מוּבָא 2.Reg.12. De argento illato in domum Iehoua. Et pluraliter מוּבָאִים. Ge.43.Introducti ſumus. Et in genere fœminino מוּבָאוֹת Pſal.45.Sociæ eius adducuntur tibi.

In uoce paſſiua הוּבָא Exo.27.Et introducetur cum uectibus in circulos. Leuit. 10. Ecce non eſt illatus ſanguis eius intra ſanctum. Legitur etiã cum kybutz הֻבָא Gen.33.Accipe quæſo benedictionẽ, quæ illata eſt tibi.Ezec.40. Adducta es huc.

In quarta cõiugatione הִתְנַבֵּא & qď tam ad formam ꝙ ad ſignificationẽ attinet,à paſſiua uoce primæ cõiugationis nihil diſcrepat.1.Reg.22.Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat,eſt adhuc uir unus,ut interroges ipſum Iehoua per ipſum,ſed ego odi eum, qa nõ prophetabit ſuper me bonũ,ſed malum.1.Sam.10. Et deſcẽdet ſuper te ſpiritus Iehoua,& prophetabis cũ eis.Num.11.Et factũ eſt cũ proficeret ſuper eos ſpiritus, ſtatim prophetauerunt. 1.Sam.18. Et demittebat ſe ſuper eũ ſpiritus malus, & prophetabat in medio domus,& Dauid pſallebat manu.1.Sam.10. Ceſſauit ꝓphetare,& uenit in Excelſum.ubi ponitur infinitiuus more uerborũ in he exeuntium.

Participium præſens מִתְנַבֵּא Iere.26.Fuit uir prophetãs in nomine Iehoua. Et pluraliter מִתְנַבְּאִים Num.11. Eldat & Medad prophetant in caſtris. Et in genere fœminino מִתְנַבְּאוֹת Ezech.13.Pone faciem ad filias populi tui,quæ prophetant ex corde ſuo. Hic obſeruabis quòd הִתְנַבּוֹת ſcriptũ eſt pro infinitiuo,hoc eſt,mem pro he,& terminatio more uerborum in he terminantium.1.Samuelis 10.Et compleuit prophetare.

INDE NOMINA:

בֹּא Introitus:quanquam exiſtimem eſſe infinitiuum primæ coniugationis. Gene.24. Et Izhak ueniebat ad introitum putei. 2.Reg.13. Ab introitu domus Iehoua.Pſal. 121.Iehoua cuſtodiat exitum tuum,& introitum tuum.

בָּא Aduentus,introitus.2.Reg.13.Et latrunculi Moab uenerunt in terram aduẽtu anni, ſeu ingreſſu anni.

בִּיאָה Introitus.Ezech.18.Et ecce ab aquilone iuxta portam altaris erat ſimulachrũ illud æmulationis in introitu.

מָבוֹא Ingreſſus,introitus.1.Paral.9:Cuſtodes introitus.Ezech.46. Et introduxit me per introitum,qui erat ad latus. Et in ſtatu regiminis מְבוֹא. 2.Reg.16.Et introitum regis extrinſecum.1.Paral.4.Et abierunt ad introitum Gedor.Prou.8.Ad introitũ ianuarum clamitat.Et quando de ſole dicitur,tum ſignificat eam cœli partem,ubi ſol terras tanquam in thalamum ſuum ingreditur, quam Latini occaſum uocant. Deut.11.Poſt uiam ingreſſus ſolis.Zach.8.A terra Orientis, & à terra ingreſſus ſolis. Similiter cum affixis. Pſal.50. Ab ortu ſolis uſꝗ ad ingreſſum eius. Pſal.104. Sol nouit ingreſſum ſuũ.Malach.1.Ab ortu ſolis uſꝗ ad ingreſſum eius, id eſt, ubi terras ingreditur & abſconditur.

תְּבוּאָה Prouẽtus,**einkomen**. Et eſt nomen generale ad omnia eſculenta, quæ terra producit in ſingulos annos futuros,ſicut עָבוּר reditum ſignificat præteriti anni. Pſal. 107.Seminent agros,& plantent uineas,faciantꝗ fructum prouentus.Eccl.5.Qui amat argentum & ſatiatur argento, & quicũꝗ oblectatur in multitudine,nõ prouentum

uentum,ſcilicet habebit. In ſtatu regiminis תְּבוּאַת. Num.18. Reputabitur Leuitis ac ſi eſſet prouentus areæ,& prouentus torcularis. Deut.14. Decimando decimabis omnem prouētum ſeminis tui,quem profert ager ſingulis annis.2.Paralip.32.Et repoſitoria pro prouētu frumenti. In ſtatu affixorum תְּבוּאָתָהּ Leuit.25.Sed & iumento tuo, & beſtiæ quæ eſt in terra tua, erit omnis prouentus eius ad abſumendum. Et pluraliter תְּבוּאֹת Prouerb.14.Et abundantia prouentuum in uirtute bouis. In alijs locis omnibus ultimum uau pluralis numeri abiectum eſt.Geneſ.47.Et erit in prouentibus,& dabitis quintam Pharaoni.Leui.25. Iuxta numerum annorum prouentus uendet tibi.Et iterum:Quoniam numerum prouētuum uendet tibi. Deut.33. Et propter ſuauitatem prouentuum ſolis,& propter efflorationem lunationum.Iere.2.Confuſi ſunt à prouentibus ueſtris.

נָבִיא Vates,propheta,& propriè talis eſt perſona,quę immediatè à Deo eſt excitata,ut quod ei diuinitus uel in ſomnis,uel in uiſione,uel ab angelo, uel in uerbo reuelatū eſt,uenturū ſeu faciendū alijs denunciet. Et magna ſemper fuit prophetarū non modo in eccleſia dei,uerùm etiā apud gentes gloria & reuerentia,quia Deus eiuſmodi perſonā ſubinde nouis ſignis, & ſtupendis factis inclareſcere uoluit & ornauit, quibus uocatio ipſius & uerbum confirmarentur. Et in populo dei priſca appellatione dictus eſt רֹאֶה uidens, item aliàs חֹזֶה, aliàs אִישׁ אֱלֹהִים uir dei.1. Sam.9. Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli argentum, quam dabo uiro dei, ut annūciet nobis uiam noſtram. Olim enim in Iſrael ſic dicebat aliquis cum iret interrogare deum,uenite & ibimus ad הָרֹאֶה uidentem: nam qui hodie נָבִיא uocatur, antea uocabatur uidens. 1.Paralip.29. Sed res geſtæ Dauidis priores & poſteriores ſcriptæ ſunt in ſermonibus Samuelis רֹאֶה uidentis & in ſermonibus Nathan נָבִיא prophetæ, & in ſermonibus Gad חֹזֶה præuidentis. Iudic.6. Miſit Iehoua uirum prophetam ad filios Iſrael,qui dixit illis,&c.1.Sam.3.Et nouit uniuerſus Iſrael à Dan uſq; ad Beerſeba quòd fidelis Samuel eſſet pro propheta Iehoua, & adiecit Iehoua apparere in Silo,quoniā uiſus eſt Iehoua Samueli in Silo in uerbo Iehoua. 1.Reg.19. Eliſſam filium Sephat ex Abel Mehola unges in prophetam pro te. Amos 7.Non ſum propheta,neq; filius prophetæ. Differt autem propheta à ſacerdote,quòd prædicaret uentura,aut fungeretur officio concionatoris,ſed ſacerdos ſacris præeſſet in templo,non aliter atq; apud nos nunc Euangeliſta ſeu concionator à paſtore,qui ſimul etiam ſacramenta adminiſtrat. Propheta erat etiam ex alijs tribubus, ſacerdos tantùm ex tribu Leui. Propheta clarebat miraculis, quibus fidem faciebat ſe à Deo uocatum,ſacerdos non opus habebat miraculis, & poterat errare. Item Iere.6.A propheta uſq; ad ſacerdotem, quilibet facit mendaciū.Geneſ.20.Et dixit deus per ſomnium ad Abimelech,&c. reſtitue uxorē uiro:eſt enim propheta,& intercedet pro te, ut uiuas. Deinde ſcriptura etiam diſcrimen facit inter Moſen & alios prophetas,qui typus erat Chriſti,ſicut ex iſtis locis manifeſtū eſt.Num.12.Si fuerit propheta ipſius Iehoua uobiſcū in uiſione cognoſcar,in ſomnio loquar cū eo,ſed non ita ſeruus meus Moſes,qui in uniuerſa domo mea fidelis eſt,ore ad os loquar cum eo,& uiſione,& nō in ænigmatibus, & in ſimilitudine Iehoua uidebit.Deut.34.Nō ſurrexit propheta amplius in Iſrael ſicut Moſes, quem nouiſſet Iehoua facie ad faciem,ſecundum omnia ſigna & prodigia, propter quæ miſit illum Iehoua, ut faceret in terra Ægypti. Et ſic Chriſtus uenturus in Moſe quoq; per excellentiam dicitur,eò quòd ipſe debebat arcanum æterni patris conſilium ex ſinu ipſius depromere.Deut.18.Prophetam ſuſcitabo uobis è medio fratrum ſuorum ſicut te,ponamq; uerba mea in ore eius, & loquetur ad eos quæcūq; mandauero ei, &c. Eſt præterea propheta abuſiuè dictus interpres uoluntatis diuinæ.Exod.7.Ecce dedi te deum Pharaoni,& Aaron erit propheta tuus. Poſtremo & hoc tamen obſeruandum, quòd etſi hæc prophetæ appellatio propriè huic tantum perſonæ competit,quæ à deo eſt excitata,& errare non poſſit,tamen iſtum titulum, & officium etiam alij falsò ſibi uſurparunt, qui neq; à Deo ſunt excitati, ſed ex corde ſuo ſomnia comminiſcuntur,ut à fide in Chriſtum, & uerbo &

uero cultu Dei ad Baalim & commentitia numina adducant, quorum ſæpe in ſcriptura fit mentio. Deut. 31. Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut ſomniator ſomnij, &c. Et pluraliter נביאים 1. Sam. 28. Et non reſpondit ei Iehoua, neq; per ſomnia, neq; per Vrim, neq; per prophetas. Num. 11. Vtinã uniuerſus populus Iehoua eſſent prophetæ. 2. Reg. 23. Et cunctis habitatoribus Ieruſalem cum eo, & ſacerdotibus & prophetis, &c. 1. Sam. 10. Occurres cœtui prophetarum. Et ibidẽ iterum: Num & Saul inter prophetas. 1. Reg. 18. Et accepit Obadiahu centum prophetas & occultauit eos. 2. Reg. 2. Et egreſſi ſunt filij prophetarum, qui erant in Bethel ad Eliſſam. Et mox iterum: Et quinquaginta uiri de filijs prophetarum. Et in ſtatu regiminis נְבִיאֵי 1. Reg. 18. Et prophetas Baal, & prophetas lucorum. Threnor. 2. Etiam prophetæ eius non inuenerunt uiſionem à Iehoua. 1. Reg. 22. Et ero ſpiritus mẽdax in ore omnium prophetarum. Et in genere fœminino נביאה prophetes, prophetiſſa. Exo. 15. Et accepit Miriam prophetiſſa ſoror Aaronis tympanum. Iudic. 4. Debora mulier prophetiſſa uxor Lapidos ipſa iudicabat eo tempore Iſraelem. Neh. 6. Sed & Noadiæ prophetiſſæ & reliquorum prophetarum. quanquam multi uelint Noada nomen eſſe proprium uiri.

נבואה Vaticinium, prophetia. Nehe. 6. Quia prophetiam loquebatur ſuper me. 2. Paral. 15. Et prophetia Hoded prophetæ. ubi ponitur pro נְבוּאָה ſicut legitur cap. 9. Et in prophetia Achijahu Silonitæ.

125

בוז Abiecit animo conculcandum, cõculcauit animo, ex alto deſpexit, indignatus eſt alicui, id eſt, non exiſtimauit dignum, dedignatus eſt. Et congruit ſignificatione cũ uerbis בוש & בוס בזה בזא בזז niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe diſſentiant. Et plerunq; conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed. 2. Reg. 29. Indignata eſt tibi, ſubſannauit te uirgo filia Zion. Prouer. 23. Quoniam indignabitur intellectui dictorum tuorum. Et ſemel cum accuſatiuo. Prouer. 1. Sapientiam & diſciplinam ſtulti dedignantur.

Participium præſens בָּז Prouerb. 11. Indignans proximo deficiens eſt corde. & cap. 13. Qui indignatur uerbo, dolorem infert ſibi.

INDE NOMEN,

בוז Dedignatio, deſpectus, deſpectio. Gen. 38. Ne quãdo ſimus in deſpectione. Iob 12. Fax deſpectionis cogitationibus ſecuri. Et mox iterum, & Pſal. 107. Effundit dedignationẽ ſeu deſpectionem ſuper principes. & cap. 31. Aut deſpectus familiarum proſtrauit me. Pſal. 31. In ſuperbia & deſpectione. Prou. 18. Vbi ingreditur improbus, ingreditur etiam deſpectio. Et in forma fœminina בּוּזָה. Neh. 4. Audi deus noſter, quoniam facti ſumus deſpectio.

126

בוך Tantum uſitatũ eſt in paſſiua uoce primæ coniugationis נָבוֹךְ & ſignificat diſtrahi, diuagari: ſignificatione cõgruit cũ uerbis אָבַךְ אָמַס בָּכָה אָבַח niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe uariẽt. Ioel. 1. Diſtracti ſunt greges armentorũ.

Participium præteritum נְבוֹכִים Exod. 14. Diſtracti ſunt in terra. Et in genere fœminino נְבוֹכָה Eſther 3. Et ciuitas Suſan diſtracta.

INDE NOMEN,

מְבוּכָה Diſtractio. Ieſaiæ 22. Quoniam dies tumultus & conculcationis, & diſtractionis Iehoua dei exercituum. Et cum affixo. Mich. 7. Nunc erit diſtractio eorum.

127

בול Eiuſdem cum נָבַל ſignificationis: legitur ſemel in tertia coniugatione Ieſaię 64. Et emarcuimus tanquam folium, omnes nos.

128

בוס Calcauit, conculcauit pedibus, peſſum dedit: congruit ſignificatione cũ uerbis בוש & בוז אבס niſi ꝙ ut forma, ita modo tantũ ſignificandi inter ſe differant. Pſal. 44. Et ipſe conculcabit aduerſarios noſtros. Prou. 27. Anima ſatura cõculcat fauũ. Ieſ. 14. In terra mea & ſuper montibus meis cõculcabo eum. & cap. 63. Cõculcabo populos in ira mea. Participium pręſens בוסים & habet holem pro cametz. Ezech. 10. Et erunt quaſi fortes conculcantes in lutum platearum in bello.

In ſecunda coniugatione בּוֹסְסוּ fortiter cõculcauit. Ieſ. 63. Aduerſarij noſtri conculca-

culca-

culcauerunt ſanctuariū tuum.Iere.12.Conculcauerunt portionem meam.Amos 5. Ideo propter calcare uos ſuper exhauſtum, id eſt, propterea q conculcatis uos ſuper exhauſtum. & ſcriptum eſt ſin pro ſamech.

In tertia coniugatione legitur participium præteritū maſculini generis מְבוּסָס Ieſaiæ 14.Sicut cadauer conculcatum. In quarta coniugatione legitur participium generis fœminini מִתְבּוֹסֶסֶת Ezec.16.Et cum tranſirem uidi te cōculcatam in ſanguinibus tuis.Et mox iterū: Cū eſſes nuda & turpis cōculcata in ſanguine tuo.

INDE NOMINA:

אֵבוּס Calcanda,id eſt,præſepe ad quod animalia calcant:uide ſuo in loco.

מְבוּסָה Nomen participiale,conculcatio.Ieſ.18.Gentem perpendiculi & conculcationis. Et cap.22.Quia dies tumultus & conculcationis.

תְּבוּסָה Conculcatio,oppreſſio,caſus.2. Paralip.22. Et à deo factum eſt, caſus cum Achaziahu,ut ueniret ad Ioram.

129 בּוּץ Byſſus.Eſt aūt byſſus genus ſubtiliſſimi & cādidiſſimi lini naſcēs in Palæſthina in folliculis,ut ſunt papauerū folliculi,inde fit candidiſſima linea ueſtis,quæ nō conſumitur igni,ſed purgatur flammis,ac hodie Venetis nota eſt.Et Chaldęus Exo.28.Hebræum בַּד per בּוּץ interpretatur.Scribitur 1.Paral.15.Et Dauid erat amictus pallio byſſi.2.Par.2.In byſſo & coccino.& cap.ſeq.Et fecit uelū ex hyacintho,purpura,& cocco & byſſo.Eſth.1.Et hyacinthinū erat cōplexū funibus byſſi.

130 בּוּק Vacuauit,euacuauit:congruit ſignificatione cum uerbis בָּקַק & בָּבַּ & Latino uacuo.Legitur in prima coniugatione actiuæ uocis tantum participium præteriti temporis generis fœminini בּוּקָה Nahum 2.Euacuata eſt.

In uoce paſſiua נִבּוֹק Ieſaiæ 24.Euacuando euacuabatur terra.

In ſecunda coniugatione בּוֹקֵק Iere.51.Et mittam in Babylonem uentilatores, & uentilabunt eam, & euacuabunt terram eius. Sic in uoce eius paſſiua בּוֹקָק. Oſeæ 10.Vitis euacuata.

INDE NOMEN,

מְבוּקָה Generis fœminini,uacua.Nahum 2.Euacuata eſt & eſt uacua.

131 בּוֹר Fouea exciſa,ut in ea uel aqua pluuialis colligatur, & tum ciſterna dicitur,uel captiui detineātur.Quare differt à בְּאֵר, id eſt,puteus,qui etſi fouea quoq; ſit,tamē de eiuſmodi tantū dicitur,quę aquas habet ſcaturientes & uiuas,uel bitumē ſcaturiens.Gen.37.Coniecerunt eum in ciſternā.Et mox iterū:Et ciſterna erat uacua, & non erat aqua in ea.Exod 21.Si aperuerit aliquis ciſternam,aut ſi exciderit quis ciſternā,& non operuerit eam.Leuit.11.Sed fons,& ciſterna collectio aquarū erit munda.Ieſaiæ 51.Reſpicite ad petram unde exciſi eſtis,& ad caueam ciſternæ,qua eruti eſtis.Exo.12.Vſq; ad primogenitū captiui,qui eſt in domo foueæ.Pſal.7. Foueam excidit & infodit eam. Pſalm.28.Aſſimilatus ſum cum deſcendentibus foueam. Porro יוֹרְדֵי בוֹר prouerbialiter uſurpant Iudæi pro eo quod Græci dicunt ἐς κόρακας & Latini ad malam crucem, ſeu ad ſcalas Gemonias. Et Germani corruptis uerbis Iordebor.Ieſaiæ 14.Deſcendentes ad lapides foueæ. Prouerb.28. Homo obnoxius fuſi ſanguinis ad foueam uſq; fugiet,& illa non ſuſtinebit illum. Iere.37.Et uenit Ieremias ad domū foueæ.& cap.38.Et acceperūt Ieremiam & con iecerūt eum in foueam. Zach.9.Demiſiſti uinctos tuos de fouea,in qua non eſt aqua. Et ſemel cū aleph pro uau בְּאֹר 2.Sam.23.Et percuſſit leonē in medio foueæ in domo niuis. Legitur etiam cum he motum ad locum denotante בֹּרָה Gene.37. Et coniecerunt eum in ciſtetnam. In ſtatu affixorū manet inuariatū.Prou.5.Bibe aquas è ciſterna tua, & fluenta è medio putei tui. Ibi habetur differentia inter hæc duo nomina.Item Ieſ.36.Et bibent quiſq; aquas ciſternæ ſuæ. Et pluraliter בֹּרוֹת Geneſ.37.Et conijciamus eum in unam ciſternarum.Deut.6.Et ciſternas exciſas, quas non excidiſtis.1.Sam.13.In præruptis & in foueis.

132 בּוּשׁ Vt uerbum בּוּס de corporali pedum conculcatione dicitur,ita בּוּשׁ ſimiliter ut דוּב ad animum & ſpiritū transfertur,quādo in ipſo periculo ſeu malo deijcitur,

con

conſternatur,& cõculcatur,ut homo pudore rigeſcat,fiatq; aridus & pallidus,fœteat ac pudefiat:ſicut ex לְחִי & לְחִי intelligi poteſt, & ex Deu.34.Neq; fugit uiror eius. Vnde etiam cognationem quandam ſignificatione habet cum uerbis בָּשׁ & בַּשׁ niſi quòd ut forma parum, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant. Et quia in lingua Latina ſimile non habetur,quod illi reſpõdeat, cogit neceſſitas exponere uerbo pudefieri. Coniugatur autem in prima coniugatione irregulariter: ſeruat enim in præterito holem,& futurum habet in prima zere loco cametz.Iere. 48.Quomodo uertit ceruicem Moab,pudefactus eſt.& cap.50. Pudefacta eſt mater ueſtra ualde.Pſal.22.In te confiſi ſunt,& non pudefacti ſunt.Eſd.9.Quoniã pudore affectus ſum petere à rege exercitum & equites,id eſt,ueritus ſum.Et iterum: Et dixi,pudore afficior & erubeſco leuare faciem meã ad te Deus meus.2.Reg.19. Et habitatores eorum abbreuiati manu conſternabuntur & pudore afficientur,erunt uelut gramẽ agri & olus germinis,&c.Iob 19.Non pudore affecti eſtis, quòd ignotos feceritis uos mihi.Pſal.6. Pudefient & perterrebuntur uehemẽter omnes inimici mei,auerſi pudefient ſubito.

Participium præſens בּוֹשִׁים Ezech.32.A fortitudine pudefacti ſunt.

In ſecunda coniugatione בּשֵׁשׁ riguit,ſubſtitit. Exo.32. Et uidit populus, quod ſubſtitiſſet Moſes deſcendere de monte. Iud.5. Quare ſubſtitit curius eius uenire.

In tertia cõiugatione הֵבִישׁ pudefecit,pudore affecit.Pſal.44.Et oſores noſtros pudefeciſti. Pſal.53. Pudefeciſti, quia deus reiecit eos. Pſal.119. Iehoua ne pudefacias me.Pſal.14.Conſilium afflicti pudefeciſtis,quia Iehoua tutela eius eſt.

Participium præſens,quod tamen ſæpe uice nominis uſurpatur מֵבִישׁ Prou.10. Dormit tempore meſſis pudendus.cap.17.Seruus prudens dominabitur in filium pudendum, id eſt,ignauum, rigidum,& qui ſubſiſtit. cap.29. Et puer dimiſſus pudendus eſt matri ſuæ. Et in genere fœminino מְבִישָׁה Prouer.12.Et quaſi putredo in oſſibus eius eſt pudenda.

In quarta coniugatione הִתְבּשֵׁשׁ Gen.2.Et erant ambo illi nudi, Adam & uxor eius,neq; pudebant ſe.

INDE NOMINA:

בּוּשׁ Pudor.Iud.4.Et expectauerunt uſq; ad pudorem.2 Reg.2.Et inſtiterunt in eo uſq; ad pudorem.2.Reg.8.Statuitq; illo faciem ſuam, & poſuit ad pudorẽ uſq; & fleuit uir dei.Et in forma fœminea בּוּשָׁה Ezech.7.Et in omnibus faciebus erit pudor.

בּוֹשֶׁת Pudor.Pſal.89. Operuiſti ſuper eum pudorem. Abd.1. Propter iniuriam fratris tui Iacob operiet te pudor. Mich.7.Et operiet eam pudor.

בֹּשֶׁת Pudor.Pſal.35. Induantur pudore & ignominia. Sic quoque in ſtatu regiminis. 2.Para.32.Et reuerſus eſt cum pudore faciei in terram ſuam.Eſd.9.Et in deſpectionem & in pudorem faciei.Dan.9. Nobis autem pudor facierum. Cum affixis mutat holem in hatephcametz. 1.Sam.20.Nónne ſcio,q eligis tu filium Iſai in pudorem tui,&c.Pſal.69.Tu noſti opprobrium & pudorem mei.Ierem.3.Nos iacemus in pudorem noſtri.

מְבֻשִׁים Pudenda,uerenda. Et cum affixo.Deut.25.Et apprehenderit pudenda eius.

בָּשְׁנָה Pudor.Oſeæ 10.Pudor Ephraim corripiet.

133

בזז Reddidit aliquid deſpicabile,abiectũ,& uile,quod fit cũ proculcando diripitur. Vnde licebit uerbo diripiendi uertere,atq; de direptione multiplicium rerum dicitur,ut hominũ,pecorum,ciuitatũ,palatiorum,caſtrorũ,theſaurorũ,auri,argenti,aliarumq; rerum. Et congruit ſignificatione cũ uerbis בזה בָּזָא בָּזָה בוס בוש niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant. Num.31. Et omnia pecora eorum,& omnem ſubſtantiam eorũ diripuerunt.Gen.34. Et diripuerunt ciuitatẽ. Et mox iterum:Et omnes paruulos eorum, & mulieres eorum captiuauerũt & diripuerunt. 1.Samu.14. Deſcendemus poſt Philiſthæos noctu,& diripiemus in eis uſq; ad lucem matutinam. Nahum 2.Diripite argentum & diripite aurum.

Participium præſens בֹּזְזִים 2.Paral.20.Diripientes ſpolium. Ieſa.42.Et Iſrael direpto-

direptoribus. Et cum affixo. Et ſors diripientibus nos.

Participiũ præteritum בָּזוּז. Ieſaiæ 42. Et ipſe populus direptus & conculcatus. In uoce paſſiua הִבּוֹז Ieſaiæ 24. Diripiendo diripietur. Amos 3. Et diripiẽtur palatia tua. In ſecunda coniugatione uocis paſſiuæ legitur ſemel בֻּזּוּ. Ieremiæ 5. Et diripientur.

INDE NOMINA:

בַּז Direptio, quæ fit conculcatione & cum deſpectu directi. Num. 14. Paruuli noſtri fierent in direptionem. 2. Reg. 21. Et erunt in direptionem. Ieſaiæ 10. Et ad diripiendum direptionem. Et cap. 42. Fuerunt in direptionem. Ier. 15. Subſtãtiam tuam & theſauros tuos in direptionem dabo. Ezech. 34. Et nõ erunt amplius direptio gentibus. Et in diſtinctione בָּז Num. 31. Et fuit abductio ultra direptionem. Ieſaiæ 8. Feſtina direptionem.

בִּזָּה Direptio. 2. Par. 25. Et diripuerunt direptionem magnam. 2. Para. 28. Captiuitatem & direptionem coram principibus. Dan. 11. Direptionem & ſpolium.

זִיז Nomen collectiuum, de quo ſuo in loco.

מְזוּזוֹת Nomen, de quo ſuo in loco.

134

בָּזָא Diripuit conculcatione, & pulſatione ſeu cõmiſſione rei quæ diripitur: & congruit ſignificatione cum uerbis בָּזַז בּוּשׁ בּוּס בּוּז בָּזָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe diſcrepent: legitur tantum ſemel Ieſaiæ 19. Cuius diripuerunt flumina terram eius.

135

בָּזָה Abiecit animo conculcandum, conculcauit animo, id eſt, deſpexit ex alto, & alto ſupercilio dedignatus eſt, indignatus eſt alicui, id eſt, non exiſtimauit eum dignum: & cõgruit ſignificatione cum uerbis בָּזָא & בּוּשׁ בּוּס בָּזַז niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe tantum uarient: at cum בּוּז non tantum ſignificatione, uerũ etiam modo ſignificandi & conſtructione congruit: conſtruitur enim cum datiuo mediante articulo lamed, & cum accuſatiuo mediante articulo אֶת. 2. Sam. 6. Et indignabatur ei in corde ſuo. Num. 15. Nam uerbum dei dedignatus eſt, & mandatum eius labefactauit. Pſal. 22. Quia non deſpexit, neq; execratus eſt oppreſſionem oppreſſi. Pſal. 69. Et uinctos ſuos non deſpexit. Ezech. 17. Deſpexit iuramentum ut labefactaret pactum. Geneſ. 25. Et deſpexit Eſau primogenituram. 1. Sam. 10. Et deſpexerunt eum, neq; attulerunt ei munus. 1. Sam. 17. Et uidit Dauidem & deſpexit eum. Pſal. 51. Cor contritum & contuſum deus non deſpicies.

Conſtruitur ſemel cum עַל Nehe. 2. Subſannauerũt ſuper nos, & indignati ſunt ſuper nos. Quarto, cum nomine עֵינָיו Eſther 3. Et deſpexit in oculis ſuis mittere manum in Mardochæum ſolum, id eſt, indignum uidebatur.

Participiũ pręſens בּוֹזֵה Prouer. 15. Stultus homo deſpicit matrem ſuam. cap. 19. Deſpiciens uias ſuas, morietur. Et pluraliter בּוֹזִים. 2. Paral. 36. Et erant contumelioſi in legatos dei, & deſpiciebant uerba eius. Et in ſtatu regiminis. 1. Sam. 2. Et deſpicientes me leues erunt. Malach. 1. Deſpectores nominis mei.

Participium præteritum maſculini generis בְּזוּי Iere. 49. Deſpectum inter homines. Abd. 1. Deſpectus tu uehementer. Pſa. 22. Opprobriũ hominum, & deſpectus populo. uel ut ſit nomen uerbale, Deſpectio populi. Et in genere fœminino בְּזוּיָה Eccle. 9. Et ſapientia pauperis deſpecta eſt. In uoce paſſiua legitur participium maſculini generis נִבְזֶה Pſal. 15. Deſpectus in oculis ſuis. Pſal. 119. Modicus ego, & deſpectus. Ieſaiæ 53. Deſpectus, & ceſſatio uirorum. Dan. 9. Et ſtabit in loco eius deſpectus. Et pluraliter נִבְזִים Malac. 2. Dedi uos deſpectos.

In tertia coniugatione הַבְזוֹת Eſther 1. Et egredietur factũ reginæ ad omnes mulieres, ut deſpiciant maritos ſuos in oculis ſuis.

INDE NOMINA:

בַּז Deſpectus, indignatio, ſicut à קָנָה nomen קֵן Zach. 4. Quæ eſt indignatio diei exiguarum, ſcilicet rerum.

בִּזָּיוֹן Deſpectus, deſpectio, indignatio. Eſther 1. Et erit plus ſatis indignationis, & iræ.

Deſpe

נִמְבָזָה Deſpectio, abiectio. 1. Sam. 15. Sed quodcũq; opus deſpectum & languidum, hoc ipſum deuouerunt.

136

בזק Fulgur: quidam idem ſignificare autumant quod בָּרָק eò quòd mediæ literę ſint eiuſdem inſtrumenti, & commutabiles: poteſt etiam cognationem habere cum nomine זִקִּים Ezech. 1. Et animalia ibant, & redibant ſecundũ aſpectũ fulguris.

בֶּזֶק Nomen ciuitatis in terra Canaan. Iudic. 1. Et percuſſit eos in Bezek. Et in diſtinctione ſententiæ בָּזֶק 1. Sam. 11. Et recenſuit eos in Bezek.

137

בזר Diſtraxit. Et congruit ſignificatione cum uerbis פָּזַר . פִּזֵּר. Pſal. 68. Diſtraxit populos, qui prælia cupiunt. Danielis 11. Prædam & ſpolium & ſubſtantiam inter ipſos diſtrahet.

INDE NOMEN,

זַרְזִיר Leopardus. de hoc ſuo in loco.

138

בחל Abhorruit. Et uidetur cognationẽ habere ſignificatione cum uerbo בָּהַל. Item cum uerbo חָלַל. Item literarum tranſpoſitione cum חָבַל in altero eius modo ſignificandi. Et legitur ſemel tantum. Zachar. 11. Atq; etiam anima eorũ abhorruit erga me: uel ita, Atque etiam anima ipſorum diſſoluitur, ſeu dolore afficitur erga me.

139

בחן Probauit, examinauit, explorauit. Iob 23. Probauit me, ſicut aurum exibo. Pſal. 17. Probaſti cor meum. Malach. 3. Probauerunt deum. Iob 34. Quia auris dicta probabit. Pſal. 11. Iehoua iuſtum probabit. Pſa. 81. Probabam te apud aquas contentionis. Zach. 13. Probabo eos ſecundũ probare aurũ, id eſt, ſicut probatur aurũ.

Participium præſens בֹּחֵן Pſal. 7. Et probans corda, & renes deus iuſtus. Ierem. 17. Probans renes.

In uoce paſſiua נִבְחַן Iob 34. Probetur Iob. Gen. 42. Et probabuntur uerba ueſtra. Et mox iterum: In hoc probemini.

INDE NOMINA:

בַּחוֹן Probator. Iere. 6. Probatorem poſui te in populo meo.

בֹּחַן Probatio. Ieſaiæ 28. Fundabo in Zion lapidem probationis. Ezech. 21. Quia probatio, ſed quid, ſi etiam uirga reijciens non erit.

בַּחַן Vallum, munitio, quæ probata eſt cõtra oppugnationem obſidentium. Ieſaiæ 32. Clauſa & munitio facta eſt in cauernam.

בַּחוּנִים Munitiones, quæ ſunt probatæ contra oppugnationes hoſtium. Ieſaiæ 23. Erexerunt munitiones eius.

140

בחר Delegit, elegit: & nonnulli arbitrantur eſſe compoſitum ex beth & חוּר candidum, q; quæ ſunt candida & ingenua, eligantur & approbentur: alij participare cum uerbo חָבַר à quo ut tranſpoſitione tantum literarum, ita modo ſignificandi differat, deinde contrariam etiã habere ſignificationem cum uerbis רָחַב & בָּרַח conſtruitur frequẽtiſſime cum accuſatiuo, interdum etiam cum ablatiuo mediante præpoſitione beth. Deut. 7. In te delegit Iehoua, id eſt, delectum habuit. 2. Sam. 24. Elige tibi unum ex illis. Ioſue 24. Eligite uobis, quẽ colatis. Iob 23. Eligã uiam illorum. Pſal. 25. In uia quam eliger. 1. Sam. 2. Et eligendo eum ex omnibus baculis Iſrael. Ieſaiæ 7. Vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Ezechi. 20. In die eligendi me in Iſrael.

Participium præſens בֹּחֵר 1. Samuelis 20. Eligis tu in filio Iſai. Zach. 3. Qui eligit in Ieruſalem.

Participium præteritum בָּחוּר require inter nominia.

In uoce paſſiua legitur tantum participium נִבְחָר Prouerbi. 8. Et ſcientiam potius quàm aurum electum.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua בֻּחַר Eccleſ. 9. Quia quicquid eligetur apud omnes uiuentes eſt fiducia.

INDE NOMINA:

בָּחוּר Participium ſeu nomen participiale, Electus, ſcilicet ex grege ad munia publica geren-

gerenda ſiue domi,ſiue militiæ.Cant.5.Electus ut cedri.Deut.32.Tam electum,&
uirginem,id eſt,iuuenem.2.Sam.6.Et collegit porro Dauid omnem electum in Iſ
rael. Et pluraliter in ſtatu regiminis בחורי 1.Sam.26.Tria millia uirorũ electo-
rum Iſrael.2.Sam.10.Et elegit ex omnibus electis Iſrael. Et quando pluraliter cũ
affixo ſingulari reciproco ponitur,tum eſt temporis,id eſt iuuentus. Num.11. Et
reſpondit Ioſua filius Nun miniſter Moſi,quem elegerat à iuuentute eius.

בָּחוּר Electus,id eſt iuuenis:& eſt uſitatum in plurali בַּחוּרִים Iudi.14.Sic faciunt iuue-
nes.Pſalm.148 Iuuenes atq; etiam uirgines.Ieſaię 13. Non educaui iuuenes. Item
בַּחֻרִים Iere.31.Et iuuenes & ſenes. Et in ſtatu regiminis בַּחוּרֵי Pſal.78.Et iuuenes
Iſrael curuare fecit.Ezech.23.Iuuenes deſiderij.& cap.30. Iuuenes cõcupiſcentię.
Similiter in ſtatu affixorum.2.Paral.36.Et occidit iuuenes eorum gladio.Ieſaiæ 9.
Super iuuenibus eius nõ lætabitur Iehoua.Ioel.2.Iuuenes ueſtri uiſiones uidebũt.
Item cum kybutz.2.Reg.8.Et iuuenes eorum gladio occides.

בְּחֻרוֹת In forma pluralis numeri,iuuentus.Eccleſiaſt.12.Memento creatoris tui in diebus
iuuentutis tuæ.

בָּחִיר Nomẽ uerbale,electus. Et in ſtatu regiminis ac affixorum בְּחִיר 2.Samuelis 21.
In Gibbeath Saulis electi Iehoua.Pſal.107.Niſi Moſes electus eius ſtetiſſet in ru-
ptura. Et in plurali nihil uariat.Pſal.105.Electi tui.Pſalm.106. Electi mei.Ieſaiæ
42.Electi eius.

מִבְחָר Et in ſtatu regiminis מִבְחַר electio ſeu electum.Gen.23.In electione ſepulchrorũ
noſtrorum ſepeli mortuum tuum.Iere.48. Et electio iuuenum eius deſcẽderunt.
Ezech.23.Electionem filiorum Aſſur. Et pluraliter מִבְחָרִים Dan.12.Et populus
141 electionum eius.

בָּטָא Inconſideratè pronunciauit,temere effutijt,deblaterauit:& dicitur de pronun-
ciatione ſiue bona ſiue mala.Leuit.5.Aut ſi anima iurauerit pronunciando ma-
lefacere uel benefacere, quacunq; in re protulerit homo cum iuramento. Pſal.
106.Quod proferret labijs ſuis.

Participium præſens cum he pro aleph בּוֹטֶה Prouerb.12.Pronuncians, eſt uelut
confoſſiones gladij.

INDE NOMEN,

מִבְטָא Enũciatio,pronunciatum.Num.30.Aut enunciatio labiorum eius,qua obligauit
142 ſe ſuper anima ſua.

בָּטַח Confidit,fiduciam habuit ſeu collocauit,confidens fuit,& per metalepſim au-
dax & ſecurus fuit,eò quòd confidentiam ſequitur ſecuritas, & opponitur pu-
ſillanimitati,dubitationi,& timori ſeu trepidationi: ſignificat enim re firmiter
inniti. Abſolutè.Ieſaiæ 12.Ecce deus ſalus mea confidam,& non formidabo. In
regimine autem trifariam conſtruitur. Primo,cum ablatiuo mediante præpo-
ſitione beth.Pſal.13.Ego autem in miſericordia tua confidi.Pſal.28.In ipſo cõfidit
cor meum.Iere.17. Maledictus, qui confidet in homine.2. Reg.18.In Iehoua deo
Iſrael confidit.Pſal.112.Paratum eſt cor eius confidere in Iehoua. Secundo,ali
quando conſtruitur cum אֶל ad, in, erga, importans motum ad perſonam ſeu lo-
cum.Iudic.20.Quoniam confidebant in loca inſidiarum.Pſal.4. Sacrificate ſacri-
ficia iuſtitiæ, & cõfidite in Iehoua.Pſal.31.Ego autem in Iehoua confidi.Prouer.3.
Confide in Iehoua toto corde tuo. Tertio, conſtruitur cum עַל 2.Reg.18.&
Ieſaiæ 36.Super quo confidiſti,quòd rebellis es contra me.Ieſaiæ 36. Confidiſti ſu
per baculo arundineo.Pſal.31.Ego autem confidi ſuper te Iehoua.

Participium præſens בּוֹטֵחַ uel etiam ſine uau,abſolutè confidens,ſecurus.Iud.
18.Et uiderunt populum in ea ſedentem ſecurè iuxta morem Zidoniorũ tranquil
lum & ſecurũ.Prou.14.Sapiens eſt timidior, & declinat à malo, ſed inconſidera-
tus tranſit & eſt ſecurus. Et cũ beth. Deut.28. Et munitiones in quibus tu cõfi-
dis.Pſal.12.Quoniam rex confidit in Iehoua. Et pluraliter בּוֹטְחִים. 2.Reg.18. Sic
Pharao rex Aegypti cõfidentibus ſuper ipſo.Pſal.49.Qui cõfidunt ſuper ſubſtan
tiã ſuã.Pſal.125.Qui cõfidunt in Iehoua. In genere fœminino בֹּטְחָה. Ierem.49.

Quæ confidis in theſauris eius. Et pluraliter בֹּטְחוֹת Ieſaiæ 32. Filiæ confidentes audite ſermonem meum.

In tertia coniugatione הִבְטִיחַ confidere fecit: & conſtruitur cum accuſatiuo mediante articulo אֶת 2. Reg. 18. & Ieſaiæ 36. Et nẽ confidere faciat uos Hiſkia in Iehoua. Iere. 28. Et tu confidere feciſti populum iſtum ſuper mendacio.

Participium præſens מַבְטִיחַ Pſalm. 22. Qui confidere facis me ſuper uberibus matris meæ.

INDE NOMINA:

בֶּטַח Fiducia, confidentia, ſecuritas. Iob 6. Pudefient, quandò eſt confidentia.

בֶּטַח Fiducia, confidentia, ſecuritas. Iudic. 8. Et percuſſit caſtra, quæ caſtra erant ſecuritatis. Ezech. 30. Ad terrendum Aethiopiam ſecuritatis. Ieſaiæ 32. Et opus iuſtitiæ tranquillitas, & ſecuritas perpetua. Et quando cũ uerbo conſtruitur, tranſit in naturam aduerbij. Gen. 34. Et adorti ſunt ciuitatẽ confidenter, id eſt, audacter. Deut. 33. Et commorabitur Iſrael confidenter ſolus, id eſt, ſecurè, tutò. Sæpe tamen acceſſit à fronte literam lamed לָבֶטַח confidenter, ſecurè. Leuit. 25. Et habitabitis ſecure ſuper ea. Pſal. 16. Veruntamen caro mea quieſcet confidenter, id eſt, non uidebit corruptionem. In ſtatu affixi ſemel legitur mutato ſægol in hirik. Iere. 48. Fiducia tua in factis tuis, & in theſauris tuis.

בִּטְחָה Fiducia, confidentia, ſecuritas, forma fœminea. Ieſaiæ 30. In tranquillitate, & in fiducia erit fortitudo ueſtra.

בִּטָּחוֹן Fiducia, confidentia, ſecuritas, audacia 2. Reg. 18. & Ieſaiæ 36. Quæ eſt confidentia iſta, qua confidis. Eccl. 9 Illi qui eligit uiuentiũ habere ſocietatẽ eſt cõfidentia.

מִבְטָח Fiducia, confidentia, ſecuritas. Pſal. 65. Fiducia omnium finium terræ. Prouer. 25. Deus malus, & pes uacillans confidentia temerarij in die anguſtiæ. In ſtatu affixorum. Iob 8. Domus aranei fiducia eius. Iob 18. Abrumpetur à tabernaculo ſuo fiducia eius. & cap. 48. Sicut confuſa eſt domus Iſrael à Bethel fiducia ipſius. Et pluraliter מִבְטַחִים Ieſaiæ 32. Et ſedebit populus meus in habitaculo pacis, & in manſionibus ſecuritatum. Et cũ affixis. Iere. 2. Quoniã nauſeã habet Iehoua in cõfidentijs tuis. Et in forma fœminea מִבְטָחָה. Prouerb. 21. Ciuitatẽ heroũ tranſcendit ſapiens, & domat regnum ſecuritatis.

בַּטֻּחוֹת Forma pluralis numeri, ſecuritates. Iob 12. Felicia ſunt domicilia uaſtãtium, & ſecuritates irritantium Deum, id eſt, multa ſecuritas.

אֲבַטִּחִים Pepones. Num. 11. Comedebamus in Aegypto gratis cucumeres, & pepones. Nomen eſt aut Aegyptiacum, aut appellationem habet à ſecuritate, qua terræ firmiter incumbit.

143 בָּטַל

Congruit ſignificatione cum uerbis לָבַט & טָבַל niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe uariẽt, & ſignificat neutraliter impingere, offendi. Eccl. 12. Impingent molares, quia pauciores ſunt. Nec alibi uſpiam in ſcriptura ſacra reperitur.

144 בֶּטֶן

Vterus, uenter, & tam de uiri uẽtre, ꝙ de mulieris utero dicitur. Num. 11. Vt intumeſcat uterus. Ieſaiæ 46. Qui portamini ab utero. Iere. 1. In utero noui te. Prouerb 13. Venter improborum deficiet. 1. Reg. 7. E regione uentris. Et in diſtinctione ſententiæ. Gen. 30. Qui prohibuit à te fructum uteri. Pſalm. 127. Merces fructus uteri. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik, & alterũ in ſeua. Iob 19. Et gratificabar liberis uẽtris mei. Deut. 28. Maledictus fructus uteri tui. Oſeæ 9. Et occidam deſiderabilia uteri eorum.

בָּטְנִים Dactyli, à ſimilitudine uteri, in quo cõtineẽ fruct⁹. Ge. 43. Dactylos & amygdala.

145 בִּין

Congruit ſignificatione cum uerbo בנה, niſi ꝙ ut forma, ita modo tantũ ſignificandi inter ſe diſcrepant. Significat enim proprie intrinſecus in mente & intellectu, ordine & certa quadem diſpoſitione diſtinctioneꝗ & iudicio intendere, cõſiderare, & curare, qualis res aliqua ſit, aut eſſe oporteat, nõ aliter ꝙ in architectonica, domum ſeu ædificiũ intrinſecus arte in ſua habitacula, regiones & partes propor-

proportionabiliter diſtinguere, quale fieri debeat, ut ordine & cõmode in eo habitetur, uerbum בָּנָה ſignificat. Differt autem à uerbo חָכַם quod nimirũ hoc de luce in mente, qua res aliqua certe cognoſcitur aut agitur, ſed uerbũ בִּין dicitur de diſcretione & iudicio, quo res inter ſe ſimiles, aut diſſimiles prudẽter intelligũtur, id eſt, diſtinguuntur & dijudicantur, ut infra uidebimus in nominibus: commode igitur Hieronymus uerbo Latino, Intelligo. reddidit, quod eſt compoſitũ ex inter & lego: ut diſcernere intrinſecus in intellectu, & penitius conſiderare & curare ſignificet, ſicut in tertia coniugatione, in qua huius uerbi crebrior uſus eſt, ex circũſtantijs conſtructionis atq; exemplis clarius elucebit. Nunc exempla primæ coniugationis adducã. Deut. 32. Recordare dierum ſeculi, intelligite annos ſingularũ ætatum, id eſt, expendite. Dan. 9. Ego Daniel intellexi in libris. Pſal. 94. Intelligite bruti in populo. Pſal. 139. Intendis cogitationi meæ à longe. Prouerb. 23. Si ſederis ad comedendũ panem cum potentiore, intelligendo intelliges, quæ ſunt corã te. ubi prius eſt infinitiuus primæ coniugationis.

Participium præſens pluralis numeri maſculini generis בָּנִים Iere. 49. Ablatum eſt conſilium ab intelligentibus. alij tamen legunt à filijs.

In uoce paſſiua נָבוֹן intelligentia ſeu intellectu præditus fuit. Ieſaiæ 10. Quoniã dixit in fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea, quia intelligentia præditus fui. ubi tamen ſchurek loco holem legitur.

Participium præſens נָבוֹן ſed quia nominaliter uſurpatur, nec aliud nomen cõcretum ab iſto uerbo deriuatur, quo intelligẽs ſignificetur, infra inter nomina ſubſcribere uolui.

In ſecunda coniugatione בּוֹנֵן & eſt tranſitiuum: legitur ſemel tantum in tota ſcriptura Deut. 32. Circumduxit eum, intelligentem fecit eum, conſeruauit eum ſicut pupillam oculi ſui.

In tertia coniugatione הֵבִין intellexit, ſcilicet, cũ diſcrimine, obſeruauit cum iudicio, dijudicauit. Et uarie conſtruitur, & ſecundum eius conſtructionem neceſſe eſt etiam uariare in Latina lingua interpretationem. Primo, abſolute legitur. 1. Reg. 3. Ad intelligẽdum inter bonũ & malum, id eſt ad dijudicandũ. 2. Reg. 3. Sed petijſti tibi intelligere ut audire poſſis iudiciũ. 1. Sam. 3. Et intellexit Eli ꝙ Iehoua uocaret puerũ. 2. Sam. 12. Et intellexit Dauid ꝙ mortuus eſt natus. Pſal. 82. Nihil norunt, neq; intellexerunt, ſed in tenebris uerſabantur. Pſal. 94. Et dixerunt non uidebit Iehoua, neq; intelliget deus. Secundo, conſtruitur cum accuſatiuo mediante articulo אֶת Pſal. 92. Et ſtultus nõ intelliget iſtud. Ieſaiæ 28. Et quem intelligere faciet auditum, id eſt, uerbum. Legitur tamẽ ſæpius ſine articulo. Iob 28. Deus intellexit uiam eius. Pſal. 19. Errata quis intelliget. Ieſaiæ 40. An nõ intellexiſtis fundamenta terræ? Mich. 4. Et intellexerunt conſilium eius. Tertio, cum affixis, & fit tranſitiuũ. Pſal. 119. Viam mandatorũ tuorũ fac intelligere me. Et mox iterum: Fac intelligere me, ut diſcam mandata tua. Quarto, cum אֶל Pſal. 28. Quoniam non animaduertunt ad opera Iehoua. Quinto, cum lamed. Deut. 32. Vtinã animaduerterẽt ad nouiſſimum ſuum. Iob 6. Et ubi errauerim, intellectum præbete mihi. Pſal. 78. Animaduertebam ad nouiſſimum eorum. Prou. 14 Sed callidus animaduertet ad greſſum ſuum. Sexto, cum עַל præpoſitione. Dan. 11. Et ſuper deo patrum ſuorum nihil intelliget, & ſuper deſiderio mulierum, & ſuper omni deo nihil intelliget, quia ſupra omnia magnificabit ſe, non habebit ullum diſcrimẽ inter deos & religiones, nec inter deſiderium mulierum extra uel intra matrimonium exiſtentium. Septimo, cum præpoſitione beth. Dan. 1. Et Daniel intelligẽs fuit in omni uiſione & ſomnijs, id eſt, peritus. Pſal. 49. Homo cum eſſet in pretio, non intellexit. Neh. 13. Veni Hieroſolymã, & intellexi in malo, quod fecerat Eliaſub. Eſd. 8. Et intelligebã in populo & in ſacerdotibus. Neh. 8. Et intelligebant in lectione. Octauo, legitur ſemel dici de re inanimata & metaphorice pro ſentire. Pſal. 58. Antequam intelligent ollæ ueſtrę Rhamnum.

Participium præſens מֵבִין intelligens, habens intelligentiam, is qui intelligit.

 1. Para.

1.Paralip.28.Quoniam omne figmentum cogitationū intelligit.2.Paralip.26.Qui intelligens erat in timore Iehoua.Ieſaiæ 57.Et uiri beneficētiæ auferūtur, & nemo intelligit,id eſt,conſiderat.1.Paralip.15 Et Gnaiahu princeps Leuitarum in erudiendo in prophetia:nam intelligēs erat.1.Paralip.25.Omnis intelligēs.Et mox iterū:Tam intelligēs quàm diſcipulus.Et pluraliter מְבִינִים Neh.8.Corā uiris & mulieribus,& intelligentibus.Et mox iterū: Et Leuitæ intelligentē facientes populum ad legem,id eſt,aſſuefacientes.2.Paralip.35.Et dixit ad Leuitas, qui intelligentia erant ipſi populo. Et in ſtatu regiminis מְבִינֵי Danielis 1.Et ſcientes ſcientiam, & intelligentes intelligentiæ.

In quarta coniugatione הִתְבּוֹנֵן in ultima ſemper zere,præterquā in diſtinctiōe, ubi loco ipſius habet camerz.Ieſ.1.Et populus non intellexit.Pſalm.107. Et intelligent beneficia Iehoua.Et in hac coniugatione communiter importat conatum et diligentiam,ſeu diligentē obſeruationē.Iob 37.Sta & obſerua mirabilia dei. Ieſa. 40.Ne recordemini priorum,& anteriora ne obſeruetis.Iere.2.Mittite ad Kedar, & intelligite diligenter,&c.1.Reg.2.Cum ſurrexiſſem mane ad lactandum filium meū,& ecce erat mortuus,& obſeruaui uidēdo ad eū mane, & ecce erat mortuus. Iere.23.In nouiſſimo dierum intelligetis in ea intelligentiam,id eſt percipietis.

INDE NOMINA:

נָבוֹן Nomē participiale, intellectu ſeu intelligētia præditus,qui in rebus agēdis induſtriā habet & peritiā.Gen. 41.Et nūc prouideat Pharao uirū intelligentē & ſapientem & cōſtituat eū ſuper terrā Aegypti.Deut. 4. Populus iſte eſt ſapiēs & intelligens.Prou.10.In labijs intelligentis inuenietur ſapientia Oſeę 14.Quis ſapiens et intelliget iſta,& intellectu præditus,& cognoſcet ea. Et in ſtatu regiminis נְבוֹן 1.Sam.16.Et uirū belli,& peritū rei.Ieſaię 3.Conſiliariū & ſapientē artificum,& peritum oratoriæ. Et pluraliter נְבֹנִים Deut.1.Date uobis uiros ſapientes, & intelligentes,& gnaros.Eccl.9.Neq; etiā intelligētibus diuitiæ.Ieſaiæ 5. Væ ſapiētibus in oculis ſuis,& corā faciebus ſuis intelligētibus.Iere.4.Filij inſipiētes, & nō intelligētes ſunt. Et cū affixo.Ieſaiæ 19.Et intelligētia intelligentiū eius abſcondet.

בֵּין Hebræis eſt nomē,id eſt,diſtinctio,quod tamē uſurpatur pro præpoſitione,inter: & ex iſta uocula licebit uenari huius thematis,& deriuatorum eius ſignificationē. Gen.15.Et lampas ignis quæ tranſibat inter diuiſiones has. Deut. 1.Audite inter fratrem ueſtrū.Ieſaiæ 44. Et germinabūt quaſi inter herbam. Et quando ſequitur alterū membrū, à quo fit diſtinctio,tū aliquādo ſimpliciter repetit iſta uocula בֵּין præpoſita copulatiua uau.Gen.1. Et diſtinctionem fecit deus inter lucē & inter obſcuritatē.Leuit.11. Vt diſcernat inter immundū & mundum.Deut.1. Et iudicabitis iuſte inter uirū,& inter fratrem eius,& inter aduenam eius. Interdū tamen nō repetitur, ſed alteri membro præponitur præpoſitio lamed. Gen.1.Et ſit diuidens aquas ab aquis.Deut.17.Ad iudicium inter ſanguinem à ſanguine, inter cauſam à cauſa,& inter plagam à plaga. Et in ſtatu affixorum nihil mutat. Gen.9. Et recordabor pacti,quod eſt inter me,& inter uos.1.Reg.15. Pactū inter me & inter te. Et habet pluralem numerū forma fœminea בֵּינוֹת Ezech. 10.Ingredere ad intra rotam.Et mox iterum:De inter Cherubim. Et cū affixis.Gen. 42. Quia interpres erat inter eos.& cap.26.Sit nunc iuramentum inter nos.

בֵּינַיִם Nomē appellatiuū dualis nūeri,quo Goliath ille Philiſthęus ex eo dictus, q; ipſe ſeſe inter duo caſtra mediū cōſtituerat,quaſi dicas intermedius,ſequeſter,duellio. 1.Sam.17. Et Philiſtæi ſtabāt ſup mōte illinc,eratq; uallis inter eos, & egreſſus eſt uir ille intermedius de caſtris Philiſthęorū,cuius nomē erat Goliath de Gath &c.

בִּינָה Nomē fœminini generis. Et eſt iudicium, qđ ex ſapiētia oritur, quo animaduertimus & diſcernimus inter res ſimiles & diſſimiles,bonas & malas. Et differt à חָכְמָה ſapientia,quæ eſt lux & cognitio rerum, ſed בִּינָה eſt diſcretio & iudicium, quo inter res diſcernimus,& Græci σύνεσιν uocant,& Latini intelligētiā ſeu prudentiam.1.Paral.12.Ex filijs Iſaſhar gnari intelligētię in tēporibus.1.Paral.22. Dabit tibi Iehoua ingenium & intelligentiam.2.Paral.2.Qui dedit Dauidi filium ſapien-

pientem, gnarum induſtriæ & intelligentiæ. Iob 28. Declinare à malo eſt intelligentia. Prouerbio. 1. Ad intelligendum ſermones intelligentiæ. cap. 23. Veritatem compara, & non uende, ſic ſapientiam, & diſciplinam & intelligentiam. Ierem. 23. In nouiſſimo dierum intelligetis in ea intelligentiam. Danielis 1. Et quicquid erat ſapientiæ intelligentiæq́, quod quærebat ab eis rex. cap. 8. Cum uiderem ego Daniel uiſionem quærebam ſtatim intelligentiam. Ieſaiæ undecimo, Et quieuit ſuper eum ſpiritus Iehoua, ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ, &c. Et in ſtatu regiminis בִּינַת Prouerb. 30. Et non eſt intelligentia hominis mihi. Ieſaiæ 29. Et intelligentia intelligentium eius abſcondetur. Et cum affixis. Iob 20. Et ſpiritus de intelligentia mea reſpondit mihi. Prou. 23. Ab intelligentia tua deſiſte. Et pluraliter בִּינוֹת Ieſa. 27. Quoniã populus eſt nõ intelligentiarũ, id eſt nullius intelligẽtiæ.

תְּבוּנָה Intelligentia, prudentia. Prouerbior. 8. Intelligentia dabit uocem ſuam. ubi de æterna illa & diuina intelligentia dicitur, quæ eſt ipſe deus. Exod. 31. Et impleui eũ ſpiritu Dei in ſapientia, & in intelligentia, & in ſcientia, & in omni arte. ubi pro dono ſpiritus ponitur. Item Prouerb. 24. In ſapientia ædificabitur domus, & in intelligentia confirmabitur. Et obſeruandum eſt, quãdo de Deo dicitur, quòd aliquid in intelligentia fecerit, tum intelligendum eſt non ut ſit in deo ꝗſis, ſed ad prouidentiam ipſius referendum eſt in rebus creatis, qua eas certo ordine & certa ratione ac diſpenſatione ordinauit, & adhuc gubernat ac moderatur. Pſalm. 136. Facienti cœlos in intelligentia, id eſt certa ordinatione, & certo ſyderum curſu, diſtinctisq́ temporum uicibus. Prouerb. 3. Confirmauit cœlos in intelligentia. Et in ſtatu affixorum. Pſalm. 147. Et intelligentiæ eius non eſt numerus. Iere. 10. Qui fecit terram in uirtute ſua, confirmat orbem in ſapientia ſua, & intelligentia ſua extendit cœlos. Prouerb. 5. Ad intelligentiam meam inclina aurem tuam. Oſeæ 13. Et fecerunt ſibi conflatile de argento ſuo, iuxta intelligentiam ſuam. ubi tamẽ תְּבוּנָם legitur pro תְּבוּנָתָם. Porro R. Dauid putat poſitum pro תְּמוּנָם ſecundum ſimilitudinẽ ſuam. Et pluraliter תְּבוּנוֹת. Pſalm. 49. Os meum loquetur ſapientias & meditatio cordis mei intelligentiæ. Prouerb. 11. Qui contemptor eſt proximi ſui, deficiens eſt corde, ſed uir intelligentiarum tacebit. cap. 28. Princeps deficiens intelligẽtiarũ multiplicabit etiam iniurias. Ieſaiæ 40. Et uiam intelligentiarum indicauit eis.

176 בֵּיצָה Ouum, cuius plurale in ſacris literis in uſu eſt בֵּיצִים. Deut. 22. Quando obuiam datur nidus auis ante te, in quacunq́ arbore aut ſuper terra in quo ſunt pulli uel oua, & mater incubat ſuper ouis. Ieſ. 10. Et ſicut qui colligit oua relicta. In ſtatu regiminis בֵּיצֵי Ieſaiæ 59. Oua aſpidis ruperũt. Similiter cũ affixis. Iob 39. Quia dereliquit in terra oua ſua. Ieſaiæ 59. Qui comederit de ouis eorum morietur. Opinor à בוא dicta quòd ex gallina egrediantur.

147 בִּיר Idem quod בְּאֵר puteus habens aquas uiuas & ſcaturientes. Iere. 6. Sicut eructat puteus aquas ſuas, ita eructat malitiam ſuam.

בִּירָה Arx, palatium, aula, baſilica. Eſtq́ ueriſimile uocem eſſe peregrinam, tamen conuenire cum uerbo אבר & appellationem habere à firmitudine arbitror. 1. Paralip. 29. Quia non eſt pro homine baſilica, ſed pro Iehoua deo. Nehe. 1. Et ego fui in Suſan baſilicæ. Eſther 1. In diebus illis cũ ſederet Ahaſueros ſuper throno regni ſui, qui erat in Suſan baſilicæ. Deut. 8. Et ego eram in Suſan baſilicæ, quæ eſt in Elam prouincia. Et pluraliter בִּירָנִיּוֹת 2. Paralip. 17. Et ædificauit in Iehuda baſilicas, & ciuitates. 2. Paralip. 27. Et in ſyluis extruxit baſilicas, & turres.

148 בָּכָה Edidit fletũ ſeu lacrymas, elacrymatus eſt: ideo Hieronymus uerbo fleo reddidit. Et ut congruentiam habet ſignificatione cum נָבַע אָבַק אָבַב נוּךְ אָבָה & נָבָה, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe uarient: Ita contrario modo tã ſignificatione, quàm modo ſignificandi differt à כָּבָה, quod non de aqua, ſed igne, non de fluxione ſeu fuſione, ſed de extinctione dicitur. Gen. 45. Et Beniamin fleuit ſuper collum eius. Oſeæ 12. Fleuit & precatus eſt illum. Iudic. 14. Et fleuit uxor Simſon. Deuter. 21. Fleuit patrem ſuum & matrem ſuam. Ieſaiæ 30. Flendo non flebis.

1.Sam.15.Aſcendendo & flendo.Eccleſ.3.Eſt tempus flendi. Geneſ.21.Et leuauit uocem ſuam & fleuit.

Participium præſens בֹּכֶה. Exod.2.Et ecce puer flebat.2.Reg.8 Cur Suſtẽtator meus flet.Num.11.Et audiuit Moſes populum flentem.In genere fœminino בֹּכִיָּה Thren.1.Super his fleo.

In ſecunda coniugatione legitur tantum participium fœminini generis מְבַכָּה. Iere.31.Rachel flens ſuper filios ſuos.Et pluraliter מְבַכּוֹת. Ezech.8. Et ecce ibi mulieres ſedentes & flentes Thamutz.

INDE NOMINA:

בָּכָא Fletus,lacrymæ,he mutata litera in aleph,ut diſcerni poſſet à uerbo ſuo. Pſal.84. Tranſeuntes per uallem fletus. Et pluraliter בְּכָאִים arbores à fletu ſeu lacrymis nomen habentes:aliqui pro piris,alij pro moris accipiunt.2. Sam. 5. Veniesq; ad eos ex aduerſo mororum.Et mox iterum: Vox inceſſus in ſummitate mororum.

בֶּכֶה Fletus.Eſd.10.Quia fleuerunt populus multo fletu.

בְּכִי Fletus,lacrymæ in continuitate ſermonis. Et in ſtatu regiminis cum ſeua in principio.Ieſaiæ 15.In fletu aſcendet.Iob 28.De fletu flumina colligit, id eſt de lacrymis ſeu guttis.Ieſaiæ 16.Flebo in fletu Iahazar. Et in diſtinctione conuertit ſeua in ſægol בֶּכִי Ieſaiæ 22.Auarus ero in fletu.Iere.48.In fletu.

בְּכִית Fletus.Gen.50.Et præterierunt dies fletus eius.

בָּכוּת Fletus.Gen.35.Et uocauit nomen eius quercum fletus.

נִבְכֵי Nomẽ participiale pluralis numeri ſtatu regiminis,fletus,lacrymę,effuſiones,guttæ ſeu eguttationes,id eſt,uenæ effluentes in mari. Iob 38. An uenisti uſq; ad effuſiones maris,id eſt,ſcaturigines ſeu uenas.

149 בְּכוֹר Hoc nomine Hebræis is dicitur,qui celeriter eſt natus,primogenitus,qui anteuertit.Gen.25.Iſmael primogenitus.cap.41.Et uocauit Ioſeph nomẽ primogeniti Manaſſe.& cap.48.Quia Manaſſe primogenitus.Deut.15.Omne primogenitũ,quod naſcetur in armẽto tuo,& in grege tuo maſculinũ ſanctificabis ipſi Iehoua deo tuo,nõ colas in primogenito bouis tui,neq; tõdebis primogenitũ ouiũ tuarũ.Iob 18.Abſumet robur eius primogenitus mortis,id eſt, princeps.Sic Paulus uocat Chriſtũ primogenitũ creaturæ.Itẽ primogenitũ inter mortuos. Gen.27. Ego filius tuus primogenitus tuus.ca.38.In primogenito ſuo.Exo.4. Filius meus primogenitus meus,Iſrael. Et pluraliter in ſtatu regiminis בְּכוֹרֵי Pſal. 135.Qui percuſſit primogenitos Aegypti.Ieſ.14.Et paſcentur primogeniti exhauſtorũ.Pſ.136. Qui percuſſit Aegyptũ cũ primogenitis eorũ. Et in genere fœm. בְּכֹרָה primogenitura. Gen.25.Ad quid mihi primogenitura.Et mox iterum:Et contempſit Eſau primogeniturã. Et in ſtatu affixorũ בְּכֹרָתְךָ Gen. 25. Vende ſecundum hunc diem primogeniturã tuã. Et mox iterũ: Et uendidit primogeniturã ſuam. Et pluraliter בְּכֹרוֹת Ge.4.Et de primogenitis pecorũ tuorũ.Deut. 12.Et primogenita boum tuorum.Neh.10.Et primogenita filiorũ noſtrorum,& animalium noſtrorum.

בְּכִירָה Generis fœminini,primogenita.Gen.19.Et dixit primogenita ad minorem.

בִּכּוּר Primitiuũ.Ieſaiæ 28.Sicut primitiuũ ante æſtatem. Et pluraliter בִּכּוּרִים Leuit.23. Primitiua ipſi Iehoua. Et mox iterũ:Super panẽ primitiuorũ.Num.28.In die primitiuorũ.Nahum 3. Ficus cũ primitiuis. Et in ſtatu regiminis בִּכּוּרֵי Exo.23.Primitias primitiuorũ humi tuæ. Similiter in ſtatu affixorũ.Leuit.2.Offeres oblationem primitiuorũ tuorũ. Et in forma fœminea בִּכּוּרָה Oſeæ 9. Sicut primitiuũ in ficu.Mich.7.Primitiuũ deſiderauit anima mea.Et pluraliter cõmurata uoce hirik in pathah & ſchurek in kybutz בַּכֻּרוֹת Iere.24.Sicut ficus primitiuorum.

בִּכְרָה Nomẽ animalis ſic appellati à uelocitate,qua aliã omnia anteuertit.Græci δρομοδάριον uocãt.Chaldæus paraphraſtes uertit נַאְקָא lactentẽ, id eſt, Camelũ. Alij uolunt eſſe Naben,alij Camelopardalim,alij iuuenem Camelum, qui poſtquam ablactatus eſt, dicatur גָּמָל. Ier.2.Dromedarius leuis, circumflectens uias ſuas. Et pluraliter forma maſculina ſtatu regiminis בִּכְרֵי. Ieſaiæ 60.Dromedarij Midian & Epha.

INDE VERBVM,

בִּכֵּר Primogeniauit,id eſt,primogenitum conſtituit. Deut.21.Non poterit primogeni tum conſtituere filium dilectæ ante filiũ exoſæ primogenitum. Ezech.47. In menſibus ſuis primitiua dabit.

In uoce paſſiua בֻּכַּר Leuit.27. Sed primogenitum, quod primogeniabitur ipſi Iehoua in animalibus non ſanctificabit aliquis.

In tertia coniugatione legitur tantum participium præſens generis fœminini מַבְכִּירָה primipera. Ierem.4. Quoniam uocem ſicut parientis audiui, anguſtia ſicut primiperæ.

150 בַּל Vt אַל ab אָלָה, ita בַּל à בָּלָה deriuatur, & ut prius ab extenſione iuramẽti & efficacia in aliud, negatiuè, ita eadem ratione poſterius בַּל durationem negationis in ſequẽtia protrahit, importatq́; negationẽ multo uehementiorem, quàm ulla alia particula negatiua. Idem enim ualet, quod Latinis nequaquam, neutiquã, nihil omnino. Pſal.16. Quoniam à dextris eſt, neutiquã mouebor. Pſal.46. Deus eſt in medio eius, nequaquam mouebor. Prouerb.9. Et non omnino nouit aliquid, id eſt, nihil quicquam. & cap.23. Cor eius neutiquam eſt tecũ. Et mox iterum: Percuſſerunt me, nequaquam dolui: pulſauerunt me, nequaquam ſenſi.

ASSVMIT AVTEM MVLTAS ET VARIAS PARTICVLAS adiectiles tam ab initio quàm in fine.

בְּלִי Nequaquam, neutiquam. 2.Sam.1. Clypeus Saul nequaquam unctus oleo. Ieſaiæ 14. Perſequutionem paſſum nequaquã prohibuit. & cap.32. Collectio nequaquã ueniet. Ponitur ſæpe etiam excluſiue, abſq́;, præter. Iob 33. Mundus ſum abſq́; præuaricatione. & cap.39. Abſq́; pauore. Pſal.19. Abſq́; auditu uocis eorum.

בְּלִיַּעַל Vide in עָלָה & יָעַל.

בְּלִימָה Compoſitum ex בְּלִי & מָה Iob 26. Suſpendit terram ſuper nihil quicquam.

בִּבְלִי Abſq́;. Deut.4. Qui occiderit ſodalem ſuum abſq́; ſcientia.

עַל בְּלִי Gen.3. Proptereaq́; nihil quicquam indicauit ei.

עַד בְּלִי Pſal.72. Donec omnino non luna.

לִבְלִי Abſq́;. Iob 38. Errabunt abſq́; eſca. Ieſaiæ 5. Aperuit os ſuum, abſq́; ſtatuto, modo.

מִבְּלִי Iob 4. Leo auferẽ abſq́; præda. & cap.8. Habitet in tẽtorio eius, nihil quicquã ſibi. Exo.14. Et dixerunt ad Moſen, nunquid omnino nihil ſepulchrorũ in Ægypto.

בִּלְתִּי Nequaquam, neutiquam, niſi, præter, particula excluſiua. 1.Sam.20. Accidens eſt, neutiquam mundus eſt. Gen.43 Non uidebitis faciem meam, niſi frater ueſter fuerit uobiſcum. Num.32. Præterquã Caleb. Ieſaiæ 14. Plaga ſine declinatione. Et in ſtatu affixorum nihil mutat. 1.Sam.2. Quia non eſt prȩter te. Oſeæ 3. Et ſaluator non eſt præter te.

עַד בִּלְתִּי Donec non. Num.21. Donec non dimiſit ei ſuperſtitem. Iob 14. Et non reſurget donec non ſit cœlum.

לְבִלְתִּי Vt non Gen.3. Vt non comederes. Ezech.13. Et ut nõ uideant. Et iterum: Vt non conuertantur à uia.

מִבִּלְתִּי Abſq́;. Num.14. Abſq́; potentia eſt Iehoua.

בִּלְעֲדֵי Compoſitum ex בַּל & עַד abſq́;, præter. Gen.14. Præterquam quod comederũt pueri. De iſto in עוּד.

מִבַּלְעֲדֵי Idem quod זוּלָתִי 2.Sam 22. & Pſal.18. Quoniam quis eſt prȩter Iehoua, & quis eſt præterquã deus noſter. Ioſue 22. Præter altare Iehoua dei noſtri. Sed de hoc etiam in themate עוּד.

151 בָּלַל In prima coniugatione uocis actiuæ, miſcuit, permiſcuit, fudit, perfudit, confudit. Geneſ.11. Quia ibi confudit Iehoua labium uniuerſæ terræ. Chaldæus uertit בַּלְבֵּל Et ibidem iterũ: Euge deſcẽdemus & confundemus ibi labium eorum, ut non percipiat quiſq́; labium alterius. Iud.19. Introducens eum in domũ ſuam commiſcuit aſinis, id eſt, præbuit mixturã aſinis. Pſal.92. Perfundebar oleo uiridi.

Participium prǽteritum בָּלוּל. Exod.29. Decimam partem ſimilæ mixtæ oleo. Et in genere fœminino בְּלוּלָה. Leuitic.2. Simila permixta oleo. Leuit.9. Oblatio mixta oleo. Et pluraliter בְּלוּלֹת Exod.29. Placentas azimas, permixtas oleo contuſo.

In quarta coniugatione יִתְבּוֹלָל Oſeæ 7. Ephraim populis commiſcebitur, Ephraim tanquam uſtulata neutiquam uerſa.

INDE NOMINA:

בְּלִיל Stramentum ex diuerſis mixtum, quale iumẽtis præbetur. Græci uocãt μίγμα mixturam, Latini non habent aliud quo ſignificationem uocis exprimãt. Licebit tamen pabuli nomine reddere, ſiquidẽ aliud non detur. Iob 6. Aut mugiet bos ſuper pabulo ſuo? Idem cap.24. In agro ſtramentũ ſeu pabulum ſuum metent. Ieſaiæ 30. Boues & pulli aſinarum qui colunt terram, pabulum acidum comedent.

תֶּבֶל Cum ſex punctis, permixtio, ſcilicet illicita, confuſio præternaturalis, proinde nepharia, alij nephas, alij ſcelus interpretantur, & utrinq; ſægol ad differentiam תבל quod aliam confuſionem ſignificat. Leuit. 18. Et cum omni pecore non præbeas concubitum tuum ad pollutionem, neq; mulier ſtet coram animali: quia confuſio eſt, ſcilicet nephanda. Leuit.20. Vir qui concubuerit cum nuru ſua, morte moriantur ambo, quia confuſionem fecerunt, ſcilicet nephariam.

תֵּבֵל Mixtura, id eſt, orbis habitabilis, ſcilicet terrę ſiue uniuerſæ & totius quaq; patet, ſiue particularis, in quo omnia ſunt mixta, homines, pecora, uaria genera arborũ, herbarum, adeoq; aliarũ creaturarum, quæ in mari aut in aere non ſunt. Vel ſic eſt dictus propter diluuium, quo in terra habitabili omnia confuſa fuerunt. Et ſcribitur cum duobus zere ad differentiam תֶּבֶל quod commixtionem aliam & quidem nephariam ſignificat. 2.Sam.22. & Pſalm.18. Reuelata ſunt fundamẽta orbis. 1. Paralip. 16. Etiamſi ſtabiliatur orbis ne commoueatur. Iob 34. Aut quis poſuit orbem uniuerſum illum. Pſal.9. Et ipſe iudicabit orbem in iuſtitia. Pſal.19. In omnem terram exiuit regula eorum, & in terminũ orbis dicta eorum. Pſalm. 24. Orbis & habitatores in eo. Pſal.50. Meus eſt orbis. Prouerb.8. Et ſummitatem pulucrum orbis. Et iterum: Ludam in orbe terræ eius. De particulari. Iob 18. Et de orbe eijcient eum. Ieſaiæ 13. Et uiſitabo ſuper orbe malitiam. ibi loquutus eſt de orbe Babylonico. cap.14. Poſuit orbem quaſi deſertum. Et iterum: Non implebunt orbem ciuitatibus. ibi loquutus eſt de orbe terræ Iudææ. Similiter cap. 24. Et emarcuit orbis, ſcilicet Iudaicus. Sic Lucas Euangeliſta cap. 2. utitur cum ita ſcribit: Exijt edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur orbis, ſcilicet terræ Iudaicæ uel Auguſti ſeu Imperij Romani.

בָּבֶל Nomen urbis in campo Sinnear, à confuſione linguarum ſic appellata. Geneſ.11. Et ideo uocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confudit Iehoua labium uniuerſæ terræ.

תְּבַלֻּל Alij cõmuniter pro macula ſeu albugine oculi accipiunt & interpretãtur, ego uerò puto, ſaluo tamẽ iudicio illorum, ſignificare talem hominem, qui confuſos ſeu mixtos habet oculos, & non uniformes, quem Latini luſcioſum appellant. Chaldæus tranſtulit חִילִיז Leuit.21. Cui confuſio in oculis ſuis. Porro Iudęi in lingua ſua uulgari confuſum ſeu diſtractum mente uocant מְבֻלְבָּל.

יַבֶּלֶת Verruca, tuberculum, id eſt, concreta ſeu confuſa caro. Leuit.22. Vel uerrucam.

מַבּוּל Diluuiũ, confuſio, ſcilicet aquarũ, uel etiã ab effectu, eò q; confudit omnes creaturas terreſtres. Chaldæus trãſtulit טוֹפָנָא. Gen.7. Et factũ eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terra. cap.9. Et uixit Noah poſt diluuium. cap.7. Quando diluuium fuit, aqua ſuper terra. ubi uocabulum aqua eſt appoſitio. Et cap.9. Et non erũt amplius aquæ in diluuium. Pſalm.29. Iehoua in diluuium ſedet. uaticinatur autem ibi Propheta de diluuio baptiſmi, quo noſtra peccata nobis per Chriſtum & eius ſanguinem abluuntur, quo uetus homo & corpus peccati extinguitur, & nouus homo regeneratur & renouatur ad uitam æternã. Legitur etiã aliquoties cũ nomine מַיִם cõſtructũ. Gen.6. Ecce ego adducã diluuiũ aquarũ ſuper terrã. & cap.7. Et ingreſſus

greſſus eſt Noah arcam propter aquas diluuij. Et mox iterum: Et fuerunt aquæ diluuij ſuper terra.

152 **בָּלַג** Refrigeratus eſt, tanquã è riuulo potus: nam nõ multum differt à uerbo בָּלָא & legitur tantum in tertia coniugatione ac neutraliter. Iob 9. Si dixero obliuiſcar querelæ meæ, deferam faciem meam, mox refrigeror. cap. 10. Deponatur à me, & mox refrigerabor paulũ. Pſal. 39. Diuerte à me & refrigerabor antequã abeam. Participiũ præſens מַבְלִיג Amos 5. Qui refrigerat uaſtatorem contra regnum.

INDE NOMEN,

מַבְלִיגִית Refrigerium, refrigeratio, refocillatio. Ierem. 8. Refrigerium meum ſuper defatigatione.

153 **בָּלָה** Productum, prolongatum eſt, inueteratum fuit: habetq; affinitatem quandam ſignificatione cum uerbis נָבַל & אָבַל יָבַל niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient, deinde contrariam habet ſignificationem uerbis בָּלַל & חָבַל Chaldæus nunc uerbo סַב, nunc uerbo בלא tranſtulit. Latinè uerti poteſt uerbo inueteraſcendi. Geneſis 18. Poſt inueteraſcere meum erit mihi uoluptas? Ioſue 9. Calciamenta noſtra inueterata ſunt propter longitudinem uię. Pſal. 102. Et omnes illi quaſi ueſtis ueteraſcent. Ieſaiæ 51. Quaſi terra ueteraſcet. Pſal. 32. Inueterata ſunt oſſa mea, id eſt, uetuſtate attrita. Iob 13. Et ipſe uelut putridũ ueteraſcet. Deut. 8. Veſtimentum tuum non inueteratum eſt deſuper te. Item cap. 29. Ego duxi uos xl. annis in deſerto, non inueterata ſunt ueſtimenta ueſtra deſuper uobis, id eſt, nõ ſunt uetuſtate ita detrita, ut ea exuere aut abijcere oportuerit, aut de corporibus ueſtris delapſa ſint.

In ſecunda coniugatione בִּלָּה fit tranſitiuum, & ſignificat producere, prolongare, uetuſtum facere. Iob 21. Producunt in bono dies ſuos. Ieſaiæ 65. Et facta manuũ ſuarum antiqua facient electi mei, id eſt, durabilia. Opera enim, ut 7. Apocalypſis legitur, ſequuntur illos, ſcilicet mortuos in Domino. 1. Paral. 17. Conſtitui locum populo meo Iſrael, & plantaui eum, ut iam habitet in loco ſuo, & non perturbetur amplius, & non addant filij iniquitatis inueteraſcere ipſum ſicut ab initio, id eſt, ueteratoriè cum ipſo agere, ueteri more opprimerę ipſum. Sic Pſal. 49. Et robur ipſorum ut uetuſtum faciant. Et per metalepſin. Thren. 3. Veteraſcere fecit carnem meam, & cutem meam.

INDE NOMINA:

בָּלִים Nomen pluralis numeri, uetera, inueterata, antiquata. Ioſue 9. Et acceperũt ſaccos inueteratos, & utres uini ueteres ſeu inueteratos. In genere fœminino, ſingulariter בָּלָה Ezech. 23. Et dixi ad inueteratam fornicationem. Et pluraliter בָּלוֹת. Ioſue 9. Et acceperunt calceamenta inueterata, & ueſtimenta inueterata, id eſt, detrita longo uſu.

בְּלִי Vetuſtas, antiquitas, ſeu per metalepſin corruptio, putrefactio, quæ uetuſtatẽ ſequitur. Ieſaiæ 38. Cupiuiſti animam meam ex fouea uetuſtatis.

בְּלוֹיֵ Nomen pluralis numeri tantum, & ſtatus regiminis, uetuſta, inueterata: & intelligitur de pannis uetuſtis, qui propter uetuſtatem abijciũtur. Et Sanctes Pagninus rectè monet iod eſſe de ſubſtantia thematis, & iod plurale licet ſcriptura deficiat, tamẽ pronunciari. Ier. 37. Et accepit inde uetera diſtractionum, uetera putridorum, id eſt, pannos ueteres & putridos. Et mox iterum legitur בְּלוֹאֵי cum litera aleph per epentheſin interpoſita loco iod: Pone nunc uetera putrida.

תַּבְלִית Veternus, inueteratum malum. Ieſaiæ 10. Et cõſummabitur indignatio & ira mea ſuper inueterata, ſcilicet malitia eorum. Alij exponunt ſuper conſummationem eorum, alij aliter. Puto autem à בָּלָה & deriuatum & dictum eadem ratione, qua à נָבַל deriuata & dicta eſt נְבָלָה ſtultitia, fatuitas, inſipientia.

בַּלָּהָה Vide in themate ſuo בָּהַל.

154 **בָּלַם** Cõſtrinxit. Chaldæus tranſtulit uerbo חֲסַם quod ſignificat claudere, obturare. Legit̃ ſemel Pſ. 32. Ne ſitis ſicut equus & mulus ſine intellectu, habena et freno

155 os eorum conſtringendo,ſi nolint accedere ad te.

בלס

Legitur ab iſto themate tantũ participiũ præſens,ſeu nomen participiale בּוֹלֵס id eſt,comportator. Et arbitror congruere ſignificatione cũ uerbo סָבַל quod portare ſignificat Amos 7. Sed armentarius ego, & cõportator Sycomororũ.

156

בָּלַע

Abſorpſit,deglutiuit,pręcipitauit,ingurgitauit: quadrat ſignificatione cũ uerbis בָּעַל לָאַב עָלַע יָלַע לוֹע לָהַע & הָלַע niſi ꝙ ut forma,ita modo parũ ſignificandi inter ſe diſcrepent. Iob 20. Facultates deglutiuit,& euomuit eas. Iere. 51. Deglutiuit me uelut draco. Pſal 124. Tunc uiuos deglutiuiſſent nos. Ionę 2. Et diſpoſuit Iehoua piſcem magnũ ad deglutiẽdum ipſum Ionam. Iob 7. Non dimittis me uſq; deglutiam ego ſaliuam meam. Pſal 6,. Neq; deglutiat me profundum.

In uoce paſſiua נִבְלַע pręcipitatus eſt. Et in hac uoce paſſiua, ac deinde in ſecunda & quarta coniugationibus,ſignificat pręcipitationem facti ſeu operis illius de quo dicitur, à pręcipitantia cibi in uentrem & in locum corruptionis,trãslatione ſumpta ad externã rei alicuius perditam præcipitationem & deiectionem. Oſeæ 8. Præcipitatus eſt Iſrael. Ieſaię 28. Pręcipitati ſunt à uino.

In ſecunda coniugatione בִּלַּע Ieſaię 25. Præcipitauit Iehoua mortem omnino. quod Paulus apoſtolus ita tranſtulit 1. Corint. 15. Abſorpta eſt mors in uictoriam. Et mox iterum: Et pręcipitabit in mõte iſto faciem inuolucri,id eſt,præcipitanter ſeu celeriter detrahet inuolucrũ facierum. Thren. 2. Præcipitauit Iehoua & nõ pepercit. Et mox iterũ: Factus eſt Iehoua uelut inimicus,præcipitauit Iſraelem,pręcipitauit omnia palatia eius. Pſal. 35. Ne dicant,pręcipitauimus eũ. Habakuk 1. Quũ pręcipitaret improbus iuſtũ. Thren. 2. Non reduxit manũ ſuam à præcipitando. 2. Sam. 20. Abſit à me ut pręcipitem aut euertã. Iob 9. Et ſi præcipitauerit eum de loco ſuo. cap. 10. Et pręcipitabis me. Pſal. 55. Præcipita Iehoua, diuide linguã ipſorũ. Prouer. 19. Et os improborũ pręcipitabit iniquitatẽ, id eſt,præcipitanter effutiet. cap. 21. Theſaurus deſiderabilis & pinguedo in tẽtorijs ſapiẽtis, ſed ſtultus homo pręcipitabit eum Eccl. 10. Verba oris ſapientis ſunt gratia,ſed labia ſtulti pręcipitabunt eam. Ieſaię 19. Et conſiliũ eius pręcipitabo. Num. 4. Et nõ ingrediantur ad uidendum ſecundũ pręcipitare ſanctũ,ut moriantur, id eſt,ex pręcipitantia & temeritate,metaphora ſumpta ab illis,qui pręcipitanter & temere deglutiunt.

Participiũ pręſens pluralis numeri מְבַלְּעִים. Ieſ. 49. Et procul aberũt pręcipitantes te. Participium pręteritum מְבֻלָּעִים Ieſaię 9. Et beati,pręcipitati ſunt.

In uoce paſſiua בֻּלַּע 2. Sam. 17. Ne forte pręcipitatio ſit Regi. Iob 37. Aut dixerit quiſpiam quin pręcipitabitur.

In quarta coniugatione הִתְבַּלַּע Pſal. 107. Et omnis ſapientia eorũ pręcipitabitũ.

INDE NOMEN,

בֶּלַע Et in diſtinctione בָּלַע pręcipitatio,abſorptio. Pſal. 52. Dilexiſti uerba pręcipitationis,linguam impoſturæ. Et cum affixo mutat ſægol in hirik, & pathah in ſeua. Iere. 51. Et uiſitabo ſuper Bel in Babylone, & educã pręcipitationẽ eius ex ſuo.

157

בלק

De iſto uerbo duo tantũ participia uſurpantur in ſacris literis, & quantũ ex illis ſcripturæ locis & alijs circumſtantijs, & ſui ſimilibus,ſcilicet פָּלַח & פָּלַג conijci poteſt,ſignificat uel parietẽ,uel murum,uel oppidũ, uel uineam,aut aliud quippiam, quod clauſum ſeu munitum eſt, diſſipare ſeu disfringere ut aliorum iniurijs pateat. Vnde etiam Chaldęis apertionem rei clauſę ſignificat.

Participium pręſens בּוֹלֵק Ieſaię 24. Ecce Iehoua euacuat terrã, & diſſipat eam.

Participium pręteritum generis fœminini,ſecundę coniugationis מְבֻלָּקָה Nahum 2. Euacuata & exinanita & diſſipata.

851

בָּמָה

Legitũ tantũ in hac forma nominaliter, & ſignificat ſingulari numero, Sacellũ, ſcilicet excelſum,ſeu altare,ab altitudine & ſublimitate, eò ꝙ in altũ, & plerũq; etiã loco alto & excelſo extructa fuerint. 1. Sa. 9. Quia ſacrificiũ eſt hodie populo in Excelſo. Et mox iterũ: Et cũ ueneritis in ciuitatẽ,inuenietis eũ antequã aſcendat ad Excelſum ad comedẽdũ. ubi he litera importat motũ ad locũ. 1. Sa 10. Collegiũ ꝓphetarũ deſcẽdebat de Excelſo, 1. Reg. 3. Nã illud erat Excelſum maximũ.

1. Reg.

1.Reg.11.Tunc ædificauit Salomo Excelſum ipſi Chamos,abominationi Moab. 2.Reg.22. Altare illud & Excelſum illud confregit,& combuſſit Excelſum, comminuitq; in puluerē,& ſuccendit lucum. ubi diſcrimen facit inter Altare & excelſum. Iere.48.Et ceſſare faciā in Moab eum qui offert in Excelſo,& adolet dijs ſuis. Ezech.20.Et dixi ad eos quid eſt Excelſum, ad quod uos cōueniſtis,& uocatū eſt nomen eius Excelſum,in hunc uſq; diem.Chaldæus in hoc modo ſignificādi tranſtulit בָּמְתָא . Et pluraliter in ſtatu abſoluto בָּמוֹת ſignificatq; cuiuslibet rei celſitudinem ſeu ſublimitatem. Primo, de ædificijs & ſacellis in alto loco & in altum extructis. Num.22.Et duxit eū ad Excelſa Baal ut inde conſpiceret extremitatem populi. 1.Reg.12.Et fecit domū excelſorū.Et mox iterū: Et ſacerdotes excelſorū. 1.Reg.13.Contra omnes domos excelſorū quæ ſunt in ciuitatibus Samaritanorū. 2.Reg.17.Ædificauerunt ſibi excelſa in omnibus ciuitatibus ſuis. 2.Paral.33. Et loca quibus ædificauit Excelſa & lucos , & ſculptilia conſtituit . Præterea Numeri 21. ubi legitur, Et de Nachaliel in Bamoth, de Bamoth uero in uallem, quæ eſt in campo Moab.Et mox iterum:Domini Bamoth Arnon,id eſt alpium. apparet nomen eſſe proprium illarum alpium,& tamē dictas ab altitudine loci, ideoq; etiam Chaldæus reddidit רָמָתָא . In ſtatu regiminis aliquando בָּמוֹת & nihil uariat. Ioſue 13.Et Excelſa Baal. Iere.7. Et ædificauerūt Excelſa Thopheth. Secundo in hac forma de celſitudine & ſublimitate etiam aliarum rerum dicitur. Ier. 26.& Mich. 3.Et mons domus erit in celſitates ſyluæ,id eſt, excelſiſſimam ſyluam. Ezech. 36. Excelſa mundi facta ſunt nobis in hæreditatem, id eſt,excellentiſſima quęq; in mundo. Aliquando autem tam in ſtatu regiminis quàm affixorum ſuperaddit iod notam pluralis numeri, maſculini generis more maſculinorū, & tūc retinet interdum uau holem בָּמוֹתֵי : ut Pſal.18.& 2.Samue.22.Ipſe exęquat pedes meos uelut ceruarū,& ſuper excelſa mea conſtituit me. Deut.33. Et tu calcabis ſuper Excelſa eorum. Habakuk 3.Et ſuper excelſa mea calcare me faciet. 2.Sam.1. Iucundiſſimus Iſrael in excelſis tuis uulneratus eſt. Vel uau holem mutat in hateph cametz. Iob 9.Et calcat ſuper excelſa maris. Ieſaię 14.Aſcendā ſupra celſitudinem nubium. Vel relinquitur uau & holem mutat in hatephcametz,idq; fit eam potiſſimū ob cauſam, quia pluralitas uocis additione literæ iod caſſata eſt, quòd iod alioqui nota eſt pluralis numeri. Deut.32. Vexit eum ſuper excelſis terræ. Veruntamē unum tantū excipitur plurale cum affixo pluralis numeri , quod uau holem ſeruat nec addit iod plurale. Num.33. Omnes imagines fuſiles eorum perdetis, & omnia excelſa eorum diſiicietis. Arbitror autem ideo ſic eſſe ſcriptū,quia ad priorem modū ſignificādi pertineat. Inſuper pio zelo contra Iudæos moueor, ut & hic de uoce iſta, qua Ieſaias glorioſam Chriſti ſeruatoris noſtri ſepulturā ornauit, aliquid dicam copioſius pro religione noſtra tuenda,& corruptelas eorū ac deteſtandā malitiam detegam,& refutem. Sic enim in ipſius uaticinio uerba habent: Et poſuit apud malefactores ſepulchrum eius,& apud diuitem excelſa eius. Cum hac expoſitione cōgruit quoq; hiſtoria,quę à Matthęo Euāgeliſta retexitur: q; Ioſephus Arimathęus fuerit uir diues,& monumentū nouū in mōte Caluarię excelſo habuerit in petra inſtar ſacelli exciſum ſplendidū , amplum & magnificum , ſicut ex alijs quoq; hiſtorię circūſtantijs colligitur:fuit enim ſaxū oſtij ipſius ingens ualde,ipſum monumentum duos uiros(ſic angelos uocat)& aliquot mulieres capere potuit:quare de hiſtoria & re nō eſt ullū dubiū , quin hoc nomen illi reſpondeat,ſignificetq; nō uulgare aut uulgaris hominis ſepulchrū,quale etiā fuit malefactorū,& nomine קֶבֶר notatur,ſed Excelſum ſeu monumentū & quaſi ſacellum diuitis alicuius hominis,qualis Ioſephus fuit. Nunc porro , qđ ad uocē ipſam eiuſq; ſignificationē attinet , arbitror nō ita diu poſt Chriſti glorioſam reſurrectionē ac aſcenſionem in cœlum à Iudęis deprauatā eſſe, quod ad puncta attinet (nam forma literarum integra manſit)& antea ſic fuiſſe punctatum בָּמוֹתָיו . Verum quando Chriſtiani hoc Ieſaiæ uaticinium , in Iudæos torquere cœperunt , probantes Chriſtum ſepeliri oportuiſſe in monumento diuitis,& in hoc Ieſu Nazareno completum

pletũ aſſeuerarent, nec obſtinati, haberent, quo tam clarũ & euidens teſtimonium in illo ſuſpenſo completum diluerent refutarentq́;, hanc data opera uocem, ſicut pleraſq; alias, Nicola Lyra, Paulo Burgẽſi, Porcheto & nõnullis alijs fide digniſſimis teſtimonijs, deprauarunt: tametſi iſta deprauatio, quemadmodum etiam reliquæ omnes, ipſos nihil quicquam iuuet, ſi inde inferre uoluerint, ipſum manſiſſe in illis mortis cruciatibus. Nam ex ea uoce ita deprauata iuxta grãmaticam rationem, illam ſuam impiam ſententiam obtinere minime poſſunt, & ſequẽtia uerba, maxime cum dicit: Et è iudicio ſublatus eſt, & generationem eius quis enarrabit, &c. eos cum ſua malitia euidentiſſimè refutãt. Et eſto ſanè quod dictio illa, ut ipſi uolunt, quod ad literas, mortes ſeu mortis cruciatus ſignificaret, tamẽ conſtat ratione punctorum eam eſſe corruptam, q̃ in litera mem dagges habeat poſt initialem beth ſeruatam, contra omnem grãmaticam legem, quæ demonſtrat ipſa experientia, quod poſt ſeua in prima dictionis ſyllaba non poſſit ſequi dagges, ſeu litera daggeſſata: hoc ſi fatentur, (ut ſane eos fateri neceſſe eſt, nec inficiari, aut ullam adferre eius rei rationem & cauſam) multo magis concedere cogentur noſtram expoſitionem minus aduerſari grãmaticæ. Deinde ſi iſta uox ſignificaret, In mortibus eius, dicant rationẽ, cur etiam priori uocabulo קברו non ſit præpoſita præpoſitio beth, quam tamen iuxta Hebrǽ linguæ conſuetudinẽ potius habere debebat, quàm poſterior, ſi quidẽ naturaliter & regulariter uox poſterior ſequatur rationẽ prioris, & non econtra: niſi dicere uelint q̃ in poſteriore beth litera, facta ſit litera ſubſtantialis, quod non facient certò ſcio. Quarto cõſtat ex iſta lingua, quòd מוֹתַי pluraliter non ſignificet mortes, ſed potius cruciatus mortales, pericula mortalia: quæ igitur tunc ſententia, cum tam prǽcedẽtia quàm ſequẽtia (ut alia aliorum prophetarũ teſtimonia prǽtereã) repugnent, ut paulo ſuperius oſtenſum eſt. Quinto, probe quadrat, ut ſi קֶבֶר attribuitur malefactoribus, ita diuiti conueniat uox in ſignificãtia ſplendidiore. Sexto, cum dicat de ſepultura damnatorum, neceſſe eſt ut etiam dicat de excelſo diuitum & felicium: propterea quia cõmmunis in eo loco fuit ſepultura & diuitum & pauperum. Et quãquam Chriſto honeſtam ac ſplendidam ſepulturam inuidebant, tamẽ ita à Diuina prouidentia ordinatum fuit, ut quies filij ſui eſſet glorioſa. Et eſto ſane, quod uox iſta non ſit corrupta ſeu deprauata, tamen nolint uelint cõcedere eos oportet, q̃ ita ſit ideo data opera irregulariter pũctata, ut ea irregularitate etiam ſignificaret, quòd illud Chriſti monumentum etſi ſacellum fuerit ſeu Excelſum, tamen non in eum uſum, quo alia excelſa fuerunt extructa, ut in illis ſacrificaretur, ſed in quod reponendum erat corpus Chriſti defunctum diſpenſatione obedientiæ humiliationis, ut iſta punctatura ſpiritus ſanctus utrunq; notaret, & ſacellum, ſed tale in quo reponendũ erat corpus Chriſti, uictima immolata pro peccatis totius mũdi, quemadmodũ in Prophetijs talia multa ſunt, quæ punctorũ irregularitate aliud quoddam myſterium ſubindicãt, ut ſuis quoq; in locis annotauimus: ut de יְלִדְתִּיךָ Pſal. 2. Item Ieſaiæ 26. De נְבֵלָתִי alijſq; quàm plurimis. Hanc prolixitatem mihi improba Iudæorum malitia extorſit: quare pios oro ueniam zelo meo dare uelint.

159 בָּנָה

Tam ſcriptura, quàm ſignificatione nõ multum abludit à uerbo בִּין, niſi quòd, ut hoc ad intellectum & rationẽ refertur, atq; ordine certaq́; quadam obſeruatione intendere, conſiderare, & curare, qualis res aliqua ſecundum omnes ſuas circumſtantias & partes ſit, aut eſſe oporteat, ſignificat: ita uerbum בָּנָה ſignificat domum ſeu ædificiũ intrinſecus arte in ſua habitacula, regiones & partes proportionabiliter diſtinguere, quale fieri debeat, ut ordine, & cõmodè in eo habitetur. Non poteſt autem commodiore uerbo quàm ædificandi transferri. Nunc exempla ſubijciam. Deut. 20. Quis eſt uir ille qui ædificauit domũ nouam. Ieſaiæ 6. Maledictus uir coram Iehoua, qui ſurgens ædificauerit ciuitatem hanc Iericho. 1. Regum 9. Quam ædificauit ei, tunc etiam ædificauit Millo. Prouer. 14. Sapientes mulieres ædificauit domum ſuam, id eſt, unaquæq; earum ædificauit domum ſuam. 1. Reg. 18. Et ædificauit cum lapidibus altare in nomine Iehoua. Porro Gen. 2. dicitur

tur de ædificatione mulieris ex coſta, quam Iehoua ſumpſerat ex dormiente Adamo, uolens ſignificare illam cohabitationem uiri cũ muliere, quæ debebat ei eſſe tanquam domus ex qua ędificaret propagaretq; liberos. Sic habet textus: Et cadere fecit Iehoua deus ſoporem ſuper Adam, & obdormiuit, accepitq; unam de coſtis ipſius, & clauſit carnem pro ea, & ædificauit Iehoua deus coſtam quam acceperat de Adam in mulierẽ, & dixit Adã. Euge os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, & uocabitur uirago. Attribuitur tamẽ hoc uerbum araneo, qđ mira arte & hoc animalculũ ſuã ędificet domũ. Iob 27. Et ædificat ſicut araneus domũ ſuã.

Deinde & hoc eſt obſeruandũ, q̃ ut ædificãdo reſtaurãtur & cõſeruantur ædificia, ita hoc uerbo ſcriptura figuratè utitur pro inſtaurare, dare incrementũ. Pſal. 28. Quoniã ipſi non animaduertunt ad opera Iehoua, neq; ad facturã manuũ eius, ideo deſtruet eos & nemo ædificabit eos. Pſal. 98. Et ædificabo in generationẽ & generationem ſolium tuũ, id eſt, regnũ tuum. hoc modo ſignificandi etiam Paulus apoſtolus non ſemel eſt uſus hoc uerbo: ut Rom. 15. Vnuſquiſq; proximo ſuo placeat ad ædificandum. 1. Corint. 8. Charitas ædificat. 1. Theſſ. 5. Aedificate alterutrũ, ſicut & facitis. 2. Cor. 10. Poteſtatẽ dedit nobis deus ad ædificandũ, & nõ ad deſtruendũ. Et nominaliter. Rom. 14. Quæ ad mutuã pertinẽt ædificationẽ, &c.

Tertio eadem phraſi ſi de domo dicitur tum figuratè ſignificat inſtaurare, augere & cõſeruare familiam, ſicut uocabulum בַּיִת figuratè pro familia accipitur, ut infra ſuo in loco uidebimus. Deuter. 25. Sic fiat uiro, qui non ædificabit domũ fratris ſui. Ruth 1. Ponat Iehoua hanc mulierẽ, quæ ingreditur in domũ tuam, ſicut Rachel, & ſicut Leam quæ ambæ ædificauerunt Iſrael. 1. Sam. 2. Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui ſecundum cor meum & animam meam faciet, & ædificabo ei domum firmam, &c. 2. Sam. 7. Quia tu Iehoua exercituũ, deus Iſrael aperuiſti aurem ſerui tui, dicendo, domum ædificabo tibi, &c. 1. Reg. 9. Ego ero tecũ & ædificabo tibi domum firmam, ſicut ædificaui Dauid, &c. Pſal. 127. Si Iehoua non ædificauerit domum, fruſtra defatigantur ædificatores eius.

Participium præſens cum uau בּוֹנֶה uel ſine uau בֹּנֶה 1. Reg. 6. Domus iſta quam tu ædificas. 2. Paralip. 2. Ecce ego ędifico domũ in nomine Iehoua. Gen. 4. Et fuit ædificator ciuitatis. In ſtatu regiminis בֹּנֵה cum zere. Pſal. 147. Aedificator Ieruſalẽ Iehoua. Et pluraliter בּוֹנִים uel abſq; uau בֹּנִים 2. Reg. 12. Et illi erogauerunt eam fabris lignorum, & ædificatoribus, qui faciebant domũ Iehoua. Neh. 3. Quod nos ędificamus murum. Pſal. 118. Lapidem, quẽ reiecerunt ędificatores. Et cum affixo Ieſaias loco holem uſus eſt camerz. cap. 49. Accelerant ædificatores tui.

Participium pręteritũ maſculini generis בָּנוּי Cantic. 4. Sicut Turris Dauid collum tuum ędificatum cum propugnaculis ſuis. Et pluraliter בְּנוּיִם Nehe. 7. Et non erant domus ædificatę. In genere fœminino בְּנוּיָה Pſalm. 122. Ieruſalem quę ędificata eſt ut ciuitas, ut conueniatur in unum.

In uoce paſſiua נִבְנָה 1. Reg. 3. Quia nondum ędificata erat domus nomini Iehoua. 1. Reg. 6. Cũ domus ipſi ędificaretur, lapide integro allato ędificata eſt. Numeri 13. Et Hebron ſeptem annis ędificata fuit ante Zoan Aegypti. Ieſaię 44. Et de Ieruſalem dicit, ędificabitur: & de templo, fundabitur. Secundo de procreatione ſobolis dicitur, quę cohabitatione uiri cum muliere ędificatur. Gen. 16. Ingredere nunc ad ancillam meam, ſi forte ędificer ex ea. Tertio, figurate, pro augeri, benedici, ditari ſeu locupletari. Iob 22. Si conuerſus fueris ad omnipotentem, ędificaberis, ſi amouebis iniquitatem à tentorio tuo. Pſal. 89. Quoniam dixi perpetua gratia ędificabitur. Malach. 3. Etiam ędificati ſunt facientes ſeditionem. Sic hoc modo ſignificandi uſus eſt Lucas Act. 9. Habebant pacem, & ædificabantur, uerſantes in timore Domini, & conſolatione ſancti multiplicabantur.

Participiũ pręſens maſculini generis נִבְנֶה 1. Paralip. 22. Et uaſa ſanctitatis dei in domum, quę ędificata eſt in nomine Iehoua.

INDE NOMINA:

בֵּן In ſtatu abſoluto, at in ſtatu regiminis בֶּן cũ ſegol, & ſignificatione primaria no-

tat filium naturalem, qui cohabitatione uiri & mulieris eſt ædificatus, quaſi dicas ædificium parentum. Gen. 4. Et peperit filium & uocauit nomen eius Seth, & ipſi Seth quoq; natus eſt filius. Ieſaiæ 7. Ecce uirgo grauida eſt, & parit filium, & uocabis nomen eius ImmanuEl. Itẽ dicitur etiam de animalibus. Geneſ. 18. Et tulit inde filium bouis, tenerum & bonum. Leuit. 7. Iuuencus unus, filius bouis. Pſal. 29. Sic filius unicornium. Leuit. 12. Aut filium columbæ, aut turturem. Deinde pro filio adoptiuo, & non naturali ponitur. Exod. 2. Et attulit eũ in domũ Pharaonis, & factus eſt illi in filiũ. & cap. 4. Filius meus primogenitus Iſrael, &c. Tertio, generalius pro eo qui eſt in, uel intra, uel ſub perſona ſeu re alia, de qua dicitur. Geneſis 15. Filius diſpenſationis domus meæ. Et mox iterum: Et ecce filius domus meæ, id eſt, qui eſt in domo mea, deditus ſeu addictus rei familiari. Deut. 25. Si fuerit filius percutere, qui eſt improbus, id eſt filius plagarum. 1. Sam. 12. Viuit Iehoua quia filius mortis eſt uir ille. 1. Samuel. 18. Tantummodo eſto mihi in filiũ militiæ. Exod. 12. Agnus integer, maſculus filius anni. 1. Sam. 13. Filius anni erat Saul in regno ſuo. Gen. 5. Et Noach erat filius quingentorum annorum. cap. 15. Nunquid filio centum annorum naſcetur proles. Num. 3. Recenſe filios Leui, à filio menſis & ſupra. Quarto, dicitur etiam de rebus inanimatis, quæ ſunt in alio. Ieſaiæ 21. Trituratio mea & filius areæ meæ, id eſt frumentum quod eſt in area. Ieſaiæ 5. Vinea eſt dilecto meo, in cornu, filius pinguedinis, id eſt quæ pinguedo eſt in cornu. Pſal. 80. Et uiſita uitem hanc, & quam plantauit dextra tua, & ſuper filium, quem corroboraſti tibi, id eſt ſuper uitem, quæ eſt in uinea. Ionæ 3. Tu doluiſti ſuper cucurbita, quã nõ elaboraſti, neq; educaſti, quia filius noctis fuit, & filius noctis ablatus eſt. quanquã legatur ibi בִּן pro בֶּן Iob 41. Non fugabit eũ filius arcus, id eſt ſagitta arcus. Thren. 5. Filij pharetræ, id eſt, ſagittæ, ut infra ſuo in loco. Quinto, ponitur in aliquot locis בִּן cum hirik, ſicut בִּין Deut. 31. Et præcepit cum Ioſua filio Nun. Ioſue 1. Et dixit Iehoua ad Ioſua filium Nun. Prouerb. 30. Verba Agur filij Iacke. Ionæ 4. Et dixit Iehoua tu doluiſti ſuper cucurbita, in qua non elaboraſti, neq; educaſti, quia filius noctis fuit, & filius noctis ablatus eſt.

Et pluraliter בָּנִים filij, ſcilicet naturales. Geneſ. 5. Et fuerunt dies Adæ, poſtq; genuerat Seth, octingenti anni & genuit filios & filias. cap. 25. Et collidebant ſe filij intra ipſam. 1. Sam. 2. Peperit duos filios. Secũdo filij non naturales ſed adoptiui. 2. Sam. 21. Et quinq; filios Michal filiæ Saul. conſtat enim Michal fuiſſe ſterilem uſq; ad diem mortis ſuę, fuerunt autem illi filij Merob filię Saulis natu maioris & ſororis Michal, quę nupta fuit Hadrieli Molathitę, ſicut clarè hiſtoria indicat. 1. Sam. 18. Illis autem utriſq; mortuis Michal in filios adoptauit & educauit.

Tertio, non ſemper filios ſignificat, qui immediatè à parentibus ſunt geniti, uerum etiam illos, qui longa ſerie ab illis, naturali tamen ſtirpe & recta linea ab illis deſcenderunt & propagati ſunt. Sic filij Iſrael, filij Iehuda, filij Leui, &c. Iſto modo Matthęus uocat Ieſum Chriſtum, filium Abrahę, & filium Dauidis, &c.

Quarto, legitur ſcriptum pro adoleſcentibus. Prouerb. 7. Et conſiderabam ſimplices, & deprehẽdebam inter filios puerum deficientem corde. Quinto ſępe pro maſculis & fœminis, ſicut Latini uocabulo liberi utuntur. Geneſ. 3. In dolore paries filios, id eſt liberos. Et in ſtatu regiminis בְּנֵי Geneſ. 7. Sem & Ham & Iapheph, filij Noach.

בְּנֵי אֱלֹהִים Filij dei, qui inuocabant uera fide patrem, & à deo uocabantur filij, & credebant in promiſſionem de ſemine mulieris. Et opponuntur Cainiticę eccleſię, qui dicebantur filij Adam. Gen. 6. Et uidebant filij dei filias Adam, quod elegantes eſſent. Et mox iterũ: Et ingreſſi ſunt filij dei ad filias Adam. Itẽ Iob 1. Et factũ eſt quadam die & uenerunt filij dei ut ſiſterent ſe coram Iehoua, uenitq; ſatan in mediũ eorũ.

בְּנֵי אָדָם Filij Adam: ut Adam plerunq; in malam partem in ſcriptura accipitur pro carne & ſanguine ſine ſpiritu ſancto, ſicut filię Adam. Geneſ. 11. Et deſcendit Iehoua ut uideret ciuitatem & turrim, quam ędificabant filij Adam, &c. hi autem fuerunt de Cham & de eius poſteris Nimrod, & cęteris. Tametſi poſtea generali phraſi pro

homini-

hominibus uilibus & abiectis & plebeis accipiatur, maxime ſi opponitur nomini אִישׁ Pſal.49. Tam filij Adam, quàm filij uiri. Ieſaiæ 2. Depreſſus eſt Adã, & humiliatus eſt uir, &c.

בְּנֵי הַנְּבִיאִים Filij prophetarum, ſunt diſcipuli prophetarum, quos gignunt doctrina ſua, quiq; ſunt ſub ipſorũ inſtitutione. 2. Re.4. Eliſæus reuerſus eſt in Gilgal, fameſq; erat in terra, & filij prophetarum ſedebant coram eo. Hac phraſi etiam filij ſponſi dicuntur Matth.9. quos Marcus cap.2. uocat filios nuptiarum, pro ijs qui ſunt in nuptijs.

בְּנֵי חַיִל Filij uirtutis, id eſt, militiæ. 2. Sam.2. Et nunc confortentur manus ueſtræ & ſitis in filios uirtutis.

בְּנֵי צִיּוֹן Filij Zion. Thren.4. Filij Zion præclari & ornati. Pſal.49. Filij Zion exultant in rege, id eſt, alumni.

בְּנֵי נֹף Iere.2. Filij Noph & Thachpanches depaſcent uerticem.

בְּנֵי קֶדֶם Filij Orientis. Ieſaiæ 11. Pariter prædabuntur filios Orientis.

בְּנֵי בְלִיַּעַל Filij Beliaal. 1. Samuelis 2. Porro filij Eli erant filij Beliaal, &c. Vide in בְּלִיַּעַל.

בְּנֵי מָוֶת Filij mortis. 1. Sam.26. Viuit Iehoua, uos eſt filij mortis, i. rei mortis, ſub morte.

בְּנֵי יוֹנָה Filij columbæ. Leuit.12. Et accipiet duos turtures, uel duos filios columbæ, id eſt iuuenes pullos. Sic

בְּנֵי עֹרֵב Filij corui. Pſal.147. Qui dat iumentis cibum eorum, & filijs corui, qui clamant.

בְּנֵי אַשְׁפָּה Thren.3. Immiſit in renes meos filios pharetræ, id eſt ſagittas.

בַּת Filia, nomen generis fœminini, quaſi בְּנַת, ſicut ab אמן fit nomen ablata nun litera & addita thau. Gen.30. Et poſtea peperit filiam. Leuit.22. Et filia ſacerdotis ſi fuerit uidua. Et ut בֵּן aliquando eſt ſexus & ętatis iuuenilis, ita etiam בַּת. Exod.21. Si filium cornu petierit aut filiam. Exo.1. Et omnem filiam uiuam ſeruabitis.

Tertio pro filia adoptiua. Eſther 2. Quoniam Mardochai poſt mortem patris eius, & matris eius accepit in filiã. Quarto, generaliter pro nata. Gen.17. Num filia nonaginta annorum pariet? Quinto, pro pupilla oculi, quæ eſt filia oculi, i. in uel intra oculum, ſicut etiam אִישׁוֹן dicitur, uel à teneritudine, quòd filię ſint teneræ. Pſal.17. Cuſtodi me ut nigrum pupillæ oculi. Thren.3. Ne ceſſet pupilla oculi tui. Et legitur aliquãdo geminato beth בְּבַת Zach.2. Qui tangit uos, attingit pupillam oculi eius. Sexto, quando nomini proprio ciuitatis præponitur, tum per proſopopœam ſimul atq; ſynecdochen, ipſam ciuitatem, hoc eſt habitatores eius ſignificat. Pſal.45. Filia Tyri. Pſalm.137. Filia Babel. Zach.9. Exulta ualde filia Zion, clange filia Ieruſalem. Quãdo autem poſtponitur nomini ciuitatis, & quidem cum affixo, quod illam ciuitatem referat, tũ accipitur pro minoribus oppidis, quæ à metropoli tanquã filiæ à matre ſunt ædificatæ. Et Plin. li.5. cap.19. mentionem coloniarum facit quæ à metropoli deducuntur tanquam filiæ à matre. Sed exempla infernè uidebimus. In ſtatu affixorum ſemper mutat pathah in hirik fortificata litera thau. Gen.29. Filia eius. cap.34. In filia ueſtra. Deut.22. Filia mea. Et iterum: Filia noſtra. Et pluraliter בָּנוֹת. Et in ſtatu tam regiminis, quàm affixorum בְּנוֹת Gen.19. Euge euge duæ filiæ ſunt mihi. cap.5. Et genuit filios & filias. Prouerb.30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ. Gen.6. Viderunt filij dei filias Adam, quòd eſſent formoſæ. Pſal.45. Filiæ regum. Et ut in ſingulari, ita pluraliter aliquando figuratè pro ciuitatibus uſurpatur. Gen.49. Filius floridus Ioſeph, filius floridus iuxta fontes, filiarum chorus incedit iuxta murũ. Cant.6. Viderũt eã filiæ, & beatam dixerunt eam. Canticor.2. Adiuro uos, filiæ Ieruſalẽ per capreas, &c. Ieſaiæ 32. Quietæ ſurgite, audite uocem meam filiæ ſecurę, id eſt, quæ ſunt ſub metropoli. Ita filiæ Carminis Eccleſiaſt. pro auribus, eò q; cantilenæ permeant ad aures. Et ut ſupra eſt indicatum in ſexto ſignificandi modo, quando ciuitati alicui poſtponitur, tum accipitur figuratè pro oppidis minoribus, ſeu ſuburbijs, ſicut urbes & ciuitates maiores & antiquiores, nomine mulierum & matrum uocantur.

2.Sam.20.Ieſaiæ 32.Sed nūc exemplum unum atq; alterum ſubſcribam. Num. 21. In Cheſbon & omnibus filiabus eius.Et mox iterum: Et miſit ad explorandū Iahater,& ceperunt filias eius.Iudic.1.Manaſſe uero non deleuit Bethſan, neq; Cariath cum filiabus earum.

בַּיִת In ſtatu abſoluto,& continua ſententia orationis,at in diſtinctione ſententiæ בָּיִת: uerum in ſtatu regiminis & affixorum בֵּית. Et nomē eſt maſculini generis, id eſt domus,ædis,ædificium induſtria hominum intus ordine in ſuas partes, regiones & habitationes ædificatū.Exod.12.Neq; erat domus in qua nō iaceret mortuus. Deut.22.Quando ædificabis domū nouam.Gen.33.Iacob profectus eſt Succoth & ædificauit ibi ſibi domū,& pecoribus ſuis fecit tuguria.2.Sam.5.Cæcus & claudus non ingrediatur in domum.1.Reg.18. Quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum iſtam,quam ædificaui.Ieſaiæ 56.Domus mea domus orationis cunctis populis.Iere.7.Nunquid ſpelunca irruptorum facta eſt domus iſta. Iob 30.Et eſt domus conſtitutionis omni uiuenti.Eccl.12.Quoniam abit homo ad domum occultationis ſuæ.In his duobus poſtremis locis accipitur pro ſepulchro. Secundo,dicitur de animalium ſeu uolucriū quarundam domo,quam quoq; quadā ratione & induſtria ſua ædificāt.Prouerb.30.Cuniculi populus nō ualidus: ideo ponunt in petra domum ſuam.Iob 27.Aedificauit ſibi araneus domum ſuam. Iob 8. Et domus aranei confidentia eius.Pſal. 48. Paſſer inuenit ſibi domum. Pſal.104. Ciconiæ domus ſuper abietibus. Tertio,ponitur in aliquibus locis pro ſpacio, ſcilicet uacuo, ſeu intercapedine excauata quę aliquot homines capere poteſt. 2.Sam.15.Et egreſſus eſt rex,atq; totus populus pedib⁹ ſuis,& ſubſtiterūt intercapedine longinquitatis,id eſt, longinqua ſeu remota.1.Reg 18.Et fecit aggerē uelut intercapedinem ſatorum duorum ſeminis circa altare.ſed de hoc etiam infra.

Quarto,figuratè & per ſynecdochen pro familia, locus pro locato, ſeu continens pro contento.Gen.7.Ingredere tu arcam,& tota domus tua.cap.17.Et filius octo dierū circumcideť in uobis omnis maſculus in generationibus ueſtris natus domus,& empticius argento,&c. Exod.1.Singuli cū domo ſua ingreſſi ſunt. Deut.25.Sic fiet homini,qui non ædificat domū fratris ſui. Pſal.124. Si Iehoua nō ędificauerit domum.Prouerb. 28. Et copia lactis caprini in cibum tuū,& in cibū domus tuæ. Quinto,ſignificatione ampliore pro toto populo.Pſal.114.Cum egrederetur Iſrael ex Aegypto,domus Iacob de populo barbaro.1. Sam. 7. Et lamentati ſunt uniuerſa domus Iſrael. Sexto,interdum legitur cum he motum ſignificante ad locum,& quando in cōtinuo ſermone ſcribitur, punctatur hoc modo בַּיְתָה Gen.28.Vade in Meſopotamiam ad domum Bethuel. & cap. 43. Et introduxit uir homines in domum Ioſeph &c.Sed quando eſt in diſtinctione ſententiæ,tunc ſic ſcribitur בָּיְתָה Geneſ.19. Et introduxerunt Lot ad ſe in domum. cap.24.& cap.39.Et ingreſſus eſt domum. Et ponitur aduerbialiter pro intrinſecus.Ezech.44.Quando miniſtrant in portis atrij interioris, & intrinſecus.Ieſaiæ 14.Vinctis eius non aperuit intrinſecus, id eſt,carcerem interiorem. Septimo, eodem modo ſignificat & accipitur, quando à fronte accipit literam mem מִבַּיִת Exo.25.Extrinſecus teges eam,& intrinſecus.2.Reg 11.Ad interius ipſarum ſerierum.2.Paralip.23.Educite eam ad ab intra ſerierum. Licet ſine mem, & forma ſtatus regiminis בֵּית etiam legitur pro בֵּין Ezech.1.Intra illam.

Et pluraliter בָּתִּים domus, ædes,ędificia. Exo.12.Et erit ſanguis uobis in ſignū uper domibus.Deut.6.Et domus plenæ omni bono.Iere.29.Aedificate domos. Ezech.45.Et erit eis locus pro domibus. Secundo, per ſynecdochen continens pro contento.Exod.1.Quia timebant obſtetrices deum, fecit eis domos. 2. Reg.23.Quorum mulieres texebant ibi domos luci,id eſt tentoria. Tertio, Moſes eo utitur pro domūculis ſiue anſulis quibus continebantur uectes ad portandum menſam.Exo.25.E regione clauſuræ annuli pro domibus uectiū ad portandum menſam. In ſtatu regiminis & affixorum בָּתֵּי Exod.10.Et domus omnium ſeruorum tuorum.2.Reg.25.Et deſtruxit domos immundorū.Ieſaiæ 3. Domos

mos animæ, id eſt, capſulas ſpirationis, in quibus bene ſpirãtia & refocillantia in-cluſa erant. Exod. 10. Et in domibus tuis. Zoph. 1. Et de domibus eorum.

בַּת Quaſi בית nomen menſuræ liquidorum ut olei, uini, habens appellationem ſuã à uacuitate, & capacitate, ſicut pleraq; uaſa capacia appellationem ſuam uel à forma uel ſono, uel uacuitate, & capacitate habent: ut בקבוק כד & ſimilia. Et tantum liquoris capit, hoc eſt, decimam partem Cori, quantum aridorum capit איפה quæ continet decem Homer: & ut בית ędificata eſt ut capiat & contineat homines, ita בת ut contineat liquidorum partes aliquot, ut ſupra quoq; in tertio modo ſignifi candi nominis בתים & בית uidimus. 1. Reg. 7. Duo millia batthorum continebat. Et ibidem iterum: Quadraginta Batthos capiebat concha una. Ieſaiæ 5. Decẽ iugera uineæ, faciẽt Batthum unum. Licet in Ezechiele diuerſa ſit menſurarum deſcriptio, ut cap. 45. Epha & Batthus unius ſint menſuræ, ut capiat decimam partẽ Homer Batthus ipſe, & decimam partem Homer, Epha. Et pluraliter בתים Ezech. 45. Quoniam decem Batthi ſunt Homer.

בָּתָה Concauitas, uacuitas. Ieſaiæ 5. Et ponam eam, ſcilicet uineam, excauatam ſeu euacuatam, non putabitur neq; ſarculabitur, id eſt, uacuam. Et pluraliter בתות Ieſaiæ 7. Et uenient & deſidebunt uniuerſi illi torrentibus excauationum. & uidetur cognationem habere cum nomine בית.

בִּיתָן Arbitror eſſe Perſicum, & idem illis ſignificare, quod Hebræis בית. Legitur nanq; tantum in libro Eſther, qui quia eſt conſcriptus in uel ſub captiuitate Babylonica, multa habet intermixta peregrina uocabula. Eſther 1. Cum impleti eſſent dies illi, fecit rex uniuerſo populo, qui inueniebãtur in Suſan metropoli à magno uſq; ad paruum, conuiuium ſeptem dierum in atrio horti domus regis. Et cap. 7. Ad hortum domus.

תֵּבָה Et in ſtatu regiminis תבת ædis, ædificium, conſtructio, domus, ædificium habens ſimilitudinem domus. Hieronymus uertit arcam. Geneſ. 6. Fac tibi arcam lignorum Gopher, nidos facies in arca. Exo. 2. Et accepit ei arcam arundinis. Et iterum: Et uidens arcam in medio arundinis. Eſt & hoc obſeruandum, quòd Hebræorũ Grammatici uocãt hac uoce, quod Latini uocant dictionem, eò quòd dictio conſtructa eſt ex literis & ſyllabis.

בִּנְיָה Aedificium. Ezech. 41. Aedificij & parietum eius longitudo centum cubiti.

בִּנְיָן Aedificium. Ezech. 40. Et menſurauit latitudinem ędificij calamo uno. & cap. 41. Et paries ædificij quinque cubitorum. Et grammatici Hebręorum appellant hac uoce coniugationem uerborum, eò quòd ex modis, temporibus & perſonis ædificetur & conſtet.

מִבְנֶה Significatione idem eſt quod מבנה ædificium. diſpoſitio. Legitur autem ſemel in hac forma. Et in ſtatu regiminis מבנה Ezech. 40. Et ſuper eum quaſi ędificiũ ciuitatis à meridie.

תַּבְנִית Aedificium diſpoſitum, typus ſeu exemplar, ad quod ſimile eſt ædificandum. Et importat relationẽ ſeu reſpectũ inter res ſimiles. Exod. 25. Iuxta omnia quæ oſten di tibi diſpoſitionem tabernaculi, & diſpoſitionem uaſorum eius. Deut. 4. Ne forte perditè agatis, facientes uobis ſculptile cuiuſcunq; figuræ, diſpoſitionẽ maſculi aut fœminæ. 1. Paralip. 28. Et pro diſpoſitione aurigæ Cherubim, aurum. 2. Reg. 16. Et miſit rex Achaz ad Vriam ſacerdotem ſimilitudinẽ altaris, & diſpoſitionem eius iuxta omnem facturam eius. Pſal. 106. Et mutauerunt gloriam ſuam in diſpoſitionem bouis comedentis fœnum.

תֶּבֶן Cum ſex punctis. Et licet alij uelint eſſe ſubſtantiuum, tamen non leuibus coniecturis adducor, ut iudicem à uerbo בנה deductum, & ſic dici quòd præterquã in paſcendis equis & pecoribus, etiã eius in urendis lateribus maximus uſus fuerit, quibus domus & ædificia extruebantur. Iob 21. Et erunt uelut ſtramen corã uẽto. Idem cap. 41. Et reputabit pro ſtramine ferrum. Iere. 23. Quid ſtramini cũ tritico. Geneſ. 24. Et ingreſſus eſt uir domum, & dedit ſtramen, & pabulum camelis. 1. Reg. 4. Hordeum & ſtramen pro equis, & pro mulis. Ieſaiæ 11. & 65. Et leo uelut

bos comedet ſtramen. Exo. 5. Non amplius dabatur populo ſtramen ad lateriſandum lateres. Et mox iterum: Et diſpergebatur populus in tota terra Aegypti ut colligerent collectaneum, ad ſtramen. Et mox iterum: Stramen non datur ſeruis tuis, & dicunt nobis, lateres facite.

מַתְבֵּן Denominatiuum à ſuperiore ſtramen, ſtramentum. Ieſaiæ 25. Sicut conculcatur ſtramentum in luto.

אֶבֶן Nomen forma quidem & declinatione maſculini generis, ſed conſtructione, generis fœminini. Et ſignificat id quod nos quoq; lingua Latina appellamus lapidē, & in Germanica lingua ſtein. Etſi alij omnes nomen eſſe ſubſtantiuū arbitrētur, tamen ego non temere cenſeo à uerbo בָּנָה deriuatū, ſiquidē ex lapidibus uaria extruantur ædificia, & uerbum ædificandi potiſſimum ſit de illis intelligendū, qui lapidibus ędificāt, ſicut ex participijs eius uerbi perſpicuum eſt: deinde etiam differat in hoc à nominibus סֶלַע & צוּר חַלָּמִישׁ כֵּיפָה quòd quātitate minor ſit, poſſitq; de loco transferri in locum ad ædificationem alicuius ſtructuræ, illa uero nomina dicantur de prægrandibus lapidibus, qui immoti ſtant ſuo in loco, & ad ædificia extruenda non ſunt uſui. Geneſ. 11. Euge laterificabimus lateres, & aduremus in uſtorio, & fuit illis later pro lapide. Vel ex hoc loco manifeſtum eſt lapidi à potiſſimo ſuo uſu hoc nomen eſſe inditum. Geneſ. 28. Et accepit lapidem, quem poſuerat pro ceruicali capitis ſui, poſuitq; illum in ſtatuam. Et mox iterum: Et lapis iſte quem poſui in ſtatuam, erit domus dei. Iob 38. Quis iecit lapidem anguli eius. Pſal. 118. Lapidem, quem reiecerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli. Ierem. 51. Non ſument ex te lapidem in angulum, neq; lapidē in fundamentum. Sæpe collectiuè uſurpatur. Leuit. 20. Populus terræ obruēt eum lapide. 2. Samuelis 5. Artifices ligni, & artifices lapidis parietis, & ædificauerunt domum. Exempla in quibus conditiones lapidis indicantur. Prouerb. 27. Grauis eſt lapis, & ponderoſa arena. Exod. 15. Deſcenderūt in profunda uelut lapis. Nehem 9. Perſequutores eorum proiecisti in profunda, ſicut lapidem in aquas ualidas. 1. Samuelis 25. Et emortuum eſt cor eius intra ipſum, & factum eſt in lapidem quanquam alij referunt ad totum corpus ipſius. Ezech. 11. Et auferam cor lapidis de carne eorum. Iob 41. Cor eius compactum eſt, uelut lapis. Exod. 15. Obmuteſcent uelut lapis. Legitur quoq; poſitū per antonomaſian & figuratè pro lapide inſigni in regno. Geneſ. 49. Atq; roborata ſunt brachia manuum eius per manus fortis Iacob. Inde paſtor & lapis Iſraelis, id eſt, propheta, & gubernator: poſuit autem numerum ſingularem pro plurali, pro lapidibus angularibus, quibus nititur & ædificatur politia Prouerb. 26. Sicut ſcrupulus lapidis in aceruo, ſcilicet, pretioſi. Atque quando epitheton apponitur יְקָרָה uel aliud, ſignificat aliquanto generalius gemmam, quæ eſt lapis pretioſus. 2. Samuelis 12. Et lapis pretioſus. 1. Reg. 10. Aurum plurimum, & lapidem pretioſum. 2. Paralip. 3. Et texit domum lapide pretioſo in ornamentum. Prouerb. 17. Lapis gratiæ, munus in oculis accipientis illud.

Quarto, ponitur ſępe pro pondere, eò quòd uel lapides imponebantur lancibus quibus ponderabatur, uel per catachreſin, etſi ex alia materia eſſent uel plumbo uel ſtanno, uel ære: uel quòd ex lapide ponderum materia eſſet excocta, iuxta illud Iob 28. Ferrū de terra ſumitur, & ex lapide æs. Sed uideamus exempla. Deuteron. 25. Nō fuit in ſacculo tuo lapis, & lapis magnus & paruus. Et mox iterum: Sed lapis integer & iuſtitiæ ſit tibi. 2. Reg. 13. Et ponderauit capillitiū capitis eius ducentis ſiclis in lapide regis, id eſt, pondere regis. Item pro pondere in amuſſi ſeu perpendiculo. Zachar. 4. Et uidebunt lapidem ſtanni in manu Zerubabel. Dicitur ſemel de plumbo, quod habet formam lapidis. Zachar. 5. Et proiecit lapidem plumbi ſuper os eius, id eſt maſſam. In ſtatu affixorum mutat prius ſęgol in pathah, & alterum in ſeua. 2. Reg. 4. Proiecerunt quiſq; lapidem ſuum.

Et pluraliter אֲבָנִים Geneſ. 31. Colligite lapides, & accipientes lapides fecerunt aceruum. Exod. 20. Et ſi altare lapidum feceris mihi. Deuter. 3. Duas tabulas lapidum. Iob 9. Domum lapidum ſpectabit. 1. Reg. 5. Attulerunt lapides magnos &

lapi-

lapides pretioſos pro fundamēto domus,lapides politos. Exod.7. Fuitq́ ſanguis per totam Ægyptum,tam in lignis quàm in lapidibus.ubi poſita ſunt illa nomina cōcreta pro abſtractis, id eſt, pro uaſis ligneis & lapideis.Ioſue 10. Et Iehoua proiecit ſuper eos lapides grãdes è cœlo uſq́ ad Aſeckam,& plures ſunt mortui lapidibus grandinis quàm gladio.Iob 6.Num duritia lapidum duritia mea. In ſtatu regiminis אַבְנֵי Geneſ.28. Et tulit de lapidibus loci. Ieſaiæ 27.Sicut lapides calcis. Exod.25.Lapides Onychis & lapides impletionū.Ieſaiæ 54.Et lapidibus carbunculi.Leuit.19.Bilances iuſtitiæ,lapides iuſtitiæ.Ezech.28.In medio lapidum ignis ambulabas,id eſt,carbones ignis:per hos autem intelligit Seraphim.

אָבְנָיִם Nomen dualis numeri tantum, Sella in qua ex muliere parturiente filius filiá ue ædificatur, uel rotam illam figuli, ſuper qua uas aliquod luteum ædificat. Vel deducitur à nomine ſingulari אֹבֶן quod proprie circumferentiam illam in rota ſignificat, quam Latini canthum uocant: quanquam ſæpiſſimè pars pro toto accipiatur.Et tum ſcribitur אָבְנַיִם pro אֲבָנִים ſignificat duplicem rotam,ſicut certe rota eſt figuli, quæ ſupernè unam circumferentiam, & infernè alteram habet, & eſt quaſi duplex rota,ſeu duæ rotæ, ſeu ſella ex duabus rotis. Similiter etiam fortaſſe ſella ædificata fuit in qua mulieres in partu enitebantur. Et legitur tantum bis in ſcriptura ſacra. Exod.1. Quando obſtetricabitis Hebræis, & uidebitis ſuper rota ſeu ſella,quòd ſit filius,occidatis eum.Ezech.18.Et deſcendi in domum figuli, & ecce
160 ipſe faciebat opus ſuper rota.

בֹּסֶר Vua immatura,quæ Græcis ὄμφαξ, Latinis labruſca dicitur. Ieſaię 18.Quia ante meſſem, cum iam integrum fuerit gramen, & labruſcæ fuerit folliculus eius, ſtatim excindet culmos falcibus,& palmites amouebit & reſecabit.Ierem.31.& Ezech.18.Patres comederunt labruſcam,& dentes filiorū obſtupeſcunt. In ſtatu affixi Iob poſuit ſub prima hirik cap.15. Vim inferet quaſi uitis labruſcæ,& proij-
161 cit uelut olea florem ſuum.

בָּעָה Eruit,elicuit aliquid ex perſona uel re quod latebat. Et congruit ſignificatione cum uerbis בָּעָה & עָבָה נָבַע niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe nonnihil diſcrepent.Ieſaiæ 2.Dixit cuſtos,uenit mãne,atq́ etiam nox,ſi eruetis eruite(arcana) reuertimini,uenite. Loquitur autem propheta de perueſtigãda uoluntate & aduentu hoſtium,quę latebãt eos. & cap.64. Sicut in incendio ignis liquidæ aquę quas elicit ignis,id eſt,eliquefacit,ebullit.

In uoce paſſiua נִבְעָה erutum eſt. Abdię 1. Quomodo deprehenſus eſt Eſau, & eruta ſunt arcana eius,id eſt,theſauri eius.

Participiū præſens maſculini generis נִבְעֶה Ieſaiæ 30.Idcirco erit uobis hæc iniquitas ſicut ruptura labaſcens,& eruta in muro excelſo.

INDE NOMEN,

אֲבַעְבֻּעוֹת Bullæ,papulæ,ebullitiones,excreſcentiæ,efferueſcētiæ.Exo.9.In ulcus germinãs papulas.Et mox iterum:Et factum eſt ulcus,ebullitiones germinans,id eſt,papulas,tam in homine quàm in iumento.

בְּבָעוּ Geminata litera beth, frequēti in uſu eſt apud Chaldæos pro uocula Hebræa בִּי, qua affectus ſignificatur ex corde ebulliens, & redditur aduerbio obſecro. 1. Sa-
162 muelis 25. Obſecro ego mi Iehoua,ſum iniquitas iſta.

בָּעַט Conuenit ſignificatione cum uerbo עבט: nam ſimiliter de commutatione, & compenſatione, ſed tamē mala dicitur, & ſignificat in acceptis beneficijs ferocire, & cum iniuria laſciuire. Translatio noſtra uulgaris reddidit recalcitrauit. Legitur tantum duobus in locis.Deuter. 32. Et impinguatus Ieſuron laſciuiuit. 1. Samuelis 2. Quare laſciuitis in ſacrificio meo & in oblatione mea. Et haud dubie Apoſtolus Paulus inde ad uiduas laſciuientes accommodans, hoc uerbum Hebræum Græco καταστρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ, id eſt, in iniuriam Chriſti laſciuire reddidit. 1.
163 Timoth.5.

בָּעַל Generali ſignificatione notat ardore & conatu ſummo uehi ſuper re aliqua ea ut potiare. Poſtea tamen modum ſignificandi pro circumſtantia rei parumper

uariat. Primo, uerbo ambiendi ſeu adamandi uertere licebit, ut iuuenes ſolent adamare & ambire ſeu deperire uirgines, illis ut potiantur & ſibi in uxores uſurpent. Et in hoc ſignificandi modo ad Germanos quoque translatum eſt qui ſimiliter adamare uocant bůlen, & ſic quoq; congruentiam quandam habet cum uerbo בָּעַל ut Germani dicere ſolent de tali amatore qui in uirginem accenſus eſt & flagrat Er möchte ſie für liebe freſſen. Et iſte equidē æſtus & appetitus habendi nedum animo cogitari, tantum abeſt ut uerbis exprimi queat, ſiquidem & Salomo hāc uiri uiam in uirginē negat eſſe peruestigabilē. Et ſic legitur Malach. 2. Sed prophanauit Iehuda ſanctitatem Iehoua quam dilexit, & adamauit filiam dei nothi. Ieſaiæ 26. Vt adamat adoleſcens uirginem, ita adamabūt te filij tui, & ut eſt gaudium ſponſi erga ſponſam, ſic gaudebit ſuper te Deus tuus. Secundo, ſignificat adeptam puellam ſeu uxorem uſurpare ſubagitatione, qua in eam præceps fertur ut fit in coitione. Deuter. 21. Ingredieris ad eam, & ſubagitabis eam, & erit tibi in uxorem. Et cap. 24. Cum acceperit aliquis uxorē & ſubagitauerit eam &c. Tertio notat populum legibus ſubiugare, & poteſtatem in ſubditum habere & exercere. 1. Paralip. 4. Ioas & Saraph, qui dominabuntur ipſi Moab. Ieſaiæ 26. Iehoua deus dominantur nobis domini præter te, ſeu, ſubiugauerunt nos domini præter te. Iere. 3. Reuertimini filij auerſi, ait Iehoua, ego poteſtatem habebo in uos. Et cap. 31. Quia iuxta fœdus, quod pepigi cum patribus eorum &c. & ego poteſtatem exercebo in eos, ait Iehoua.

Participium preteritum fœminini generis בְּעֻלָה adamata, ſubagitata ein bule. Ieſaiæ 62. Quoniam tibi uocabitur uoluptas mea in ea, & terræ tuæ adamata. cap. 54. Quoniam plures ſunt filij horridę, quàm filij adamatæ. Et in ſtatu regiminis בְּעֻלַת Gen. 20. Eſt enim adamata à marito, id eſt, addicta marito. Deut. 22. Si inuentus fuerit uir concumbens cum muliere addicta marito.

In uoce paſſiua נִבְעַל Prouerb. 30. Propter odioſam, quando ſubagitata erit. Ieſaiæ 62. Et terra tua ſubagitabitur, ſiue adamabitur.

INDE NOMINA:

בַּעַל Dominus ſuper uel in rem aliquam, quam habet propriam, qua utitur & in eam habet & exercet ius & poteſtatem. Et in diſtinctione ſentētiæ mutat prius pathah in cametz. Et quia Latini non habent unum aliquod uocabulum quo uox iſta reddi poſſit, cogit eos neceſſitas ſecūdum eius rei qualitatem alijs atque alijs nominibus ſuæ linguæ idoneis, nunc pro domino, nunc pro marito, nunc prò magiſtro, nunc pro habente aliquid, ſeu poſſeſſore reddere, quæ tamen omnia Hebræi hoc unico efficiunt. Exod. 24. Quicunque eſt habens cauſas, accedat ad eos. 2. Reg. 1. Vir ille erat habens pilos, & cingulo pelliceo erat cinctus. Prouerbior. 1. Fruſtra ſpargitur rete in oculis omnis habentis alam. Eccleſiaſt. 10. Habens alas annunciabit uerbum. Ieſaiæ 41. Ecce ego poſui te in tribulam dentatā nouam habentem ora. & cap. 51. Quis eſt habens iudicium mecum, accedat ad me. Ierem. 37. Et tibi erat habens præfecturas. Danielis 8. Et uenit ad arietem habētem cornua. Prouerb. 18. Qui remiſſus eſt in opere ſuo, frater eſt habenti perditionem. Geneſ. 37. Ecce magiſter ſomniorum iſte uenit. Exod. 21. Si maritus uxoris ipſe eſt. Et iterum: Et dominus bouis extra culpam erit. Et iterum: Dominus putei compenſationem faciet. cap. 22. Et accedet dominus domus ad deos. Iudic. 19. Et dixerūt ad dominum domus, ſenem illum. Et iterum: Et egreſſus eſt uir ille dominus domus. Deut. 15. Omnis dominus mutui. Ioelis 1. Luge tanquam uirgo accincta ſacco ſuper marito iuuentutis ſuæ. Geneſ. 20. Eſt enim ipſa addicta marito. Prouerb. 23. Et ponas cultrum in gutture tuo, ſi dominus animæ tu, id eſt, amator uitæ tuæ. & cap. 24. Qui cogitat malefacere, magiſtrum prauorum conſiliorum uocabunt. Nahum 1. Vlciſcens dominus & exercens furorem. Prouerb. 23. Ne adiungas tibi habentem iram. Legitur tamen ſemel ut אִישׁ diſtributiuè pro aliquis. Leuitic. 21. Non contaminetur quiſquam in populo ſuo, ut polluat ſe. Et in ſtatu affixorum

rum.Deut.24.Nõ poterit maritus eius prior,qui dimiſerat eam amplius accipere eã.2.Sam.11. Statim luxit ſuper marito ſuo. Ieſaiæ 1. Et aſinus præſepe domini ſui. Oſeæ 2.Et erit in die illa, ait Iehoua, uocabis me uir meus, & non uocabis me amplius Baal meus. Aſſumit tamẽ nonnunquã iod more pluraliũ.Exod. 21. Si admonitus dominus eius non ſtatim cuſtodierit eum. Et mox iterum: Bos lapidabitur,atq; etiam dominus eius morietur. Et pluraliter in ſtatu regiminis (nam alterum pluralem in ſtatu abſoluto in hoc modo generali ſignificandi nõ habet) בַּעֲלֵי habentes,occupatores,poſſeſſores,domini.Gen.14. Fratris Iskol,& fratris Aner, qui erant habentes pactũ Abram,id eſt,cum Abramo.cap.49. Et oderũt eum habentes ſagittas.2.Sam.1.Ecce nurus & habentes equos.Nehe.6.Multi erant in Iehuda habentes iuramentum.Eccl.12.Habentes congregationem.Ioſue 24. Et pugnauerunt contra uos habentes Iericho.Iudic.9.Loquimini in aures omnium habentium Sichem. Et mox iterum:Quod audientes omnes habẽtes turrim Sichẽ. Et iterũ: Et omnes habentes ciuitatem. Ieſaiæ 16. Domini gentium percuſſerunt nobiliores propagines eius. Et in ſtatu affixorum. Eſther 1.Ad cõtemnendum maritos ſuos in oculis ſuis.Prou.1. Animam habentium eam tollit.Prouerb.3.Ne prohibeas beneficium ab habentibus illud,id eſt,ab habentibus opus illo.

בַּעֲלָה Nomen generis fœminini ſuperioris:legitur tantum in ſtatu regiminis בַּעֲלַת.1.Samuel.28.Conſulite mihi mulierem habentem Pythonem.Nahum 3.Habens diuinos.1.Reg.17.Filius mulieris habentis domum.

בַּעַל Dominus:hoc nomine Deum ſuum uocarunt Gentes,cui ſtatuas erigentes & altaria ſingulari cultu & ueneratione ſeruierunt, quem poſtea Iſraelitæ recipientes, à prophetis grauiter reprehẽſi,donec tandem impœnitentes,à uero deo puniti & perditẽ reiecti ſunt. Qualis autem cultus fuerit ex ſcriptura conſtat, cuius aliquot exempla adducã Num.22. Et accepit Balak ipſum Bileam & deduxit eum in excelſa Baal. 1. Reg.16. Et accepit uxorẽ Ieſabel filiam Ethbaal regis Zidoniorum, abijtq; & coluit Baal, & genuflexit ei, & erexit arã ipſi Baal in domo Baal, quam ædificauerat in Samaria.1. Reg.18. Et prophetas Baal quadringentos & quinquaginta,& prophetas lucorum. Et mox iterum: Si Iehoua eſt deus ueſter,abite poſt eum:aut ſi eſt Baal,abite etiam poſt eum.Et iterum:Et uocabitis in nomine dei ueſtri,& ego uocabo in nomine Iehoua, & erit, deus qui reſpondebit in igne ipſe ſit Deus &c.& uocauerunt in nomine Baal à mane uſq; ad meridiẽ &c.Et 1. Reg.19. Et reliqui in Iſrael ſeptem millia,qui omnes genua non flexerũt ipſi Baal, & quorum os non oſculatum eſt eum.2.Reg.3.Et abſtulit ſtatuam Baal quam fecerat pater eius.2. Reg.10. Ne forte ſit hic uobiſcũ de cultoribus Iehoua, ſed ut ſint cultores Baal ſolummodo. Et iterum: Et efferẽtes ſtatuas domus Baal ſtatim combuſſerunt eas,& confregerunt ſtatuam Baal, & confregerũt domum Baal.2. Reg. 21. Et erexit altaria ipſi Baal,& fecit lucum ſicut fecerat Achab rex Iſrael, & genuflexit uniuerſo exercitui cœlorum & coluit eum.2.Reg.23.Vt efferrent de templo Iehoua omnia uaſa quę facta erant ipſi Baal & lucis,& omni exercitui cœlorum, & cõbuſſit ea.Ier.7.Faciẽdo ſuffitum ipſi Baal, & ambulando poſt deos alios, quos non nouiſtis. & cap. 19. Et extruebat excelſa Baal ad comburendum liberos ſuos igni,holocauſta ipſi Baal.& cap.23.Et obliti ſunt patres eorum nominis mei propter Baal.& cap.32.Et domos in quarum tectis ſuffierunt ipſi Baal.

בַּעַל פְּעוֹר Deus Moabitarum,habens ab apertione appellationẽ, & hũc poſtea Gentes parũ uariato nomine Priapus uocarunt.Num.25. Habitauit Iſrael in Sittim, cœpitq; populus meretricari cum filiabus Moab,quæ inuitauerunt populum ad ſacrificia deorũ ſuorũ, & comedit populus & genuflexit dijs eorũ, & iugatus eſt Iſrael ipſi Baal Peor,& exarſit ira Iehoua in Iſrael.Deuter.4. Oculi ueſtri uiderunt,quæ fecit deus in Baal Peor:nam omnẽ uirum qui abijt poſt Baal Peor abſtulit Iehoua deus tuus.Huius perditionis meminit quoq; Paulus 1.Corint.10.Item Pſal.106.Et coniugati ſunt ipſi Baal Peor,& comederunt ſacrificia mortuorum.

בַּעַל זְבוּב Dominus ſeu princeps muſcarū, deus Ækronitarum. 2. Reg. 1. Cecidit Achazia per cancellos in ſolario, quod habebat in Samaria, & ægrotauit, & miſit legatos, dixitq́ ad eos dicens: abite, cōſulite in Baal Zebub deo Ekron, an reuicturus ſum ab ægritudine iſta. Et in Matthæo, Luca & Marco legitur Iudæos principem dæmoniorum hoc nomine appellaſſe.

בַּעַל בְּרִית Deus Gētium, quem poſtea mortuo Giddeone populus Iſraeliticus coluit. Iudic. 8. Poſtquam mortuus eſt Giddeon, auerſi ſunt filij Iſrael, & meretricati ſunt poſt Baalim, & conſtituerunt ſibi Baal Berith in deum. & cap. 9. Et dederunt ei ſeptuaginta argenteos ex domo Baal Berith.

בַּעַל צְפוֹן Nomen loci cuius fit mētio Exod. 14. Inter Migdol & inter mare è regione Baal Zephor. Nu. 33. Et profecti ſunt de Etham & reuertendo contra os Hiroth, quæ eſt ſuper facie Baal Zephor caſtrametati ſunt è regione Migdol.

בַּעַל מְעוֹן Num. 22. Et filij Ruben ędificauerūt Hesbon &c. & Nebo & Baal Meon. Ezech. 25. Ecce ego aperio latus Moab de ciuitatibus eius in extremis, amœnam terram Beth Haieſmos, Baal Meon, & Kiriath Aiema.

בַּעַל גָּד Nomen loci uel ciuitatis. Ioſue 13. A Baal Gad ſubter montem Hermon donec uenias in Hemath.

בָּמוֹת בַּעַל Nomen ciuitatis, forte in editiore loco ſita, & à Baal nomen habens. Ioſue 13. Heſbon & omnes ciuitates eius, quæ ſunt in planicie Dibbon, & Bamoth Baal & Beth Baal Meon.

בַּעַל חָמוֹן Nomen loci, cuius fit mentio Cantic. 8. Vinea fuit Salomoni in Baal Hamon.

Et pluraliter בְּעָלִים Baalim. Et arbitror omnia idola generaliter iſto nomine uenire, quę primo Gētes, poſtea Iudæi, & adhuc hodie colunt & uenerātur, qui mortuorū interceſſione & patrocinio ſuisq́ operibus ac ſacrificijs placare deum, conſequi bona temporalia, & demereri iuſtitiam ac uitam æternam contendunt. Iud. 2. Et fecerunt filij Iſrael malum in oculis Iehoua & coluerunt Baalim, & dereliquerunt Iehoua deum patrū ſuorum, qui eduxit eos de terra Ægypti, & abierunt poſt deos alios, poſt deos populorum, qui erāt circa eos. Et cap. 10. Et addiderunt filij Iſrael facere malum in oculis Iehoua, & coluerūt Bealim & Aſtheroth & deos Syrię, & deos Zidom, & deos Moab, & deos filiorum Ammon, & deos Philiſthinorum, & dereliquerunt Iehoua, & non coluerunt eum. 2. Paral. 28. Atq́ etiam fuſilia fecit ipſis Bealim. Oſeæ 2. Et uiſitabo ſuper eam dies Bealim quibus ſuffiuit, & alligauit inaurem ſuam & monile ſuum. Et iterum: Et amouebo nomina Bealim de ore eius & non recordabuntur amplius nominis eorum.

יְרֻבַּעַל Cognomen Giddeonis, cuius cauſa indicatur Iudic. 6. Et uocauit eum in die illa Ierubaal, dicens: Litiget cum eo Baal quod deſtruxit altare eius.

164

## בָּעַר

Cognationē habet ſignificatione cum uerbo Latino buro: deinde cum uerbis עָבַר נָעַב עָרַב, niſi q́ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differāt. In prima coniugatione neutraliter ſumitur pro ardere, exardere, ardendo depaſci, perflagrare. Exo. 3. Cur nō ardeat rubus. Num. 11. Et exarſit ignis Iehoua in eos, deuorauitq́ eos. Iud. 15. Quaſi lina quæ igni arſerunt, id eſt, aduſta ſunt. 2. Sam. 22. & Pſ. 18. Carbones arſerūt ab eo. Eſther 1. Et furor eius exarſit in eo. Iob 1. Ignis dei cecidit è cœlo & exarſit in gregem & in pueros. Pſal. 79. Exarſit uelut ignis zelus tuus. Ieſaię 1. Et erit fiducia in ſtuppam, & operarius eius in ſcintillam & ardebunt ambo ſimul, & non erit, qui extinguat. & cap. 62. Et ſalus eius quaſi fax ardeat.

Participium בֹּעֵר Exo. 3. Et ecce rubus ardebat in igne. Eius fœmininum בֹּעֵרָה Ieſaię 30. Anhelitus Iehoua ſicut torrēs ſulphuris exardet in eam. Item in alia forma בֹּעֶרֶת Iere. 20. Et fuit in corde meo ſicut ignis ardens. Et pluraliter בֹּעֲרוֹת Ezech. 1. Et aſpectus eorum erat inſtar carbonum ignis ardentium.

In ſecūda coniugatione בִּעֵר fit tranſitiuū, accēdit. Exo. 35. Non accēdetis ignē in omnibus habitationibus ueſtris in die Sabbathi. Leuit. 6. Accendet ſuper altari ſacerdos ligna ſingulis mane. Ieſ. 40. Et Libanus nō ſufficiet ad accēdēdū. Et cap. 4. In ſpiritu iudicij, & in ſpiritu accēdēdi, i. accēſionis. cap. 6. Et erit ad accēdendū.

Parti-

Participium præteritum מְבֹעֶרֶת Iere. 36. Et foculus erat coram eo accenſus.

Eſt autem hic obſeruandū in iſta ſecunda coniugatione, ꝙ hoc uerbū per tranſlationem ſæpe alijs rebus attribuitur quàm igni aut furori, & ſignificat depaſcere aut tollere, quaſi ignis abſumit ac tollit deuoratꝗ. Exo. 22. Et emiſerit pecus ut depaſcatur agrum alterius. Ieſaiæ 3. Et uos eſtis, qui depaſti eſtis uineā. Num. 24. Sed tolletur Kinæus, quando Aſſur captiuum abduxerit te. Deut. 13. Vt tollas malum de medio tui. quod Paulus 1. Cor. 5. ubi ſcribit: Tollite ſceleratū iſtū ex uobis, &c. uerbo Græco ἐξαρεῖτε reddidit. Deuter. 19. Non parcus oculus tuus ei, & tolles ſanguinem innocentis ex Iſrael, ut bene ſit tibi. & cap. 26. Tuli ſanctum de domo atꝗ tradidi illud Leuitis. Et mox iterum: Et non tuli de eo ad immundiciem. Iudic. 20. Vt occidamus & tollamus malum ex Iſrael. 1. Reg. 14. Et tollam poſteritatem domus Ierobeam quemadmodum tollitur ſtercus omnino. 1. Reg. 22. Reliquias ſcortatorū, qui remanſerūt in diebus Aſa patris ſui ſuſtulit de terra. 2. Paralip. 19. Quia ſuſtuliſti lucos de terra.

In tertia coniugatione הִבְעִיר Iudic. 15. Et comburere fecit ignem in facibus, & in ſtantes ſegetes Philiſthinorum & cōburere fecit ab aceruis uſꝗ ad ſtantes ſegetes. 2. Paral. 28. Ipſe adoleuit incenſum in ualle filij Hinnon, & comburere fecit filios in igne. Ezech. 5. Tertiam partem in igne cōburere facies in medio ciuitatis. Nahum 2. Comburere faciam in fumo currus eius. Exod. 22. Si quiſpiam depaſcere faciet agrum aut uineam, ſcilicet pecus.

Participium præſens מַבְעִיר combuſtor, incendiarius. Exod. 22. Reſtituendo reſtituat incendiarius, id quod combuſtum eſt.

INDE NOMINA:

בְּעֵרָה Res combuſta. Exod. 22. Reſtituendo reſtituet incēdiarius combuſtionem, id eſt, rem combuſtam.

תַּבְעֵרָה Incendium. Num. 11. Et uocatū eſt nomen loci illius Thabera, eò quòd ignis exarſiſſet in eos.

בְּעִיר Animal, brutum pecus à depaſcendo, ſicut clarè ex iſto loco habetur. Exod. 22. Si quiſpiam depaſcere fecerit agrum aut uineam, & dimiſerit pecus ſuū ut depaſcatur agrum alterius. Gen. 45. Onerate pecudes ueſtras. Num. 20. Vt moriamur ibi nos & pecudes noſtrę. Pſal. 78. Tradidit grandini pecudes ipſorum.

בַּעַר Pecuinus, homo animalis, qui pecudis more hinc inde oberrat, nec ſeipſum regere ratione ſua poteſt, ſed rectore & ductore opus habet. Chaldęus tranſtulit שטיא Pſal. 49. Quoniam uidet ſapientes mori, pariter ſtultus & pecuinus intereāt. Pſal. 73. Ego pecuinus nihil noui. Pſal. 92. Vir pecuinus iſtud non cognoſcet. Prou. 30. Pecuinus ego ſupra uirum, neꝗ intelligentia plebei mihi. Prouerb. 12. Qui amat diſciplinam amat ſcientiam, qui autem odit correptionem pecuinus eſt.

INDE VERBVM,

בָּעַר Pecuinus factus eſt, id eſt, infatuatus eſt. Iere. 10. Et in hoc uno infatuantur & ſtultefcunt, quod doctrina uanitatum eſt lignum.

Participium ſeu nomen participiale בֹּעֲרִים. Pſalm. 94. Intelligite pecuini in populo, id eſt, fatui. Ezech. 21. Tradam te in manum hominum fatuorum.

In uoce paſſiua נִבְעַר. Ieſaiæ 19. Quorum conſilium infatuatum eſt. Iere. 10. Infatuatur omnis homo à ſcientia. Et mox iterum: Infatuati ſunt paſtores & ipſum Iehoua non quæſiuerunt.

165

בָּעַת In prima coniugatione non eſt uſitatum niſi in uoce paſſiua נִבְעַת exagitatus, extimulatus eſt ad conſpectū hominis uel alterius rei, unde malum ſeu damnū metuitur. Et differt à uerbis בָּהַל נִבְהַל & יָגֹר modo tantum ſignificandi. Et poteſt reddi uerbo, exterritus eſt. Danielis 8. Cum ipſe ueniſſet exterritus ſum. Eſther 7. Et Hamon exterritus eſt à facie regis. 1. Paralip. 21. Quia exterritus fuit à facie gladij. In ſecunda coniugatione בִּעֵת ſit tranſitiuum. Exagitauit, extimulauit, exercuit aliū uel malo uel metu. 1. Samuel. 16. Spiritus ipſius Iehoua receſſerat à Saule, & exagitauit eum ſpiritus malus à Iehoua, ſcilicet ad inuidiam, odium, crude-

crudelitatem,&c.2.Sam.22.& Pſalm.18.Torrentes Beliaal exagitauerũt. Iob 3. Et exagitent eum tanquã amaritudines.& cap.7. Atq; uiſionibus exagitaſti me.cap. 9.Et terror eius nõ exagitet me.cap.13.An non dignitas eius exagitat uos. cap.18. Circumquaq; exagitauerunt eum terrores.Ieſaiæ 21.Tremor exagitauit me.

Participium præſens מְבַעֵתָה 1.Sam.16.Ecce nunc ſpiritus dei malus exagitat te.

INDE NOMINA:

בְּעָתָה Exagitatio.Iere.8.Expecta pacem, & non bonum tempus ſanationis ſeu quietis, & ecce exagitatio.

בִּעוּתֵי Nomẽ pluralis numeri tantum ſtatus regiminis,exagitationes.Iob 6. Exagitationes Dei diſpoſitæ ſunt contra me. Similiter in ſtatu affixi. Pſal.88.Super me tranſierunt furores tui,exagitationes tuæ ad internecionem perdiderunt me.

166

בצץ In hac forma nõ eſt uſitatum uerbaliter: apparet autem ex ipſis deriuatis, quòd cognationem habeat cum uerbis פּוּץ פָּצָה בָּצַץ quæ diſperſionem ſignificant.

בֹּץ Palus, cœnum,atque idem eſſe arbitror,quod Germani cognata uoce ein pfutze appellant,in quam cùm pedibus calcatur undiq; diſpergitur.Iere.38.Demerſi ſunt in palude pedes mei.

בִּצָּה Palus,locus paluſtris.Iob 8.An grãdeſcet iuncus abſq; palude.Et cap.40.In abſcõſione calami,& palude. Et pluraliter בִּצֹּאת pro בִּצּוֹת Ezech.47. Paludes eius & foſſæ eius etiam non ſanabuntur,in ſalſuginem ponentur.

בֵּיצָה Ouum,à forma paludis:habet enim formam paludis,ſed de hoc ſuo in loco.

167

בצל Cuius plurale eſt tantum ſemel in uſu בְּצָלִים & ſignificat cepas. Numeri undecimo.Et cepas.

178

בצע Vt uerbum נָשַׁךְ mordere ſignificat,& fœnus exercere, eò quòd fœnus homines mordeat,ita hoc בָּצַע uulnerare ſignificat atq; etiam exercere auaritiam,quę tanquam gladius hominem uulnerat,& ipſius ſanguinem exugit:ſed quia non ita,ut Hebræus ſermo uno uerbo uulnerandi Latinus reddere poteſt, ideo auaritiæ uocabulo nonnunquam uertere oportebit.Cõgruit etiam ſignificatione cum uerbis צָבַב & מָחָה niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Ioelis 2.Et quando pro miſſili ceciderint non uulnerabuntur.Amos 9.Et uulnera eos in capite.Ezech.21.Et uulneraſti ſodales tuos cum iniuria,ſcilicet auaritia. Et mox iterum: Propter uulnerare uulnere, ſcilicet auaritiæ. Iob 27.Quæ enim eſt ſpes hypocritæ cum uulneret,ſcilicet auaritia.

Participium præſens ſeu nomẽ participiale בֹּצֵעַ uulnerans, ſaucians: & habet ſignificationem ab altero modo ſignificandi uulnerans, id eſt,auarus. Prouerb. 1. Sic ſunt uiæ omnis uulnerantis uulnus,id eſt,auari,ſeu exercentis auaritiam. Pſal. 10.Quando auarus benedicit,tum maledicit ipſum Iehoua.

In ſecunda coniugatione בִּצַּע accipit ſignificandi modum ſecundum,ab altera conditione auari, qua naturâ cupidus eſt & auidus aliquid cõplendi in totũ: accipitur tam in bonam partem quàm malam. Thren. 2. Et auidè cõpleuit ſermonem ſuum, quem mãdauerat.Zach.4.Manus Zerubabel fundauerũt domum hanc,& manus eius auariſauerunt me,id eſt,auide cõpleuerunt.Ieſaię 10.Et erit quando raptim compleuerit Iehoua omne opus ſuum in monte Zion, id eſt,ex animi cupiditate compleuerit.Et cap.38.A tenuitate auariſauit me, id eſt, auide abripuit me. Iob 6.Voluit deus etiam contundere me,exerẽdo manũ ſuam etiã uulnerauit me.

INDE NOMINA:

בֹּצֵעַ Auarus:uide in participio.

בֶּצַע Vtilitas,quęſtus,lucrum,cupiditas,auaritia, πλεονεξία.Gen.37.Quis eſt quęſtus ſi occiderimus fratrem noſtrum.Iudic.5. Lucrum argẽti non acceperũt.Iob 22. Aut eſt utilitas ſi perfectas feceris uias tuas.Pſal.30.Quod lucrum eſt in ſanguine meo.

Et in diſtinctione ſententię בָּצַע Exo.18.Timẽtes dei,uiri ueritatis,oſores auaritię.1.Sam.8.Et declinauerũt poſt auaritiam. Pſal.119. Inclina cor meum ad teſtimonia

monia tua,& non ad auaritiam. In ſtatu affixorum mutat ſægol in hirik, & alteram uocem pathah in ſeua. Ieſaiæ 56. Vnuſquiſq; ad auaritiam è loco ſuo. Iere.22.
169 Quia non eſt oculus tuus,& cor tuum niſi ad auaritiam tuam.

**בָּצַק** Maceratum eſt,ut emolleſcat,atq; propemodum idem ualet quod Græcis uerbum φυρᾶν miſcere: ueluti cũ argilla humore maceratur, farina liquore aquæ oleiue. Deut.8. Et pes tuus non maceratus eſt. Nehem.9. Et pedes eorum non macerati ſunt.

INDE NOMEN,

בָּצֵק Farina aqua macerata, maſſa conſperſa, paſta. Paulus Apoſtolus ut propriiſſime, ita quoq; eleganter uertit Græca uoce φύραμα,id eſt,farina aqua conſperſa,& poſt ipſum Latini conſperſio. Rom.9.& 10. Et 1.Corinth.5.ubi ſcribit,Paululũ fermenti totam cõſperſionem corrumpit.Legitur autem Exod.12. Et coxerunt conſperſionem,quam extulerant ex Ægypto.2.Sam.13.Et accepit conſperſionem & ſubagitauit.Iere.7. Et mulieres ſubagitant conſperſionem.Oſeæ 7. Ceſſabit excitator à ſubagitatione aſperſionis donec fermentetur ipſa. Et in ſtatu affixi mutat primam uocem in ſeua, ſeruata altera. Exod.12. Et portauit populus conſperſionem ſuam priuſquã fermentaretur,&c. Præterea in ſcriptura ueteris teſtamẽti nuſpiam legitur. Ego exiſtimarem proprie uertendum eſſe nomine ſubſtantiuo macerata,
170 ſi Latinis auribus non eſt uox ignota.

**בָּצַר** Decerpſit,ſeu ademit rem aliquam: propriè tamen & præcipuè de uuis ſeu botris colligendo in uas:unde uerbo uindemiãdi reddiderunt. Et congruit ſignificatione cum uerbis בָּצַר זָבַר פָּצַר & פָּרַץ quæ omnia rũpere ſignificãt,niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differãt. Leuit.25.Et uuas ſeparationis tuæ non uindemiabis.Deu.24.Quando uindemiãdo uindemiabis uineam tuam, non racemabis poſt te.Pſal.76.Ipſe adimit ſpiritum principibus.

Participium preſens ſeu nomen participiale בּוֹצֵר decerptor,uindemiator.Ier.6. Reduc manum tuam uelut uindemiator ad ſportam. Et pluraliter בּוֹצְרִים Ier.48. & Abdiæ 1.Si uindemiatores uenerint tibi,non relinquent racemos.

Et obſeruandum quòd participia præteriti temporis omnino contrariam habent ſignificationem à uerbo ſuo præteriti temporis, & eam quam uerbum habet in ſecũda cõiugatione:ut בָּצוּר id eſt,munitus à direptione. Zach.11. Vlulate quercus Baſan,quia proſtrata eſt ſylua munita, ſcilicet Ieruſalẽ. Et in eo loco male ſcriptum eſt בָּצִיר. In fœminino genere בְּצוּרָה Ieſ.2.Super omnẽ turrim excelſam,& ſuper omnem murũ munitũ. Iere.25. Poſuiſti ciuitatẽ in aceruum,& urbem munitam in ruinam.Ezech.21. Vt ueniat gladius in Ieruſalem munitam. Et pluraliter בְּצוּרוֹת Deu.1.Habens ciuitates magnas deuaſtatas,deſolatas & euerſas habitabũt munitas. Vel בְּצֻרֹת Num.13.Et ciuitates munitę & magnæ ualde.Deut.28.Quouſque deiecerint muros excelſos & munitos. 2.Sam.20. Ne forte inueniat ciuitates munitas.Ier.33.Et annũciabo tibi magna & munita quę nõ nouiſti,id eſt,abſtruſa.

In uoce paſſiua יִבָּצֵר Geneſ.11. Et nunc non adimetur ab eis quicquam eorum quæ cogitauerunt facere.Iob 42. Scio quòd tu omnia poſſis, & non adimitur abs te ulla cogitatio.

In ſecunda coniugatione ſignificationem habet primę contrariam,& non multum diſcrepat à uerbo צָבַר ſimiliter בִּצֵּר niſi modo tantum ſignificandi. Significat autem munire ne fiat irruptio & direptio, quod fit lapidum coaceruatione & ut ciuitas ſeruetur in cuſtodia.Ieſaiæ 22.Ad muniendum murum. Iere.51. Si aſcenderit Babel in cœlum,aut ſi munieris in excelſum potentiam eius.

INDE NOMINA:

בָּצִיר Tempus uindemiæ, quo uuæ decerpuntur à uitibus, deinde etiam ipſa uindemia. Leuit.25.Et attinget uobis tritura uindemiam & uindemia attinget ſementem.Iudic.8.Nunquid racematio Ephraim præſtantior quàm uindemia Abiezer? Et in ſtatu regiminis ac affixorum mutat cametz in ſeua.Iere.48.Super meſſem tuam,& ſuper uindemiam tuam.

בַּצֹּרֶת Caritas annonæ, penuria, egeſtas, carentia omnium frugum & omnis alimoniæ, qua omnia ad uitam neceſſariam corrupta & adempta ſunt. Iere.15. Eritq; folium eius uiride, & in anno caritatis nõ erit ſolicita. Et pluraliter בַּצָּרוֹת Iere.14. Verbum Iehoua, quod fuit à Iehoua de rebus magnæ caritatis.

מִבְצָר Munitio, munimentum. Amos 1. Et uaſtatio ſuper munitionẽ ueniet. Habakuk 1. Ipſe omnem munitionem deridebit. Num.32. Paruuli noſtri habitabũt in urbibus munitionis. 2.Reg.4. Percutietis omnem ciuitatem munitionis. Et in ſtatu regiminis מִבְצַר 2.Sam.24. Et uenerũt ad munitionem Tyri. Ieſaiæ 25. Et munitionem excelſam murorum tuorum proſtrauit. Et pluraliter מִבְצָרִים Num.13. Quales ſint ciuitates in quibus ille habitat, an in caſtris habitet, uel in munitionibus. In ſtatu regiminis & affixorum מִבְצָרֵי Thren.2. Subuertit in furore ſuo munitiones filiæ Iehuda. Dan.11. Et faciet cum munitionibus præſidiorum, cũ deo alieno. Pſal. 89. Diripuiſti omnes maceries eius, munitiones eius ruina. Et in forma fœminea מִבְצָרוֹת Dan.11. Atq; capiet urbem munitionum.

בִּצָּרוֹן Munitio. Zach.9. Reuertimini ad munitionem.

בֶּצֶר Sicut ex circumſtantijs textus elicere licet, Iob grumam auri iſto nomine appellauit. Et Hebræi putant inde habere nomen, quòd aurũ muniat ac tueatur, tanquam ualidus murus ab iniurijs hoſtium, ſitq; homini firmum propugnaculum: fieri poteſt ut ſic dicatur gruma auri, quòd ſit decerpta & collecta. Iob 22. Ponet pro puluere aurum, & ſicut ſilices flumina Ophir. cap.19. Non æſtimabit opes tuas, neque בֶּצֶר aurum, neq; omne robur uirtutis. ubi tamen legitur in forma alia. Et plurali-
171 ter בְּצָרִים Iob 22. Et erit Omnipotens aura tua, & argentum, laſſitudines tibi.

בָּקַק Vacuauit, euacuauit: cõgruit ſignificatione cum thematibus, בוס בָּסַס נקב בסיס סיס niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant. Iere.19. Et euacuabo conſilium Iehuda & Ieruſalem. Nahum 2. Nam euacuauerunt eos euacuatores.

Participium præſens בּוֹקֵק. Ieſaiæ 24. Ecce Iehoua euacuat terram, & exinanit. Et pluraliter בֹּקְקִים Nahum 2. Nam euacuauerunt euacuatores.

INDE NOMEN,

בַּקְבּוּק Genus uaſis, à uacuitate, ſicut & הֶבֶל appellationem habet à uanitate. quanquã Iudæi & qui eos ſequuntur putẽt ita dictum, quòd talem ſonum edat, cum in aquam demergitur & ex eo bibitur. Hieronymus lagunculam tranſtulit. Iere.19. Vade & compara uas figuli teſtaceũ. 1.Reg.14. Et uas lactis. Legitur tamẽ ſemel in ultima ſubſcripto kybutz Iere.19. Confringes uas.

172
בָּקַע Impetu ac ui diſcidit, diſſecuit in duas partes, ſeu fidit ad imum uſq;: congruit ſignificatione cũ uerbis קָבַע & עָקַב, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe uarient: ſignificant enim generaliter quaſſationẽ ſeu pulſationem. Pſal.78. Diſſecuit mare. Pſal.74. Tu diſſecuiſti fontem. Ezech.29. Diſſecabis ipſis omnem humerũ. Ieſaiæ 34. Ibi nidulabit & euadere faciet, & ſecabit, ſcilicet oua, id eſt, excludet. Amos 1. Quod diſſecuerunt ipſi grauidas Gilead. 1.Paral.11. Et diſſecando irruperunt per caſtra Philiſthæorum, & hauſerunt aquas.

Participium præſens בּוֹקֵעַ Pſal.141. Sicut qui frangit & ſecat in terra, ita diſperſa ſunt oſſa mea.

In uoce paſſiua נִבְקַע Iob 26. Et non diſſecta fuit nubes ſubter illis. Gen.7. Diſſecti ſunt omnes fontes. 2.Para.25. Et diſſecti ſunt omnes illi. Ieſaiæ 58. Tunc diſſecabitur quaſi aurora lux tua.

In ſecunda cõiugatione בִּקַּע 2.Reg.15. Omnes grauidas eius diſſecuit. Ezec.13. Diſſecabo ſpiritum tempeſtatum. Ieſaiæ 59. Oua aſpidis diſſecta ſunt. Gen.22. Diſſecuit ligna holocauſti. Habakuk 3. Vt flumina, ita diſſecabis terram. Oſeæ 13. Beſtia agri diſſecabit eos.

In tertia coniugatione הִבְקִיעַ 2.Reg.3. Et accepit ſecum ſeptingentos uiros nudantes gladium, ut diſſecarẽt ad regem, ſed non potuerũt, id eſt, ut diſſecando perrumperent ad regem. Ieſaiæ 7. Et diſſecando pertrahamus ad nos.

In uoce paſſiua הֻבְקַע. Iere. 39. Diſſecta eſt ciuitas.

In quarta coniugatione הִתְבַּקַּע. Ioſue 9. Et ecce diſſecti ſunt. Mich. 1. Et ualles diſſecabuntur.

INDE NOMINA:

בֶּקַע Diſſectum, fiſſum, ſcilicet ſicli: ideo media pars eſt ſicli. Gen. 24. Et accepit uir monile auri, dimidium ſicli pondere ſuo. Exod. 28. Diſſectum ſicli pro craneo, dimidium ſicli, ubi ſimul exponit eius nominis ſignificationem.

בְּקִיעִים Diſſectiones. Amos 6. Et percutiet domum minorem diſſectionibus. Et in ſtatu regiminis בְּקִיעֵי. Ieſaiæ 22. Et diſſectiones domus Dauidis uidiſtis.

בִּקְעָה Vallis, ſic dicta quòd diſſecta ſit utrinque à mõtibus. Gen. 11. Et inuenerunt uallem. Ieſaiæ 40. Et montes excelſi in uallem. Et in ſtatu regiminis בִּקְעַת. Deut. 34. Et regionem uallis Hiericho. Ioſue 11. In ualle Libani. Et pluraliter בְּקָעוֹת. Deut. 12. Terra montium, & uallium. Pſalm. 104. Diſſecabunt ualles. Ieſaiæ 40. Et in medio uallium fontes ponam.

173 בֹּקֶר Nomen, quòd cognationẽ habet in ſignificatione cum nomine בָּרָק niſi quòd ut tranſpoſitione literarum, ita modo ſignificandi parũ differant. Significat autem hoc noſtrum, id tempus diei, quo ſol radios ſuos & fulgurationẽ in hemiſphærium noſtrum diffundit, & ad res inquirẽdas, quæ noctis tempore latuerunt, idoneum eſt, & à Latinis diluculum ſeu tempus matutinũ dicitur. Hieronymus, & reliqui poſt eum, uerterũt mane. Gen. 1. Et factũ eſt ueſpere & mane dies unus. Exo. 16. Inter ueſperas comedetis carnẽ, & in mane ſaturabimini pane. Et iterum: In cuſtodiam uſque mane. Pſal. 30. Et in mane lætitia. Et quando geminatur, tum illa geminatio importat diſtributionem. Exo. 16. Et collegerũt illud in mane in mane, id eſt ſingulis mane, ſeu quolibet mane. Iob 38. Quum laudarent pariter ſtellæ mane, id eſt, ſtellæ matutinæ. Sæpe tamen dicitur non de tẽpore primo diei, ſed negocij ſeu actionis, atque illius rei de qua dicitur, idemque Hebręis ualet, quod Latinis cito, primo quoque tempore. Pſal. 5. Mane exaudies orationem meam. Pſal. 46. Adiuuabit eam deus ante mane, id eſt, quàm citiſſimè. Et pluraliter בְּקָרִים importat diſtributionem. Iob 7. Et uiſitaſti eum in quolibet mane. Pſalm. 72. Et correptio in ſingulis mane. Ieſaiæ 33. Eſto brachium eorum ſingulis mane. Pſal. 101. In quolibet mane confringam omnes improbos terræ.

בַּקָּרַת Et in ſtatu regiminis בַּקָּרַת inquiſitio, inſpectio. Ezech. 34. Secundum inquiſitionem paſtoris gregem ſuum.

בִּקֹּרֶת Inquiſitio, inſpectio. Leuit. 19. Inquiſitio erit, non morientur.

בוֹקֵר Nomen participale. Inquirens, inſpector, armẽtarius, qui inquirit, & curat armenta. Amos 7. Sed armentarius ſum ego.

בָּקָר Nomen collectiuum communis generis, & ut צֹאן de grege ouium, collectiuè, id eſt, minoribus animalibus dicitur, ut ſunt oues, capręe, agni, hœdi, ita בָּקָר de armento, id eſt, maioribus iumentis dicitur, ut ſunt boues, uaccæ, uituli. & tamen non eſt ita generale, ut בְּהֵמָה, quod ſæpe etiam feras & alia animalia cõplectitur, quæ aut non uolant, neque reptant ſuper terra. habent autẽ hoc nomẽ illa animalia, quia ſunt in inquiſitione, inſpectione, & cura hominũ, eorumque gubernatione opus habẽt. Hieronymus & alij uerterunt boues. Gen. 12. Et fuerũt illi oues, & boues, & aſini, & ſerui, & ancillę, & aſinæ, & cameli. & cap. 18. Et filium bouis quẽ parauerat. Numeri 7. Et duodecim boues. & cap. 31. Et boues ſex. 2. Sam. 6. Quoniam excuſſerãt eam bos, id eſt, boues. Et in ſtatu affixorum mutat prius cametz tantum in ſeua. Deut. 12. Et primogenita bouis tui. 1. Sam. 11. Sic fiet boui ſuo. Gene. 34. Et bouem eorum. Et pluraliter בְּקָרִים Amos 6. Num arabit cum bobus. 2. Paral. 4. Et ſimilitudo boum ſub ipſo. Et in ſtatu affixorum. Exod. 10. Et cum bobus noſtris. Neh. 10. Et primogenita boum noſtrorum.

INDE VERBVM,

בִּקֵּר Eadem ratione uerbum hoc manicare, id eſt, mane inquirere, ſeu inſpicere res ſignificat, qua uerbum שִׁחֵר in aurora quærere ſignificat. Leuit. 13. Non inquiret ſa-

 cerdos

cerdos.cap.27. Non inquiret inter bonũ & malum. Ezech.34. Sic inquiram oues meas.2.Reg.16.Sed de altari meo erit inquirendum. Pſal.27. Et ad inquirẽdum in regia eius.Prouerb.20.Et poſtea uota inquirere.

174 בקש
Quęſiuit,ſcilicet magno ſtudio,conatu,ut aliquid quis cõſequatur & obtineat. & fit ambulatione & pedibus,non interrogatione ſeu uerbis,& in hoc differt à uerbo שָׁאַל. Deut.13.Quia quæſiuit expellere te.1.Sam.13.Quęſiuit Iehoua ſibi uirum ſecũdum cor ſuum.2.Sam.21.Et quæſiuit Dauid faciem Iehoua.Et iterũ: Et quæſiuit Saul percutere eos.Pſal.45.Et fortes quæſiuerũt animam meam.Pſal.34. Quære pacem.2.Sam.4.Nõnne quæram ſanguinem eius.Prou.29.Sed recti quærent animam ſuam.Iere.45.Et tu quæres tibi magna,ne quæras.

Participium præſens מְבַקֵּשׁ Gen.37. Fratres meos ego quæro.Exod.33.Omnis quærens Iehoua egrederetur.2.Sam.17.Quem tu quæris. Et pluraliter מְבַקְשִׁים. Exod.10.Hoc ipſum uos quæritis.Prou.29.Multi quærunt faciem dominatoris.

Et in ſtatu regiminis מְבַקְשֵׁי Iere.19.Et in manu quærentium animam eorum. Et cum affixis.Pſal.40.Et lætabuntur omnes quærentes te.

In uoce paſſiua בֻּקַּשׁ Ierem.50. Quæretur iniquitas Iſrael.Eſther 2.Et quęſita eſt res.Ezech.26.Quæreris & non inuenieris.

INDE NOMEN,

בַּקָּשָׁה Inquiſitio,petitio.& legitur tãtum in ſtatu affixorum.Eſd.7.Dedit omnem inquiſitionem eius.cap.5.Et quæ inquiſitio tua.Et mox iterum: Ad faciendum inquiſitionem meam,anſuchen.

175 ברר
Cognationem habet ſignificatione cum uerbis בָּאַר & בּוֹר בָּחַר בָּרָה בָּרָא, niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differãt. Significat autem in lucem producere, eligere, ſecernere, declarare, expurgare, & multipharium coniugatur. Ezech.20.Et expurgabo ex uobis rebelles. Eccl.3. Ad expurgandum eos Deum, id eſt quod Deus eos expurgauerit & declarauerit. & cap.9. Et ad expurgandum omne iſtud,id eſt,declarandum.

Participiũ præteritum בָּרוּר. Ieſaiæ 49. Et poſuit me in ſagittam expurgatam. Iob 33. Et ſcientiam labia mea expurgatã loquuta ſunt. Et pluraliter בְּרוּרִים 1.Paralip.7. Omnes iſti filij Aſſer principes domus patrum expurgati, id eſt, expediti, electi. Et in genere fœminino בְּרוּרָה Zoph.3.Labium expurgatum ad inuocandum. Et pluraliter בְּרוּרוֹת. Nehe.5.Oues ſex expurgatæ,id eſt,electæ

In uoce paſſiua ſeu nomen participiale נָבָר purus.Pſal.18.Cum puro,purum te exhibebis.

In ſecunda coniugatione בֵּרַר Dan.11.Et ad expurgandum & ad dealbandum.

In tertia coniugatione הָבֵר. Iere.51. Expurgate ſagittas.& cap.4.Non ad uentilandum neq; ad expurgandum.

In quarta coniugatione הִתְבָּרַר Pſal.18. Erga purum, expurgatum exhibebis te.

INDE NOMINA:

נָבָר Expurgatus,nomen participiale.Pſal.18.Erga purum,purum exhibebis te.

בָּר Primo,purus,clarus.Iob 11.Et purus fui in oculis tuis.Prouer.14. Vbi non ſunt boues,præſepe purum eſt. Et in regimine mutat cametz in pathah בַּר. Pſal.24. Et purus corde. Et pluraliter in ſtatu regiminis בָּרֵי Pſal.73.Puris corde. Et in genere fœminino בָּרָה Pſal.19. Mandatum Iehoua eſt purum, illuminans oculos,id eſt,clarum.Cant.6.Pura eſt genitrici ſuæ.Et mox iterum:Pura ut ſol,id eſt,clara.

Secundo dicitur far ſeu frumẽtum, & Græcis σῖτος frumentũ expurgatum ſeu expurgãdum è paleis. Gen.41. Et coaceruauit Ioſeph far, quaſi arenã maris. Pſal.65.Et ualles amicientur farre.72.Et denſitas farris in terra. Ier.23. Quid paleæ cum farre.Ioel.2.Et plenæ erunt areæ farre. Tertio,idem ſignificat quod בַּר filius, diuerſa tamen ratione,nam hoc filium ſignificat delectum,expurgatũ,clarum,declaratum,dilectum præ alijs.uſitatius eſt in Chaldæa lingua quàm Hebræa.Pſa.2. Oſculamini filium. Vocat autem propheta Chriſtum iſto nomine, quia cõceptus è ſpirituſancto natus ſine peccato,ſine labe peccati purus, ſanctus & ſelectus præ

alijs

aliȷs filiȷs hominum. In ſtatu regiminis בַּר, Prouerb.31. Et quid fili uteri mei, & quid fili uotorum meorũ. Eſther 5. Et prophetauit Hagai propheta & Zacharias filius Iddo. Et ſtatim iterum: Tunc ſurrexerunt Zerubabel filius Scalthiel & Ieſua filius Iozadak, &c. Et cum affixo mutat cametz in ſcua. Prouer.31. Quid fili mi.

בֹּר Puritas. Pſal.18. Secundum puritatem manuum mearum. Ieſ.1. Et conflabo iuxta puritatem ſcorias tuas. Et in ſtatu affixi manet inuariatum. 2.Sam.22. Secundum puritatem meam coram oculis tuis.

בּוֹר Fouea in qua aqua pluuialis colligitur, aut captiui detinentur: ſed de hoc ſupra in ſuo loco.

בֹּר Idem quòd בֹּרִית, materia quædam eſt terreſtris, qua lixiuium conficitur eluendis ſordibus idoneum ac uiſitatum, & nomen habet Hebræis ab expurgatione, quaſi dicas expurgatorium. Iob 39. Si abluero me aquis niuis & mundauero expurgatorio manus meas.

בֹּרִית Materia quædam terreſtris eluendis maculis ac ſordibus idonea & uſitata. Et hoc nomine borris, materia dicitur, qua aurifabri utuntur, & ex ea lixiuium etiam colari aſſerunt. Ier.2. Et ſi laueris te nitro, & multiplicaueris tibi borith. Malach.3. Et quaſi borith fullonum. alio nomine dicitur etiam בֹּר.

בְּרִית Multæ extant & uarię huius uocis Interpretum expoſitiones, eò quod de origine & etymologia inter ipſos non conueniat. Quidam iudicarunt dictum pro בְּרִיָה quòd in ineundis fœderibus cædebantur uictimę, ac ſæpe conſtruatur cum uerbo כָּרַת, id eſt, feriȷt, cecidit, percuſſit. Gene.15. In die illa feriȷt Iehoua cum Abram fœdus dicens, &c. ubi paulo antè ritus ferientium fœdus commemoratur, ad quem etiam Ieremias alludit cap.34. Dabo uiros qui trãſgreſſi ſunt fœdus meũ, qui non confirmarunt uerba fœderis mei, quod ferierunt coram me, uitulum quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt inter partes eius, princeps Iehuda, & princeps Ieruſalẽ, eunuchi & ſacerdotes, & totus populus terræ, qui trãſierunt inter partes uituli, &c. Geneſ.21. Et accepit Abraham oues & boues, & dedit Abimelech, & percuſſerunt duo illi fœdus, &c. his locis illi conantur confirmare ſuã de hac uoce ſententiam, at eadẽ ratione aliquis potius à uerbo בָּתַר deducere poſſet, quod diuiſionem ſignificat literarum, tantum facta trãſpoſitione, & dictum fœdus ab iſta cæremonia, tranſitus per partes uictimæ, qua ſignificare uoluerint inter illas duas partes paciſcentiũ factam iam trãſactionem ſeu compoſitionem, quę poſtea confirmabatur quoq; externis ſignis & publicis epulis. Etſi hæc, aliorumq; quorum ſententias iam prætereo iudicia minime reȷciam, tamen mihi uidetur ſimplicius eſſe, ſi ab hoc themate בָּרַר deducas, & ſic dicta pacta ſeu fœdera, ꝙ illis ſine omni ſophiſtica utrinq; declaretur ratificeturq; fides, adhibita publica cæremonia. Gen. 9. Et dixit deus, hoc eſt ſignum fœderis, quod ego pono inter me, & inter uos, &c. Et mox iterum: Arcum poſui in nube, & erit in ſignum fœderis inter me & inter terram. cap.17. Et circũcidetis carnem preputiȷ ueſtri, & erit in ſignũ fœderis inter me & inter uos. Deu.31. Portãtes arcam fœderis Iehoua. 1.Reg.8. Poſui tibi locum pro arca in qua eſt fœdus Iehoua, quod feriȷt cum patribus noſtris. Ierem.31. Ecce dies ueniunt, ait Iehoua, & feriam cum domo Iſrael & cum domo Iehuda fœdus nouum, non ſicut fœdus quod feriȷ cum patribus eorum in die quo apprehẽdi eos in manu ipſorum cum educerem eos de terra Ægypti, &c. Et in ſtatu affixorum ſeruat puncta ſua inuariata. Gen.9. Et recordabor fœderis mei. Pſal.25. Omnes ſemitæ Iehoua ſunt beneuolentia & ueritas, ſeruantibus fœdus eius & teſtimonia eius. Zacha.9. Et in ſanguine fœderis tui. Et eſt hoc obſeruandum, quod in nouo teſtamento Græcè uerſum ſit διαθήκη, id eſt teſtamentum. Luc.22. & 1.Corint.11. Hoc poculum nouum teſtamentum cum ſanguine meo, &c. Item 2.Corint.3. Qui idoneos fecit nos miniſtros noui teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus, &c.

בְּרוֹת Fraxinus, ſed de hoc in themate בָּרָה.

בַּרְבֻּרִים Sicut à כֶּבֶס deriuatur כְּבָסִים, ita hoc nomen à uerbo בָּרַר, & ſignificat animalia, quæ expurgata ſunt, id eſt, pinguefacta, nitida, & delecta ad eſum. Nos altilia uo-

176 camus.1.Reg.4.Præterquam de ceruis & capreis,& bubulis,& nitidis altilibus.

בָּרָא Cognationem habet cum uerbis בָּרָא בָּרַר בָּרָה בְּאֵר בָּהַר בּוֹר & רָאָה niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Ea enim quæ creata ſunt, expurgata,clara,& cōſpicua,robuſta,& firma exiſtunt,& à Deo creatore ſuo nō modo ex liberrima uoluntate ſua in eſſe conſeruantur,ſed pro conditione ſua augentur & aluntur,quod de figmēto humano minimè dici poteſt.itaq; ipſi homini hoc uerbum in prima coniugatione eiusq; operatio attribui minimè poteſt. Dicitur autem deus creare res bifariam. Primo, ex nihilo aliquid facere quod prius non erat,deinde ex materia quidem præiacente ſeu præexiſtente,ſed nouo modo conſilioq; ſingulari,ac omnipotentia aliquid condere& exhibere ut exiſtat,quod nulla creatura efficere poteſt.Et hunc duplicem creandi modum in exemplis cernere licebit,quæ iam ſubiungam. Gen.1. In principio creauit Deus cœlum & terram.Et iterum:Et creauit deus hominē in imagine ſua, in imagine dei creauit illū, maſculum & fœminam creauit eos. Item cap.6. Delebo hominem quem creaui. Pſal.51.Cor mundum crea mihi deus.Ieſaię 4.Et creabit Iehoūa ſuper omnem baſin montis Zion, & ſuper omnes conuocationes ſuas nubem, &c.cap.43. Omnis qui uocatur nomine meo, ad gloriam creaui eum, formaui eum, atq; feci eum. & cap.54. Ecce ego creaui fabrum, &c. & cap.45. Rorate cœli è ſupernis, & nubes ſtillent iuſtitiam, aperiatur terra, & fructificentur, ſalus & iuſtitia germinet ſimul. Ego Iehoua creaui illum,ſcilicet filium, non ex nihilo ut alias creaturas, ſed nouo modo ex uirgine. Sicut etiam Ieremias alludit. cap.31. Quoniam creauit Iehoua nouum in terra,fœmina circumdabit uirum.

Participium præſens ſeu nomen participiale בּוֹרֵא Ieſaiæ 40.Iehoua creator extremitatum terræ. cap.45. Formans lucem, & creans tenebram, faciens pacem & creans malum, ego Iehoua facio hæc omnia. Et mox iterum: Quoniam ſic dixit Iehoua creator cœlorum, formator terræ & factor eius,ipſe ſtabiliuit eam, neque uacuam creauit eam,ad habitādum formauit eam.& cap.65. Ecce ego creo cœlos nouos.Et iterū:Ecce ego creo Ieruſalem,exultationem. Et cum affixo. Eccl.12. Et recordare creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ.

In uoce paſſiua נִבְרָא Gen.2.Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ,dum crearentur illa. Exod.34.Et faciam mirabilia,quæ non ſunt creata in uniuerſa terra & in omnibus gentibus.Pſal.104.Emittes ſpiritum tuum,& creabūtur.Ieſaiæ 48.Feci audire te noua ex tunc,& recondita,& non cognouiſti nunc quæ creata ſunt.

Participium præſens נִבְרָא Pſal.102.Et populus creatus laudabit ipſum Ia.

In ſecunda coniugatione בֵּרֵא ſignificationē habet priori contrariam, nam non Deo ſed creaturæ tribuitur,neq; ſignificat creare res,ſed res creatas expurgare,remouere,tollere è medio,ne amplius ſint conſpicua & extent,expurgare auferēdo aliquid. Ioſue 17. Aſcende tibi in ſyluam, & expurgabis tibi ibi in terra Pharizei. Et mox iterum: Tam mons erit tibi, quàm ſylua ipſa,& expurgabis eam.Ezec.21. Et locum expurga in capite,uiam ciuitatis expurga.& cap.23.Et obruēt ſuper eos lapidem congregatio,etiam expurgando eos gladijs ſuis,id eſt,remouendo.

In tertia coniugatione הִבְרִיא recreauit,refocillauit,enitere fecit, ſicut pingues fiunt conſpicui.1.Sam.2. Vt recrearetis uos de primitijs omnis oblationis Iſrael.

INDE NOMINA:

בָּרִיא Expurificatus,recreatus, elucidatus,cōſpicuus, heraus gebutz,heraus gemeſt, craſſus.Iudic.3.Eglon uir craſſus ualde.Pſal.73.Sed craſſus,ut porticus. Et pluraliter בְּרִיאִים. 1.Reg.4. Decem boues craſſi. Et in ſtatu regiminis בְּרִיאֵי. Danie.1. Et craſſi carne. Et in genere fœminino בְּרִיאָה Ezech.34.Quod craſſum erat mactabatis.Zach.11.Et carnem craſſam comedet.Habakuk 1.Ouis craſſa. Et pluraliter בְּרִיאוֹת Gen.41. Septem uaccæ pulchræ uiſu,& craſſæ carne. Et mox iterum: Et abſorbuerunt ſpicæ tenues ſeptem ſpicas craſſas.

בְּרִיאָה Creatura, res noua, & conſpicua,& inſignis.Num.16.Etſi creaturam creauerit Iehoua,& aperuerit humus os ſuum.

Signi-

177 ברר Significatione congruit cum uerbo פָּרַר, ſignificat enim ſeparationem. Legitur autem in prima coniugatione participium præteriti temporis pluralis numeri בְּרוּדִים. Zachariæ 6. Et in quadriga quarta equi ſeparati, robuſti, id eſt, ſeparatim maculoſi, uel ſparſim maculoſi. Vel cum kybutz בְּרֻדִים. Geneſis 31. Et ecce hirci, qui aſcendebant ſuper eos erant circumnotati, punctati & ſeparati, id eſt, ſeparatim habentes maculas. Zachariæ 6. Et ſeparati egrediebantur ad terram Meridionalem.

INDE NOMEN,

בָּרָד Separatio, ſparſio. Vocant autem Hebræi hoc nomine grandinem, eò quòd ſeparatim & ſparſim cadit, imò etiam ab effectu, quòd ſeparat ea quæ tangit, nam de grandioribus lapidibus in ſcriptura dicitur, qui damnum dant. Exod. 9. Et deſcendit ſuper eos grando, & mortui ſunt. Et ibidem iterum: Ecce ego pluam iuxta tempus hoc grandinem grauem ualde. Ieſaiæ 30. Et lapidem grandinis. Ioſue 10. Proiecit ſuper eos lapides grãdes, de cœlo uſque ad Aſſeka, & mortui ſunt, plures fuerunt, qui mortui ſunt lapidibus grandinis, quàm quos interfecerunt filij Iſrael gladio. Iob 38. An ueniſti ad theſauros niuis, & theſauros grandinis uidiſti. Pſalm. 18. Grando & carbones igniti. Pſal. 78. Interfecit grandine uites eorum. Pſal. 105. Dedit pluuias eorum grandinem.

INDE VERBVM,

בָּרַד Ieſaiæ 32. Et grandinabit in deſcenſu ſyluæ.

178 ברה Delegit, excerpſit cauſa recreationis, atq; communicat ſignificatione cum uerbis בָּרַר בָּרָא בֵּאר בָּחַר בּוֹר & רָאָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. 2. Sam. 12, Et non decerpſit cum eis panem. & cap. 13. Et excerpam de manu eius. 1. Sam. 17. Decerpite uobis uirum, & deſcendat ad me, id eſt, deligite.

In tertia coniugatione הִבְרָה 2. Sam. 13. Et decerpere faciet me panem. 2. Sam. 3. Et uenit uniuerſus populus ut decerpere facerent Dauid panem.

INDE NOMINA:

בָּרָה Carpſellum, morſellum, ſcilicet delicatum, recreatio, **ein nietlich biſſlin.** Et pluraliter בָּרוֹת. Threnor. 4. Manus mulierum miſericordium coxerunt natos ſuos, qui facti ſunt morſella illis.

בָּרוּת Carpſellum, morſellum, eſca delicata, recreatiuncula. Pſal. 69. Et dederunt in morſellum meum fel.

בִּרְיָה Carpſellum, morſellum, cibus de quo recreationis cauſa decerpitur, recreatiuncula. 2. Sam. 13. Et faciat in oculis meis carpſellum. Et mox iterũ: Et fac ei carpſellum. Legitur tamen ſemel pro בְּרִיאָה Ezech. 34. Et iudicabo inter bouẽ craſſam, & inter ouem macilentam.

179 ברח Fugit, & notat celeritatem motus de loco ad locum, ac congruit ſignificatione cum uerbis פָּרַח רָהַב רָחַף רוּחַ niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Geneſis 31. Et nunciatum eſt ipſi Laban die tertio, quòd fugiſſet Iacob. 1. Samuelis 18. Et Dauid fugit. Geneſis 27. Fuge tibi ad Laban. Canticorum 8. Fuge dilecte mi. Ieſaiæ 48. Fugite à uobis. Iob 27. A manu eius fugiendo fugiet. Pſalm. 139. Et quo à facie tua fugiam. Nehem. 13. Et quod fugiſſent unuſquiſque in agrum ſuum. Gen. 37. Quum fugeres tu à facie Eſau. Exod. 36. Et fecit uectem medium ad fugiendum per medium tabularum, id eſt, ut trãſiret. Pſal. 3. Cum fugeret ipſe à facie Abſolom.

Participium præſens בֹּרֵחַ Ionæ 1. Quia ſciebant uiri, ꝙ à facie Iehoua ipſe eſſet fugiens. Et in genere fœminino בֹּרַחַת Iere. 4. Fugit tota ciuitas.

In tertia coniugatione הִבְרִיחַ fugauit. 1. Paralip. 8. Ipſi fugauerunt habitatores Gath. Nehe. 13. Ego fugaui eum à me. Prouerb. 19. Fugabit matrem. Iob 41. Non fugabit eum filius arcus.

Participium præſens מַבְרִיחַ Exod. 26. Et uectis medius in medio tabularum fugiens ab extremo ad extremum.

INDE NOMEN,

בְּרִיחַ Vectis,qui motu fugit ab una extremitate ad aliam. Exod.28. Et uectis medius.1. Reg.4. Et uectis ferreus. Prou.18. Sicut uectis palatij. Legitur tamen cum cametz ſine iod בָּרִחַ Iob 26. Formauit manus eius ſerpentem uectem. Ieſaiæ 27. Super Leuiathan ſerpentem uectem. Eſt autem conſentaneū, quòd in iſtis duobus locis uariet ad differentiam alterius, quando uectem ſeu repagulum ſignificat. Et pluraliter בְּרִיחִים Exo.26. Et facies uectes ex lignis Settim. Et mox iterum: Et quinque uectes. Similiter ut ſingulare, ita plurale ad differentiam alterius ſcribitur cum cametz בָּרִיחִים Ieſaiæ 43. Et detraxi omnes uectes illos, id eſt, optimates, qui ſcilicet tanquam uectes geſtant, & muniunt populum. Et in ſtatu regiminis בְּרִיחֵי Pſal. 107. Et uectes ferri confregit. Pſal.147. Quoniam roborauit uectes portarum tuarum. Et cū affixis. Exo.40. Vectes eius. Nahum 3. Deuorauit ignis uectes tuos.
Ieſaiæ 15. Profugi eius ad Zoar.

180 בָּרַךְ Significat uerbaliter uel genu, uel ſermonem flectere ad aliquem, placidè & benigne flectere genua ſeu ſermonem, alloqui cum geniculatione, ut fit in ſalutationibus, cōgratulationibus, precationibus, digreſſibus & ualedictionibus, cōgruitq́ ſignificatione cū uerbis רָבַב & רָבַב רָבָה, niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe uarient. Et opponitur ſæpe uerbo נִאֵץ quod obſtrepere, inſultare, inuehere in aliquem ſignificat. item uerbo קלל quod uilipendere, ſeu malefacere ſignificat. 1. Paralip.6. Et acclinauit ſe ſuper genua ſua coram uniuerſa congregatione Iſrael. Pſal.95. Venite, proſternamus nos, & curuemus, geniculemur coram Iehoua factore noſtro. Ioſue 24. Et benedixit benedicendo uos.

Participium præteriti temporis, quod ſæpe nominaliter uſurpatur בָּרוּךְ benedictus, laudatus, laudandus, laude & honore dignus, fauſtus, fortunatus, auguſtus. Gen.9. Benedictus Iehoua, deus Sem. Et ca.14. Et benedictus deus excelſus. Pſal. 117. Benedictus, qui uenit in nomine Iehoua. Ierem.17. Benedictus eſt uir ille, qui confidit in Iehoua. Prouerb.5. Sit fons tuus benedictus. Et in ſtatu regiminis בְּרוּךְ Gen.24. Ingredere benedicte Iehoua. Et pluraliter בְּרוּכִים. Pſa.115. Benedicti uos ipſius Iehoua. Et in ſtatu regiminis בְּרוּכֵי. Ieſaiæ 65. Semen benedictorum Iehoua ipſi. Et in genere fœminino בְּרוּכָה 1. Samu.25. Benedicta ſapientia tua, & benedicta tu, quæ ꝓhibuiſti me hodie. Ruth 3. Benedicta tu ipſius Iehoua.

In uoce paſſiua בֹּרַךְ Benedictus eſt, benedictionem conſecutus eſt. Gene.12. Benedicentur in te omnes cognationes terræ. & cap.18. Et benedicentur in eo omnes cognationes terræ.

In ſecunda cōiugatione, quando poſt ſe regit accuſatiuum, (ut ſemper cum accuſatiuo conſtruitur) ſiue nominis, ſiue pronominis affixi, tum ſcribitur in prima cum zere, & in altera pathah בֵּרַךְ. Gen.28. Et uidit Eſau quòd benedixiſſet Izhak ipſum Iacob. Exo.20. Propterea benedixit Iehoua diem ſabbathi, & ſanctificauit eum. Deuter.7. Diliget te, & benedicet te, & multiplicabit te, &c. & cap.12. In quibus benedixit te Iehoua deus tuus. Ieſaiæ 19. Quem benedixit eum Iehoua exercituum. At quando in diſtinctione ſententiæ collocatur, & accuſatiuum poſt ſe non regit, tum zere etiam ultimam occupat בֵּרֵךְ. Pſal.10. Auarus benedixit (ſibi) inſultauit ipſi Iehoua: quanquam in contraria ſignificatione plurimi accipiunt, ut paulo inferius uidebimus. Deut.33. Benedic Iehoua facultatem eius. Iob 2. Benedic Deo, & morere, ubi ironicè ponitur. Pſal.96. Benedicite nomen eius. Pſal.134. Benedicite Iehoua, id eſt, laudate. Pſal.101. Benedic anima mea Iehoua. Gen.28. Et deus omnipotens benedicat tibi. cap.1. Benedixit eos. cap.2. Et Benedixit deus diem ſeptimum. Pſal.72. Omni die benedicet eum: ubi nun litera per epentheſin interpoſita eſt. 2. Sam.6. Et benedixit populum in nomine Iehoua exercituum, & diuiſit uniuerſo populo ſingulis tortam panis unam. Et iterum: Et reuerſus eſt Dauid ut benediceret domum ſuam, id eſt, ſalutaret. 2. Samul.8. Et miſit Thoi Ioram filium ſuū ad regem Dauid, ut precaretur ei pacem, & benediceret eum, id eſt, ſalutaret eum ſeu gratularetur ei. Ioſue 22. Et benedixit Ioſua eos & dimiſit eos,

&

& abierunt ad tentoria ſua. Et mox iterum: Dimiſit eos Ioſua ad tentoria eorum, & benedixit eos, id eſt, ualedixit. 2. Sam. 13. Et non uoluit ire, & benedixit eum, & cap. 19. Et benedixit eum, & reuerſus eſt in locum ſuum. Legitur tamen quoq; in deteriorem partem, & quodammodo in ſignificatione contraria ſeu ironicè, pro ironicè loqui, Germanicè **honſprechen**. 1. Reg. 21. Benedixiſti deum & regem, id eſt, deriſiſti, illuſiſti. Pſal. 10. Auarus eluſit, inſultauit ipſi Iehoua.

Participium præſens מְבָרֵךְ. Proue. 27. Benedicens ſodalem ſuum uoce magna. Ieſaiæ 66. Benedicens iniquitatem. Et pluraliter cum affixo. Gene. 12. Et benedicentes te.

Participium præteritum מְבֹרָךְ. Pſal. 113. Sit nomẽ Iehoua benedictum. Et pluraliter מְבֹרָכִים Pſal. 37. Benedicti eius poſſidebunt terram. Et in genere fœminino מְבֹרֶכֶת Benedicta Iehoua terra ipſius.

In tertia coniugatione הִבְרִיךְ genicularí fecit, acclinare ſeu flectere fecit genua. Gen. 24. Et geniculari fecit camelos extra ciuitatem ad puteum aquarum.

In quarta coniugatione הִתְבָּרֵךְ Gene. 22. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Ieſaię 65. Quòd qui benedicit ſe in terra, benedicet ſe in deo ueritatis. ubi ſimul participium præſens ſcribitur. Iere. 4. Et benedicentur in eo gentes.

INDE NOMINA:

בָּרוּךְ Nomen participiale, de quo ſupra in participio primæ coniugationis.

בֶּרֶךְ Genu, quod placidè flectitur ad aliquem in benedictionibus. Ieſaię 45. Quoniam mihi curuabitur omne genu. Et dualiter בִּרְכַּיִם. Deut. 28. Percutiet te Iehoua ulcere malo ſuper genibus, & ſuper cruribus. Ieſ. 35. Et genua debilia roborate. Et in ſtatu regiminis בִּרְכֵּי. Gen. 50. Nati ſunt ſuper genua Ioſeph.

בְּרָכָה Benedictio uel uerbalis, uel realis, quæ ſcilicet ad aliquẽ defertur cum ſalutatione & geniculatione. Gen. 12. Et ſis benedictio. cap. 27. An non reſeruaſti mihi benedictionẽ. 1. Sam. 30. Ecce uobis adfero de ſpolio inimicorũ Iehoua, **beitpfennig**. 2. Reg. 18. & Ieſaiæ 18. Facite mecũ benedictionem, & egredimini ad me, id eſt, beneficium. In ſtatu regiminis בִּרְכַּת. Gen. 28. Et det tibi benedictionem Abrahæ. Prouerb. 10 Benedictio Iehoua ipſa ditabit. In ſtatu affixorum בִּרְכָתוֹ. Gene. 49. Secundum benedictionem ſuam. cap. 27. Et accepit benedictionem tuam. cap. 37. Et accepit benedictionem meam. Et pluraliter בְּרָכוֹת Pſal. 21. Pones eum in benedictiones in perpetuum. Pſal. 84. Etiam benedictionibus ueſtietur doctor. In ſtatu regiminis & affixorum בִּרְכֹת Geneſ. 49. Et benedicat tibi benedictionibus cœli, & benedictionibus abyſſi cubantis infernè, benedictionibus uberum, & matricis. Malach. 2. Et maledicam benedictionibus ueſtris.

אַבְרֵךְ Et ſi uox ſit peregrina, ideoq; uariè ab interpretibus expoſita, tamen uidetur Ægyptijs idem ſignificare, quod Hebræis בָּרוּךְ, & eſſe acclamationem gratulatoriã, & bene ominantium. Gene. 40. Et Pharao curauit eum uehi in curru ſecundo, quem habebat, & uocabant eum Abrech, id eſt, benedictus, uel laudãdus ſeu laudabilis.

בְּרֵכָה Piſcina, natatoria, quod in ea ſunt aquæ placidè ſtagnantes, ſeu uerius, quia in ea genium remigio natatur, ſicut Ioannes Euangeliſta quoq; Grecè κολυμβήθραν, id eſt, natatorium à natando uertit. cap. 5. & 9. Legitur in Veteri teſtamẽto. 2. Reg. 18. Et ſteterũt in aquæ ductu natatorij ſuperioris. In ſtatu regiminis בְּרֵכַת Nahum 2. Et Niniue eſt ſicut natatorium aquarum. Nehe. 3. Et murum natatorijs Siloah pro horto regis. Et pluraliter בְּרֵכוֹת Eccl. 2. Feci mihi natatoria aquarum. Cantic. 7. Oculi tui ſicut natatoria in Heſbon.

181 ברם Et pluraliter eſt in uſu בְּרֹמִים, alij pro ueſtibus precioſis, ego arbitror ſpeciem eſſe arborum precioſarum, ex quibus fiebant ciſtæ, quas alias ברושים Hebræus ſermo uocat, id eſt, fraxinos. Ezech. 27. Et cum gazophylacijs fraxinorum.

182 בָּרָק Fulgur, fulgor, fulgetrum, coruſcatio. Et ut literarũ poſitu, ita modo tantũ ſignificandi differt à nomine בָּקָר. Eodẽ modo ſignificãdi differt etiã à nomine בָּזָק. 2. Samuel. 22. Miſit ſagittas & diſſipauit eos, fulgur & perturbauit eos. Ezech. 1. Et de igne egrediebatur fulgur, ſeu fulgor. Dan. 10. Et facies eius ſicut aſpectus fulguris

guris.Ezech.21.Sis ei fulgur exacutum,id eſt,lamina.Iob 20. Et fulgur ex amaritu
dine eius, id eſt, lamina. In ſtatu regiminis בְּרַק. Deut.32. Si acuero fulgur gladij
mei,id eſt,laminam.Sic Nahum 3.Et fulgur haſtæ.Habakuk 3.Ad ſplendorem ful
guris haſtæ tuæ. Et pluraliter בְּרָקִים. Exod.15. Et facta ſunt tonitrua & fulgura.
Pſal.77.Illuminauerunt fulgura orbem. Et cum affixo.Pſalm.97.Illuminauerunt
furgura eius orbem.

בָּרֶקֶת Nomen lapidis precioſi à fulguratione ſeu coruſcatione. Vnde Iudæi Carbunculum,alij Rubinum,alij Smaragdum uocant. Exo.28.Sardius,Topazius,Carbunculus.Legitur etiam בָּרְקַת Ezech.28.Et carbunculus & aurum.

INDE VERBVM,

בָּרַק Fulgurauit,coruſcauit.Pſal.144.Fulgura fulgur,& diſſipa eos.

183 בְּרוֹשׁ Cedri ſpecies, ex qua haſtæ,tela,ciſtæ, & inſtrmenta muſica uetuſtas fabrefaciebat.Hieronymus & alij poſt ipſum dixerunt eſſe abietem. Ego arbitror eſſe arborem,quam Latini mutuato ab Hebræis nomine fraxinũ uocant. Ieſaiæ 41.Ponam in ſolitudinem fraxinum.Oſeę 14.Ego quaſi fraxinus uiridis.Zach.11. Vlula fraxine, quia cecidit cedrus ſicut fraxinus. Et pluraliter בְּרוֹשִׁים. Chaldaicè בְּרָתִין 2.Sam.6. Dauid & omnis Iſrael ludebant in omnibus lignis fraxinorũ, id eſt,inſtrumentis fabrefactis ex fraxino. 1.Reg.5. Ego faciam omnem uoluntatem tuam in lignis cedri,& in lignis fraxinorum. 1.Reg.6.Duę ianuę de lignis fraxinorum.Pſal.104.Ciconiæ fraxini domus eius.Ezech.27. Fraxini de Senir ædificauerunt tibi tabulata duplicia.Nahum 2.Et fraxini concutiuntur,id eſt,lanceæ de fraxino fabrefactæ. Et cum affixo.2.Reg.19. Et ſuccidam proceritatem cedrorum eius, electum fraxinorum eius. Cenſeo hanc arborem etiam gẽtibus dictam בְּרֹם.

184 בְּרוֹת Et pluraliter בְּרוֹתִים fraxini, & arbitror poſitum pro בְּרוֹשִׁים. Legitur tantum ſemel. Canticorum 1. Trabes noſtri ſunt fraxini, quanquam aliqui uelint eſſe Cupreſſum.

בְּרִית Fœdus,pactum:ſed de hoc ſupra in themate ſuo בָּרָה.

185 בָּשַׁל Coctum eſt ad maturitatem,maturuit.Ioel.3.Mittite falcẽ,quia maturauit meſſis.Ezech.14.Etiam cocta ſunt oſſa eius.

In ſecunda coniugatione בִּשֵּׁל 1.Reg.19. Et inſtrumentis boum coxit illis carnem.Deut.16.Et coques,& comedes.2.Reg.4.Pone ollam magnã, & coque pulmentum.Exod.23.Non coques hædum in lacte matris ſuæ.Exod.16.Et quod cocturi eſtis,coquite.

Participium præſens מְבַשְּׁלִים. Ezech.46.Iſtæ ſunt domus coquorum.

Participium præteritum מְבֻשָּׁל. Exod.12. Et cocturam coctam aqua.

In uoce paſſiua בֻּשַּׁל. Leuit.6. Vas autem fictile in quo cocta fuerit, frangatur, aut ſi uaſe æneo cocta fuerit,&c.

In tertia coniugatione הִבְשִׁיל. Gen.40.Matureſcere fecerunt botri eius uuas.

INDE NOMINA:

בָּשֵׁל Coctio,coctura. Exo.12. Non comedes ex eo crudum, aut cocturã coctam aqua.

מְבַשְּׁלוֹת Nomen participiale, focus ſuper quo coquitur.Ezech.46.Et foci facti ſubter parietes circumquaq;.

186 בֶּשֶׂם Odor precioſus,qui Græcis ἄρωμα, Chaldæis בּוּסְמָא dicitur:item ſpecies odorifera & precioſa,ſatione & cura hominũ in hortis creſcens, cuius uſus uel per ſe ſimpliciter,uel in cibis cõdiendis,uel medicaminibus gratus & ſalutaris eſt. Et in hoc differt à סַמִּים ꝙ hoc tantũ de illis odoribus, ſeu odoramẽtis dicitur, quorũ in unguentis & ſuffumigationibus conficiendis uſus eſt.Exo.30.Et calami aromatis ducentos & quinquaginta ſiclos.1.Reg.10.Non uenit tale aroma in tanta multitudine,quale dedit regina Saba regi Salomoni.Cant.5.Genæ eius ſicut areola aromatis.Ieſaiæ 3.Pro odoramentis erit fœda putredo.Ezech.27.Negociatores Saba & Rahema fuerunt negociatores tui,in omni præcipuo aromate.

בשם Aroma.Exo.30.Accipe tibi aroma pretioſum, Cinamomi aromatis dimidiũ eius.
Et cũ affixo.Cant.5.Ego ueni in hortũ meũ,ſoror mea ſponſa collegi myrrham meam cũ aromate meo. Et pluraliter בשמים Exo.39.Accipe tibi aromata præcipua.Et enumerat ibi ſpecies illas quatuor, Myrrhã,Cinamomũ, calamũ & Caſiã. 1.Paral.16.Et poſuerunt eum in lectum quem ipſe repleuerat aromatibus.Cant.4. Nardus & crocus, calamus & cinamomum cũ omnibus lignis thuriferis, myrrha, & aloe,cum omnibus præcipuis aromaribus. Can.8.Fuge dilecte mi,& ſimilis eſt capreæ, uel hinnulo ceruorum in montibus aromatum. Et cum affixo. Cant.4. Excitare Aquilo,& ueni auſter,perfla hortũ meũ,ut fluãt aromata eius. Hactenus ea quæ in Biblijs ſacris de hoc odore leguntur. Eſt præterea aliud aromatis genus, quod Græcis μόσχος, Germanis eodem quo Hebræis nomine Biſem dicitur:hoc prodigioſo naturæ miraculo ex umbilici uomica cuidam animanti,capreę nõ diſſimili expromitur,cum in reliquis animantibus erumpentes abſceſſus nõ niſi quippiam olidum,putre,ac fœtens eructent: de quo hæc Aetius ſcribit, Moſchos omnis in umbilico cuiuſdam animalis gignitur, quod capreæ ſimile eſt, unico armatur cornu,pręgrandi corpore.Siquidem cum ruit in uenerem,quaſi furijs ſtimulatum,ei umbilicus intumet uomica prægnãs, cõgeſto inibi craſſiore ſanguine,quo tempore & pabulo & potu fera abſtinet,in terraq́ꝫ crebro uoluitur,qua uerſatione umbilicum lutoſo fœtulentoq́ꝫ ſanguine,qui ibi coierat turgẽtem exprimit; emiſſaq́ꝫ ſanies poſt aliquod tempus ſibi magnam odoris ſuauitatem aſciſcit.Hæc Aetius. Simile quiddam eruitur è genitalibus locis feræ animantis,quã Zibetum recentiores Græci nominant,peregrino ſermone.Ea autem feli,quæ ueteribus ædificiorũ ruinis oberrat nõ abſimilis,è cuius natura ſordes manat odoratiſſima, quæ ſolet præcipue purgari, cum pars ea ſcatet uligine,tum uaſe uitreo uel alio recipitur.Nonnulli è recentioribus Græcis, qui hoc animalis genus,ex quo odoratũ illud recrementum elicitur, Tapetion appellant,uulgus Siuetam nominat.

187 בשר Proprie caro materialis, ſicut nos carnem appellamus in homine, uel animalibus,quę ſuſtentatur oſſibus.Gen.2.Et clauſit carnem loco eius.Et mox iterum: Hoc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Et iterum: Et erunt in carnem unam.& cap.41.Pulchræ uiſu,& pingues carne.Leui.9.Et carnem & pellem combuſſit igne. Secundo, uenit ſæpe appellatione carnis, homo.Deuter.5. Quæ enim unquam fuit caro, quæ audiuit uocem dei uiui loquentis de medio ignis, ſicut nos,& uixit.Ioelis 2.Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem,&c.

Tertio,omne animal.Gen.6.Finis uniuerſæ carnis uenit coram me.& cap.7.Et uenerunt ad Noach in arcam bina & bina, de omni carne, in qua eſt ſpiritus uitæ. Pſal.136.Dans eſcam omni carni.Ieſaiæ 40.Omnis caro ſemen. Quarto accipitur in bonam partem,& opponitur duritiæ.Ezech.11. Et auferam cor lapidis de carne eorum, & dabo illis cor carnis. Quinto, ſæpiſſimè in malam partem accipitur, pro quocunq́ꝫ quod ſpiritu Dei caret, idq́ꝫ tam in ueteri, quàm in nouo Teſtamento. Geneſ.6. Et dixit Iehoua non iudicabit ſpiritus meus in homine in perpetuum,in quo etiam caro eſt. Pſal.56.In deo confido, non timebo, quid faciet mihi caro.Pſal.78.Et recordatus eſt,quòd caro ſunt.Ieſaiæ 31. Et equi eorum caro, & non ſpiritus. Iere.17.Et poſuit carnem brachium ſuum, &c. Sic accipitur quod Chriſtus dicit Ioan.3.Quod natum eſt ex carne,caro eſt. Matt.16. Caro & ſanguis non reuelauit tibi,&c. Ioan.6. Caro non prodeſt quicquam. Item cap.8. Vos ſecundum carnem iudicatis.Et Paulus Rom.8.Qui ſecundum carnem ſunt quæ carnis ſunt ſapiunt. Item, Sapientia carnis,mors eſt.1.Corinth.15.Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt.Philip.3. explicat Paulus carnis ſignificationem,contra pſeudoapoſtolos, qui gloriabantur in carne. In ſtatu regiminis בשר Gen.7. Et circumcidit carnem præputij eius. Exod.28. Et fac illis ſubligacula linea ad tegendum carnem nuditatis.Ezechiel.23.Quorum caro,aſinorum caro eorum.

Et cum affixis.Gen.37.Quia frater noſter & caro noſtra eſt.Iud.9. Os ueſtrũ, & caro ueſtra ego ſum.Ieſaiæ 58.Et à carne tua non abſcondiſti te, id eſt,propinquo.

Expli-

Explicat pulchrè hunc locum Auguſtinus De doctrina Chriſtiana lib.2. cap.12. Leuit.15. Fluxus eius de carne eius. Item ſi ſpuerit caro eius. Et pluraliter בְּשָׂרִים. Prouerb.14. Vitæ carnium cor ſanum.

188 בִּשֵּׂר Euangelizauit, annunciauit, ſcilicet lætum nuncium: quidam à ſuperiore nomine deriuant, quòd ſignificet annunciare carnea, id eſt, mollia & ſuauia. Iere.20. Maledictus uir, qui euangelizauit patri meo. 2.Sam.1. Ne annũcietis in plateis Aſcalon. 2.Sam.18. Curram nunc, & annũciabo regi. 1.Paral.16. & Pſal.96. Annunciate de die in diem ſalutem eius. Pſal.40. Annunciaui iuſtitiam in eccleſia multa. 1.Sam.31. Et miſerunt in terra Philiſthæorum circũquaq; ad annunciandum in domo idolorum. Ieſaiæ 61. Ad annunciandum afflictis miſit me.

Participium præſens ſeu nomẽ participiale מְבַשֵּׂר nuncius. 2.Sam.18. Etiam ille nuncius eſt. Ieſaiæ 52. Quàm ſpecioſi ſuper montibus euangelizantis, diuulgantis pacem, euangelizãtis bonum. Legiturq; hæc uox tantum ſemel in malam partem pro triſtia annũciante. Licet etiam ſic ſaluari poſſit, ꝙ etſi patri fuerit triſte de filiorum interitu nuncium, tamen populo & eccleſiæ dei bonum & lætum, ꝙ liberatus fuerit à tam ſceleratis ſacerdotibus. 1.Sam.4. Et reſpondit nũcius & dixit, &c. Et in genere fœminino מְבַשֶּׂרֶת Ieſaiæ 40. Super montem excelſum aſcende tibi, annunciatrix Zion, eleua ſtrenue uocem tuam annunciatrix Ieruſalem. Et pluraliter מְבַשְּׂרוֹת Pſal.68. Iehoua dabit ſermonem, euangelizantiũ exercitum multum.

In quarta coniugatione הִתְבַּשֵּׂר 1.Sam.18. Et dixit Chuſi, euãgelizabitur Suſtentator meus rex, quoniam uindicauit te Iehoua hodie de manu.

INDE NOMINA:

בְּשֹׂרָה Nuncium lætum ſeu præmium pro bono & læto nuncio, & utrumq; Græci etiam uocant εὐαγγέλιον. 2.Sam.18. Non es uir euangelij tu. Et mox iterum: Bonum nuncium eſt in ore eius. 2.Reg.7. Hæc eſt dies Euangelij. At pro præmio. 1.Sam.4. Vt darem ego illi euangelium. 2.Sam.18. Non inuenies Euangelium.

בְּשׂוֹר Nomen proprium torrentis, cuius fit mentio 2.Sam.30. & alibi.

בַּתָּה Vide in themate ſuo בָּנָה.

בַּת Vide in themate ſuo בָּנָה.

189 בְּתוּלָה Virgo matura, uirgo & iam nubilis, integra tamen & incorrupta. Gen.24. Et puella pulchra aſpectu ualde, uirgo quam uir non cognouit. Leuit.21. Super ſororem eius uirginem. Et in ſtatu regiminis בְּתוּלַת Iere.31. Et tu ædificaberis uirgo Iſrael. Et pluraliter בְּתוּלוֹת Pſal.148. Iuuenes atq; etiam uirgines.

בְּתוּלִים Nomen uoce pluralis numeri tantũ, quod accipitur nũc pro uirginitate, nunc pro ſignis uirginitatis. Deut.22. Non inueni ei uirginitates, id eſt, ſigna uirginitatis. Sic in ſtatu regiminis בְּתוּלֵי Deut.22. Et proferent uirginitates puellæ. aliàs in ſtatu affixorum pro integritate uſurpatur. Iudic.11. Et flebo ſuper uirginitatẽ meam. Leui.21. Et ipſe uxorẽ in uirginitate eius capiet. Ezech.23. Et ibi fractæ ſunt mammæ uirginitatis earum.

190 בִּתֵּק Diſſecuit: habet cognationem ſignificatione cum uerbo בָּתַק niſi quòd ut literarum, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Ezechiel.16. Et diſſecabunt te gladijs ſuis.

191 בָּתַר Diuiſit in duas partes, partitus eſt. Congruit ſignificatione cum uerbo בָּתַר, niſi quòd ut prima parum litera, ita modo ſignificãdi tantum uarient, quæ diſſecantur ea etiam diſſiliunt, congruit quoq; cum ipſo uerbum Latinum partitus eſt, facta tantum literarum tranſpoſitione. Gen.15. Et auem nõ diuiſit, ſeu partitus eſt. In ſecunda cõiugatione בִּתֵּר. Gen.15. Et tulit omnia iſta, & diuiſit ea per mediũ.

INDE NOMEN,

בֶּתֶר Diuiſio, pars. Et in fine ſententiæ בָּתֶר pars, literarum inuerſione. Cantic.2. Super montibus diuiſionis. Et pluraliter בְּתָרִים Iere.34. Inter diuiſiones uituli. Et cum affixo. Iere.34. Et tranſierunt inter partes eius.

NOMINA QVATVOR LITERARVM, ET PEREGRINA:

192 בְּדֹלַח Bdellium,ſpecies gummi pretioſiſſimi ex arbore Perſica eiuſdem nominis profluentis, colore referentis ſpeciem unguis humani: eius in Myropolijs hodie quoq; uſus eſt. Alij tamen & præcipue Rabini uolunt ſignificare margaritũ albi coloris.Gen.2.Nomẽ unius Phiſon,qui circuit totam terram Hauila, ubi eſt aurum,& aurum terrę illius bonũ,ibi quoq; Bdellium & lapis Schohã. Num.11. Et Man erat ſicut ſemẽ coriandri,& ſpecies eius ſicut ſpecies Bdellij.pręterea nuſpiam in ſcriptura legitur.Vbi tamen Ioſephus ſcribit eſſe ſpeciem aromatis.

193 בַּרְזֶל Ferrum,nomen peregrinum,& ſubſtantiuum.Gen.4.Expolientem omne artificiũ æris & ferri.Iob 28.Ferrum ex puluere ſumitur. Prouerb.27.Ferrum ferro acuitur.2.Reg.6.Ferrum cecidit in aquam,id eſt,ſecuris,& nõ haſtile ſeu manubrium.Leuit.26.Et dabo cœlum ueſtrum ſicut ferrum.

194 בַּרְקֳנִים Species tribuli acerrimi,qui ut fulgur oculos penetrat ac lędit, ita illi corpus: ideo arbitror cognationẽ habere cum nomine בָּרָק, deinde nõ multũ ut nomine,ita ſignificatione differre à nomine עַקְרַבִּים literarũ inuerſione & mutatione facta.Et legitur in ſcriptura ſemel Iudic.8.Et triturabo carnem ueſtrã ſpinis deſerti,& ſcorpionibus.

ג Pſal.37.

גּוֹל עַל יְהוָה דַרְכֶּךָ וּבְטַח עָלָיו וְהוּא יַעֲשֶׂה׃

גג TECTVM:uide in themate ſuo גָּגַג.

195 גָּאָה Superbiuit in uirtute ſeu potẽtia ſua, ſuperbè egit, & tam deo quàm hominibus,tam animatis quàm inanimatis attribuitur: congruit ſignificatione cum uerbis גָּבַהּ & גָּבַח niſi quòd ut forma parum,ita modo tantum ſignificandi inter ſe uarient.Exo.15.Cantabo ipſi Iehoua quoniam ſuperbiendo ſuperbe egit,equum & currum eius excuſſit in mare.Iob 10. Et ut leopardus ſuperbè agit,ita uenaris me.& cap.8.An ſuperbiet ſcirpus in loco non uliginoſo.Ezech.47.Quoniam ſuperbierunt aquæ,aquæ quas natare oportuit.

INDE NOMINA:

גֵּאֶה Superbus,faſtuoſus,tumidus.Iob 40.Vide omnem ſuperbum, & humilia eum.Ieſaiæ 2.Quoniam dies Iehoua exercituum ſuper omnem ſuperbum & excelſum. Iere.48.Audiuimus ſuperbiam Moab quòd ſuperbus ſit ualde, ſublimitatẽ eius, & ſuperbiam eius, & arrogantiam eius,& altitudinem cordis eius.ubi tria nomina diuerſarum formarum leguntur. Et pluraliter גֵּאִים Pſal.94.Redde uicem ſuperbis.Pſalm.140.Aſcenderũt ſuperbi laqueum mihi.Prouerb.15.Domus ſuperborum euertetur.

גַּאֲיוֹנִים Superbi,nomen pluralis numeri tantum.Pſal.123.Satiata eſt anima noſtra ſannis opulentorum,contemptu ſuperborum.

גֵּאָה Superbia hoffart/hochmut/übermut.Prouerb.8.Timor Iehoua odium eſt mali,ſuperbiæ,& faſtus & uiæ malæ.

גֵּוָה Pro גַּאֲוָה Iob 22.Qui humiliantur,dices exaltationem,& ſubmiſſio oculorum ſaluabitur. & cap.33.Et ſuperbiam à uiro celet.Ieremiæ 13.Flebit anima mea propter ſuperbiam.

גָּאוֹן Superbia.Iob 40.Ornate ſuperbia & excellẽtia.Ieſaiæ 4.Et fructus terrę erit in ſuperbiam,& ornamentum euaſioni Iſrael.Prouerb.16.Ante iacturam ſuperbia, & ante ruinã elatus ſpiritus.Ezech.16.Superbia,ſaturitas panis, & luxus in trãquillitate. In ſtatu regiminis גְּאוֹן Mich.5.In ſuperbia nominis Iehoua.Pſal.47. Selegit nobis hæreditatem noſtram,ſuperbiam Iacob,quem dilexit.Leuit.25.Et confringam ſuperbiam pertinaciæ ueſtræ:Iob 35. Et hic ponet in ſuperbia procellas ſuas.Iere.12.Quomodo faciet in ſuperbia Iordanis.Zach.10. Et deijcietur ſuperbia Aſſur. Similiter in ſtatu affixorum.Ieſaiæ 2. Veni in petram,& abſcondere in puluere à facie pauoris Iehoua,& à decore ſuperbię eius.

גַּאֲוָה Superbia,elatio.Iob 41.Superbia pinnarum tanquam ſcuta.Pſal. 31. Loquuntur cõtra iuſtũ dura,cũ ſuperbia & contemptu.Et mox iterũ:Et retribuit abundanter facienti ſuperbiã.Pſal.36.Non ueniat mihi pes ſuperbiæ.Ieſaiæ 9.Qui dicunt in ſuperbia & magno corde. In ſtatu regiminis גַּאֲוַת Pſal.10.In ſuperbia improbi perſecutionem patitur afflictus.Prouer.29.Superbia hominis humiliabit eum.
In ſtatu affixorũ גַּאֲוָתוֹ Pſal.33.Et in ſuperbia ſua in nubibus.Et mox iterũ: Qui eſt gladius ſuperbiæ tuæ.Ieſaiæ 25.Et humiliabit ſuperbiam eius.

גֵּאוּת Superbia.Pſal.93.Iehoua regnat,ſuperbia indutus eſt.Ieſaię 26.Nõ uidebit improbus ſuperbiam Iehoua. Pſal. 89.Tu dominaris in ſuperbiã maris.Pſal.17. Ore ſuo loquuntur in ſuperbia.

גֵּא Vallis uide in loco ſuo.

196 גָּאַל

Congruit ſignificatione cum uerbis שָׁגַל & גָּלָה גּוֹל גָּלַל niſi quod modo ſignificandi nonnihil ab illis diſcrepet.Significat enim rem aliò deuolutam, ad ſe reuoluere ſeu trãsferre,& quod Latinis redimo,ſi accipias pro rem uel à ſeipſo,uel à conſanguineo proximo, donatione ſeu uenditione deuolutam & contractu quodam implicatam,iure proprietatis priſtinæ ſibi rurſus aſſerere & uendicare.Leuitic.25.Et uenerit uindex eius propinquus ad eum, uendicabit uẽditum fratris ſui.Et iterum:Vnus ex fratribus ſuis uendicabit eum,ſiue patruus ſuus, ſiue filius patrui ſui,aut aliquis ſucceſſor carnis ſuæ,de conſanguinitate ſua,uendicabit eum.Iob 3.Vendicabunt eum tenebræ & umbra mortis,ubi figuratè eſt poſitum.Et per catachreſin.Leuitic.23.Et qui redimet à Leuitis,id eſt,emet,ſicut Latinis uerbum redimendi ſæpe pro emendi,hoc eſt compoſitum pro ſimplici uſurpatur.Item Leuit.27.Et ſi ſanctificans redemerit domum ſuam.Item ibidem: Etſi redimendo redemerit agrum,is qui ſanctificauit eum. Porro hoc diligenter obſeruandum eſt,quando hoc uerbum ipſi Deo tribuitur, tum immediatè de ſecunda in diuinis perſona intelligendum eſt,nempe de filio,qui ideo homo eſt factus,& carnem noſtram aſſumpſit, ut propinquus & conſanguineus proximus nos uenundatos ſub peccatum, & in Satanæ poteſtatem redactos, iure propinquitatis ſanguine ſuo redimeret,ſuoq; nos regno adſereret ac uendicaret. Itaque eiuſmodi omnes loci ueteris teſtamenti confirmarunt fidem de incarnando filio Dei,& in carne redemptione humanį generis per ſanguinem ipſius. Exod. 6.Et redimam uos in brachio extento.& cap.15.Duxiſti in beneficentia tua populum iſtum,quem uendicaſti. Ieſaiæ 44. Vendicauit Iehoua Iacob.Iere 31. Quia redemit Iehoua Iacob,& aſſeruit eum de manu fortioris illo. Thren.3.Vendicaſti uitã meam. Oſeæ 13. De manu inferni redimam eos,& ex morte uindicabo eos,&c. Mich.4.Ibi aſſeret te deus de manu inimicorũ tuorũ. Pſal. 72. A fraude & iniuria aſſeres animam eorum.Pſal.74.Vendicaſti tribum hæreditatis tuæ. Inſuper & hoc obſeruandum,quòd in libro Ruth hoc uerbum notet iure propinquitatis aſſerere ſibi,hoc eſt,ducere cognatam,ut hæreditas ad te deuoluatur. ut cap. 3. Si aſſeruerit te,bene,aſſerat,ſi autem non uoluerit aſſerere te,tunc ego te aſſeram.Sic quoq; eodem iure propinquitatis aſſeruit ſibi Chriſtus eccleſiã in ſpõſam. Eph.5.
Participiũ præſens גֹּאֵל Gen.48. Angelus qui redimit me ab omni malo, benedicat pueros iſtos.loquitur de Chriſto mittendo in carne.Pſal. 103. Qui redimit à fouea

fouea uitam meam. Vſurpatur autem ſæpius nominaliter, ideoq́ reliqua exempla inter nomina reperies.

Participium præteritum, quod legitur tantum pluraliter גְּאוּלִים Ieſaiæ 35. Et abibunt redempti. cap. 51. Qui poſuit profunditates maris uiam, ut tranſirent redempti. In ſtatu regiminis & affixorum גְּאוּלֵי Pſal. 107. Dicant redempti Iehoua, qui redemit eos de manu aduerſarij. Ieſaiæ 62. Et uocabunt eos populum ſanctitatis, redemptos Iehoua. Et cap. 63. Et annus redemptorū meorū uenit, id eſt redimendorum. In uoce paſſiua נִגְאַל & retinet in pleriſq; locis modum eundem ſignificandi, quem habet in uoce actiua: ut Leuit. 25. Et ſi nō redimetur ad plenitudinē ſibi anni integri. Et iterū: Aut ſi apprehēderit manus eius ut redimatur. Et iterū: Et ſi non redimetur iſtis. Leuit. 27. Non redimetur amplius. Et iterū: Non uendetur neq; redimetur Ieſ. 52. Et ſine argento redimemini, &c. Eſt tamē hoc uerbum irregulare, & cōpoſitum ex prætetito paſſiuæ uocis primæ cōiugationis irregulari, & ex præterito paſſiuæ ſecūdæ coniugationis נְגֹאֲלוּ & cōmunicat ſignificatione cū uerbo geminato גָּלַל Et quia res quæ uolutantur uel in ſanguine uel in ſtercore, aut re alia immunda, cōtaminantur: quare uolutationē cum contaminatione, & ediuerſo contaminationē ex uolutatione ſimul importat, atq; hanc uiciſſitudinem ſeu conſequentiam prophetas uoluiſſe ſignificare hac compoſitione, arbitror. Legitur autem Ieſaiæ 59. Quoniam manus ueſtræ uolutatione contaminatæ ſunt in ſanguine, & digiti ueſtri in iniquitate. Similiter Thren. 4. Volutatione cōtaminati ſunt in ſanguine.

Participium deinde legitur generis fœminini נְגֹאָלָה in eodē modo ſignificandi. Zoph. 3. Væ mōſtroſæ & cōtaminatæ, urbi direptrici, ſcilicet aliorū ſanguine.

In ſecunda coniugatione גֵּאַל uolutando contaminauit ſeu polluit. Malach. 1. Quid affertis ſuper altare meum panem contaminatum, & dicitis in quo contaminauimus te.

Participium præteritum מְגֹאָל Malach. 1. Panem contaminatum. Et iterū: Menſa Iehoua cōtaminata eſt. Eadem ratione legitur etiam in גאל & גָּלַל in participio ſecundæ coniugationis. Ieſaiæ 9. Et ueſtimētum uolutatione cōtaminatum eſt in ſanguinibus, &c. Atq; hoc ideo indicare uolui, ut fidem facerem eorum, quæ iam dixi in paſſiua uoce primæ coniugationis.

In uoce paſſiua גֹּאַל Eſdræ 2. & Nehe. 7. Hi quæſiuerunt ſuum an eſſent de populo, & non ſunt inuenti, ideo deuoluti ſunt à ſacerdotio, ſcilicet tanquam contaminati, & immundi amoti ſunt.

In tertia coniugatione הִגְאִל pro quo tamen legitur אֶגְאַל & in altero modo ſignificandi, pro contaminare, quod propheta iſta irregularitate ſignificare uoluit. Ieſaiæ 63. Et omnia indumenta mea contaminaui, ſcilicet uolutando.

In quarta coniugatione הִתְגָּאֵל uolutando contaminauit ſe. Dan. 1. Poſuit Daniel in corde ſuo, ut non cōtaminaret ſe in cibo regis, & in uino quod bibebat ille, petebatq; à principe eunuchorum, ut non contaminaretur. Talis uſus eſt quoq; uerbi quartæ coniugationis הִתְגּוֹלֵל ut in themate גָּלַל indicatum eſt. Et Petrus Apoſtolus uidetur hoc uerbum reddidiſſe 2. Epiſt. 2. Græco ἐμπλέκομαι.

INDE NOMINA:

גֹּאֵל Quòd uerbum & participium præſentis temporis ſit, ſupra exemplis oſtēdimus. Solet tamen frequentius accipi nominaliter ſignificans aſſertorem, uindicem, redemptorē, id eſt, qui iure propinquitatis uel in ſe deuoluebat cauſam propinqui interfecti, eiusq; ſanguinē uindicabat: uel ſi de bonis conſanguinei agebatur, rem ab eo deuolutā redemptione debebat reuoluere ad ſe, qualis erat frater, patruus, filius patrui, & deinceps reliqui conſanguinei eiuſdem lineę. Num. 35. Et erunt uobis ciuitates pro contractione à uindice. Et iterum: Vindex ſanguinis ipſe interficiet interfectorem. Et iterū: Et eripiet cœtus occiſorē de manu uindicis. Leuit. 25. Quòd ſi alicui non fuerit redemptor. Num. 5. Et ſi non fuerit alicui redemptor. Semel tamen legitur in abſtracto. Ruth 2. Propinquus eſt nobis uir iſte de cōſanguinita

nitate noſtra. Et quando ſcriptura Deum ſic uocat, tūc ſimul inſinuat, ꝙ filius Dei debebat aſſumere carnem noſtrā & noſter fieri cōſanguineus, ut poſſet nos iure propinquitatis redimere. Ieſaiæ 59. Et ueniet ad Zion redemptor, id eſt Chriſtus homo & propinquus noſter factus. In ſtatu affixorū mutat zere in hatcph pathah. Leuit. 6. Et uenerit redemptor eius propinquus ad eū. Iob 19. Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouiſſimo ſuper puluere reſurgā. Ieſaiæ 41. Ne timeas uermis Iacob, redemptor enim tuus eſt ſanctus Iſraelis. Prouer. 23. Et in agrum pupillorum ne ingrediaris, quia redemptor eorum eſt fortis. Et pluraliter גֹּאֲלִים. 1. Reg. 16. Non relinquens ex ea mingentem ad parietē, etiam redemptores eius, id eſt illos qui conſanguinei ſunt. Legitur tamen in ſtatu regiminis גְּאָלֵי pro גֹּאֲלֵי ut iſta irregularitate diſcernatur ab altero modò ſignificandi, & accipiendum ſit pro contaminatoribus, non redemptoribus. Nehe. 13. Recordare mi deus eorum ſuper contaminatoribus ſacerdotij, atꝗ pacti ſacerdotij, & Leuitarum.

גְּאֻלָּה Reuolutio, id eſt, redemptio ſeu ius redemptionis, ius redimendi. Leuit. 25. In tota terra poſſeſſionis ueſtræ redemptionē permittetis pro terra. Et iterū: Et redemptio erit ei, id eſt, ius redimendi. Ierem. 32. Ecce HanamaEl filius Sallum patrui tui uenit ad te dicens: Eme tibi agrū, qui eſt in Anathoth, quia tibi eſt ius redemptionis, ut emas. Et mox iterū: Quia tibi eſt ius poſſeſſionis, & tibi redēptio, eme tibi.

In ſtatu regiminis גְּאֻלַּת. Leuit. 25. Redemptio perpetuitatis erit Leuitis. Similiter cum affixo גְּאֻלָּתוֹ. Leuit. 25. Et inuenerit iuxta ſufficientiam redemptoris ſuæ. Ezech. 11. Fili hominis, fratres tui, fratres, inquam, tui, uiri redemptionis tuæ, id eſt conſanguinitatis tuæ.

197 גבא Congruit ſignificatione cum גוב גב גבים גבא. nomen, fouea, foſſa, ſcrobs, cauea, lacuna. Et eſt contrariæ ſignificationis nomini גַּב nam ut hoc ſignificat conuexitatē alicuius rei, ita illud ſignificat concauitatem. Ieſaiæ 30. Vel ad hauriendum aquam ex ſcrobe. Et pluraliter גֵּבִים. Iere. 14. Venerunt ad foſſas, neque inuenerunt aquam. Et in ſtatu affixi reſumit aleph. Ezechiel. 48. Paludes eius & lacunæ eius non ſanabuntur, ſed in ſalſuginem ponentur. Volunt etiam quidam גֵּבִים nomen eſſe proprium ciuitatis. Ieſ. 10. Habitatores Gebim corroborauerunt ſe: alij tamen uolunt ꝙ ſignificet, foſſas ſeu ſcrobes, & ita interpretantur, habitatores in ſcrobibus, ſicut hoc Ieremię cap. 14. Venerunt ad ſcrobes & nō inuenerunt aquas. Et dicūt hoc nomine quoꝗ ſignificari bruchos ſeu ſcarabeos, quod hi ſcrobes fodiant & inhabitent. Ieſaiæ 33. Et ſicut irruptio ſcrobariorum in qua eſt incurſor. Inſuper hoc nomine etiā imbrices ſeu canales dicūt, quibus defluit aqua à concauitate. 1. Reg. 6. Et ædificauit domū, & cōſummauit eam, & texit domum imbricibus, & ordinibus cedri.

198 גבה Verbū hoc ex illorum eſt numero, quæ etſi terminantur in he, tamē more uerborum perfectorum coniugantur, ideoꝗ etiam punctum habet in litera he. Et ſignificat in genere neutraliter altum, excelſum, ſublimē eſſe, eleuari ſeu extolli, & tam de animo quàm de corpore, tamꝗ de ſpiritualibus quàm corporalibus rebus dicitur. nec multum diſſimile eſt ſignificatione à uerbis נָשָׂא רוּם. Ieſ. 5. Et exaltatus eſt Iehoua exercituū in iudicio. Ieſaiæ 52. Ecce prudēter aget ſeruus meus, exaltabitur, eleuabitur, & ſublimis erit ualde. Zoph. 3. Non addes ſublimis fieri amplius in monte ſanctitatis meæ. Pſal. 131. Iehoua non eſt elatum cor meū. Ezech. 28. Eò quòd elatum eſt cor tuū, & dixiſti, Deus ſum ego. Prou. 18. Ante ruinam eleuatur cor hominis. 1. Sam. 10. Et altior erat ſupra omnē populū humero ſuo, & amplius. Iob 35. Reſpice cœlum & uide, obſerua nubes, quæ eleuatæ ſunt ſupra te. Ieſ. 3. Quoniā elatæ ſunt filiæ Ziō, & inceſſerūt extēto collo. ca. 55. Quomodo eleuati ſunt cœli ſupra terrā, ſic eleuātur uiæ meæ à uijs ueſtris. Ezech. 31. Et ideo eleuata eſt ſtatura eius ſupra oīa ligna agri, ubi litera aleph ſcripta legiť ꝓ he. In tertia cōiugatione הִגְבִּיהַּ quando poſt ſe habet affixum ſeu alium caſum, uſurpatur actiuè. ut 2. Paralip. 33. Poſt hæc ædificauit murum exteriorem iuxta ciuitatē Dauid ad Occidentē, &c. & exaltauit eū ualde. Ezech. 17. Et exaltauerim lignum

gnum humile.Iere.49.& Abdiæ 1.Si exaltaueris ſicut aquila nidum tuum. Si uerò abſolutè eſt ſcriptũ,tum accipitur neutraliter.Ieſaiæ 7.Profunda deorſum, uel eleuare ſurſum,Iob 5.Homo ad laborẽ naſcitur,& filij pinnarũ ut eleuenſ uolãdo.

Participiũ præſens מַגְבִּיהַּ Prouerb.17.Qui exaltat oſtium ſuũ,quærit ruinam. & cum iod paragogico מַגְבִּיהִי fit appellatiuum & epitheton dei.Pſ.113.Quis ſicut Iehoua deus noſter,ſublimis ille ad habitandum.

INDE NOMINA:

גָּבֹהַּ Nomẽ maſculini generis,altus,ſublimis,ꝓcerus,excelſus.1.Sam.9.Humero ſuo & amplius altus quàm totus populus.Eſther 5.Et facient lignum altum quinquaginta cubitorũ.Iob 41.Quicquid altũ eſt,uidet.Pſal.138.Et altũ à lõge cognoſcit. Eccl.5.Eſt altus ſupra altũ cuſtodem,& altiores ſupra eos,id eſt, utrunq;. Legitur ſemel ſine mappik.Ieſaiæ 2.Super omnem turrim altam. In ſtatu regiminis גְּבַהּ Pſal.101.Elatum oculorũ & latum corde ferre nõ poſſum.Prouerb.16.Abominatio Iehoua eſt,omnis elatus corde.Ezech.30.Ecce Aſſur uelut cedrus in Libano, quæ pulchra eſt ramis,frõdibus umbroſa,& alta ſtatura.Legitur etiã abſtractiuè, 1.Sam.16.Ne reſpicias formã eius,neq; altitudinẽ ſtaturæ eius.Pſal.103.Iuxta altitudinem cœlorũ ſupra terram. Et pluraliter גְּבֹהִים Geneſ.7.Et operti ſunt omnes mõtes alti,qui ſunt ſub cœlo.Pſal.104.Mõtes alti ſunt pro ibicibus.Ieſa.5.Et oculi elatorum humiliabuntur.Iere.51.Et portæ eius altę,igni cõburentur. Et in genere fœminino גְּבֹהָה ſine mappik.Deut.3.Erantq; omnes urbes iſtæ munitæ,muro alto,portis & uecte.1.Sam.2.Ne multiplicetis & loquamini altũ, altũ inquam. 1.Reg.14.Super omni colle alto.Dan.8.Vnũ cornu altius altero. Et pluraliter גְּבֹהוֹת.Deut.28.Donec deiecerit muros tuos altos.Dan.8.Et duo cornua erãt alta. Zoph.1.Et ſuper pinnacula excelſa.Legitur tamen ſemel in forma גְּבוֹהוֹת Iere.17. Super colles altos.

גֹּבַהּ Altitudo,ſublimitas,elatio.2.Paralip.3.Et altitudo centũ & uiginti cubiti.Iob 22. An non deus in altitudine cœlorũ.cap.4.Ornare nũc ſuperbia & altitudine.Pſal. 10.Improbus in elatione uultus ſui nihil curat.Prouerb.16.Ante ruinam eſt elatio ſpiritus.Ezech.1.Et canthi earum & altitudo illis. Similiter legitur in ſtatu regiminis.2.Paral.32.Et humiliatus eſt Ezechias in elatione cordis ſui.

In ſtatu affixorũ mutat holem in hatephchametz,& ſeruat he inuariatum, ſine tamen dagges.1.Sam.17.Altitudo eius erat ſex cubitorum & palmi.Iere.48.Audiuimus ſuperbiã Moab,eſt enim ſuperbus ualde,elationẽ eius & ſuperbiã eius, arrogantiã eius & elationẽ cordis eius.Ezech.19.Et uiſa eſt in altitudine ſua. Amos 2.Quia uelut altitudo cedrorum altitudo eius. Et pluraliter in ſtatu regiminis גָּבְהֵי Iob 11.In ſublimitatibus cœlorum quid ages?

גַּבְהוּת Elatio,altitudo,ſublimitas.Ieſaiæ 2.Oculorum elatio in homine humiliabitur. Et mox iterum:Et deprimetur elatio hominis.

גַּב Nomen appellatiuum,& ſignificat generaliter quamlibet cuiuslibet rei altitudinem,quæ alijs partibus eminet.hinc de ædificijs altioribus,de dorſo hominis, tumulo terræ,canthis rotæ,ſupercilijs oculorum,quæ Hieronymus quoq; canthos appellat,dicitur.Ezech.16.Et ædificabas tibi altare,& faciebas tibi excelſum in omni platea. In ſtatu regiminis גַּב.Ezech.43.Hæc eſt altitudo altaris. In ſtatu affixorũ fortificat literã beth punctulo dagges.Pſal.129.Super dorſo meo arauerũt aratores.Ezech.10.Omnis caro earũ,& dorſum earũ et manus earũ.Ezech.16. Cum ędificares tu altare tuũ & capite omnis uiæ,& excelſum faceres in omni platea. Et pluraliter tam in ſtatu regiminis q̃ affixorũ גַּבֵּי Iob 15.Currit,cõtra eunt collo,in denſitate dorſi clypei ſui.cap.13.Et ad tumulos luti dorſa ueſtra.1.Reg.7. Et axes earum,& canthi earũ.Ezech.1.Et canthi illis,& altitudo illis. Et pluraliter in genere fœminino גַּבֹּת ſupercilia,cãthi oculorum ſeu rotarum.Leuit.14.Et ſupercilia oculorum.Ezech.1.Et canthi earum erant pleni oculis.

גִּבֵּן Gibbus.Leuit.21.Si cui eſt gibbus.quanquam Thargũ Hieroſolymitanũ intelligat de illo,cui in utroq; oculorum ſinu,ſuperciliorũ pili denſius & deformius ex-

creſcunt, quod nunc Iudæi communiter ſequentes exponunt de homine, cuius ſupercilia obnubunt, quem Capnion uocat ſuperciliosum.

גבינה Caſeus ab altitudine, ſicut & alio nomine שפות pluraliter caſei dicuntur ab eminentia. Iob 10. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum coagulaſti.

גבננים Nomen adiectiuum pluralis numeri tantũ. Pſal. 68. Mons dei mons pinguis, mõs collium, mons pinguis, quare exiliſtis montes gibboſi ſeu colliculoſi.

גבתא Nomen Syriacum, ſignificans locum editiorem in prætorio, accõmodũ iudicio, quem Euangeliſta Io. 19. Græcè λιθόστρωτον, id eſt lapide ſtratum reddidit.

199 גבח Dicitur is, qui natura eſt caluaſter, hoc eſt, qui in anteriore parte capitis glaber eſt, & in hoc differt à קרח qui natura caluus eſt ſuper toto capite, & hæc differentia clarè extat Leuit. 13. Et ſi cuius à parte faciei ſuæ natura depilabitur caput eius, caluaſter eſt.

גבחת Caluaſtricies, id eſt glabricies frontis ein glathen an der ſtirn. Et cum affixis mutat ultimũ pathah in ſeua, & fortificat thau literam. Leuit. 13. Lepra germinãs in caluicie eius uel in caluaſtricie.

200 גבל Terminauit, determinauit, terminum conſtituit. Deut. 19. Non retroagas terminũ proximi tui, quẽ determinauerũt priores. Ioſ. 8. Iordanis terminabit cum ad angulum Orientalem. Zach. 9. Et Hamath terminabit in ea.

In tertia coniugatione הגביל terminũ conſtituit. Exod. 19. Et determinabis populum. Et mox iterum: Determina montem.

INDE NOMINA.

גבול & גבל Differt tantum modo ſignificãdi à nomine גבל: ſignificat enim nõ tantũ conſiniũ ſeu terminũ & limitẽ contiguũ alteri limiti, uerumetiã ipſum totũ ſpaciũ determinatum alicui, quouſq; habitatur ſeu diſtẽditur, differtq; à שדה ſicut totũ à parte. Veriſimile eſt uetus illud Germanicũ inde profluxiſſe geſulde. Deut. 19. Ne retroagas terminũ proximi tui. Iere. 5. Poſui arenã, terminũ mari. Gen. 10. Et fuit terminus Cananæi à Sidone. Num. 34. Et hic erit uobis terminus Aquilonis. Deut. 19. Et in tres partes diuides terminũ terræ tuæ. Iud. 19. Et miſit eã in omnem terminũ Iſrael, &c. quorũ ſcilicet fuerũt duodecim, ſecũdũ numerũ tribuũ. 1. Sam. 13. Et nõ addiderũt amplius uenire in terminũ Iſrael. 2. Reg. 3. Et ſteterũt in termino. Geneſ. 47. Ab extremitate termini Aegypti uſq; ad extremitatẽ eius. Pſal. 78. Et introduxit eos ad terminũ ſanctitatis ſuæ. Et in ſtatu affixorũ habet uel ſchurek uel kybutz. Gen. 23. In termino eius. Num. 21. Donec trãſeamus terminũ tuũ. 1. Paral. 4. Et dilatauerís terminũ meũ. Et pluraliter forma fœminea גבולות Pſal. 74. Tu ſtatuiſti omẽs terminos terræ. Num. 32. In terminis ciuitates terræ circumquaq;. Et iterũ: Terrã Canaan cũ terminis ſuis. Legitur tñ in forma etiã maſculea in ſtatu affixorũ. 1. Sam. 7. Et terminos eius. Ezech. 27. In corde mariũ termini tui.

גבלה Determinatum, locus determinatus. Ieſaiæ 28. Et ſpeltam in determinato ſuo. Et pluraliter גבלות Iob 24. Terminos retroegerunt.

גבלת Terminatio. Exod. 28. Et facies ſuper rationale catenas terminationis opere implicationis, id eſt quæ ſunt in terminis.

מגבלות Denominatiuum pluralis numeri. Exod. 28. Et duas catenas auri puri terminales facies eas.

גבל Phœniciæ ciuitas, cuius ciues fuerũt ingenioſi artifices, ſicut teſtatur Ezech. 27. Senes Gebal, & ſapiẽtes eius inſtaurantes fracturas tuas. Inde ex ea artifices dicti גבלים quorũ fit mentio. 1. Reg. 5. Et dolauerũt ædificatores Salomonis, & ędificatores Hiram, & Giblim illi. fortaſſe nomen illis inditũ quoq; fuit, φ lapides ad ædificia terminauerint, id eſt in terminis dolauerint.

גבעל Nomen inſerta litera aain, folliculus, intra quem ſemen continetur. Exod. 9. Nam hordeum habet ſpicam, & linum folliculum, &c.

201 גבע Collis, colliculus, qui eſt inſtar galeæ ſeu galeri, eſt & nomẽ ciuitatis in colle extructę in tribu Beniamin, magnãq; habet cognationẽ cũ גבא & גבע. 1. Reg. 15. Et ędificauit rex Aza Gęba Beniamin. Neh. 7. Viri Rhania & Gęba. Et dicitur

hæc

hęc גֶּבַע etiam גִּבְעָה. 1. Samuelis 14.

גָּבִיעַ Scyphus, populi genus à forma colliculi, ſeu galeri. Gen. 44. Et inuentus eſt ſcyphus in ſacco Beniamin. In ſtatu regiminis & affixorum mutat cametz in ſeua. Gen. 44. Et ſcyphū meum ſcyphum argenti. Et pluraliter גְּבִעִים Exod. 25. Tres ſcyphi. Et cum affixo. Exod. 25. Scyphi eius.

מִגְבָּעוֹת Galeri in modū collis ſeu ſcyphi formati. Et legitur tantū pluraliter. Exod. 28. Et galeros facies illis. & cap. 39. Et ornamēta galeorū byſſi, uide Ioſ. lib. 3. ca. 8. Antiq.

202 גָּבַר Principatum, ſuperioritatem, dominiū obtinuit ſuper alios, prævaluit, ſuperior fuit, prędominatus eſt alijs uirtute, uiribus, potētia, fortitudine, autoritate. 1. Paralip. 5. Quoniā præualuit inter fratres ſuos. Thren. 1. Facti ſunt filij mei horribiles, quia pręualuit hoſtis. Pſal. 103. Nam ſicut altitudo cœli ſupra terram, ita pręualuit miſericordia eius ſuper timentes eum. Exod. 17. Cum eleuaret Moſes manū ſuam, tunc pręualeſcebat Iſrael: quando demittebat manum ſuam, ſtatim præualeſcebat Amaleck. Gen. 7. Et aquæ præualuerunt ualde ſuper terram. cap. 49. Benedictiones patris tui præualuerunt ſupra benedictiones progenitorū meorū. 1. Samuelis 2. Quoniā non in uirtute pręualebit uir. 2. Sam. 1. Pluſquā leones pręualidi fuerunt. 2. Sam. 11. Pręualuerunt ſupra nos uiri. Iob 21. Quare improbi uiuūt, inueteraſcunt & præualent potentia. Iere. 9. Pręualuerūt in terra. Pſal. 75. Verba iniqua præualuerunt ſupra me. Ego credo hoc uerbo uſum eſſe Paulum, & reddidiſſe uerbo Gręco ὑπερεπερίσσευσεν. Rom. 5. Vbi exuberauit peccatū, ibi magis exuberauit gratia, &c. In ſecunda coniugatione גִּבֵּר eſt tranſitiuum. Zach. 10. Et preualeſcere faciam domum Iehuda. Et ibidem iterū: Et præualeſcere faciā ipſos in Iehoua. Eccl. 10. Si ferrum fuerit obtuſum, & eſt non faciebus leue, tum uis multa præualebit, ſcilicet ipſum, id eſt, opus eſt multo labore donec expoliatur & acuetur.

In tertia coniugatione הִגְבִּיר. Dan. 9. Et præualidum faciet fœdus cum multis. Pſal. 12. Linguam noſtram præualidam faciemus, id eſt, ut prædominetur. Vel ſic, Lingua noſtra prædominabimur.

In quarta coniugatione הִתְגַּבֵּר. Ieſ. 42. Supra inimicos meos pręualeſcet. Iob 35. Quia extēdit cōtra deum manū ſuam, & ſupra omnipotentē pręualeſcere uoluit. cap. 36. Annūciabit eis opus eorū atq; tranſgreſſiones eorū, quoniā pręualuerunt.

INDE NOMINA:

גֶּבֶר Vir, qui præualet alios uirtute, autoritate, ſexu. Num. 24. Ait uir ille. 2. Samu. 23. Et ait uir ille conſtitutus ſuper Meſſia deo Iacob. Deut. 22. Non ſit inſtrumētum uiri ſuper muliere, neq; induat ſe uir ueſte mulieris. Iere. 17. Maledictus uir ille, qui confidit in homine, Benedictus uir ille, qui confidit in Iehoua. Iudic. 5. Diuidunt prædam, unam ſcilicet atq; alteram mulierculam capiti uiro, id eſt, cuilibet perſonæ uirili. Sic ſemel, perinde ut אִישׁ & אֱנוֹשׁ, legitur diſtributiuè, iunctum cū uerbo pluralis numeri. Ioelis 2. Quiſq; in ſemita ſua ambulabunt, id eſt, ſinguli uiri. Et in diſtinctione ſentētię גָּבֶר. Ieſaiæ 22. Ecce Iehoua projciet te proiectione uiri, id eſt, fortiter ſicut projcit uir. Iob 10. Et anni tui ſicut dies uiri. Prouerb. 6. Zelotypia eſt furor uiri, nec parcit in die uindictæ. Iere. 31. Fœmina circumdabit uirum. Iob 3. Et nox in qua dictum eſt, uir conceptus eſt. Et in ſtatu affixorum nuſpiam legitur. Pluraliter גְּבָרִים. Exo. 10. Abeant nunc uiri, & colant Iehoua. cap. 12. Sexcenta millia peditū, uiri, præter paruulos. Iere. 43. Viros & mulieres, paruulos & filias regis.

גְּבַר Vir. Legitur in hac forma tantum ſemel. Pſal. 18. Cum uiro integro, integrum exhibebis te, pro quo in hiſtoria. 2. Samuelis 22. Legitur גִּבּוֹר. Niſi uelis potius dicere, quòd תָּמִים ponatur in abſtracto, tum forma eius eſſet גֶּבֶר & non גְּבַר.

גְּבִיר Qui alijs ſuperior eſt & præualet, id eſt, dominus, herus. Geneſis 27. Sis herus fratribus tuis, & proſternent ſe tibi filij matris tuæ. Et mox iterum: Ecce herum conſtitui eum tibi, & omnes fratres poſui ei in ſeruos. Et in genere fœminino גְּבִירָה dicitur de illa muliere ſeu uxore, quæ reliquis ſuperior eſt dominio & autoritate. 1. Reg. 11. Vt daret ei in uxorem, ſororem uxoris ſuæ, ſororē uidelicet Thach penes herę. 1. Reg. 15. Et amouit eam ab hera, i. ne eſſet hera ſeu domina. 2. Reg. 10.

Nos deſcendimus ad ſalutandum filios regis, & filios heræ. Iere. 13. Dic regi & dominę, humiliate uos.

גְּבֶרֶת Domina, hera, herois. Ieſaiæ 47. Vocabunt te dominam regnorũ. Et mox iterũ in diſtinctione גְּבֶרֶת. In perpetuũ ero domina. Et in ſtatu affixorũ. Geneſ. 16. Et dixit puella ad dominã ſuã. Pſ. 127. Sicut oculi ancillę ad manũ dominę ſuę. Prou. 30. Et ancilla quando occupat bona dominæ ſuæ. Ieſa. 24. Sicut ancilla, ita dña eius.

גִּבּוֹר Heros, uir heroicus, Gigas, præpotẽs, præualidus, qui alios excellit uirtute, potentia, autoritate. Et uſurpatur ſubſtãtiuè & adiectiuè. Pſal. 45. Accinge gladiũ tuũ ſuper femur ô heros. Pſal. 127. Sicut ſagittę in manu herois. Ieſaię 49. Nunquid auferetẽ ab heroe præda. hoc nomine uſus eſt Chriſtus Matth. 12. Marci 3. & Luc. 11. & hi tres Euãgeliſtæ reddiderũt ἰσχυρός, id eſt, potens. Iere. 9. Non glorietur heros in præualeſcentia ſua. Deut. 10. Pręualidus & terribilis. Pſal. 19. Sicut heros ad currendum uiam. Gen. 8. Cuſch genuit Nimrod, hic cœpit eſſe pręualidus in terra. Et mox iterum: Sicut Nimrod pręualidus uenator coram Iehoua. Iere. 20. Iehoua eſt mecum tanquã heros pręualidus. Prou. 30. Leo pręualidus ſeu heros inter beſtias. Pſal. 112. Præualidũ in terra erit ſemen eius. Iudic. 6. Iehoua eſt tecũ prępotens belli, id eſt, belli potens. Et pluraliter גִּבּוֹרִים. Geneſ. 6. Hi pręualidi fuerunt de mundo, id eſt, heroes. Ioſue 10. Et erant omnes uiri eius heroes. 2. Sam. 1. Quomodo ceciderunt heroes. 2. Sam. 17. Noui patrem tuum, & uiros ipſius, quod heroes ſunt. 2. Samuelis 23. Hęc ſunt nomina heroum. Prou. 21. Ciuitatẽ heroum tranſcẽdit ſapiẽs. Ieſaię 5. Heros ad bibendum uinum. Et in ſtatu regiminis גִּבּוֹרֵי 1. Paralip. 5. Viri heroes belli. 1. Paralip. 19. Quoniam in fide erunt quatuor heroum, qui portarij erant. Pſal. 103. Benedicite angeli eius, heroes uirtute, qui facitis uerbum eius.

גְּבוּרָה Prępotentia, præualeſcentia, ſuperioritas, prędominium, uictoria. Exod. 32. Non eſt uox canere pręualeſcentiam, neque eſt uox canere oppreſſionẽ. 2. Reg. 18. Num conſilium & præualeſcentia ad bellum. 1. Paralip. 29. Tibi Iehoua magnificẽtia & pręualeſcentia. Et iterum: Et in manu tua uirtus & præualeſcentia. Iob 12. Cũ ipſo eſt ſapientia & pręualeſcentia. & cap. 39. Dabis equo præualeſcentiam. Pſalm. 89. Tibi eſt brachium cum pręualeſcentia. In ſtatu regiminis גְּבוּרַת. Pſal. 147. Non in pręualeſcentia equi beneplacitum habebit. In ſtatu affixorum גְּבוּרָתוֹ & גְּבוּרָתָהּ Iudic. 5. Quando egreditur ſol in pręualiditate ſua. cap. 8. Vt eſt uir, ita eſt pręualeſcentia eius. Ieſaiæ 30. In tranquillitate & fiducia erit præualeſcentia ueſtra. ubi tamen habet ſubſcriptum pathah, ac ſi eſſet in ſtatu regiminis. Et pluraliter גְּבוּרוֹת Deut. 3. Quis deus eſt in cœlis, aut in terra, qui faciat ſicut facta tua, & ſicut præualeſcentias tuas. Iob 26. Et tonitru præualeſcẽtiarum eius quis intelligit? & cap. 41. Non tacebo membra eius, & ſeriem præpotentiarũ eius. Pſal. 71. Ingredior in pręualeſcentijs Suſtentatoris Iehoua. Pſal. 90. Et ſi in pręualeſcentijs, octoginta anni.
203 Pſal. 106. Quis perſtringet præualeſcentias ipſius Iehoua.

גדד Significat turmatim excurſionẽ, & incurſionem, ſeu irruptionẽ facere, quemadmodum milites leuis armaturæ excurrunt ad depopulandũ agros, & ad exercenda latrocinia, cõgruitque ſignificatione cũ uerbis גּוּר & גָּרַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi parũ inter ſe differant. Pſal. 94. Excurſionẽ facient contra animã iuſti. Gen. 49. Gad, turmatim excurret ipſe, & ipſe excurret retrorſum. Habakuk 3. Ad aſcendendum ad populum, qui excurſionem faciet ipſe.

In quarta coniugatione הִתְגּוֹדֵד Iere. 5. Et in domum meretricis incurſionem fecerunt. Mich. 5. Nunc excurſiones facias filia turmæ. Et in ſequentibus locis dicitur de irruptione quę fit cultris, in cutem corporis. 1. Reg. 18. Et clamauerunt uoce magna, & irruperunt in ſe ſecundum morem ſuum cum gladiolis, & lanceolis. Ierem. 16. Neque irruptio fiet, neque caluicies fit propter ipſos. & cap. 47. Vſquequo irruptionem facies tibi.

Participiũ præſens מִתְגֹּדְדִים. Iere. 41. Raſi barba, & ſciſſi ueſtimẽtis, & irrupti.

INDE NOMINA:

גַּד Irruptio, incurſio, incurſatio, excurſatio. Gen. 30. Et dixit Lea in excurſione, id eſt, excur-

excurſione.Chaldeus tamen uertit אתא גד, id eſt,uenit Gad, quaſi בגד ſit uox cõpoſita ex beth & גד fortuna. Et R.Salomo interpretatur, uenit ſydus bonũ, ſeu planeta bonus.Aliqui ſic, Venit turma,ſcilicet filiorum.

גד Excuſor,Mars,nam gentes crediderunt Martem præbere fortunam militibus.Ieſaiæ 56.Et uos derelinquentes Iehoua,obliuiſcimini mõtis ſanctitatis meę,inſtruitis Gad menſam,& conſecratis Meni libationem.

גד Coriandrum,à natura & conditione ſua.Exod.16.Et uocauerunt domus Iſrael nomen eius Man,& erat quaſi ſemẽ coriandri cãdidum. Num.11.Et erat Man, quaſi ſemen coriandri,& ſpecies eius quaſi ſpecies Bdellij.

גדוד Turma collecta ex milite leuis armaturæ,ad faciendum excurſiones,& depopulationes,& nõ eſt robur belli,aut ipſe exercitus,ſed turma quæ ad prædam excurrit. die ſtreiffete rotte/der Sackman. 1.Sam.30.Perſequar ne turmã iſtam. 1. Sam. 3. Et Ioab uenit è turma,& ſpolium magnũ ſecum reportauit.2.Sam.22.& Pſal.18. Quoniam in te incurſionem faciam in turmam. Vel ſic. In te cõculcabo turmam. 1.Reg.11.Et factus eſt princeps turmę.Iob 29.Et habitabã quaſi rex in turma. Et pluraliter גדודים 2.Sam. 4. Et duo uiri principes turmarũ erant ipſi Saul.1. Reg.5. Et Syri egreſſi ſunt turmatim,& captiuã abduxerũt è terra Iehuda iuuenculã paruam.Oſeæ 6.Et ſicut expectantes uirum turmarũ,cõciliabulum ſacerdotum.Autor epiſtolæ ad Hebręos cap.11.reddidit incurſiones ſeu impreſſiones, ſic ſcribẽs: Effecti ſunt robuſti in bello , incurſiones auerterũt exterorũ. In ſtatu regiminis גדודי. 2.Reg. 9. Et non addiderunt amplius turmæ Syrorum uenire in terrã Iſrael. 2.Reg.13.Et turmæ Moab uenerunt in terrã ingreſſu anni.1.Paral.7.Turmæ exercitus belli,triginta ſex millia. Et in ſtatu affixorum nihil mutat.Iob 19. Simul uenerunt turmæ eius.Pſal.65.Deprime turmas eius,id eſt glebas.

גדודות Iere.48.Omnis barba raſa,ſuper omniũ manibus irruptiones & ſuper lumbis ſaccus,id eſt,dilacerationes.

אגדה Faſcis, faſciculus turmatim collectus. 2. Sam.2. Et contraxerunt ſe filij Beniamin poſt Abner,& facti ſunt in faſcem unum. In ſtatu regiminis אגדת. Exo.12.Et accipietis faſciculum Iſopi. Et cum affixo . Amos 9. Qui ædificat in cœlo ſolarium ſuũ,& faſciculum ſuũ ſuper terrã, id eſt, ergaſtulum legis,quo homines cohercet. Et pluraliter אגדות Ieſaiæ 58.Diſſoluere faſciculos oppreſſionis.

גדי Hœdus,hœdulus, hœdiculus, & eſt tam caprini quàm ouilli generis, atq; tamdiu obtinet hoc nomẽ,quãdiu frõte incurrit in ubera matris, id eſt,quãdiu eſt lactens. Et Germani uocant parum uoce deflexa Gitz ſeu Gitzlin.Exod.23.& Deut.14. Non coquas hœdum in lacte matris ſuæ,id eſt,cum adhuc eſt lactens.Iudic.14.Et diſcerpſit eum perinde ſi decerpſiſſet hœdum.Ieſa.11.Et pardus cum hœdo cubabit.Gen.38.Ego mittam hœdum caprarũ de grege. Et pluraliter forma maſculea גדיים 1.Sam.10. Vnus portans tres hœdos. Et in ſtatu regiminis גדיי Gen.27. Vade nunc ad gregem & accipe mihi inde duos hœdos caprarum bonos. Et in forma fœminea גדיות Cant.1.Paſce hœdos tuos iuxta habitacula paſtorum.

גדות Irruptiones in terras,id eſt,ſinus,& nõ multum differt cùm uoce,tum ſignificatione à nomine ידות manus, ſeu littora, quæ ab extenſione appellationem ſuam habẽt.Ioſ.3.Et Iordanis plenus erat in omnibus egreſſionibus ſuis,id eſt,ripis & cap. 4. Et reuerſæ ſunt aquæ Iordanis in locũ ſuum, fluentes ſicut heri & nudiuſtertius in omnibus excurſionibus ſuis.Ieſ.8.Et curret ſuper omnes excurſiones eius.1. Paralip. 12. Iſti ſunt qui tranſierunt Iordanem menſe primo, quãdo implebat omnes
204 excurſiones ſuas.Sed de hoc quoq; in themate גדד.

גדל Magnus fuit ſeu factus eſt,uel quantitate, uel qualitate,uel tẽpore & ætate, ſeu duratione adoleuit,ingrandeſcebat.Gen.20.Quoniã magnus factus eſt ualde. & cap.26 Et proficiẽdo ꝓficiebat,& magnus fiebat magis magisq;.1.Sa.2.Proficiebat & magnus fiebat,& melior fiebat. cap.38. Quia magnus factus erat Sela. Iob 2.Quia magnus factus eſt dolor uehementer. Ge.19. Quia magnus factus eſt clamor eorum coram Iehoua.& cap.48. Atq; etiã ipſe magnus factus erit. 2. Sa.5.

Et

Et proficiebat Dauid proficiendo,& magnus fiendo.

In ſecunda cõiugatione in continuitate ſententię גִּדֵּל Ioſue 4. In die illa magnificauit Iehoua Ioſuam. Eſther 3. Magnificauit rex Aſueros ipſum Haman. At in diſtinctione habet ſubſcriptũ zere גִּדֵּל Ieſ. 49. Et hos quos magnificauit. Eſther 5. Et omnia in quibus magnificauit eum rex. Ieſaiæ 1. Filios magnificaui. Ezech. 31. Aquæ magnificauerũt eam. Num. 6. Magnifica comam capilli capitis tui. Pſal. 34. Magnificate ipſi Iehoua mecum. Ioſue 3. Incipiam magnificare te.

Participium præſens מגדלים 2. Reg. 10. Magnificantes eos, id eſt, educantes.

Participium præteritum מגדלים Pſal. 144. Filij noſtri ſicut plantæ magnificatæ in pueritia ſua.

In tertia coniugatione הִגְדִּיל 1. Sam. 12. Videte id quod magnificauit uobiſcum. 1. Sam. 20. Et fleuerunt quiſq; cum ſodali ſuo uſq; Dauid magnificauit, ſcilicet fletum, id eſt, alios fletu ſuperauit. Thren. 1. Vide Iehoua afflictionẽ meam, quia magnificatus eſt inimicus. Pſal. 41. Magnificauit ſuper me ſupplantationem. Pſal. 38. Super me magnificauerunt os ſuum. Ieſaiæ 9. Magnificaſti lætitiam. Abdiæ 1. Ne magnifices os tuum. Amos 8. Et ad magnificandum ſiclum.

Participium præſens מגדילים. Pſalm. 35. Induantur confuſione & ignominia, qui magnificant contra me.

In quarta coniugatione הִתְגַּדֵּל. Ezech. 38. Magnificabo me, & ſanctificabo me. Ieſ. 10. Magnificabit ſe ſerra contra trahentem eam. Dan. 11. Supra omnia magnificabit ſe. Et iterum: Et magnificabit ſe ſupra omnem Deum.

INDE NOMINA:

גדול Nomen maſculini generis, magnus, uel quantitate uel qualitate, uel tempore ſeu ætate. Geneſ. 44. In magno cœpit, & in paruo ceſſauit. 2. Paralip. 34. Omnis populus à magno uſq; ad paruum. Leuit. 21. Et ſacerdos magnus ex fratribus ſuis. 2 Samuelis 4. Princeps & magnus cecidit. Pſal. 21. Magna eſt gloria eius in ſalute tua.

Et in ſtatu regiminis גדול Iere. 32. Magnus cõſilio. uel tamen rarius cum hateph cametz גדל Prouerb. 19. Magnus furore. Et in ſtatu affixorum גדול. Iere. 6. Vſq; ad magnum eorum. Ionæ 3. A magno eorum. Et pluraliter גדולים 1. Sam. 24. Et tres magni. Iere. 27. Et reges magni. * Et in regimine גדולי 2. Reg. 10. Maiores ciuitatis. Similiter in ſtatu affixorũ. 2. Reg. 10. Omnes maiores eius. In genere fœminino גדולה. Gen. 10. Ciuitas magna. & cap. 27. Et uociferatus eſt uociferatione magna. 1. Reg. 3. Et abijt rex in Gibeon, ut ſacrificaret ibi: nã illud erat Excelſum magnum, id eſt, celeberrimum, ſcilicet propter tabernaculum, & altare holocauſti, quę à Moſe erãt extructa, uel ut ſit ætatis, & ſit ſentẽtia, ꝙ fuerit in magna reuerẽtia et exiſtimatione propter uetuſtatẽ. Zach. 8. Zelatus ſum Zion zelo magno, & ardore magno. Et pluraliter גדלות 2. Reg. 8. Narra mihi nũc omnia magnalia. quę fecit Eliſſa. Pſ. 12. Linguã loquẽtẽ magnalia. Pſ. 131. Neq; ambulaui in magnis.

גדל Magnitudo, magnificentia, maieſtas. Deut. 32. Date magnificentiam deo noſtro. Pſal. 79. Secundum magnitudinem brachij tui. Ieſaiæ 5. Et in magnitudine cordis.

Et in ſtatu affixorum cõmuniter mutat holem in hatephcametz. Deut. 5. Et magnitudinem eius. Ezech. 31. Cui ſimilis es in maieſtate tua. Legitur tamen ſemel cum kybutz Pſal. 150. Secundum multitudinem magnitudinis eius.

גדל Magnus. Legitur tamen pluraliter tantum in regimine גדלי Ezech. 16. Et fornicata eſt cum filijs Ægypti uicinis tuis magnis carne.

גדלה Magnitudo, magnificentia, maieſtas. 2. Sam. 7. Et ſecundum cor tuum feciſti omnem magnificentiam hanc. Eſther 1. Qualis factus eſt honor & magnificẽtia ipſi Mardochęo propter rem iſtã. Et in regimine גדלת Eſther 1. Magnificẽtia Mardochæi. Et cum affixis גדלה. Eſther 1. Et ſplendorẽ ornatus magnificentiæ ſuę. Pſal. 71. Multiplicabis magnificentiam meam. Et pluraliter גדלות. 1. Paral. 17. Vt poneres tibi nomen magnalium & terribilium.

מִגְדָּל Ædificium magnum & excelſum, quod Latini turrim uocant, quæ antiquitate erat inſtar arcis. Geneſis 11. Ædificemus nobis ciuitatem & turrim. Iudicum 8.

Diruam

diruam turrim iſtam.Ieſaiæ 5. Ædificaui turrim in medio ipſius. Et in regimine מגדל. Iudic.9.Etiam omnes uiri turris Sichem.2.Reg.17.A turre cuſtodum. Prou. 18.Turris roboris nomen Iehoua.Cantic.4. Sicut turris Dauid collum tuum. Et pluraliter מגדלים Ieſaiæ 30. Cum ceciderint turres. Et in forma fœminea מגדלות. 1.Paral.27.Et ſuper theſauros in agro,in ciuitatibus,& in uillis,& in turribus. Cantic.8.Vbera mea ſicut turres. Et in ſtatu regiminis מגדלות Cantic.5.Turres longinquitatum.eſt autem aromatis ſpecies habens nomẽ à forma turris,quod è longinquo fragrat. Et in ſtatu affixorum.Pſal.48.Recenſete turres eius. Ezech. 26. Et deſtruent turres eius.& cap.27.Et Pigmei in turribus tuis. Inſuper alia forma in Ezechiele legitur,nempe מגדול ut cap.29.A turre Seuene.& cap.44.Qui habitant in turre.& cap.46.Audite,facite in turre.Eſt & nomẽ ciuitatis,cuius mentionem facit Moſes.Exod.14.& Numeri 33.

גדילים Nomen pluralis numeri tantum,& ſignificat facturam funiculatam,quę cõſtabat ex multis funiculis maioribus,& quantitate cætera fila excedebat.Deut.22.Funiculos facies tibi ſuper quatuor alis operimenti tui,quo te cooperis.1.Reg.7.Et funiculos ſimiles catenis ſuper capitibus quæ erant in ſummitate columnarum.

205 גדע Succidit.Thren.2. Succidit in furore iræ omne cornu Iſrael.1.Sam.2.Et ſuccidã brachium tuum.Zach.11.Et ſuccidi eum.

Participium præteritum גדעים Ieſaiæ 10.Et excelſi ſtatura ſucciſi.

In uoce paſſiua נגדע Iud.21.Succiſa eſt hodie tribus una ab Iſrael.Iere.48.Succiſum eſt cornu Moab,& cap.50.Quomodo ſucciſus eſt, & confractus eſt malleus.

In ſecunda cõiugatione גדע Pſal.107.Et uectes ferri ſuccidit.Pſal.75.Et omnia cornua improborum ſuccidam.2.Paral.14.Et ſuccidit lucos.

In uoce paſſiua גדע Ieſaiæ 9.Sicomori ſucciſæ ſunt.

INDE NOMEN.

גדעון Proprium nomẽ fortiſſimi herois,qui uocatus à Deo,Iſraelem è manu ac ſeruitute Midianitarum in priſtinam libertatem aſſeruit,poſtea ירבעל eſt cognominatus, propterea ꝙ contentio illi fuerit de altari בעל, quod inuito populo diruerat. Eius integra hiſtoria deſcripta extat in libro Iudicum, inde à capite 6. uſq; ad 9. Significat autem גדעון idem quod ſucciſor,miles.

206 גדף Verbum in ſecunda tantum uſitatũ coniugatione,probro,opprobrio affecit.2. Reg.19.& Ieſaię 37.Ne ſis timidus propter uerba,quę audiuiſti,quibus probro affecerunt pueri regis me.Et mox iterum:Quem conuitijs & opprobrio affeciſti?Ezech.20.Amplius in hoc probris affecerunt me patres ueſtri.

Participium præſens מגדף Num.15. Anima quæ aliquid fecerit manu ſuperba, ſiue fuerit ex indigenis,ſiue ex aduenis,Iehoua ipſa probro afficit.Pſalm.44.Propter uocem conuiciantis & opprobrantis.

INDE NOMINA.

גדופה Opprobrium.Ezech.5.Et erit cõuitium & probrum gentibus,& apparet nomen eſſe participiale primæ coniugationis.

גדופים Probra, opprobria, nomen pluralis numeri tantum. Ieſaiæ 43. Tradam Iſrael in anathema, & Iſrael in opprobria. Et in ſtatu regiminis גדופי Zophon. 2. Audiui conuicium Moab,& opprobria filiorum Ammon.

גדופות In forma fœminina.Ieſaię 51. Ne timeatis conuicium hominum, & ab opprobrijs ipſorum ne conſternamini.

207 גדר Sepiuit,circumſepiuit,circũdedit maceria,interſtrinxit maceria ſeu ſepi. Eſt autem maceria, congeries uel lapidum uel lignorum, atq; congruit ſignificatione cum uerbo עדר, niſi quòd ut prima litera parum, ita modo ſignificandi tantum inter ſe uarient. Iob 19. Semitam meã ſepiuit, ut tranſire non queam. Threnorum 3. Sepiuit uias meas lapide ſecto. Et mox iterum: Circumſepiuit me, ut non poſſim egredi. Ezech. 13. Quaſi uulpes in uaſtis locis, prophetę tui O Iſrael, non aſcendiſtis per rupturas, ut ſepiretis ſepẽ pro domo Iſrael. Oſeę 2. Et ſepiã ſepem. Amos 9. In die erigam tabernaculũ Dauid collapſum, & ſepiam rupturas eorum.

Parti-

Participium præſens גֹּדֵר Ieſaiæ 58. Qui uocaris ſeptor rupturarum. Ezech. 22. Et quæſiui ex eis uirum ſepientē ſepē, & qui ſtaret in ruptura. Et pluraliter גֹּדְרִים 2.Reg 12. Et depromebant argentum fabris lignorum, & ædificantibus, facientibus, ſepientibus & lapidicidis.

INDE NOMINA:

גֶּדֶר Sepes, ſepimentum, ſeptum, maceria ex congerie lapidum uel lignorum, uel maceria ex lapidibus ſeu lignis exaggerata, interſtitium maceriæ. Num. 22. Et erat ſepes inde, & ſepes inde. Eſd. 9. Et ad dandū ſepem in Iehuda & Ieruſalem. Pſal. 62. Interibitis omnes uelut paries inclinatus, & ſepes impulſa. Eccleſ. 10. Qui diruit ſepē, mordebit eum ſerpens. Ezech. 42. Et ſeptū quod erat foris è regione exedrarum. In ſtatu affixorum mutat tantum primam uocem cametz in ſeua. Ieſaiæ 5. Diſſipando ſepem eius, ut ſit in conculcationem. Et logici Hebręi hoc nomine definitionem appellant, eò quòd terminet & circumſcribat rem definitam.

גָּדֵר Sepes, ſeptum. Prouerb. 24. Et ſpinæ operuerunt ſuperficiē eius, & ſepes lapidum eius diruta eſt. Loquitur autē ibi de uinea. Ezech. 42. In latitudine ſepti atrij, id eſt, ſuperficiei. Et Paulus uidetur expreſſiſſe ſignificationē huius uocis Epheſ. 4. ubi ſic ſcribit: Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit ex utriſq; unum, & φραγμος, id eſt, interſtitium maceriæ diruit. Et pluraliter forma maſculina גְּדֵרִים licet ſemper cum affixis legatur. Pſal. 80. Quare diripuiſti ſepes eius, ut decerpāt eam omnes tranſeuntes uia. Mich. 7. Dies eſt ad extruendum ſepes tuas.

גְּדֵרָה Sepes, ſeptum, ſepimentum. 1. Paralip. 4. Habitātes inter plantationes & ſeptum. Oſeæ 2. Et ſepiam ſepem. Et pluraliter גְּדֵרוֹת. Num. 32. Extruite uobis ciuitates pro paruulis ueſtris, & ſepta pro ouibus ueſtris. Iere. 49. Accingite ſaccos, plangite, & diſcurrite per ſepes. Ex hoc Ieremiæ loco, arbitror intelligi, quod Paterfamiliâs dicit ſeruo ſuo Luc. 14. Exi in uias & ſepes, & compelle intrare, &c. Nahum 3. Duces tui quaſi locuſtæ locuſtarū, quæ manent in ſepibus tempore frigoris. Eſt & nomen oppidi, cuius fit mentio 2. Paral. 28 Et ceperūt Bethſemes, & Aialon, & Gederoth, & Succo & filias eius. Et in ſtatu regiminis גִּדְרוֹת Nu. 32. Septa ouiū extruemus pro pecoribus noſtris ibi. Et mox iterū: Et ædificauerunt Beth Nimra, & Beth Haran ciuitates munitas, & ſepta ouium. Zoph. 2. Habitacula exciſa paſtorum, & ſepta ouium. Et cum affixo. Pſal. 49. Diruiſti omnes ſepes eius, & poſuiſti munitiones eius in confractionem.

גִּזְרָה Septum, interſtitium. Ezech. 42. Via in aſpectu ſepti, id eſt, interſtitij.

208

גָּדִישׁ Aceruus, cumulus, tumulus. Exod. 22. Si egredieť ignis, & inuenerit ſpinas, & abſumeť aceruus, aut ſtans ſeges, aut ager. Iudic. 15. Et incendit ab aceruo uſq; ad ſtantem ſegetem. Iob 5. Et ueniēs cum caluitio, uelut inuehitur aceruus in tempore ſuo. Et cap. 21. Et ipſe ad ſepulchra adducetur, & in aceruo aduigilabit.

209

גָּהָה Eleuauit, eleuando diſpoſuit. Et ut affinitate literarum, ita quoq; ſignificatione congruit cum uerbo גָּאָה Oſeæ 5. Et non eleuabit à uobis ligaturam.

INDE NOMINA:

גֵּהָה Eleuatio, releuamen, ualetudo. Prouerb. 17. Cor lętum bene diſponit leuationem.

גֵּה Hic, pronomē demonſtratiuum. Ezech. 47. Hic eſt terminus in quo poſſidebitis terrā. ponitur autem pro זֶה eò q; literæ ſint affines, & ſymbolicæ commutationis.

210

גָּהַר Procubuit. 2. Reg. 8. Et procubuit ad terram, & poſuit faciem ſuam inter genua ſua. 2. Reg. 4. Et iacuit ſuper puero, & poſuit os ſuū ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius, procubuitq; ſuper ipſum, & calefacta eſt caro pueri. Et mox iterū: Et aſcendens ſtatim procubuit ſuper ipſum, &c. Arbitror autē congruentiā habere cum uerbo נחר; notat enim utrunq; quandam applicationem mutuam, alia tamen atq; alia ratione.

211

גֵּו Poſterior, & eminentior ſeu altior pars corporis humani, quam Latini dorſum uocant. Et uidetur quandā habere cognationē cum גאה גחה גרה גב גְוִיָּה גוה Iob 30. Cum à tergo expellerētur uociferatio erat, ſuper eos uelut ſuper furem.

Prouer-

Prouerb.19.Deſtinata ſunt deriſoribus iudicia,& uerbera dorſo ſtultorum. Item cum he paragogico גֵּוָה Iob 20. Extrahetur & exibit à tergo. Item in ſtatu affixorum,uel manente zere,uel uau litera non daggeſſata.Ieſ.38.Proieciſti poſt tergum tuũ omnia errata mea.Et cap.50.Dediſti tergũ meũ percuſſoribus.Et mox iterum:Pone ſicut terram tergum meum. Vel mutato zere in pathah,& daggeſſata litera uau.1.Reg.14.Et proieciſti me poſt tergum tuum.Nehem.9.Et proieciſti legem tuã poſt tergum eorũ.Ezech.23.Eò quod oblita es mei,& proieciſti me poſt tergũ tuũ.Eſt aũt proijcere poſt tergũ,poſthabere,nõ reſpicere ſeu curare.

גְּוִיָּה Corpus eminens,uel apparens & phantaſticum,uel reale & mortuum.Nahum 3. Equitatum addunt,& laminam gladij,& coruſcationẽ cuſpidis, & ecce multitudo interfectorum,& copia cadauerum,& nõ eſt finis ullus corporis, & corruunt ſuper corpus ipſorum.Vbi tamen utrunque collectiuè ponitur. In ſtatu regiminis גְּוִיַּת Iudic.14.Et ecce examen apum in corpore leonis & mel.1.Sam.31.Et tulerunt corpus Saulis.pro quo.1.Paralip.10.ſcriptum eſt גּוּפַת unde apparet eſſe ſynonyma,mutatis in ſcriptura tantum literis ſymbolicis. In ſtatu affixorũ גְּוִיָּתֵנוּ Gen.47.Pecora & iumenta apud ſuſtentatorem meum ſunt,neque quicquam reliquum eſt coram ſuſtentatore meo,niſi corpus noſtrũ ſcilicet prope mortuum, & fame enectum.Dan.10.Et corpus eius uelut Tharſis. Et pluraliter גְּוִיּוֹת 1.Sam. 31.Et tulerunt corpus Saulis,& corpora filiorum eius.Nehem.9.Et ſuper corpora noſtra dominantur.Pſal.110.Iudicabit in gentibus,replebit corporibus.Ezech.

212 1.Et duabus alis operiebant corpora ſua.

גֹּב Bruchus,ſcarabeus,ſcrobarius. Et pluraliter גֹּבַי pro גֹּבִים utrunque autem legitur.Nahum 3.Et principes tui ſicut bruchus bruchorum,qui reſident in ſepibus tempore frigoris,&c.& cognationẽ habet cũ nominibus יֶקֶב & גֵּבֶא quæ

213 dicuntur à concauitate.

גּוּז Auulſum eſt,congruit ſignificatione cum uerbo גָּזַז niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Pſalm.90.Et altitudo eorum eſt labor & dolor, quoniã euulſa eſt celeriter,& auolamus.At quãdo regit poſt ſe accuſatiuũ,tum fit tranſitiuũ.Iob 1.Et lacerauit pallium ſuum,& euulſit caput ſuum. Num.11. Et uentus profectus eſt à Iehoua,& auulſit coturnices à mari,& proiecit in caſtra.

INDE NOMINA:

גּוֹזִי Euulſor,auulſor.Pſalm.71.Ex uiſceribus matris meæ auulſor meus.Synonymũ legitur Pſal.22.Quia tu es גֹּחִי extractor meus.

אֱגוֹז Nux,ab auellendo.Cantic.6.In hortum nucis deſcendi.

214 גּוּחַ Et גִּיחַ nam in utraque forma legitur.Et ſignificat in prima coniugatione erumpere,prorumpere,proripere ſe,& tantũ ſignificandi modo differt à uerbo נָגַח. Ezech.32.Et tu uelut draco in mari uaſto,proripis te in fluminibus tuis, & conturbas aquas pedibus tuis.Mich.4.Enitere & protrude filia Zion quaſi parturiẽs, quia iam egredieris ciuitatẽ,&c.alludit ad parturientes quę compreſſo ſpiritu fœtũ protrudunt.Iob 38.Quis concluſit oſtijs mare,quando erumperet ipſum,quaſi ex uulua egrederetur,&c.ibi ad aquas illas & proluuiem alludit,quæ in partu,uel paulo ante fœtum uel ſimul cum fœtu ex utero mulieris erumpunt.

Participium præſens גֹּחִי & accipitur actiuè.Pſalm.22.Ex interioribus matris meæ extractor meus.pro quo Pſalm.71.ſimili phraſi participio utitur גּוֹזִי Super te ſuſtentatus ſum ab utero,à uiſceribus matris meæ eductor meus.

In tertia coniugatione, הֵגִיחַ quod cum præpoſitione אֶל ſignificat attrahere. Iob 40.Ecce uim fecit fluuio neque trepidat, confidit quod uelit attrahere Iordanẽ ad os ſuum. Participium præſens מֵגִיחַ quod cũ præpoſitione mem, conſtructũ, legitur Iudic.20.Sed & inſidiator Iſrael erumpit è loco ſuo,ex ſpelunca Gaba.

INDE NOMINA.

גָּחוֹן Venter animalis reptilis,quo ſe proripit,& proſerpit corrugando & porrigẽdo. Leuit.10.Omne quod graditur ſuper uentre. Et cum affixo mutat cametz in ſeua.Gen.3.Super uentrę tuo gradieris.

גִּיחוֹן Nomen fluuij, qui Moſi ex paradiſo dilabitur. Gen. 2. Et nomen ſecundi fluuij Gichon, qui circuit totam terram Aethiopiæ. Et hunc Ioſephus, & poſt eum Hieronymus Nilum eſſe dicunt & uocant. habet autem hoc nomen ab aquarũ eruptionibus, quas Græci καταῤῥάκτας appellarunt, de quibus apud hiſtoriographos.

גִּחוֹן Eſt & nomẽ fontis, ab aquarũ nimirũ eruptione, ad quem Salomo iuſſu patris in regẽ ſuper Iſrael unctus eſt nõ procul ab Hieroſolyma, cuius fit mentio. 1. Reg. 1. Impone Salomonem filium ſuper mulam meam, & deducite eum in Gichon, ungetq; eum Zadok ſacerdos, & Nathan propheta in regem ſuper Iſrael. ubi Ionathas Chaldæus tranſtulit שִׁילוֹחָא, & forte fons illius eſt Siloa.

גִּיחַ Nomen loci in tribu Beniamin, non procul à Gibeon, cuius fit mentio. 2. Sam. 2.

215

גּוֹי Nomen maſculini generis, & generaliter ſignificat gentẽ, ſeu nationem, Germanicè ein volck. Et ſicut Latini de ſingulis nationibus dicũt quòd ſint gens, ſicut Germani ſunt gẽs, Itali ſunt gens, Galli ſunt gens, Hungari ſunt gens, & ſic de alijs. Gen. 17. Et conſtituam eum in gentem magnam. cap. 20. An gentẽ etiã iuſtam interficies. Exod. 9. Qualis non fuit in terra Aegypti ex eo tempore, quo facta eſt in gentem. Pſal. 83. Venite & deleamus eos, ne ſint gens 2. Sam. 7. Et quæ eſt ſicut populus tuus, ſicut Iſrael gens aliqua in terra. Pſal. 105. Et ambulauerũt de gente in gentem. Prouerb. 14. Iuſtitia exaltat gentem. Sciendum autem q eadẽ ratione de Iudæorum gente dicitur, ſicut ex multis ſcripturæ locis cõſtat. ut Gen. 12. Faciam te in gentem magnam. Exod. 19. Vos eritis mihi gens ſancta. Deuter. 4. Gens magnifica illa. cap. 32. Quoniam gens ſunt, à qua ablata ſunt cõſilia. Ioſue 3. Donec conſummaſſet tota gẽs trãſire Iordanẽ. cap. 10. Donec uindicaretur gẽs de hoſtibus ſuis. Ieſaiæ 1. Væ genti peccatrici. & cap. 58. Sicut gens, quia iuſtitiam fecit. atq; ex alijs locis ſcripturæ. Et pluraliter גּוֹיִם. Gen. 17. Duæ gentes ſunt in utero tuo, & duo populi ex uiſceribus tuis ſeiungentur, &c. Atq; quando abſolutè ponitur, tum de gentibus dicitur, quæ non habebant eandem cum populo Iudaico religionẽ & cultũ. Gen. 17. Et eris in patrem multitudinis gẽtium. Et mox iterum: In patrem multitudinis gentium conſtitui te. Pſal. 2. Dabo gentes hæreditatem tuam. Et in ſtatu regiminis גּוֹיֵי Gen. 22. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. 2. Paral. 32. Sicut dij gentium terrę. quanquam legatur quoq; ſimplici iod גּוֹיֵ Iere. 44. Et in opprobriũ in omnibus gentibus terræ, &c. Ex iſtis igitur iam citatis locis perſpicuũ eſt, q hæc appellatio nõ ſolum gentibus, uerumetiam Iudæis competat, niſi q poſtea Iudæi recentiores omnes populos, qui aliã q Iudaicã ſectarentur religionẽ & cultũ, uocarunt גּוֹיִם non aliter atq; Chriſtiani etiam reliquos omnes populos, extra & pręter Iudaiſmum quos ſuo nomine uocant & Chriſtianiſmum, uocarint gẽtes ſeu gentiles, cùm tamẽ perinde nos Chriſtiani gentes ſimus atq; alij infideles & Ethnici. Quare refutandi ſunt Iudęi, qui alias omnes gentes, quæ non ſunt circumciſæ per contemptũ hoc nomine appellant. Et multo magis noſtrates Iudęi hodie ineptiunt, qui nedum nos Chriſtianos גּוֹיִם gentes, uerumetiam ſingulos uiros גּוֹי uocant, qui non ſunt ex ſemine Abrahæ, quaſi unus uir gens ſit, & gentem aliquam conſtituat.

216

גִּיל Seu potius גִּיל generali ſignificatione congruit cum uerbis גלל צהל עלז & שׂגל niſi q ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe differant, notat aũt tripudium ſeu exultationem, ſeu uolutationem, quando quis aperit, & releuat gaudium cordis externis geſtibus, ideo geſtũ gaudij magis ſonat, q̃ internũ cordis gaudiũ, ut ſi quis ſaltat, gyros facit, & uolutat ſeſe circuitionibus & circumrotationibus. & quantum ad uocem attinet, Græcum ἀγαλλιάω non multũ ab Hebræo diſſonat, quo uſus eſt Lucas cap. 1. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Itẽ ibidẽ Et exultauit præ gaudio infans in utero meo. Nos igitur uerbo Exultandi reddemus, ſiquidem aliud nõ habemus, quo cõmodius ipſius ſignificatio exprimi poſſit. Ieſaiæ 65. Et exultabo in Ieruſalem. Pſal. 2. Et exultate cum tremore. Ioelis 2. Et filij Zion exultate. Zach. 9. Exulta uehemẽter filia Zion. Prou. 23. Exultãdo exul

tabit

tabit pater iuſti.ubi prius uerbum eſt, Infinitiuus primæ coniugationis, & poſterius tertia perſona futuri tertiæ coniugationis.

In ſecunda coniugatione legitur participium præteriti temporis, quod ad corpus refertur מְגוֹלָלָה Ieſaiæ 9. Et ueſtimentum uolutatum in ſanguinibus. Sed de iſto etiam in radice גָּלַל.

In tertia coniugatione גִּיל exultauit, tripudiauit. Habakuk 3. Exultabo in deo ſalutis meæ. Zophon. 3. Exultabit ſuper te cum ouatione. Pſal. 14. Cum reduxerit Iehoua captiuitatẽ populi ſui exultabit Iacob. Pſalm. 16. Et exultabit gloria mea. Ieſa. 41. Et tu exultabis in Iehoua. Inſuper rebus inanimatis quoq; tribuitur figu ratè. 1. Paralip. 16. Lætabuntur cœli, & exultabit terra. Pſal. 51. Et exultabunt oſſa, quæ contriuiſti. Ieſaiæ 35. Et exultabit campus.

In quarta coniugatione הִתְגּוֹלֵל & ex eo legitur participium מִתְגּוֹלֵל. 1. Sam. 20. Et uolutabat ſe in ſanguine, ſed de hoc in radice גָּלַל.

INDE NOMINA:

גִּיל Forma maſculina, apertio ſeu reuelatio gaudij externo aliquo geſtu corporis, exultatio. Iob 3. Qui lętanť ad exultationẽ. Pſal. 65. Et exultatione colles accingenť. Ieſaiæ 15. Et auferetur lætitia & exultatio. Et cũ affixo. Pſal. 43. Ad deum lætitiæ exultationis meæ. Et in genere fœminino גִּילָה. Ieſaiæ 65. Ecce ego creo Ieruſalem, exultationem. Et legitur etiam גִּילַת in ſtatu abſoluto, & apparet eſſe compoſitum ex infinitiuo & nomine, ſicut cum Infinitiuo quoq; cõſtruitur. Ieſaiæ 35. Et exultabit etiam exultatione & ouare, id eſt ouatione.

217 גוע Arbitror non leui coniectura uerbum eſſe compoſitum ex גֵּו & יְצָא hoc eſt, participare cum utroq;, ac propriè ſignificare laborẽ illum in extremis, quãdo homo laborãdo deficiens ſpiritum trahit & efflat, & ut Latini uocãt animam agit & expirat. Et tametſi mediam habeat literam uau, eam tamen inter cõiugandum non abijcit, ſed ſupra dicta de cauſa more perfectorũ retinet. Num. 21. Et uiderũt totus cœtus quod expiraſſet Aharon. Ioſue 22. Et uir ille ſolus nõ expirauit in iniquitate ſua. Gen. 6. Et expirauit om̃is caro. ca. 25. Et expirauit & mortuus eſt Abrahã Num. 17. Ecce expirauimus, ablati ſumus. Et iterũ: Nunquid conſummabuntur ad expirationem uſq;. Iob 13. Vt non obmuteſcam & expirem. Pſal. 104. Cum aufers ſpiritũ eorum, expirant. Zach. 13 Duæ partes in ea expirabunt.

Participium præſens גֹּוֵעַ Pſalm. 88. Oppreſſus ſum ego, & expiro inde ab adoleſcentia. uerbũ hoc Græci reddiderunt ἐκπνέω. Sic legitur Lucæ 23. Et cum hæc dixiſſet, expirauit. Act. 5. Audiens autẽ Ananias uerba hæc, collapſus expirauit. Et paulo poſt iterum: Concidit ad pedes eius, & expirauit. quanquã Græcũ Hebræi ſignificationem non omnino exprimat, ſicut diximus.

218 גוף Legitur tantum ſemel in tertia coniugatione יָגִיפוּ & ſignificat circumquaque claudere ſeu obſtruere. Nehe. 7. Claudent oſtia. In hac ſignificatione quoq; ꝑ uerbo סְגַר Thargum reddidit. 2. Reg. 4. Et claudes oſtium.

INDE NOMINA:

גּוּפָה Corpus, quod eſt circũquaq; clauſum. Et in ſtatu regiminis גּוּפַת 1. Paral. 10. Et tulerunt corpus Saulis. Et pluraliter גּוּפֹת. Ibidem: Et corpora filiorum eius.

גֻּפּוֹ Et cum affixo fortificat literam punctulo dagges. Exod. 21. Si cũ corpore ſuo uenit, cum corpore ſuo egredietur. Cognationem habet cum nomine גַּו.

219 גור Licet hoc uerbum magnam habeat cum uerbo Germanico cognationẽ, atq; etiam phraſi, qua ipſi dicunt ziehen/etwa hin ziehen/tamẽ omnes huius uerbi modos ſignificandi non exprimit, neq; aſſequitur, quos ex cõſtructione uarios habet, ſicut uidebimus. cõgruit quoq; cũ uerbis גָּרַר & אָגַר יָגֹר מְגוֹר גֵּרוּת, niſi quòd ut forma, ita quoq; modo ſignificandi inter ſe differant. Sic quoq; in aliquot modis congruit cum uerbo Latino traho. Primo, quando conſtruitur cum aduerbio שָׁם tum ſignificat ad locum, aut gentem aliquã aliam extra patriam ſuam peregrinari, ſe resq; ſuas uel curru uel alio uehiculo trahere. Geneſ. 12. Et deſcẽdit Abram in Aegyptum ad peregrinandum ibi. Deut. 26. Et peregrinatus eſt ibi cũ

paucis hominibus.Ieſaiæ 52.In Aegyptum deſcendit populus meus à principio, ut peregrinaretur ibi. Secundo cum beth præpoſitione in.Gen.20. Et peregrinatus eſt in Gerar.2.Reg. 28.Surge & uade, & trahe ubicunq; trahere poteris, & traxit in terra Philiſtim ſeptem annis,id eſt,Et peregrinare ubicũq; peregrinari potueris,& peregrinata eſt in terra Philiſtim ſeptem annis.Iere.49.Nõ habitabit ibi uir,neq; peregrinabitur in ea filius hominis.Pſal.15.Quis peregrinabitur in tentorio tuo. Pſal. 61.Peregrinabor in tentorio tuo per multa ſecula. Tertio,cum עִם, id eſt,cum,apud.Gen.32.Apud Laban peregrinatus ſum.Ieſaiæ 11. Et peregrinabitur lupus apud agnum. Quarto,cum אֵת præpoſitione,cum, apud. Exo. 12.Si peregrinabitur apud te peregrinus.Leuit.19.Et ſi peregrinatur apud te peregrinus in terra ueſtra. Quinto,quando ſine aliqua præpoſitione loco aut rei aliæ iungitur, tũ idem ſignificat qđ uerſari,conuerſari, cõmorari. Iudic. 5.Et Dan quare conuerſabitur nauibus.Pſal.120.Heu mihi quia cõuerſor Meſech. Ieſa. 33. Quis conuerſabitur ex nobis igni deuoranti. Sexto,cum affixo.Pſal.5.Non cõtrahet te malum.Prouerb.21.Vaſtatio improborum contrahet eos,id eſt in anguſtiam contrahet. Septimo, cum עַל, id eſt contra, tum ſicut שׁוּ hoſtilem ſeu militarem habet ſignificationem:nam ſignificat cõtrahere,ſcilicet currus,hoc eſt expedire currus ad bellum contra aliquem,in krieg ziehen.Pſalm.56.Contra me omnes cogitationes ipſum ad malum contrahunt, obſeruant ziehen zuſamen. Pſal.59.Contrahunt contra me robuſti,ſcilicet copias.Ieſ.54.Ecce quicunq; contrahendo contrahunt abſq; me & contrahit cõtra,cadet. Item ſine עַל explicata actiuè.Pſal.140.Qui cogitant mala in corde,tota die cõtrahũt bellum. Habakuk 1.Vniuerſa homo tollit,cõtrahet illud in rete ſuũ. Octauo,quando conſtruitũ cum præpoſitione mem ſimplici,uel מִפְּנֵי compoſita, tum non ſignificat trahere ad,uel contra,ſeu apud hominem, ſed contrario modo retrahi ab aliquo, auerſari alicuius rei præſentiã ſeu conuerſationẽ,expaueſcere ad perſonę uel rei cõſpectum & præſentiam.Et in hoc ſignificandi modo nihil differt à forma יָגֹר Exempla cum ſimplici mem.Deut.18.Si ex temeritate loquutus eſt propheta ille,nõ expaueſcas ab illo.Iob 41.Ab eleuatione eius expaueſcunt fortes.Pſal.22. Et expaueſcite ab eo omne ſemen Iſrael. Exempla cum מִפְּנֵי Numeri 22.Et expaueſcebat Moab à conſpectu populi ualde.Deut.1.Nõ expaueſcaris à conſpectu cuiuſquã.1.Sam.18.Videns Saul q; Dauid prudẽter ageret ualde,ſtatim expauit à facie eius.Iob 19.Expaueſcite à facie gladij.Iere.22.Tradam te in manum,à quorũ conſpectu tu expaueſcis.Scribitur tamen aliquãdo ſine præpoſitione explicita. Deuter.32.Niſi à furore inimici expaueſcerẽ.Pſal.119.Aufer opprobriũ,à quo expaueſco.Oſeæ 10.De uitulis domus Auen expaueſcunt habitatores Samariæ.

Participium præſens גָּר. Leuit.19.Peregrinus,qui peregrinatur apud uos. Iud. 19.Et fuit uir quidam Leuita,qui peregrinabatur ad latera montis Ephraim. Et pluraliter גָּרִים Leuitic.25.Et mercenario tuo,& inquilino tuo,qui peregrinantur apud te.2.Sam.4.Et fuerũt peregrinantes ibi,uſq; in hanc diem.Ezech.47.Et peregrini,qui peregrinantur in medio ueſtri. In ſtatu regiminis גָּרֵי Iob 19. Peregrini domus meæ, & ancillæ meæ reputauerunt me pro extraneo. In genere fœminino ſtatus regiminis גָּרַת hoſpita,apud quam quis peregrinatur.Exod.3.Si poſtulabit mulier à uicina ſua, & ab hoſpita domus eius. pro quo poſtea cap.11. uertit רְעוּת ſocia.

In ſecunda coniugatione legitur tantum participium paſſiuũ מְגֹרָרוֹת. 1.Reg. 7.Omnes iſtæ erant ex lapidibus pretioſis magnæ quantitatis,politis, tractis ſerra intrinſecus & extrinſecus.

In quarta coniugatione יִתְגּוֹרָרוּ Oſeæ 7.Non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed ululauerũt ſuper cubilibus ſuis,propter frumentũ & muſtũ cõtraxerũt ſe, &c.

Participium מִתְגּוֹרֵר 1.Reg.17. Num etiam uiduam iſtam apud quam peregrinor,affligis,occidendo filium ipſius.Iere.30.Sicut turbo contracta ſuper caput improborum reſederit.

INDE NOMINA:

גֵּר Alienígena, peregrinus, aduena, qui uel aliunde profectus in loco, & terra aliena habitat. Exo. 2. Peregrinus fui in terra aliena. Iere. 14. Quare eris uelut peregrinus in terra aliena. Pſalm. 39. Quoniā peregrinus ego ſum apud te & inquilinus, ſicut omnes patres mei. Et adiectiuè Gen. 15. Quoniam peregrinum erit ſemen tuum, in terra non ſua: 2. Sam. 1. Filius uiri peregrini Amalechitæ ego, id eſt qui non de gente, ſed adoptione Iudæus, in legis Moſaicæ fœdera receptus, Græcè προσήλυτος. Leuit. 17. Indigena & peregrinus. In ſtatu affixorum ſeruat zere. Deut. 1. Atque inter peregrinum eius. cap. 5. Et peregrinus tuus, qui eſt intra portas tuas. Et pluraliter גֵּרִים Exo. 22. Qui peregrini fuiſtis in terra Aegypti.

הָגָר Nomen mulieris, ancilla Abrahæ, quam ipſe poſtea iuſſu Saræ in uxorem duxit, & ex ea ſuſcepit Iſmaelem. Gen. 16. Dicta eſt autem, quaſi peregrina nō domina, ſed ſerua & Aegyptia. A qua poſtea populi הַגְרִים quorū mentionem facit Pſalm. 83. Tentoria Edom, & Iſmaelitarum, & Moabitarum, & Agarenorum.

מְגוּרֵי Peregrinationes. Legitur tantum in ſtatu regiminis & affixorum. Geneſ. 37. Et habitauit Iacob in terra peregrinationum patris ſui. Geneſ. 36. Et non potuit terra peregrinationum ipſorum ferre eos. Et loco ſchurek cū kybutz. Gen. 17. Dabo tibi & ſemini tuo poſt te terram peregrinationum tuarum.

גּוּר Catulus, ſcilicet leonis, qui adhuc contrahitur in cauea, nec dū ad predā excurrit. Gen. 49. Catulus leonis Iehuda. Et pluraliter in forma maſculina ſtatus regiminis גּוּרֵי Iere. 51. Excuſſi ſunt uelut catuli leonum. In ſtatu affixorum mutat holem in ſchurek. Ezech. 29. Quare mater tua uelut Leęna inter leones cubauit, in medio leunculorum educauit catulos ſuos. Item ſemel in forma fœminina גֹּרֹת Nahum. 2. Leo diripiens pro catulis ſuis.

גֹּרֶן Horreum, area in quam contrahūtur fruges. Et quia Orientales habuerūt horrea in areis, uſurpatur ſæpe unum pro altero. Num. 18. Sicut frumētum de area. Mich. 4. Congregauit eos uelut manipulos ad aream, ubi litera he notat motū ad locū. In ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz. Iob 29. Ad aream tuam congregabit. Et pluraliter in ſtatu abſoluto גֳּרָנוֹת 2. Samuel. 23. Et rapiebant areas. Ioelis 2. Et impletæ ſunt areæ frumento. Et in ſtatu regiminis גָּרְנוֹת Oſeæ 9. Super omnes areas frumenti.

מָגוֹר Contractio, collectio. Pſalm. 31. Quoniam audiui rumorem multorum, contractionem undiq; conſultantium contra me.

גֵּיר Vide ſuo in loco.

מָגוֹר Habitatio, diuerſorium, ubi contrahuntur homines. Et in ſtatu affixorum mutat cametz in ſeua. Pſalm. 55. Quia ſunt mala in habitatione eorum. Et pluraliter מְגוּרֵי & licet formam habeat ſtatus regiminis, tamen ponitur abſolutè. Ezech. 21. Attractiones ad gladium erūt populus meus, id eſt populus meus trahetur ad gladium magna multitudine. Et cū affixis. Pſal. 119. In domo attractionum mearum. Iob. 18. Neq; aliquis ſuperſtes in habitationibus eius.

גֵּרוּת Habitatio. Ierem. 41. Et abeuntes habitauerunt in habitatione Chimham, quæ eſt iuxta Bethlehem.

מְגוּרָה Horreum, receptaculum, repoſitorium, in quod contrahuntur fruges. Haggei. 2. Dum adhuc ſemen eſt in horreo.

מַמְּגֻרוֹת Horrea. Ioelis 1. Euerſa ſunt horrea.

מָגוֹר Pauor, quia, definitore Cicerone, timor eſt loco mouens mentem. Ieſaiæ 31. Et petra eius præ pauore tranſibit. Ierem. 6. Gladius inimici pauor undiq;. cap. 20. Ecce ego dabo te in pauorem. Et pluraliter מְגוּרִים. Threno. 2. Vocaſti tanquam ad diem ſolennem pauores meos undiq;, id eſt, qui mihi erant pauori. Et in genere fœminino ſtatus regiminis מְגוֹרַת. Prou. 10. Pauor improbi ipſe eueniet ei. Et plu-
220 raliter מְגוּרוֹת. Pſalm. 34. Et ex omnibus pauoribus meis eripuit me. Ieſ. 66. Et pauores eorum adducam eis.

# גָּרַר

Congruit ſignificatione cum uerbo גּוּר, niſi q; ut forma, ita modo ſignificandi

inter ſe parum uarient. Et ſicut pronunciatione, ita etiam ſignificatione congruit cum uerbo שָׁמַט & ſignificat uellere, euellere, conuellere, deglubere. Iere. 7. Euelle cæſariem tuam. Mich. 1. Defalca, & euelle te. Deut. 15. Non euelles primogenitum gregis tui. Gen. 31. Et Laban ibat ad uellendum gregem ſuū. 1. Sam. 25. Cū uelleret gregem ſuum.

Participium præſens גֹּזֵז 1. Sam. 25. Et audiuit Dauid ꝙ uelleret Nabal gregē ſuum. Et pluraliter גֹּזְזִים 1. Sam. 25. Audiui ꝙ uulſores ſint tibi. 2. Sam. 13. Et erāt uulſores Abſolom. In ſtatu regiminis גֹּזְזֵי Gen. 38. Et deſcendit ad uulſores gregis ſui. In ſtatu affixorum. 1. Sam. 25. Et mactationem meam, quam mactaui uulſoribus meis. Ieſaiæ 53. Sicut ouis coram uulſoribus ſuis.

In uoce paſſiua נָגֹזּוּ Nahum 1. Et ſic euellentur & tranſibunt.

INDE NOMINA:

גֵּז Forma maſculini generis uellus, à uellendo nomē habens, eo ꝙ ante tōſuræ uſum lanam ueteres uellerēt. Deut. 18. Et primitias uelleris gregis tui dabis mihi. Iob 31. Et uellere ouiū mearū calefecit ſe. Pſal. 72. Deſcēdet ſicut pluuia ſuper uellus. & alludit ad miraculū Giddeoni exhibitum Iudic. 6. Quanquā aliqui alij uelint dictū de pluuia cadente ſuper pratū deſectū. Et pluraliter in ſtatu regiminis גִּזֵּי auulſiones, ſcilicet pratorum. Amos 7. Et ecce ſeges poſt auulſiones regis. prima enim ſecatio graminis luxuriantis cedebat regi ꝓ alēdis pecoribus ſuis. Et in genere fœminino גִּזָּה Iud. 6. Si ros erit ſuper uellere dūtaxat. Et mox iterū: Et expreſſit rorē ex uellere. Et in ſtatu regiminis גִּזַּת Iud. 6. Ecce ego pono uellus lanæ in arca.

גָּזִית Auulſio, qualis antiquitus lapidum fuit, & iam exoleuit. Vidi ego in Saxonia aliquot locis eiuſmodi lapidibus, ſeu potius magnis ſilicibus ex agris hinc inde collectis ædificia ſacra, turres & circū cœmeteria muros extructos, ac quomodo aut qua arte tam duri ſilices auulſi, ſeu, ut ita dicam, ferruminati ſint, iā ignoratur, ſed facilē fuiſſe artē ſecandi, res ipſa oſtendit, & ꝙ tam uulgares fuerint, quā tamē nemo iā præſtare poteſt. Exod. 20. Non ædificabis eas de uulſo, quia ſi gladium tuū mouiſti ſuper ipſum, tunc prophanaſti eū. 1. Reg. 5. Lapides magnos, lapides pretioſos, lapides auulſionis. 1. Reg. 6. Et ædificauit atriū anterius tribus ordinibus auulſionis. 1. Paral. 22. Ad ſcindendū lapides auulſionis. Thren. 3. Sepiuit uias meas cum auulſione. Amos 5. Domos auulſionis ædificaſti.

גָּזָם Vermis cuiuſdam genus, qui herbas hortēſes, arborū frōdes, floresꝗ morſu uellit: hunc Hieronymus erucā uertit Ioel. 1. Reſiduū erucæ abſumet locuſta. Amos 4. Multiplices hortos ueſtros & uineas ueſtras, & oleas ueſtras, abſumebat eru-

221 ca. Deducitur autem ab iſto themate, ſicut à uerbo הָלַל formatur nomen הֲלֹם.

גָּזַל Vi rapuit, diripuit. Iob 20. Domū rapuit, quam nō ædificauit eā. Ezech. 18. Cū rapuit rapinā à fratre. Leuit. 6. Et reſtituet rapinā quam rapuit. Gen. 21. Propter puteū aquarū, quem rapuerūt ſerui Abimelech. & cap. 31. Ne quādo raperes filias tuas à me. Leuit. 19. Nō iniuria afficias ſodalē tuū, neꝗ diripias. 2. Sam. 23. Et rapuit lanceā è manu Aegyptij. Iob 24. Rapiūt ab ubere pupillū. Et iterū: In aquoſa & torrida rapiūt aquas niuis. Pſal. 69. Quæ nō rapui, tūc rependebam. Prou. 22. Non diripias exhauſtum, ꝙ exhauſtus ſit. Ieſ. 10. Ad rapiendū iudicium oppreſſis populi. Mich. 2. Quos cupierunt agros ſtatim rapiunt.

Participium præſens גֹּזֵל. Prou. 28. Diripiens patrem & matrē ſuam. In ſtatu affixorum. Pſal. 31. Et oppreſſum & egenū à direptore ſuo. Et pluraliter גֹּזְלֵי Micheæ 3. Diripientes cum ipſorum à deſuper illis.

Participium præteritum גָּזוּל Deut. 28. Et eris tantū iniuriatus & direptus, id eſt rapinæ obnoxius. Et iterū: Et aſinus tuus raptus à conſpectu tuo. Iere. 21. Et eripite raptum de manu iniurij.

In uoce paſſiua נִגְזַל Prouerb. 4. Et rapietur ſomnus eorum.

INDE NOMINA:

גֵּזֶל Rapina. Ezech. 18. Cū rapuit rapinā à fratre. Eccl. 5. Si iniuriā paupis, & rapinā iudicij & iuſtitiæ uideris in ꝓuincia. ꝙꝙ aliq codices habeāt quinꝗ pūctis ſcriptū.

גזל

גָּזֵל Rapina,forma maſculea.Leuit.6.Aut in rapina. Pſal. 62. Ne confidatis in iniuria, necꝫ in rapina.Ieſaiæ 61.Amans iudicij, & odiens rapinam in holocauſtũ. Ezech. 22.Et rapient rapinã. Et in forma fœminina גְּזֵלָה Leuit. 6. Et reſtituit rapinã,quã rapuit.Ezech.18.Rapinam non rapuit. Item cap.33. Et pignus reſtituerit improbus,rapinam retribuerit. In ſtatu regiminis גְּזֵלַת. Ieſaiæ 3.Eſtꝙ rapina oppreſſi in domibus ueſtris. Et pluraliter גְּזֵלוֹת Ezech.18.Rapinas rapuit.

גּוֹזָל Pullus,ſcilicet columbæ,uel aquilæ,à rapina,actiuè uel paſſiuè. Gen. 15. Arietem triennem,& turturem & pullum. Et pluraliter גּוֹזָלִים Deut.32. Sicut aquila excitat nidum ſuum ſuper pullis ſuis uolitans.

מַזְלֵג Fuſcina,qua aliquid capitur ſeu diripitur. 1.Samu.2.Et erat fuſcina trium dentium in manu ſua. Et mox iterum: Et quicquid extrahebat fuſcina,accipiebat ſacerdos cum ea. Et pluraliter מִזְלָגוֹת Exod.38.Et fecit uaſa altaris,ollas,palas,pelues,fuſcinas.Exod.7.Et fuſcinas eius.

222

גֶּזַע Stipes,caudex,truncus,pars diſſectę arboris inferior,quæ ſupra terram eminet & proſtat, ac cui radices adhærent infernè, ſicut rectè Aquila, Symmachus & Theodotion κορμὸν uerterunt.nam ut ex illis ſcripturæ locis liquet, atꝗ R. Dauid Kimhi dextrè ſentit, proprie ſignificat eam radicis partem, non quæ terræ infixa eſt,ſed ſupra terram eminet,ſicut econtra שֹׁרֶשׁ proprie ea pars arboris ſeu herbæ dicitur,quę ſub terra eſt,& Latini radicem uocant.Ieſ.11.Et egredietur uirgula de trunco Iſai.cap. 40. Qui iudices eorum ſicut inane facit, perinde equidem ac ſi non eſſent plantati,necꝫ ſati,necꝫ radicatus eſſet in terra truncus eorum.Iob 14.Si ſenuerit in terra radix eius,& in puluere mortuus fuerit truncus eius.Ex quo loco claret diſcrimen inter גֶּזַע & שֹׁרֶשׁ, ſicut inter עָפָר & אֶרֶץ, id eſt,inferiorem & ſuperiorem partem terræ.

223

גָּזַר Decidit,ſuccidit,diſſecuit,tam ſignificatione quàm modo ſignificandi cõgruit cum uerbo גָּזַע niſi quòd illud uſus ſit aliquantulum latioris. Et quando poſt ſe regit accuſatiuum tum eſt tranſitiuum.1. Reg. 3. Diſcidite infantẽ uiuũ.2. Reg. 6.Et deciderunt ligna. Ieſaiæ 9. Et decidit ad dextram & eſurijt.Iob ad ſermonem tranſtulit,ut eſt in Chaldęa lingua uſitatum cap.22.Et decidas ſermonem,& ſtabilietur. At quando ponitur abſolutè extra regimen,tum eſt neutrum.Habakuk 3. Et decidit ſe à caula grex,& non bos in ſtabulis.

Participium præſens גֹּזֵר Pſal.88.Diſcidenti mare iuncoſum in diſciſſiones.

In uoce paſſiua נִגְזַר 2.Paral.26.Quoniam deciſus eſt à domo Iehoua.Ieſaiæ 53. Quia deciſus eſt è terra uiuorum.Pſal.88.Et ipſi de manu tua deciſi ſunt. Threnor. 4.Operuerunt aquæ ſuper caput meum, dixi deciſus ſum.Ezech.35.Deciſi ſumus nobiſipſis.Eſther 6.Et quòd deciſum eſſet ſuper eam,id eſt,determinatum.

Participium גְּזָרִים Gen.15.Et flamma ignis quæ tranſibat deciſa illa.

INDE NOMINA:

גָּזִיר Nomen maſculini generis,deciſio. Thren. 3. Sepiuit uias meas deciſione,id eſt,lapide ſecto. Et in genere fœminino גְּזֵרָה. Leuit. 16. Ad terram deciſionis,id eſt, quæ ab alijs erat determinata.

גִּזְרָה Deciſio,pars deciſa à reliquo ædificio.Ezech.41.Et ædificium quod erat ante deciſionem. Et cum affixo גִּזְרָתָם Thren.4.Saphirus deciſio eorũ,id eſt,ordo eorum diſtinctus ab alijs inſtar Saphiri lapidis.

גְּזָרִים Deciſa,diſciſſa.Pſal.88.Decidenti mare iuncoſum in deciſa,id eſt,partes.

מַגְזֵרוֹת Nomen pluralis numeri,ſecures,quibus ligna deciduntur.2. Sam. 12. Et poſuiꝫ in ſerras & in raſtra ferri,& in ſecures ferri.

גָּחוֹן Venter.uide in themate ſuo גָּחָה.

224

גַּחֶל Legitˀ tantũ pluraliter,& ſignificat carbones ſiue extinctos, ſiue ignitos. Pſ. 18. Carbones ſuccẽſi ſunt ab eo,i.fulgetra.Iob 41. Anhelitus eius carbones inflammabit.Pſ.140.Cadẽt ſuper eos carbones.Prou.7.Nũ ambulabit uir ſuper carbonibus.& cap.15. Et carbones tu fouebis ſuper capite eius,i. cognoſcet inde furorẽ

ſuum, & reſipiſcet, agnoſcet quanto æſtu te afflixerit. cap.26. Carbo ad carbones, & ligna ad ignem. In ſtatu regiminis גַּחֲלֵי Leuit. 16. Et accipiet plenum turibulum carbonum ignis. Et in ſtatu affixorũ accipit priora duo puncta ſtatus abſoluti. 2. Sam. 22. Et coxi ſuper carbonib. eius panẽ. Ezec. 24. Super carbones eius.

גַּחֶלֶת Pruna. Ieſaiæ 47. Non eſt pruna ad calefaciendum. Et cum affixo. 2. Sam. 14. Et extinguent prunam meam, id eſt, ſcintillam.

225 גיא Locus profundior, uallis. uidetur nomẽ eſſe deductum à uerbo גָּאָה & ab eo habere ſignificationem contrariã. Ieſaię 40. Omnis uallis exaltabitur. Zachar. 14. Vallis magna ualde. Pſal. 60. Et percuſſit Edom in ualle ſalis. Neh. 11. Et reſederũt à Berſeba uſq; ad uallem Hinnom. Ierc. 7. Et ædificauerunt excelſa Thopheth, quę ſunt in ualle filij Hinnom, ad comburendum filios ſuos, & filias ſuas igni, quod nõ mandaui, neq; aſcendit ſuper cor meum. Et mox iterum: Ecce dies ueniunt, ait Iehoua, & non dicetur amplius Thopheth, & uallis filij Hinnom, ſed uallis occiſionis, ſepelietur enim in Thopheth, quòd alius nõ ſit locus. Hinc ego exiſtimo tempore Chriſti locum & cruciatum damnatorum hoc nomine eſſe dictũ, ut ex Matthæi cap. 5. & 16. & alijs locis liquet. Legitur tamen interdum ſcriptum גֵּי ſine aleph. Ezech. 39. Vallem tranſeuntem. Ioſue 15. Aſcendit hic terminus per uallem filij Hinnom iuxta latus Iebuſæi, hoc eſt Ieruſalẽ, qui eſt è regione uallis Hinnom ad occidentem, quiq; eſt in extremitate uallis Rephaim uerſus Aquilõnẽ. 2. Reg. 23. Et cõtaminauit Thopheth, quod eſt in ualle filij Hinnom, ne quis combureret filium ſuum aut filiam ſuam in igne ipſi Molech.

גֵּיא In alia forma, uallis. Deut. 3. Et reuerſi ſumus in uallem. Num. 21. Et ab Excelſis uallis. Et interdum legitur abiecto aleph גֵּי Deut. 34. Et ſepeliuit eum in ualle. Ioſ. 8. Et uallis erat inter ipſos. Mich. 1. Faciam decurrere in uallem lapides eius.

גַּיְא In alia forma, uallis. 1. Sam. 17. Philiſtæi ſtabant ſuper monte illac. & Iſrael ſtabat ſuper monte hac, & uallis erat inter ipſos. Et pluraliter גֵּאָיוֹת 2. Reg. 2. In unam uallium. Itẽ in alia forma גֵּאָיוֹת Ezech. 31. Et in omnibus uallibus eeciderũt. Item in alia גְּאָיוֹת Ezec. 6. In uallibus. Et in ſtatu affixi גֵּאוֹתֶיךָ Ezech. 35. Et ualles tuas.

226 גיד Neruus. Gen. 32. Propterea non comedunt filij Iſrael neruum oppreſſionis, qui eſt ſuper cõcauitate fœmoris. Ieſaiæ 48. Et neruus ferri ceruix tua. Et pluraliter גִּידִים Iob 10. Oſſibus & neruis cõtexuiſti me. Ezech. 37. Et dabo ſuper uos neruos, & inducam ſuper uos carnem. Et in ſtatu regiminis גִּידֵי Iob 40. Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt.

227 גיר Eadem ratione, qua מַצָּה dicitur, quia educta eſt ex uiliore materia, ita גִּיר materia melior ex tunſis in puluerem lapidibus extracta, ex qua uel cæmẽtum ſeu calx ſeu gypſus paratur ad incruſtandũ & lęuigandũ parietes, ſeu pauimẽta ędificiorum, unde uel calcem, uel cæmentum, uel gypſum uertete licebit. congruit ſignificatione אגר גור גרה יגר מגר & גגר. habet enim appellationem ſuam ab extractione. Ioſue 27. Et hic eſt omnis fructus ablationis delicti ſui, ſi ille ponat omnes lapides altaris, ſicut lapides calcis contritos. Dan. 5. Et ſcripſerũt è regione candelabri ſuper גִּירָא calce parietis palatij regis.

228 גלל Voluit, uolutauit. Et congruit ſignificatione cum uerbis גאל גלה גול & שגל niſi q ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differãt. Gen. 29. Et uoluent lapidem ab ore putei. Ioſ. 5. Hodie deuolui opprobriũ Ægypti à uobis, & uocauit nomen loci illius גִּלְגָּל Gilgal. Pſalm. 22. Deuolue ad Iehoua, eripiet eum. Pſal. 37. Volue ad Iehoua uias tuas. Ioſue 10. Voluite lapides magnos ad os ſpeluncæ. 1. Samuelis 14. Voluite ad me lapidem magnum.

Participium præſens גֹּלֵל Prou. 26. Et qui uoluit lapidem ad eum, reuertetur.

In uoce paſſiua נָגֹל Ieſ. 34. Et uoluentur ſicut liber cœli. ex iſto Ieſaię loco etiã Ioãnes ſumpſit, quod ſcribit Apoc. cap. 6. Et cœlum ſicut liber, qui uoluitur receſſit. Amos 5. Voluetur ſicut aqua iudicium, & iuſtitia ut torrens uehemens, id eſt, ſicut aquarum moles & fluctus.

In ſecunda coniugatione legitur participiũ præteritũ fœminini generis מְגוֹלָלָה Ieſ.

Ieſa.9.Et ueſtimentũ uolutatum in ſanguinibus. De hoc etiam in forma גלל.

In tertia cõiugatiõe גלל Gen.29.Et acceſſit Iacob,& uoluit lapidẽ ab ore putei.

In quarta cõiugatione התגולל Gen.43.Nos introducti ſumus ad uoluẽdum ſuper nos,id eſt,cauſa uoluatur ſuper nos,& contaminemur aliqua infamia.

Participium præſens מתגולל 2.Sam.20.Et Amaſa uolutabatur ſeu uolutabat ſe in ſanguine.uide etiam in forma גלל.

גלגל Verbum duplicatum ſecundæ coniugationis,uoluit.Ier.51. Et deuoluã te à ſaxis.

In quarta coniugatione התגלגל Iob 30.Tanquam eruptio lata ueniebat,cum impetu uolutauerunt ſe,ſeu uolutati ſunt.

INDE NOMINA:

גלל Stercus à rotunditate: rotatur enim egerendo, uel à uolubilitate ſeu uolutatione, qua homo uolutatus contaminatur.1.Reg.14.Et tollam poſteriora domus Ieroboam,ſicut tollitur ſtercus,uſq; ad conſummationem eius. In ſtatu affixi habet ſægol loco prioris cametz,alterum mutat in ſeua.Iob 20.Sicut ſtercus eius omnino auferetur. Et pluraliter גללים Zoph.1.Et effundetur ſanguis eorũ ut puluis,& corpus eorũ ut ſtercora. In ſtatu regiminis גללי Ezech.4.Et ipſam cum ſtercoribus,excremẽto ſcilicet hominis uſtulabis ea. Et mox iterũ: Ecce dedi cibum, fimum bouis pro ſtercoribus hominis.

גל Volutio aquarum,id eſt ſcaturigo.Iob 8.Iuxta ſcaturiginẽ radices eius intricãtur. Cant.4.Scaturigo obſerata,ſoror mea.quanquã multa exẽplaria habeant גן hortus obſeratus. Et pluraliter גלים Zach.10.Et percutiet in mari ꝓcellas. Dicunt̃ autem procellæ quia quaſi acerui in orbem uolutentur. Et in ſtatu regiminis ac affixorum גלי. Ieſa.48.Et iuſtitia tua ſicut procellæ maris.Ionæ 2.Omnes procellæ tuæ ſuper me tranſierunt.Iob 38.Hic ponit in elatia procellas tuas.Pſal.65.Qui compeſcuit ſuperbiam marium,elationem procellarum ipſorum.

גל Si nõ eſt Chaldæũ,tũ deſcẽdit ab hoc uerbo geminato,& ſignificare uidet̃ planetam à motu ſeu uolutatione.Dan.1.Prę cęteris adoleſcẽtibus planetę ueſtri,id eſt, ſub quo ſimul eſtis nati. Loquitur enim Chaldæus ut erat in aſtrologia inſtitutus.

מגל Falx à rotunditate.Iere.5.Et tenentem falcem in tempore meſſis.Ioelis 4.Mittite falcem,quia maturuit meſſis.

מגלה Volumen,charta plicatilis.Ier.36.Et leges in uolumine,quod ſcripſiſti.Et mox iterum:Et Ieremias accepit uolumen aliud.Ezech.3.Comede,comede, inquã, uolumen iſtud,& iuſſit comedere me uolumen iſtud. Et in ſtatu regiminis מגלת Ier.36.Accipe tibi uolumen libri. Pſal.40.In uolumine libri ſcriptum eſt de me. Hanc ſententiam pro ſuo propoſito referens autor Epiſtolæ ad Hebræos, ita reddidit cap.10.In capite libri ſcriptum eſt de me,&c.

אגלי Stillæ,à rotunditate.Iob 38.Quis genuit ſtillas roris.

גלה Scaturigo,fons:pro quo alij tranſtulerunt phialam ſeu lenticulam. Zachar.4. Vna ad dextrã fonticuli.Et iterum:Et ecce candelabrum aureum totũ,& fonticulus eius ſuper capite eius. Et in ſtatu regiminis גלת. Ezech.12.Et currat ſcaturigo auri,id eſt,uena. Et pluraliter גלות Ioſue 25.Dabis mihi quoq; ſcaturigines aquarum,deditq; illi ſcaturigines ſuperiores,& ſcaturigines inferiores.

גליל Circũterritoriũ,circũferẽtia,regio,à rotũditate ſeu ſphęricitate.1.Reg.9.Triginta ciuitates in circũiacente:pro quo alij,In terra Galilææ. In ſtatu regiminis גליל Ieſaiæ 9.Vltra Iordanem regio gentium,id eſt, Galilęa gentiũ.ſic quoq; à Matthæo citatur cap.4.Et cum he importante motum ad locum גלילה. Ezechiel.47.Aquę iſtæ quæ egrediuntur ad regionem anteriorem. Et pluraliter in forma fœminina גלילות Ioſue 13.Et omnes regiones Philiſtinorum.cap.22.Et uenerũt ad regiones Iordanis,qui in terra Canaan.Ioelis 4.Et quid mihi Tyre & Zidon, & omnes regiones Philiſtinæ. Et opinor Lucam uoluiſſe reddere hanc uocem & phraſin cap.4.ubi ſic ſcribit: Et diuulgabatur fama in omnem locũ undiq; finitimæ regionis.quanquam de illa loquatur,quæ circumiacet Capernaum.

גלילים Annuli,circuli,epiſtylia.1.Reg.6.Et duo latera ualuæ unius erant rotũda, ſeu epi-

ſtylia

ſtylſa. In ſtatu regiminis גְּלִילֵי Eſther 1. Et purpura ſuper annulis. Cantic. 5. Manus eius annuli auri, pleni lapide Tharſis.

גִּלּוּלִים Stercora, ſordes, uolutabra, uolutationes, quibus homo contaminatur. Et iſto nomine ſpiritus ſanctus idola gentium per contemptū uocat. 2. Reg. 17. Et coluerūt idola. 2. Reg. 23. Et imagines & idola. Ezechielis 18 Et ad idola leuauit oculos ſuos. cap. 22. Et fecit idola contra ſe ad polluendum. cap. 30. Et auferam idola, & ceſſare faciam אֱלִילִים deos à Noph. Et in ſtatu regiminis גִּלּוּלֵי. Ezech. 8. Et omnia idola domus Iſrael. cap. 20. Et cum idolis Ægypti ne polluamini. Leuit. 28. Et ponam cadauera ueſtra ſuper cadauera idolorum ueſtrorum.

גַּלְגַּל Rota, ſphera, rotunditas, concauitas, turbo, qui in circulum rotatur. Pſal. 77. Vox tonitrui tui in ſphæra, id eſt, horizonte cœli. Pſal. 83. Pone eos ut turbinem uelut ſtipulam in facie uenti. Ieſa. 17. Et ſicut turbo coram uento. Eccl. 12. Et cōculcatur rota apud puteū. Ezech. 10. Ingredere in mediū rotæ. Et iterū: Et ad rotā clamauit, O rota. cap. 23. Et uenient contra te cum rheda, curru & rota. ubi tria genera curruum commemorat. Legitur etiā ſemel in prima cum hirik גִּלְגַּל Ieſa. 28. Neq; ſtridebit rota plauſtri eius. Et pluraliter גַּלְגִּלִּים Ieſaiæ 5. Et rotæ eius quaſi tēpeſtas. Iere. 47. A ſonitu rotarum eius.

גִּלְגָּל Nomen loci, cuius fit mentio Ieſaiæ 5. Et appellauit nomē loci illius Gilgal. Oſeæ 12. In Gilgal boues ſacrificauerunt.

גֻּלְגֹּלֶת Cranium, caluaria, à rotunditate. cōmuniter aūt ſumitur pars pro toto capite, imò etiā aliquādo pro homine. 2. Reg. 9. Et nō inuenerūt de ea niſi craniū, & pedes, & uolas, & manus. Exo. 16. Gomer pro cranio numero animarū ueſtrarū. Num. 3. Accipies quinq;, quinq;, inquā, ſiclos pro cranio. In ſtatu affixorū mutat holem in pathah, & fortificat literā thau. Iud. 9. Et cōculcauit craniū eius. 1. Paral. 10. Et cranium eius fixerūt in templo Dagon. Et pluraliter גֻּלְגְּלֹות Leuit. 1. Omnes maſculos ſecundū crania ſua. Porrò à Craneis locus ille, in quo ſaluator noſter Ieſus Chriſtus crucifixus eſt, dictus eſt uulgari ſermone גֻּלְגָּלְתָּא Matth. 27. Et uenerunt in locum, qui dicitur Golgoltha, quod eſt Caluariæ locus, &c.

בִּגְלַל Particula cauſalis quæ notat reuolutionē ad aliquid, id eſt, propter, perinde ut ab עֲבַר fit בַּעֲבוּר & ab עָנָה deſcendit לְמַעַן. Gen. 39. Et benedixit Iehoua domū Ægyptij propter Ioſeph. Deut. 15. Propter rem iſtam benedicet te Iehoua. Iere. 11. Propter malitiam domus Iſrael. Gen. 12. Benedixit mihi Iehoua propter te.

229

## גלב

Tonſor, raſor, glabrator, nomen ſine uerbo, & pluraliter גַּלָּבִים. Ezech. 5. Sume tibi acutum gladium, nempe nouaculam raſorum.

230

## גלד

Cutis. Iob 16. Saccum conſui ſuper cutem meam.

231

## גלה

Congruit ſignificatione cū uerbis iſtis גָּלַע גּוּל גָּאַל גָּלַל & שָׁגַל niſi q; ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differāt. Significat enim uoluere uel ad nos, ſeu in ſenſum noſtrū, quod fit aperiendo, migrādo ſeu exulando in peregrinū locum. Ideoq; in Latino ſermone utemur pro eo ſecundū primum modū ſignificādi, uerbo apparēdi, ſeu aperiendi, ſeu reuelandi. Et in ſecūdo modo, uerbo demigrandi, ſeu exulandi. Vtro autē modo accipiendū ſit, ex conſtructione & circumſtātia facillimè apprehenditur. Cæterum in prima coniugatione legitur neutraliter quando poſt ſe nullum regit obliquū. ut Prouerb. 27. Apparuit herba, ſed quando poſt ſe regit accuſatiuū, tum uſurpatur actiuè. 1. Sam. 9. Et Iehoua aperuit aurē Samueli. Amos 3. Non faciet Suſtentator Iehoua quicquam, niſi aperuerit ſecretum ſuum ſeruis ſuis Prophetis. Iob 33. Tunc aperiet aurem uirorum. In altero modo ſignificandi. 1. Samuelis 4. Migrauit gloria ab Iſrael. Ieſaiæ 5. Proptereа migrauit populus meus ſine ſciētia. Ezech. 12. Migrabis è loco tuo ad alium. Iob 20. Migrabit fructus domus eius. 2. Reg. 17. Et migrauit Iſrael è terra ſua. Amos 5. Et Iſrael

rael migrando migrabit è terra ſua.Iudic.18. Vſq; ad diem emigrandi è terra.Iere.1. Donec migraret Ieruſalem.

Participium preſens גֹּלֶה. 1.Sam.22.Et aperiens aurem meam.Prouer.20.Aperiens ſecretum ambulat fraudulenter.2. Sam.15. Et etiam migras tu ad locũ tuum. 2.Reg.24 Decem milia erant migrans. Et pluraliter גֹּלִים Amos 6.In capite migrantium. Et in genere fœminino גֹּלָה Ieſa.49.Migrans & recedens.

Participium preteritum גָּלוּי Eſther 3. Reuelata omnibus populis. Iere.32.Et libellum apertum hunc. Et in ſtatu regiminis גְּלוּי Num. 24.Et procidens apertus oculis. In uoce paſſiua נִגְלָה 1. Sam.3. Quia reuelatus eſt Iehoua ipſi Samueli in Silo.2 Sa 6. Quare reuelatus eſt hodie in oculis ancillarũ. Dan. 10. Et uerbum reuelatũ eſt Danieli. Gen.35. Quia reuelati ſunt ibi ad eum dij. 1. Sam. 2. Nónne reuelatus ſum reuelando domui patris tui.Ieſaiæ 53.Et brachium Iehoua cui reuelatum eſt.cap.49.His qui in tenebris ſunt,reuelemini. Exo.20. Ne reueletur ſeu aperiatur nuditas tua.Pſal.18.Et reuelata ſunt fundamenta orbis.2.Sam.6. Sicut reuelando reuelari unum ex uanis.Et alterum quoq; eſt infinitiuus irregularis,ut 1.Samuelis 2.ſimiliter ſcribitur.

Participium pluralis numeri generis fœminini נִגְלוֹת Deut.29.Et abſcõdita dei noſtri etiam reuelata nobis & filijs noſtris.

In ſecunda coniugatione גִּלָּה Leuit. 20. Nuditatem patris ſui reuelauit ſeu aperuit.Pſal.98 In oculis gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Iere.11. Tibi reuelaui cauſam meam.Ieſaiæ 46.Reuela crus.Num.22.Et aperuit uelamen Iehuda Iob 20.Reuèlabunt cœli iniquitatem eius.
Participium præſens מְגַלֶּה Iob 12.Reuelans profunda.Prouer.11.Ambulans fraudulenter reuelat ſecretum.

Participium præteritum מְגֻלָּה Prouer. 27. Melior eſt increpatio aperta,quàm amor abſconditus.

In uoce eius paſſiua גֻּלְּתָה Nahum 2.Et Huslab translata eſt.

In tertia coniugatione הִגְלָה & הֶגְלָה uoluere fecit aliò, deuoluit aliò, tranſtulit inde,abduxit peregrè. Iere. 29. Et ad omnem populum quem tranſtulit Nebucadnetzar.Et iterum:Ad locum unde tranſtuli uos. & cap.24. Poſt transferre Nebucadnetzer Iechoniam.

Participium præteriti temporis מֻגְלִים Iere.40.Translati in Babel.

In uoce paſſiua הָגְלָה Eſther 2. Qui trãslatus eſt de Ieruſalem,cum migratione, quæ translata eſt.Iere.13.Translata eſt Iehuda uniuerſa, tranſlata eſt perfectè. ubi ponitur הָגְלָת pro הָגְלְתָה Idem cap.40.Ex his qui non translati ſunt.

In quarta coniugatione הִתְגַּלָּה Geneſ.9.Et apertus fuerat in medio tentorij ſui. Prouer.18. Vt reueletur cor eius.

INDE NOMINA:

גִּלָּיוֹן Volumen,liber conuolutus,aut quia reuelat ea quæ alioqui nos latent.Ieſa.8.Tolle tibi uolumen grande. Et pluraliter גִּלְיוֹנִים dicũtur ſpecula quę reuelant obiecta,alioqui nos latentia.Ieſa.3.Et ſpecula.

גּוֹלָה Migratio,demigratio,abductio,translatio,exilium,transfertur plerunq; uocabulo captiuitatis. Matthæus Euangeliſta uertit Græcè μετοικεσίαν cap. 1. ſuæ hiſtoriæ euangelicæ. Eſt tamen & hoc obſeruandum quòd more Hebræo ſæpenumero accipitur pro populo demigrante in captiuitatem ſeu exilium. Ierem.28. Et omnem migrationem.item cap.29. Qui non ſunt egreſſi uobiſcũ in demigrationem, id eſt,exilium. Item 46. Vaſa migrationis fac tibi. Item 48.Et in exilium nõ iuit. Eſdræ 6.Et fecerunt filij migrationis paſcha. Et mox iterum: Et comederunt filij Iſrael reuerſi ex migratione.

גָּלוּת Migratio,demigratio,tranſmigratio,exilium.2.Reg.25. Et fuit tricesimo ſeptimo anno demigrationis Iehoiakin. Amos 1.Eò quòd tradiderint eos exilio perpetuo ipſi Edom. Et in ſtatu affixorũ nihil mutat. Ieſa. 45. Et exilium meum dimittet. Ezech.33.In quinta menſis exilij noſtri.

232 גלח Raſit, & de raſione pilorum tantum dicitur. Leuit. 14. Et radet omnem pilum ſuum. Num. 6. Et radet caput ſuum. 2. Sam. 10. Et raſit dimidium barbæ ipſorũ. Participium præteritum מְגֻלְּחֵי Iere. 51. Raſi barba.
In uoce paſſiua גֻּלַּח Iudic. 16. Cœpit pilus capitis eius germinare, poſtquam raſus fuit. Et iterum: Si raſus fuero.
In quarta coniugatione הִתְגַּלַּח Num. 6. Poſtquam raſerit ipſe ſe.

INDE NOMEN,

גַּלָּח Raſus, quo nomine Iudæi hodie ~~ſacrificulum~~ Romanæ Eccleſię à raſura uocant.

233 גלם Glomerauit, inuoluit, & habet affinitatem cũ חָלַם & גָּמַל גָּלַל גָּלַח, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe uarient. 2. Reg. 2. Accepit Elias pallium, inuoluit illud & percuſſit aquas.

INDE NOMINA.

גֹּלֶם Glomus, maſſa coagulata & lactea, conglobata & conuoluta in matrice mulieris, antequam in membra eſt explicata, quam Latini molam, alij embryonem uocãt. Vel eſt embryo, quando adhuc eſt cõuolutus in ſecũdina. Et in ſtatu affixi mutato holem in hatephcametz legitur Pſal. 139. Glomum meum uiderunt oculi tui.

גְּלוֹם Genus ueſtis quæ conuoluitur, inuolucrum. Et pluraliter גְּלוֹמֵי Ezech. 27. Cum inuolucris hyacinthi.

234 גלע Congruit ſignificatione cum גָּלַח סָלַע עָגַל לָעַג & עָלַע, niſi quòd ut literarũ traſpoſitione, ita quoq; modo ſignificandi inter ſe uarient. Legitur in hac forma tantũ in quarta cõiugatione הִתְגַּלַּע & ſignificat inuoluere ſe, implicare ſe. Prouerb. 17. Et ante inuoluere te, rixam reijce, id eſt, antequã inuoluas te. cap. 18. Et in omnem fortunam inuoluet ſe. & cap. 20. Gloria eſt uiro habitare abſq; rixa, at omnis ſtultus inuoluet ſe.

235 גלש Glaber, politus, terſus, læuis fuit ut capræ bene paſtæ, aut equi, aut uaccæ pilos habẽtes, læues & glabros non ſtrigoſos. glat ſein. Cantic. 4. Sicut grex caprarum, quæ glabræ ſunt de monte Gilead. & cap. 6. Capillitium tuum ſicut grex caprarum, quæ glabræ ſunt de Gilead. Et arbitror literarum inuerſione Hebræis

236 שֶׁלֶג niuem dici, à policie, quam habet poſtquam ſuper terram cecidit.

גמא Significat in rem aliquã impetum facere ſiue ſiccam, ſiue humidam, cõgruitq; ſignificatione cum uerbo צָמָא de ſicca. Iob 39. In ſtrepitu & ira inſculpſit terram, neq; credit, quòd uox tubæ.
In tertia cõiugatione הַגְמִיא, & legitur de humidis. Gen. 24. Imbibere me ſinas parum aquæ de cado tuo. Et intelligendũ eſt non de imbibitione in os, ſed de imbibitione in quantitatem aquę.

INDE NOMINA.

גֹּמֶא Scirpus, iuncus, papyrus, quæ ſcilicet immerſa eſt in aquas. Exo. 2. Et accepit pro eo arcam iunci, & bituminauit eam cum bitumine & pice. Iob 8. An ſuperbiet iuncus in non loco uliginoſo. Ieſ. 18. Et in uaſis iunci in ſuperficie aquarum. & cap. 35. Fœnum erit pro arundine & iunco.

גַּם Particula continuatiua, protendens orationem longius, atq; idem Hebræis ualet, quod Latinis etiam, inſuper, quinimò. Geneſ. 6. In quo etiã eſt caro. cap. 7. Etiam de uolatilibus cœli. & cap. 27. Et fecit etiam ipſe cibos. Prouerb. 14. Etiam cum riſerit, dolebit cor. 1. Sam. 10. Num etiam Saul inter prophetas.

מְגַמַּת Id eſt, antrorſum. Habakuk. Obuertens facies ſuas antrorſum.

237 גמד Cubitus, menſura cubitalis. Iudic. 4. Et fecit Ehud ſibi gladium, cui duæ acies, cubitus longitudo eius.

גַּמָּדִים Cubitales. Ezech. 27. Filij Aruad & robur tuum ſuper muris tuis circumquaq;, & cubitales in turribus tuis, id eſt, qui fuerunt ſuper turribus, uiſi ſunt præ altitudine turriũ hominibus infernè ſtãtibus tanquã cubitales. i. cubiti lõgitudine, Pygmæi.

גמל

238 גָּמַל Reddidit ſeu retribuit bonum pro bono, uel bonum pro malo, aut econtra ma-
lum pro bono, ac ſemper importat relationem ſeu uiciſſitudinem unius operis
pro alio, quæ qualis ſit ex circũſtantijs uerborum facile diiudicari poteſt. Con-
ſtruitur autem tripliciter. Primo, cum datiuo mediante articulo lamed. Pſal.
37. Retributionem tuam retribuiſti nobis. Ieſaiæ 3. Væ animæ eorũ, quoniam retri
buerunt ſibi malum. Secundo, cum accuſatiuo duplici, quanquam Latinus
ſermo hanc cõſtructionem non admittat. Gen. 50. Et reddendo reddet nobis om-
ne malum, quod retribuimus illi. 1. Sam. 24. Quoniam tu retribuiſti mihi bonum.
Pſal. 7. Si retribui pacifico meo malum. Prou. 3. Si non retribuit tibi malum. cap. 31.
Retribuet ei bonum & non malum. Ieſaiæ 63. Super omnia quæ retribuit nobis Ie
houa. Deu. 32. An ipſi Iehoua retribuetis hoc, popule ſtulte. 1. Sam. 24. Ego autem
retribui tibi malum. 2. Sam. 19. Et quare retribuet mihi rex retributionem iſtam. 2.
Sam. 22. & Pſal. 18. Retribuit mihi Iehoua ſecundum iuſtitiam meam. Tertio,
conſtruitur cum עַל ſuper, erga. Et ut uoce & cõſtructione, ita ſignificatione qua-
drat cum uerbo חָמַל, at cum חָמַל cõtrariæ eſt ſignificationis. Pſal. 13. Cantabo ipſi
Iehoua, quoniam retribuit ſuper me, id eſt, pro malo & calamitate in qua fui, retri-
buit bonum & liberationem. Sic Pſal. 119. Retribue ſuper ſeruo tuo, & uiuam. Pſa.
103. Neq; ſecundum iniquitates noſtras retribue ſuper nos.

Participium præſens גֹּמֵל Prouerb. 11. Retribuit animæ ſuę uir beneficentiæ. Et
pluraliter גֹּמְלִים 2. Par. 20. En illi retribuunt ſuper nos, ut eijciant nos de poſſeſſio-
nibus noſtris. Ioelis 3. Et ſi retribuitis uos ſuper me leue feſtinans.

INDE NOMINA:

גְּמוּל Retributio boni pro malo, aut mali pro bono. Et quod ad pũcta attinet, ſeua ſem-
per manet inuariatum, at ſchureck mutatur nonnunquam in kybutz. Pſal. 94. Re-
tribue retributionem ſuper ſuperbos. Ieſaiæ 59. Inſulis retributionem perſoluet.
Thren. 3. Reddes illis retributionem Iehoua, iuxta opera manuum ſuarum. Et in
ſtatu regiminis. Iud. 9. Et ſi iuxta retributionem manuum eius feciſtis illi, id eſt, me
ritum. Ieſaiæ 3. Væ improbe malo, quia retributio manuum ſuarũ fiet illi. Prou. 12.
Et retributionem manuum hominis retribuet ei. Et in ſtatu affixorum. Pſal. 28.
Redde retributionem ſuam illis. Pſal. 137. Retributionem tuam, quam retribuiſti
nobis. Item גְּמֻל 2. Paral. 32. Et non iuxta retributionem ſuper eum retribuit Ie-
hiskijahu, quia eleuatum eſt cor eius. Ioel. 2. Retribuam retributionẽ ueſtram in ca
put ueſtrum. Abd. 1. Retributio tua reuertetur in caput tuũ. Prou. 19. Retributio-
nem eius reddet illi. Et pluraliter גְּמוּלִים Pſal. 103. Et ne obliuiſcaris omnium re-
tributionum eius. Et in fœminino גְּמוּלָה 2. Sam. 19. Et quare retribuet mihi rex
retributionem iſtam. Et pluraliter גְּמוּלוֹת Ieſaiæ 59. Iuxta retributiones. Iere. 51.
Quia deus retributionum Iehoua, perſoluendo perſoluet.

תַּגְמוּל Retributio. Pſal. 116. Quid reddam ipſi Iehoua, omnis retributio eius eſt ſuper me.
& habet ibi affixum more Chaldaico.

גָּמַל Secundo, ſignificatione nequaquam à ſuperiore differt, ſed tantum uariat modo
ſignificandi: nam ſignificat quoq; uiciſſitudinem alicuius rei pro re alia, id eſt, alte
rius cibi pro lacte & lacticinijs: quod Hieronymus uertit uerbo ablactãdi, & abla
ctationem poſtquam puero prębetur cibus durior, & alia uictus ratio cum illo in-
ſtituitur. 1. Sam. 1. Sede donec ablactaueris tu eum. Et mox iterum: Et ſedit mu-
lier & ablactauit filium ſuum, donec ablactaret eum. 1. Reg. 11. Et ablactauit eum
Tacpenes in medio domus Pharaonis. Oſeæ 1. Et ablactauit non commiſeratam.
Et metaphoricè. Num. 17. Et produxit germen, & protulit folliculum, & ablacta-
uit amygdala ut ſcilicet fierent duriores.

Participium pręteritum גָּמוּל Pſal. 131. Sicut ablactandus erga matrem ſuam, ſic
eſt ablactanda erga me anima mea. Ieſaiæ 11. Ablactatus manum ſuam extendet.

Et pluraliter גְּמוּלֵי Ieſaiæ 28. Ablactatio à lacte. & legitur pro ſtatu abſoluto.

In uoce paſſiua הִגָּמֵל ablactatus eſt, id eſt, aſſuefactus ad cibos duriores. Gen.
21. Creuit puer & ablactatus eſt. 1. Sam. 1. Hanna autem non aſcendebat, ſed dice-

bat uiro ſuo, donec ablactabitur puer, adducam eum, ut appareat in conſpectu Iehoua, & habitet ibi perpetuo, &c. Porro tempus ablactationis poteſt ex illis iam citatis locis duobus colligi quandiu durauerit.

INDE NOMINA:

גֶּמֶל Ablactatio. Ieſaiæ 18. Et agreſtis ablactationem fuerit folliculus.

גָּמָל Camelus, ſeu Gamelus, animal quod, ut Plinius refert lib. 8. cap. 18. inter armẽta paſcit oriens. & lib. 10. cap. 9. Quod Cameli duodecim menſibus ferant à trimatu & pariant uerè, iterumq́ post annum impleantur à partu. & lib. 28. cap. 9. Quod dulciſſimum lac ab homine camelinum. hinc etiam arbitror habere hoc nomen à lactatione. Et ueſtis quæ ex pilis Camelorum texitur undulata à Germanis parũ uariata uoce Schamalot dicitur, qua Ioannẽ Baptiſtam ueſtitum multi autumant. Cæterũ copioſior deſcriptio Cameli ſumi poteſt ex locis ſcripturæ quæ à me iam citantur. Gene. 31. Et poſui ea in ſtrato Cameli. 1. Sam. 1. A Camelo uſq; ad aſinum. Gen. 24. Et cadebat de Camelo. Leuit. 11. Camelum, qui attrahit ruminationẽ, ſed ungulam non ille findit. Iob 1. Et tria millia Camelorũ. Ieſaię 21. Vecturam Cameli. Zacha. 14. Et ſic erit ſtrages equi & muli, cameli & aſini. Et pluraliter גְּמַלִּים Gene. 24. Et ecce Cameli ueniunt. & cap. 32. Camelas lactantes & filios earũ. Exo. 9. In equis, in aſinis, in Camelis, in armento, & in grege. 1. Reg. 10. Et camelos portantes aromata. Ieſaiæ 30. Et ſuper gibbo camelorum theſauros ſuos. cap. 60. Copia camelorum operiet te. Ezech. 25. Et dabo Rabba in paſcuum camelorum. In ſtatu regiminis גְּמַלֵּי. Gen. 24. Et accepit ſeruus decem camelos de camelis ſuſtentatoris ſui. Et iterum: Atq; etiam camelos tuos potabo. Iudic. 6. Et camelorum ipſorum non erat numerus.

גמץ Inde גֻּמָּץ fouea. Eccl. 10. Fodiens foueam in eam incidet. Vide in themate גָּמַץ.

239

גָּמַר Verbum eſt medium: quando in bonam partẽ accipitur, ſignificat actiuè, conſummare, perficere, deducere in finem. Pſal. 138. Iehoua conſummabit pro me, id eſt, perficiet: at quando in malam accipitur, ſignificat neutraliter cõſumi, ceſſare, deficere, finiri. Pſal. 12. Serua Iehoua, quia conſumptus eſt pius. Pſal. 77. Nunquid conſumpta eſt omnino beneficentia, cõſumptus eſt ſermo in generationem & generationem. Pſal. 7. Conſumatur obſecro malum improborum.

Participium præſens גֹּמֵר Pſalm. 57. Vocabo ad deum excelſum, ad deum conſummantem pro me.

240

גָּנַן Generali ſignificatione congruit cum uerbis מגן & גָּלַל, differtq́ ab illis modo tantum ſignificandi: nam ut גָּלַל uoluere, circumrotare, & מגן conuoluere, concludere ſignificat, ita hoc notat cingere, circumcingere, circumclaudere, concludere, circummunire ſepto uel ſcuto muniendi cauſa. 2. Reg. 20. & Ieſaiæ 37. Et circummuniam ſuper ciuitate iſta propter me, & propter Dauid ſeruũ meum. Ieſaiæ 31. Et circummuniendo etiam liberabit.

In tertia coniugatione הֵגֵן circummuniuit. Ieſaiæ 31. Sicut auis circumuolucndo, ita circummuniet Iehoua exercituum ſuper Ieruſalem. Zachar. 9. Iehoua exercituum circummuniet iuxta eos. Et cap. 12. Circummuniet Iehoua pro habitatore Ieruſalem.

INDE NOMINA:

גָּן Nomen, forma maſculini generis, hortus, ſcilicet circũmunitus ſepto: differt enim hortus ab agro ſeu prato, in hoc quod circumſeptus eſt. Gen. 2. Plantauerat autem Iehoua deus hortum in Eden. cap. 13. Sicut hortus Iehoua. In ſtatu affixorum recipit dagges. Cantic. 5. Veniat dilectus meus in hortum ſuum. Item cap. 4. Perfla hortum meum. Et pluraliter גַּנִּים Cantic. 4. Fons hortorum. Et cap. 6. In hortis.

Et in forma fœminea גַּנָּה Ieſaiæ 1. Tanquam hortus, cui non eſt aqua. cap. 61. Et ſicut hortus. Et in ſtatu regiminis גִּנַּת Cantic. 6. Ad hortum nucum deſcendi. Et pluraliter גַּנּוֹת Eccl. 2. Fecit mihi hortos. Ieſaiæ 66. Et purificantes ſe ad hortos. & cap. 65. Sacrificantes in hortis.

Nomen

גַּג Nomen in ſingulari numero, terminatione, & appoſitione, generis maſculini, ſed in plurali declinatione generis fœminini. Et ſignificat ſolarium, id eſt, ſuperiorem partem domus, quæ plana, & ſub diuo exiſtit ſine tecto, & circummunita eſt peribolo, ne quis inde decidere poſſit, ſicut ſcribitur Deut. 22. Et deducitur ab iſto themate גנן ablatis duabus literis nun, prima autem geminata ad differentiam גן hortus. Nam ut in terra hortus dicitur, quia circumſeptus eſt, ita illa pars ſuprema domus גג dicitur, quia circumdata eſt circumferẽtia. Et proprie non dicitur tectum, qualia in noſtris regionibus ædificia noſtra habẽt alta & acuminata, ſed qualia Palęſtina habuit plana, & adhuc etiam in aliquibus regionibus habet. Ioſue 2. Et ipſa aſcendit ad illos ſuper tectum. In ſtatu regiminis גג Iud. 9. Et aſcenderunt ſuper tectum turris. 2. Sam. 11. Et ambulabat ſuper tecto domus regis. In ſtatu affixorum daggeſſat alteram literam gimel, ad oſtendendum literam nun abiectam. Nehemiæ 8. Et fecerunt ſibi tentoria unuſquiſq; ſuper tectum ſuum. Deut. 22. Si ædificaueris domum nouam, facies ambitum tecto tuo, ut non ponas ſanguines in domo tua, ſi ceciderit cadens de eo. Et pluraliter גַּגּוֹת Pſal. 129. Sunt tanquam herba tectorum. Ieſ. 22. Quia aſcendiſti omnis tu in tecta. Iere. 19. Super tecta eius.

אַגָּן Phiala, crater à rotunditate, uel quia circumſeptus ſit corona. Cantic. 7. Vmbilicus tuus ut phiala rotunda. Et pluraliter אַגָּנוֹת Exod. 24. Et poſuit in phialis. Ieſa. 22. A uaſis phialarum uſq; ad uaſa muſicalia.

מָגֵן Nomẽ forma maſculini generis, tam in ſtatu abſoluto quàm regiminis, munimentum, clypeus, ſcutum quo homo tẽpore belli ſe circummunit. Gene. 15. Ne timeas Abram, ego ſum munimentum tuum. Ieſaiæ 21. Surgite principes, ungite ſcutum. Pſal. 3. Tu Iehoua es ſcutum ante me. Deut. 33. Scutum auxilij tui. 2. Sam. 1. Quia ibi abiectus eſt ſcutum fortium. In ſtatu affixorum tranſponit alterum punctum de zere in ſequentem literam, ut appareat à uerbo geminato eſſe deductum. Pſal. 33. Auxilium noſtrum & ſcutum noſtrum eſt. Pſal. 119. Latibulum meum & ſcutũ meum. Pſal. 115. Auxilium eorum & ſcutũ eorum. Et pluraliter מָגִנִּים 1. Reg. 10. Et trecenta ſcuta. 2. Paral. 26. Scuta & lanceas. Et in ſtatu regiminis מָגִנֵּי 1. Reg. 14. Et accepit omnia ſcuta auri, quæ fecerat Salomo. Et mox iterum: Et fecit rex Rechabeam pro illis ſcuta æris. Legitur tamen metaphoricôs pro magiſtratibus politicis, quòd ipſorum ſit munire & tueri urbes & populum. Pſalm. 47. Scuta terræ.
Legitur tamen ſemel in plurali numero מָגִנּוֹת 2. Parali. 23. Et dedit Iehoiada ſacerdos centurionibus lanceas & ſcuta.

מְגִנָּה Forma fœminini generis quod in ſtatu regiminis מְגִנַּת legitur Thren. 3. Dabis eis
241 cincturam ſeu compreſſionem cordis, laborem tuum.

# גָּנַב

Furatus eſt, furtũ fecit, clàm ſubtraxit, ſtatim ſurripuit. Gen. 31. Quare furatus es deos meos. Exo. 20. & Deut. 5. Non furtum facies. Leu. 19. Non furtum facietis, neq; negabitis. Ioſue 17. Et furati ſunt & negauerunt. 2. Reg. 11. Et furati ſunt eum è medio filiorum regis. Iob 21. Et ſicut palea, quam ſurripit eam tempeſtas. Et quando de perſona aut corde hominis dicitur, tum ſignificat illo inſcio aliquid facere. Geneſ. 31. Quare celaſti ut fugeres, & furatus es me, & non indicaſti mihi. 2. Sam. 19. Quare furati ſunt te fratres noſtri, id eſt inſcio te fecerunt. Geneſ. 31. Et furatus eſt Iacob cor Laban Syri, eò quòd non indicauit ei q fugeret ipſe. Et iterum: Quid feciſti, & furatus es cor meum.

Participium præſens גֹּנֵב Exod. 21. Qui furatur aliquem, & uendiderit eum. Zachar. 5. Quia omnis qui furatur ab eo.

Participium præteritum גָּנוּב cuius plurale גְּנוּבִים Prou. 9. Aquæ furto ſublatæ.
Et in genere fœminino גְּנֻבָה furtum, furto ſublatum. Et in ſtatu regiminis cum iod paragogico. Gen. 30. Tam furtum diei quàm furtum noctis.
In uoce paſſiua יִגָּנֵב Exod. 22. Et ſi furando furatum fuerit ab eo.
In ſecunda cõiugatione גִּנֵּב. 2. Sam. 15. Et furatus eſt Abſolom cor uirorũ Iſrael.
Participium præſens מְגַנְּבֵי Ierem. 23. Furantes uerba mea.
In uoce paſſiua גֻּנַּב Gen. 40. Quoniam furto ſublatus ſum de terra Hebręorum.

Exod.22. Et furto ſublatum fuerit de domo uiri illius. Iob 4. Et ad me uerbum furtim delatum eſt.

In quarta coniugatione הִתְגַּנֵּב. 2.Sam.19. Et furtim ſubtraxit ſe populus in die illa, ne ingrederetur ciuitatem.

INDE NOMINA:

גַּנָּב Fur. Exod.22. Si in foſſione inuenietur fur. Et iterum: Et ſi inuenietur fur. Pſal.50. Quando uidebas furem, ſtatim cucurriſti. Et pluraliter גַּנָּבִים. Ieſaiæ 1. Et ſocij furum. Ieremiæ 48. Aut cum furibus inuentus eſt. Et cap.49. Si fures in nocte perdiderint ſufficientiam eorum.

גְּנֵבָה Furtum. Exod.22. Si inueniendo inuenietur in manum ipſius furtum. Et mox iterum: Et uendetur pro furto ſuo.

242 גָּעָה

Mugiuit: congruit ſignificatione cum uerbo יָגַע niſi ꝙ modo ſignificandi inter ſe uarient: hoc enim ad uocem refertur, quam uaccæ aliqua ex cauſa laborantes edunt: differt etiam à גָּוַע quod de labore ſeu agone dicitur, quo anima deficiẽs expirat & efflat. 1.Sam.6. Et uaccæ ſemita quadam abibant abeundo & mugiẽdo. Iob 6. Num mugiet bos ſuper migmate. Ieremiæ 51. Et mugient populi in uanum, & plebes ad ignem etiam defatigantur. metaphora ſumpta à uaccis ad homines. Alij tamen ita uertunt, Et laborabunt populi in uanum. ſecundum ſignificationem uerbi יָגַע.

INDE NOMEN,

גְּעִיָּה Mugitus, quo nomine Hebræi accentum rhetoricum uocant, qui etiam aliàs מֶתֶג retinaculum dicitur, eò ꝙ in pronunciando quaſi mugitum faciat, & ornatus cauſa conſtituitur, ſed de hoc conſule Grammaticos, qui de tribus generibus accentuum præcepta tradiderunt.

243 גָּעַל

Congruit ſignificatione cum uerbis גָּלַע עָגַל עָלַג לָעַג קָלַע & ut literarũ tranſpoſitione, ita modo tantum ſignificandi inter ſe uariant. Et ſignificat abijcere, deuoluere, amoliri cum faſtidio, abominari. Leuitic.26. Et ſtatuta mea abominata eſt anima ipſorum. Et mox iterum: Et non abominabitur anima mea uos. Iere.14. Num contra Zion abominationem habuit anima tua.

Participium præſens fœminini generis גֹּעֶלֶת. Ezech.16. Filia matris tuæ abominans uirum ſuum.

In uoce paſſiua נִגְעַל. 2.Sam.1. Quia ibi abiectus eſt clypeus fortium.

In tertia coniugatione הִגְעִיל. Iob 21. Bos eius tranſire fecit, & non abijciet, ſcilicet ſemen.

INDE NOMEN,

גֹּעַל Abominatio. Ezech.16. Cum abominatione animæ tuæ.

244 גָּעַר

Vt tranſpoſitione literarum, ita modo tantum ſignificandi inter ſe uariant גָּרַע רָגַע עָרַג, & ſignificat inuehere in aliquem uerbis durius, inſonare, obiurgare: Hieronymus uerbo increpandi uertit, & conſtruitur cum beth præpoſitione, uel accuſatiuo. Gene.37. Et increpauit in eum pater ſuus. Pſal.106. Et increpauit in mare iunci. Sic de Chriſto legitur Luc.8. Increpauit uẽtum & tempeſtatem. Ieſaiæ 17. Et increpabat in eum. Ierem.29. Vt quid non increpaſti in Ieremiam. Zach.3. Increpabit Iehoua in te Satan, increpet Iehoua in te. Ruth 2. Et non increpabitis in eam. Vel cum accuſatiuo. Pſal.9. Increpaſti gentes. Pſal.114. Increpaſti ſuperbos. Pſal.68. Increpa feram arundinis.

Participium præſens גּוֹעֵר Nahum 1. Increpans in mare & exiccãs. Malach.2. Ecce ego increpo in uobis ſemen.

INDE NOMINA:

גְּעָרָה Increpatio. Prouerb.13. Et deriſor non audit increpationem. & cap.17. Humiliabit increpatio in intelligente. In ſtatu regiminis גַּעֲרַת. Ieſaiæ 30. Propter increpationem unius. Pſal.80. Ab increpatione uultus tui auferentur. Et in ſtatu affixorum גַּעֲרָתְךָ. Pſal.104. Ab increpatione tua. Ieſ.50. In increpatione mea exiccabo mare.

בגערת

מִגְעֶרֶת Increpatio.Deut.28.Et increpationem in omnia opera tua.

245 גָּעַשׁ Concuſſum,perculſum,colliſum eſt.2.Sam.22.& Pſalm.18.Et concutiebatur,& commouebatur terra.

In ſecunda coniugatione legitur in uoce paſſiua ſemel יִגְעֲשׁוּ Iob 34. Subito morientur,& media nocte percellentur & tranſibunt.

In quarta coniugatione הִתְגָּעֲשׁוּ 2.Sam.22. & Pſal.18.Fundamenta mōtium commota ſunt & concuſſa ſunt, quando furor ei.Iere.5.Qui poſuit arenam, terminum mari,& ſtatutum æternum,& non tranſibit illum,& concutiebant, nec tamē præualebant. & cap.25. Et bibent & percellentur, & fugient à facie gladij. Et cap.46. Quis eſt iſte qui uelut ſtagnum intumeſcit,& eſt quaſi fluuius, cuius aquæ concu-
246 tiuntur.& eſt in iſtis duobus locis irregulariter ſcriptum.

גַּת Et pluraliter גִּתּוֹת, cognationemq; habet cum nomine אֶגֶד & ſignificat pinnas, pinnacula,faſtigia,ſummitates ædificiorum.Prouerb.9.Miſit puellas ſuas, uocauitq; ſuper pinnaculis altitudinum ciuitatis.

247 גֶּפֶן Vitis,aut alia frutex uiti ſimilis.Gen.40.Et ecce uitis corā me,& in uite tres palmites.Num.6.Ex omni,quod fiet ex uite uinum ex acinis. Deut.8. Terra tritici & hordei,& uitis & fici,&c.Iud.13.De omni quod egreditur ex uite uini, nō comedet.Iere.8. Non ſunt uuæ in uite.Pſal.128. Vxor tua ſicut uitis fructifera. 2.Reg. 4. Et egreſſus eſt unus in agrum, ut colligeret herbas, & inuenit uitem agri,id eſt agreſtem,&c. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah.Deut.32.Quoniam de uite Sodomæ,uitis eorum.1.Reg.4. Et habitauit Iehuda, & Iſrael confidenter, quiſq; ſub uite ſua.Oſeę 2.Et uaſtabo uitem eius.Ioelis 1.Poſuit uitem meam in ſolitudinem. Et pluraliter גְּפָנִים Cantic.2. Et uites floris dederunt odorem.Haba-
248 kuk 3.Et non erit fructus in uitibus.

גֹּפֶר Lignum pini, ſeu pinus. Et arbitror eam eſſe arborē, quam nos Germani eodē nomine appellamus **kyfer,kufer holtz**.Gen.6.Fac tibi arcam de lignis pini.& apparet quandā habere cognationē ut uoce, ita ſignificatione cū nomine גֹּפֶר.

גָּפְרִית Genus gummi ſeu bituminis,quod facile ignem concipit, & terræ ſterilitatem inducit.Hieronymus & alij uerterunt ſulphur. Gen.19. Et Iehoua pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem.Deut.29. Sulphure & ſale adurēte omnem terram,ut ſeminari non poſſit, neq; germinet, neq; creſcat in ea ulla herba,ſicut euerſio Sodomæ & Gomorræ.Iob 18.Spargetur ſuper tugurium ipſius ſulphur. Ieſaię 30.Anhelitus Iehoua uelut torrens ſulphuris flagrantis in ea.Et cap.34.Et con
249 uertentur torrentes eius in picem,& puluis eius in ſulphur.

גָּרָב Scabies purulenta & maligna Leuit.21.Aut ſcabies.Deut.28.Aut in ſcabie,aut cum prurigine. Et congruere uidetur cum רָבַב & גָּבַר.

250 גָּרַד Scalpſit,circumſcalpſit.Legitur tantum ſemel,& in quarta coniugatione הִתְגָּרֵד Iob 2.Et accepit ſibi teſtam,ad ſcalpendum ſe cum ea.

251 גָּרָה Traxit,attraxit:& cōuenit ſignificatione cum uerbis חָרַג אָגַר יָגַר גּוּר גִּיר גָּרַר מָגַר נָגַר, niſi q ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differunt. Hieronymus uertit nunc uerbo prouocandi,nunc ruminandi.Prouerb.15. Vir furibundus attrahit contentionem. & cap.28.Qui elato eſt animo,attrahit litem.Deut.14.Tametſi ſus diuidit ungulam,tamē non attrahit,ideo immundus eſt, id eſt, attrahit, ſcilicet cibum,id eſt,non ruminat.

In quarta cōiugatione הִתְגָּרָה attraxit,ſcilicet currus,ut mos erat curribus uti in bello,& pugnare.Eſt igitur proprie inſtruere tracturam, ſcilicet curruū. Vulgaris editio uertit uerbo prouocandi.Deu.2.Neq; attrahere facies in eos bellū,id eſt,ne moueas in eos bellum.**zeuch nicht wider ſie in krieg**.Ier.50.Inuenta & deprehenſa es, quoniā contra Iehoua trahere uoluiſti te. **haſt wider Gott wöllen ziehen.** Dan.11.Et filij eius attrahent ſe,& adiungent multitudinē exercituū.Item ibidem

Et rex Auſtri contrahet ſe ad bellum, id eſt, expediet ſe curribus ad bellum. 2. Reg. 14. Cum contrahis te in malũ, ut cadas tu & Iehuda tecũ, id eſt attrahis tibi malum. Prou. 28. Deſertores legis laudant improbitatē ſeu ſeditionem, ſed cuſtodes legis contrahunt ſe contra illos, id eſt, inſtruunt currus in ſeditioſos.

INDE NOMINA:

גֵּרָה Pabulum præmãſum, quod animal ex imo attrahit, & denuo ruminat: poteris reddere trahenda ſeu rumen. Leuit. 11. Etiam ſi ſus diuidit ungulam, tamē trahendam non attrahit, id eſt rumen. Significat quoq; monetam paruam, quam Hieronymus obolum uertit, quorũ uiginti ualent ſiclum. Exo. 30. Leu. 27. Ezech. 45. Siclus uiginti obolos habet. Ab hoc nomine quidã deriuant denominatiuũ אֲגוֹרַת ſcrupulus. 1. Sam. 2. Et offerat ſcrupulũ argenti, & tortã panis. Sed de hoc ſupra in אגר.

תִּגְרָה Id eſt, tractus, & in ſtatu regiminis תִּגְרַת Pſal. 39. Aufer à me plagam tuam, à tractu manus tuæ ego defeci, id eſt, quòd trahis manum minitans ictum.

מְגֵרָה Traha ſeu ſerra, à trahendo. 2. Sam. 12. Et poſui ſuper traha, ſeu ſerra. Et pluraliter מְגֵרוֹת 1. Paralip. 20. Populum uero, qui erat in ciuitate eduxit & diſcerpſit traha, & tribulis ferri & omni genere traharũ. De hoc ſupplicij genere uidetur etiam loqui autor epiſtolæ ad Hebr. ca. 11. cũ ſcribit, quoſdã eſſe diſſectos. Vnde Hieronymus uertit Serratos, ut accommodaret quoq; ad ſupplicium, quo Ieſaias eſt affectus.

גָּרוֹן Guttur, eò ꝙ gutture trahitur ſpiritus & retrahitur. Ieſa. 3. Et incedunt extentæ gutture. cap. 58. Clama gutture, ne parcas. In ſtatu regiminis & affixorũ mutat tantũ cametz in ſeua. Pſal. 69. Aruit guttur meũ. Pſal. 115. Non loquuntur in gutture ſuo.

גַּרְגְּרוֹת Guttura, nomen pluralis numeri tantum. Prou. 1. Et uelut torques gutturibus tuis.

גַּרְגְּרִים Grana, baccæ, quę contrahuntur in repoſitoria. Ieſaiæ 57. Sicut in excuſſione oleę duæ uel tres baccæ in ſupremis ramis.

252 גרז Congruit tam ſignificatione, quàm modo ſignificandi cũ uerbo גָּזַר, niſi quòd hoc paulò ſit uſus amplioris. Legitur enim tantum ſemel in uoce paſſiua נִגְרַזְתִּי Pſal. 31. Deciſus ſum à facie oculorum tuorum.

INDE NOMEN,

גַּרְזֶן Securis, inſtrumentum, quo deciditur de arboribus. Deut. 20. Non perdes arborem eius, ut impellas ſuper eam ſecurim. Ieſaiæ 10. Nũquid gloriabitur ſecuris contra ſecantem cum ea.

253 גּוֹרָל Sors, dicta quòd per eam res explorantur, uel interdum res ipſa, quę ſorte obuenit, & uidetur à uerbo גָּרַל deductum. Num. 26. Veruntamen per ſortem diuidetur terra. Ieſaiæ 15. Et fuit ſors ipſa pro tribu filiorũ Iehuda. Ioſue 18. Et proiecit illis Ioſue ſortem. & cap. 19. Et aſcendit ſors tertia pro filijs Zabulon. Eſther 3. Proiecit Pur, hoc eſt ſortem coram Hamon. Pſal. 22. Et ſuper indumentũ meum proiecerunt ſortem. Pſal. 125. Quoniam non requieſcet ſceptrum improbitatis ſuper ſorte iuſtorum. Prou. 16. In gremium projcitur ſors, ſed à Iehoua totum iudiciũ eius. Mich. 2. Propterea non erit tibi projciens funiculum pro ſorte. 1. Paral. 24. Et ſors octaua pro Abdia, &c. Et de hac ſorte fuit quoq; Zacharias pater Ioannis Baptiſtæ, Luc. 1. Vbi hæc uox Græcè uerſa eſt ἐφημερία. Et in ſtatu regiminis גּוֹרַל. Numeri 36. Et de ſorte hęreditatis noſtræ minuetur. Ioſue 18. Et aſcendit ſors tribus filiorum Beniamin. In ſtatu affixorũ nihil mutat à ſtatu abſoluto. Ioſue 21. Et fuerunt ciuitates ſortis eorum duodecim. Iud. 1. Aſcende mecum in ſorte mea, & pugnabimus contra Cananæum. Pſal. 16. Tu ſuſtentas ſortem meam. Et pluraliter גּוֹרָלוֹת Leuit. 16. Et dedit Aaron ſuper duos hircos, ſortes. 1. Paral. 24. Et proiecerũt etiam ipſi ſortes. Ionæ 1. Ite & projciemus ſortes, ut cognoſcamus propter quem malum iſtud ſit nobis, & proiecerunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Ionam.

254 גֶּרֶם Os, oſſis. Et ſi inciderit in accentũ diſtinctiuũ, tum prius ſęgol mutat in cametz. Prou. 17. Spiritus cõſternatus exiccat os. Gen. 49. Iſaſcar aſinus oſſis, i. oſſeus. Et quia oſſe nihil eſt durius ac ſolidius, accipitur interdũ pro ipſa duritie. Prou. 25. Lingua mollis frãgit os, id eſt, duritiã, ſeu duriſſima quęq;. 2. Reg. 9. Et celeriter tulerunt, quiſq; ueſtimentũ ſuum, poſuerunt illud ſubter ſe, apud os graduũ, clanxeruntq;

runtq; tubis,&c. Vocat aũt ſellam Iudicis,ſeu tribunal hoc nomine,uel quia ex ali quo oſſe, uel ebore, uel quia candida erat uelut os. Et quia pompa regia tam cito non poterat tapetijs ornari,ueſtes ſuas ſubſternebant. Et ſi aliqui ſunt, qui cenſent גֶּרֶם poſitum pro דֶּרֶג, id eſt, gradu ſeu faſtigio, ſic exponẽtes: Et accepit unuſquiſq; ueſtimentum ſuum, & poſuit ſubter eum ſub faſtigiũ graduum. & Chaldæus paraphraſtes uerterit ſuper gradũ horarũ, & per illum horologion ſolare intellexerit, atq; alij etiam aliter expoſuerint, tamẽ prior expoſitio ſimplicior eſt & magis genuina: nam huiuſmodi ſellæ erant plerunq; ex ebore. Et Hieronymus idẽ uidetur quoq; ſignificare eò ꝙ tranſtulit in ſimilitudinẽ tribunalis, ꝙ uidelicet illud os ſeu ſella oſſea ſimilitudinẽ habuerit tribunalis. Et pluraliter גְּרָמִים quod in ſtatu affixi legitur Iob 40. Oſſa eius tãquã decurſus æneus, oſſa, inquã, eius uelut baſis ferrea.

INDE VERBVM,

גָּרַם Quod nomini contrariã habet ſignificationẽ, ut à זָנָב cauda formatur זִנֵּב decaudauit, à nomine שֹׁרֶשׁ uerbum שֵׁרֵשׁ eradicauit, à nomine דֶּשֶׁן uerbum דִּשֵּׁן cineres amouit, ab עקר uerbum עִקֵּר extirpauit, atq; ab alijs nominibus multis, multa contrariæ ſignificationis uerba deriuantur: ſignificat autem exoſſare, confringere conterere ſeu abſumere oſſa. Zoph. 3. Principes eius leones ſunt rugiẽtes, iudices eius lupi ueſpertini, qui non exoſſant in mane, id eſt, ueſperi oſſa deuorant, ut poſtridie nihil habeant, quod exoſſent.

255 גָּרַס Quemadmodum פרס & פָּרַם, ita ſimiliter גָּרַס & גָּרַם inter ſe & ſcriptura & ſignificatione magnam congruentiam habent. Et in prima coniugatione neutraliter ſignificat excuti, ut non ſit amplius apud ſe, & in loco ſeu ſtatu ſuo. Pſal. 119. Excuſſa eſt anima mea præ cupiditate ad iudicia tua omni tempore.

In tertia coniugatione הִגְרִיס Thren. 3. Et excuſſit lapide dentes meos.

INDE NOMEN,

גֶּרֶשׂ Excuſſio, ſicut grana excutiuntur folliculis & contũduntur. Leuit. 2. Et ſi aſportauerit oblationem primitiarum ipſi Iehoua ſpicam igne toſtam excuſſione tenui. Et ibidem in ſtatu affixi. Et incendet ſacerdos pro memoria eius de excuſſione eius, id eſt, excuſſo farre.

256 גָּרַע Cõgruit ſignificatione cũ uerbo גָּרַע in primo eius modo ſignificandi, & in eo tantũ ab ipſo differt, ꝙ hoc ſit quãtitatis, id eſt, mẽſuræ & numeri, illud uero temporis, atq; hoc diſcrimẽ facit trãſpoſitio literarũ: differt quoq; modo tantum ſignificãdi à uerbo גָּשַׁר ſignificat autem adimere, ſubtrahere, abſtrahere, detrahere, diminuere detrahendo, eſtq; contrarium uerbo יָסַף Exo. 5. Sed demenſum laterũ, quod ipſi fecerũt ab heri & nudiuſtertius ponetis ſuper eos, nõ ſubtrahetis ab eo. Et iterum: Non ſubtrahetis de lateribus ueſtris quicquã. & cap. 21. Et compreſſionis debitum non detrahet. Deut. 4. Non addetis ſuper uerbũ, quod ego præcipio uobiſcum, neq; ſubtrahetis ab eo. Eccl. 3. Super illud nõ eſt addendũ, & ab eo non eſt detrahendum. Iob 15. Etiam tu labefactas timorem, & adimis orationẽ coram Deo. Ezech. 5. Ego quoq; adimam, & nõ parcet oculus meus. & cap. 16. Et ademi conſuetudinem tuam. Et ſemel cum אֶל conſtructum ſignificat attrahere. Iob 15. Num in conſilio Dei aliquid audiuiſti, & attrahis ad te ſapientiam.

Participium præteritum generis fœminini גְּרוּעָה Ierem. 48. Quoniam omne caput caluitium, & omnis barba extracta.

In uoce paſſiua נִגְרַע Exo. 8. Non detractũ eſt à ſeruitute ueſtra quicquã. Leuit. 27. Et ſubtrahetur ab æſtimatione tua. Num. 9. Quare abſtraheremur ut non offerremus. Et ca. 27. Cur ſubtraheretur nomẽ patris noſtri de medio cognationis ſuæ. cap. 36. Et ſubtrahetur hæreditas eorum ab hæreditate patrum noſtrorum.

In ſecunda coniugatione יְגָרַע Iob 36. Quoniam diminuet ſtillas aquarum.

INDE NOMEN,

מִגְרָעוֹת Subtractiões, quibus murus ædificij ſubtrahebatur introrſum, ita ut inferior pars muri dẽſior eſſet, & promineret magis ꝗ ſuperior, ut in eo quieſcerẽt trabes & laquearia, die abſetze. 1. Reg. 6. Qui ſubtractiones erãt domui ꝑ circuitũ extra, &c.

257 גרת Voluit, deuoluit, conuoluit, uolutauit. Et ut metatheſi literarum, ita ſignificatione quoque differt à uerbo גרף Iudic.5. Torrens Kiſon uolutauit eos.

INDE NOMINA:

אֶגְרוֹת Manus cum eſt conuoluta, Latinè pugnus. Exo.21. Et percuſſerit aliquis ſodalem ſuum lapide, uel pugno. Ieſaiæ 58. Et ut percutiatis pugno improbitatis.

מֶגְרָפוֹת Maſſæ terræ, aut pulueris conuolutæ, in formã pugni, quas Latini glebas uocant. Ioelis 1. Putruerunt ſemina ſparſa ſub glebis ſuis.

258 גָּרַשׁ Congruit ſignificatione cum uerbis גרם & גרס. רוש. Item cum uerbo ירש in altera ſignificatione: eſtque contrariæ ſignificationis cum uerbo רגש quod aſſociationem, cõiunctionemque importat, hoc uero eijcere aliquem domicilio ceu cohabitatione indignum ſignificat. Ieſaię 57. Improbi autem tanquam mare pulſum, quod quieſcere non poteſt, ſed aquæ eius eijciunt lutum & cœnum.

Participium præſens גֹּרֵשׁ Exod.34. Ecce ego eijcio à facie tua Amorræum.

Participium paſſiuum fœminini generis גְּרוּשָׁה Leui.21. Et mulierem eiectam à marito ſuo non accipiant, id eſt, repudiatam. Et pluraliter גְּרֻשׁוֹת eiectiones, expulſiones, exilia. Ezech.45. Suſtollite eiectiones à populo meo.

In uoce paſſiua נִגְרַשׁ Amos 8. Exũdabit enim tota ipſa, quaſi fluuio, & eijcietur. Ionæ 2. Eiectus ſum ab oculis tuis.

Participium נִגְרָשׁ Ieſ.57. Improbi autem ſunt tanquã mare eiectũ, i. eiectitium.

In ſecunda coniugatione גֵּרֵשׁ. Gen.4. Ecce eieciſti me hodie à ſuperficie terræ. Exod.23. Et eiecit Hiueum à facie ueſtra. Gen.21. Eijce ancillam hanc & filium ipſius. 1. Reg.2. Et eiecit Salomo Abiathar. Exod.2. Et uenerunt paſtores, & eiecerunt eos. ubi mem finale maſculinum pro nun affixo fœminini generis ſcriptum eſt, ſicut ibidem אבין & אבים.

In uoce paſſiua גֹּרַשׁ Exod.12. Quoniam eiecti ſunt ab Ægyptijs. Iob 30. E medio expellebantur.

INDE NOMINA:

גֶּרֶשׁ Eiectio, extruſio, ſcilicet florum & fructuũ, fructus protruſus, & expulſus à lunatione. Leuit.2. Expulſionem frumenti. Deut.33. Propter delicias prouẽtuum ſolis, & propter delicias expulſionis lunationum.

מִגְרָשׁ Eiectio, ſeu paſſiuè res eiecta. Ezech.36. Qui poſuerunt terram meam ſibi in hæreditatem cum gaudio cordis ſui, cum contemptu animæ propter eiectionem illius ad direptionem, id eſt, eò quod ipſa expoſita eſt direptioni. Inde etiã Hebræi ædificia hoc nomine uocant extra urbes poſita, quaſi dicas eiecta aut expoſita, extra urbes poſita, quę nos ſuburbia ſeu ſuburbana Latinè uocamus, in quibus pecora alebãt: & uoce ſingulari ſignificationem habet pluralem. Num.35. Et ſuburbanũ iuxta urbes per circuitum earũ dabitis Leuitis. Ezech.45. Et ſuburbanũ erat ei in circuitu.

In ſtatu regiminis מִגְרַשׁ Leuit.25. Et ager ſuburbij ciuitatũ eorum nõ uendetur. In ſtatu affixorum nihil mutat à ſtatu abſoluto. Ioſue 21. Dederũt eis Kiriath Arba patris Anok, ipſa eſt Hebron in monte Iehuda, & ſuburbanum eius. Et pluraliter frequentiore in uſu eſt, nec tamen legitur in ſtatu abſoluto, ſed tantum in ſtatu regiminis & affixorum מִגְרְשֵׁי Num.35. Suburbana ciuitatũ. Et mox iterũ: Et erunt ciuitates ad habitandũ, & ſuburbana eorũ erũt pro iumẽtis ipſorũ. Legitur tamen ſemel forma fœminea מִגְרָשׁוֹת Ezech.27. Ad uocẽ clamoris nautarum tuorũ contremiſcent ſuburbana. Alij tamẽ pro claſſibus accipiũt, quæ in mare propellũtur.

259 גָּשַׁשׁ Admouit manũ tentandi ſeu experiundi cauſa, attrectauit, Latini uocãt palpare, & ut forma, ita modo tantũ ſignificandi differt à uerbis גשם & משש. Legitur ſemel Ieſ.59. Palpamus tanquã cæci parietẽ, & ſicut qui non habent oculos palpamus. Sic Petrus 2. Epiſt.1. Nam cui nõ ſunt hæc, is cæcus eſt, & manu uiã tentãs.

INDE NOMINA:

גוש Maſſa attacta, & attrectata. Iob 7. Induta eſt caro mea uerme, & maſſa pulueris.

גֶּשֶׁם Pluuia largior uehemẽtiorque, & quaſi dicas palpabilis, qui terrã attingit & quatit. Et non eſt tam generale nomẽ, ut eſt nomen מָטָר, quod de qualitate & cuiuslibet

rei

rei pluuia, differtq́ etiam à זֶרֶם quod quoq́ eſt generalius, & de profuſione ſeu fluxu aliorum humorum dicitur. 1. Reg. 17. Et aruit torrens, quia nõ erat imber in terra. Gen. 7. Et fuit imber ſuper terra quadraginta diebus, & 40. noctibus. 1. Reg. 18. Et factus eſt imber magnus. Ezech. 13. Erit imber inundans. Iob 37. Quoniam niui dicit, ſis ſuper terra, & imbri pluuiæ, & imbri pluuiarum in potentia ſua. Zach. 10. Et pluuiam imbris dabit illis. Et pluraliter גְּשָׁמִים Eſdræ 10. Et populus eſt multus, & tempus eſt imbrium, neq́ ſunt uires ut ſtet in platea. Et ibidẽ iterum: Et propter imbres. In ſtatu regiminis גִּשְׁמֵי Ezech. 34. Imbres benedictionis. Similiter in ſtatu affixorum. Leuit. 26. Et dabo imbres ueſtros tempore ſuo. Pſal. 105. Dabit imbres eorum grandinem.

גֹּשֶׁם Imber: & cum affixo mutat holem in kybutz. Ezech. 22. Num eſt imber illi in tempore iræ. quanquam alij uerbaliter ſic legunt, Et compluta eſt in die iræ. Et pluraliter גְּשָׁמִים quomodo Hebræorum magiſtri rem uocant quãtam, id eſt, quæ habet longitudinem, latitudinem, altitudinem & profunditatem, id eſt, corpora quæ attrectantur: hinc conſtat, quòd ſit de iſta radice.

INDE VERBVM,

Tertiæ coniugationis, cuius participium præſentis temporis מַגְשִׁימִים legitur.
260 Ier. 14. Num ſunt inter uanitates gentium, qui imbres faciunt.

גַּת Congruentiam habet ut forma, ita ſignificatione cum uerbo נָתָה & propriè ſignificat uas, in quo contunduntur uuæ, quod Græci ληνὸν appellant: accipitur tamen ſæpe continens pro contento. Iudic. 6. Giddeon excutiebat triticũ iuxta torcular, ut fugeret à facie Midianitarum. Thren. 1. Torcular calcauit Iehoua uirgini filiæ Iehudæ. Ioelis 4. Deſcendite quoniam plenum eſt torcular, exuberant lacus. In fine ſententiæ mutatur pathah in cametz גָּת Ieſaiæ 63. Quare rubrum eſt ueſtimentum tuum, & ueſtimentum tuum ſicut calcãtis in torculari. Et pluraliter גִּתּוֹת Nehe. 13. In diebus illis uidi in Iudæa calcantes torcularia in ſabbato.

גִּתִּית Denominatiuum, quod interpretes tum Hebræi tum Latini uarie expoſuerunt. Quidam Hebræorum ſentiunt nomen eſſe inſtrumenti muſici, quod in Gath Palæſtinæ ciuitate inuentum ſit, & inde hanc appellationẽ habeat ſicut & Chaldæus paraphraſtes exponit pro cithara ex Gath allata. Alij cenſent ſignificare melodiæ genus, ad quam debebant illi Pſalmi decãtari qui hoc titulo inſcripti ſunt, ut in Latinorum eccleſiis ſunt toni, & in Germanicis cantionibus certæ melodiarum ſpecies habentur. Sunt tamen inter Chriſtianos non uulgari cùm eruditione tum iudicio uiri, & in lingua Hebræa nõ mediocriter uerſati, qui hoc nomine ſignificari uolunt torcularia, atq́ eiuſmodi Pſal. uidelicet octauum, octuageſimũ primum & quartum ideo iſto titulo inſcriptos, quòd ad tempus torcularium, hoc eſt, uindemiæ cantarentur, quod equidem non uulgariter in gente Iſraelitica celebrabatur, ſicut & poſtea Græci ἀπὸ τοῦ ληνοῦ feſta illa lenæa & Epilenæũ carmen, quod eo tempore ad lacum muſti canebatur, appellauerunt. Siquidem in illis Pſalmis commemoratio omniũ beneficiorum Dei tam ſpiritualiũ, quàm corporalium, quæ deus populo ſuo exhibuit, contineatur.

DICTIONES QVADRILITERAE ET PEREGRINAE.

261 גָּבִישׁ Nomen proprium lapidis pretioſi, coloris albi & niuei: ideo commodè certè poteſt pro Cryſtallo. Legitur ſemel Iob 28. Coralij & Cryſtalli non erit recordatio, id eſt, reputatio.

262 אֶלְגָּבִישׁ Nomen puto compoſitum, & ſignificat grandinem magnorum lapidum quaſi dicas Cryſtallum magnum & potens. Legitur tantum in Ezech. 13. Erit pluuia inundans, & uos ô lapides grandinis ſeu cryſtalli cadetis. Et mox iterum: Lapides grandinis in furore in conſummationem. Et cap. 38. Sed & pluuiam inundantem & lapides grandinis, ignem & ſulphur pluam ſuper eos.

263 גִּזְבָּר Nomẽ Chaldaicum, theſaurarius, cuſtos arcæ publicæ. Eſd. 1. Id eſt, per manum Mithridatis theſaurarij.

גלמור

264 גַּלְמוּד Nomen maſculini generis, ſolitarius, orbus. Iob 3. Ecce nox illa ſit ſolitaria, non ueniat triumphatio in illa. Et cap. 15. Congregatio hypocritæ ſolitaria. & cap. 30. Propter defectũ & famem, ſolitudo. Et in genere fœminino גַּלְמוּדָה Ieſaiæ 49. Ego autem ſterilis & ſolitaria.

265 גֶּנֶז Vox eſt Perſica, Gaza. Eſt autem Gaza, Curtio pecunia regia, & Pomponio Melæ ærarium. Et legitur iſta forma tantum pluraliter גִּנְזֵי Eſther 3. Et decem millia talentorum argenti ponderabo per manus facientium opus, ut deferant ad Gazas regis. Et cap. 4. Ad ponderandum ad Gazas regis. Ezech. 27. Et in Gazis. ubi in ſtatu regiminis ponitur pro ſtatu abſoluto. Legitur quoque addita litera caph גַּנְזַכִּים 1. Paralip. 28. Et dedit Dauid Salomoni filio ſuo exemplar porticus, & domorum eius & gazophilaciorum eius, & ſolariorum eius.

# ד Ieſaiæ 40.

## דְּבַר אֱלֹהֵינוּ יָקוּם לְעוֹלָם ׃

דד Vide paulo infra in forma דוד.

266 דָּאַב Infirmus, imbecillis, languidus, debilis fuit: & paulo minus ſignificat quàm כָּאַב: poteſt enim aliquis eſſe debilis abſque dolore aut cruciatu. Cõgruit etiam plurimum cum uerbo דָּוָה, niſi quòd hoc de alijs & quidem pluribus dicatur, at cum uerbo אָנַח omnino ſignificatione congruit, niſi quòd illud frequentiore ſit in uſu, hoc ſemel tantum legatur & quidẽ in tertia coniugatione Pſal. 88. Oculus meus languet ab oppreſſione.

In tertia cõiugatione legitur participium pluralis numeri, generis fœminini irregulariter מְדִיבוֹת Leuit. 26. Facientes deficere oculos, & debilitantes animam.

INDE NOMINA:

דְּאָבָה Imbecillitas, infirmitas, debilitas, languiditas. Iob 41. Corã ipſo lętabitur debilitas.

דְּאָבָה Infirmitas, imbecillitas, debilitas, languiditas. Iere. 31. Et omnem animam debilem impleui. Et hoc nomen uſurpatum eſt eodem in loco pro infinitiuo: Et nõ addent languefieri amplius, ſcilicet fame.

דְּאָבוֹן Infirmitas, debilitas, languiditas, imbecillitas. Deut. 28. Deficiẽtiam oculorum, & debilitatem animæ.

דֹּבֶא Literarum trãſpoſitione, accipitur pro ſenecta, ab debilitate. Deut. 33. Et ſicut dies tui, ita ſenectus tua, id eſt, ſenectus tua erit tam firma & læta, ut fuerunt dies ſcilicet boni iuuentutis tuæ. quanquã quidam poſitum pro זבא & ſic dictam ſenectutem putent, quod fluxibus obnoxia ſit.

267 דָּאַג Solicitus fuit ex periculo, ſolicitè metuit. 1. Sam. 9. Ne deſinat pater ab aſinabus, & metuat nobis. & cap. 10. Ecce deſeruit pater tuus negocium aſinarum, & metuit uobis. Pſalm. 38. Quoniam iniquitatem meam annunciabam, meticuloſus eram propter delictum meum. Ieſaiæ 57. Et quem metuet, aut timebit. Ierem. 17. Et in anno cohibitionis non metuet.

Participium præſens דֹּאֵג Iere. 38. Ego metuo Iudæos qui defecerunt ad Chaldæos. Et pluraliter דֹּאֲגִים Iere. 42. Et fames, quam uos metuitis, ibi adhæreat.

INDE NOMEN,

דְּאָגָה Metus, ſolicitudo. Ioſue 22. Et ſi non ex metu. Prouerb. 12. Metus in corde uiri opprimit ipſum. Ier. 49. In mari tantus eſt metus, ut tranquillũ eſſe non poſſit. Ezech. 4. Et comedent panem in pondere & metu.

268 דָּאָה Volauit, ſicut aquilarum genus uolat, celeriter. Deut. 28. Quemadmodum uolabit aquila. Iere. 48. & 49. Sicut aquila uolabit. Pſal. 18. Et uolauit ſuper alis uẽti.

INDE

INDE NOMEN,

דָּאָה Species aquilarũ,quam uulturem uocant à pernicitate uolatus, quo alias aues antecellit. Leuit.11. Et uultur. pro quo Deut.14. ſcriptum eſt רָאָה à uiſus excellentia, uel ꝙ uiſum uolatus celeritate æquet. Vnde quidam falconẽ eſſe uolũt. Vide דַּיָּה.

269 דָּבַב Legitur inde participium præſens דּוֹבֵב & ſumitur in bonam partem, ſignificãs debilem ſonum ſeu debile murmur de re aliqua. Cant.7. Sonans labijs dormientium. Loquitur ex affectu amantium, quibus omnes geſtus, uerba & facta placent, etiam ebriorum, qui dormientes uerba quædam ſuſurrare conſueuerunt.

INDE NOMINA:

דִּבָּה Recitatio, relatio, ſeu murmur alicuius facti turpis & mali, odoris, ſiue uerũ ſit, ſiue falſum. Sẽperq; accipitur in malam partẽ, & congruit ſignificatione nomini דָּבָר de quo ſuo in loco. Licebit reddere nomine uel infamię, uel diffamiæ, ſeu diffamationis. Prou.10. Tegunt odium labia falſitatis, ſed qui profert infamiam, ipſe eſt ſtultus. In ſtatu regiminis דִּבַּת. Num.13. Et protulerunt diffamationem terræ, in qua explorauerant apud filios Iſrael. Pſalm.31. & Iere.20. Audiui diffamationem multorum, id eſt, à multis. Ezechiel.36. Et aſſumpti eſtis per labium linguæ, & diffamationem populi. In ſtatu affixorum דִּבָּת. Geneſ.37. Et detulit Ioſeph famam eorum malam ad patrem ipſorum, id eſt, factum mali odoris. Prouer.25. Et diffamatio tui non auertetur.

דִּבְיוֹנִים Stercus columbarum, dictio compoſita ex דִּב ſtercus, graueolẽtia, & יוֹנִים columbæ. 2.Reg.6. Et quadrans kabi ſtercoris columbarum pro quinq; argenteis.

דּוֹב Vrſus, ſeu urſa, generis communis. Arbitror autem nomen hoc huic animali inditum, uel à murmure, uel ꝙ propter lanienam infamis ſit, maleq; audiat. Threnor.3. Vrſus inſidians ipſe mihi. Prou.17. Satius eſt occurrere urſum orbatũ in aliquem. cap.28. Leo rugiens & urſus occurrens. Ieſaiæ 11. Iuuenca & urſus paſcentur ſimul. Et pluraliter דֻּבִּים. 2.Reg.2. Et egreſſæ ſunt duæ urſæ ex ſylua.

270 דְּבֵלָה Nomen, cuius uerbum à grãmaticis nõ aſſignatur: puto autem literam daleth eſſe acceſſoriam, & ducere originem à uerbo בָּלָה inueteratum eſt, & inde hoc nomen ſignificare ficus ueteres, hoc eſt, non recentes, quas nunc palatas, nunc caricas uocarunt. Vel à uerbo בָּדַל, quia ſint ſeiunctæ in uſum hominum. Nos ſignificantius reddere non poſſumus, niſi nomine Maſſa, ſcilicet ficuum. 1.Sam.30. Dederunt ei fructum maſſæ, ſcilicet ficuum. 2.Sam.20. Accipite maſſam ficuum. Et pluraliter דְּבֵלִים 1.Sam.25. Et ducentas maſſas, ſcilicet ficuum. 1.Para.12. Cibum farinarium, maſſam ſcilicet ficuum.

271 דָּבַק In continuitate ſentẽtiæ cum pathah, at in diſtinctione ſubſcripto zere דָּבֵק. Et generaliter ſignificat adhærere, tametſi propter uariationẽ conſtructionis iſto uno uerbo in Latina lingua cõmode reddi nõ poteſt, proinde alijs atq; alijs uerbis exponi neceſſe eſt, ſecundum linguæ Latinæ dialectos. Et ut literarum trãſpoſitione, ità modo tantum ſignificandi differt à uerbo בָּדַק. Item cõgruit etiam cum דָּמַס רָבַס & רָפַס Primo, conſtruitur cum præpoſitione beth, id eſt, in, cum. 1.Reg.11. In eis adhæſit Salomo amore. Gen.2. Propterea derelinquet uir patrem ſuum & matrẽ ſuam, & adhærebit in uxore ſua. In Matthæo uerſum eſt προσκολληθήσεται, id eſt agglutinabitur, metaphora ſumpta ab ijs, quæ glutino ſic cõmittuntur, ut putes unum eſſe. Et Paulus 1.Corinth.6. An neſcitis, quod qui agglutinatur ſcorto unum corpus eſt, redigentur enim duo in carnem unam: at qui agglutinatur Domino unus ſpiritus eſt. Et Epheſ.5. Huius rei gratia relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ, atq; è duobus fiet una caro. Gen.34. Et adhęſit anima eius in Dina filia Iacob. Num.36. Cum quiſq; filiorũ Iſrael adhæſerit in hæreditate tribus patrum ſuorũ. Deut.10. Iehoua deum tuum timebis & coles eũ & in eo adhærebis. & cap.13. Non adhęrebit in manu tua quicquã de anathemate. Iob 31. Si in manibus meis adhęſit macula. Ruth 1. Oſculata eſt Orpha ſocrũ ſuam, Ruth aũt adhæſit in ea. 2.Reg.5. Et lepra Naaman adhæreat in te. 1.Reg.18. Adhęſit in Iehoua, neq; receſſit poſt ipſum. Iob 19. In cute mea, & in carne mea adhæſit

os meum. 2. Reg. 3. Veruntamen in delictis Ieroboam filij Hebeth, qui ſeduxerat Iſrael, adhæſit. Secundo conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed. Iob 29. Et lingua eorum palato adhærebat. Pſal. 44. Adhæſit terræ uenter noſter. Pſal. 102. Adhęſit os meũ cuti meę. Pſal. 119. Adhæſit pulueri anima mea. Sic Chriſtus eſt uſus Matth. 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim hunc habebit odio, & alterum diliget, aut huic adhærebit, & alterum negliget, &c. Tertio conſtruitur cum עִם Ruth 2. Sic adhæreas cum puellis meis. Et mox iterum: Cum pueris quos habeo adhæreas. Et mox idem cum beth cõſtruitur. Et adhæſit in puellis Boaz colligendo. Quarto, cum præpoſitione אֶל 2. Sam. 23. Hic ſurgẽs percuſſit Philiſtæos, donec defatigaretur manus eius, & adhæreret manus eius ad gladium. Iere. 13. Nam quemadmodum adhęret cingulum ad lumbos uiri, ſic faciam te adhærere ad me omnem domum Iſrael. Threnor. 4. Adhęſit lingua lactantis ad palatum eius præ ſiti. Quinto, conſtruitur cum אַחֲרֵי Pſal 63. Adhæſit anima mea poſt te. Iere. 42. Et fames de qua uos eſtis ſoliciti adhærebit poſt uos. Sexto cum affixo, quod idem ualet quod articulus אֵת accuſatiui caſus, fitq́ transitiuum. Gen. 19. Ne apprehendat me malum & moriar.

In ſecunda coniugatione uocis paſſiuæ דֻּבַּק Iob 41. Vir in fratre ſuo adhærebit ſeu agglutinabitur.

In tertia coniugatione הִדְבִּיק & Primo, regit poſt ſe accuſatiuum mediante articulo אֵת. Et apprehendit eum in monte Gilead. Iud. 8. Statim inſectati ſunt filios Dan. Secundo, aſſumit poſt ſe affixa. Iudic. 20. Et bellum apprehendit eos. 2. Sam. 1. Et ecce currus, & equites apprehenderunt eum. Tertio, conſtruitur cum beth. Deut. 28. Adhærere faciet Iehoua in te peſtilentiam donec cõſumat te.

Quarto, cum אֶל. Ier. 13. Nam quemadmodum adhæret cingulum ad lumbos uiri, ita adhærere faciam ad me totam domum Iſrael, id eſt applicabo. Quinto cum אַחֲרֵי. Iudic. 20. Et inſectati ſunt poſt illos uſq; in Gideom. 1. Sam. 14. Et inſectati ſunt etiam ipſi poſt eos in bello.

INDE NOMINA:

דָּבֵק Nomen participiale, adhæſor, adhærens, aſſecla, ſectator. Prou. 18. Amicus amorũ uehementius amat, & eſt adhærens pluſquam frater. Et pluraliter דְּבֵקִים Deut. 4. Et uos qui adhæretis in Iehoua deo ueſtro. Et in genere fœminino דְּבֵקָה. 2. Paralip. 3. Et ala altera erat cubitorum quinq;, adhærens alæ Cherub alterius.

דֶּבֶק Adhęſio. Ieſa. 41. Dicens adhæſioni bona eſt, & firmauit eam clauis, ne moueatur. Et pluraliter דְּבָקִים. 1. Reg. 22. Et percuſſit regem Iſrael inter adhæſiones, & inter loricam, id eſt, ligamina.

272 דִּבֵּר In prima coniugatione tantum ſunt in uſu participia & infinitiuus, cũ literis gerundiuis. Et ſignificat Hebręis idem, quod Latinis uerbum loqui, & Germanis uerbum reden: quomodo autem ab אָמַר differat, infra docebimus in ſecunda cõiugatione. Pſal. 51. Vt iuſtificeris in loqui te, id eſt, cum tu loqueris, uel in loquela tua. Ieſaiæ 5. Et paſcentur agni iuxta ordinare illorum, id eſt, iuxta ordinem ſeu morem illorum.

Participium præſens דֹּבֵר Geneſ. 16. Et uocauit nomen Iehoua ad eam. Num. 32. Serui tui tranſibunt ſinguli armati & inſtructi coram Iehoua ad militiam, ſicut Suſtentator meus loquitur. Ionæ 1. Clama contra eam prædicationem, quam ego loquor ad te. Et pluraliter דֹּבְרִים. Num. 36. Recte tribus filiorum Ioſeph loquũtur. Pſal. 109. Et qui loquuntur malum. Et in ſtatu regiminis. Pſal. 5. Perdes loquẽtes mendacium. Et pluraliter in genere fœminino דֹּבְרוֹת Num. 27. Recte filiæ Zelophad loquũtur. Pſa. 39. Obmuteſcent labia mẽdacij, loquẽtia cõtra iuſtũ duriter.

Participium præteriti temporis דָּבֻר pro דָּבוּר Prou. 25. Poma aurea in cancellis argenteis, uerbum loquutum ſuper faciebus ſuis.

In uoce paſſiua נִדְבַּר retinet ſignificationem actiuã. Malach. 3. Qui loquuti ſumus aduerſus te. Et mox iterum: Tunc loquuti ſunt timentes Iehoua, quiſq; ad proximum ſuum. Pſal. 118. Sederunt principes, & contra me loquuti ſunt.

Parti-

Participiũ pluralis numeri מְדַבְּרִים Ezech.33.Filij po puli tui loquunť aduerſus te.

In ſecunda coniugatione eſt uſitatiſſimũ,& in continuitate ſcribitur דַּבֶּר cũ ſægol,at quando incidit in diſtinctionem ſententiæ, tum ultimã occupat zere דַּבֵּר quod autem ad ſignificationem attinet,talem loquendi actum ſignificat, quo hiſtoria ſeu res ordine,& quadam diſpoſitione,ac partiũ enumeratione narratur,ſicut אָמַר ſignificat eius uerborum ac rerũ diſpoſitionis ſeu conſtructionis enunciationẽ.Vnde דַּבֵּר eſt generalius quàm אָמַר perinde ut Latinis loqui eſt generalius,quàm dicere.Et Germanis reden eſt generalius,& magis indefinitum, quàm ſagen oder ſprechen: deinde prius magis eſt reale,quàm poſterius, ut ex ſubſcriptis exemplis liquido cernes.Sequũtur nunc exempla ubi abſolutè eſt ſcriptũ דַּבֶּר cũ ſægol.Ioſ.14.Verbũ quod loquutus eſt Iehoua.Gene.24.Et dixit,nõ comedã, donec loquutus fuero uerba mea.1.Reg.3.Et dicebat mulier altera,non,ſed filius meus eſt uiuus ille,& filius tuus eſt ille mortuus:ſed hæc dicebat,non,ſed ille mortuus eſt filius tuus,& uiuus eſt filius meus,& loquebantur coram rege,id eſt argumentis & rationibus diſceptabãt.Iudic.5.Excitare,excitare Debora,loquere canticum.Exempla alterius ubi ponitur in diſtinctione.Gen.21.Et fecit Iehoua Saræ ſicut loquutus fuerat.& cap.44.Et fecit iuxta uerbũ Ioſeph, qđ loquutus fuerat.

Sed prodeſt etiam ſcire quibus cum articulis uel præpoſitionibus conſtruatur:nam & hæc obſeruatio non eſt inutilis.

ב Primo autem conſtruitur cum præpoſitione beth,quæ ualet aliàs in.2.Sam.23.Et ſpiritus Iehoua loquutus eſt in me.Habakuk 2. Et ſpeculabor ut uideam,quid loquatur in me.2.Paralip. 19. Si reuertẽdo reuerſus fueris non loquutus eſt Iehoua in me.Et quanquam alij accipiant hanc præpoſitionem in citatis locis inſtrumentaliter pro per,tamẽ quando de Deo & ſpiritu dei dicitur,malo intelligere de interna reuelatione ac inſpiratione ſpiritus ſancti,qua(ut Petrus ait) impulſi tandẽ loquuti ſunt ſancti Dei homines.Eccleſ.2.Loquutus ſum in corde meo.Aliâs accipitur pro aduerſatiua.Num.21.Et loquutus eſt populus in deum & in Moſen, quid eduxiſti nos,&c.Aliâs ualet de.1.Sam.19.Et loquar de te ad patrẽ meum, & quicquid uidero annunciabo tibi,& loquutus eſt de Dauide bonum ad Saulem. Aliâs ualet cum.1.Sam.25.Mittens Dauid loquutus eſt cũ Abigail.Zach.4.Et reuerſus angelus,qui loquebatur cum me.

ל Secundo,conſtruitur cum articulo datiui lamed,& quãdo de deo dicitur,tum includit promiſſionẽ.Gen.24.Et qui loquutus eſt mihi, quiq; iurauit mihi dicens, &c.& cap.29.Donec fecero,quę loquutus ſum tibi.Ioſue 13.Tribui uero Leui nõ dedit hæreditatẽ,ſed ſacrificia Iehoua dei Iſrael hæreditas eius eſt, ſicut loquutus eſt illi.Sed de homine ualet pro.Exod.4.Et loquetur ipſe tibi ad populum eritq; ipſe tibi quaſi os,id eſt,pro te.

אֶת Tertio,conſtruitur cum אֶת quod nũc eſt articulus accuſatiui caſus, nunc præpoſitio cum.Tunc autem regulariter ſumitur pro articulo accuſatiui caſus, quando ſequitur nomen,quod uerbum ſignificat,uel aliud ſimile.Num. 14. Et loquutus eſt Moſe uerba hæc ad omnes filios Iſrael.Iud.2.Cũ loqueretur angelus Iehoua uerba iſta.Leuit.23.Et loquutus eſt Moſes ſolẽnitates Iehoua ad filios Iſrael.At ſi perſonam indicat ſiue expreſſè,ſiue inexpreſſè & relatiuè,hoc ſequente nomine perſonæ uel affixo,tum ualet cum,ſiue mutet primam uocem in holem, ſiue in hirik. Exempla prioris quorum duo ſunt.Deut. 5. Vidimus quod loquebatur deus cũ homine,ipſo uiuente.Ierem.7.Quoniam nõ ſum loquutus cum patribus ueſtris. Exempla poſterioris,& ubi prima uox in holẽ mutata eſt.Num. 26. Et loquutus Moſe & Eleazar ſacerdos cũ illis in campeſtribus Moab.Iere.1.Et loquar iudicia mea cum eis.Ezech. 3. Egredere in planiciem & ibi loquar tecum. Et mox iterũ: Et loquebatur mecũ,dicebatq; mihi.Itẽ ubi prima uox in hirik mutata eſt,& thau litera daggeſſata.Gen.17.Et loquutus eſt cum eo Deus dicendo.cap.23. Et locutus eſt cũ illis dicendo.Pſal.109.Loquuti ſunt mecum lingua mendacij.

אֶל Quarto conſtruitur cum אֶל ad,ſine aliqua figura.Gen.8.Et loquutus eſt Deus ad

Noah dicens.& cap.12.Abijt Abram ſicut loquutus erat ad eum Iehoua.Exod.1. Et nõ fecerunt ſicut loquutus erat ad eas.1.Reg.5.Quemadmodum loquutus eſt Iehouá ad Dauid patrem meũ.Et ſemel conſtruitur cum nomine לֵב Gen.24. Et ego antequam conſummaſſem loqui ad cor meũ, ecce Rebecca egreditur,id eſt, apud me.

על Quinto,conſtruitur cum עַל,& quando Deo attribuitur includit ſimul promiſſionem,Germanicè gereden.Gen.18.Vt adducat ſuper Abrahã ſicut loquutus eſt ſuper eo.1.Reg.2.Vt ſtabiliat Iehoua uerbum ſuum quod loquutus eſt ſuper me, dicendo,Si cuſtodierint filij tui &c.1.Reg.9 Et ſtabiliã ſoliũ regni tui ſuper Iſrael in ſeculũ,ſicut loquutus ſum ſuper Dauid patre meo.1.Reg.14. Ecce ibi eſt Abia propheta,qui loquutus eſt ſuper me,quòd futurus eſſem rex,&c.1.Reg.22. Iehoua loquutus eſt ſuper te malum.Ierem.6.Super quo loquar, & conteſtabor ut audiat.Oſeę 12.Et loquebar ſuper prophetis & uiſiones multiplicabã.Deinde quãdo hominibus tribuitur,tũ ſignificat,de.1.Reg.2.Bene ego loquar ſuper te ad regem.1.Reg.4.Et loquutus eſt ſuper lignis,& ſuper iumentis,& ſuper uolucribus, & ſup reptili,& ſuper piſcib.Dan.11.Super Deo loquet̃ mirabilia, id eſt de Deo.

Poſtremo quando nomini לֵב præponitur, tum ſemel idem ualet quod אֶל uel beth,ad uel in.1.Sam.1.Et Hanna ipſa loquebatur ſuper corde ſuo,tãtũ labia eius mouebantur,uox autem eius non audiebatur.Cæterũ in locis alijs omnibus, ubi ponitur loqui ſuper cor,ſcilicet alterius,tũ idem ualet,quod Latinis, blanda, ſuauia,& iucunda loqui,quæ cor libenter audit.Item placare,reconciliare,perſuadere,reddere pacatum & tranquillum alterius animũ.Gen.34. Adhæſit anima eius cum Dina filia Iacob,& dilexit puellam,& loquutus eſt ſuper cor puellæ. & cap. 50.Et cõſolatus eſt eos,& loquutus eſt ſuper cor eorum.Iud.19.Et ſurgẽs uir eius abijt poſt eam,ut loqueretur ſuper cor eius,& reduceret eam.Ruth 2. Qui cõſolatus es me,& loquutus es ſuper cor ancillæ tuæ.2.Sam.30.Et loquutus eſt Iehiskia ſuper cor omnium Leuitarum,qui prudentes erant.Ieſaiæ 40.Cõſolamini conſolamini, loquimini ſuper cor Ieruſalem.

עם Sexto,conſtruitur cum עִם cum.Gen.29. Adhuc ipſe loquebatur cum eis, & Rachel ueniebat.& cap.31.Caue ne loquaris cum Iacob à bono ad malũ.Eccl.1. Loquutus ſum ego cũ corde meo.ꝓ eo ponitur in ſequẽti capite beth,in corde meo.

Participiũ præſens מְדַבֵּר Gen.27.Audiui patrem loquentẽ ad Eſau.& cap.29. Et adhuc eo loquente cum illis. Et pluraliter מְדַבְּרִים Exod.6.Ipſi loquebantur ad Pharaonẽ.Ieſaiæ 65.Adhuc ipſis loquẽtibus. Et in genere fœminino מְדַבֶּרֶת 1.Sam.1.Et Hanna ipſa loquebatur in corde ſuo.Pſal.12. Linguam loquentẽ magna. Et pluraliter מְדַבְּרוֹת Ieſaiæ 19.Loquentes labio Canaan.

Participium prēteritum מְדֻבָּר Pſal.87.Quodcunq; glorioſum loquutũ eſt in te.

In uoce paſſiua דֻּבַּר Cantic.8.In die loquetur de eo,id eſt,locutio fiet de ea.

In tertia coniugatione הִדְבִּיר redegit in ordinem,cohercuit legibus.Pſal.18. Et in ordinẽ redegit populos ſubtus me.pro quo uerbo 2.Sam.22. legitur מוֹרִיד, id eſt ſubdis.Item Pſal.47.In ordinem rediget populos ſubtus nos. Neutiquã illis aſſentior,qui in illis duobus locis uerbo interimendi uertunt:nam & hoc tanquam inſigne dei donum ac beneficiũ rex Dauid prædicat, atq; pro eo gratias agit, q tot populi eius dicto ſint obedientes.& quidem falluntur cum 2.Paral.22.pro cõfirmanda ſua opinione adducunt uerbum וַתְּדַבֵּר Et interemit omne ſemẽ regiũ, cum tamen non uideant 2.Reg.11.legi וַתְּאַבֵּד Et ſuſtulit omne ſemen regium, & uocem illam eſſe inſcitia ſcribarum corruptã,uocũ ſimilitudine decepti, nec cogitent maiorem fidem habere apud omnes doctos librorũ regum, quàm Paralipomenôn,cùm qđ ad grammaticam,tum etiam ad numerandi rationem ſpectat.

In quarta cõiugatione legitur tantũ participiũ idq; irregulariter ſeu potius defectiuè מִדַּבֵּר ſcriptum,pro מִתְדַּבֵּר Num.7.Et audiuit uocem loquentis ſecum.

INDE NOMINA:

דבר Primo,uerbum:ſignificat autem Hebræis uerbum non unam ſeu ſimplicem aliquam

quam

quam uocem ſeu dictionem,ſed integram aliquam ſententiam,ſeu narrationē rei cum omnibus ſuis partibus & circumſtantijs.Gen.44.Loquatur ſeruus tuus uerbum in aures ſuſtentatoris mei.Deut.4.Non addatis ſuper uerbū,quod ego præcipio uobis.cap.18.Quando propheta loquitur in nomine Iehoua,& nō fiet uerbū,neq; ueniet,uerbum iſtud non loquutus eſt Iehoua.Deuter. 19.Super ore triū teſtium conſiſtet uerbum.1.Sam.3.Et uerbum Iehoua erat pretioſum in diebus illis.1.Sam.17.Et dixit ſecundum uerbum iſtud,& reſpondit populus uerbū ſecundum uerbum prius. Secūdo,ſignificat rem aliquam dictam ſeu narratam, rem, materiam.Gen.20.Quid uidiſti quod feciſti rem iſtam.Exod.2. Certe nota facta eſt hæc res.& cap.18.Non eſt bona hæc res,quam tu facis. Leuit. 5.Si anima tetigerit quamlibet rem immundam.Deut.17.Non ſacrificabis bouem aut pecus, in quo ſit macula omnis rei malæ.Iud.18.Nō eſt defectus rei,quæ eſt in terra.1.Reg. 20.Et rem hanc nō potero facere.Exo.9.Cras faciet Iehoua rem iſtam in terra. Et in hoc ſignificandi modo ſæpe in ſcriptura etiam Noui teſtamenti legitur.Luc.2. Tranſeamus iam Bethlehem uſq;,& uideamus hanc rem,quæ facta eſt,&c.

Tertio,Hebræis idem ualet,quod Latinis cauſa,ſeu negocium.Exod.18.Si fuerit illis,cauſa deferetur ad me.Et mox iterum:Et ſi grauior eſt cauſa,quàm ut tu ſolus perficere poſſis.Deut.19. Hæc eſt cauſa homicidæ. Ioſue 5. Hæc eſt cauſa ob quā Ioſue circumcidit uniuerſum populum,&c. 1.Reg.11. Hæc eſt cauſa,ob quā leuauit manum ſuam contra regem. Quarto,quoties ab initio ponitur abſolutè,Hebræis idem ualet,quod Latinis pronomen demonſtratiuum,hoc. Num.30. Hoc eſt quod præcepit Iehoua.Et iterum:Omnis res quæ ingreditur ignē, id eſt, quicquid.Ieſaiæ 2.Hoc eſt,quod uidit Ieſaias.Iere.34.Hoc ego loquutus ſum.Porro ſi in fine ſententiæ ponitur,uſurpāt Hebræi pro eo, quod nos in lingua Latina iſtud,uel aliquid,ſeu quicquam. Gen.24.A Iehoua egreſſum eſt iſtud.Gen.18.An mirabile à Iehoua quicquā.cap.19.Tantum uiris iſtis non facietis quicquā.Exod. 4.Nec imminutum eſt de ſeruitute ueſtra quicquam. cap. 9. Vt non moriatur ex omnibus quæ ſunt filiorum Iſrael quicquā.1.Sam.20.Et ueni,quia pax tibi, & nō quicquam.Ieſa.36.Et non reſponderunt ei quicquā.Iere.42.Nō celabo uos quicquā. Mutat hoc nomē in ſtatu regiminis prius cametz in ſeua, alterum in pathah דְּבַר Ieſaiæ 40.Verbum dei noſtri conſiſtit in æternū.1.Reg.18. Et uerbum Iehoua fuit ad Eliahu.In hac & ſimilibus phraſibus,ſemper dicitur de uerbo uocali & prædicato. Obſeruabis aūt, ꝙ quādo huic nomini præponitur præpoſitio beth, ut בִּדְבַר tum ſingulari phraſi idem ualet,ac ſi dicas, Conſilio,ſuaſu,inſtinctu,iuſſu ſeu mandato. Num. 31. Et dixit ad eos Moſes, nunquid uiuas reſeruaſtis omnes mulieres,ecce iſtæ fuerūt filijs Iſrael conſilio ſeu ſuaſu Bileā, ut cōmitteretur trāſgreſſio contra Iehoua.1. Paral.21.Et aſcēdit Dauid iuſſu Gad.pro quo 2.Sam.24. ſcriptum eſt בִּדְבַר iuxta uerbum.Pſal.17.Ab operibus hominū iuſſu labiorum tuorum abſtinui.Pſal.33. Iuſſu ipſius Iehoua cœli facti ſunt. Secundo,quādo conſtruitur cum nomine יוֹם geminato, aut cum nomine שָׁנָה geminato, tum ſignificat eius rei,cuius fit mētio,& de qua dicitur demenſum ſeu ordinarium & conſtitutū,in ſingulos dies uel annos,ſeu ſingulis diebus aut annis.Ex.4.Perficite operas ueſtras ordinarium diei in die ſuo. Et cap.16. Egredietur populus colligētq; ordinarium diei in die ſuo.Leuit.23.Vt offeratis ignitā ipſi Iehoua, holocauſtum, oblationem,ſacrificiū,libamina,ordinariū diei in die ſuo.Dan. 1. Et conſtituit eis rex ordinarium diei in die ſuo,id eſt,in ſingulos dies.2.Paralip.9. Adducebāt ſinguli munera ſua ordinarium anni in anno,id eſt,in ſingulis annis. Tertio,quādo aſſumit ab initio עַל ſic עַל דְּבַר, id eſt ſuper cauſa,ſuper re,tū Hebræis idē ualet,qđ Latinis propter:unde exponūt particula cauſali בַּעֲבוּר Gen.12.Et percuſſit Iehoua Pharaonē plagis magnis,& domū eius ſuper cauſa Abram,i. propter Abram. Exo.8.Et clamauit Moſes ad Iehoua ꝓpter ranas. Num. 16.Præter illos ꝗ mortui ſunt ꝓpter Korach.& cap.26.Qui damnum dederūt uobis propter Peor & propter Cosbi filiam principis Midianitarū ſororis ſuæ, quæ interfecta eſt in die pla-

gæ propter Peor.Pſalm.79.Adiuua nos deus ſalutis noſtræ propter gloriam nominis tui. Et ſequente relatiuo אֲשֶׁר ualet propterea quòd.Deuter.22. Propterea quòd non clamauit in ciuitate,& uirum, propterea quòd compreſſit uxorem proximi ſui.2.Samuelis 13.Odio habuit Abſolom ipſum Amnon, ꝓpterea quòd compreſſerat Thamar ſororem ſuam. At in ſtatu affixorum,mutat prius cametz in ſeua,altero cametz ſeruato. Pſalm. 107. Miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos.Pſal.119.Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Et pluraliter דְּבָרִים ueiba,hiſtoriæ,ſententiæ.Gen.11.Et fuit uniuerſa terra labij unius,& uerborum eorundẽ. Exo.4.Obſecro Iehoua,non enim ſum uir uerborum ego. Jch kan meine wort nicht ordenlich ſetzen.Exo.20.Hæc ſunt decem uerba,id eſt, ordines uerborum, ſententiæ.Pſal.19.Non eſt ſermo,neq; uerba, quorum ſonus non audiatur, id eſt linguarum dialecti.Ezech.38.Aſcendent uerba ſuper cor tuum,& cogitabis cogitationẽ malam.Item ſignificat etiam res geſtas, quæ ut ſe habent ordine narrant. Gen.15.Poſt facta illa fuit uerbum Iehoua ad Abram in uiſione dicendo. cap. 22. Et factum eſt poſt res illas geſtas.cap.24.Et narrauit ſeruus ipſi Izhak omnes res, quas fecerat.Deut.4.Ne forte obliuiſcaris rerum geſtarum,quæ uiderũt oculi tui. Exod.18.Adeſto tu populo coram Deo,ut referas cauſas ad Deũ. & cap. 24. Qui habuerit cauſas,accedat ad eos. In ſtatu regiminis דִּבְרֵי Ierem.1. Verba Ieremię. 2.Sam.11.Et mittens Ioab retulit Dauidi omnia geſta belli. 2.Reg.15.Reliquũ geſtorum Iotham, nónne ſcripta ſunt in libro geſtorum regum Iuda? Hoc nomine etiam inſcriptus eſt liber Actorum Apoſtolorum.Inſuper quando ei præponitur præpoſitio עַל ſic עַל דִּבְרֵי tum ualet idem,quod Latinis de, uel propter. Ierem.7. Non præcepi eis ab eo die,quo eduxi eos è terra Aegypti ſuper cauſis holocauſti & ſacrificij,id eſt,propter.Iere.17.Verbum, quod factum eſt à Iehoua ad Ieremiã ſuper cauſis penuriæ,id eſt propter penuriam ſeu de penuria.Simili phraſi quando habet à fronte אֵת ſic אֵת דִּבְרֵי 1.Sam.10.Et ecce deſeruit pater tuus cauſas aſinarum,& ſolicitus eſt de uobis,id eſt deſtitit pater tuus ab aſinabus,&c.

דִּבְרָה Quanquam abſolutè non legatur, in ſtatu regiminis legitur præpoſito עַל ſic עַל דִּבְרַת ſuper cauſa,ſeu conſuetudine,& ordine,id eſt ſuper,propter.Eccl.3.Dixi ego in corde meo ſuper filijs Adam de habitu filiorum Iſrael,ut res habet filiorum Adam.Et mox iterũ:Propter iuramentũ Dei. Et cum iod paragogico עַל דִּבְרָתִי id eſt,ſecundum ritum,ordinem,conſuetudinem,agendam.Pſal.110.Iurauit Iehoua, & non pœnitebit, tu es ſacerdos ſecundum ordinem Melchizedek. pro quo autor epiſtolæ ad Hebræos cap.5.poſuit κατὰ τὴν τάξιν,id eſt ſecundũ ordinationẽ.Et cap.7.κατὰ τὴν ὁμοιότητα,id eſt ſecundum ſimilitudinẽ.hac phraſi uſum eſſe Stephanũ Act.7.non eſt dubium,ubi inquit,Qui accepiſtis legem per diſpoſitiones angelorum,nec ſeruaſtis,angelorum ſcilicet loquentiũ in perſona dei. quam phraſin ita Lucas reddidit εἰς διαταγὰς,à uerbo διατάττω,quod eſt ordino. Et cũ affixo.Iob 5.Et ad deum ponam eloquium meum,ſeu cauſam meam.

דִּבֵּר Loquela,loquutio.Ierem.5.Et loquela non fuit in eis.Oſeæ 1.Principium loquutionis in Oſea.

דְּבִיר Pars templi interior, in qua repoſita erat arca fœderis Domini, & duo Cherubin ſuper propiciatorio,aliàs dicta,Sanctũ ſanctorum: atq; reddere licebit oraculum ſeu locutorium,eò quòd deus ibi reſponſa dabat,ac conſulentibus aperiebat uoluntatem ſuam.Pſal.28.Audi uocem precationum mearũ cum clamo ad te, quando extollo manus meas ad loquutorium ſanctitatis tuæ.

דַּבְּרוֹת Eloquia.Deut.33.Accipiet ex colloquijs tuis. Et uidetur eſſe uox compoſita ex infinitiuo ſecundæ coniugationis,& nomine.

מִדְבָּר Colloquium.Cantic.4.Et colloquium tuum eſt gratum.

דֹּבֶר Septum,caula, in quam oues rediguntur ac coercentur in ordinem. Latini caulã uocant.Mich.2.Ponam eum ſicut oues in caulam ſuam.

דֹּבְרוֹת Rates,id eſt ligna ſeu arbores in ordinem & ſeriem colligatæ,ut ſuper aquis duci poſſint.1.Regum 5.Serui tui deponent de Libano ad mare,& ego componã eas

rates

rates in mare uſq; ad locum, quem tu mihi indicaueris. pro quo 2. Paralipom. 2. רַפְסֹדוֹת eſt ſcriptum, quod cum Græco concinit.

דְּבֹרָה Apis, ab ordine operarum mira induſtria quas facit. Ieſaiæ 7. Sibilabit Iehoua muſcæ, quæ eſt in extremis fluminibus Aegypti, & Api, quæ eſt in terra Aſſur. Et pluraliter דְּבֹרִים Deut. 1. Et egreſſus Amorræus, qui habitabat in monte illo obuiam uobis, & perſecutus eſt uos ſicut facere ſolent apes. Iudic. 14. Et ecce examen apum in cadauere leonis, & mel. Pſalm. 118. Circundederũt me ſicut apes. Deſcriptionem apum lege in Plinio lib. 11. cap. 5.

דֶּבֶר Peſtis, peſtilentia: arbitrantur quidam Hebræis ſic dictam, quòd ſeruet ordinem, nec cuiquam parcat, Aliqui alij contrario malo quod corruptio ſit rei ordinatæ. Ego uero exiſtimo dictam quia uaſtet, & faciat ciuitates & hominum habitationes deſertas, uel quòd ſcriptura uoluerit horrendam hanc plagam generali uocabulo appellare rem, ſicut Germani etiam uocant **das ding**/ut cũ dicunt **Er hat das ding am hals**. Exod. 5. Et ſacrificabimus ipſi Iehoua deo noſtro, ne obruat nos peſte aut gladio. Ezech. 6. Fame & peſte cadẽt. Pſal. 91. A peſte, quæ in caligine uerſatur. ubi translatio uulgaris habet, A negocio perambulante in tenebris. Et pluraliter in ſtatu affixi. Oſeæ 13. Vbi ſunt peſtes tuæ mors: pro quo Aquila, & quinta editio, ubi ſunt ſermões tui. Et Septuaginta, ubi eſt cauſa ſeu uindicta tua.

מִדְבָּר Quidam deriuantes à דָּבָר, arbitrantur deſertum ideo ſignificare, quòd locus ſit contrarius uitæ humanæ. Dauid Kimhi in commentario ſuo ſuper Iere. 12. definit locum eſſe paſcuæ, ubi paſcuntur animalia: & huic definitioni multi ſuffragantur ex Chriſtianis, eò quòd præter aliquot ueteris Teſtamenti locos, qui greges paſci in deſerto teſtantur, Chriſtus etiam calculum ſuũ addat Luc. 15. Rabi Moſes Aegyptius lib. 3. cap. 51. Directoris nutantium prolixam tradit definitionem deſerti illius, in quo Iſrael quadraginta annis uerſatus eſt, quam partim ex Exo. cap. 20. & Ier. 2. partim ex pſalmis, deſumpſit. Quod autem ad etymologiã nominis attinet, placet mihi illorum ſententia, qui à nomine דָּבָר deriuatum exiſtimant, quod ordinem rerum ſignificat, & mem particulam eſſe priuatiuam, ſicut in nominibus ממשש מסכן מאורת alijsq; ſimilibus, & ſignificare terram inordinatam, incultam, & uaſtã, in qua neq; horti, neq; arua, neq; prata, aut arbores ſunt fructiferæ, & multo eſſe horridius & uaſtius quàm עֲרָבָה campeſtria, quæ ſunt in planicie, alterum etiam in montanis & locis ſaxoſis & aſperis. Et quia non rectius niſi ex ſcriptura definiri poteſt deſertũ, aliquot locos adducam ex quibus quid ſit & uocetur, liquidò cognoſci poſſit. Gen. 16. Et inuenit eam angelus Iehoua apud fontem aquæ in deſerto. & cap. 36. Qui inuenit mulos in deſerto cũ paſceret aſinos patris ſui. Exo. 3. Et duxit gregem poſt deſertum. Pſal. 78. Et duxit eos uelut gregem in deſerto. Geneſ. 37. Proijcite eum in ciſternã illam, quæ eſt in deſerto Deuter. 8. Trans Iordanẽ in deſerto, in campeſtri è regione maris rubri. 1. Samuelis 23. Erant in deſerto Maon, in campeſtribus ad dexteram Ieſſimon. 2. Sam. 15. Ecce ego morã facio in campeſtribus deſerti. Pſalm. 107. Qui ponit flumina in deſertum. Ieſaię 35. Quoniam eruperũt in deſerto aquæ, & flumina in campeſtribus. cap. 41. Ponã deſertũ in ſtagna aquarũ. Et mox iterũ: Ponã in deſerto cedrũ, ſchittam, myrtum, & arborem oliuæ, & ponam in campeſtribus abietem, pinum & buxum ſimul. Pſal. 102. Similis ſum onocrotalo deſerti. Ieſaiæ 50. Ponam flumina, deſertum, ut putreſcat piſcis eorum abſque aqua, moriaturq; ſiti. Prouerb. 21. Melius eſt habitare in terra deſerti, quàm cum muliere contentioſa. Malach. 1. Et poſſeſſionem eius draconibus deſerti. Ieſaiæ 21. Onus deſerti maris. Vocat autem Propheta hoc nomine Tyrum, quæ erat redigenda in deſertum. & cap. 22. Et erit deſertum in Carmelũ, id eſt, terram cultam & frugiferam. Ierem. 2. Vbi eſt Iehoua, qui eduxit nos de terra Aegypti, & duxit nos per deſertum, per campeſtria, & ſcroboſa, per terram aridam, & umbræ mortis, per terram in qua non tranſiuit homo, & ubi nullus homo habitauit &c. & cap. 12. Et poſuerunt agrum deſiderij in deſertum horribile. Threnorum 4. Contra animã noſtrã adducimus panẽ propter gladiũ deſerti, id eſt fa-

cientem uaſtitatem & ſolitudinem . Et cum affixo. Ieſaiæ 51. Ponetq́ deſertum
273 eius uelut hortum uoluptatis,&c.

דבש Proprie mel,opificium apum,deinde generalius de omni alia dulcedine fluente dicitur.Iudic.14.Quid dulcius melle.Prou.24. Comede fili mi mel, quia bonum.& cap.25. Comedere mel multum,non eſt bonum. Exo.3.Ad terrã fluentem lacte & melle.Leu.2.Quia omne fermentũ & omne mel nõ ſuffietis. Deu.32. Et ſugere fecit eum mel de rupe.Pſal.81.Et de petra mellis ſaturabam te.1.Samuel. 14. Et uniuerſa terra uenerunt in ſyluam, & fuit mel in ſuperficie agri. In diſtinctione plena,& fine ſententiæ דְּבָשׁ Exo. 16. Et ſapor eius ſicut placenta in melle. Deut.8. Terra tritici & hordei,& uitis,& fici,& malogranati, terra oleæ pinguedinis,& mellis. In ſtatu affixorum mutat ſeua in hirik, & pathah ſeu cametz in
274 ſeua.Cantic.5.Comedi fauum meum,& fauum meum,cum melle meo.

דגה Auctus,multiplicatus eſt,fœcundus fuit inſtar piſcium,uel frumenti, quorum utrunq́ magna copia prouenit.Gen.48.Angelus ille,qui redemit me ab omni malo,benedicat pueros iſtos,& uocetur in eis nomen meum, & nomen patrũ meorum Abraham,& Izhak,& multiplicentur in multitudinem,in medio terræ.

INDE NOMINA:

דג In forma maſculea,piſcis à fœcunditate,& copia ſeminis. Ionæ 1. Et ordinauit Iehoua piſcem magnũ,ut deuoraret Ionã,fuitq́ Ionas in inteſtinis piſcis tribus diebus & tribus noctibus. Legitur ſemel in forma דאג collectiue.Nehe. 9. Et Tyrij habitabant in ea adferentes piſcem. Et pluraliter דָּגִים. 1.Reg.4.Et de reptilibus & de piſcibus.Iob 40.Aut implebis fiſcellam piſcium capite ipſius.Eccleſ. 9. Sicut piſces qui capiuntur ſagena mala.Nehe.3.Et portam piſcium ædificauerũt.

Et in ſtatu regiminis דְּגֵי Gen.9.Et ſuper omnes piſces maris.Oſeæ 4.Etiam piſces maris auferenẽ. Et in forma fœminea דָּגָה Exo.7.Et piſcis, q erat in flumine mortuus eſt.Ionæ 2.Et orauit Ionas ad Iehoua deũ ſuũ ex inteſtinis piſcis. Deut. 4.Aut ſimilitudinẽ alicuius piſcis in mari.Ezech.47.Et erit piſcis multus ualde.

In ſtatu regiminis דְּגַת Gen.1.Et dominentur in piſcẽ maris.Ezech.29.Et adhęrere faciam piſcem fluminum tuorum in ſquamis tuis. Et in ſtatu affixorum דְּגָתָם Pſal.105.Et mortificauit piſcem eorum.

דגן Nomen generale,ſicut Latinis frumẽtum,& complectitur omnes fruges terrę naſcentes in ariſtis,quarum grana tribulis excutiuntur, & in horrea reponuntur. Deut.33.Et habitabit Iſrael confidenter ſolus,& fons Iacob in terra frumẽti & muſti.2.Paral.32.Fecit thecas pro prouentu frumenti & muſti,& olei.Ezech.36.Aduocabo frumentum & multiplicabo illud. In ſtatu regiminis דְּגַן Pſal.78.Et fluit ſuper eos Man ad comedendum,& frumentum cœli dedit eis. In ſtatu affixorũ דְּגָנְךָ Deut.7.Benedicet fructui uentris tui,& fructui terræ tuæ,frumento tuo, & muſto tuo,& oleo tuo.Pſal.4.A tempore frumenti eorum & muſti eorum.

דגון Deus Philiſtinorum,cui in Gaza Satrapæ capto Simſone ſacrificaſſe hiſtoria Iudicum his uerbis teſtatur cap.16.Et Satrapæ Philiſtinorum congregati, ut ſacrificiũ magnũ offerrent Dagon deo ſuo,& lætarentur, dixerũt, tradidit deus noſter in manus noſtras Simſonẽ hoſtem noſtrum,& uaſtatorẽ terræ noſtræ, &c. Atque etiam in Azoto templum & idolum extitiſſe clarum eſt ex 1.Samuel.5.iuxta quod cùm arca fœderis capta à Philiſtæis collocata eſſet,concidit corã ea, capite & manibus auulſis à corpore,ut tantum truncus ſeu uenter extaret reliquus, quẽ poſtea coluerunt.Huc haud dubiè Paulus alluſit ad Philippenſes cap.3. ſcribens, Quorum deus uenter & gloria in dedecore ipſorum,qui terreſtria curant. Et licet Iudæi,neſcio qua occaſione ex 1.Samuelis 5.ſumpta fingant idolũ hoc à piſce habere appellationem,quod ab umbilico & infrà piſcis,ſuprà uero hominis figuram habuerit,quales Syrenes finguntur,tamen deum puto piſcium & frumenti, hoc eſt,uentris cauſa,uel propter prolis fœcunditatem effictum & cultum.Legitur autem Azotum,& ſimulachri Dagonis ædem à Ionatha Machabæo uaſtatum 1. Machabæorum 10.

275 דֶּגֶל Signum militare, uexillum maius, qualia ſunt militaria: nam cognationem habet cum גדל Num.2. Vexillum caſtrorum Iehuda. Et iterum: Vexillum caſtrorum Ephraim. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik & alterũ in ſeua. Num.2. Vnuſquiſq; ſecundum uexillum ſuum, ſub ſignis domus patrum ſuorum. Canticorum 2. Vexillum eius ſuper me, dilectio. Et pluraliter in ſtatu affixi דִּגְלֵי Num.2. Quiſq; in loco ſuo iuxta uexilla eorum.

INDE VERBVM,

דָּגַל Vexillauit, uexillum magnum erexit, qualia ſunt militaria. Pſal. 20. Et in nomine dei noſtri uexillabimus, id eſt erigemus uexillum.

Participium præteritũ דָּגוּל uexillatus, magnificatus, inſignitus. Cantic.5. Amicus meus candidus, & rubicundus, inſignitus præ decem millibus.

In uoce paſſiua legitur participium, ſeu nomen participiale fœminini generis נִדְגָּלוֹת Cantic.6. Formidabilis ſicut uexillata, id eſt, exercitus uexillati.

276 דָּגַר Incubuit ouis, fouit oua. Conuenit generali ſignificatione cum uerbo דָּקַר, niſi quòd hoc ſit auicularum cubantium, alterum ſit pullorũ qui roſtro teſtas ouorum pungendo aperiunt. Iere.17. Crocitans quæ incubat, & non parit, ita comparans diuitias, ſed non ſecũdum iudicium, id eſt, uera ratione. Ieſaiæ 34. Et excludet, ubi incubauit in umbra eius.

277 דדה In hac forma legitur tantũ in quarta coniugatione duobus in locis, & cum defectu literæ characteriſticæ thau, in cuius locũ ſubſtitutus eſt punctulus dagges in ſequenti litera daleth, alteram literam habet daggeſſatam ratione coniugationis. Quod uero ad ſignificationem attinet, eam habet communem cum uerbis נוּד & נָדַד tantumq; modo ſignificandi ab illis differt: nam ut illa duo uelocẽ motionem, ſeu agitationem notant, ita contra hoc ſignificat greſſum ſeu inceſſum tardiorem, ut quando ordine cum pompa in proceſſione, uel funebri, uel læta incedi tur, & eſt geſtus incedentium, maxime uero capitis. Ieſaiæ 38. Incedam omnibus annis meis ſuper amaritudine animæ meæ. Pſal. 42. Vt tranſeam cum ſumma, incedam cum ipſis ad domum Dei.

278 דְּהַב Chaldaica uox, quæ idem illis ſignificat, quod Hebræis זָהָב aurum. Sunt enim iſtæ duæ literæ ſdain & daleth in his duabus linguis Hebræa & Chaldæa cõmutabiles: inde denominatiuum מַדְהֵבָה aurarium, id eſt, aureum tributum, aurum tributarium. Ieſa.14. Quomodo ceſſauit exactor, ceſſauit aurum tributarium.

279 דהם In hac forma legitur tantum in uoce paſſiua participiũ maſculini generis נִדְהָם magnamq; habet cognationem cùm forma, tum ſignificatione cum uerbis דּוּם & נָדַם דָּמַם תָּמַהּ: ſignificat enim obmuteſcere metu. Ier.14. Quare factus es uelut obmutefactus, id eſt, attonitus.

280 דָּהַר Fremuit in modum equi irati. Legitur ex eo tantum participium præſens דֹּהֵר Nahum 3. Vox ſtrepitus rotæ, & equus fremens.

INDE NOMINA:

דַּהֲרוֹת Nomen pluralis numeri tantum, fremitus. Iud.5. Tunc cõçuſſæ ſunt ungulæ equorum præ fremitibus, fremitibus inquam, fortium eius.

תִּדְהָר Nomen arboris, quam pinum, alij cedrum ſeu cedri ſpeciem aſſerũt. Hieronymus ulmum tranſtulit. Ieſa. 41. & 60. Ponam in campeſtribus fraxinum, ulmum, &c. Arbitror autem dictam à fragore ſeu fremitu, quem uentorum agitatione edit: niſi forte dictam uelit à reſina, ut æquiualeat nomini תִּמְהַר.

281 דּוֹד Charus, dilectus, amicus, ab uberibus, ſeu amore uberũ, & uberũ gratia. Cant.3. Quid dilectus tuus præ dilecto, pulchra inter mulieres: quid dilectus tuus præ dilecto, quod ſic adiuraſti nos. Cantic.1. Faſciculus myrrhæ dilectus meus. Et pluraliter דּוֹדִים chari, dilecti. Cantic.5. Et inebriamini dilecti. Vſurpatur tamẽ pluraliter plerunq; ſubſtantiuè in abſtracto, amores, uel ubera ab amoribus. Prouerbiorum 7. Veni inebriemur amoribus uſq; in mane. Ezech. 16. Ecce tẽpus tuum, tempus amorum, & expandi alam ſuper te, & operui ignominiã tuam. Ezech. 23. Ingredere in cubiculum amorũ, polluerunt eam. Et cum affixo. Cant. 1. Oſcu-

letur me oſculo oris ſui: quoniam meliores amores tui, quàm uinum. Et cum pa thah. Ezech. 23. Quando facerent, ex Ægyptijs ubera tua.

דּוֹד Cum uau uel abſq; eo, patruus ſeu patruelis, ab amoris affectu. Leuit. 10. Et uocauit Moſes ipſum Miſael & Elzaphan filios Vziel patrui Aaron. Leuit. 25. Siue patruus ſiue filius patrui ſui poterit redimere eum. 1. Sam. 14. Et nomē principis exercitus eius Abner, filius Ner patruus Saulis. Ieſaiæ 5. Canticum patruelis mei de uinea ipſius. Amos 6. Et tollet eum patruus & auunculus eius, ut offerat oſſa de domo. In genere fœminino דּוֹדָה amita, id eſt, ſoror patris. Exo. 6. Accepit autem Amram Iocebed amitam ſuam in uxorem. Leuitic. 18. Verēda fratris patris tui ne reueles, ad uxorem eius ut accedas, quia amita tua eſt.

יְדִיד A nomine דוד denominatiuū, charus, dilectus, adamatus. Deut. 33. De Beniamin dixit, dilectus Iehoua habitabit confidenter. Pſal. 127. Sic dabit dilecto ſuo in ſomno. Ieſaiæ 5. Cantabo nunc dilecto meo. Et pluraliter. Pſal. 60. Propterea liberabuntur dilecti tui.

יְדִידוּת Dilectio. Ieremiæ 12. Dereliqui domum meam, deſerui hæreditatem meam, tradidi dilectionem animæ meæ in manum inimicorum ſuorum. Et pluraliter יְדִידֹת. Pſalm. 45. Canticum amorum. Pſal. 84. Quàm dilecta tabernacula tua Iehoua exercituum.

יְדִידְיָה Nomen compoſitum ex יְדִיד dilectus & יָהּ Et appellatiuum Salomonis filij Dauid, id eſt, dilectus Ia. 2. Samuelis 12. Et conſolatus eſt Dauid Bathſeba uxorem ſuam, & ingreſſus ad eam, cubauit cum ea, & genuit filium, & uocauit nomen eius Salomo, & Iehoua dilexit eum, & dimiſit in manu Nathan prophetæ, & uocauit nomen eius Iedid Ia propter Iehoua.

דָּוִד Dauid, dictus ab amore. Item דודו etiam nomen proprium uiri, cuius fit mentio Iudicum 10.

דּוּד Chaldaicè דּוּדָא uas in quo coquuntur carnes, ad figuram uberum formatum: alij ollam, alij lebetem, alij caldarium uerterunt. 1. Samuel. 2. Et incutiebant tridentem in caldarium. Iob 41. De naribus eius egreditur fumus quaſi è caldario ebulliente. Pſalm. 81. Quando ſubducerem humerum eius ab onere, & manus eius à caldario tranſirent. Iere. 24. In caldario uno erant ficus ualde bonæ. Et pluraliter דּוּדִים. 2. Paralip. 35. Et ſanctificata coxerunt in ollis, & in caldarijs. 2. Reg. 10. Iugularūt ſeptuaginta uiros, & poſuerunt capita eorum in caldaria. Et in ſtatu regiminis דּוּדָאֵי Iere. 24. Oſtendit mihi Iehoua, & ecce duo caldaria ficuum erant poſita ante templum Iehoua.

דּוּדָאִים Vetus tranſlatio mandragoras uertit, quidam uolūt ſignificare uiolas, aliqui herbam Satyrion, nonnulli poma gratiſſimi & odoris & ſaporis, R. Salomon ficus optimas & odoriferas, aliqui **Juden kürſen**. Certum eſt habere appellationem à figura uberum. Geneſ. 30. Egreſſus Ruben in diebus meſſis triticeæ inuenit mandragoras in agro. Cant. 7. Mandragoræ dederunt odorem.

282

דָּוָה

Congruit ſignificatione cum uerbis דָּאַב & דָּבָא אָרַב, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe parum diſcrepent. Et ſignificat debilem, languidū, perteſum fieri, ut accidere ſolet mulieribus, quando menſtrua patiuntur, aut cum homo, aut mēbrū hominis uiribus ſuis naturalibus deſtituit̄, **las/ trege/ ſchwach/ verdroſſen / ſchwermütig ſein**. Leuit. 12. Iuxta dies remotionis debilitari eam, immunda erit, id eſt, iuxta dies menſtrui debilitatis ſuæ.

INDE NOMINA:

דָּוֶה Nomē maſculini generis, debilis, languidus. Threnorum 4. Propterea factum eſt languidum cor noſtrum, ſuper iſtis obtenebrati ſunt oculi noſtri. Et pluraliter in ſtatu regiminis דְּוֵי. Iob 6. Quæcunq; renuit attingere anima mea, ea ſunt tanquam debilitates panis mei, ſcilicet quo utor in tempore debilitatis.

Et in genere fœminino דָּוָה infirma, languida, debilis ex fluxu ſanguinis. Leuitic. 15. Et debilis in remotione ſua. cap. 20. Et uir qui cubauerit cum muliere debili, & reuelauerit nuditatem eius. Ieſaiæ 30. Abalienans ea tanquā debilem. 1.

Thre-

Threnorum.Poſuit me ream,quotidie debilem.

דַּוָּי Debilis,languefactus.Ieſaiæ 1.Omne cor languidum,id eſt,deſtitutum uiribus. Iere.8.Super me cor meum languefactum.Thren.1.Et cor meum debile.

דְּוַי Debilitas,infirmitas,languor,languiditas. Pſal.41. Iehoua ſuſtentabit eũ in grabbato debilitatis.

מַדְוֶה Nomen maſculini generis, infirmitas, debilitas, languiditas. Et in ſtatu regiminis מַדְוֵה Deut.28.Et adducet in te omnem infirmitatem Ægypti. Et pluraliter in ſtatu regiminis מַדְוֵי Deut.7.Auferet Iehoua abs te omnem infirmitatẽ, & omnes ægritudines Ægyptiorum malas. Et in ſtatu affixorum uoce quidem nihil mutat,tantũ modum ſignificandi uariat:ſignificat enim genus ueſtis,quę quidem ab infirmitate nomen habet,& induebantur ea ueſte tempore luctus in ſignũ condolentiæ.2.Sam.10.& 1.Paral.19. Et prçſcidit ueſtes eorum in medio uſq; ad nates eorum. Sed de hoc etiam in themate מָדַד.

283 דּוּחַ Vi ſeu impetu impulit,appulit.Et ut uoce,ita ſignificatione congruit cum uerbis נָדַח & דָּחָה דָּחַח atque in hac forma legitur tantum in tertia coniugatione הֵדִיחַ. Iere.51.Expleuit uentrem ſuum delicijs meis,repulit me.2 Paral.4.Facturam holocauſti impellebant in ea.Ieſaiæ 4. Si lauerit Iehoua excrementa filiorum Iſrael,& ſanguines Ieruſalem repulerit è medio eius.Ezechielis 40.Ibi impellebãt holocauſtum.

284 דּוּךְ Contudit infra, detruſit. Et congruit ſignificatione cum uerbis דָּכָא דָּכָה דָּכַךְ דּוּשׁ דָּקַק חָרַק & הוּם, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Legitur autem uerbaliter tantum ſemel Num. 11. Et cõtundebant in mortario.

INDE NOMINA.

דַּךְ Contuſus,detruſus.Pſal.9 Et erit Iehoua contuſo. Pſal.10. Vt iudices pupillum & contuſum.Pſal.74.Ne auertatur contuſus,ignominia affectus.

מְדֹכָה Vas tunſile,in quo res contunduntur,quod nos mortarium appellamus.Num.11. Et contundebant in mortario.

285 דּוּם In uoce actiua neutraliter, ſiluit. Et ſignificatione cõgruit cum uerbis דָּמַם דָּמַם & דָּמָה Pſal 35.Ruperunt & non ſiluerunt.

Participium præteritum דֻּמָּה Ezech.27. Quæ uelut Tyrus ſilentiata in medio maris,id eſt,compeſcita.

In uoce paſſiua נָדַם obmutefactus eſt, obmutuit,conticuit. Exod. 15. Obmuteſcent uelut lapis. Leuit.10.Et obmutuit Aaron.Iere. 48. Etiam Madmen obmuteſces.ubi paronomaſia Propheta uſus eſt. In ſequentibus quinq; locis communem habet formam cum paſſiua uoce uerbi geminati דָּמַם Iob 31. Et contemptus familiarum conterruit me, & obmutefactus eſſem, ut non egreſſus eſſem ianuam. Pſalm.30.Propterea pſallet te gloria & non ſilebit. Thenor.2. Non ſileat filia oculi tui. Et cap.3. Sedebit ſolus,& ſilebit. Amos 5.Quare prudens in tempore illo ſilebit. In ſecũda coniugatione דוֹמֵם ſilere fecit,compeſcuit.Pſal.131. Si non æquiparaui,& compeſcui animam meam.

INDE NOMINA:

דּוּמִיָּה Silentium, locus ſilentij. Pſal. 94. Parum abfuit, quin uicina fuiſſet ſilentio anima mea.Pſal.115.Omnes deſcendentes in ſilentium.Ex iſtis locis,& Patrum traditione arbitror etiam Ethnicos ſepulchrum,ſeu infernum,ſeu ſtatum mortuorum hoc nomine dixiſſe, ſicut Virgilius lib. 6. Dij quibus imperium eſt animarũ, umbræq; ſilentes,& chaos,& Phlegethon loca nocte ſilentia late,&c.

דּוּמָם Sicut דּוּמָה geminata ultima litera ſubſtantiali, ſilentium. Ieſaiæ 47. Deſide in ſilentium, & ingredere in tenebras filia Chaldæorum. Habakuk 2. Væ qui dicit ligno, euigila, excitare, lapidi ſilentij. Et cum pathah loco cametz perinde ac ſi eſſet in ſtatu regiminis. Threnorum 3. Bonus & expectabit, & in ſilentio ad ſalutem Iehoua.

286 דּוּן & דִּין Nam in utraq; forma legitur,& ſignificat ex fundamento iuris & iuſtitię pronũçiare ſententiã,cui ab utraq; parte cõtendentiũ ſtatur, ſtatuit in aliquem

quem,ſtabiliuit aliquem. Et plerunq; in bonam partem accipitur pro iudicare ſeu pronunciare pro aliquo ſtabiliendo. Iere. 22. Iudicauit cauſam oppreſſi & egeni. & cap.30.Iudicauit cauſam,ut eſſet emplaſtri uice,id eſt,ſtabiliuit. cap. 5. Iudicando non iudicauerunt cauſam pupilli.Pſal.50.Aduocabit ad cœlum deſuper, & ad terram ad iudicandum populum ſuum.Ieſaiæ 3.Et ſtat ad iudicandum populos.Iere.21.Iudicate mane iudiciũ.Gen.30.Et dixit Rachel,iudicauit me deus,& acquieuit uoci meæ deditq; mihi filiũ:ideo uocauit nomen eius Dan.Gen.6.Non iudicabit ſpiritus meus inter homines perpetuo.

Participium præſens דָּן Gen.15. Veruntamen gentem cui ſeruient ego iudicabo,id eſt ſtatuam in eos uindictam.

In uoce paſſiua legitur participium נָדוֹן 2.Sam.19.Et omnis populus iudicialis, factus eſt in omnibus baculis Iſrael,id eſt,uno ore pronunciauerunt,ſcilicet iuſtũ.

In tertia coniugatione הֵדִין poteſtatem iudiciariam exercuit, iudicauit, & complectitur ſimul gubernationem , quæ conſiſtit in diiudicatione controuerſiarum. Deut.32.Quoniam iudicabit Iehoua populum ſuum,& ſuper ſeruis ſuis misericordia mouebitur. Ad hoc dictũ Chriſtus alludẽs ſic reddidit Luc. 18. Deus aũt non faciet uindictam electorum ſuorum clamantium die ac nocte.1.Sam.2.Iehoua iudicabit fines terræ.Pſal.7.Iehoua qui iudicabit populos,iudica me. Pſal.9. Iehoua iudicabit populos in rectitudinibus.Pſal.54.Et in potentia tua iudicabis me.Pſal.110.Iudicabit inter gẽtes,implebit cadaueribus.Gen.49.Dan iudicabit populum ſuum, ſicut una tribuum Iſrael. Zach.3. Et tu quoq; iudicabis domum meam, atq; etiam cuſtodies atria mea,id eſt,reges,gubernabis,adminiſtrabis.

INDE NOMINA:

דַּיָּן Iudex, qui nititur iure, & ſecundum illud pronunciat , qui ſtabilit iure pacem , iuſtitiam & ſalutem reipublicæ.1.Sam.24.Et erit Iehoua in iudicem,& iudicabit inter me,& inter te.Pſal.68.Pater orphanorum & iudex uiduarum.

דּוּן Iudicium,ſententia definitiua.Iob 19. Vt ſciatis quod ſit iudicium.

דִּין Cauſa iudicialis,ſententia definitiua,qua ſtatur.Deut. 17. Inter ſanguinem & ſanguinẽ,inter cauſam & cauſam . Eſther 1. Habentium notitiam legis & iudicij, ſeu cauſæ iudicialis.Iob 35.Iudicium coram ipſo eſt,expectes ipſum. cap.36.Iudicium improbi impleuiſti.Pſal.76.De cœlo audire feciſti iudicium, terra timuit & quieuit.Pſal.140.Quoniam faciet deus iudicium oppreſſo.Prou. 20.Rex ſedens ſuper ſolio iudicij. In ſtatu affixorũ nihil mutat.Pſal. 9. Quoniã feciſti iudiciũ meum, & cauſam meam.Iere.30.Non iudicaui cauſam tuam.

מְדִין Tribunal, ſedes iudicis ſeu iudiciaria . Iudic.5. Qui uehimini aſinabus albis , ſedetis ſuper tribunali.

מָדוֹן Iudicium,reprehenſio,contentio,lis,rixa.Pſal.80. Poſuiſti nos reprehenſionem uicinis noſtris.ubi paſſiuè ponitur.Aliquando etiam actiuè uſurpatur, pro contentione.Prouerb.15. Vir ardoris excitat contentionem. Iere.15. Et uirum iudicij ſeu contentionis totius terræ. Et pluraliter מְדָנִים Prouer. 6. Et qui mittit contentiones inter fratres.& cap.10.Odium excitat contentiones.

מִדְיָנִים Contentioſi,nomen pluralis numeri tantum.Prouerb.18.Et contentioſi uelut uectis palatij.

מִדְיָנִים Contentiones,nomen pluralis numeri tantum. Prouerb. 6. Et contentiones emittet.& cap.18.Cõtentiones ſedabit ſors. Et in ſtatu regiminis מִדְיָנֵי Prou.19. Stillicidium perpetuum contentiones mulieris.

דָּן Nomen proprium filij Iacob , quem ex Bala ſuſcepit : unde poſtea cognominata eſt una duodecim tribuũ.Gen.30.Et dixit Rachel,iudicauit me Iehoua,& acquieuit uoci meæ,deditq; mihi filium:ideo uocauit nomen eius Dan.

מְדָן & מִדְיָן filij Abrahæ ex Kethura procreati: unde poſtea regiones nomina ſua ſortitæ ſunt,quarum mentio fit Gen.25.Exod.2.Iud.7.& 8.Pſal.83.& Ieſaiæ 9.

מְדִינָה Regio ſeu prouincia ſiue colonia, iuri ac iudicijs alicuius regni ſeu monarchiæ ſubiecta . Danielis octauo , Et ego eram in Suſan caſtro , quod eſt in Elam pro-

prouincia Nehe.1.Qui relicti ſunt de captiuitate,ſunt ibi in prouincia Eccleſ.5.Si calumniam pauperis, & rapinam iudicij uideris in prouincia,ne mireris. Eſther 3. Et ad duces qui erant in prouincia & prouincia,id eſt,in ſingulis prouincijs. Et pluraliter מְדִינוֹת 1.Reg.20. Per pueros principum prouinciarum. Eſther 1.Anno tertio poſtquam regnare cœpit,fecit conuiuium omnibus principibus ſuis,& ſeruis ſuis,robur Perſiæ, & Medorum præfecti & principes prouinciarum erant coram ipſo.Et cap.3.In omnibus prouincijs regni tui.

אֶדֶן Litera aleph eſt hemantica.Et ſignificat fulcrum,ſuſtentaculum,ſeu baſin, qua aliquid innititur & ſuſtentatur. Legitur autem ſingulariter in diſtinctione אֶדֶן Exo. 18. Talentum pro baſe. Et pluraliter אֲדָנִים cum cametz ſub daleth ad differentiam אֲדֹנִים. Exo. 26.Duas baſes ſub tabula una. Et in ſtatu regiminis אַדְנֵי Exo. 26. Quadraginta baſes argenti facies. Exod. 38. Vt funderentur baſes ſanctuarij. Cantic. 5. Crura eius columnæ marmoris fundatę ſuper baſes auri optimi. Similiter habet in ſtatu affixorum.Exod.27.Et baſes earum uiginti.Excipitur tantũ tertia perſona utriuſq; generis quę habet alteram uocem cametz.Exo.35.Columnas eius,& baſes eius.Item cap.39.Columnas eius & baſes eius.

אָדוֹן Suſtentator, columen familiæ ſeu reipublicę, ſic dictus, quòd ut baſis ædificium, ita huic curatio & adminiſtratio rei incumbit ac nititur, qui ſuſtentat ac regit uel domum uel politiam legibus ne cadat, cui incũbit cura & adminiſtratio rei familiaris ſiue politię. Et tam de deo,quàm de hominibus dicitur.Pſal.12. Qui dicũt lingua noſtra prçualebimus, labia noſtra ſunt penes nos, quis eſt Suſtentator noſter.Gen.45.Et poſuit me patrem Pharaonis,& in ſuſtentatorem domus ſuę.Pſal. 105.Conſtituit eum ſuſtentatorẽ domus ſuę.Exod.23.& 34.Apparebit omnis maſculus tuus coram facie Suſtentatoris Iehoua.Pſal.114.A facie Suſtentatoris contremiſce terra.Ieſ.1.Propterea ait Suſtentator Iehoua exercituum fortis Iſrael. Malach 3.Et ſtatim ueniet ad regiam ſuam Suſtentator. In ſtatu regiminis אֲדוֹן. Ioſue 3.Ecce arca fœderis Suſtentatoris uniuerſæ terrę.Pſal 97.Montes uelut cera liqueſcent à facie Suſtentatoris uniuerſę terrę. Similiter habet in ſtatu affixi perſonæ primę. Geneſis 78. Poſtquam inueteraui,erit mihi uoluptas, & Suſtentator meus conſenuit.& cap.23. Audi nos Suſtentator mi, princeps dei es tu. Exod. 21. Diligo ſuſtentatorẽ meum. Pſal. 110. Ait Iehoua dominatori meo, ſede ad dextrã meam.At cum reliquis affixis ſeruat literam Iod, & induit formam pluralis numeri.Gen.24.Subter femur Abrahę ſuſtentatoris ſui.Et mox iterũ: Vt ſit in uxorem filio ſuſtẽtatoris tui.Iud.3.Et ecce ſuſtentator eorũ ceciderit in terrã.Pſal.45. Quia ipſe eſt ſuſtẽtator tuus & ſupplicabis ei.Pſ.135.Suſtentator noſter eſt ſupra omnes deos.Ieſaiæ 51. Quia ipſe eſt ſuſtentator tuus Iehoua, & deus tuus. Et pluraliter אֲדֹנִים Ieſaiæ 19.Et concludam Ægyptios in manum ſuſtentatorum in duritia. Et cap.26.Iehoua deus noſter affectauerũt nos Suſtentatores præter te Deut. 10. Eſt deus deorum,& Suſtentator ſuſtentatorũ. Pſal.136. Confitemini Suſtentatori ſuſtentatorum.Legitur tamen plurale pro ſingulari. 1.Reg. 22 Et dixit Iehoua, non eſt ſuſtentator illis,reuertatur unuſquiſq; in pace.Malach.1. Et ſi Suſtentator ego, ubi eſt timor mei dixit Iehoua. In ſtatu regiminis אֲדֹנֵי & accipitur ſemper ſingulariter. Gen.39. Et accepit Suſtentator Ioſephi ipſum, & dedit eum in domum carceris.Et cap.42. Loquutus eſt uir, ſuſtentator terræ nobiſcum dura.1. Reg. 16. Et uocauit nomen ciuitatis,quã ædificauit iuxta nomen Semer Suſtẽtatoris montis Samariam. Deut. 10. Quoniam Iehoua deus ueſter eſt deus deorum,& ſuſtentator ſuſtentatorum. Et in ſtatu affixi primæ perſonę abiecta mem litera pluralis numeri recipit ſub nun uocem pathah. Gen. 19. Ecce euge Suſtentatores mei, deflectite quæſo ad domum ſerui ueſtri.

אֲדֹנָי Subſcripto ſub litera nun cametz, ſemper & ubiq; de ſuſtentatore deo dicitur, id eſt,filio dei, eò quòd ipſe ſit ſuſtentator & columna eccleſiæ ſuæ: quanquam aliqui uelint ut quidem apparet literam iod eſſe affixum primæ perſonę & eſſe poſitum pro יְהוָה ſiquidẽ hoc affixa nõ aſſumat.Gen.18.Suſtentator ſi obſecro inueni

gratiam

gratiam in oculis tuis,uel ſuſtentator mi.Item,Cœpi loqui ad ſuſtẽtatorem,uel ad Suſtentatorẽ meum.Et iterũ:Ne exardeſcat Suſtentator cum loquar. Pſal. 16. Dixi Iehoua Suſtentator meus es tu. Pſalm. 73. Ponere me in ſuſtentatore deo ſpem meam,&c.Dan.9.Nunc itaq; exaudi deus noſter orationẽ ſerui tui,atq; precationem eius, illumina faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum, quod eſt deſolatũ propter Suſtentatorem.

אֲדֹנִי בֶזֶק Nomen proprium regis in Bezek ciuitate, quæ fuit in terra Phereſęorũ, quos expulerunt Iſraelitæ:eius mentionem facit hiſtoria Iudicum 1.

287 דוּץ Exultauit præ lætitia,tripudiauit,opponiturq; uerbo דָּאַב quod tremere ſignificat metu. Et frequẽti in uſu eſt in lingua Chaldęa:unde apparet eſſe peregrinum.Legitur autem ſemel Iob 41.Et coram ipſo tripudiauit tremor.

288 דוּר Abſolute poſitum ſignificat ordinatam uitam ſeu ætatem agere. Pſal.84. Elegi poſtrema occupare in domo dei mei,quàm ordinatã ætatem agere in tabernaculis improbitatis. Et cum regit poſt ſe accuſatiuum,fit tranſitiuum,& ſignificat ordinare,conſtruere,conſtituere ordine & ſucceſſiuè.Ezech.24.Electum ouium ſucceſſiuè accipe,atq; etiam oſſa ſubter illis.

INDE NOMINA:

דוֹר Series conſtituta & ordinaria ſiue temporis, ſiue hominum, ſiue actionum, certa ſucceſſio ſeu reuolutio,ordo graduũ naturalis propagationis,ubi ex alio alius naſcitur. Latini nunc ætatem,nunc generationem,nunc progeniem, quæ quaſi ſphęra ſeu globus reuoluitur:Græci γενεὰ reddiderunt.Gen.15.Et ætate quarta reuertentur huc,quia nondum integra eſt iniquitas Amorræi: paulò ante dixerat quadringentis annis peregrinaturos.Gen.7. Quoniam te uidi iuſtũ coram me in ætate iſta.Deut.7.Obſeruantibus pręcepta eius in milleſimam ætatem.& cap. 23. Nõ ingrediatur Ammonites,aut Moabites in eccleſiam Iehoua etiã in ætate decima. & cap.29.Et dicet ætas poſterior,filij ueſtri,qui ſurgent poſt uos. Exod.32. Conſumeretur tota ætas,quę fecit malum in oculis Iehoua. Deut, 1. Si uidebit aliquis de uiris iſtis ætatis malę huius terram bonam.& cap.32. Ætas peruerſa & diſtortiſſima.Et ibidem iterum:Quoniam ætas mutabilitatum ipſi.Iud.2.Atq; adeo tota ætas illa congregatę ſunt ad patres ſuos & ſurrexit ætas alia poſt illos.Pſal.14.Deus in ætate iuſti.Pſal.112.Et ætas iuſtorum benedicetur.Prou.30. Ætas,quæ patri ſuo detrahit,id eſt,ſucceſſio.Eccl.1.Ætas abit,& ætas aduenit.Exod.3.Et hoc memoriale meum in ætatem & ætatem. & cap. 17. Et bellum erit ipſi Iehoua cum Amalek ab ætate in ætatem.Pſal.49.Et habitacula eorum in ętatem & ætatem. In ſtatu affixorum nihil mutat. Ieſaię 38. Ætas mea trãslata eſt, & ablata à me uelut tentorium paſtoris. & cap.53. Ætatẽ eius quis enarrabit,id eſt, uitam. Et pluraliter legitur ſępius דורות ætates. Gen. 6. Noah erat iuſtus & integer in ętatibus ſuis.& cap.17.Inter te & inter ſemen tuum poſt te ætatibus eorum.Num.9.Quicunq; fuerit contaminatus de mortuo , uel in uia remota à uobis, uel de progenijs in uobis. Ioſue 22.Quia teſtis inter nos, & inter uos, & inter progenies poſt nos. Iud. 3. Vt ſaltem diſcerent progenies filiorum Iſrael.Iob 42.Et uidit filios ſuos & filios filiorum ſuorum quatuor ętates.Ieſaię 41.Qui uocat progenies ab exordio.& cap. 51. Excitare ſicut in diebus antiquis,generationibus ſeculorum. Legitur tamen licet rarius in forma maſculea דורים Pſal.72.Et coram luna,ætate ætatum.Pſalm.102.In ętatem ętatum anni tui.Ieſaię 51.Et ſalus mea in ętatem ętatum.

דוּר Sphęra,globus, pila,circulus,à reuolutione. Ieſaiæ 22. Circumuoluendo circumuoluet te uolucro uelut pilam ad terram undiq; latam.& cap.29.Et ponam caſtra, quaſi pilam contra te. Vide מְדוּר.

מְדוּרָה Rogus,pyra,uel ab ordine & ſerie lignorum, uel quòd ſucceſſiue apponantur ligna. Ezech. 24. Etiam ego magnificabo pyram. Et cum affixo. Ieſaię 30. Pyra eius ignis,& ligna multa.

289 דּוּשׁ & דִּישׁ Excuſſit pedibus,ſeu alio inſtrumento frumentum, cum gaudio, quod fit exiliendo:nos uocamus triturare. Et congruit cum uerbo

bo אָדוּשׁ Item cum דוּץ quod exultare ſeu tripudiare ſignificat.1.Paralip.21.Et Arnon triturabat triticum.Iudic.8.Et triturabo carnem ueſtram ſpinis deſerti.Ieſ.41. Triturabis montes.Habakuk 3.Triturabis gentes.Iob 39.Et beſtia agri triturabit eam.Amos 1.Propter triturare eos plauſtris ferreis.Mich.4.Surge tritura filia Zion.Deut.25.Non obturabis os boui dum triturat ipſe.Iere.50.Sicut uitula,quæ triturauit.ubi ſcriptum eſt cum aleph pro he.

In uoce paſſiua נָדוֹשׁ Ieſaiæ 25.Et triturabitur Moab. Et iterum: Sicut triturari paleam,id eſt,ſicut trituratur paleā.

In tertia coniugatione uoce paſſiua יוּדַשׁ Ieſ.28.Non enim tribula triturabitur nigella.

INDE NOMINA:

דַּיִשׁ Excuſſio,tritura.Leuit.26.Et apprehendet tritura uindemiam.

מְדֻשָׁה Nomen participiale,tritura.Ieſaiæ 21.Tritura mea,& filius areæ meæ.

דִּישׁוֹן Nomē cerui ſeu bouis ſylueſtris,unū in fronte cornu gerētis,ideo Onkelos trāſtulit רֵימָא Credo autem Græcis nomine non multū diſſonante Βισὼν dictum,Latinis biſon:quanquam quidam ſcriptores ei duo cornua tribuāt ad dorſum recurua: habet autem appellationem à conculcatione,quia cornibus uentilare ac triturare dicitur aduerſa.Deut.14.Et Alcen & biſonem.

290 דָחָה Impulit,expulit,propulit:cōgruit ſignificatione cū uerbis דָּחַף דּוּחַ דָּחַח & סָחָה niſi quòd ut forma,ita modo ſignificādi inter ſe differant. Pſal.118.Impellendo impuliſti me ad cadendū.Pſal.140.Qui cogitauerunt impellere greſſus meos.

Participiū præſens ſeu nomen participiale דֹּחֶה Pſal.35. Sint ſicut ſtipula corā uento,& angelus Iehoua propulſor.

Participium præteritum generis fœminini דְּחוּיָה Pſal.62. Quaſi paries inclinatus,maceria impulſa.

In ſecunda coniugatione uocis paſſiuæ נִדְחוּ Pſalm.36.Impulſi ſunt,& non potuerunt ſtare.

INDE NOMINA:

דְּחִי Impetus,depulſio,præcipitium, lapſus. Pſal.56. Quia eripuiſti animam meam è morte,an non etiam pedes meos à lapſu.

מִדְחֶה Impetus,impulſio,lapſus.Prou.26.Et os blandum faciet lapſum.

291 דֹחַן Milium,ſpecies leguminis.Ezech.4.Sume tibi triticum, hordeum,fabā & lentem,milium & uitiam.

292 דָחַף Significat compulſionem, cōgruitq́ ſignificatione cum uerbis דָּחָה דָּחַק & דּוּחַ דָּחַח niſi quòd ut forma,ita modo parum ſignificandi uarient: & in uoce actiua uſitatū eſt tantum participium præteritum דְּחוּפִים Eſther 3.Cur fores egrediebantur cōpulſi uerbo regis.& cap.8.Egreſſi ſunt feſtinantes, & compulſi ſunt uerbo regis. In uoce paſſiua נִדְחָף Eſther 6. Et Hamon compulſus eſt in domum.2.Paralip.26.Atq́ etiam ipſe compulſus eſt egredi.

INDE NOMEN,

מַדְחֵפוֹת Compulſiones,nomen pluralis numeri tantum.Pſal.40.Venabitur eum ad compulſiones,id eſt præcipitia,loca in quibus homines impelluntur ad lapſum, ac ſe detinere à lapſu non poſſunt.

293 דָחַק Congruit ſignificatione cum uerbis דָּחַף & דָּחָה דָּחַח דּוּחַ niſi quòd ut forma,ita modo parum ſignificandi inter ſe differant,& ſignificat oppreſſionem ſeu contuſionem quæ fit depreſſione.Ioel.2. Et unuſquiſq́ fratrem ſuum nō impellat, ſeu opprimat,ſeu contundat.

Participium præſens דֹּחֵק Iudic.2.Motus eſt pœnitentia Iehoua propter ſuſpirium ipſorum conterentium eos & contundentium eos.

INDE NOMEN,

חֵדֶק Literarum inuerſione paliurus,de quo ſuo in loco.

294 דַּי Sufficientia, ſicut & דֵּי & cũ particulis eandem propemodũ habet ſignificãdi rationem: ideo arbitror tantũ tranſpoſitione literarũ inter ſe differre. Malach. 3. Et deprompſero uobis benedictionẽ uſq; nõ ſufficientia, i. abſq; fine ſufficientię. Eſther 1. Et erit ſecundũ ſufficientiã deſpectio & indignatio. Et in ſtatu regiminis דֵּי. Leuit. 5. Et non tanget manus eius ſufficientiã ouis, adducat pro reatu ſuo, quod deliquit duos turtures. Deut. 15. Et mutuũ dabis ei ſufficientiã defectus eius, quo defecerit illi. Prou. 27. Et ſufficientia lactis caprarũ pro pane tuo. Ieſaiæ 40. Et Libanus non ſufficiẽtia incẽdij. Leu. 25. Etſi nõ inuenit manus eius ſufficiẽtiam reddendi illi. Nahum 2. Leo diripiẽs in ſufficiẽtia catulorũ ſuorũ. Sic uſus eſt Paulus 1. Timoth. 6. Eſt autẽ quæſtus magnus pietas μετὰ αὐταρκείας, id eſt cum ſufficientia. Eſt & ſæpe particula expletiua quãdo à fronte accipit alias alphabeti literas ut בְּדֵי Iob. 38. In cornu dicet heach. Iere. 51. Et laborabũt populi in uanitate, & populi in igne defatigabũtur. Habakuk 2. Et laborabunt populi in igne, & plebes in uanitate. Item בְּדֵי Iob 17. In infernum deſcendent. Legitur etiam interſerta iod בְּידֵי Pſal. 140. Demittantur in rupe iudices eorum. Hinc nimirum apparet eognationem habere cum nomine דֵּי. Deinde aſſumit aduerbiũ ſimilitudinis caph כְּדֵי Leuit. 25. Et apprehenderit manus eius, & inuenerit iuxta ſufficientiã redemptionis ſuæ. Deut. 25. Et cædet ipſum iuxta ſufficientiã improbitatis ipſius. Eſt & ſic expletiua particula. Iud. 6. Et tentoria eorum ueniebãt inſtar locuſtarum in copia. Valet interdum, ſecundum quod, quantum. Nehe. 5. Nos comparamus fratres noſtros Iudæos uenditos gentibus, quantum in nobis. Sępenumero aſſumit à fronte literam mem מִדֵּי in comparatione uel extra comparationem. Exod. 36. Multiplicant populus ad adferendum præ ſufficientia cultus in ſupellectili. Sed extra comparationem eſt expletiua, ita ut מִדֵּי ualeat à, ab, poſt, ex quo. 1. Samuelis 1. Et ſic faciebat ſingulis annis ab aſcendendo eam in domũ Iehoua. & cap. 7. Et ibat ab anno ad annum. 1. Sam. 18. Et factum eſt ab egredi eos, prudenter agebat Dauid, quàm omnes ſerui Saul. 1. Reg. 14. Et factum eſt ab ingredi regem domum Iehoua. Ieſa. 28. A tranſire eum accipiet uos. Et cap. 66. Et erit à mẽſe ad menſem eius, & à ſabbatho in ſabbathum eius. Iere. 20. Quoniã à loquar uociferabor. Et cap. 31. A loqui meum, cum eo. Et Pſalm. 141. legitur מִידֵי cuſtodi me à laqueo, quem expanderunt mihi. Porro hoc nomen דַּי in ſtatu affixorum recipit in prima pathah. Exod. 36. Et materiæ fuit ſufficientia ſua pro omni ſupellectili. Iere. 49. Si fures in nocte auferent ſufficientiam eorũ. Abdiæ 1. An non furabuntur ſufficientiam ſuam. Prou. 25. Si mel inueniſti, comede ſufficientiam tuam.

מַדַּי Præpoſita mem litera cum pathah, ſufficientia. 2. Paralip. 30. Quoniam ſacerdotes non ſanctificati erant ad ſufficientiam.

שַׁדַּי Quidam Hebræorum à שָׁדַד uerbo deducẽtes literam iod loco geminatæ eſſe poſitam arbitranť, ut de deo ideo dicatur quòd חסין [illegible] fortis ſit & perpetuus ſit permeator uniuerſæ creaturæ: aliqui alij à nomine שַׁד uber, mamma, deriuant, quòd Deus omnia eo charitatis affectu & amore nutriat, quo mater infantem uberibus applicãdo fouet lacteq; alit ac nutrit, & ut aliàs à רֶחֶם matrice dicitur רַחוּם miſericordiſſimus, ita ab ubere appelletur uberrimus, quaſi dicat diuina ubertas, uis diuina & uniuerſalis. Nonnulli uocem eſſe compoſitam cenſent ex ſchin relatiuo, & nomine דַּי ſufficientia, abundantia, copia, plenitudo, copiæ cornu, quaſi dicas ſufficientiſſimus, abundantiſſimus, copioſiſſimus, φ ipſe per ſeſe non modo omnibus bonis abundet, ſed etiam alijs abundè tribuat, ſicut Ioannes de filio Dei dicit: De plenitudine eius accepimus omnes. Et Paul. 1. Timoth. 6. Neq; ſpẽ ponant in diuitijs incertis, ſed in deo uiuẽte, qui præbet nobis omnia abunde ad fruẽdum, &c. Ac ſimilem nominis rationem Rabi Saadias adducit, ideo Deũ ſic dictum, quòd ipſe abundet, omnesq; omniũ creaturarũ defectus expleat. Græci nunc αὐταρκὴς, nunc παντοκράτωρ, Latini uero ubiq; Omnipotens uerterunt. Hieronymus in Epiſtola ad Marcellam refert ab Aquila eſſe uerſum ἄλκιμον, quod nos robuſtum & ſufficientem ad omnia perpetranda accipere poſſumus. Atq; his

uocem

uocem eſſe compoſitam exiſtimant, ſuffragatur primum dagges in daleth, quod quoq; in alijs compoſitionibus habet מִדֵּי בִּדֵי בְּדֵי בְּדַי Deinde quòd iſta ſignificatio ſcripturæ conformior eſſe, & Paulus Apoſtolus eam explicare uideatur Act. 17. ubi inquit, Deus qui fecit mundū & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cū ſit Dominus nō in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colit̃, indigens aliquo, quum ipſe det omnibus uitam & halitum per omnia, fecitq; ex uno ſemine omne genus hominum, ut inhabitaret ſuper uniuerſam faciem terræ, præfinijtq; præſtituta tempora, præfixitq; terminos habitationis eorum, ut quærerēt deum ſi forte palpent eum, & inueniant, quamuis nō longe abſit ab unoquoq; noſtrū: per ipſum enim uiuimus & mouemur & ſumus, &c. Sic in priore ad Corint. 12. cum multa & diuerſa hominum dona ordine cōmemoraſſet, tandem concludit iſtis uerbis: Sed idem eſt deus operās ſeu efficiens omnia in omnibus. Et paulo poſt iterū: Sed hæc omnia efficit unus ille, & idem ſpiritus, diuidens peculiaria unicuiq;, ſicut uult. Ex his igitur facile nunc nominis huius ſignificationem colligere poteris, quòd non tantum aut ſimpliciter de Deo dicatur שַׁדַּי ꝙ ſit omnipotēs, & omnia poſſit, quinetiā ꝙ efficax ſit, & efficaciter omnia in omnibus operetur & faciat, ipſiusq; cura, prouidentia, ſapientia, bonitate, cuncta exiſtāt, uiuāt & moueantur, omnes homines, adeoq; etiam creaturæ de eius inexhauſta plenitudine exiſtentiā, uitam, operationes, tanquam æterno theſauro accipiant. Porro qđ ad cōſtructionem attinet, aliquando nomini אֵל iungitur epitheti uice. Geneſ. 17. Ego ſum Deus omnipotens, ambula coram me. cap. 28. Et deus omnipotēs benedicet tibi. Item cap. 35. Ego deus omnipotēs, creſce & multiplicare. Aliquando abſolutè ponitur. Gen. 49. Et ab Omnipotēte, qui benedixit tibi. Ruth 1. Vocate me Amaram, quoniam ſic fecit me Omnipotens, perturbatam. Ieſaiæ 13. & Ioel. 1. Quaſi uaſtitas ab Omnipotente ueniet. Quòd autem Prophetæ duo illi proſonomaſia tantum uocum, quod ad pronunciationem ſpectat delectati ſint, & non ad ſignificationem reſpexerint, teſtantur abundè loci à me iam citati. Pſal. 68. Quando Omnipotens diſtribuit reges. Ezech. 1. Et audiui uocem alarum illorum, quaſi uocem aquarum multarū, quaſi uocem Omnipotētis cū ille loquitur, id eſt cum tonat. Pſal. 22. Et erit Omnipotens munitio tua. Quanquā alij ſic legāt: Et erit ingens uis auri tui & argenti incrementum tibi.

295 דיה Vultur, & eſt genus ad omnes ſpecies uulturum à celeritate uolatus, ut דַּאָה Deut. 14. Vulturem ac miluum iuxta ſpeciē ſuam. Et pluraliter דַיּוֹת Ieſa. 34. Illic congregati ſunt uultures, alter ad alterum.

296 דְיוֹ Atramentum. Iere. 36. Et ego ſcribebam in libro atramento.

297 דיק In hac forma reperitur tantum in tertia coniugatione, הֵדִיק congruitq; ſignificatione cū uerbis דּוּק & דָּקַק niſi ꝙ ut forma à poſteriore, ita modo parū ſignificandi ab eo differt: ſignificat enim attenuari, cōminui. 2. Sam. 22. Sicut lutū platearum comminuam eos. 2. Reg. 23. Combuſſit eum in torrente Kidron & cōminuit in puluerem. 2. Paralip. 15. Et comminuit & combuſſit in torrente Kidron. Exo. 30. Et contundas ex eo comminuendo.

INDE NOMEN,

דָּיֵק Genus ædificij militaris ex ligno facti, ex uerbo adiuncto, deinde à comminutione appellationem habere, & in oppugnatione extrà ad urbium muros poſitū eſſe ex ipſo themate, & alijs circumſtantijs certo cōſtat: quale autem fuerit & quo nomine poſtea Græcis uel Romanis ſit dictum, incertū eſt, ideoq; interpretes uſque adeo in uertendo uariarūt. Hieronymus uertit munitionē. Doctor Ioannes Reuchlinus præceptor meus ſanctiſſimæ memorię uoluit ſignificare tormentū bellicum, quod muros comminuit. Alij antemurale, alij turrim, alij ſpeculā, alij aliter uerterunt. Nos cōmuni uocabulo machinamentū transferemus, cuius uſus fuit in

oppugnatione urbium.2.Reg.25.& Iere.52. Et ædificauerunt contra eam machinamenta circumquaq;.Ezech.26.Et ponet cõtra te machinamenta,& fundet cõtra te aggerem.

298 **דכא** Oppreſſione ſeu depreſſione contuſus eſt,& congruit ſignificatione cum דָּכָה דָּכָה דּוּךְ דָּחָה חָבָה רָעַץ מָעַךְ & נָכָה niſi q; ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent.Legitur in prima coniugatione tantum in uoce paſſiua נִדְכָּה. Pſal.38. Diſſolutus ſum,& contuſus ſum uehementiſſime.

Participium pluralis numeri נִדְכָּאִים Ieſaiæ 57.Et ut uiuificem cor contuſorum.

In ſecunda coniugatione דִּכֵּא opprimẽdo cõtudit.Pſal.143.Quoniam perſecutus eſt hoſtis animam meam,contudit in terram uitam meam.Pſal.89. Tu contudiſti tanquam pollutum,ſuperbũ.Pſal.94.Populũ tuum Iehoua cõtundent. Pſal. 90.Redige hominem uſq; ad cõtundere,id eſt ut contundatur.Pſal.72. Et contundet iniurium.Iob 6.Et contundat me.& cap.19.Et obtunditis me dictis. Prouerb. 22.Et non contundas oppreſſum in porta.Ieſaiæ 3.Quid uobis contunditis populum meum,& facies oppreſſorum contunditis,id eſt,ne auſint ſuſpicere ſeu attollere faciem.Thren.3.Ad contundendum ſub pedibus eius omnes uinctos terræ. Et quando poſt ſe non regit accuſatiuum,tum ponitur neutraliter.Iob 4.Quanto magis habitatores domorum luti,quorum in puluere fundamentum eorum contundentur ipſi à uerme.Et cap.5.Et contundebantur in porta, & nõ erat ereptor. Ieſaiæ 53.Deus uoluit contundere infirmitate.

Participium præteritum מְדֻכָּא Ieſa.53.Et contuſus propter iniquitates noſtras. Et pluraliter מְדֻכָּאִים Ieſaiæ 19.Et erunt hami eorum contuſi.

In uoce paſſiua דֻּכָּא Iere.44.Non ſunt contuſi uſq; in hanc diẽ,non timẽt, neq; ambulant in lege mea.

In quarta coniugatione יִתְדַּכְּאוּ pro יִתְדַּכְּאוּ. Iob 5.Et contundentur in porta.& cap.34.Conuertit noctem,& contundentur.

INDE NOMEN,

דַּכָּא Contuſus ſcilicet oppreſſione. Ieſa.57.Et cum contuſo & humili corde. Et legitur etiam in abſtracto.Deut.23.Non ingredietur uulneratus contuſione. Et pluraliter in ſtatu regiminis דַּכְּאֵי Pſal.34.Propinquus eſt Iehoua fractis corde,& cõtuſos ſpiritu ſaluabit. Et cum affixo.Prou.26.Lingua mendacij odit cõtuſores, ſeu obtuſores ſuos.

299 **דכה** Congruit ſignificatione cum uerbis דָּכָא דּוּךְ דָּחָה נָכָה רָעַץ מָעַךְ & דּוּחַ, niſi q; ut forma,& literis,ita modo parum ſignificandi inter ſe uariãt.Significat autem opprimendo contundere,actiuè ſequente accuſatiuo.Pſal.51.Exultabunt oſſa,quæ contudiſti. Et neutraliter nullo ſequente obliquo.Pſal.10. Contundetur,proſternetur & cadet robore eius cœtus dolentium.

In uoce paſſiua legitur participiũ maſculini generis נִדְכֶּה Pſal.51.Cor fractum, & contuſum deus non deſpicies.

INDE NOMEN,

דָּכִי Contuſio.Pſal.93.Extollunt flumina contuſionem ſuam,id eſt fluctus qui cõtundunt.eadem ratione,qua dicuntur מִשְׁבָּרִים Pſal.18.

299 **דלל** Exhauſtum,extractũ eſt,attenuatũ eſt exhauriẽdo. Significat autẽ ex imo ſeu profundo ſurſum trahere ſeu eleuare. Et congruit ſignificatione cum uerbo דָּלָה Ieſaiæ 19.Exhauſti ſunt,& exaruerũt riui Aegypti.Et cap.38.Exhauſti ſunt oculi mei.Pſal.142.Quia exhauſtus ſum ualde.Iob 28.Exhauſtæ ab homine amouentur.Pſal.79.Quoniam exhauſti ſumus ualde.Pſal.116.Exhauſtus eram,ſed mihi eſt ſaluator.

In uoce paſſiua נִדַּל Iudic.6.Et exhauſtus erat Iſrael ualde à Midian. Ieſaiæ 17. Et erit in die illa exhaurietur gloria Iacob.

INDE NOMINA:

דַּל Exhauſtus facultatibus,ſeu uiribus,attenuatus,tenuis fortunæ homo,& opponitur nomini עָשִׁיר Exod.30.Et exhauſtus nõ diminuet à dimidio ſiclo.Leuit.14.Et ſi exhau-

ſi exhauſtus ipſe fuerit.Iud.6.Ecce millenarius meus ipſe exhauſtus eſt.Ruth 3. Si ue exhauſtum,ſiue diuitē.Pſal.72.Miſerebitur ſuper exhauſto,& egeno.Prou.22. Ne depræderis exhauſtū,eò ꝙ exhauſtus eſt.2.Sam.13.Quare tu ita exhauſtus es, fili regis ſingulis mane. Et in diſtinctione ſententię דל Exo.23.Et exhauſtum nō ornabis in cauſa ſua.Leuit.19.Non aſſumes perſonā exhauſti. Et pluraliter דלים 2.Sam.3.Et domus Saul abibant & exhauſti.Iob 20.Filij eius placabūt exhauſtos. Prouer.20.Conſternatio exhauſtorum paupertas ipſorum. Et in genere fœminino דלה quod ſingulariter abſtractiuè uſurpatur pro tenuitate.Ieſa.38.Præ tenuitate exhauſit me. In ſtatu regiminis דלת 2.Reg.24. Præter tenuitatē populi terræ. Iere.40.Et à tenuitate terræ.Cantic. 7. Et tenuitas capitis tui uelut purpura, id eſt cincinni,capillitium,à tenuitate. Et pluraliter דלות concretiuè. Gen.41. Et ecce ſeptem uaccæ aliæ aſcendebant poſt illas,exhauſtæ.Iere. 52.Et de exhauſtis terræ reliquit Nebuzaradan magiſter Laniorum uinitores & agricolas.

301 דלג Saltauit,trāſiliuit,& importat quandam alacritatē,magnāq; habet affinitatem cum uerbo דלה niſi ꝙ ut una litera eademq; tamen ſymbolica,ita modo ſignificandi parum inter ſe diſcrepant.In prima coniugatione legitur tantū participium præſens דולג Zoph.1. Et uiſitabo ſuper omnem,qui tranſibit ſuper limen. Loquitur autem de ritu,quem à Philiſtæis acceperant,ut ingredientes templum, tranſilirent limen,cuius fit mentio 1.Samuelis.5.

In ſecunda coniugatione דלג 2.Sam.22.& Pſal. 18. In deo meo tranſiliā murū. Ieſaiæ 35.Tunc tranſiliet tanquam ceruus, claudus.

302 Participiū præſens מדלג Cantic.2.Ecce iſte uenit,tranſiliens ſuper montes.

דלה Exhauſit,extraxit in altum,eleuauit in altum,quicquid id tandem ſit. Et licet ſignificatione conueniat cum uerbo דלל, tamen modum ſignificandi habet generaliorem.Exod.2.Atq; exhauriendo exhauſit nobis,& potauit oues. Et iterum: Veniebant & exhauriebant,& implebant canales.Prou.20. Aquæ profundæ conſilium in corde uiri,at uir intelligentiæ exhaurit eas.

In ſecunda coniugatione דלה Pſal.30. Exaltabo te,quia eleuaſti me. Prouerb. 26.Eleuate crura de claudo,ſic prouerbium in ore ſtultorum. Et quando non ſequitur obliquus,tum uſurpatur neutraliter.Ieſa.38.Eleuati ſunt oculi mei in altū.

INDE NOMINA:

דלי Hauſtrum,urna qua exhauritur aqua ex puteo, Græcè ἄντλημα.Hieronymus, & alij poſt ipſum reddiderunt Situla.Ieſaiæ 40. Ecce gentes uelut gutta hauſtri. Et in ſtatu affixi.Num.24.Stillabit aqua de hauſtro ſuo.

דליות Rami in arbore altiores.Ier.11.Et male affecti ſunt rami eius.Ezech.17.Reſpicere ramos eius ad ſe. Et iterum:Omne alatum in umbra ramorū eius habitabat.

דלת Ianua,ſic dicta ꝙ cardinibus in altum eleuata ſit.Et cōmuniter ianuæ ſeu oſtij uocabulo redditur,& differt à פתח quod apertionē quamlibet cuiuslibet rei ſignificat:illud tamen ianuam ſeu tabulam,qua uel clauditur,uel aperitur oſtium. Geneſ.19.Et egreſſus ad eos Lot ad oſtium,ſtatim ianuā clauſit poſt ſe.Et iterū: Et ianuam clauſerunt.Exo.21.Et faciet attingere eum ad ianuā,uel ad poſtem.2. Sam. 12.Obſera ianuam poſt eam.Prouer.26.Ianua circumuoluitur ſuper cardine ſuo, & piger ſuper reclinatorio ſuo. In diſtinctione ſententiæ דלת Gen.19.Et acceſſerunt ad effringendum ianuam.Habet autem dualem numerum eò ꝙ ianuæ duas habeant ualuas דלתים ianuæ bifores, ſeu bifidæ. Deut.3. Muro alto ualuis & uectibus.1. Sam.22. Quoniam cōcluſus eſt intrando ciuitatem ualuarum & uectis. Iob 38.Et conſtrinxit intra ualuas mare.Eccl.12.Et claudentur ualuæ in platea. In ſtatu regiminis דלתי Ioſue 2.Et erit omnis,qui egredietur ualuas domus tuæ. Iob 3.Quòd concludit ualuas uentris mei.& cap.41. Valuas faciei ipſius quis aperuit. Pſal.78.Et ianuas cœli aperuit. At in ſtatu affixorū ſeruat puncta ſtatus abſoluti.Ioſue 6.Et in monte ſuo collocabit ualuas eius.Iob 31.Ianuas meas uiatori aperiebam.Ieſaiæ 26.Vade popule meus,ingredere in cubicula tua, & claude ualuas tuas pro te.Zachariæ 11.Aperi Libanon ualuas tuas. Et pluraliter in ſtatu abſo

luto דַּלְתוֹת Iere.36.Tres ianuas.Ezech.41.Et duæ ianuæ ianuis.Nehem. 6.Ianuas nondum ſtatueram in portis. At in ſtatu regiminis ac affixorū דַּלְתוֹת Iud.4.Et clauſit ianuas ſolarij.& cap.16.Et ſurrexit in media nocte,& apprehēdit in ianuis portę ciuitatis.1.Reg.6.Et oſtium oraculi fecit,ianuas lignorum pinguedinis.Pſ. 107.Quoniam confregit ianuas æris.Ezech.16.Cōfractæ ſunt ianuę populorum. Prouerb.8.Vt uigilet ſuper ianuis meis,ſingulis diebus.

דַּל Ianua,ualua,per apocopen.Pſalm.141. Obſerua ſuper ianuam labiorum meorū.

303 דלח

Magnam habet ſimilitudinē tàm literis quàm pronunciatione cùm uerbis דָּלָה & דָּלַף, niſi quòd ut forma parum,ita modo tantum ſignificandi inter ſe differāt. Significat enim ſaltare in aquam,id eſt calcare ſeu conculcare ſaltando.Aliqui reddiderunt conturbare ſcilicet aquam,quod tamen fit ſaltando,& calcatione pedum.Et uſurpatur tantum ab Ezechiele cap.32.Qui euomuiſti de fluminibus tuis,& ſaltaſti aquas, id eſt conculcaſti aquas pedibus tuis. Et mox iterum: Nec calcabit eas pes hominis amplius, & ungulæ iumentorum non conculcabunt eas.

304 דלת

Deſtillauit.Iob 16.Ad deum meum deſtillauit anima mea.Pſal.119. Deſtillauit anima mea præ dolore.Eccl.10.Et in remiſſionibus manuū deſtillabit domus.

INDE NOMEN,

דֶּלֶת Deſtillatio,ſtillicidium.Prou.27.Deſtillatio continua in die pluuiæ.& cap.19. Et deſtillatio continua,rixæ mulieris.

305 דלק

Congruit ſignificatione cum uerbis דָּלָה & דָּלַף niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe uarient. Et quando de homine dicitur, & conſtruitur cum præpoſitione אַחֲרֵי ,tum ſignificat ardenti & infeſto animo inſectari,quaſi dicas tranſilire poſt aliquem.Gen.31.Quid deliqui,quòd inſectaris poſt me.1. Samuelis 17.Et reuerſi ſunt filij Iſrael ab inſectando poſt Philiſtæos. Similiter cū affixo.Thren.4.Leuiores fuerunt perſequutores noſtri quàm aquilæ cœli, ſuper montibus inſectati ſunt nos. Aliàs neutraliter legitur.Pſal.10. Quando eleuat improbus,inſectabitur afflictus,id eſt inſectationem patietur afflictus.Cæterum quando additur nomini אֵשׁ, aut de eo intelligitur,ſignificat exardeſcere,inflammari,in rem aliquam tranſilire,perinde ut ignis trāſiliens corripit proxima quęque. Abdiæ 1.Et erit domus Iacob ignis,& domus Ioſeph flamma,& domus Eſau pro ſtramento, & exardeſcent in eam, & abſument eam.

Participium præſens pluralis numeri דּוֹלְקִים Prouerb.26.Vt eſt argentū ſcoriarum opertum teſta,ita ſunt labia ardentia, & cor malum, id eſt labia quæ odio & inuidia incenſa inſectantur alios.Pſal. 7. poſitū arbitror pro gerūdio,ut ſæpe fit, & exempla aliquot in themate עָשָׂה adduxi:unde ſic uerto,Iacula ſua ad inflammādum parauit.Sicut & Paulus ad Epheſios 6. Iacula ignita dixit.

In tertia coniugatione מַדְלִיק Ezech.24.Væ ciuitati ſanguinum,ego quoque magnificabo incendium,multiplicando ligna,incendendo ignem.Ieſa.5.Vę qui mane ſurgunt,ut ſequantur ſiceram,protrahentes in crepuſculum uſque,donec uinum inflammat eos.

INDE NOMEN,

דַּלֶּקֶת Ardor,inflammatio.Deut.28.Percutiet te Iehoua tumore,febri, inflammatione, æſtu & gladio.

דָּם Sanguis uide ſupra in אָדַם.

306 דמם

Siluit,quieuit,perinde ut Græcis uerbum ἡσυχάω ſilere & quieſcere ſignificat. Congruit quoque cum uerbis דָּמָה & דּוּם רָחַם niſi quòd ut forma parum, ita modo tantum ſignificandi inter ſe uariant.Iob 30. Viſcera mea ebulliendo ſonuerūt, & non ſiluerunt.Pſal.4.Dicite in corde ueſtro & ſilete.Iere.47.Recondere in uaginam, abripiare & ſile. Ioſue 10. Sol in Gibeon, ſile, & luna in ualle Aialon, & ſiluit ſol,1.Sam.14.Cum igitur ita dixerint, quieſcite,donec uenerimus ad eos.E-

zech.

zech.24.Ingemiſcendo ſile,mortuorū luctum non facias.Pſal.37.Sile ipſi Iehoua, & præſtolare ei.Ieſaiæ 23.Silete habitatores inſulæ.

In uoce paſſiua נָדַם Ierem.25.Et ſiluerunt habitacula pacis.1.Sam.2.Et improbi in tenebris ſilebunt.Ier.49.Et omnes uiri bellicoſi ſilebunt in die illa. Et cap.51.Et euadere facite quiſq; animam ſuam,ne ſileatis in iniquitate eius.Porro quinq; loci ſequentes habēt communem formam in paſſiua cōiugatione futuri in forma יִדֹּם Iob 31.Et contēptus familiarū cōterruit me,et obmutefactus eſſem,ut nō egreſſus eſſes iam.Pſ.30.Propterea pſallet te gloria,& nō ſilebit. Thre.2.Nō ſileat filia oculi tui.& cap.3.Sedebit ſolus & ſilebit. Amos 5. Quare prudēs in tēpore illo ſilebit.

In tertia coniugatione הֲדַם ſilere fecit,compeſcuit. Ier. 8. Quoniā Iehoua deus noſter ſilere fecit nos,& potauit nos aquis fellis.

INDE NOMINA:

דְּמָמָה Silentium,ſuſurrus,ſiue ſibilus leuior.1.Reg.20.Et poſt ignē uox ſilentij, id eſt,tacita,ſedata.Iob 4.Silentium erat,& uocem audiebam.Pſal.107.Stare faciet tempeſtatem in ſilentio,& ſilebunt procellæ eius.

הֲדֹם Subſellium,ſcabellum,ſuper quo pedes reſident ac quieſcūt.1.Paralip.28.Vt ædificarem domum requiei pro arca fœderis Iehoua, & pro ſubſellio pedū dei noſtri. Pſal.99.Et ſupplicate ad ſubſellium pedum eius.Pſal.110.Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.Ieſaiæ 66.Cœlum ſedes mea, & terra ſubſelliū pedum meorum.Quanquam hoc nomen poſſet etiam referri ad thema דָּמַם.

307 דָּמָה Primo,ſi abſolutè & neutraliter ſcribitꝛ, tum ſignificat ſilere, quieſcere, perinde ut Græcis uerbū ἡσυχάζω, ac congruit ſignificatiōe cum uerbis דָּמַם דּוּם & דָּמַם niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi tantū differant.Ier.8. Vt ingrediamur ciuitates munitionis,& quieſcamus ibi. & cap. 14. Deducent oculi mei lacrymas noctu diuq;,& non quieſcent.Thren.2.Deſiderūt in terram,ſiluerūt ſeniores filiæ Zion.& cap.3. Oculus meus defluxit, & non ſilebat, id eſt, quieſcebat. Iob 29. Et ſilebant ad conſilium meum,id eſt, acquieſcebant. Pſal. 31. Pudefiant improbi,ſileant in Inferno. Legitur tamē ſemel tranſitiuè, quieſcere fecit,compeſcuit. Oſeæ 4.Et compeſcam matrem tuam.

In uoce paſſiua נִדְמָה in ſilentium ſeu quietē redactus eſt,quietatus eſt,obmutefactus eſt,& eſt ſemper pœnæ, atq; Hebræis idē ualet,quod Latinis, actum eſt, perijt,diſperijt.Ieſa.15.In nocte uaſtata eſt Ar Moab,quietata. Voluit autem Propheta de induſtria uti iſto uerbo,& opponere nomini עָר ciuitati, quæ ab excitatione nomen habet, q. d. illa excitata quietata eſt. Oſeæ 11. In diluculo quietando quietatus eſt Iſrael.Zoph.1.Quoniā quietatus eſt omnis populus Canaan.Ierem. 47.Quietata eſt Aſcalon.Abdiæ 1.Quomodo quietata eſt.Ieſaiæ 5. Væ mihi quia quietatus ſum. Oſeæ 4.Quietati ſunt populus meus ſine ſcientia.Pſal. 49. Comparatus ſum iumentis quæ quietantur.

Participium maſculini generis נִדְמֶה Oſeæ 10. Quietatus eſt Samariæ rex eius.

In ſecunda coniugatione דִּמָּה eſt actiuum, & pœnæ,ſilentium ſeu quietem intulit,exitio fuit.2.Sam.21.Et qui ſilentium intulit nobis,diſperdemus.

INDE NOMINA:

דֳּמִי Silentium,quies, patientia,patiens expectatio.Pſalm.62. Verè ad deum expectatio animæ meæ.

דֳּמִי Silentium.Pſal.83.Deus ne ſilentium tibi.Ieſaię 62.Ne ſit ſilentium uobis.Et mox iterum:Ne detis ſilentium ei,donec firmet,id eſt,quietem.

דְּמִי Silentium,quies,ceſſatio.Ieſaiæ 38.Ego dixi in ceſſatione dierum meorum,ibo ad portas inferni.

דּוּמִיָּה Silentium.Pſal.39.Obmutui ſilentio, tacui à bono.Pſal. 62. Verę ad deum ſilentiū animæ meæ,id eſt,deſiderium cum patientia.

דֻּמִיָּה Silentiū,quies,Pſ.22.Inuoco pet diē,& nō reſpōdes: & noctu,& nō ſilentiū mihi. Pſal.65.Tibi ſilentium laudis deus in Zion,id eſt,in patientia laus eſt in Zion.

דֹּמֶן Stercorarium, ſterquilinium, fimetum, quod in ſilentium ſeu quietem reiectum

 eſt,

eſt,& nullius amplius uſus. Et eſt pœnę.2.Reg.9.Et fuit cadauer Iezebel uelut ſterquilinium in ſuperficie agri.Pſal.83. Exterminati ſunt in Endor, facti ſunt ſterquilinium terræ.Iere.8.Non colligentur,neq; ſepelientur,in ſterquilinium ſuper faciẽ terræ erũt.Et cap.9.Cadet cadauer hominum, ſicut ſterquiliniũ ſuper faciem agri.

מַדְמֵנָה Denominatiuum ſuperioris,ſterquilinium,ſtercorarium.Ieſaiæ 25.Et triturabitur Moab ſubter eum,ſicut trituratur ſtramen in ſterquilinium.

דָּמָה Secundo, quando conſtruitur ſiue cum datiuo mediante articulo lamed, uel cum accuſatiuo mediante præpoſitione אֶל ſignificat neutraliter ſimilem ſeu conformem eſſe alicui rei,congruere ad aliquid,quod equidem eſt acquieſcere, non obſtrepere. Et ut in priore modo ſignificandi notat ablationem formæ, ita iſto modo notat aſſimilationem,conformitatem & cõgruentiam ad rem aliam.Pſal.144. Homo uanitati ſimilis fuit,dies eius ſicut umbra præteriens. Ezech.31. Nõ ſimilis fuit ad eam in pulchritudine ſua.Cant.7. Hæc ſtatura tua ſimilis eſt palmę. Pſ.102. Similis ſum pellicano deſerti.Ieſaiæ 1.Gomorræ ſimiles fuiſſemus.Pſalm.89.Nam quis in millibus adæquabitur ipſi Iehoua,inter filios deorum.Ezech.31.Ad quem aſſimilis es in magnificentia tua.Et ibidem iterum: Et fraxini non ſimiles fuerunt ad frondes eius.Legitur etiam actiuè ſemel regens poſt ſe accuſatiuum.Iere.6. Amœnitati & delicijs aſſimilaui filiam Zion. Vel ſic,cum amœnitate & delicijs aſſimilaui filiam Zion.

Participium præſens דּוֹמֶה Cantic.2.Similis eſt dilectus meus hinnulo.

In uoce paſſiua נִדְמָה Ezech.32.Leoni gentium aſſimilatus es.

Participium maſculini generis נִדְמֶה Ieſaiæ 46.Cui aſſimilatis me,& æquiparatis,& comparatis me,ut ſimilis ſim.

In ſecunda coniugatione דִּמָּה aſſimilauit, formauit ſimilitudinem, ſimilitudinẽ fecit,imaginatus eſt,cogitauit.Thren.2.Quid aſſimilabo tibi.Oſeę 12. Per manum prophetarũ aſſimilabam.Ieſaię 40.Et ad quem aſſimilabitis deum.Cantic.1. Equitaui in curribus Pharaonis aſſimilaui te,ſodalis mea.Nu.33.Et erit,ſicut imaginatus ſum, facere illis, ita faciam uobis. Iudic. 20. Me cogitauerunt interficere. Eſther 4.Ne cogites in anima tua,ut euadas.Pſalm.50.Cogitaſti quòd eſſem ſicut tu.Ieſaiæ 10.Ipſe uero non ſic cogitabit.Et cap.14. Si non quemadmodum cogitaui,ita factum eſt. Pſal. 48. Cogitauimus Iehoua pietatẽ tuam in medio templi tui.

In quarta coniugatione ſemel legitur defectiuè ſine thau characteriſtica quartę coniugationis.Ieſa.14.Aſcendam ſuper excelſa nubium,ſimilis ero altiſſimo.

INDE NOMINA:

דָּם Similitudo,ſicut à דָּמָה formatum eſt דַּ & à קָרָה formatum eſt קַר Ezech.19.Mater tua ſicut uitis in ſimilitudine tua iuxta aquas plantata,id eſt,ſicut tu.

דְּמוּת Similitudo,conformitas.Gen.1.Et dixit Deus,faciamus hominem in imagine noſtra,ſecundũ ſimilitudinẽ noſtram. Gen. 5. Et genuit eũ in ſimilitudine ſua. Et iterũ:In ſimilitudine dei fecit eum. 2. Reg. 16. Et miſit rex Achaz ad Vriã ſacerdotẽ, ſimilitudinẽ altaris.2.Paral.3.Et ſimilitudo boum erat ſubter ipſum.Ieſaię 13. Vox multitudinis in montibus,ſimilitudo populi magni.Ezech.1.Et de medio eius ſimilitudo quatuor animalium.& cap.8.Et ecce ſimilitudo,ſicut uiſio ignis.

דִּמְיוֹן Similitudo.Pſal.17.Similitudo eius ſicut leo cupiens diripere.

308

דָּמַע Lacrymatus eſt,emiſit lacrymas.Iere.13.Et ſi non audieritis hoc in abſconditis, flebit anima mea propter ſuperbiam,& lacrymando lacrymabitur.

INDE NOMEN,

דִּמְעָה Lacryma.Pſ.126.Qui ſeminat in lacryma.Ieſa.25.Et abſterget Suſtentator Iehoua lacrymã ab omnibus faciebus.Ier.13.Et deducet oculus meus lacrymam. In ſtatu regiminis דִּמְעַת Eccl.4.Et ecce lacryma oppreſſorũ, & non erat illis cõſolator.Et in ſtatu affixorũ דִּמְעָתִי Pſ.6.Cũ lacryma mea grabbatũ meũ liquefaciebã.Ieſ.38.Vidi lacrymã tuã.Thr.1.Et lacryma eius in maxillis ipſius.Exo.22.Plenitudinẽ tuã & lacrymã tuã nõ tardabis. Vocat Moſes lacrymã quicquid eſt fluidũ ut ſũt uuę,oleũ,

&

& quicquid de torculari deſtillat. Et pluraliter דִּמְעוֹת. Threnor. 2. Defecerunt propter lacrymas oculi mei.

**רַמְשֵׂס** Vide ſupra in themate אָרַם.

309 **דּוֹנַג** Et legitur etiam interpoſita litera uau, Cera. Pſal. 22. Fuit cor meum uelut cera liquefactum in medio uiſcerum meorum. Pſal. 92. Montes ſicut cera liquefacti ſunt à facie Iehoua. Mich. 1. Sicut cera à facie ignis.

310 **דָּעַךְ** Verbum eſt intranſitiuum, extinctus eſt, quod fit compreſſione: cõgruentiam habet ſignificatione cũ uerbis זָעַךְ & מָעַךְ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignifi candi parum inter ſe uarient. Ieſaiæ 43. Extincti ſunt, ſicut, inquam, linum extin cti ſunt. Iob 18. Etiam lux improborum extinguetur. Prou. 20. Qui uilipendit patrem ſuum, & matrem ſuam, extinguetur lucerna in denſiſſimis tenebris.

In uoce paſſiua נִדְעַךְ Iob 6. Cum incaluerunt ipſæ, extinguentur de loco ſuo, id eſt, extinctæ remouebuntur de loco ſuo.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua דֹּעֲכוּ. Pſal. 118. Extincti ſunt uelut ignis ſpinarum. Aliqui tamen in contraria ſignificatione accipiũt, ut ſunt multa uerba, quæ in ſecunda coniugatione contrariam ſignificationem habent primæ coniu-

311 gationi, ſic exponentes: Et arſerunt uelut ignis ſpinarum.

**דֳּפִי** Infamia, diffamatio, & uidetur cognationem habere cum uerbo דָּבַב Pſalm. 50. Sedens contra fratrem tuum loquebaris, in filium matris tuæ ponebas infamiam.

312 **דָּפַק** Significatione non eſt abſimile uerbo דָּבַק, niſi quòd modo ſignificãdi tantum uariet: ut enim hoc eſt adhærere, inſectari, ita illud ſignificat impellere ſeu impetum facere, & ut habet literam pronunciatione duriorem, ita duriorem quoq; ſignificationem. Geneſ. 33. Oues & boues fœtæ ſunt mihi, & ſi impellerem eas die uno ſtatim morerentur omnes oues.

Participium præſens דּוֹפֵק. Cantic. 5. Vox dilecti mei pulſantis.

In quarta cõiugatione legitur participium pluralis numeri מִתְדַּפְּקִים Iudicum 19. Ecce uiri ciuitatis, uiri filij Beliaal, circumdantes domum, impetum faciebant

313 contra oſtium.

**דָּקַק** Quando poſt ſe regit accuſatiuum, tum eſt tranſitiuum, & ſignificat attenuare, ſubtiliare, comminuere, & modo tantum ſignificãdi differt à uerbis דָּכָה דּוּךְ & דָּכַךְ. Ieſaiæ 23. Et ſtimuli eius non comminuent illud. Et cap. 41. Triturabit montes & comminuet. In alijs locis neutraliter ponitur. Exo. 32. Et moluit uſq; ad comminui. Deut. 4. Vſq; comminui in puluerem.

In tertia coniugatione הֵדַק. 2. Reg. 23. Et combuſſit Excelſum, cõminuit in puluerem. 2. Paral. 34. Et fuſilia confregit, & comminuit, & ſparſit in ſuperficiem ſepulchrorum. Et iterum: Sculptilia contudit, donec comminui. Mich. 4. Et comminues populos multos.

INDE NOMINA:

**דַּק** Nomen maſculini generis, & nunc ſubſtantiuè, nunc adiectiuè uſuuenit. Exo. 16. Et ecce in ſuperficie deſerti erat tenue, orbiculatum, tenue quaſi pruina ſuper terra. Ieſa. 40. Ecce inſulas uelut tenue projciet. Leuit. 3. Aut tenue, aut macula in oculo eius, id eſt pellicula. Ieſaiæ 23. Et erit ſicut puluis tenuis. Et in diſtinctione דָּק. Leuit. 13. Et in ea pſlus flauus, tenuis. Et in genere fœminino דַּקָּה Leuit. 16. Et implendo pugillum ſuum ſuffimẽto aromatum tenui. 1. Regum 19. Et poſt ignem uox tacita, tenuis. Et pluraliter דַּקּוֹת Gen. 41. Et comedebant uaccæ malæ uiſu, & tenues carne. Et iterum: Et erant ſeptem ſpicæ tenues. atque opponitur ibi nomini בְּרִיאוֹת.

**דֹּק** Pellis, à tenuitate. Ieſaiæ 40. Qui extendit tanquam pellem cœlos.

**דִּקְדּוּק** Rabini Hebræorum, hoc nomine Grãmaticam uocant, eò quòd ſubtilis eſt conſideratio circa literas, puncta, accentus, coniugationes, aliaq; quæ in ea continentur. Deinde appellant illum דַּקְדְּקָן qui ſubtiliter in lege, quæ in lege ſubtilia ſunt exquirit,

exquiſit, porro grammaticæ diſcipulum appellant דִּישׁוֹן.

314 דקר Perfodit, transfixit, trāsfodit. Notatq; talem transfoſſionē, quę penetrat interio
ra, intima, & ſecreta. Videtur cognationē habere cū נָקַר, & ſignificationē con-
trariam cū uerbo חור. Num. 25. Et trāsfodit ambos ipſos. 1. Sam. 31. Euagina gla
dium tuū, & transfode me, ne forte ueniant incircūciſi illi, & transfodiant me. Za-
char. 12. Et reſpicient ad me, quem transfoderūt. Ioānes Euāgeliſta citās hoc pro-
phetę dictum de Chriſto in cruce impletū cap. 19. ita reddidit: Videbunt in quem
ἐξεκέντησαν, id eſt, pupugerunt. Similiter Apoc. 1. Et ueniet in nubibus, & uidebit
eum omnis oculus, & qui eum ἐξεκέντησαν, id eſt, compunxerunt.

In uoce paſſiua נִדְקַר Ieſaiæ 13. Omnis qui inuentus fuerit transfodietur.

In ſecunda coniugatione participium præteritum pluralis numeri מְדֻקָּרִים. Iere.
37. Et remanſerint ex eis uiri transfoſſi. & cap. 51. Et transfoſſi in plateis eius. Thre
norum 4. Defluxerunt transfoſſi.

INDE NOMEN,

מַדְקְרוֹת Prouerb. 12. Tanquam transfoſſiones gladij.

315 דרור Nomen ſubſtantiuum, & ſignificatione congruit cum uerbo דָּרַר: ſignificat e-
nim libertatem, ſeu liberam remiſſionē, & differt à שְׁמִטָּה ſicut genus à ſpecie:
nam non tantum libertatem mutui, ſed & debitorum, aliorumq; bonorum, atq;
adeò etiā corporis notat, qualis concedebatur lege Moſaica Leuit. 25. Anno quin
quageſimo. At שְׁמִטָּה libertatem mutui tantum ſignificat, quę fiebat anno ſepti
mo iuxta legem Exo. 23. & Deuter. 15. Legitur autem Leuitic. 25. Et prædicabitis
libertatem, &c. Ieſaiæ 61. Vt prædicaret captiuis libertatem. Iere. 34. Ad prædican
dum eis libertatem. Exod. 30. Myrrham libertatis, id eſt, liberè fluentem. Signi-
ficat etiam hirundinem, eò quòd ſine corte, ſine diſciplina uaga uolandi libertate
gaudet. Pſal. 84. Etiam paſſer inuenit domum, & hirundo nidum ſibi. Prouerb. 26.
Sicut hirundo ad uolandum.

דַּר Nomen lapidis, quem parium eſſe dicunt coloris candidi, arbitror marmoris eſſe
ſpeciē, ſeu marmor candidū. Eſther 1. Super pauimentū ſmaragdo & pario ſtratū.

דַּרְדַּר Tribulus, ſic dictus, q; libera & ſua ſponte, abſq; cultura in agro ſuccreſcit. Gen. 3.
Et ſpinam & tribulum producet tibi. Oſeæ 10. Spina & tribulus aſcendet ſuper al-
taribus eorum. Sic autor epiſtolæ ad Hebr. cap. 6. etiam τριβόλους uertit.

דִּרְאוֹן Quęre in themate רָאָה.

316 דרג Inde nomen מַדְרֵגָה gradatio unius arulæ ad alteram ſuperiorem in formam py
ramydis: itaq; congruentiā habet ſignificatione cum דָּקַר & דָּרַר דָּרָה niſi quod
ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Canticorum 2. In abſconſione
gradationis. Et pluraliter מַדְרֵגוֹת. Ezechielis 38. Et cadent gradationes, & om-
nis murus in terram cadet.

317 דרך Congruit aliquo modo cum דור, & ſignificat calcare pedibus ſiue terram &
uiam, ſiue quid aliud. Deut. 1. Et ipſi dabo terram, in qua calcabit ipſe. Thren. 1.
Torcular calcauit Iehoua. Ieſaiæ 63. Torcular calcaui ſolus. Mich. 1. Et calcabit
excelſa terræ. Ioſue 14. Niſi per quam calcauerit pes tuus. Num. 24. Calcauit ſtella
ex Iacob. Threnor. 4. Calcauit arcum ſuum, id eſt, calcando tetendit, ſeu pedibus
tetendit. Mich. 6. Calcabis oliuā. 1. Sam. 5. Ideo non calcabunt ſacerdotes Dagon.

Participium præſens דֹּרֵךְ Ieſaiæ 59. Omnis calcans per eam. & cap. 63. Et ueſti-
menta tua ſicut calcantis in torculari. Et pluraliter דֹּרְכִים. Iere. 25. Celeuſma ſi-
cut calcantes reſpondebit. Nehe. 13. Vidi in Iehuda calcātes torcularia. Et in ſta
tu regiminis דֹּרְכֵי Iere. 46. Calcantes arcum.

Participium præterirum fœminini generis דְּרוּכָה Ieſaiæ 21. A facie arcus calca-
ti. Et pluraliter דְּרֻכוֹת. Ieſa. 5. Et omnes arcus eius calcati.

In tertia coniugatione הִדְרִיךְ Ieſaiæ 11. Et calcare faciet in calceamentis. Prou.
4. Calcare feci te in ſemita rectitudinis. Pſal. 119. Fac calcare me in ſemita mādato-
rum

rum tuorũ.Iob 28.Non calcauerunt eam beſtiæ rapinę.Ieſaiæ 42.Per ſemitas quas non cognouerunt,calcare faciam eos. Pſal.25. Calcare faciam humiles in iudicio. Iere.9.Et calcauerunt linguam ſuam ſcilicet tanquã arcum.cap.51. Filia Babel fuit ut area tempus calcandi eam.ubi hirik ponitur pro pathah.

INDE NOMINA:

דֶּרֶךְ Et in diſtinctione ſententiæ דָּרֶךְ uia,quæ ſcilicet calcata eſt,& calcatur pedibus,id eſt,uia trita: Vandali ſua lingua uocant droga. Transfertur autem ſæpiſſimè ad doctrinam,dogma,ſectam,religionem,cultum,ſtudia,opera,in quibus uerſantur homines:item morem,conſuetudinem,quæ longo tempore introducta eſt.Gen.49. Sit Dan ſerpens ſuper uia.& cap.45.Et dedit illis uiaticum ad uiam. Et in quibuſdam locis Hebræis idẽ ualet,quod nobis in Latina lingua uerſus.Deut.11. Poſtea uia occaſus ſolis,id eſt, uerſus occaſum ſolis. Ezech. 40. Et porta cuius facies eius uerſus Aquilonem.Et mox iterum:Et duxit me uia auſtri,id eſt aduerſus auſtrum. & ſic ſæpiſſimè in eo loco uſurpatur. Secundo,pro more ſeu conſuetudine. Gen.19.Secundum uiam uniuerſæ terræ.cap.31. Quia uia mulierum eſt mihi. Ieſa. 10. Et baculum ſuũ leuabit contra te in uia Ægypti,id eſt,in morẽ Ægypti, id eſt, in modum illum quo in Ægypto.Et mox iterum:Et excitabit contra eum Iehoua Zebaoth flagellum iuxta plagam Midian in petra Oreb, & baculum ſuum ſuper mare,& eleuabit eum in uia Ægypti. Item pro iudicio,ſeu cauſa in iudicio.Amos 2.Et uiam humilium declinabam. Item pro inſtituto, cultu, religione, dogmate, ſiue bono ſiue malo.Deu.11.Et receſſerit à uia,quam ego præcipio uobis hodie. 1. Reg.15.Et ambulauit in uia patris ſui. Amos 8. Et uiuit uia Beerſeba, id eſt, cultu. Pſal.1.Et in uia improborũ non ſtetit. Item ibidem: Quoniam nouit Iehoua uiam iuſtorum.Item:Et uia improborum auferetur.Sic in iſta figurata ſignificatione nõ raro uſuuenit in Actis Apoſtolicis ut cap.13. & 18.& 22. & 24. & ibidem quoq; illius legitur declaratio. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua.Num.24.Balaak abijt in uia ſua. Pſalm.77.Deus,in ſanctitate uia tua. Ieſ.55 Derelinquat improbus uiam ſuã. Ezech.18.Nũquid uia mea nõ eſt recta. Iere.29. Via eorum ipſis.Prou.8. In principio uiæ ſuæ, id eſt,inſtituti operis ſui,creationis ſuæ. Et dualiter דַּרְכַּיִם Prouerb.28. Peruerſus uiarũ. Et pluraliter דְּרָכִים Deut.28.Et per ſeptem uias fugient. Ezech.21.In capite duarũ uiarum. In ſtatu regiminis & affixorum דַּרְכֵי Prouer.2. Vt ambulent in uijs tenebrarũ. & cap. 5. Coram oculis Iehoua uiæ uiri.2.Para.21.Et in uijs Aſa. Pro. 3. In omnibus uijs tuis cognoſce illũ.Pſ.119. Vias meas doce me.Ezech.7.Et iudicabo te iuxta uias tuas.

מִדְרָךְ Calcatio, id eſt, ueſtigium. Deuter. 2. Non dabo uobis de terra eorum ueſtigium

318 plantæ pedum.

דָּרוֹם Auſter,plaga meridionalis ab altitudine, aliàs dicta נֶגֶב quòd feritur ardore ſolis, aliàs תֵּימָן quòd ad dextram ſita eſt. Deut. 33. Mare & auſtrum poſſidebis. Iob 37.Quando trãquilla eſt terra ab auſtro. Ezech. 42. Ventum auſtri menſus eſt,id eſt,partem auſtralem.

319

דָּרַשׁ Generaliter ſignificat quęrere,inquirere.exquirere,perquirere,ſciſcitari,percõtari,& ſimul importat curam,ſolicitudinẽ & diligentiã: mutat aũt mõdũ ſignificandi ſecundũ cõſtructionẽ,quã habet multiplicẽ. Primo,ponitur abſolutè.Deut.13.Et quęſieris & ſcrutatus fueris & interrogaueris.Et cap.17.Et inquires & indicabũt tibi.Iud.6.Et quæſierũt & interrogauerũt,& dixerunt. Pſal.10.Inquietus pre ſuperbia uultus ſui nihil quęrit,id eſt,curat. frag nichts darnach. Et mox iterũ: Dixit in corde ſuo nõ inquiris, id eſt,nihil uel neminem curas. Secundo,regit poſt ſe accuſatiuũ mediante articulo אֶת, ſine figura.Leuit.10.Et hœdum pro errato,quærendo quęrebat Moſes. Deut.21. Et ſit tecum, donec quærat frater tuus eum.Ierem.29.Quærite pacem ciuitatis.Ezechi. 34. Et non quęſiuerũt paſtores mei oues meas. Deinde quando dicitur quæri Dominus ſeu deus, tum ſignificat peculiari phraſi quærere uerbum & uoluntatem dei ex ſacerdotibus, petere ſeu exquirere uoluntatem dei per ſacerdotem. Ierem. 21. Quęre nunc

pro

pro nobis ipſum Iehoua.Ezech.20.Venerunt uiri ad me, ut quęrerent Iehoua, &
ſederunt coram me. Ieſaiæ 9.Iehoua Zebaoth non exquiſiuerunt.Pſal.34. Quæſi-
ui Iehoua & reſpondit mihi.Pſal.14.An ſit quærens deum.Gen.25. Abijt ergo ad
quęrendum Iehoua.2.Reg.22.Quære obſecro hodie uerbum Iehoua. Et quan-
do deo adſcribitur, tum ſignificat deo curæ eſſe.Deu.11.Terra quam Iehoua deus
tuus curat, ſuntq́; oculi Iehoua dei tui in ea. Legitur tamen ter habens ultra articu
lum את literam mem,& ualet,per.1.Reg.22.Et inquiramus per eum. Et mox ite-
rum:Eſt uir unus,ut quęramus Iehoua per eum.2.Reg.3.Vt quęramus Iehoua per
eum. Tertio,legitur aliquoties tamē abſq; articulo את Exod.18. Quoniam
ueniet ad me populus ad quęrendum Iehoua.Exod.17.Et quando audieris,& in-
quiſieris probe.Pſal.9.Quærens ſanguines eorum,recordabitur.Pſal.119.Quoniā
mandata tua exquiſiui.Prouerb.31.Quęrit lanam & linum.1.Paralip.16.Quia om
nium corda exquirit Iehoua. Quarto,cum pronominibus affixis. Gen. 9.
De manu omnis animantis requiram eum.1.Paralip.28.Si quæſiueris eum, inue-
nietur abs te.Pſal.9.Quoniā non derelinques quęrentes te,Iehoua. Quin-
to,conſtruitur ſemel cum he articulo emphatico.2.Paral.32.Ad inquirendum mi-
raculum illud,quod erat in terra. Sexto, conſtruitur aliquoties cum datiuo
mediante articulo lamed,& tum dupliciter accipitur:primò pro præpoſitione de.
Gen.9.Sanguinem ueſtrum de animabus ueſtris requiram Et iterū:Idem uerbum
repetitur cum mem præpoſitione,ut inde cōijcere licet lamed pro mem accipien-
dum.Item 2.Sam.11.Et miſit Dauid & quęrebat de muliere illa,dicens:Eſt' ne hęc
filia Eliam?Iob 10.Vt quæras de iniquitate mea,& ſcruteris de errato meo. Pſalm.
142.Non eſt qui inquirat de anima mea.Iere.38. Vir iſte non quærit de pace popu
li. Aliâs accipitur pro אל ad.Et notat peculiari phraſi ſpe quadam concepta
conferre ſe ad aliquem petiturus ſeu quæſiturus cōſilium ſeu auxilium & ſalutem
ab eo.Deut.12.Et ne quæras ad idola eorum, quo inquiens, modo gentes illæ co-
luerunt deos ſuos,ſic ego quoq; faciam,id eſt,ne conferas te ad idola.1.Paralip.22.
Et nunc date cor ueſtrum,& animam ueſtram,ut quęratis ad Iehoua.2.Paralip.15.
Quicunq; uero non quæret ad Iehoua ut ipſum conſulat.2.Paral.17. Et non quæ-
ſiuit ad Baalim,ſed ad deum patris ſui quæſiuit. 2. Paral. 31. Vt quæreret ad deum
ſuum.Eſdræ 4. Quia perinde ut uos quærimus ad deum ueſtrum.Ieſaiæ 66. A po-
pulo meo, qui quæſiuit ad me. Ezechielis 14. Et quando uenerit ad Prophetam,
ut conferat ſe ad ipſum petiturus conſilium in uerbo meo. Item, conſtruitur cum
אל ut in ſubiectis quinq; locis,& peculiari phraſi,ut ſuprà quoq; admonui, ſigni-
ficat conferre ſe ad aliquem quæſiturus conſilium uel auxilium ab eo. Deuteron.
18.Et qui quærit ad mortuos,id eſt,recipit ſe ad mortuos,eos ut quęrat. Iob 5. Ve-
runtamen ego quæram ad Deum,id eſt, ad deum deferam quæſtionem. Ieſaiæ 19.
Et quęrent ad idola.Sic Ieſa.11.Ad eum gentes quærent,id eſt,cōferent ſe ad eum,
quæſituri per ipſum ſalutem. Ita uidemus hunc locum concinere cum alijs ſcriptu
ræ locis,quibus Eccleſiam gentiū ad Chriſtū congregandam Prophetæ alijs licet
uerbis prædixerunt: Qui, inquā, omnes in prophetiā Iacobi patriarchæ.Gen.49.
Et erit ad ipſum aggregatio populorū,reſpexerūt. Ieſ.2. Et cōfluēt ad eum omnes
gētes.Mich.4.Et cōfluent ad eū populi,& ibūt gentes multę.Haggęi 2.Et ueniēt
cū deſiderio gentes, &c. Et uſi ſunt uerbis quæ motū & quidē uoluntariū, & pro-
nā animi lubentiā & inclinationē important. Septimo,conſtruitur cū beth
præpoſitione.1.Sam.28.Quærite mihi mulierē habentem Pythonem ut uadam &
quęrā in ea.2.Reg.2. Vos ambulatis ad quęrendum in Baalzebub,deo Ækron.2.
Paralip.34.Et ad regem Iehuda qui miſit uos ad quærendū in Iehoua,ſic dicetis. 1.
Paralip.10.Et non quæſiuit in Iehoua. Octauo,conſtruitur cum על. 2.Para
lip.24.Quare non quæris ſuper Leuitis,id eſt,exigis à Leuitis, ut adferant de Iehu
da & de Ieruſalem tributum Moſi.2.Paralip.31.Et Ezechias quęrebat ſuper ſacer-
dotibus. Nono,conſtruitur cum מעל. Ieſaiæ 34.Quærite in libro Iehoua,&
legite. Et hac phraſi Ioannes Euangeliſta uerba Chriſti ad Iudæos refert, Scruta-
mini

mini,inquiens,ſcripturas,hæ enim ſunt,&c. Decimo conſtruitur ſemel cum אַחַר præpoſitione. Iob 39. Inueſtigat montes, paſcua ſua & poſt omnia quæ ſunt uiridia inquirit.

Participium præſens דּוֹרֵשׁ Eſther 10. Quærens bonum populo ſuo. Ieſ. 16. Quærens iudicium. Et pluraliter in ſtatu regiminis דּוֹרְשֵׁי Pſal. 69. Quærentes deum. Pſal. 9. Non dereliquiſti quærentes te Iehoua.

Participium præteritũ pluralis numeri maſculini generis דְּרוּשִׁים. Pſal. 111. Magnifica ſunt facta Iehoua, exquiſita omnibus cupientibus ea. Et in genere fœminino דְּרוּשָׁה Ieſaiæ 62. Et tibi dicet requiſita ciuitas, & non deſerta.

In uoce paſſiua נִדְרָשׁ Gen. 42. Et ecce ſanguis eius requiritur. 1. Paral. 26. In anno quadrageſimo regni Dauid requiſiti ſunt, & inuenti ſunt. Ieſaiæ 65. Quæſitus ſum à non interrogauerunt, id eſt, ab illis, qui nõ uenerant antea, me ut quærerent. Ezech. 14. An quærar quæſitus ab illis. Et cap. 20. Viuo ego, quæſitus nõ inueniar ab eis. Sic Ezech. 36. Adhuc inquirar à domo Iſrael.

INDE NOMEN:

מִדְרָשׁ Quæſitorium in quo res à regibus geſtæ quæruntur, nos uocamus repertoriũ, uel hiſtoriam, uel annales. 2. Paralip. 13. Et reliquas res Abia, & uias eius, & geſta eius, ſcripta ſunt in quæſitorio Prophetæ Iddo. 2. Paral. 24. Ecce iſta ſcripta ſunt in quęſitorio libri Regum.

320 דָּשָׁא Programinauit, progerminauit, & non tantum de terræ naſcentibus germinibus, ſed etiam arborum dicitur. Ioelis 2. Ne timeatis beſtiæ agri, quia programinauerunt paſcua deſerti.

In tertia coniugatione הִדְשִׁיא programinauit, progerminauit. Gen. 1. Progerminet terra progerminationem, herbam ſeminificantem ſemen, lignum fructus, faciens fructum ſecundum ſpeciem ſuam, &c.

INDE NOMINA:

דֶּשֶׁא Generale nomen ad gramina, herbas, & arborũ folia, q.d. progerminatio ſeu progèrmen. Gen. 1. Progerminet terra germen, herbam ſeminificãtem ſemen, lignum fructus, faciens fructum ſecũdum ſpeciem ſuam. Et mox iterum: Et produxit terra germen. Deut. 32. Fluet ſicut ros ſermo meus, ſicut imber tenuis ſuper germẽ, & ſicut pluuia denſa ſuper gramen. 2. Sam. 23. A ſplendore poſt pluuiã, germen è terra. 2. Reg. 19. Erunt uelut herba agri, & olus germinis fœnum tectorum, & aruum ante culmum. Iob 6. Num rudet fera ſuper gramine. & cap. 38. Et ad germinare faciendum productionẽ germinis. Pſal. 23. In paſcuis graminis recubare feciſti me. Pſal. 37. Sicut uiror graminis marceſcent. Prouerb. 27. Apparet fœnum, & uidetur gramen, & colliguntur herbæ mõtium. Ieſaię 15. Quoniam aruit fœnum, ceſſauit gramen, uiror non fuit. & cap. 66. Et oſſa ueſtra quaſi gramen germinabunt. Iere. 14. Quin etiam cerua in agro genuit, & derelinquendo, quia non fuit gramen.

דֶּשֶׁא Gramen. Iere. 50. Laſciuietis ſicut uitula in gramine.

321 דָּשֵׁן Impinguatus eſt. Deut. 31. Et comedet & ſaturabitur & impinguabitur.

In ſecunda coniugatione דִּשֵּׁן impinguauit. Pſalm. 23. Impinguaſti oleo caput meum. Prou. 15. Auditus bonus impinguat oſſa. Pſal. 20. Et holocauſtum tuum impingueſcat. ubi ultima litera he eſt paragogica, quanquam multi alij ſic exponant, Incineretur, ſcilicet cœlitus.

In uoce paſſiua דֻּשַּׁן Prou. 11. Anima benedictionis impinguabiť. & cap. 28. Cõfidẽs ſuper Iehoua impinguabitur. Ieſ. 34. Et puluis eorũ ab adipe impinguabitur.

In tertia coniugatione uocis paſſiuæ ſemel legitur, & irregulariter Ieſa. 34. Gladius Iehoua repletus eſt ſanguine, impinguatus eſt ab adipe.

INDE NOMINA:

דָּשֵׁן Pinguis. Ieſ. 30. Et erit pinguis & uber. Et pluraliter דְּשֵׁנִים Pſal. 92. Pingues & uirides erũt. Et in ſtatu regiminis דִּשְׁנֵי Pſ. 22. Et incuruabũt ſe omnes pingues terræ.

דֶּשֶׁן Pinguedo. Pſal. 63. Sicut adipe & pinguedine ſaturabiť anima mea. Ieſ. 55. Et oble-

ctabit ſe in pinguedine anima ueſtra. Et in diſtinctione ſentẽtiæ דֶּשֶׁן Iob 36. Et quies menſæ tuæ plena pinguedine. Iere. 31. Inebriabo animam ſacerdotũ pinguedine. Et in ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in hirik ad differentiam alterius quod cinerem ſignificat. Iud. 9. Num ceſſare faciam pinguedinem meam.

דֶּשֶׁן Contrario modo ſignificandi accipitur pro cinere, qui omni pinguedine amplius caret, calore ignis exiccatus, materia exiccata igni, & macra. Leuit. 4. Iuxta effuſionem cineris combutetur. & cap. 6. Et leuabit cinerem in quem cõſumpſerat ignis holocauſtum. 1. Reg. 13. Ecce altare findetur, & effundetur cinis, qui eſt ſuper ipſo. Iere. 31. Et omnem uallem cadauerum & cineris. Et in diſtinctione ſententiæ דָּשֶׁן Leuit. 1. Ad locum cineris. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua, & circa primã uocem pathah diſcernitur à priore, quod pinguedinem ſignificat, & cum hirik punctatur. Exo. 27. Facies ollas eius pro cinere eius.

INDE VERBVM,

דִּשֵּׁן Decinerauit, id eſt, à cinere repurgauit, cinerem remouit. Num. 4. Et decinerabũt altare, & expandent ſuper illum pannum purpureum.

322 דָּת Lex, mandatũ, edictum, ſtatutum, decretum. Et in lingua Babylonica magis eſt uſitatum, quàm Hebræa. Deut. 33. A dextera eius ignis, mandatũ ad eos. Eſther 1. Et ipſa compotatio ſecundũ decretũ, nõ cogens. Et iterum: Coram omnibus ſcientibus decretum, & ſententiã. cap. 2. Iuxta ſtatutũ mulierum. Item pro tributo ſcilicet ſtato & decreto uſurpatur. Eſdr. 6. Et de theſauris regis, quos ex tributo habet trans flumen. Et in ſtatu affixi manet inuariatũ. Eſther 2. Cum audiretur uerbum regis & mandatũ eius. Legitur in Daniele cũ aleph דָּתָא cap. 2. Et decretũ editum eſt, & ſapientes interfecti ſunt. Et iterum: Quare mandatũ publicatum eſt à rege. Et in ſtatu regiminis & affixorũ דָּתֵי Eſd. 8. Et dederunt mandata regis ad ſatrapas regis. Eſther 1. Scribatur iuxta decreta Perſarum & Medorum. Et cap. 3. Et decreta eorum muta ab omni populo, & decreta regis non facientes, &c.

DE NOMINIBVS MVLTILITERIS ET PEREGRINIS.

323 דַּבֶּשֶׁת Gibbus ſeu tuber camelorum, & arbitror uocem eſſe peregrinam. Ieſaię 30. Et ſuper gibbo camelorum theſauros ſuos.

324 דּוּכִיפַת Gallus ſylueſtris, cuius fit mentio Leuit. 11. & Deuter. 14. Et eſt de numero prohibitarum auium.

325 דַּמֶּשֶׂק Damaſcus, quære in themate ארם.

326 דַּרְדַּר Quære in themate דְּרוֹר.

327 דָּרְבָן Stimulus. 1. Sam. 13. Et ad ſtabiliendum ſtimulum. Et pluraliter דָּרְבֹנוֹת Ezech. 12. Verba ſapientum ſunt ſicut ſtimuli.

328 דַּרְכְּמוֹנִים Drachmæ: nomen à Græcis mutuatum, ſicut אֲדַרְכֹנִים. Eſdr. 2. Secundum facultatem ſuam dederũt in theſaurum operis aurum, drachmas ſexaginta millia & mille. Nehe. 7. De capitibus patrũ dederunt in theſaurum operis aurum drachmas uiginti millia.

329 אֲדַרְכֹנִים Drachmæ, ſicut דַּרְכְּמוֹנִים à Græcis mutuatum. 1. Parali. 29. Et drachmas decem mille. Eſdræ 8. Et crateras auri drachmas millenas.

# ה Iob 28.

330 הֵן יִרְאַת יְהוָה הִיא חָכְמָה

ה ARTICVLVS eſt ſeruiens omnibus caſibus nominum appellatiuorum. Secundo, reſtringit ſignificationem nominum, quibus pręponitur, ideo nominibus proprijs nō præponitur, eò ꝙ non opus habeāt reſtrictione. Tertio, addita nomini appellatiuo, addit quoq; illi emphaſin, non aliter atq; Latinis iſta pronomina, ille, ipſe. Pſal. 1. Beatus uir ille. Quarto, eſt aduerbium uocandi ô. Mich. 2. O dicta domus Iacob. Quinto, præpoſita uerbis ſignificationem habet relatiui שֶׁ ſiue אֲשֶׁר Gene. 46. Omnis anima domus Iacob, quæ uenit. Pſal. 18. Qui cingis me uirtute. 1. Paralip. 29. Omnis populus qui inuentus eſt. Ieſaiæ 41. Qui dico tibi. Sexto, præpoſita dictionibus ſubſcripto communiter hatephpathah eſt interrogatiua, an, num, nunquid. Gen. 4. Num cuſtos fratris mei ego. Iob 5. Voca nunc an ſit qui reſpondeat. Septimo, antepoſita nominibus notat quandoq; motum ad locum, ſicut ſi in fine localibus apponitur. 2. Reg. 2. In cœlum. 1. Paral. 26. Ad aſcenſum. Octauo, interponitur aliquando duabus dictionibus nihil ſignificando. 2. Paralip. 7. Et ignis deſcendebat מֵהַשָּׁמַיִם è cœlo, 1. Sam. 17. בֵּית הַלַּחְמִי. Nono, expoſitiuè, ut intelligas eandem perſonam, aut rem, de qua prius facta eſt mentio. Decimo, efficit ex uerbis nomina uerbalia, & communiter generis fœminini, ſi in fine additur præcedente cametz. הֲדוֹם ſcabellum. Ieſaiæ 66. Terra autē ſcabellum pedum meorum. הַכָּרַת notio, notitia, cognitio. Ieſaiæ 3. Cognitio faciei ipſorum reſpondet contra ipſos. הַצָּלָה. Eſther 1. Et ereptio ſtabit Iudęis. הֲפֻגוֹת Thren. 3. Sine intermiſſionibus. Vndecimo, nomini appellatiuo appoſita ex maſculino fœmininum conſtituit אִשָּׁה Gen. 2. Propterea uocabitur uira, quoniam de uiro ſumpta eſt. Duodecimo, addita in fine nomini fœminini generis auget ſignificationem illius אֵימָתָה Exod. 15. Cecidit ſuper eos formido, & metus. Pſal. 3. Non eſt illi יְשׁוּעָתָה ſalus in deo. עֶזְרָתָה. Pſal. 44. Surge in auxilium nobis. עֹלָתָה Iob 5. Et iniuſtitia contrahet os ſuum. עַוְלָתָה. Ezechiel. 28. Donec inuenta eſt iniuſtitia in re. Decimotertio, in fine nominibus localibus adiuncta, importat motum ad locū. Ge. 28. Et dilataberis in Occidentē, & in Orientem, & in Aquilonem, & in Auſtrū. 2. Sam. 13. Et intulit ad Amnon fratrem ſuum in penetrale. Decimoquarto, in fine appoſita tum nominibus, tum uerbis, etiam relatiui officium ſubit fœminini generis præcedente cametz, & accepto ſæpe puncto, qui à Grammaticis mappik dicitur, de quo in pronominibus uidere poteris: induit enim tum naturā pronominis. Cæterū quādo habet ſupernè holem tum eſt maſculini generis. Gen. 13. Tentorium eius. Et cap. 49. Ligās ad uitem pullum ſuum. Et mox iterum: Et in ſanguine uuarum operimentum ſuum. Exo. 22. Et dimiſerit iumētum ſuum. 2. Reg. 20. & Ieſaiæ 39. Et oſtendit eis omnem
331 domum aromatum ſuorum. Habakuk 3. Et ibi latibulum fortitudinis ſuæ, &c.

הֵא Demonſtrandi aduerbium, en, ecce, ſicut הִנֵּה & הֵן Gen. 47. Ecce uobis ſemen. Ezech. 16. Ecce uia tua.

הַבְהַב Vide in themate יָהַב.

332
הֶבֶל Vanitas, res leuis & cito euaneſcens. Et ut literarum tantum tranſpoſitione, ita modo ſolum ſignificandi differt à uerbo בָּהַל: utrunq; enim tempus correptum importat, ſicut econtra בָּלָה & אָבַל יָבַל productionem important. Et legitur ſingulariter tantum in ſtatu regimnis הֲבֵל Eccl. 1. Vanitas uanitatū. Et pluraliter הֲבָלִים Eccl. 1. Vanitas uanitatum. & cap. 5. Quia in multitudine ſomniorum etiam uanitates, & uerba multa. Iere. 10. Diſciplina uanitatum lignum eſt.

הָבֶל Vanitas, res uanida & cito euaneſcens. Iob 7. Quia uanitas ſunt dies mei. Pſal. 72.

Vanitas filÿ Adam,mendacium filÿ uiri,in bilance aſcendendo ſunt pluſquā uanitas pariter.Pſal.144.Homo uanitati ſimilis eſt.Prouerb.13.Opulentia ex uanitate, minuetur.cap.31.Mendacium eſt gratia,& uanitas pulchritudo. Ier.10. Statuta populorum uanitas eſt,non eſt profectus in illis.cap.2. Et ambulauerunt poſt uanitatem,id eſt commenticia numina. In ſtatu affixorum ſeruat prius ſægol.Eccleſ.9. Omnibus diebus uitæ uanitatis tuæ. Et in ſtatu regiminis & affixorū חַבְלֵי. Pſal. 31. Odi obſeruantes uanitates temeritatis. Iere.14. Num eſtis inter uanitates gentium.Deut.32.Prouocauerunt me ad iram uanitatibus ſuis.

הֶבֶל Filius alter Adæ poſt Kain, & id nomen eſt ei impoſitum à parentibus, quòd non poſuerūt in eo ſpem factæ promiſſionis de ſemine,ut in Kain.Gen.4.Et fuit Abel paſtor ouium.Et iterum: Et Abel attulit etiam ipſe de primogenitis ouiū ſuarum. Et in diſtinctione ſententiæ הָבֶל Et addidit pārere fratrem eius,ipſum Abel.

INDE VERBVM,

הָבַל Cito euanuit,uanidus factus eſt.2.Reg.17.& Iere.2.Et ambulauerunt poſt uanitatem,& uani ſunt.Pſal.62.Ne confidatis in fraude,& in rapina,ne uaneſcatis:facultas ſi prouenerit,ne apponatis cor.Iob 27.Vt quid uanitate euaneſcetis.

In tertia coniugatione legitur tantū participiū præſens pluralis numeri מַהְבִּילִים
333 Iere.23.Vanos faciunt ipſi uos.

הבן Et pluraliter tantū legitur הָבְנִים Interpretes uarie exponunt,ego ut eorū tranſlationes prętercam,puto eſſe Ebenum lignum nigrū,ſolidum,pulchrum, quod teſte Virgilio 2.Georgicorum in India naſcitur, & cæſum in lapidem dureſcit, & aduſtum iucundi eſt odoris:inde cognationem habet cum אֶבֶן Ezech.27. Cor-
334 nua,ebur,Ebenum reddiderunt pro munere.

הבר Aſtrologus:legitur tantum ſemel in plurali ſtatus regiminis הֹבְרֵי Ieſa.47.Stent nunc & ſaluent te aſtrologi cœli, qui aſpiciunt in ſtellis. Opinor uocem eſſe peregrinam, alioqui maluiſſem dicere uicio ſcribarum eſſe deprauatum & ex
335 cheth factum he.

הגה Congruit ſignificatione cum uerbis נָגַן & נָגָה יָגָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe diſcrepent. Et generaliter ſignificat alicuius rei motum, at mutat aliquantulum modum ſignificandi ex conſtructione & coniugatione.

Primo,quando conſtruitur cum præpoſitione beth,tum ſignificat motum animi in aliquid,animum ſeu cogitationem in rem aliquam intendere, intentum eſſe in rem.Ioſue 1. Nō recedet liber legis huius ab ore tuo,ſed intendes in eum diu noctuq;.Pſal.1.Et in legem eius intentus eſt diu noctuq;.Iob 27.In uigilÿs eram intentus in te.Pſal.77.Intentus fui in omnia opera tua. Secundo, ſi cum aliÿs præpoſitionibus,ſiue ſine illis conſtruitur,tum ſignificat ſeriam operationem ſeu motum animi,& ex uerborum uel rerum circumſtantia ſumere licet uerbi interpretationem.Ieſaiæ 16.Ideo ululabit Moabita ad Moabitam & omnes ululabunt, & ad fundamenta Kirheres ingemiſcent tantum confracti.Iere.48.Et ad uiros Kirheres ingemiſcet.Ieſaiæ 31. Sic infremiſcit leo, & catulus leonis ſuper præda ſua. & cap. 38.Ingemiſcebam ſicut columba.& cap.59.Sicut columbæ ingemiſcendo ingemiſcimus. Tertio, conſtructum cum præpoſitione mem, ſignificante motum de loco. Ieſaiæ 59. Et proferendo ex corde uerba mendacÿ. Prouerb.25. Remoue ſcorias de argento,& egredietur aurifabro uas: remoue improbum à cōſpectu regis,& ſtabilietur in iuſtitia thronus eius. Ieſaiæ 27.Amotus eſt uēto ſuo forti in die auſtri. Quarto,ſine præpoſitione, & quando poſt ſe regit accuſatiuum, & ſignificat promouere, attamen debet exponi ſecundum eius rei proprietatem cui attribuitur.Pſal.2. Et populi moliuntur fruſtra. Pſal.35. Et lingua mea proferet iuſtitiam tuam.Pſal.37.Os iuſti proferet ſapientiam.Iob 27.Non proferēt labia mea iniquitatem, & lingua mea non proferet dolum. Pſal.115. Non proferent, ſcilicet uerba in gutture ſuo.Prouer.24.Quoniam damnum molitur cor eorum. Ieſaię 33. Cor tuum molitur turbationem.

In ſecūda cōiugatione uoce paſſiua הֻגָה 2.Sam.20.Poſtq; igit̃ amotus eſt de uia.

In ter-

In tertia coniugatione legitur participium ſeu nomen participiale מַהְגִּים Ieſ.8. Muſſitantes & immurmurantes: uel ita, muſſitatores & emurmuratores.

INDE NOMINA:

הֶגֶה Gemitus. Pſal.90. Conſumimus annos noſtros uelut gemitum. Ezech.2. Erantq; ſcriptum in eo lamentationes & gemitus & planctus.

הָגוּת Pſalm.49. Os meum loquetur magnam ſapientiam, & intentio cordis mei multa eſt intelligentia.

הָגִיג Pſal.5. Intellige gemitum meum. Pſal.39. In gemitu meo exarſit ira.

הֶגְיוֹן Pſal.19. Et gemitus cordis mei in conſpectu tuo. Thren.3. Labia inſurgentium aduerſus me, & conatum ipſorum contra me.

הִגָּיוֹן Pſal.92. Super murmure in cithara, id eſt, modulatione. Pſal.9. Opere manuum ſuarum irretitur improbus meditatione ſeu gemitu: Sæla. quanquam alij aliter interpretentur, & quidam cenſeant ſignificare modum ſeu modulationem muſicam ſicut & סֶלָה. Porro Hebræorum magiſtri uocãt etiam hoc nomine philoſophiam ſermocionalem.

לַהַג Per protheſin lamed, intentio, ſtudium, meditatio. Eccl.12. Facere libros ſine fine, & intentio plurima, fatigatio eſt carnis.

הַגִּינַת Nomen adiectiuum generis fœminini. Ezech.42. Via in proſpectu parietis directæ. Sed ſcribitur pro הֲבִינָה ideo huc non pertinet, ſed ad בין eſt referendum.

336

הדה Congruit ſignificatione cum uerbis נדד & ידה ידד niſi quòd ut forma, ita modo parum ſignificandi inter ſe uarient: ſignificat autem extendere, ſcilicet libere. Ieſaiæ 11. Et in cauernam Reguli puer ablactatus manum ſuam extendit, ſcilicet libere.

הֵד Quære in themate ſuo הדד.

337

הדך Opprimendo contudit: & conuenit ſignificatione cum uerbis דוך דכא דכה דכך, דקה מכה, & in hac forma legitur tantum ſemel Iob 40. Et contundet improbos ſubtus ſe.

הֲדוֹם Quære in themate ſuo הדם.

338

הדס Myrtus. Ieſaiæ 41. Ponam in deſertum cedrum, Sittam, & myrtum. Nehem.8. Et folia myrti, & folia palmarum. In diſtinctione הֲדַס. Ieſaiæ 55. Et pro ſenticeto aſcendet myrtus. Et pluraliter הֲדַסִּים. Zachar.1. Et reſpondit uir qui ſtabat inter myrtos.

339

הדף Pepulit, depulit, impulit. Et cõgruit ſignificatione cum uerbis דחה דחף נדף דחח niſi quòd modo ſignificandi inter ſe uariẽt. Num.35. Quod ſi ſubito abſque inimicitia impulerit eum. Et ibidem: Aut ſi odio impulerit eum. Deut.6. Ad depellendum omnes inimicos tuos à facie tua. Prouer.10. Et malitia improbi depellet. 2.Reg.4. Et acceſſit Gehazi ut depelleret eam. Iob 18. Depellent eum ex luce in tenebras. Iere.46. Non conſiſtet, quia Iehoua depellet eum. Ieſaiæ 22. Et depuli te à

340 ſtatione tua. Ezech.34. Propterea quòd cũ latere & cum humero depellitis eum.

הדר Decorauit, ornauit, honeſtauit, & refertur ad qualitatem & habitus ornatum ac decorem, ſicut אַדִּיר de quantitate, & quantitatis excellentia, & אַבִּיר de robore cùm corporis tum operationum dicitur. Exod.23. Exhauſtum non ornabis in cauſa ſua. Leuit.19. Nõ ſuſcipies faciem exhauſti, neq; ornabis magnatem. Et mox iterum, A conſpectu caniciei aſſurges, & ornabis faciem ſenis.

Participium prætetitum הָדוּר Ieſaiæ 63. Quis eſt iſte qui aſcendit ornatus in ueſtitu ſuo. Et pluraliter הֲדוּרִים quod abſtractiuè ponitur pro ornamẽtis, id eſt rebus excellentibus, & excellenter ornatis. Ieſaiæ 45. Ego ante te ibo, & excellentia quæq; æquabo.

In uoce paſſiua נֶהְדַּר Thren.4. Facies ſenum non ſunt decoratæ.

In quarta coniugatione תִּתְהַדַּר Prouerb.25. Ne ornes te coram rege, & in loco magnatum ne ſteteris.

INDE NOMINA:

הֲדַר Decor, ornatus. Dan. 11. Et ſtabit ſuper ſede eius exactor in ornatu regni. Et in plurali ſtatu regiminis הַדְרֵי Pſalm. 110. Populus tuus liberalitatum in die uirtutis tuæ, in ornatibus ſanctitatis ut ex utero auroræ, ita tibi natiuitas tua. quanquam in aliquibus codicibus ſcriptum ſit & legatur הַרְרֵי in montibus ſanctitatis.

הָדָר Decor, ornatus, forma maſculini generis. Deut. 33. Tanquam primogeniti bouis decor ei, & cornua unicornis cornua eius. 1. Paralip. 16. Celebritas & decor coram ipſo. Pſal. 8. Gloria & decore coronabis eum. Pſal. 29. Vox Iehoua in uirtute, uox Iehoua in ornatu. Ieſaiæ 53. Non eſt forma ei, neq; decor. In ſtatu regiminis הֲדַר Prouerb. 20. Decor iuuenum robur ipſorum, & ornatus ſenum canicies. Ieſaiæ 2. Abſcondere in puluere à pauore Iehoua, & à decore celſitudinis eius. Ieſaiæ 35. Gloria Libani dabitur ei, & decor Carmeli & Saron. In ſtatu affixorum. Thren. 1. Et egreſſus eſt à filia Zion omnis ornatus eius. Ezech. 16. Quoniam abſolutum eſt propter decorem meum. Et in forma fœminea ſtatus regiminis הַדְרַת 1. Par. 16. Venite ante ipſum, genua flectite ipſi Iehoua in ornatu ſanctitatis. Prouerb. 14. In multitudne populi decor Regis.

הוֹד Celebrauit: cōgruit ſignificatione cum uerbis הָדַר & הָדָה יָדַד יָדָה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Pſal. 28. Et cantico meo celebrabo eum. eſt autem prima perſona futuri primæ coniugationis.

INDE NOMEN,

הוֹד Celebritas, dignitas, gloria, maieſtas à qua aliquis celebratur & quæ celebrem & glorioſum reddit. 1. Paralip. 29. Magnificauit Iehoua Salomonem gloria in oculis totius Iſrael, & poſuit ſuper eum gloriam regni, qualis non fuit ſuper ullo rege ante ipſum. Et Chriſtus Matth. 6. ubi de gloria Salomonis loquitur, reddidit Græco nomine δόξα. Item Zachariæ 6. Ipſe ædificabit Baſilicam Iehoua, portabitq; gloriam. Pſal. 21. Gloriam & decorem poſuiſti ſuper eum. Ieſaiæ 30. Audire faciet Iehoua maieſtatem uocis ſuæ. Zachariæ 10. Et poſuit eum quaſi equum gloriæ ſuæ in bello. Prouerbiorum 5. Ne des alijs gloriam tuam, &c. De hoc nomine etiam

341 in themate הָדָה &c.

הָוָה Et cum aleph in fine הָוָא fuit, congruit ſignificatione cum uerbo הָיָה, niſi quòd deriuata utriuſque modo ſignificandi uarient. Ita quoque ut forma, ita modo ſignificandi diſſentit à uerbo הוּה. Inſuper arbitror Latinos hæc uerba fuo, & fio ab hoc Hebræo mutuaſſe, eò quòd tam uoce, quàm ſignificatione congruunt. Geneſis 27. Fias heros fratribus tuis. Iob 37. Quando niui dicet fias ſuper terram. Ieſ. 26. Moab fias abſconſio eis. Eccleſiaſt. 11. In loco quo ceciderit lignum, ibi fiet: uel, ibi ipſum.

Participiū præſens הֹוֶה Eccl. 2. Quid fit homini ex omni labore ſuo? Nehemiæ 6. Et tu fis illis in regem.

INDE NOMINA:

הַוָּה Nomen participiale, fientia, euentus: & ſemper in malam partem ſumitur pro fientia mala, ſeu euentu & accidēte aduerſo dicitur, quod fiet, & futurum eſt, & tamen non definitur quid & quale ſit: Vnde eadem ratione hoc nomen fientiam malam ſignificat, qua דָּבָר malum indefinitum. Ieſaiæ 47. Et ueniet ſuper eum malum, cuius originem ignoras, & cadet ſuper te fientia, quam nō poteris placare. Ezech. 7. Fientia ſuper fientiam ueniet, & rumor ſuper rumorem erit.

הוּא Cum ſchurek in uau eſt pronomen maſculini generis, ille, ipſe, & dicitur de perſona ſeu loco ſeu re abſente. Et ſimul includit ſæpiſſime uerbum ſubſtantiuum, Eſt. Gen. 4. Et Abel attulit etiam ipſe de primitijs ouium ſuarum. cap. 44. Qui furatus eſt cyphum, ipſe ſeruus meus. Gen. 2. Ipſe eſt qui circuit, &c. Et cap. 10. Ipſe fuit potens uenator. cap. 41. Somniauimus ſomnium nocte eadem ego & ipſe. cap. 32. Et uocauit nomen loci illius. Leuit. 24. Quia ſanctum ſanctorum ipſum ei. Legitur ſemel יְהוּא quod multi pro tertia futuri accipiunt ſic interpretantes locum Eccleſ. 11. In quo loco ceciderit lignum, ibi fiet. tamen pronominaliter etiam ſic exponi poteſt

poteſt, Ibi ipſum. Et in genere fœminino ſubſcripto hirik ſub he ſequente uau הִוא , uel iod הִיא illa ipſa. Gen. 38. Et fuit in tempore illo. Et iterum: Vbi eſt prophana illa. Et mox iterum: Ipſa educitur. Gen. 14. Et rex Bela, ipſa eſt Zoar. cap. 38. Et ipſa miſit ad ſocerum ſuum. Ezech. 21. Ipſe eſt acutus gladius, & ipſe eſt politus. Et mox iterũ: Ipſe eſt in populo meo, ipſe eſt inter omnes principes Iſrael. Et cap. 23. Et dixit ad inueteratam adulterijs, nunc meretricabuntur cum ea meretricationes eius, etiam ipſa. 1. Reg. 17. Et comedit ipſa, & ipſe.

342 **הות** Legitur uerbaliter tantum in ſecunda coniugatione הוֹתֵת, & congruit ſignificatione cũ uerbis הָוָה & אִוָּה הָוָה accipiturq; in malam partẽ: ſignificat enim cogitare, ſtatuere, decernere aliquid ex malo deſiderio ſeu affectu. Pſa. 62. Vſq; quo deſideratis ſeu cogitatis ſuper uirum, ut occidatis.

INDE NOMEN,

הַוָּה Nomen fœminini generis: ſed ut nomen אַוָּה non niſi in ſtatu regiminis אַוַּת & cum affixis אַוָּת, ita etiam hoc tantùm in ſtatu regiminis הַוַּת & cum affixis הַוָּת legitur, atq; eadem propemodum ſignificatione, niſi quòd hoc ſemper de prauo deſiderio dicatur. Deinde quod ad ſignificandi rationem & modum attinet, ſimiliter ſe habet ut nomen אָוֶן. Primo enim ſignificat actiuè deſiderium ſeu ſtudium prauum, quod ex corruptione naturæ naſcitur, quo aliquis non renatus ſua tantum, nõ quæ dei, aut proximi ſunt, quærit: imò, quę deo aduerſa, & proximo damnoſa ſunt & nocent, facit: ut Mich. 7. Et magnus loquitur fientiam animæ ſuæ, id eſt, deſiderium, ſcilicet fiendi. Prouerb. 10. Non eſurire ſinet Iehoua animam iuſti, & fientiam improborum expellet, id eſt, cupiditatem habendi ſeu auaritiam. & cap. 11. Iuſtitia rectorum liberabit eos, ſed in fientia excurſores capientur. In ſtatu affixi ponitur paſſiuè, pro infortunio ſeu calamitate, qua aliquis afficitur ex alterius hominis petulantia. Iob 6. Si ponderando ponderaretur dolor meus, & infortunium meum. cap. 3. Ad infortunium meum proferentur. Pſalm. 52. Corroboratur in infortunio meo. Et pluraliter הַוֹּת & הַוּוֹת Iob 6. Aut palatus meus non ſentiet fientias. Pſalm. 5. Non eſt in ore ipſorum certum, internum ipſorum fientiæ. Pſalm. 38. Quærentes malum meum loquuti ſunt fientias. Pſalm. 52. Fientias cogitabit lingua tua. Pſal. 91. A peſte fientiarum. Prouerb. 19. Fientiæ patri ſuo filius ſtultus.

הֹוֶה & הוֹוִי Vide in ſuo themate הָוָה.

343 **הון** Legitur uerbaliter ſemel in ſcriptura ſacra, & quidẽ in tertia coniugatione, eoq; difficilius propria illius ſignificatio deprehendi poteſt: quãtum autem ex loco Numeri 14. & ex Onkelos & ſeptuaginta translatione conijcitur, ſignificat ea quæ ſparſa erant colligi, & condenſari, & coartari: unde uerbo contendendi tranſtulerunt. Deut. 1. Et contendiſtis aſcendere in mõtem, pro quo Num. 14. ſcriptum legitur ויעפלו, id eſt, & conati ſunt ſeu contenderunt aſcendere.

INDE NOMINA:

הוֹן Copia ex multis rebus in unum collecta, opulentia, diuitiæ. Pſalm. 119. In uia teſtimoniorum tuorum gauiſus ſum, ſicut ſuper omni collecta, id eſt, opulentia. Prouerb. 13. Eſt qui pauperem ſe ſimulat, & opulentia multa. cap. 10. Opulentia diuitis ciuitas potentiæ ſuæ. Ezechiel. 27. Tharſus negociatrix tua, de omni opulentia in argento, in ferro, ſtanno & plumbo, dederunt mercatus tuos. Prouerb. 13. Opulentia ex uanitate minuetur. Et cap. 19. Domus & opulentia, hæreditas parentum. & cap. 30. Et quartum non dicit opulentia. Et iterum: Et ignis non dicit opulentia. Et legitur ſemel cum aleph אוֹן Oſeæ 12. Equidem diues ſum, & inueni opulentiam mihi. Et cum affixis. Prouerb. 3. Honora Iehoua de opulentia tua. Et cap. 28. Multiplicans opulentiam ſuam uſura, & incremento. Et pluraliter הוֹנִים quòd legitur cum affixo Ezech. 27. In multitudine opulentiatum tuarum, & merciũ tuarum ditaſti reges terræ.

הִין Menſuræ genus liquidorum, ut uini & olei continens duodecim לֻגִּים, at לֹג con

 tinuit

tinuit ſex oua, quę ſimul collecta faciunt 72. oua. Et Ioſepho capit duos choas Atticos. Exo. 29. Et quartale hin uini. & cap. 30. Et pinguedinem olei menſuram hin. Numeri 15. Et uinum pro fuſione, quartale hin.

הֵן Hæ, illæ, ipſę, pronomen demonſtratiuum, generis fœminini, & ſignificat pluralitatem mulierum, quæ demonſtratur: ſicut הֵם maſculinum ſuum, pluralitatem uirorum demonſtrat, de quo in themate הֵנָּה paulo inferius dicetur. Exod. 1. Antequam ueniamus ad illas. Et cum he paragogico frequentius legitur. Geneſis 6. Quàm pulchræ ipſæ. Exod. 1. Ipſæ enim obſtetricandi artem tenent. 1. Samue. 17. Et cui dimiſiſti paucas oues illas. Et accipit articulos ſine aliqua uariatione. Eſt & obſeruandum quòd aliquando ſit temporis collecti de alijs temporibus, & loci collecti de alijs locis. Num. 14. Eduxiſti populum iſtum ex Ægypto uſque huc. Gen. 21. Et nunc iura mihi per deum hîc. Ioſue 2. Ecce uiri uenerunt huc. Gene. 15. Generatione quarta reuertentur huc: nondum enim completæ ſunt iniquitates Amorræorum uſque huc.

הֵן Aduerbium demonſtrādi unum ſeu plures ex cæteris omnibus collectis, En, ecce. Num. 23. Ecce populus ſicut leo ſurget. Iob 21. Ecce noui cogitationes ueſtras. & cap. 33. Ecce hoc non iuſtificaſti. Pſal. 139. Ecce Iehoua noſti totum hoc. Prou. 11. En iuſto retribuetur. Iob 13. En occidat me, tamen in ipſo ſperabo. Eſt tamen aliquando quæſitiuum, includens negationem, id eſt, num. Exod. 8. Num ſacrificabimus abominationē Ægyptiorum. Legitur tamen ſæpius cum he paragogico הִנֵּה Gen. 24. Et ecce Iehoua ſtabit. Et iterum: Ecce ego tecum. Porro in ſtatu affixorum ſeruat hirik daggeſſata litera nun. Num. 23. Et ecce ipſe ſtabit iuxta holocauſtum ſuum. 1. Reg. 11. Et ecce tu quæris, &c.

344 הָזָה Ex eo legitur tantum participium præſens pluralis numeri הֹזִים pro quo Chaldæus paraphraſtes poſuit נָיְמִין id eſt, dormientes ſeu dormitantes, at ego puto ignauos ſignificare, qui non ſunt alacres in officio ſuo. Ieſaiæ 56. Vniuerſi illi canes muti, non ualentes latrare, ignaui cubantes, diligentes mutationem.

345 הָיָה Fuit, factum eſt, uerbum eſſentiale & ſubſtantiuum, quod eſſentiam & exiſtentiam ſignificat, ſicut הָוָה fientiam. Iob 1. Vir fuit in terra Hus. Pſalm. 1. Et erit ſicut arbor plātata. Gen. 1. Et terra erat inanis & uacua. Deu. 23. Quia peregrinus fuiſti. Deut. 9. Et erunt in luminaria. Prouerb. 31. Fuit ſicut nauis mercatoria. Ieſ. 14. Quemadmodum cogitaui, ita fuit. Gene. 17. Ambula coram me & eſto perfectus. Num. 16. Eſtote coram Iehoua. 2. Sam. 2. Et eſtote in filios fortitudinis. Gene. 24. Tu eſto in millia. Exod. 3. Ero qui ero, & dixit, ſic dices filijs Iſrael, Ero miſit me ad uos. Pſal. 69. Et fui eis in parabolam. Eccleſiaſt. 1. Quod fuit, eſt, quod futurum eſt. Gen. 1. Erit lux & facta eſt lux. Et iterum: Erit firmamentum in medio aquarum, & erit diuidens. Exod. 9. Et erit grando in uniuerſa terra. Amos 7. Hoc non erit. Pſal. 69. Erit habitatio eorum deſerta. Geneſ. 47. Et erimus nos & terra noſtra ſerui. 1. Reg. 15. Quia eſſendo erit. Ier. 15. Eſſendo eris. Ruth 1. Vt non eſſe uiro. Ezech. 34. Pro eſſe pecus meum in prædam.

Participiū præſens הוֹיָה Exo. 9. Ecce manus Iehoua eſt in pecuaria tua in agro.

In uoce paſſiua נִהְיָה factum eſt. Deut. 4. Num factum eſt ſicut res magna iſta. Iudicum 19. Non fuit factum nec uiſum ita. 1. Reg. 1. Si à ſuſtentatore meo rege facta eſt res iſta. Prouerb. 13. Deſiderium quod factum eſt, dulce erit animæ. Ierem. 5. Stupendum & horribile factum eſt in terra. Ezech. 21. Ecce uenit & fuit. Daniel. 8. Et ego Daniel confectus eram, & ægrotabam per dies.

INDE NOMINA:

יְהוָה Nomen proprium Dei ſeu diuinæ eſſentiæ, à numero literarum τετραγράμματον, id eſt, quadriliterum Græcis dictum, à Iudæis ineffabile, quòd (ut R. Moſes Ægyptius indicat) gradus ipſius nominis ſit ſublimis, eò quòd eſſentiam Dei notet: ideo etiam cura loquendi debeat eſſe grauis & plena reuerentia. Ideóque haud dubie factum eſt, quòd extra ſcripturæ ſacræ recitationem in quotidiano uſu neque nominent, neque ſcribant, ſed uel שֵׁם uel אֲדֹנָי uſurpent. Et ego arbitror

dictum

dictum ineffabile, non quòd non poſſit aut debeat edici, ſed quia ſacroſanctum eſt, ideo uel hominum ore uel ſcriptura aſſumi in rebus prophanis non debeat, ſiue q apud Iudæos perinde ut apud nos Chriſtianos nomen Ieſu Chiſti alicui homini imponi nephas exiſtimandum ſit, ſiue quòd ob reuerentiam Dei abſtinuerint, ne illa crebra nominis huius appellatione prophanaſceret. Porro à Kabyliſtis priſcis nomen expoſitiuum eſt dictum, qui ſic expoſuerunt: Iod prima eius nominis litera, quia initium numeri denarij eſt, ideo etiam primam perſonam in diuinis ſignificat, quæ eſt pater, deinde he filium, quòd he eſſentiam notet, & per filium omnia quæ creata ſunt, eſſentiam ſuam habeant. Et duplicatione eiuſdem literę ſignificetur utraque in Chriſto natura, diuina & humana in una perſona inſeparabiliter unita. Tertio litera uau, quæ & copulam ſignificat, notet tertiam in eſſentia diuina perſonam, quæ eſt ſpiritus ſanctus, ſubſtantialis ille ardor & amor inter patrem & filium. Inſuper progredientes expoſuerunt tribus dictionibus conſtantibus ex quatuordecim literis, quibus integra nomina trium perſonarum continentur אָב בֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ id eſt, pater, filius, & ſpiritus ſanctus.

Tertio ulteriore progreſſione uſi cõpoſitione 42. literarum etiam perſonarum diſtinctionem & earũdem unam & eandem diuinam eſſentiam ſignificare uoluerunt in hũc modum אָב אֱלֹהִים בֵּן אֱלֹהִים רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֱלֹהִים שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד אחד בִּשְׁלֹשָׁה : Pater deus, Filius deus, Spiritus ſanctus deus, tres in una & unus in tribus, i. tres perſonæ in una eſſentia diuina, & una eſſentia in tribus perſonis. Etſi huic rationi exponendi hoc nomen aliquis poſſet etiam alia & quidem cõtraria ex alia ſtructura tot literarum comminiſci, tamen cum minime ſit impia, & conſentanea noſtræ religioni eam ueneror, & præcipue ea de cauſa, quòd pro iſto nomine יְהוָה uideam ubiq; in Chaldaica paraphraſi (quæ etiamnum tantæ eſt apud Iudæos autoritatis, ut illi refragari ſumma impietas ſit) aliud ſubſtitui, quo ſpiritu ſancto afflati Interpretes trinitatem perſonarum, & earundem in eſſentia indiuiduam unitatem ſignificare uoluerunt uidelicet iſta figura [illegible] uel ut aliqui alij codices habent [illegible], ut iſto ſemicirculo denotarent perſonam tertiam ſpiritus ſancti, qua tanquam copula & coniunctione pater & filius ſunt eſſentia uniti. Cætera autem Iudæorũ commenta, quæ de nomine expoſitiuo tradiderunt, q uirtute illius Moſes populum Iſraeliticum per mare rubrum traduxerit, aliaq; complurima miracula cũ ipſe, tum Prophetæ, deniq; etiã Chriſtus ſeruator noſter, & Apoſtoli ipſius fecerint, ut ſunt plane nõ modo ridicula & uana, uerumetiam impia & blaſphema, ita minime ferenda. Et ut de origine, ſignificatione eius dicam, certum eſt citra ullam controuerſiam deductũ eſſe à ſuperiore uerbo הָיָה & ſignificare, Primo ἐμφατικώτερον eſſentiam illam unam diuinam, quæ ab æterno fuit, eſt & erit ſine ulla mutatione in æternum, & in ſecula ſeculorum, à qua omnes creaturę in creatione prima ſuam eſſentiam acceperunt, habent, ac iuxta liberrimam uoluntatẽ ſuam uel in eſſe conſeruãtur, uel abolentur, uel una in aliam mutatur, quòd ut quem & qualem ipſe ſe promiſit, & patefecit uerbo ſuo, ita etiam eum, ac talem reipſa & facto declarare & exhibere uelit, ſicut Moſi dicit, Ero qui Ero. Et mox iterũ: Sic dices filijs Iſrael: Ero, miſit me ad uos. Et ut olim filius dei & uerus deus hoc uerbo futuri temporis אֶהְיֶה uſus eſt, antequam humanam carnem ex caſta & intemerata uirgine Maria aſſumeret, ut ſignificaret ſe fore illum, talemq; ut ſe promiſit, ita homo factus & in miniſterio ac opere redemptionis conſtitutus, uocat ſe EGO: ut Ioannis 8. Principium qui loquor uobis. Et ibidem iterum: Antequam Abraham fieret, Ego ſum. Item cap. 18. Ego ſum, &c. Denique legimus hoc nomine, & inuocatione huius nominis uoluiſſe coli Deum, ac inuocationem cultumq; Eccleſiæ ſuæ à cultibus & inuocatione ſecerni, ſicut in ſcriptura clariſſime apparet: ut 1. Samuelis 7. Si in toto corde ueſtro reuertimini ad Iehoua, auferte deos alienos è medio ueſtri & Aſtheroth, & confirmate cor ueſtrum ad Iehoua, & ſeruite ei ſoli, & liberabit uos de manu Philiſtim, & abſtulerunt filij Iſrael Baalim & Aſtheroth, & ſeruierunt ipſi Iehoua ſoli. 1. Regum 18. Et appropinquans Elias ad

omnem

omnem populum, dixitq; quouſq; uos claudicatis in duo extrema, Si Iehoua eſt Deus, ite poſt ipſum: aut ſi Baal, ite poſt hunc.

Neque hoc prætereundũ eſſe duxi, quod ſcire maxime eſt neceſſariũ, quòd hoc nomẽ neq; angelis, neq; hominibus, neq; ficticijs numinibus & dijs, multo minus lapidibus, aut ligno, aut alijs inanimis & mutis creaturis in ſcriptura ſacra tribuat̃, ſed ſoli & uni diuinæ naturæ & eſſentiæ cõpetat, neq; illis tribui poſſit aut debeat, ſicut ipſe dicit Exod. 6. Hoc eſt nomẽ meum, in ęternum, & hoc memoriale in generationem & generationem. etſi Gentes ſummo ſuo maximoq; deorum ab Hebræo nomine ſumptam Iouis appellationẽ tribuerint, argumento euidentiſſimo, quod etiam gentes hoc nomen יְהֹוָה à patribus pronunciatum eſſe audierint, non Adonai. Quod autem ad puncta & ſcripturam attinet, ſciendũ quod nomen ipſum יְהֹוָה ſi ſolum & ſeorſum, aut etiã cum אֱלֹהִים uel אָדוֹן ponitur, ſeruet unam & eãdem ſemper formam, & pũctationem paucis locis exceptis, quos poſtea ſub finem indicabimus. Et optarim ſi fieri poſſet, ſecundum illa puncta, quibus ſcribitur pronunciari, & non uerti uel Dominus uel Deus, quòd hæc attributa neq; eſſentiam diuinam, neq; nominis propriam ſignificationem exprimant, ſicut etiam eadem de cauſa multa alia nomina in alijs linguis manſerunt inuariara, ut ſunt Alleluia, Oſanna, Zebaoth, Immanuel, Amen, & alia. Nũc exempla ſupradictorum modorum ſubiũgam, quibus res & ſignificatio huius nominis illuſtrior fiat. Gen. 2. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, dum crearentur in die, quo faceret Iehoua deus cœlum & terram. & cap. 4. Adam uero cognouit uxorem ſuam, quæ concipiens peperit Kain dicens, acquiſiui uirum, ipſum Iehoua: nam putabat ſe nunc matrem ſeminis, quod caput ſerpentis eſſet contriturum. Exod. 6. Et loquutus eſt deus ad Moſen, & dixit ad eum: Ego Iehoua, & apparui Abraham, Izhak & Iacob in deo omnipotente, ſed in nomine Iehoua non ſum cognitus illis, id eſt, non tanta fecerunt miracula in nomine meo, quanra tu in Ægypto feciſti in nomine Iehoua coram Pharaone, in mari rubro, & in deſerto. & cap. 15. Iehoua eſt uir belli, Iehoua eſt nomen eius, currus Pharaonis & exercitum proiecit in mare. cap. 20. Ego Iehoua deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Deuteronom. 4. Quoniam Iehoua eſt ipſe deus, & non eſt alius præter eum. cap. 6. Audi Iſrael, Iehoua eſt deus noſter, Iehoua unus eſt. Ioſue 22. Deus deorum Iehoua, deus deorum Iehoua nouit. Et mox iterum: Et uocauerunt filij Ruben & filij Gad altare illud Teſtis inter nos, quod Iehoua ipſe eſt deus. Pſal. 20. Nos autem in nomine Iehoua dei noſtri prædicabimus. Mich. 4. Omnes populi ibunt unuſquiſque in nomine dei ſui, nos autem ibimus in nomine Iehoua dei noſtri. Gen. 22. Et uocauit Abraham nomen loci illius, Iehoua uidebit, ſicut & hodie dicitur, In monte Iehoua uidebitur. Exo. 17. Et ædificauit Moſe altare, uocauitq; nomen eius, Iehoua eſt ſignũ meum. Num. 10. Et factum eſt eum proficiſceretur arca, tum dicebat Moſes, ſurge Iehoua & diſſipentur inimici tui. Et cap. 27. Et collocabunt lucernam Aaron & filij eius, uſque ad mane luceat coram Iehoua, ſcilicet qui præſens erat ſuper propiciatorio. nam ut dixi nulli creaturæ competit aut tribuitur, niſi ſoli Deo. Ierem. 23. Ecce dies ueniunt ait Iehoua, & ſuſcitabo Dauidi germen iuſtum, & regnabit rex, & prudenter aget, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra, & in diebus eius ſaluabitur Iehuda, & Iſrael habitabit confidenter, & hoc nomen eius quo uocabunt, Iehoua iuſtitia noſtra. ubi Iehoua non tribuitur tantum filio Dei ſecundum diuinam naturam in concreto, ſed qui eſt etiam germen iuſtum Dauidis, id eſt, aſſumpſit humanam naturam ex Dauide & factus homo, ita ut duæ illæ naturæ ſimul inſeparabiliter unitæ conſtituunt unam perſonam Chriſtum, qui obedientia ſua factus eſt, ut etiam Paulus dicit, ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio noſtra. Et Rom. 5. Iuſtificati ſanguine eius. Item per obedientiam unius iuſti conſtituentur multi, &c.

At quando ante ſe habet אֲדֹנָי tum ſequens יֱהֹוִה ſemper ſcriptum eſt in prima hatephſægol, & in altera ſub uau hirik. Deut. 3. Suſtentator Iehoui, tu cepiſti oſtendere ſeruo tuo magnificentiam tuam. Pſal. 71. Ingrediar in multa fortitudine Suſten-

ſtentatoris Iehoui. Ieſ. 40. Ecce Suſtentator Iehoui in fortitudine ueniet. Ezech. 21. Ecce uenit, & factum eſt ait Suſtentator Iehoui. Pſal. 73. Ponam in Suſtẽtatore Iehoui refugium meum. Legitur tamen ſemel ſeorſim cum hirik. Ezech. 21. Et cognoſcet omnis caro, quod ego Iehoui eduxi gladium meum de uagina ſua.

יָהּ Non eſt dubium, quin uocula iſta ſimiliter à uerbo הָיָה ſit deducta, & ſignificare eſſentiam illam diuinã perinde ut יְהוָה. Sunt tamẽ qui ſentiunt, hoc eſſe diſcrimẽ inter hęc duo, quòd ut uox illa eſt diminuta à יְהוָה, ita quoq; deum diminutum, id eſt Ieſum Christum in carne diminutũ, humiliatũ, paſſum & mortuũ ſignificet, Et ſi ego arbitror perinde à יְהוָה decurtatum, ut eſt à nomine integro אֱלוֹהַּ ſeu אֱלֹהִים decurtatum אל, quod æque deum à præſentia ſignificat atq; יָהּ ab eſſentia. Habet autem in litera he punctulum dagges, ut fortius exprimatur, & etiam ad differentiã particulæ יָה quæ alijs multis nominibus adijcitur, ut שַׁלְהֶבֶתְיָה מַאְפֵּלְיָה תַּרְדֵּמָיָה &c. Pſal. 77. Recordabor factorum Ia. Pſal. 94. Non uidebit Ia. Et mox iterum: Beatus uir quẽ corripuit Ia. Pſal. 112. Et populus creatus laudet Ia. Pſal. 118. Ex anguſtia inuocaui Ia. Et ibidem iterum: Fortitudo mea & Pſalmus Ia. Et iterum: Caſtigãdo caſtigauit me Ia, ſed morti non tradidit me. Et iterum: Aperite mihi portas iuſtitiæ ut ingrediar per eas & celebrẽ Ia. Pſal. 205. Omnis ſpiritus laudet Ia. Pſal. 146. Laudate Ia. Et cum beth ab initio בְּיָהּ Pſal. 68. Cantate deo, pſallite nomini eius in amœnitatibus, in Ia nomine eius, ſcilicet pſallite, & exultate corã ipſo. Hæc eſt ſimplex & uera ſentẽtia & expoſitio, ut reliquas multorũ & uarias portentoſas expoſitiones prætercam. Et eſt ſemel præpoſitum nomini יְהוָה Ieſaiæ 26. Confidite in Iehoua uſq; in æternum, quoniam in Ia Iehoua eſt petra ſeculorum.

חִי Vide in themate ſuo נָהָה.

346

הֵיךְ Quomodo, qualiter. Et congruit ſignificatione interrogatiunculæ אֵיךְ 1. Par. 13. Quomodo introducam ad me arcam Dei. Dan. 10. Et quomodo poterit ſeruus ſuſtentatoris mei loqui cum ſuſtentatore meo iſto?

347

הוּם Congruit ſignificatione cum תָּמַהּ & נָהַם הָמַן הָמָה הָמַם מְהוּמָה: ſignificat enim turbare. Exod. 14. Et turbauit caſtra Ægyptiorum. Deut. 7. Et turbauit eos turbatione magna, donec deleret eos. Iud. 4. Et turbauit Iehoua Siſram, & omnem currum, & omnia caſtra ore gladij.

In uoce paſſiua נהם 1. Sam. 4. Et clanxerũt omnis Iſrael clangore magno, & turbatá eſt terra. 1. Reg. 1. Et turbata eſt ciuitas. Ruth 1. Et turbata eſt tota ciuitas propter eas, & dixerunt, num hæc eſt Nahami. Et arbitror Matthæum cap. 21. etiam in eadem phraſi uerbo Græco reddidiſſe ἐσείσθη, id eſt, commota eſt uniuerſitas, dicens, quis eſt hic.

In tertia cõiugatione הֵמִים Pſal. 55. Conſternor in querela mea, & turbor. Micheæ 2. Sicut grex in medio caulæ ſuæ perſtrepent præ hominibus.

INDE NOMINA:

מְהוּמָה Rumor, ſonitus, ſtrepitus, tumultuatio. Deu. 28. Mittet Iehoua in te corroſionem, turbationem, & increpationem. 1. Sam. 5. Et fuit manus Iehoua in ciuitate cum turbatione magna ualde. & cap. 14. Et ecce erat gladius uniuſcuiuſq; in proximum ſuum turbatione magna ualde. Prou. 15. Melius eſt parum in timore Iehoua, quàm theſaurus magnus & turbatio in eo. Ieſaiæ 22. Quia dies turbationis & conculcationis. Ezechiel. 7. Propinquus eſt dies ille tumultus, & non ouationis montium.

Et in ſtatu regiminis מְהוּמַת 1. Sam. 5. Quia erat tumultus mortis in tota ciuitate. Zach. 14. Et erit tumultus Iehoua magnus in eis. Et pluraliter מְהוּמוֹת 2. Paral. 15. Quia tumultus magni ſuper habitatores terræ.

תְּהוֹם Moles, turbatio, tumultus, profunditas aquarũ, à turbatione & fremitu: tã Grȩci q̃ Latini uerterũt Abyſſus. Gen. 1. Et tenebræ ſuper faciẽ abyſſi. ubi certe de rerũ omniũ cœli, terrȩ aquarũq; indigeſta mole ponit̃. ca. 7. In die illa rupti ſunt fõtes abyſſi multȩ Itẽ cap. 49. Benedixit te benedictionibus cœli deſup, benedictionib. abyſſi cubãtis inferne. Iob 28. Abyſſus dicit, nõ apud me eſt, & mare dicit, nõ eſt meum.

Pſal.

Pſa.36.Iuſtitia tua abyſſus multa. Prou.8.Cum deſcriberet ipſe circino ſuper ſuperficie abyſſi. Habakuk 3.Dedit abyſſus uocē ſuam. Et pluraliter in Moſe ſine uau תהמת Exo.15.Abyſſi operuerūt eos. Et iterū: Coagulatæ ſunt abyſſi in corde maris. Deut.8.Iehoua deus tuus introduxit te in terrā bonā, terram torrentium, aquarum, fontium, & abyſſorum egredientium ex uallibus & ex montibus. At in alijs ſcripturæ locis legitur integre תהומות. Pſal.33.Ponit in theſauris abyſſos. Pſal.71. Et de abyſſis terræ iterū aſcendere feciſti me, id eſt, profundis. Pſal.78.Diffidit petras in deſerto, & potauit cum abyſſis multis. Pſal.107.Aſcenderunt in cœlum, deſcenderunt in abyſſos. Ieſa.63.Traduxit eos per abyſſos, ſicut equos in deſerto.

הִיו Vide in themate הוה.

הֵיכַל Quære in themate ſuo יכל.

348 הֲבַר Apparuit, oſtendit ſe, exhibuit ſe cognoſcendum, & habet cognationem cum uerbo בגר. Iob 19. Non pudet quod appareatis mihi, id eſt, aperte aduerſemini mihi.

349 הָלַל In altum ſuſpēdit, ſeu ſuſtulit, ſcilicet uocem, uel ſplendorem cum gloriatione: quare uerbis laudare, extollere & euehere laudibus, gloriari, exponitur. Et congruit ſignificatione cum uerbo יָלַל quod ſimiliter eleuare uocem ſignificat, ſed in triſtitia & dolore, ſicut econtra uocem extollere ſignificat in rebus lætis & proſperis, deinde modo tātum ſignificandi differt à uerbis אָלָה אָהַל הָלַל תָּלָה. Pſal.75. Dixi gloriabundis, ne gloriemini. Iob 29. Quando extollebatur lucerna ſuper capite meo, id eſt, cum res eſſent ſecundę & lætæ. irregulariter בְּהִלּוֹ.

Participium præſens הוֹלְלִים laudatores, gloriabūdi, iactabundi, ſcilicet de propria ſapientia, iuſtitia, uirtutibus. Pſal.5.Non ſtabunt gloriabundi corā oculis tuis. Pſal.73.Quia zelaui in iactabundos.

In ſecunda coniugatione הִלֵּל quando regit poſt ſe accuſatiuum ſiue nominis, ſiue pronominis, uerbo laudandi, ſeu laudibus extollere: quando cum datiuo, laudem dicere: quando cum עַל ſiue aliàs abſolutè ponitur, tum uerbo gloriari reſpōdet. Ieſaiæ 62. Et laudabunt Iehoua. & cap.64. In qua laudauerunt te patres noſtri. Pſal.56.In deo laudabo uerbum. Pſal.119.Et laudabūt Iehoua. Prouerb.27. Laudet te alienus, non os tuum. cap.31.Et laudabunt eam in portis facta ipſius. 1.Paral.16. Et laudem dicēdo ipſi Iehoua. Pſal.10.Gloriatur improbus ſuper deſiderio animæ ſuæ. Et eſt obſeruādum, quando uox הַלְלוּיָהּ initialis eſt, uel finalis pſalmorū, non eſt reddenda, quia notat ſaltem acclamationem, ſeu exhortationem. Pſal.106.Alleluia, celebrate Iehoua, quoniam in æternum beneficentia eius. Pſal.101.Alleluia, celebrabo Iehoua in toto corde. Pſal.112. Alleluia, Beatus uir qui timet Iehoua. Pſ. 117.Et ueritas Iehoua manet in æternum, Alleluia. Pſal.106.Et dicet omnis populus Amen, Alleluia. Sic uſus eſt quoq; Ioannes Theologus Apoc.cap.19.Poſt hęc audiui uocem magnam turbæ multæ in cœlo dicentis, Alleluia ſalus & honor, & gloria, & uirtus Domino deo noſtro.

Participium præſens pluralis numeri מְהַלְלִים 2.Paralip.23. Et audiuit Hadaliahu uocem populorum currentium & laudantium regem. 1.Paralip.23.Et quatuor millia laudem dicentes ipſi Iehoua. & 1.Paral.29. Et laudem dicimus nomini magnificentiæ tuæ.

Participium præteritum מְהֻלָּל Pſal.18. Laudandum inuocabo Iehoua. Pſal.48. Magnus Iehoua, & laudandus ualde, id eſt laudabilis.

In uoce paſſiua הֻלַּל Pſal.78.Et uirgines eius non ſunt laudatæ. Alludit ad morē, & ceremoniam, qua antiquitus in nuptijs epithalamijs, & alijs id genus carminibus ſponſas cùm à corporis, tum animi dotibus laudabant: & uult dicere, quòd ante nuptias ſint extinctæ, cœlibes.

Participium fœminini generis הֻלָּלָה Ezech.26.O ciuitas laudata.

In tertia coniugatione הִתְהַלֵּל ſuſpenſum ſeu expanſum eſt supernè cum gloria. Ieſaiæ 13.Quoniā ſtellæ cœlorū non expandent lumen ſuū. Iob 25.Et adeo luna non expan-

expandetur, atq; ex hoc apparet, hoc uerbū cognationem habere cū uerbo אהל. Item Iob 31. Si uidi lucē, quando expandebatur. & cap. 41. Sternutationibus eius expandetur ignis.

In quarta coniugatione התהלל laudauit ſe, prędicauit ſua, gloriatus eſt. Prouer. 31. Mulier timoris Iehoua, ipſa laudabitur. 1. Reg. 20. Non glorietur accinctus, ut ſolutus. Iere. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia. Pſal. 52. Quid gloriaris in malitia. Pſal. 106. Vt glorieris in hæreditate tua.

Participium מתהלל Prouerb. 25. Vir laudans ſeipſum. Et pluraliter מתהללים Pſal. 97. Qui gloriantur in idolis. Iere. 9. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur ſe.

In quadrata coniugatione חולל habet contrarium ſignificandi modum prioribus coniugationibus: ſignificat enim dedecorare, inglorium facere, dehoneſtare, perturbare, obſcurare. Ieſaiæ 44. Et diuinos inglorios faciet. Iob 12. Et iudices inglorios faciet. Eccl. 7. Quia calumnia inglorium faciet ſapientem.

Participiū pręſens pluralis numeri מחוללים Pſ. 20. Inglorij aduerſus me iurabāt.

Participium præteritum מחולל Eccl 2. Riſui dixi, inglorius es.

In quarta coniugatione התחולל 1. Samuelis 21. Et indecentē gerebat ſe in manu ipſorum. Ierem. 25. Et indecore gerent ſe à facie gladij, quem ego mitto. & cap. 46. Aſcendite equos & immoderate agatis currus. Nahum 2. In plateis immoderate agentur currus.

INDE NOMINA:

הלולים Laudes. Leuitic. 19. Et anno quarto erit omnis fructus eis ſanctitas, laudes ipſi Iehoua. Iudic. 9. Et fecerunt laudes.

תהלה Laus, laudatio, & accipitur actiuè. Pſal. 33. Rectos decet laudatio. Ieſaiæ 61. Et laudatio coram gentibus. In ſtatu regiminis תהלת Ierem. 48. Non eſt ultra laudatio Moab. Legitur etiam תהלת in ſtatu abſoluto, & accētu diſtinctiuo. Iere. 49. Quomodo non eſt derelicta ciuitas laudationis. Et in ſtatu affixorum. 66. Et auditam facite uocem laudationis eius. 48. Laudatio tua in fines terræ. Et pluraliter תהלות Pſal. 17. Narrantes laudationes Iehoua.

מהלל Laus. Prouerb. 27. Et quiſq; ſecundum laudem eius.

הילל Stella matutina, quæ ab expanſione lucis, lucifer etiam dicitur. Ieſaiæ 14. Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris.

הוללות Forma pluralis numeri, gloria, ſplendor. Eccl. 1. Et poſui cor meum ad cognoſcendum ſapientiam & ſcientiam, lucem & induſtriam.

הלאה Vltra, trans, & eſt loci & temporis, ſignificat expanſionem & extēſionem. Num. 16. Et ignē diſperge ultra Leu. 22. Et à die octaua & ultra. Num. 15. A die qua pręcepit Iehoua & ultra. Ezech. 39. A die iſto & ultra. Et quando ſequitur poſt poſitiuū loci aſſumit per protheſin mem מהלאה Gen. 35. Et tetendit tentoriū ſuum ultra turrim gregis. Iere. 22. Et proijciendo ultra portas Ieruſalem. Amos 5. Faciā igitur migrare uos ultra Damaſcum.

נהללים Indecora, ſeu ingloria ligna, qualia ſunt dumeta. Ieſaiæ 7. Et in omnibus arbuſtis, & inglorijs, ſcilicet lignis, id eſt dumetis ſeu uepricetis.

תהלה Ingloria, indecentia, dedecus. Iob 4. Et in angelis ſuis poſuit dedecus.

369

הלך Verbum perfectum, quod ambulationem, conuerſationem, profectionē, perrectionem tum in bono, tum in malo ſignificat, & generaliter tam de animatis ut hominibus, & brutis, pedibus erecte gradientibus, quàm etiam inanimatis, ut de uoce, aquis, ſpiritualibus, alijsq; rebus dicitur. Et non niſi modo ſignificādi differt à uerbo ילך. Inſuper etiam à uerbo בוא differt. Nam etſi utrunq; ſignificet motum, tamen diuerſa ratione: nam בוא aliunde in, uel ad locum, uel perſonā uenire ſignificat: at הלך in, uel à loco ſeu perſona receſſionem aliò notat. Porro qđ ad cōiugandi rationem attinet, ſciendum q; hoc uerbum in præterito primæ coniugationis actiuæ uocis eſt frequentiſſimi uſus, ſicut econtra in forma ילך nuſpiam reperitur. Pſal. 1. Beatus uir, qui non abijt in cōſilio improborum. 1. Sam. 7.

Et ibat de anno in annum.Deuteron.17. Et fui tecum in omnibus in quibus ambulaſti.Gen.34.Et accipiemus filiam noſtram,& ibimus.Iere.32.Et in lege tua nō ambulauerūt.Num.22.Vt quid nō ꝓfectus es ad me,&c. Hæc ſunt uerba Balak, ideo peregrina lingua uſus eſt hoc uerbo.Hebræus uſus eſſet uerbo בוא iuxta ſupra dicta,& iſta ibidem,Ne queſo prohibearis proficiſci ad me.Porro Ioſue 10.Et dixit ad principes,uiros belli,qui profecti erant cum ipſo.aleph litera eſt paragogica. In Imperatiuo etiam perfecte,ſed tantum ſemel.Ierem. 41.Qui euaſiſtis à gladio,abite,ne ſtetis.At in alia forma frequentiſſimo eſt uſu. In futuro ſimiliter eſt uſitatius in forma יֵלֵךְ ꝙ in iſta,tametſi aliquot in locis ſcripturæ legatur regulariter,ut Iob 16.Non reuertar,ibo.Et mox iterum: Quid à me abibit. Legitur tamen bis irregulariter in alia forma. Exod. 9. Ambulabat ignis ſuper terra. In infinitiuo ſimiliter non eſt ita uſitatum ut in forma ילך Geneſ. 8. Et reuertebantur aquæ deſuper terra eundo & redeundo. & cap. 31. Et nunc ambulando ambulaſti.

Participiū præſens הולך 1.Sam.2.Et Samuel pergebat.Eccl. 1. Generatio abit, & generatio uenit.Hic componuntur iſta duo uerba diuerſo modo motum significantia,ut ſupra admonuimus. Et pluraliter הולכים Gen.37. Euntes ut deſcendere facerent in Aegyptum.Pſal.119.Qui ambulant in lege Iehoua.Et in ſtatu regiminis הולכי Iudic.5.Et ambulantes ſemitas.Iere.6. Ambulantes fraude. Et in genere fœminino הולכה. Iere.3.Ambulat ipſa omnē montem. Et in altera forma הולכת Gen.32.Placabo eum munere,quod pergit ante me. Et pluraliter הולכות. Exod.2.Et puellæ eius ibant.1.Samuel.25.Et quinꝙ puellæ eius ibant ad pedes.

In uoce paſſiua נֶהֱלַךְ ſignificatione neutrali.Pſal. 109. Sicut umbra cum declinat,ambulaui.

In ſecunda coniugatione הִלֵּךְ importat plerunꝙ cōtinuitatem ambulationis. Iob 30.Ater inceſſi ſine æſtu.Pſal.38.Tota die inceſſi.Pſal. 131. Neꝙ ambulaui in magnis.Eccl.11. Et ambula in uijs cordis tui.Pſal.86.Ambulabo in ueritate tua. Pſal.85.Iuſtitia ante eū ambulauit.Ieſaiæ 59.In caliginibus ambulabimus. Pſal.89. In lumine uultus tui ambulabunt.Semel eſt tranſitiuum,& fungitur officio tertiæ coniugationis,quam in hac forma non habet.Iob 24.Nudum ambulare fecerunt abſꝙ indumento,id eſt dimiſerunt,ſeu expulerunt.

Participium præſens pluralis numeri מְהַלְּכִים Eccleſ.4.Vidi cunctos uiuentes, qui ambulauit ſub ſole.

In quarta coniugatione הִתְהַלֵּךְ in ultima cū zere,at quando ſequitur dictio cui cum uirgula makaph coniuncta eſt,tum murat zere in ſægol,& plerunꝙ ambulationem ſignificat,quæ fit animi gratia.Exod.21.Et ſi ſurrexerit & ambulauerit in platea ſuper baculo ſuo .1.Sam.30. Et in omnibus locis in quibus cōuerſatus erat Dauid ipſe,& uiri eius.2.Sam.11.Et deambularet ſuper tecto domus regis.Pſalm. 35.Tanquā frater meus eſſet cōuerſatus ſum.2. Sam.7.Et in omnibus quibus ambulaui cū omnibus filijs Iſrael.Pſal.12.Circūquaꝙ improbi ambulabūt, ſcilicet in functione publica,regnabunt pro arbitrio.Pſal.82.In tenebris ambulabunt.

Eſt autem circa hanc coniugationem obſeruatu digniſſimū,ꝙ quando aliquis את cum,uel לפני corā Deo ambulare dicitur,idē ſignificet,quod in publico eſſe miniſterio dei,& officio fungi ſacerdotali.Geneſ. 5. Et ambulauit Hanoch cum Deo.& cap.6.Et cū Deo ambulabat Noach.1.Sam.2.Dicēdo dixi,ꝙ domus tua & domus patris tui ambularet coram me.Et mox iterum:Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem iuxta cor meum, & iuxta animam meam faciet,& ędificabo ei domum fidelem,& ambulabit coram Chriſto meo omnibus diebus.

INDE NOMINA:

הֵלֶךְ Ambulator,uiator.2.Sam.12.Et uenit uiator ad uirum diuitem.

הֵלֶךְ Ambulatio.1.Sam.14.Et ecce ambulatio mellis,id eſt,fluxus ſeu fluor.

הֲלִיכָה Ambulatio,iter,inceſſus, ueſtigiū.Legit̄ pluraliter הֲלִיכִים. Et in ſtatu affixi הֲלִיכַי Iob 29.Quando leuabā ueſtigia mea butyro. Et in forma fœminea הֲלִיכוֹת Iob

6.Ve-

6.Veſtigia Seba expectarunt ſibi.Pſalm.68. Viderunt ueſtigia tua Deus,ueſtigia dei mei,regis mei in ſanctitate.Habakuk 3.Itinera mundi.Prouerbiorum 31.Speculatur ipſa ueſtigia domus ſuæ.Nahum 2. Impingent in itineribus ſuis. Pſal.68. Veſtigia tua Deus.

הֲלִיכוֹת Ambulatores,ſeu ambulationes,ambulatoria.Nehem.12. Et ambulacra ad dextram ſuper murum.

מַהֲלָךְ Iter,uia,itinerarium,deambulatorium. Et in ſtatu regiminis מַהֲלַךְ Ezec.42. Et ante exedras deambulatorium decem cubitorū.Ionæ 3.Itinere trium dierum. Et pluraliter מַהְלְכִים Zachariæ 3.Et dabo itinera inter iſtos ſtantes,id eſt ductores.

מַלְאָךְ Tranſpoſita litera he,& eadē mutata in aleph,angelus,legatus,ſiue homo ſiue ſpiritus,qui deſtinatus eſt ad legationem ſeu miniſterium perficiēdum, quiꝗ habet mandatum à domino ſuo eundi ad annunciandum uel efficiendum aliquid, Græcis ἄγγελος uel ἀπόστολος. Quando autē de homine, uel ſpiritu intelligi debeat, ex uerbo ſibi adiuncto uel alijs circumſtantijs cognoſcere licebit: uerbum נראה apparendi de angelis ſpiritibus ſempet dicitur,ſed quādo de angelis hominibus dicitur,tum uerba apponuntur quæ corporibus congruunt non ſpiritibus.

DE ANGELIS HOMINIBVS.

1.Samuelis 23.Et legatus uenit ad Saul dicens. 1.Reg.19.Et miſit Ieſabel nuncium ad Eliam. Prouerbior.16. Nuncius improbus cadet in malum. Et cap.17.Improbus quærit malum,& nuncius crudelis mittetur ad illū. Eccl. 5.Ne dicas corā legato ignorantia eſt,id eſt coram miniſtro ſacerdote. Iob 33.Si eſt iuxta eū legatus eloquens. In ſtatu regiminis מַלְאַךְ Iudic.2.Aſcendit autem nuncius Iehoua de Gilgal ad Bochim,id eſt,Pinhas ſacerdos.Malach.2.Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,& doctrinam quærēt ex ore eius, quoniam angelus ipſius Iehoua exercituum eſt. In ſtatu affixorū retinet ſub aleph cametz.Ieſaiæ 42. Quis eſt cæcus niſi ſeruus meus,& ſurdus,ſicut nuncius meus,quem miſſurus ſum.Malach.3. Ecce ego mitto nuncium meū,& repurgabit uiā in cōſpectu meo, ſcilicet doctrina. Et pluraliter מַלְאָכִים Gen. 32. Et miſit Iacob nuncios ante ſe ad Eſau fratrē ſuum.Ioſue 6.Quoniam abſcondit nuncios, quos miſimus. In ſtatu regiminis מַלְאֲכֵי Geneſ. 28. Et ecce angeli Dei aſcendentes,& deſcendētes in ea.1.Samuel. 19.Fuitꝗ ſpiritus Dei ſuper legatos Saul, & prophetauerūt etiam ipſi. Prouerb. 16.Furor regis,nuncij mortis.In ſtatu affixorū retinet formā pluralis abſoluti.Numeri 14.Nunquid nuncijs tuis,quos miſiſti ad me loquutus ſum.Ieſaiæ 44.Et cōſilium nunciorum ſuorum ipſe perficit. Nahum 2. Et non audiatur amplius uox nunciorum tuorum.

DE ANGELIS SPIRITIBVS.

Atꝗ eodē modo ſe habet in ſtatibus ut ſupra.1.Sam.29.Et reſpōdēs Achis ad Dauid,ſcio ꝙ bonus ſis,& es in oculis meis ſicut angelus Dei.2.Sam.14. Sicut angelus dei eſt ſuſtētator rex,ut audiat bonū & malū.Et mox iterū:Et ſuſtētator meus ſapiens eſt ſecundū ſapientiam angeli Dei, ut ſciat omnia, quæ ſunt in terra. 2.Sa. 19.Et detulit ſeruū tuum apud ſuſtentatorē meum, ſed ſuſtētator meus rex tanquā angelus Dei:fac igitur quod bonū eſt in oculis tuis.Gen.16.Et inuenit eā angelus ipſius Iehoua iuxta fontē. Exo. 23. Ecce ego mitto angelū ante te ad cuſtodiendū te in uia.Num.20.Et cum clamaſſem ad Iehoua, exaudiuit uocem noſtram,miſitꝗ angelum,& eduxit nos ex Ægypto.Pſal.34.Caſtrametatur angelus Iehoua circūquaꝗ timētes eum.Gen.31.Et dixit angelus Iehoua ad me in ſomnis.1.Reg.13. Etiam ego ſum propheta ſicut tu,& loquutus eſt angelus ad me in uerbo Iehoua dicens.2.Reg.1.Et loquutus eſt angelus Iehoua ad Eliam. Gen.24.Iehoua deus cœli & terræ, &c. mittet angelum ſuū ante te. Et pluraliter מַלְאָכִים Gen. 19. Et uenerunt duo angeli Sodomam. In ſtatu affixorum.Pſal.103. Benedicite ipſum Iehoua angeli eius.Pſal.104.Qui facit angelos ſuos uentos,& miniſtros ſuos ignem flammæ.Ex his iam enumeratis locis licet colligere definitionem angeli, quod ſit ſubſtantia ſpiritualis,ſapiens,iuſta,obediens dei,creata à Deo in miniſterium Ele-

ctorum, quemadmodum etiam epiſtola ad Hebræos angelos definiens eſſe ſpiritus adminiſtratorios, qui in miniſterium emittuntur propter hæredes ſalutis.
Cęterum fit tamen interdum mentio in ſcriptura ſingularis angeli, qui nõ eſt creatura, ſed creator & Dominus angelorum, adeoq; omnium creaturarum, filius ſcilicet Dei mittendus, ut annunciaret nobis uoluntatẽ patris ſui cœleſtis, & eſſet redẽptor generis humani. Gen. 48. Benedixitq; Iacob ipſum Ioſeph & dixit, Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Izhak, deus qui nutriuit me quandiu fui uſq; in hanc diẽ, Angelus ipſe, qui redemit ab omni malo, &c. tribuit ei diuina opera nempe liberationẽ à morte, peccato, ira dei, &c. quę gloria non poteſt nec debet tribui miniſtris angelis, qui etſi protegunt corpora piorum, tamen nec peccatum, nec mortem æternam tollunt, nec tollere poſſunt.
Poſtremo, & malorum angelorum ſeu ſpirituum ſcriptura meminit, quorum miniſterio & opera deus utitur in ultionem malorum. 2. Samuelis 24. Et cũ emiſiſſet manum ſuam angelus contra Ieruſalẽ, ut eã quoq; perderet, pœnituit ſtatim Iehoua mali, & dixit angelo perdenti. Pſal. 78. Miſit in eos furorem iræ ſuę, &c. immiſſionem angelorum malorum. Et talium angelorũ lapſum ſubindicat Iob cap. 4. ubi inquit, Ecce in ſeruis ſuis deus non innititur, & in angelis ſuis poſuit dedecus. qui poſtea clarius 2. Petri 2 explicatur.

מַלְאֲכוּת Nuncium, delegatio, miniſterium. Haggæi 1. Et dixit Haggæus nuncius ipſius Iehoua in legatione Iehoua ad populum. Et hoc modo uidetur etiam Paulus apoſtolus eſſe uſus hac uoce 1. Timoth. 1. Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti iuxta delegationem dei &c.

מְלָאכָה Generaliter quamlibet rem ſignificat, quæ ad miniſterium & uſum hominum cedit, ſiue ſint artes, ſiue pecora, ſiue opera alia, induſtria, & labore parta. Et quia in ſermone Latino miniſterij uocabulũ nõ uſq; adeo late patet, alijs nominibus reddere licebit. Exod. 31. Et impleui eum ſpiritu dei in ſapientia & in prudentia & in ſcientia, & in omni miniſteriali, id eſt arte. Gen. 33. Ego minabo paulatim iuxta modũ miniſterialis, quod eſt ante me, id eſt pecoris. 1. Sam. 15. Et pepercit Saul & populus ipſi Agag, & melioribus gregibus, & armẽtis pinguiorib. & agnis, atq; cunctis quę bona erant, neq; uoluerũt delere ea, ſed omne miniſteriale uile, & flaccidum peremerunt. Exo. 12. Die prima erit conuocatio ſancta, ſimiliter in die ſeptima nullum miniſteriale fiat in eis. Exod. 20. Non facies omne miniſteriale tu & filius tuus. Iudic. 16. Si ligando ligauerint me funibus nouis, quibus adhuc nullum factum eſt miniſteriale. Pſal. 107. Qui deſcenderunt in mare nauibus ut facerẽt miniſteriale in aquis multis. Ier. 50. Quia miniſteriale eſt ipſi Iehoua exercituũ in terra Chaldæorũ. Ezech. 15. An ſumi poteſt de uite lignũ ex quo fiat miniſteriale aliquod. Et in ſtatu regiminis מְלֶאכֶת Exod. 22. Si quis dederit proximo ſuo argẽtum, aut uaſa ad cuſtodiendum, & ſurrepta fuerint de domo uiri, ſi inuentus fuerit fur reddat duplum: ſi uero fuerit inuentus, accedat paterfamiliâs ad deos an non miſerit manum ſuam in miniſteriale proximi ſui. & cap. 35. Et obtulerunt in cõtributionem Iehoua pro miniſteriali tabernaculi teſtimonij. Leuit. 23. Omne miniſteriale ſeruitutis non facietis. 1. Paral. 9. Et Sallũ filius Korah & fratres eius erãt ſuper miniſteriale ſeruitutis cuſtodientes uaſa tabernaculi. Iere. 15. Maledictus faciens miniſteriũ Iehoua remiſſe. Et in diſtinctione ſentẽtiæ מְלָאכָה 2. Paralip. 13. Et Leuitæ in miniſteriali. Et in ſtatu affixorũ prima litera ſeua, altera recipit pathah. Gen. 2. Et cõſummauit Deus in die ſeptima miniſteriale ſuũ quod fecerat. Ionæ 1. Quod eſt miniſteriale tuum? & unde uenis? Et pluraliter מְלָאכוֹת. 1. Paralip. 28. Omnia in ſcriptura de manu Iehoua artificioſe oſtendit mihi omnia miniſterialia exemplaris. Pſalm. 73. Bonum eſt mihi, ut ponam in Iehoua fiduciam meã & annunciem omnia miniſterialia tua.

מְלֶכֶת Sine aleph legitur in Ieremia duobus in locis, quod ſeptuaginta interpretes militiam uerterunt, Hieronymus quaſi à מלך eſſet deductũ, Regina uertit. Exiſtimo autem miniſterium illud ſupernum cœli ſic dictum, quod in hæc inferiora habet.

Et

Et quia ſuperſtitione quadam Iudæi imbuti, putarunt à Deo aſtra ordinata eſſe, ut actiones & labores gubernarent, factum eſt ut ſacrificia inſtituerint, quibus ſibi propria redderent, & fortunarentur actiones ipſorum. cap. 7. Mulieres ſubagitant paſtam, & faciunt placentas, miniſterio cœlorum. & cap. 44. Vt ſuffitum faciamus miniſterio cœlorum. Chaldæus uertit, כֹּכְבַת שְׁמַיָּא Tametſi nonnulli ab הֲלַךְ deducentes, pro planetis accipiunt, à gradiendo, quaſi greſſiles dicas, ſicut Aſtronomi illos errones ſeu ſtellas erraticas uocant.

351 הָלַם Concuſſit, quaſſauit, conquaſſauit, pulſauit, conculcauit. Iudic. 5. Et conquaſſauit Siſram. Ieſaiæ 16. Domini gentium quaſſauerunt propagines eius. Prouer. 23. Quaſſauerunr me, & non cognoui. Pſal. 74. Nunc autem ſculpturas eius pariter ſecuri & bipennibus conquaſſabunt. Pſal. 141. Pulſet me iuſtus, & erit beneficium. Porro neutraliter uſurpatur ſi nullum poſt ſe regit accuſatiuum. Iud. 5. Tũc conquaſſatæ ſunt ungulę equi. 1. Samuelis 14. Et ecce multitudo diſſoluebatur, & ibar etiam conquaſſando.

Participium præteritum הֲלוּמֵי Ieſ, 28. Conquaſſatorum uino.

INDE NOMINA:

הֹלֶם Percuſſio, percuſſura, res cudenda. Ieſaiæ 41. Et faber lignarius confirmat conflatorem, expolientem malleo percuſſuram in incude.

הַלְמוּת Inſtrumentum percuſſorium, quo aliquid quaſſatur, nos Latinè malleum uocamus. Iudic. 5. Manum ſuam ad clauum mittebat, & dextram ſuam ad malleum laborantium.

מַהֲלֻמוֹת Verbera, plagæ, percuſſuræ. Prouerb. 18. Labia ſtulti ueniunt cum rixa, & os eius uerbera accerſit. cap. 29. Parata ſunt illuſoribus iudicia, & uerbera tergo ſtultorũ. pro quo cap. 18. & 26. legitur literarum tranſpoſitione facta מִתְלַהֲמִים.

יַהֲלֹם Lapis pretioſus tãtæ duritiæ, ut ictum reſpuat, & eo ferrum percuſſum utrinq; diſſultet, incudesq; ipſi diſſiliant, contemptor & uictor ignis: Latinis adamas, Germanis **diemant** dictus. Exod. 28. In ſecunda carbunculus Saphirus & adamas.

הֲלֹם Percuſſura, pulſatio: & cum uerbo conſtructum, abit in naturã aduerbij loci, ubi uidelicet percuſſura pedis conſiſtit. Et ualet interdum hic, interdum huc, interdũ illuc, ſicut ex circumſtantia textus facile cognoſces. Exod. 20. Date conſiliũ hic. Gen. 16. Nónne etiam hic uidi poſteriora uidentis me. Exod. 3. Ne appropinques huc. Iud. 18. Quis adduxit te huc. 1. Sam. 10. Et interrogauerunt Iehoua, an uenturus eſt adhuc illuc uir.

352 הָמַם Vt uoce, ita quoq; ſignificatione cõgruit cum uerbis הָמָה הִים נָהַם הָמַן מהומה & הָמָה niſi quòd ut forma parũ, ita modo ſignificandi inter ſe uariẽt: ſignificãt enim turbationem. Exod. 23. Terrorem meum mittam corã re, & turbabo omnem populum, ad quem ueneris. Deut. 2. Atq; etiam manus Iehoua fuit cõtra eos ad turbandum ipſos de medio caſtrorum donec conſumeret eos. Ioſue 10. Et turbauit eos Iehoua coram Iſrael. 1. Sam. 7. Et tonare fecit Iehoua in uoce magna illa contra Philiſtæos & turbauit eos, & proſtrati ſunt coram Iſraele. 2. Samuel. 22. Miſit ſagittas & diſſipauit eos, & fulgur & turbauit eos. 2. Paral. 15. Quia Iehoua turbauit eos in omni anguſtia. Eſther 9. Iecit Pur, hoc eſt ſortem ad turbandum eos. Iere. 51. Comedit me, turbauit me Nebucadrezar.

INDE NOMEN,

הֶמֶם Tumultus, turbatio. Ieſaiæ. 28. Et tumultus rotæ plauſtri, & ſtimuli eius non comminuent ipſum.

353 הָמָה Congruit ſignificatione cum uerbis הָמָה & מהומה הָמַן הִים הָמַם niſi quòd forma, ita modo ſignificandi inter ſe parũ uarient, & ſignificat tumultuari, murmurare, ſuſurrare, garrire, fremere, ſonare. Ieremiæ 31. Fremuerunt uiſcera mea. ca. 51. Et frement procellæ eorum & aquæ multæ. Zach. 9. Fremuerunt ut uinũ. Pſal. 77. Memor ero dei, & murmurabo. Ieſaiæ 59. Frememus uelut urſi omnes nos. Pſ. 59. Conuertentur ad ueſperam, murmurabunt uelut canis. Pſalm. 83. Ecce inimici tui frement. Ieremiæ 48. Cor meum ad Moab ſicut tuba fremet. Ieſaiæ 17.

Inſtar fremere maria frement,id eſt inſtar marium frement.

Participium præſens maſculini generis הֹמֶה Ieremiæ 4. Cor meum fremit mi hi.Prouer.20.Deriſorem uinum,ſuſurronem ſicera. Eius fœmininū הוֹמִיָּה 1.Regum 1.Quare uox ciuitatis ſonantis. Et pluraliter הֹמוֹת Ezechielis 7.Et erunt ſuper montibus ſicut columbæ uallium omnes murmurantes,quiſq; propter iniquitatem ſuam.Et legitur etiam participium, ſeu nomē participiale fœminini generis הֹמִיָּה Garrula, tumultuaria. Prouerb.22.Garrula eſt,& defectrix,id eſt obſtrepera.Et cap.9.Mulier ſtultitiæ eſt garrula perſuaſionum, neq; nouit quicquā. Ieſaiæ 22.Ciuitas ſonora. Et pluraliter הֹמִיּוֹת ſubſtantiue,Turbę.Prouerb.1.In capite turbarum prædicabit.

הֶמְיָה Sonitus,ſtrepitus. Et in ſtatu regiminis הֶמְיַת Ieſaiæ 14. Detracta eſt ad infernū ſuperbia tua,ſonitus Nablorum tuorum.

הֶמָה Sonitus,ſtrepitus.Ezechielis 7.Iniuria ſurrexit in baculum improbitatis,nihil de illis,neq; de ſubſtantia eorum,neq; de ſono eorum,neq; lamentator in eis. loquitur de ſono inſtrumentorum muſicalium,quanquam alij pro pronomine accipiant,neq; ex eis,&c.

הֵם Et per aphæreſin primæ literæ,pronomen eſt maſculini generis tertiæ perſonæ,ſignificat pluralitatem ſeu multitudinem,quæ equidem non eſt ſine ſono ſeu ſtrepitu.Gen.44.Ipſi egreſſi ſunt urbem. Numeri 16. Num oculos hominum iſtorum erues?Pſal.38.Et lumen oculorum meorū,& iſti non ſunt mecū.Pſal.95.Et iſti nō cognouerunt uias meas.2.Reg.9.Venit nuncius ad eos & nō reuertitur. Ezech. 7.Neq; ex diuitijs eorum,neq; ex illis ipſis.ſed de hoc loco etiam ſupra in הֶמָה Et accipit aliquoties he paragogicum הֵמָּה Geneſis 6.Iſti erant heroes.Pſal.20.Ipſi incuruati ſunt & ceciderunt.Ieſaiæ 44.Et teſtes eorum,illi ipſi non uident,&c.

354

הָמַן Cōgruit ſignificatione cum uerbis הָמָה & הוּם הָמָה הָמַם niſi quòd modo ſignificandi inter ſe uarient:ſignificat nanq; multiplicari,licet uerbaliter tantum ſemel reperiatur Ezech.5.Propter multiplicari uos præ gentibus,quæ ſunt circūcirca uos,ſcilicet impietates.

INDE NOMINA:

הָמוֹן Cuiuslibet rei multitudo,copia,turba,à tumultu ſeu ſtrepitu,quem multitudo facit, imò etiam pro ipſo tumultu ſeu ſtrepitu ſæpe uſuuenit, perinde ut Græcis ὄχλος & turbam,& tumultum ſignificat.Lucæ 22.Quærebatq; opportunitatem, ut traderet illum ſine turba,id eſt tumultu. Interdum etiam pro diuitijs uſurpatum.1.Samuelis 14.Et ecce multitudo diſſoluebatur & abibat.1. Regum 10.Vidiſtine turbam iſtam magnam?Ieſaiæ 13.Vox multitudinis in mōtibus.Sic Ieremię 3.Multitudo in montibus. 1. Samuelis 4. Et dixit quæ uox tumultus huius.1.Samuelis 14.Et tumultus qui erat in caſtris Philiſtinorum. Danielis 10. Et uox uerborum eius,ſicut uox tumultus.Eccleſiaſt.5.Qui diligit argentum,non ſatiabitur argento,& qui appetitum habet in copia,id eſt diuitijs,non erit prouentus.

In ſtatu regiminis. הֲמוֹן Geneſ.17.Et eris in patrem multitudinis gentium.Et mox iterum:Et non uocabitur nomen tuum Abram ſed erit nomen tuum Abraham,quia patrem multitudinis gentium dedi te.1.Reg.18.Aſcende,comede, bibe,quia uox ſonitus pluuiæ.2.Paralip.11.Et quæſiuit multitudinem mulierum. Ieſaiæ 60.Quoniam mutabitur ad te multitudo maris.& cap.63.Et multitudo uiſcerum tuorum & miſerationum tuarum erga me detentæ ſunt.Ezech.26.Ceſſare faciam ſonitum cantionum tuarum.Amos 5.Aufer à me ſtrepitum cantionum. Et pro diuitijs.Pſal.37.Melius modicum iuſto, quàm copia improborum multorū. Similiter habet in ſtatu affixorum.Iudic.4.Currus eius & copias eius.Ieſaiæ 5. Et turba eius aruit ſiti. Et mox iterum: Et deſcendit decor eius & uulgus eius. & cap.31.Et à multitudine eorum non reprimitur. Ezech.31.Dic ad Pharaonem regem Aegypti,& ad multitudinem eius.Ezech.7.Neq; de copia eorum,neq; de ſonitu ipſorum,id eſt,neq; de diuitijs ipſorum,neq; de lætitijs eorū. & cap.29 Et auferet copiam eius & ſpoliabit ſpolia eius. Et pluraliter הֲמוֹנִים Ioelis 4.Turbas

&

& turbæ in ualle diuiſionis.

בַּעַל הָמוֹן Nomen loci, in quo Salomo uineam coluit. Canticorum 8.

הֲמוֹנָה Nomen ciuitatis, in qua ſepulchrum deſtinatum fuit ipſi Gog. Ezech. 39. Atque etiam nomen ciuitatis Amona: ſortita eſt autem hoc nomē ab euentu, ut in textu clare habetur.

הֲמֻלָּה Strepitus, tumultus: multi referunt ad hoc thema à הָמַן ut lamed pro nun ſit poſitum, alij ad מָלַל ſicut in illo themate reperies. Ezech. 1. Vocem tumultus quaſi uocem caſtrorum. At Ieremiæ 11. legitur הֲמוּלָה Cum uoce tumultus magni ſuccendit ignem in eam.

355 חָמַס Nomen quod ſemel in hac forma, & quidem pluraliter legitur הֲמָסִים, id eſt, liquidi: congruit autem cùm forma, tum ſignificatione cum uerbis מָסָה & מָסַס. Ieſaiæ 64. Iuxta accendi ignem, liquidas aquas deferuet ignis, id eſt, iuxta accenſum ignem.

356 הִנֹּם Nomē uiri, à quo uallis proxime Hieroſolymam amœniſſima, quam poſſedit, cognominata eſt גֵּי הִנֹּם. Item גֵּי בֶן הִנֹּם. Item גֵּיא בְנֵי הִנֹּם. Ioſue 15. Aſcendit hic terminus per uallem filij Hinnom, iuxta latus Iebuſæi, hæc eſt Ieruſalem, & aſcendit hic terminus in uerticem montis, qui eſt è regione uallis Hinnom ad Occidētem, quique eſt in extremitate uallis Rephaim uerſus Aquilonem. & cap. 18. Et deſcendit terminus ad extremitatem mōtis, qui eſt in conſpectu uallis filij Hinnom qui eſt in ualle Rephaim ad Aquilonem, & deſcendit in uallem Hinnom ad latus Iebuſæi ad meridiem. Ieremiæ 7. Et ędificauerunt Excelſa Thopheth, quę eſt in ualle filij Hinnom, ad comburendum filios ſuos & filias ſuas igni. Et mox iterum: Ecce dies ueniunt ait Iehoua, & nō dicetur amplius Thopheth, & uallis filij Hinnom, ſed uallis interfectionis, & ſepelient in Thopheth abſque loco. 2. Reg. 23. Et prophanauit Thopheth, quod eſt in ualle filiorū Hinnom, ne quis combureret filium ſuum, aut filiam ſuam in igne ipſi Molech, &c. Et quia in ea ualle extruxerunt excelſa Thopheth, in quibus proprios ſuos liberos luſtrauerunt per ignem ipſi Molech, acri reprehenſione Prophetę hanc immanitatem damnarunt. Hinc etiā in Euangelio hoc nomen Gehenna male audit, & pro cruciatibus ignis infernalis uſurpatur Matthæi 5. & 16.

357 הָסַה Siluit. Et in ſecunda coniugatione legitur tantum in imperatiuo, & defectiuè. Zachariæ 2. Sile omnis caro à facie Iehoua. Et mutat pathah in cametz in diſtinctione. Amos 6. Et dicet ſile. Nehem. 8. Silete, quoniam dies iſte ſanctus eſt, id eſt, quieſcite ab operibus ueſtris.

In tertia coniugatione הַס defectiuè. Iudic. 13. Et ſilere fecit Caleb populum.

358 הָפַךְ Idem Hebræis ſignificat, quod Latinis uerto cum ſuis compoſitis, auerto, conuerto, euerto, inuerto, obuerto, ſubuerto: quare uerſionem ſignificat, uel in nihilum, uel in formam ſeu qualitatem aliam, uel in locum aliquē alium: & quando regit poſt ſe accuſatiuum, tum eſt tranſitiuum: ſi uero accuſatiuum poſt ſe non regit, ponitur neutraliter. Ieremiæ 20. Sicut ciuitates illas, quas ſubuertit Iehoua. Leuitic. 13. Et pilus in plaga uerſus in albedinem. Iob 28. Subuertit à radice montes. Pſalm. 30. Vertiſti luctum meum in chorum. Deuteron. 23. Et uertit Iehoua deus tuus tibi in maledictionem. 2. Reg. 5. Quando conuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tuum. 2. Reg. 21. Et ſubuertet ſuper faciem eius. Pſal. 66. Vertit mare in aridam. Iere. 13. Nunquid uertet Æthyops pellem ſuam. Geneſis 19. Et ſubuertit ciuitates illas, & omnem regionem, & omnes habitatores ciuitatum, & germen terræ. Exod. 10. Et uertit Iehoua uentum Occidentalem uehementem ualde. Pſal. 78. Filij Ephraim armati iaculantes arcu, auerſi ſunt in prælio, id eſt, uerſi ſunt in fugam. Ioſue 7. Vertit Iſrael ceruicem coram inimicis ſuis. Iudicum 20. Et uerſus eſt uir Iſrael in bello. 1. Samuelis 25. Et conuerſi ſunt pueri Dauid in uiam ſuā, & reuerſi ſunt, & uenerunt, & annunciauerunt ei omnia uerba iſta. 2. Paralip. 9. Et uertit & abijt in terram ſuam. 2. Reg. 9. Et uertit Iehoram manum ſuam, & fugit. 1. Reg. 22. & 2. Paral. 18. Verte manū tuam & educ me ex ca-

ſtris.1.Paralip.19.Ad inueſtigandum,& ad uertendum & ad explorãdum terram. Gen.19.Abſq; ſubuertere me ciuitatẽ,de qua loquutus es,id eſt,ut nõ ſubuertam.

Participium præſens הֹפֵךְ Amos 5.Et uertit in diluculum umbrã mortis.Et cum iod paragogico הֹפְכִי Pſal.114.Qui conuertit petrã in ſtagna aquarũ. Et pluraliter הֹפְכִים.Amos 5.Qui uertunt in abſinthium,iudicium.

Participium præteritum fœminini generis הֲפוּכָה.Threnor.4.Quę ſubuerſa eſt quaſi in momento.Oſeæ 7.Ephraim ſicut uſtulata,quæ non eſt uerſa.

In uoce paſſiua נֶהְפַּךְ.Exod.7.Et baculum, qui uerſus erat in ſerpentem, accepit in manum ſuam.Et iterum:Verſæ ſunt omnes aquæ, quę erãt in riuo in ſanguinem.Et cap.14.Et uerſum eſt cor Pharaonis & ſeruorum eius ad populum.Leuit. 13.Et uertetur in album.Ioſue 8.Et uerſus eſt populus in perſequentem.1.Samuel. 4.Nam reuerſę ſunt ſuper eam anguſtiæ ipſius.& cap.10.Verteris in uirum alium. Iob 19.Et quos dilexi uerſi ſunt in me.Et cap.41.In ſtipulam uerſi ſunt ei lapides fundæ.Pſalm.32.Verſus eſt humor meus.Pſalm.78.Verſi ſunt ſicut arcus impoſturæ.Thren.4.Hęreditas mea uerſa eſt ad alienos.

Participium נֶהְפָּךְ.Iob 20.Panis eius in uiſceribus ſuis uertitur.Prouerb.17.Et peruerſus lingua ſua cadet in malum.

In tertia coniugatione uoce paſſiua הָהְפַּךְ.Iob 30.Conuerſa eſt ſuper me terrorum multitudo.

In quarta coniugatione הִתְהַפֵּךְ.Iob 38.Vertetur ſicut lutum ſignaculum eorum.

Participiũ מִתְהַפֵּךְ, Iud.7.Ecce panis hordeaceus uertebat ſe in caſtris Midian, & ueniebat ad tentoriũ uſq;.Iob 37.Ipſe reuolutiones uertit in gubernationibus ſuis pro operatione eorum. Et in fœminino genere מִתְהַפֶּכֶת Gen.3.Et fecit adhabitare ab anterioritate horti Eden Cherubim, & laminam gladij uertentis ſe, id eſt,uerſatilem.

INDE NOMINA:

הֶפֶךְ Nomen forma maſculini generis, uerſio, contrarium.Ezechiel.16.Et fuit in te uerſio ab alijs mulieribus,id eſt,contrarium,diuerſum.Et mox iterum:Et factum eſt in diuerſum.

הֲפֵכָה Forma fœminea,ſubuerſio.Geneſ.19.Et emiſit ipſum Lot è medio ſubuerſionis.

מַהְפֶּכֶת Subuerſio.2.Paralip.16.Et dedit eum in domum ſubuerſionis, id eſt, in qua detinebantur,qui ſubuertendi erant.Iere.20.Et dedit eum ſuper ſubuerſione, quæ erat in porta Beniamin. Et in ſtatu regiminis מַהְפֵּכַת.Deuter.29.Et non creſcet in ea omnis herba, ſicut in ſubuerſione Sodomæ.Ieſaiæ 1.Et ſolitudo iuxta ſubuerſionem alienorum.& cap.13.Iuxta ſubuerſionem dei Sodomam.

הֲפַכְפַּךְ Peruerſus.Prouerb.21.Peruerſa eſt uia uiri alieni.

תַּהְפֻּכוֹת Peruerſitates,peruerſa.Deuter.32.Quoniam generatio peruerſitatum ipſi filij,in quibus non eſt ulla fides.Prouerb.10.Os iuſti profert ſapientiam,& lingua peruerſitatum excidetur.

פּוּךְ Fucus,quo uertitur color faciei.1.Reg.9.Et compoſuit fuco oculos ſuos.Ieremiæ 4.Si aperueris fuco oculos tuos, fruſtra decorabis te.Eſt & nomen lapidis pretioſi,à mutatione coloris: eius fit mentio 1.Paralip.29.& Ieſaiæ 54.Eſt autem ueriſimile eundem dici נֹפֶךְ Ezechiel.28.& utrunq; eſſe illum lapidem, quem nos Rubinum uocamus.

359 הֹצֶן Genus uehiculi,quo in bello utebantur:& arbitror eſſe uocem peregrinam.Legitur tantũ ſemel Ezechiel.23.Et uenient ſuper te in rheda, curru, & plauſtro, & cum congregatione populorum.

360 הַרַר Mons,à feſtinãtia,qui feſtinus deorſum fert, atq; etiã fontes & flumina pręcipitat:quanquã ſępe figurate pro magnis & arduis rebus aut perſonis trãſſumitur, magnãq; habet cognationẽ cum uerbis בָּהַר & מָהַר הָרָה Gen.14.Et horreũ in monte ſuo Seir.Apparet tamẽ ſcriptũ pro plurali iuxta linguã Edomitarũ in mõtanis Seir.Ier.17.Mons mihi in agro,ſubſtantiã tuã,omnes theſauros tuos dabo in direptionem.Sic uocat Babylonem urbem quæ inſtar montis eſt in campo extru

cta

cta in altum. Et pluraliter in ſtatu regiminis הָרֵי montes ſeu montana. Gen. 7. Et aquæ præualuerunt ſupra terram,& operti ſunt omnes montes excelſi,qui ſub uniuerſo cœlo.Pſal.36.Iuſtitia tua ſunt montes dei, id eſt, à deo creati, qui magni, pręcelſi,& æterni ſunt.& opponit eos mõtibus hominum opera exaggeratis, qui ut non ſunt excelſi,ita corruunt,nec ſunt perpetui.Pſal.50. Animalia in montibus mille.ubi numerus finitus pro infinito ponitur. Pſal. 76. Glorioſus præ montibus rapinæ,id eſt regnis mundi,quę ex præda conſtant.

הַר Ablata litera geminata frequentiore in uſu eſt. Deut. 3. A torrente Arnon uſq; ad montẽ Hermon.Ioſue 17.Quia mons erit tibi.Iob 14.Equidẽ mons cadens emarceſcet.Ieſaiæ 40. Omnis uallis eleuabitur, & omnis mons & collis humiliabũtur. Iere.51. Ecce ego ad te mons perditiſſime. uocat urbem Babylonem iſto nomine propter magnam molem ædificiorũ,ſicut etiam cap.17. Zachar.11.Et ſtabunt pedęs eius in die illa ſuper monte oliuarum,qui eſt in proſpectu Ieruſalem ab Oriente. Numeri 20.Et profecti de Kades uenerunt filij Iſrael, uniuerſa congregatio in Hor montem & dixit Iehoua ad Moſen & ad Aaron in Hor monte.ubi הֹר eſt nomen proprium loci montoſi.Et quando à fronte accipit he notificatiuum, tum utrunque habet cametz ſubſcriptum. Exod. 3. Coletis deum ſuper monte iſto. Et cap. 19. Et uocauit Iehoua de monte. Deuteron. 5. Et mons iſte flagrabat in igni. Similiter quando adiungitur in fine he litera motum ad locum importans, additur tertium cametz הָהָרָה. Gen. 12. Et profectus inde ad montem ab Oriente. Et cap.19.Ad mõtem eripiare.Exod.24.Aſcende ad me in montem. Deuteron.1. Et reſpicientes aſcenderunt in montem.Excepto Geneſ.14.Et reliqui in montem fugerunt.ubi ſcribitur הֶרָה Et in ſtatu affixi ſeruat pathah.Pſal. 11. Auola ad montem ueſtrum uelut auis,id eſt,montana ueſtra. Et pluraliter הָרִים Gen.8.Et conſpecta ſunt cacumina montium.Pſal.18. Fundamenta montium commouebũtur. Pſal.104.Aſcendunt montes,deſcendunt ualles. Et iterum: Montes excelſi ibicibus.Iob 9.Ipſe transfert montes,ut non cognoſcant.Pſal.72. Adferent montes pacem populo.Ieſaiæ 44.Proferte montes ouationem.Mich.6.Audite montes contentionem Iehoua,id eſt regna,magnates. Et legitur ſemel הָרַי pro הָרִים Zach. 14.Et fugietis per uallem montium. Et tam in ſtatu regiminis,quàm affixorum הָרֵי Gen.8.Et reſedit arca in menſe ſeptimo ſuper montibus Ararat. Ezech. 6. Pone faciem tuam ad montes Iſrael. Legitur tamen ſemel pro הָרִים 2.Sam.1. Montes in Gilboa.Ieſaiæ 49.Et ponam omnes montes meos in uiam. Malach.1. Et po-
361 ſui montes eius uaſtitatem.

הָרַג Diſtraxit,id eſt trahendo diſſecuit, trahendo ſica interfecit uel diſtraxit, animã ſcilicet à corpore: nam congruit ſignificatione cum uerbis אָגַר גָּרַח גּוּר מָגַר נָגַר niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi tantum inter ſe uarient.Et Eccl.3.opponitur uerbo חִיָּה. Iud.9.Qui interfecit eum. Et iterum: Qui interfecit eos.2.Samuelis 14.Propter animã fratris ſui,quẽ interfecit. Ieſa. 27. Et interficiet draconẽ. Oſeæ 6.Interfeci eos ſermonibus oris mei.Num.11. Interfice me nunc interficiendo.Exo.2.Et quęſiuit interficere Moſen. & cap. 21. Ad interficiendũ eum callide.

Participium præſens הֹרֵג Gen.4.Omnis interficiẽs Kain. Et pluraliter הֹרְגִים 2.Reg.17.Et fuerunt interficientes ex eis. Iere.4.Quia laſſa eſt anima mea propter interfectores. Et cum affixo per ſyncopen iod legitur.Ezech.28.Deus ſum coram interficientibus te.

Participiũ præteritum הֲרוּגִים Eſther 9.Venit numerus interfectorũ.Ezech.37. Veni ſpiritus & ſuffla in interfectos. Item הֲרֻגִים Ieſaiæ 14.Et ueſtis interfectorũ.

Et in ſtatu regiminis הֲרוּגֵי Ier.18.Atq; uiri eorum erunt interfecti mortis,id eſt, uulnerati mortaliter.Ieſaiæ 26.Et non operiet ultra interfectos eius.

In uoce paſſiua יֵהָרֵג Thren.2.Si interficietur in ſanctuario Iehoua ſacerdos.Ezech.26.Filiæ eius quæ erũt in agro interficienẽ.Et mox iterũ:Cum interfecta fuerit interfectio in medio tui.ubi characteriſtica infinitiui paſſiuę uocis abiecta eſt euphoniæ gratia.

In ſe-

In ſecunda coniugatione uocis paſſiuæ יֵהָרֵג Ieſaiæ 26. Si ſecundum interfectio-
nem interfectorũ eorũ interfectus eſt. Pſal. 44. Propter te interficimur quotidie.

INDE NOMINA:

הֶרֶג Diſtractio, quæ fit gladio ſeu alio inſtrumẽto animæ à corpore. Ieſaiæ 27. Si ſecun
dum interfectionem interfectorum eius interfectus eſt. Et cap. 30. In die interfe-
ctionis magnæ.

הֲרֵגָה Forma fœminea, interfectio, diſtractio. Iere. 7. Vallis interfectionis. Zachar. 11. Pa
ſce oues interfectionis.

362 הרה Significat fluxum ſeminis feſtinanter ſuſcipere, id quod Latini uocãt concipe-
re, ſcilicet ſemen, quod poſtea inſtar montis in utero intumeſcit, ingraueſcitq́;
atq; regit poſt ſe accuſatiuum, ſi non abſolutè fuerit poſitum. Cõgruit autem ſi-
gnificatiõe cum thematibus יחר & ירח ירה בחר מחר חרר, niſi quòd modo ſignifican
di inter ſe uarient. Pſal. 7. Et concipiet laborem. Num. 11. Num ego concepi om-
nem populum hunc. Gen. 16. Et uidit quòd concepiſſet. Iudic. 13. Et cõcipies & pa
ries filium. Gen. 4. Et Adam cognouit uxorem ſuam, concepitq́; & peperit Kain.
& cap. 38. Et ingreſſus eſt ad eam, & concepit illi. Gen. 19. Et conceperunt duæ fi-
liæ Lot. Ieſaiæ 33. Concipietis quiſquilias. Et cap. 59. Concipere laborem. Et mox
iterum: Concipere & loqui de corde uerba mendacij.

Participium præſens pluralis numeri הוֹרַי Gen. 49. Benedictiones patris mei
fortiores fuerunt benedictionibus progenitorum meorum. Et in genere fœmi
nino הוֹרָה Oſeæ 2. Pudefacta eſt conceptrix eorum. Cantic. 3. Donec introduxe-
ro eum in domum matris meæ atq; in conclaue conceptricis meæ.

In ſecũda coniugatione uoce paſſiua הֹרָה Iob 3. Et nox in qua dictum eſt, con
ceptus eſt uir.

INDE NOMINA:

הָרָה Quæ concepit, & fluxũ ſeminis habet in utero, unde uterus inſtar montis tumet,
ideo Græcè uerſum eſt ἐν γαστρὶ ἔχουσα, in utero habẽs: ut Matth. 1. Paulus 1. Theſſ.
5. Apocalypſis 12. & Latini prægnantẽ ſeu grauidam uocant. Gen. 39. Meretrica-
ta eſt Thamar nurus tua, atq; etiam ecce grauida ex meretricatione. Et mox iterũ:
De uiro cuius ſunt hęc, ſum ego grauida. Exo. 22. Si cõtenderint homines, & per-
cuſſerint mulierem grauidam. 1. Sam. 4. Et nurus eius uxor Pinhas grauida ad pa-
riendũ. Ieſa. 7. Ecce uirgo grauida & pariet filium. & cap. 26. Sicut grauida appro-
pinquans ad pariendum. Iere. 31. Grauidà & puerpera ſimul. In ſtatu regiminis
הֲרַת Iere. 20. Et matrix eius grauida perpetuitatis, id eſt perpetuò. Et pluraliter
הָרוֹת Amos 1. Eò quòd ſecuerũt ipſi grauidas Gilead. 2 Reg. 8. Et grauidas earum
ſecabis. Item הָרִיּוֹת Oſeæ 14. Et grauidæ eius diſſecabuntur.

הֵרוֹן Conceptus, ingrauidatio. Gen. 3. Multiplicabo dolorẽ tuum, & cõceptum tuum.

הֵרָיוֹן Conceptio, conceptus, ingrauidatio. Ruth 4. Et Iehoua dedit ingrauidationem,
& peperit filium. Oſeæ 9. A partu, ab utero, & à conceptione.

363 הרס Diruit einreiſſen. Thre. 2. Diruit in furore ſuo munitiones filię Iehuda. Exo. 15.
Et in multitudine magnificẽtiæ tuæ dirues inſurgentes tuos. Et cap. 19. Deſcen-
de, conteſtare in populo ne diruant ad Iehoua, ut uideant & cadant. Et mox ite
rum: Et populus non diruerunt ut aſcenderent ad Iehoua, ſcilicet per ſeptum in ra
dice montis factum. Iudicum 6. Et dirues altare Baal. Iob 12. Ecce ipſe diruit, & nõ
ædificabitur. Prouerb. 29. Rex in iudicio ſtabiliet terram, at uir exactionum diruit
eam. Ieſaiæ 14. Et ciuitates eius diruit. Iere. 24. Ædificabo eos, & non diruam. Ma-
lach. 1. Ipſi extruent, ego uero diruã. Pſal. 58. Deus dirue dentes eorũ in ore ipſorũ.

Participium præſens הֹרֵס Iere. 45. Ecce quod ædificaui, ego diruo.

Participium præteritum הָרוּס 1. Reg. 18. Et ille reparauit altare Iehoua, quod di
rutum erat.

In uoce paſſiua יֵהָרֵסוּן. Pſalm. 11. Quoniam fundamenta diruentur. Prouerb. 11.
Benedictione rectorum exaltabitur ciuitas, at ore improborum diruetur. Ezech.
38. Et diruentur montes.

Parti-

Participium generis fœminini נֶהֱרָסָה Prouerb.24.Et maceria lapidum eius diruta. Et pluraliter נֶהֱרָסוֹת Ezech. 36. Et ſolitudines & ruinas munitas habitabũt.
In ſecunda coniugatione הָרֵס Exod.23. Sed diruendo dirues eos.
Participium præſens מְהָרְסִים Ieſa. 49. Diruentes te,&c.

INDE NOMEN,

הֲרִיסוּת Ruina. Ieſaiæ 49. Et terra ruinæ tuæ. Et pluraliter הֲרִיסוֹת. Amos 9. Et ruinas eius erigam.

363 הֵתֵל Verbum anomalon ſecundę coniugationis, tranſponens plerunq; punctulum dagges ad hirik, perinde ac ſi media litera una eſſet ex gutturalibus, communicatq; ſignificatione cũ uerbis תָּלָה & תָּלַל, & ſignificat eſſe falſum erga aliquẽ ſuſpendendo promiſſis animũ ipſius. Hieronymus & alij uerterũt uerbis nunc fallendi, nũc decipiendi. Gen.31. Pater ueſter falſus eſt erga me: nam mutauit mercedem meam decem uicibus. Exo.8. Verũtamen non addat Pharao fallere nõ dimittendo. Iud.16. Ecce falſus es erga me, & loqueris ad me mendacia. 1. Reg. 18. Et falſus erat erga eos. Iob 13. Si quaſi falſum eſſe erga hominem, falſi eritis erga illum. Iere.9. Et uir in proximum ſuum falſus erit, & ueritatem non loquetur.

INDE NOMINA:

הוּתַל Falſum. Ieſaiæ 44. Paſcit cinerem, cor faſum inclinat eò.
הֲתֻלִים Falſitates, deceptiones. Iob 17. Etiam ſi non ſunt fallaciæ mecum, tamen in amaritudinibus ſuis morabitur oculus meus.
מַהֲתַלּוֹת Fallaciæ. Ieſaiæ 30. Loquimini nobis blanda, uidete fallacias.

## ו Danielis 12.

## וְלֹא יָבִינוּ כָּל רְשָׁעִים וְהַמַּשְׂכִּלִים יָבִינוּ

364 ו Primo, quia ſexta eſt alphabeti litera, ideo etiam in numerationibus ualet ſex.

Secundo, quando dictionibus præponitur, cõiunctio eſt plerunq; copulatiua, Et. Gen.1. In principio creauit Deus cœlum & terram, & terra erat inanis & uacua. Interdum ualet Hebræis idem quod Latinis etiam, quoq;. Exod. 12. Accipiet etiam uicinum ſuum. Iob 23. Pręceptum labiorum eius etiã non amouebo. Prouerb.24. Poſtea etiam ædificabis domũ tuam. Ier. 51. Et populi ad ignẽ etiam defatigentur. Zach.7. Ieiunaſti etiã plangendo. Eccl. 5. Quia in multitudine ſomniorum etiam uanitates & uerba multa ſunt. Quando præponitur uerbis præteriti temporis tum ultra copulationis officiũ, plerunq; tempus illud præteritum in futurum: & econtra, quando præponitur uerbis futuri temporis, mutat futurum illud tempus in eandem perſonam præteriti: ideo à Grãmaticis tum uau cõuerſiuũ dicitur. Exemplũ prioris. Exo.25. Et faciẽt mihi ſanctuariũ, &c. Exẽpla poſterioris. Gen.1. Et dixit Deus fiat lux. Et mox iterũ: Et fecit deus firmamentũ, & diuiſit inter aquas, &c. Ponitur etiam quandoq; expoſitiuè, idemq; ualet qđ Latinis, id eſt, hoc eſt, & hanc figurã Latini appoſitionẽ uocant. Pſal.4. Sacrificate ſacrificia iuſtitiæ, & ſperate in Iehoua. Pſal.115. Sacrificabo hoſtiã laudis, & nomen Iehoua inuocabo. 2. Paral. 28. Quia nudationẽ fecerat in Iehuda & præuaricãdo præuaricationẽ contra Iehoua. Interdum eſt cauſalis, nã, quia, enim Ieſa. 64. Ecce tu iratus fuiſti, quia peccaueramus. Præterea ſæpe eſt temporis, & notat celeritatẽ, perinde ut Latinis, ſimulatq;, ſtatim, tunc. Gen.3. Et ſtatim aperientur oculi ueſtri, & eritis ſicut deus ſcientes bonũ & malũ. Exod.17. Quando leuaret Moſes manum ſuam ſtatim præualebat Amalek. Leuitic. 6. Et ſi in uaſe æris cocta fuerit, ſtatim defricabitur & lauabitur aqua. & cap. 15. Statim erit immunditia eius ſuper eum. 2. Samuelis 14. Si eſt in me iniquitas, ſtatim interficias

cias me.& cap.17.Et ſi inique egerit,ſtatim caſtigabo eum.Pſal.51.Quoniam non uoles ſacrificium,ſtatim darem.Pſal.138 In die quo inuocaui,ſtatim exaudiſti me. Pſal.141.Statim oratio mea contra malitiam eorum.Ieſaiæ 34.Et findet, ſimulatq; incubauit. Aliquando eſt aduerſatiua.Gen.42.Et dixerunt ad eum non ſuſtentator mi,ſed ſeruus tuus uenit.Deut.11. Sed terra ad quam uos trāſitis. Pſal. 7. Sed ſpoliabo inimicos meos ſine cauſa.Prouer.21.Equus paratur ad bellum,ſed ipſius Iehoua eſt ſalus.Ieſaiæ 10.Vt innitatur ſuper percutientem ſe,ſed ſuper Iehoua.

Eſt & interdum diſiunctiua,uel, ſiue,aut. Exo.21.Et percutiens patrem ſuū, uel matrem ſuam.Iudic.11.Et erit Iehoua uel offeram illud.Exo.21.Et maledicens patri ſuo uel matri ſuæ.Sæpe idem ualet, quod relatiuum אֲשֶׁר. Gen.9. Arcum poſui in nube,qui erit in ſignum fœderis.& cap.49.A deo patris tui,qui adiuuit te,& ab omnipotēte,qui benedixit te. Etiam interdū idem ualet quod prępoſitio cum. Exo.1.Et Ioſeph,qui fuerat in Ægypto erant ſeptuaginta animæ,id eſt, cū Ioſeph. Iudic.12.Vir litis fui ego,cum populo meo & cum filijs Ammon ualidæ.1.Sa.14. Erat enim arca Dei cum filijs Iſrael. Iere.49. Anguſtia cum doloribus apprehēdit eam.Iob 26.Gigantes enitentur ſubter aquis cum cohabitatoribus eorum.

Porro ſi geminatur,tum ualet idem,quod Latinis tam & quàm.2.Reg.8. Benanias autem filius Ioade & Creti & Plethi, id eſt, erat ſuper tam Creti quam Plethi. Pſal.76.Conſopitus eſt tam currus,quàm equus. Dan.8. Tam ſanctuarium quàm militiam in conculcationem.

366 וָו Legitur tantum pluraliter וָוִים & ſignificat capitella in forma literæ uau,ſeu capitis cum collo,ideo Hieronymus quoq; uertit capita, fuerūt autem columnis ſupernè adhibita ornatus gratia.Exod.38.Fecit capitella ad columnas. In ſtatu regiminis & affixorum וָוֵי Exod.27.Capitella columnarum.& cap.26.Capitella earum erunt aurea.

367 וָפְסִי Nomen proprium uiri,cuius fit mentio Numeri 13.

368 וַשְׁתִּי Proprium nomen reginæ.Eſther 1.Vaſthi quoq; regina fecit conuiuium.

וַיָּהַב Quære in themate ſuo יָהַב.

ז Pſal.119.

זָכַרְתִּי מִשְׁפָּטֶיךָ מֵעוֹלָם יְהוָה וָאֶתְנֶחָם ׃

369 זְאֵב LVPVS,animal ſæuum & rabioſum,impatiensq; famis, & quem morſu ſemel læſit non facile curatur,& cognationē habet cum uerbis זוּב & זָבַב Ieſaiæ 11.Et habitabit lupus cum agno.Gen.49.Beniamin uelut lupus diripiet,mane comedet prędam,& ueſpere diuidet ſpoliū. In ſtatu regiminis nihil mutat.Iere.5.Lupus campeſtriū uaſtabit. Et pluraliter זְאֵבִים Ezechiel.22.Sicut lupi diripientes prædam. In ſtatu regiminis זְאֵבֵי Habakuk 1.Iudices eius ſunt uelut lupi ueſperæ.

370 זְבוּב Arbitror congruere cum זוּב & זְאֵב, & inde nomen זְבוּב ſpeciem ſignificare muſcæ uenenatæ emittētis fluxum ſeu humorum teterrimi fœtoris, quo læſum hominē roſtro inficit & necat. Et ut דִּבָּה, de mala fama, ſeu infamia, ita hoc de malo odore dicit̄. Ieſaiæ 7.Sibilauit Iehoua muſcæ, quæ eſt in extremitate fluuiorum Ægypti. Et pluraliter in ſtatu regiminis זְבוּבֵי, quāquam conſtruatur cum uerbis ſingularis numeri.Eccleſ.10.Muſca mortis fœtere & exhalare facit unguētum

tum pigmentarij. Inſuper Deum ſuum Aekronitæ appellarũt בַּעַל זְבוּב, id eſt principem ſeu dominum muſcæ. 3. Reg. 1. Ite, conſulite in Baalzebub deo Aekron. Et Iudæi tempore Chriſti principem dæmoniorum appellarũt. Matth. 12. In principe dæmoniorum (inquiunt de Chriſto) eijcit dæmonia.

371 **זבד** Donauit. Inde nomen זֶבֶד donum, donatio. Et utrunq; legitur Gen. 30. Donauit me Iehoua donatione bona. Et præterea nuſpiam in ſcriptura legitur.

372 **זבח** Idē proprie ſignificat, quod טָבַח: initiales enim literæ ſunt cõmutabiles. Deut. 12. Equidem in omni deſiderio animæ tuæ mactabis, & comedes carnem iuxta benedictionem Iehoua dei tui. Et iterũ: Et mactabis de armētis tuis, & de gregibus tuis, quæ dederit tibi Iehoua. 1. Sam. 28. Et fuit mulieri uitulus ſaginæ in domo, & feſtinauit, ſtatim mactauit eum. 1. Reg. 19. Et accepit par boum, ſtatim mactauit illud. Sed poſtea per metonymiam uſuuenit plerunq; pro pecudes mactatas offerre in ſacrificijs: unde uulgariter uerterunt uerbo ſacrificandi. Gen. 31. Et ſacrificauit Iacob ſacrificium in monte, & uocauit fratres ſuos ut comederent panē. 1. Reg. 8. Et ſacrificauit Salomo ſacrificium retributionũ, quod ſacrificauit ipſe Iehoua. Exo. 20. Et ſacrificabis ſuper illud holocauſta tua. Pſalm. 50. Sacrifica deo celebrationē. Pſal. 4. Sacrificate ſacrificia iuſtitiæ. Pſal. 116. Sacrificabo ſacrificiũ celebrationis. 1. Sam. 15. Quoniam pepercit populus ſuper meliore grege & armento propter ſacrificare Iehoua deo tuo, id eſt ut ſacrificarent. Deuter. 16. Et ſacrificabis Phaſe ipſi Iehoua deo tuo oues & armenta, &c. Mar. 14. ſic eſt redditũ, Primo Azimorum cum paſcha immolarunt.

Participium præſens זֹבֵחַ Exod. 8. Iccirco ego ſacrifico ipſi Iehoua. Pſal. 50. Sacrificans celebrationem honorabit me. Eccl. 9. Et ſacrificanti, & ei qui non eſt ſacrificans. Et pluraliter זֹבְחִים Leuit. 17. Offerent ſacrificia ſua, quæ ipſi ſacrificant. Zachar. 14. Et uenient omnes ſacrificantes. Oſeæ 13. Sacrificatores hominis.

In ſecunda coniugatione זִבַּח 2. Paralip. 33. Et omnibus ſculptilibus, quæ fecerat Manaſſe pater ipſius ſacrificauit, & coluit ea. 2. Reg. 16. Sacrificauit & ſuffiuit in Excelſis. Pſal. 106. Sanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quos ſacrificauerunt idolis Canaan. Oſeæ 12. In Gilgal boues ſacrificauerũt. Habakuk 3. Propterea ſacrificabit ſagenæ ſuæ.

Participium præſens מְזַבֵּחַ 1. Reg. 3. Tantũ in Excelſis ſacrificabat. Et pluraliter מְזַבְּחִים 1. Reg. 3. Tantum populus ſacrificant in Excelſis. Et in genere fœminino מְזַבְּחוֹת 1. Reg. 11. Et ſic fecit omnibus uxoribus ſuis peregrinis, ſuffientibus & ſacrificantibus dijs ſuis.

INDE NOMINA:

**זֶבַח** Sacrificium ex mactata pecude, uictima, ſeu hoſtia. Exod. 12. Et dicetis, ſacrificiũ eſt ipſi Iehoua, qui tranſiliuit ſuper domos filiorum Iſrael in Aegypto. & cap. 34. Et non pernoctet in mane ſacrificium feſti Phaſe. Leuit. 3. Et ſi ſacrificium retributionum, oblatio eius. 1. Sam. 9 Nã ipſe benedicet ſacrificiũ, poſtea uero comedēt inuitati. 1. Sam. 15. Ecce obedire ſacrificio eſt melius. Prouer. 15. Sacrificiũ improborum abominatio ipſi Iehoua. Ieſa. 34. Quia ſacrificium ipſi Iehoua in Bozra, & mactatio magna in terra Aedom. ubi hęc duo ſunt poſita טֶבַח & זֶבַח Et uocat mactationem per Mimeſim ſacrificium. In diſtinctione זָבַח 2. Sam. 16. Et uocabis Iſai ad ſacrificium. Leuit. 17. Qui offerat holocauſtum uel ſacrificium. Oſeæ 9. Beneficentiã uolui, & non ſacrificium. In ſtatu affixorũ mutat ſægol in hirik, & pathah in ſeua uel hatephpathah. Exod. 23. Non ſacrificabis iuxta fermentum, ſanguinem ſacrificij mei. & cap. 34. Comedas de ſacrificio eius. Leuit. 19. In die ſacrificij ueſtri comedetur. Et pluraliter זְבָחִים. Geneſ. 46. Et ſacrificauit ſacrificia Deo patris ſui. Exod. 19. Tu dabis in manus noſtras ſacrificia & holocauſta. Exo. 18. Et accepit Iethro ſocer Moſi holocauſtum & ſacrificia. In ſtatu regiminis זִבְחֵי Deut. 33. Vbi ſacrificabunt ſacrificia iuſtitię. Pſal. 51. Sacrificia dei ſpiritus fractus.

In ſtatu affixorum. Deut. 32. Qui adipem ſacrificiorũ ſuorũ comedebant. Ieſ. 1.

Ad quid mihi multitudo ſacrificiorũ ueſtrorum. Et in plurali forma fœminea זְבָחוֹת Amos 4. Et confundentur à ſacrificijs ſuis.

מִזְבֵּחַ Ara ſeu altare ſuper quo mactatæ pecudes ſacrificabãtur, & ad illud quoq; fiebãt inuocationes in nomine Domini & cõciones de futuro ſemine mulieris Chriſto, qui debebat fieri uictima pro peccatis totius generis humani. Et in tẽplo duo erãt altaria, alterum dicebatur in Moſe מִזְבַּח הָעֹלָה altare holocauſti, & alterum מִזְבַּח הַקְּטֹרֶת altare incenſi, ſcilicet per catachreſin, & de illis duobus in ſuis locis. Geneſis 8. Et ædificauit Noach altare ipſi Iehoua, & accepit de omni animali mũdo, & impoſuit holocauſta in altari. cap. 13. Ad locum altaris quod fecerat ibi ab initio, & uocauit ibi Abram in nomine Iehoua. & cap. 22. Et ædificauit ibi Abraham altare, & inſtruxit ligna, & ligauit Izhak filium ſuum, & poſuit eum ſuper altare ſupernè ſuper ligna. In ſtatu regiminis מִזְבַּח Exo. 20. Altare terræ facies mihi. Et mox iterum: Et altare lapidum feceris mihi. & cap. 38. Et altare æris. & cap. 39. Et altare auri. Et cap. 30. Et altare incenſi & altare holocauſti. In ſtatu affixo rum. Exo. 20. Non aſcendes per gradus ad altare meum. Deu. 33. Et holocauſtum ſuper altari tuo. Iud. 6. Et cum he paragogico מִזְבְּחָה quod idem ualet, quod præpoſitio עַל. Exo. 29. Et ſuffies ſuper altari. Et iterum: Et incendes totum arietem ſup altari. Leuit. 1. Et incẽdat ſacerdos omĩa in altari. Leuit. 14. Et offeret ſacerdos holocauſtũ, & oblationẽ in altari. 2. Paral. 29. Et ſparſerunt ſanguinẽ ſuper altari.

Et pluraliter מִזְבְּחוֹת, & manet ubiq; inuariatũ. Num. 3. Lucibulũ & altaria. & ca. 23. Septẽ altaria inſtruxi. 2. Reg. 11. Et Mathan ſacerdotem Baal interfecerunt coram altaribus. Ieſ. 17. Et non reſpiciet ad altaria. Exod. 34. Et altaria eorũ diruetis.

373 זָבַל Cohabitauit obligatione quadam & obſtrictione: nam ſignificatione communicat cũ uerbo חָבַל & cum נָבַל Gen. 30. Iam cohabitabit mihi maritus meus, quia genui ei ſex filios, & uocauit nomen eius זְבֻלוּן.

INDE ALIVD NOMEN,

זְבֻל Cohabitatio. 1. Reg. 8. Aedificando ædificaui domum cohabitationis tibi, id eſt alligationis. Pſal. 49. Infernus pro cohabitatione illi. Et cũ ſchurek, זְבוּל Ieſaiæ 63. Proſpice de cœlo, & uide cohabitationem ſanctitatis tuæ. Et in forma fœminea זְבֻלָה Habakuk 3. Sol, luna ſtetit cohabitatione una. niſi dicere uelis, quòd he ſit locale, uel affixum.

374 זָג Folliculus, ſeu pellicula uuarum exterior. Num. 6. De omni quod factum fuerit ex uite uini, ab acinis ad folliculum non comedet.

375 זֶה Pronomen abſolutum, demonſtratiuũ maſculini generis, is, iſte, ille, ipſe. Eſtq; perſonæ, loci, & temporis. Gen. 5. Iſte conſolabitur nos. Et quãdo in eadem ſententia bis térue ponitur, tum importat diſtributionẽ. Ieſaiæ 6. Et clamabat hic ad illum, id eſt alter ad alterum. & cap. 4. Is dicet ipſius Iehoua ego, & alter uocabit in nomine Iacob, & alius ſcribet manu ſua. Eccle. 6. Etiam ſolem non uidebit, neq; cognoſcet requiem hic uel illic, &c. 1. Reg. 17. Nunc hoc cognoui quòd uir dei es. Num. 13. Aſcendite hàc. Et quando conſtruitur cum nominibus numeralibus aut tempus ſignificantibus, ualet idem, quod iam, nunc. Gen. 31. Iã uiginti annis fui tecũ. Num. 14. Et tentauerũt me iam decem uicibus. & cap. 22. Cur percuſſiſti aſinã tuã iã tribus uicibus. 1. Sam. 29. Qui fuit mecũ nũc diebus, uel nunc annis.

Et quãdo poſtponitur, tunc demonſtratiuè & relatiuè ſimul uſurpatur. Pſal. 74. Montem Zion illum, quo habitaſti in eo. Pſal. 104. Ad locum illum, quem fundaſti eis. Prouerb. 23. Obtempera patri tuo illi, qui genuit te. Item ponitur pro relatiuo אֲשֶׁר Iob 19. Et quos amaui conuerſi ſunt in me. Item cum mem מִזֶּה eſt loci, hinc, inde. Exo. 13. Quia in potentia manus eduxit uos Iehoua inde. Iud. 6. Ne comedas obſecro inde. Exod. 17. Hinc unus & hinc unus.

זוֹ Is, iſte, ille, ipſe. Oſeæ 6. Hæc ſubſannatio eorum. Pſal. 132. Et teſtimonium meum hoc docebo eos.

זוּ Si ab initio ponitur, tũ eſt demonſtratiuũ is, iſte, ille, ipſe. Habakuk 1. Hęc potentia

tia eius, dei ſui eſt. Pſal. 12. Seruabis eum à generatione iſta in ſeculum. Sed quãdo eſt poſtpoſitiuum, & ſequitur aliquod uerbum, tum fungitur officio demonſtratiui & relatiui ſimul. Exo. 15. Populum iſtum, quem redemiſti. Pſal. 9. In reti iſto, quod abſconderunt. Pſal. 68. Cõfirma deus hoc quod operatus es nobis. Pſal. 142. In ſemita hac, qua ambulabo. Ieſaiæ 43. Populus iſte, quem formaui.

זוֹ Pronomẽ demonſtratiuum generis fœminini. Eccl. 2. Quid hoc facis. cap. 5. Hoc donum dei eſt. cap. 9. Etiam hanc uidi ſapientiam. Et geminatè importat diſtributionẽ. Iud. 18. Et dixi ad eos ſicut hoc, & ſicut hoc fecit mihi, id eſt taliter & taliter.

זאת Demonſtratiuum fœminini generis, ea, illa, ipſa, iſta, hæc. Deut. 34. Hæc terra. Leuit. 6. Hæc eſt lex holocauſti. Gen. 42. In hoc probabimini. Iudic. 6. Quare inuenit nos totum iſtud. Iere. 26. Et ciuitatem hanc dabo in maledictionem. Et quãdo geminatur importat diſtributionem. 2. Sam. 17. Taliter & taliter. 2. Reg. 5. Taliter & taliter loquuta eſt puella.

376

זָהָב Aurum, à colore ſuo: nam communicat ſignificatione cum דהר & צהב Geneſ. 24. Et accepit uir inaurem auri. 2. Reg. 7. Et tulerunt inde argẽtum & aurũ. Iob 37. Ab Aquilone aurum uenit. Iere. 51. Calix auri Babylonis. Et transfertur ad oleum, quod refert colore aurum. Zach. 4. Quæ euacuant à deſuper ſe aurũ, id eſt oleum. Et in ſtatu regiminis זְהַב Geneſ. 2. Et aurum terræ illius bonum. Pſal. 72. Et dedit illi de auro Seba. Et in ſtatu affixorũ. Ieſa. 2. Et idola auri ſui. & cap. 30. Et cinctorium fuſilis auri tui. & cap. 60. Et aurum eorum cum ipſis.

377

זָהֵם Abominatus eſt, nauſeauit, faſtidiuit, ac differt modo tantũ ſignificandi à זהם: & legitur tantum ſemel Iob 33. Et faſtidiuit ipſa uita eius panem.

378

זהר Refulgidus factus eſt, id eſt commonefactus eſt: congruit ſignificatione cum uerbis צָהַר טָהַר דָּהַר, & ut דָּהַר de fremitu equorum dicitur, qui eſt fulgor declarans magnanimitatem, & צהר de ſplendore ſeu refulgentia lucis: ita זהר de refulgentia patefaciente aliquem euentum, id eſt de cõmonefactione dicitur. Nam iſtæ quatuor literæ initiales adeò inter ſe cognatæ ſunt, ut ſępius cõmutẽtur: ideo ſignificandi modo tantum inter ſe uariant. Legitur autem in prima coniugatione in uoce tantum paſſiua נִזְהַר Eccl. 12. Atq; pręterea ab illis fili mi commonefactus ſis. Et ca. 4. Et ſtultus qui nõ nouit cõmonefieri amplius, i. cõmonefactionẽ.

Participium נִזְהָר commonefactus, id eſt qui paſſus eſt ſe commonefieri, & factus eſt refulgidus & circumſpectus & cautior. Pſal. 19. Etiam ſeruus tuus commonefactus in eis. Ezech. 33. Et audiuerit audiens uocem tubæ, nec tamen commonefactus eſt, id eſt paſſus eſt commonefieri.

In tertia coniugatione הִזְהִיר commonefecit aliquem à malo. Ezech. 33. Et impreſſerit in tubam, & cõmonefecerit populum. Exo. 18. Et commonefacies eum ſtatutorum & legum, & notam facies eis uiam in qua ambulent. Leuit. 15. Et commonefacies filios Iſrael ab immũditia ſua. 2. Reg. 6. Et mittebat rex Iſrael ad locũ, de quo dixerat illi uir Dei, & commonefecerat eum, & intentus erat ibi nõ ſemel neq; bis. 2. Paral. 19. Et cõmonefacietis eos, ut non rei fiant ipſi Iehoua. Ezech. 43. Cum dixero improbo morte morieris, & nõ commonefeceris eum, neq; loquutus fueris ad commonefaciendum improbum de uia ſua improba ut uiuat ipſe.

INDE NOMEN,

זֹהַר Claritas, ſplendor, ſulgor, refulgentia, ſicut זֹהַר Ezech. 8. Et à lumbis eius, & ſurſum quaſi aſpectus ſplendoris, ſicut ſpecies electri. Dan. 12. Et qui erudiunt fulgebunt ſicut ſplendor cœli. ubi ſimul uerbũ ponitur, licet eo modo ſignificãdi, quo Chaldæi uſurpant. Arbitror autem Autorem epiſtolæ ad Hebræos uſum hoc nomine, cum filium dei uocat ἀπαύγασμα, quod ex patre reſplendet, ſicut etiam ueteres, lumen uocarunt de lumine.

379

זוּב Cognationem habet cum זוּק & דאב זבב ſicut in Chaldaica lingua דאיב & סאב cognationem habent. Et ſignificat effluere, emanare. Iere. 49. Quid gloriaris in uallibus, defluxit uallis tua, iſt verſeufft. Leuit. 15. Quãdo mulier effluxerit

nit fluxū ſanguinis ſui diebus multis extra tempus menſtrui ſui. Pſal.78.Ecce percuſſit petram,& effluxerunt aquæ.

Participium pręſens ſeu nomen participiale זָב fluens, fluxum patiens.Leuit. 15.Cum erit fluxum patiens.Et iterum:Et quando mundabitur fluxū patiēs à fluxu ſuo.2.Sam.3.Et non extirpabitur de domo Ioab fluxum patiens. Et in genere fœminino זָבָה Leuit.15.Et mulier quādo fuerit fluxum patiens, ſanguis fuerit fluxus eius. Et in ſtatu regiminis זָבַת Exod.3. Ad terram fluentē lacte & melle.

INDE NOMEN,

זוֹב Fluxus,ſcilicet ſanguinis,quem uel uiri,uel mulieres patiunt̄,manetq́; ſemper inuariatum tam in ſtatu regiminis quàm affixorū.Leuit.15.Et cū mulier fluxerit fluxum ſanguinis ſui.Et mox iterum:Omnes dies fluxus,contaminatio eius. Et iterum:Cuius fluxus eius fuerit ſanguis.

380 זוּד Intumuit,efferbuit,ſuperbiuit.Et in prima cōiugatione cōſtruitur cū אֶל & עַל opponiturq́; uerbo צָּר Exod.18. Quod enim in eadē, qua ſuperbierunt contra illos,ſcilicet perierint,ſcilicet Aegyptij.u.d.Aegyptij uoluerunt perdere filios Iſrael aquis,at deus,apoſtrophe facta, illos aqua perdidit. Ieremiæ 50. Quia contra Iehoua ſuperbiuit.

In tertia coniugatione הֵזִיד & ſi cōſtruitur cum עַל ſignificat ſuperbe agere, agere ex arrogantia,præſumptione,& audacia.Nehem. 9. Noui enim q ſuperbe egerunt contra eos.Et iterum:Et ipſi & patres eorum ſuperbe egerunt.Exod. 21. Si ſuperbe egerit uir contra ſodalem ſuum,ut interficiat eum dolo.Deut. 18. Propheta qui ſuperbè egerit loquēdo.& cap.17.Et omnis populus audient,& timeāt & nō ſuperbè agant amplius.Item cap.1.Superbè egiſtis, & aſcendiſtis in montē. At quando regit poſt ſe accuſatiuum,tum ſignificat actiuè ebulire pulmentum. Gen.25.Et ebuliuit Iacob ebulitionem.

INDE NOMINA:

זֵד Superbus,elatus.Prouerb.21.Superbus,præceps,illuſor eſt nomen eius. Et pluraliter זֵדִים Pſal.19.Etiam,à ſuperbis prohibe ſeruum tuū. Pſal.119. Pudefiant ſuperbi.Ieſa.13.Ceſſare faciam elationem ſuperborum.

זָדוֹן Nomen cōcretum & abſtractum,ſuperbus & ſuperbia.Iere.50.Ecce ego ad te ſuperbe.Et iterum: Impegit ſuperbus & cecidit.Prou.11.Intrat ſuperbia, intrat etiā uilipenſio. & cap.13.Tantum in ſuperbia datur contentio.& cap.12. Et facit in furore ſuperbiam.Ezech.7. Germinauit ſuperbia. Et in ſtatu regiminis זְדוֹן Iere. 49.Impoſuit tibi ſuperbia cordis tui. Similiter in ſtatu affixi.1.Sam.17.Ego noui ſuperbiam tuam. Et pluraliter זֵידוֹנִים Pſal.124.Tunc tranſiſſent ſuper animā meam aquæ ſuperbæ,id eſt tumidæ.

נָזִיד Ebulitio,efferbitio,id eſt quicquid ebulitione coquitur.Gen.25. Et ebuliuit ebulitionem.2.Reg.4.Et coque ebulitionem pro filijs Prophetarum.Et iterum: Et inuenit uitem agreſtem,& collegit ex ea Colokynthidas agreſtes,plenitudinem ueſtis ſuæ,& uenit, & conſcidit in ollam ebulitionis.Et iterum : Cum ipſi comederent de ebulitione.Haggæi 2.Quando tetigerit cum ala ſua panē aut ebulitionē, aut uinum aut oleum,aut quemcunq; cibū. Et in ſtatu regiminis נְזִיד Gen.25.Et Iacob dedit ipſi Eſau panem & ebulitionem lentium.

381 זָוִיּוֹת Nomen pluralis numeri tantum, & ſignificat angulos ædificij exteriores,qui prominent.Zachar.9.Sicut anguli altaris.Pſal.144.Filiæ noſtræ ſunt inſtar angulorum.

מְזָוִים In forma alia,ſed eadem ſignificatione,tātū q de angulis internis dicitur, in quos quæ ad uitæ uſum ſunt neceſſaria,reponūtur & repoſita ex illis depromunt̄:unde pro penis ſeu penuarijs,& promptuarijs accipitur.Pſal.144.Anguli noſtri pleni.

382 מְזוּזָה Poſtis nomen uerbale deriuatum à uerbo זוּז, ſic dictus quòd non conculcetur pedibus ut infima,uel portæ,uel ianuę pars quæ limē dicitur, aut deſpicabilis ſit & ſubiaceat ut limē, neq; obnoxia ſit direptioni propter firmitudinem ut cæteræ partes ædium,quarum poſtes quaſi fulcra ſtant erecti & tuti.Exo. 21.

21.Et applicabit eum ad oſtiū uel ad poſtem.Ieſaiæ 57.Et poſt oſtium, & poſtem poſuiſti.Et in ſtatu regiminis מְזוּזַת 1.Sam.1.Sedebat ſuper thronū regiæ Iehoua. Ezech.45.Et ponet iuxta poſtem, & iuxta poſtem portæ atrij. Et in ſtatu affixi nihil uariat in punctis.Ezech.43.Et poſtis eorum iuxta poſtem meum. Et pluraliter מְזוּזוֹת Exod.12.Et ponam ſuper duos poſtes,& ſuper ſuperliminare. Item מְזֻזוֹת Deut.6.Et ſcribes ea ſuper poſtes domus tuæ,& in poſtibus. Iud.16.Et apprehendit in ualuis portæ ciuitatis,& in duobus poſtibus.

381 זוּל Cognationem habet ſignificatione cum uerbis זָלַל חָל גָזַל אָזַל לוּז & לָזֶה Et ſignificat rem abijcere ut uilem. Eius participiū præſens pluralis numeri זָלִים legitur Ieſ.46. Qui abijcitis aurū ex loculo, id eſt profunditis tanquā rē uilem. In tertia coniugatione הֵזִיל Thren.1.Omnes qui honorauerūt eam, abiecerūt eam ſcilicet ut uilem.ubi tamen הִזִּילוּ legitur tranſpoſito puncto. Et uidi in uetuſtiſſimo codice in pergameno ſcripto הִזִּילוּהָ per iod ſcriptum abſque dagges, quaſi eſſet à זָל.

INDE

זוּלָת Præter,particula exceptionis paucitatis præ alia multitudine.2.Reg.24.Nihil relictum eſt præter paupertatem populi terræ.Et cum iod paragogico זוּלָתִי Deut. 1.Præter Caleb.

382 זָנָה Vnde uoces quidam deducunt,quas ego potius referrem ad uerbū זוּן ſcilicet proſtitit laſciuiendi gratia,proſtituit ſe mercedis ſeu merēdi cauſa, publicauit, meruit uel operis,ut lotrices,uel mercibus, ut inſtitores & mercatores,uel inſtructis obſonijs,ut cauponariæ,uel corpore,ut laſciuientes & petulantes fœminæ ſe alijs proſtituunt & corpore merent:unde & eiuſmodi Latini meretrices appellant.Transfertur autem in Prophetis plurimū ad ſpiritualem proſtitutionem, qua idola idolatrici cultus præter & contra uerbū dei merēdi cauſa inſtituuntur: deinde qui neglecto uero Deo,& uerbo eius & poſthabitis ueris cultibus à Deo inſtitutis ex petulantia carnis & laſciuia fidem ſuā alienant idolaq; & cultus alios humanitus inſtitutos amant & amplectuntur,quiq; humana potentia,ſapientia, iuſtitia,humanis uiribus & præſidijs innituntur & fidunt, uere ſunt meretricarij, & dicuntur meretricari.

In prima coniugatione abſolutè ſine prępoſitione ſequente.Gen.38.Et annunciatum eſt Iudæ,meretricata eſt nurus tua,id eſt meruit ſeu laſciuiuit. Secundo, conſtruitur cum אֵת præpoſitione cum.Ieſaiæ 23.Et meretricata eſt cū omnibus regnis. Tertio,cum beth præpoſitione.Pſal.106.Et polluti ſunt in factis ſuis, & laſciuierunt in factis ſuis.Ezech.16. Feciſti tibi imagines maris & fœminæ,& meretricata es cum eis. Quarto,cum præpoſitione mem.Pſalm.73.Aufers omnem meretricantem abs te,id eſt qui fidem ſuam abs te alienat,& alias quærit.

Quinto,cum אֶל Num.25.Et cœpit populus ire meretricatum ad filias Moab. Ezech.16.Et iuiſti meretricatum ad filios Aegypti. Sexto cum עַל id eſt ſuper.Ezech.16.Cōfiſa es in pulchritudine tua,& meretricata es ſuper nomine tuo, id eſt commendatione tui.Iud.19.ubi cum perſona coniungitur, ideo ſignificat idem,quod cōtra,aduerſus.Et laſciuiuit cōtra ipſum & diſceſſit ab eo. Hanc phraſin Paulus mutuatus Gręco uerbo στρηνιᾶν reddidit,quod laſciuire ſignificat aulſis modeſtię frenis.1.Timoth.5.Porro iuniores uiduas reijce:quum enim laſciuire cœperint aduerſus Chriſtum,nubere uolunt,habentes cōdemnationē quòd primam fidem reiecerint &c. ſimul atq; in fidem reſpicit,qua ſe in deſpōſatione marito alligauit. de quo more in uerbo יָשַׁר cognoſcere licebit. Septimo,cum מֵעַל Oſeę 9. Quoniam laſciuia diſceſſiſti à deo tuo & dilexiſti meretricium.

Octauo,cum prępoſitione אַחֲרֵי & ſignificat ſpiritualiter ſpreto & relicto deo, uerbo & cultu eius legitimo,alios poſt inſtitutos cultus petulāter ſequi & amplecti,fidem alienare à uero deo,& deficere ad alios,fide abnegata priore,& uiolato fœdere prius cum deo inito,operum fiducia quęrere mercedem,uelle mereri operibus ſalutem.Leuit.20.Exterminabo eos & omnes meretricātes,quicūq; eo relicto

cto & faſtidito expetunt Molech. Deuter.31. Et meretricabitur poſt deos alienos terræ. Ezech.6. Et ob oculos eorum quos laſciuia deflectunt poſt idola eorum.

Nono, cum מֵאַחֲרֵי Oſeæ 1. Et meretricando meretricatur terra à Iehoua, id eſt à Domino primo uero & legitimo laſciuia laſciuiuit. Decimo, cum תַּחַת Ezech. 16. Et meretricata eſt Ahola ſub me.

In ſecunda coniugatione זֻנָּה & cum præpoſitione אַחֲרֵי Ezech.16. Poſt te non eſt facta meretricatio, id eſt ad te non acceſſerunt, ut tecum laſciuirent.

In tertia coniugatione הִזְנָה tranſitiuè. Leuit.19. Non publicabis filiam tuam ut facias mereri eam, ne terra laſciuiat & impleatur ſcelere. Itē neutraliter. Oſeæ 4. Meretricabuntur, & non ſatientur. Et iterum: Meretricādo meretricati ſunt. ca.5. Quare nunc meretricatus es Ephraim. Itē conſtruitur cum אֶת tranſitiuè. 1. Paralip.21. Et meretricari fecit habitatores Ieruſalem. Et ibidem iterum: Sed ambulaſti in uia Regum Iſrael, & meretricari feciſti Iehudam, & habitatores Ieruſalem, ſicut meretricari fecit domus Achab. ubi eſt obſeruandū, ꝙ primū uerbum debeat in prima habere pathah, ut ſit tertiæ cōiugationis, ſicut recte Maſſora Rabinorū admonuit. Item cum אַחֲרֵי Exo.34. Nec accipias de filiabus eius terræ filijs tuis, & meretricentur filiæ eius poſt deos ipſorū, & meretricari faciant filios tuos poſt deos ipſorum.

INDE NOMINA:

זוֹנֶה Nomē participiale maſculini generis, meretricarius, qui rem habet cū meretrice, quiq; abnegat primam fidem, & eam abalienat. Pſal. 73. Perdes omnem meretricarium abs te. Et adiectiuè. Ezech.6. Factus ſum propter cor eorū meretriciū, id eſt laſciuum, petulans. In genere fœminino זוֹנָה lotrix, cauponaria, publicana, quæſtuaria & meretrix, eò quòd lotrices & cauponariæ antiquitus erant quoq; famoſæ, & ſimul etiam corpore merebant. Ioſue 2. Qui abeuntes uenerunt in domū mulieris meretricis, cuius nomen erat Rahab. Licet multi contendant eo in loco non ſcortum ſignificare, ſed cauponariam ſeu hoſpitam. Sic poſſet fortaſſe locus Iudi.11. intelligi, Iephte Giliadites uir bellicoſus, uir mulieris meretricis. Et Iacob. cap.2. ac Autor epiſtolæ ad Hebræos πόρνη reddiderūt, quod à πέρνω, id eſt uendo deſcēdit, & cōmune eſt cuiuis corpori meritorio: unde etiam πορνεία proſtitutio. Apoc. cap.17. Inebriati ſunt qui habitāt terrā de uino proſtitutionis eius. Itē Geneſ.34. Nunquid quaſi cum meretrice agere debebat cum ſorore noſtra. Prou.23. Fouea profunda meretrix. Deut.23. Non inferas mercedem meretricis in domū Iehoua. Et pluraliter זֹנוֹת 1. Reg. 3. Et ueniebant duæ mulieres meretrices ad regē. Chaldæus habet פֻּנְדְּקָן, id eſt cauponariæ. 1. Reg.22. Et linxerūt canes ſanguines eius, & lotrices abluerunt. Prou.59. Qui alit meretrices diſſipat facultates. Libido, laſciuia, luxuria, proſtitutio. Oſeæ 4. Laſciuia & uinū & muſtū auferunt cor. Oſeæ 6. Propter facilitatem proſtitutionis ſeu libidinis eius. Ier.5. Scelus laſciuiæ tuæ ſuper collibus. Et pluraliter זְנוּתִים Num.14. Et ipſi portabunt libidines ſeu laſciuias ueſtras, id eſt idololatrias.

זְנוּת Libido, laſciuia, meretricatio. Ezech.13. Polluerunt eam laſciuia ſua. Et pluraliter תַּזְנוּתִים Ezech.23. Et poſuit meretricationes eius ſuper eos.

תַּזְנוּת Libido, laſciuia, meretricatio: uoce pluralis, ſignificatione ſingularis numeri, ſicut multa alia. Gen.38. Meretricata eſt Thamar nurus tua, laſciuia. 2. Reg.19. Quādiu manebit meretricatio Iſabel matris tuę. Oſeæ 1. Accipe tibi uxorem laſciuię, & filios laſciuiæ ſeu meretricationis.

זְנוּנִים Collectiuè omnia eduliorum genera complectitur, quę publicè in caupona proſtituuntur, & ueneunt pro mercede. Ioel.4. Dederunt pueros pro edulijs, & puellas pro uino ut biberent.

זוֹנָה Nomen, quod tamen uidetur eſſe participiale à forma זוּן, & ſignificat etiam generaliter uaria genera ſeu uarias ſpecies ſiue eduliorū, ſiue aromatū, ſeu unguentorum, quę in thecas reponūtur, & inde in uſum hominū depromuntur & ueneunt.

זַן Pſal.144. Penuaria noſtra plena, de ſpecie proferētia ad ſpeciē. Chaldæis pro זַן id eſt

id eſt, ſpecie, ualde eſt uſitatum. Cuius plurale זנים. 2. Paral. 16. Poſuerũt eum in lectum, quem ipſe repleuerat aromatis & ſpeciebus ſcilicet aromaticis.

מָזוֹן Nomen, quod generaliter quæcunq; ſunt eſculenta, ut hordeum, piſa, ciceres, & alia legumina, ſignificat. Gen. 45. Et miſit decem aſinas ferentes far, panẽ, & eſculenta patri ſuo in uiaticum.

מְיוּזָנִים Nomen participiale pluralis numeri, ſecundæ coniugationis, paſſiuę uocis, id eſt, ſaginati, paſti, ſaturati pabulo, laſciui. Iere. 5. Quaſi equi laſciuientes mane, quiſq; ad uxorem proximi ſui hinniebat. quanquam putem ſcribarum inſcitia deprauatum, & initio fuiſſe ſcriptum מוזנים.

אָזֵן Arbitror nomen eſſe generale ſeu collectiuum omnium inſtrumentorũ, quæ ſemper ad uſum prophanum erant expoſita. Deuter. 23. Et paxillus ſit tibi iuxta inſtrumenta tua. Chaldæus quoq; uertit זֵין, id eſt, inſtrumentum.

נֶזֶם Nomen à נזר deductum, facta priorũ duarum literarum tranſpoſitione, & adiecta litera mem, & ſignificat generaliter ornamentum, quod publice uel in fronte, uel in naribus, uel auribus proſtituitur cauſa merendi gratiam. Et monile uertere licebit. Chaldæus plerũq; קְדָשָׁא trãſtulit. Exo. 35. Obtulerũt fibulã, & monile. Iud. 8. Peto à uobis petitionẽ ut detis mihi, quiſq; monile ſpolij ſui. Gen. 24. Et accepit uir monile aureũ. & cap. 47. Et poſui monile ſupra naſum eius. Prou. 11. Monile aureũ in naſo ſuis, mulier carẽs ratione. Ezec. 16. Poſui monile ſup naſum tuũ. Prou. 25. Monile aureũ & torques aureus corripiens ſapiẽtem ſuper aure obtẽperantis.
In ſtatu affixi. Oſeę 2. Ornans ſe monili ſuo. Et pluraliter נְזָמִים Gen. 35. Atq; monilia quæ erant in auribus eorũ. In ſtatu regiminis נִזְמֵי Exo. 32. Auellite monilia auri, quæ ſunt in auribus uxorum ueſtrarum. Ieſ. 3. Annulos & monilia naſi.

385 זוּעַ Mouit ſe: uerbum eſt neutri generis. Eſther 5. Et non ſurrexit neq; mouit ſe. Eccleſ. 12. In die qua mouebunt ſe cuſtodes domus.
Legitur etiam geminatũ in forma ſecũdæ coniugationis in participio מְזַעְזְעִים Habakuk 2. Et expergiſcentur commouentes ſe.

INDE NOMINA:

זְוָעָה Commotio. Ieſaiæ 28. Sola commotio intelligere faciet auditum. Deut. 28. Et eris in commotionem omnibus gentibus.

יֶזַע Sudor, qui ex labore cõmouet. Ezech. 44. Nõ accinget ſe in cõmotione, i. ſudore.

זֵעָה Sudor, qui ex labore commouetur, ſeu ex commotione profluit. Gen. 3. In ſudore naſi tui comedes panem tuum.

386 זוּר Verbum hoc, ut duplicem habet conſtructionem, ita duos quoq; modos ſignificandi contrarios. Primo, quãdo actiuè ponitur, tum ſignificat rem ſeparatam, ſeu ſparſam, ſeu hiantem in unũ & ſimul contrahere, conſtringere, cõprimere, cõpingere: & congruit cũ uerbo זָרָה in primo modo ſignificandi ſumpto. Item cum אָזַר Iud. 6. Et compreſſit lanam detonſam, & expreſſit ex ea rorẽ, lagenulam aquæ plenam. ubi R. D. Kimhi monet legendum eſſe זֹרוּ pro זֹרוּ Ieſaiæ 1. Et uulnera non cõpreſſerunt, id eſt nõ ſunt cõpreſſa. Loquitur autẽ de eiuſmodi compreſſione, qua chirurgi uulnera hiantia comprimunt, & conſtringunt. Iob 39. Et obliuiſcitur quòd pes comprimet ea, & beſtia agri conculcabit ea.
Participium præſens זָרִים Ieſaię 29. Et copia comprimẽtium tuorum. Tametſi nonnulli pro uentilatoribus, alij pro alienis accipiunt.
Participium præteritum זוּרֶה Ieſaiæ 59. Et ſi unum aliquod compreſſum fuerit, ex eo erumpet regulus. Secundo, quando autẽ hoc uerbum poſt ſe habet ablatiuum mediante præpoſitione mem, id eſt à, tum ſignificationẽ neutralem & priori contrariã habet, hoc eſt, ſignificat id quod prius erat coniunctum, ſeparari, abalienari, diſtrahi: & cõgruit cum uerbo נָזַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Iob 19. Fratres mei procul à me receſſerunt, noti mei abalienati ſunt à me. Pſal. 58. Abalienati ſunt improbi ab utero. & Pſalm. 78. Non abalienati erant à deſiderio ſuo. Iob 19. Anhelitus meus alienus erat ab uxore mea, id eſt, ab eo ſe abalienabat. ubi tamen cum lamed eſt conſtructum.

In uoce paſſiua נָזֹרוּ Ieſaiæ 1. Abalienati ſunt à me. Ezech. 14. Quotquot abalienati ſunt à me.

In ſecunda coniugatione זוֹרֵר auerſatus eſt, exhorruit, ut fit in ſternutatione. 2. Reg. 4. Et ſternutauit puer ſepties.

INDE NOMINA:

מָזוֹר Compreſſio, in primo modo ſignificandi. Ier. 30. Non eſt qui iudicet cauſam tuam in compreſſione. Abdię 1. Viri fœderis mei & panis mei ponent compreſſionem ſubter me, id eſt, quos alebam conculcabunt me. Oſeæ 5. Et uidit Ephraim ægritudinem ſuam, & Iehuda compreſſionem ſuam.

זָר Nomen participiale, ex altero modo ſignificãdi, ſicut & ſequẽtia tria, id eſt, alius, alienus, extraneus: uel à cohabitatione, uel coniunctione ſanguinis, uel ſocietate politica ſiue religionis. Exod. 29. Et extraneus non comedet ex eo, quia ſanctum eſt. Deut. 25. Si habitauerint fratres ſimul, & mortuus fuerit unus illorum abſque filio, non nubet uxor defuncti foras uiro extraneo, ſed frater eius ingredietur ad eam. Prouer. 27. Laudet te alius, non os tuum. Et Prouer. 21. accipitur in malum, & opponitur nomini זַךְ candido & ſyncero: Peruerſa eſt uia uiri alieni, ſed ſynceri opus rectum eſt. Dicitur autem alienus hoc loco, qui habet quiddam alienum & admixtum. Et pluraliter זָרִים Deut. 32. Ad æmulationem concitabunt eum in alienis ſcilicet dijs. Pſal. 54. Quoniã alieni inſurrexerũt aduerſus me. Oſeę 5. Quia filios alienos genuerũt. In genere fœminino זָרָה Exo. 30. Non imponatis ſuper illud incenſum alienum ſiue aliud. Leuit. 10. Et offerebant coram Iehoua ignem alienum, quem non præceperat eis. Prouer. 2. Vt eripiaris à muliere aliena. Et pluraliter זָרוֹת Prouer. 22. Fouea profunda os alienarum ſcilicet mulierum.

מַמְזֵר Extraneus, ſpurius, nothus, non ex propria & legitima uxore ſed ex alia muliere natus. Deut. 23. Non ingredietur ſpurius eccleſiam. Item alienigena, id eſt, alio loco natus. Zach. 9. Et habitabit alienigena in Aſdod.

זָרָא Abalienatio, id eſt, nauſea, faſtidiũ. Num. 11. Donec exeat per nares ueſtras, & fiat uobis in abalienationem, id eſt, nauſeam. Et quanquam aliqui alij deriuent à uerbo זָרָה, tamen monent me loci ex Pſal. 78. & Iob 29. ſupra citati, ut à uerbo זור deriuatum exiſtimen.

מוּזָר Nomen participiale tertiæ coniugationis paſſiuę uocis, abalienatio, abominatio, nauſea. Pſal. 69. Abalienatio factus ſum fratribus meis, id eſt nauſea.

387 זחח Non multum differt ſignificatione à uerbo פָּחַח & legitur ſolùm bis in ſcriptura ſacra idq; in uoce paſſiua יִזַּח ſignificatq; etiam Chaldæis ab alio ſeparari & in altum attolli. Exod. 28. & 29. Stringentq; pectorale à circulis eius ad circulos Ephod funiculo hyacinthino ut ſit ſuper artificium Ephod & non attollatur pectorale ab Ephod.

388 זחל Abſterritus eſt. Iob 32. Propterea abſterreor & timeo illuſtrare ſciẽtia mea uos.

INDE NOMINA:

זֹחֲלֵי Participium ſeu nomen participiale ſtatus regiminis, quo ueniunt ſerpentes, uiperæ, lacertæ adeoq; cuncta reptilia, quæ ad conſpectum hominum abſterrentur & expaueſcunt, ſeq; in cauernas & loca abdita proripiunt. Deut. 32. Dentem beſtiarum mittam in eos cum furore ſerpẽtium pulueris. Mich. 7. Lingent puluerem ſicut ſerpens, & ſicut reptantia terræ contremiſcent in clauſtris ſuis.

זֹחֶלֶת Nomen proprium lapidis, cuius fit mẽtio 1. Reg. 1. Et mactabat Adonias oues & boues, & ſaginata pecora iuxta lapidem Zoheleth qui eſt iuxta fontem Rogel, &c. forte à reptilibus uenenatis ſic dictus, quæ ibi in magna frequentia ſunt.

389 זיו Secundus menſis anni aliàs אייר dictus, reſpondetq; noſtro Aprili, à ſplendore uiridi & amœnitate. 1. Reg. 6. Factum eſt in anno octogeſimo atq; quadringenteſimo egreſſionis filiorũ Iſrael de terra Ægypti in anno quarto, menſe Ziu, ipſe eſt menſis ſecundus, quo Salomo regnauit ſuper Iſrael, &c. Et ibidem iterũ: Anno quarto fundata eſt domus Iehoua in menſe Ziu, &c.

390 זיז Sicut à uerbo בָּזַר deriuatur nomen appellatiuum זַרְזִיר abiecta litera ſubſtantiali Beth, quod leopardum ſignificat, ita ſimiliter hoc nomen deductum eſt à uerbo בָּזַז, & eo collectim comprehenditur uniuerſitas omnium illorum animalium, quæ carpunt ac diripiunt gramina, herbas, paſcua, fruges, fructus arborũ & terræ naſcentes aliaq́; edulia. Pſal. 50. Vniuerſitas agri penes me eſt, id eſt, quicquid eſt animalium diripięntium in agro. Pſal. 80. Et uniuerſitas agri depaſcet eam. Ieſ. 66. Et deliciabimini de uniuerſitate gloriæ eius, id eſt, de gloria uniuerſa eius. Præterea in Biblijs nuſpiam legitur.

391 זית Olea, arbor generis maſculini. Geneſ. 8. Ecce folium oleæ raptum in ore eius. Exod. 27. Et adferent ad te pinguedinem oleæ puram. Iere. 11. Oleam uiridem. Pſal. 52. Et ego uelut olea uiridis in domo Dei. Deut. 8. Terram oleæ pinguedinis. In ſtatu affixorum ambæ uoces abeunt in zere זֵית Deut. 24. Cum excuſſeris oleam tuam. Deut. 28. Quia proijcietur olea tua. Et pluraliter זֵיתִים Deut. 6. Vineas & oleas, quas non plantaſti. 2. Sam. 15. Et Dauid aſcendebat per gradũ olearum. Zachariæ 14. Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper monte oliuarum, qui eſt è regione Ieruſalem ab Oriente.

392 זכך Mundum fuit ab omni labe ſeu uitio aut macula, & cõgruit ſignificatione cum uerbo זָכָה Threnorum 4. Mundi fuerunt Nazarę i tui pluſquam nix. Iob 15. Et cœli nõ mundi ſunt in oculis eius. Idẽ cap. 25. Stellæ non mũdę ſunt in oculis eius.

In tertia coniugatione זִכֵּךְ Iob 9. Si lauero me aquis niuis & emũdauero nitro manus meas.

INDE NOMINA:

זַךְ Mũdus, cui nihil uitij aut labis eſt admixtum: atq; idem eſt Hebræis quod Latinis ſyncerum, clarum, irreprehenſibile. Iob 8. Si mundus & rectus fueris. Iob 11. Munda eſt doctrina mea. cap. 33. Mundus ego ſum abſq; tranſgreſſione. Legitur tamẽ etiam cum cametz זָךְ & arbitror fieri propter accentum ſubdiſtinctiuum. Exod. 27. & Leuit. 24. Vt afferant ad te pinguedinem oleæ mundam contuſam pro luminari. In genere fœminino זַכָּה Exo. 30. & Leuit. 24. Et thus mundum. Iob 16. Oratio mea eſt munda.

זְכוּכִית Criſtallus, propter mundiciem & tranſparentiam ſic dictus. Iob 28. Non adæquabuntur ei aurum aut criſtallus.

393 זכה Mundus fuit, & nihil differt ſignificatione à uerbo זָכַךְ Iob 15. Quid eſt homo ut mundus ſit. & cap. 25. Aut mundus eſſe poteſt natus ex muliere. Pſalm. 51. Vt mundus ſis quando iudicaris tu. Mich. 6. Nunquid mũdus ero cum bilance impobitatis. In ſecunda coniugatione זִכָּה Pſalm. 73. Certè fruſtra emundaui cor meum. Pſal. 119. In quo emundabit adoleſcens ſemitam ſuam. Prouerb. 20. Quis dicere poteſt emundaui cor meum.

In quarta cõiugatione legitur defectiuè הִזַּכּוּ pro הִזְדַּכּוּ euphonię cauſa. Ieſa. 1. Lauate, mundificate uos.

394 זכר Rememinit, recordatus eſt, & conſtruitur plerũq; cum accuſatiuo mediante articulo אֶת uel ſine eo rarius cum datiuo & genitiuo. Gen. 40. Et nõ recordatus eſt princeps pincernarum Ioſephum. Thr. 2. Et non recordatus eſt ſcabellũ pedum ſuorum. Pſal. 98. Recordatus eſt miſericordiã ſuam. Exo. 20. Recordare diem Sabbathi ſanctificare illum. Gen. 8. Recordatus eſt Deus Noach. 2. Paralip. 6. Recordare miſericordias Dauid. Iere. 17. Vt recordentur ſui altaria eorum. Neh. 4. Sed Iehoua magnum & metuendum recordemini. Pſal. 119. Recordare mihi tu. Exod. 32. Recordare Abrahæ & Izhak & Iſraelis.

Participium præſens pluralis numeri ſtatus regiminis זֹכְרֵי Pſal. 103. Et recordantibus mandata eius.

Participium præteritum זָכוּר Pſal. 103. Ipſe enim nouit figmentum noſtri, recordatus quòd puluis ſumus. Et in ſtatu affixorum mutat cametz in ſeua, & uſurpatur nominaliter. Leuit. 13. Apparebit omne maſculinum tuũ coram Iehoua. Deut. 16. Tribus uicibus in anno apparebit omne maſculinum tuum. & cap. 20. Et percuties omne maſculinum eius.

In

In uoce paſſiua נִזְכַּר recordatus eſt, recordatio facta eſt. Num. 10. Et recordabimini coram Iehoua deo ueſtro. Iere. 11. Et nomen eius non recordabitur amplius. Ezech. 3. Non recordabuntur iuſtitiæ eius. Iob 28. Ramoth & Gabith non recordabitur, id eſt, non habebitur eius ratio, ſeu recordatio. Exod. 34. Omnis apertio matricis eſt mea, item omne pecus tuũ quod maſculabitur, apertio bouis & ouis. Et ad differentiã illius, quod ſimpliciter recordabitur ſignificat, in ultima pro zere, habet cametz. Cur autem hoc uerbum maſculari, & nomen זָכָר maſculus dicatur, paulo infra indicabimus.

Participium maſculini generis נִזְכָּרִים Eſther 9. Et dies iſti recordandi, & fiendi in omnem poſteritatem.

In tertia coniugatione הִזְכִּיר commemorauit. Ieſaiæ 49. Ab utero matris meæ commemorauit nomẽ meum. Geneſ. 49. Et cõmemorabis me apud Pharaonem. Ioſue 22. Et in nomine deorum illarum ne cõmemoretis neq; iuretis. Pſal. 20. Sed nos in nomine Iehoua dei noſtri commemorabimus. 2. Sam. 18. Propter cõmemorari nomen meum, id eſt, ut commemoretur nomen meum. Pſal. 38. Canticum Dauidis ad commemorandum. 1. Paral. 16. Et dedit coram arca Iehoua de Leuitis miniſtrantibus ad cõmemorandum, & ad celebrandũ & ad laudandum Iehoua deo Iſrael. Pſal. 71. Commemorabo iuſtitiam tuam. Ieſaię 19. Qui cõmemorauerit eam, ad eum expaueſcet. Cantic. 1. Commemorabimus amores tuos ſupra uinum. Inde etiã illa phraſis intelligitur qua Chriſtus eſt uſus, Hoc facite in recordationẽ mei, id eſt, ut cõmemoretis me. Sicut & Paulus apoſtolus interpretatur, Mortem Domini annunciabitis donec uenerit, &c. Nam hoc uerbum in tertia coniugatione ſignificat annunciare, ſeu cõcionari, ſeu prædicare, ſicut citata exempla docent.

Participium pręſens, ſeu nomen participiale מַזְכִּיר Geneſ. 48. Peccata mea ego commemoro. Ieſaiæ 66. Commemorãs thus, quaſi benedicat iniquitatem. Accipitur aliquando nominaliter pro tali perſona, & eiuſmodi officio cõſtituta quæ negocia regalia curat referri inter annales, & commemorat pręteritas hiſtorias. 2. Samuel. 8. Et Iehoſaph filius Ahilud erat commemorator. Et pluraliter מַזְכִּירִים Ieſaiæ 62. Qui commemoratis ipſum Iehoua. Et in genere fœminino מַזְכֶּרֶת Numeri 5. Munus recordationis commemorans iniquitatem.

INDE NOMINA:

זֵכֶר Cum quinq; punctis, memoria, reminiſcentia, recordatio. Exod. 17. Delendo delebo recordationem Amelech. Pſal. 111. Recordationẽ fecit mirabilium ſuorum. & Pſalm. 112. In recordatione perpetua erit iuſtus. Prouerb. 10. Recordatio iuſti ad benedictionem. In ſtatu affixorum mutat zere in hirik & ſægol in ſeua. Pſalm. 6. Quia non eſt in morte recordatio tui. Exod. 3. Et hæc recordatio mei. Oſeæ 14. Recordatio eius ſicut uinum Libani.

זִכָּרוֹן Recordatio. Exod. 12. Et erit dies iſte uobis in recordationem. cap. decimotertio, Et erit tibi ſignum in manu tua & in recordationem inter oculos tuos. Malachiæ 3. Et ſcriptus eſt liber recordationis coram ipſo. Exod. 28. Lapides recordationis filijs Iſrael. Numeri 5. Oblationem recordationis. In ſtatu regiminis & affixorum זִכְרוֹת Eccl. 1. Non eſt recordatio priorum. Ieſaiæ 57. Et poſt ianuam & poſt poſtem poſuiſti recordationẽ tui. Et pluraliter forma maſculea זִכְרוֹנִים. Iob 13. Recordationes ueſtræ ſunt ſimilitudines cineris. Et in forma fœminea זִכְרוֹנוֹת. Eſther 2. Et dixi ut afferrent librum recordationum, & uerba dierum, id eſt, hiſtorias rerum geſtarum.

אַזְכָּרָה Recordatio. Leuitic. 24. Et erit ſuper pane in recordationem. Et in ſtatu affixi mutat he in thau. Numeri 5. Et capiet pugillum ſacerdos de oblatione eius, recordationem eius.

זָכָר Mas, maſculus, hoc nomine dictus, quòd ſit recordatio & monumentum, atq; ut Paulus dicit gloria dei, quodq; ſit prior creatiõe, donis, alijsq; pręrogatiuis ipſi fœminæ, eiusq; fiat in catalogo Genealogiarũ, & in munerationibus recordatio, nõ item fœminarũ: itaq; pro genere ſeu ſexu maſculino & uirili ut digniore, ut qui in memo-

memoriã in hiſtorijs ingreditur, accipitur. Gen.1. Marem & fœminã creauit eos. cap.17. Omnis mas inter uiros Abrahæ. Leuit.12. Hęc eſt lex parientis maſculum. Num.1. Omne maſculinum iuxta capita eorum. Et mox iterum: Omne maſculinum à filio uiginti annorum & ſupra. & cap.3. A mare uſq; ad fœminam. Deut.15. Maſculinum ſanctificabis ipſi Iehoua. Iere.20. Natus eſt tibi filius maſculus. Num. 31. Summa eorum in numero omnis maſculini à filio menſis & ultra. Et pluraliter זְכָרִים Exod.13. Maſculi erunt ipſius Iehoua. Et iterum: Omnẽ apertionem matricis, maſculos, & omnem primogenituram filiorum meorum redimam. Ioſue 5. Maſculos eò quòd omnes uiri bellicoſi eſſent mortui in deſerto.

395 **זָלַל** Magnam habet ſignificatione cognationẽ cum uerbis אָזַל זול לוז לָזַת & נָזַל niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Legitur autem ex eo tantum participium præſens זוֹלֵל quod nominaliter illum ſignificat qui rem aliquam ceu uilem prodigit decoquitq; & abſumit. Deut.21. Comeſſator & potator. Prouerb.23. Nam potator & comeſſator ad inopiam redigetur. Matthæus & Lucas Euangeliſtæ, quando uerba Phariſęorum recenſent, quibus Chriſtum ſunt calumniati, reddiderunt Græcè φάγος: Ecce inquientes homo edax & uini potor. Et pluraliter זוֹלְלִים Prouerb.28. Qui paſcit comeſſatores, ignominia afficit patrem ſuum. Et in ſtatu regiminis זוֹלְלֵי. Prouerb.23. Ne ſis inter potatores, inter uoratores carnium.

INDE NOMINA:

זוֹלֵל Nomen abſtractũ generis maſculini, id eſt abiectũ, uile, & opponitur nomini יָקָר Ier.15. Qui eduxiſti pretioſum à uili, eris ſicut os meũ. In genere fœminino זוֹלֵלָה. Threnor.1. Vide Iehoua & aſpice, quàm uilis ego ſum.

זֻלּוּת Nomen pluralis numeri, uilitates. Pſal.12. Vbiq; improbi ambulant cum euehuntur uilitates, inter filios Adã, id eſt, homines comeſſatores, decoctores, uoratores.

זַלְזַלִּים Culmi, qui ſuccum & alimentum abſumunt, & decoquunt. Ieſa.18. Statim abſcindet culmos falcibus.

זלג Require in uoce נָזַל.

396 **זָמַם** Tacite cogitauit, excogitauit, concepit animo, formauit aliquid in animo. Etſi ſit meſon, plerunq; tamẽ de cogitatione mali uel culpæ uel pœnæ accipitur. Et ut daleth & ſdain ſunt ſymbolicæ, ita à דָּמַם modo tantum ſignificandi uariat, & congruit ſignificatione cum uerbo דָּמָה Zach.8. in utranq; partem tam malam quàm bonã accipitur, ubi deus ſic loquitur: Sicut cogitaui malefacere uobis cum ad iracundiã prouocarũt patres ueſtri me, ait Iehoua exercituũ, & nõ pœnitui, ita rurſus cogitaui in diebus illis benefacere Ieruſalẽ, & domui Iehuda. Deut.19. Et facietis ei quemadmodũ excogitauit facere fratri ſuo. Iere.51. Quin etiã excogitauit Iehoua. Thren.2. Fecit Iehoua quæ cogitauit. Pſal.31. Vt eriperent animam meam excogitauerunt. Prou.31. Excogitat agrũ, & acquirit eum. Pſal.17. Quod cogitaui non tranſiuit os meum. Prouerb.30. Aut excogitaſti aliquid, manum ad os. Iere.4. Quia loquutus ſum quæ cogitaui, non etiam pœnitet me.

Participium pręſens זֹמֵם Pſalm.37. Excogitat improbus iuſto, & frendit ſuper cum dentibus ſuis.

INDE NOMINA:

זְמָם Excogitatum, cõceptum animo malum, cogitatio praua. Legitur in forma iſta ſemel in affixo Pſal. 140. Cogitationem eius non promoueas.

זִמָּה Excogitatũ & cõceptũ animo malũ, cogitatio praua, malo affectu perpetratũ malũ. Et licebit uertere ſcelus, Eyn tucke/bűbẽ ſtuck. Leuit.18. Nuditatẽ uxoris & filiæ eius nõ reuelabis, neq; filiã filij ipſius, neq; filiã filiæ ipſius accipias in uxorẽ, ut reueles nuditatẽ eius: conſanguinei ſunt, ſcelus eſt. & cap. 29. Non publicabis filiã tuã, ut mereat ipſa, ut nõ meretricetur terra & repleatͣ ſcelere. & cap.20. Et uir q acceperit uxorẽ & matrẽ ipſius, ſcelus eſt: igne cõburantͣ, tam ipſa q̃ illa, ne ſit ſcelus in medio ueſtri. Iud.20. Arripiẽs igitͣ pellicẽ meã conſcidi eã in fruſta, miſiq; eã

in

in omnem agrum hæreditatis Iſrael, quoniã fecerunt ſcelus & ſtultitiam in Iſrael. Iob 31. Molat alteri uxor mea, & ſuper ea geniculētur alij, quia eſt ſcelus & iniquitas Iudicum, id eſt, quæ ad iudices pertinet. Pſal. 26. In quorum manibus eſt ſcelus. Pſal. 119. Appropinquauerũt perſecutores ſceleris. Prouerb. 10. Quaſi riſus ſtulto, ſi faciat ſcelus. & cap. 21. Sacrificium improborũ abominatiò, eò quòd in ſcelere adducit illud. In ſtatu regiminis זִמַּת Prouer. 24. Cogitatio ſtultitiæ erratum. Iere. 31. Scelus meretricationis tuæ ſuper collibus. Petrus apoſtolus uſus eſt iſto nomine, & Lucas Græcè uertit ἐπίνοια Actorum 8. Roga deum ſi forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In ſtatu affixorum. Ezech. 16. Scelus tuum & abominationes tuas tu portaſti. Et pluraliter זִמּוֹת Iob 17. Dies mei prӕterierunt, & cogitationes meæ abruptæ ſunt.

זִמָּה Scelus, denominatiuum, ſicut à שֹׁרֶשׁ fit שָׁרְשָׁה Ierem. 11. In domo mea faciendo eam ſcelus cum multis.

מְזִמָּה Cogitatio tacita, uafricies, machinatio, ſtratagema, ſcelus. Iob 42. Scio quòd tu omnia potes, & non amouebitur abs te cogitatio. Pſal. 21. Cogitauerũt ſtratagema neq; potuerunt. Pſal. 139. Qui dicunt tibi in aſtutia. Prouer. 1. Vt detur ſimplicioribus aſtutia, puero ſcientia, & ſtratagema uel induſtria. & cap. 3. Obſerua ſucceſſum, & ſtratagema. In ſtatu affixorum. Iere. 51. Quoniam contra Babel cogitatio eius eſt ad auferendum eam. Et pluraliter מְזִמּוֹת cogitationes prauæ, argutiæ, technæ, machinationes, practicæ artes. Iob 21. Ecce cognoui cogitationes ueſtras & machinationes, quas contra me machinantur. Pſal. 10. Cõprehenduntur in practicis quas excogitauerunt. Et iterũ: Et non eſt deus, omnes cogitationes eius. Pſal. 37. In uiro faciente practicas. Prouer. 5. Vt cuſtodias cogitationes. cap. 8. Ego ſapientia cohabito aſtutiæ, & ſcientiam ſtratagematũ inuenire ſtudeo. cap. 12. Bonus hauriet gratiam à Iehoua, ſed uir machinationũ improbe aget. & cap. 24. Qui cogitat malefacere, hunc autorem ſcelerum uocabunt. Et Paulus eiuſmodi uocat excogitatores malorum Romanor. 1. & Ieremiæ 23. Et donec confirmauerit cogi-
397 tationes cordis ſui.

זְמָן Tempus conſtitutum. Eccl. 3. Omnibus eſt tempus ſcilicet conſtitutum. Nehemiæ 2. Et dedit ei tempus. Et cum affixo accipit dagges. Eſther 9. Secundum tempus eorum. Similiter in plurali זְמַנֵּיהֶם Eſther 9. Ad ratificandũ dies ſortium iſtarum in temporibus ſuis.

INDE VERBVM,

זִמֵּן Verbum ſecundæ coniugationis cuius participium præteritum tantum in uſu eſt מְזֻמָּנִים Eſdræ 10. Veniet ad tempora conſtituta. Et in genere fœminino מְזֻמָּנוֹת
398 Eſdræ 13. In temporibus conſtitutis.

זָמַר Incidit, putauit raptim: & cõgruit ſignificatione cũ uerbis זָרַם & זָמַם, niſi quòd ut tranſpoſitione literarum, ita modo ſignificandi inter ſe uariant. Leuit. 25. Sex annis incides uineam tuam.

In uoce paſſiua יִזָּמֵר Ieſaiæ 5. Non incidetur, neq; coaceruabitur.

In ſecunda coniugatione refertur ad uocem, ſeu inciſionem muſicam. Et ſignificat incidere uerba ſeu uocem, facere cæſuras ſeu inciſuras ſyllabarum, canere modulos, modulari, canere carmen. Nam de alijs ſolutis cantionibus non dicitur, niſi de numeris, quæ menſuratione cõſtant & in laudem & gloriam dei modulantur. Et quia tales propter artificiũ iucundæ ſunt & gratæ, ideo quoq; pro optimis quibuſque carminibus ſeu cantilenis, ſeu ſelectiſſima muſica & modulatione accipitur. Itaque in hoc diſtinguitur à uerbo שִׁיר quod generaliter de ſolutis & uulgaribus, neq; arte modulatis cantionibus dicitur, uerum זִמֵּר tantum de arte compoſitis & conciſis correptisq; modulationibus intelligitur quæ cõciſas & breues continẽt ſententias: illud generale & uulgare, hoc uerò artificioſæ modulationis, quæ uas cæſuras ſeu menſuras & numeros habet & quidem breues & conciſas. Et nõ ſolum de modulatione uocis humanæ, uerumetiam aliorum inſtrumentorum muſicalium dicitur, ut ex exẽplis cognoſcere facile licebit. Cõſtruitur autẽ triplicitet,

Primò

Primo, cum articulo datiui caſus, qui eſt ei proprius. Iudi. 5. Pſallam ipſi Iehoua deo meo Iſrael. Pſal. 33. In nablo & decachordo pſallite ei. Pſalm. 98. Pſallite ipſi Iehoua in cithara & uoce pſalterij. Secundo, cum pronomine אֶל quod notat motum ad locum. Pſal. 59. Robur meum ad te pſallam. Tertio, ſine articulo, & tum ſignificat pſallendo prædicare ſeu celebrare. Pſal. 7. Et pſallam nomen Iehoua, id eſt, prędicabo. Pſal. 9. Pſallam nomē tuum Altiſſime. Pſal. 21. Cantabimus & pſallemus fortitudinem tuam. Pſal. 66. Pſallite gloriam nominis eius. Pſal. 147. Quoniam bonum eſt pſallere deum noſtrum. Similiter quando conſtruitur cum pronomine affixo. Pſal. 30. Pſallat te gloria & non taceat. Pſal. 57. Pſallam te pſalmis in populis. Pſal. 138. Coram dijs pſallam te.

INDE NOMINA:

זְמוֹרָה Palmes, ab incidēdo. Num. 13. Reſecuerūt ibi palmitem, & botrum uuarum. Ieſ. 7. Et palmitem peregrino inſeres ei. Ezech. 8. Ecce ipſi porrigūt palmitē ad naſum ſuum. Deſcribit ritum colentium idola, applicantium ad nares palmitem. Ezech. 15. Quod erit lignum uitis præſtantius alijs lignis, palmes illa quæ eſt inter ligna ſyluæ. Et pluraliter in forma maſculea זְמוֹרִים Nahum 2. Quoniam euacuauerūt eos euacuatores, & palmites eorum abſtulerunt.

זָמִיר Palmes. Ieſa. 25. Palmes prævalidorum deprimetur. Item inciſio ſeu putatio. Cant. 2. Tempus inciſionis ſeu putationis attigit. aliqui tamen pro cantu auium accipiunt, & interpretantur, & inde ab auium cantu etiam Germanis æſtatem dictā eſſe Sommer, quanquam exiſtimem dictum à Sole, aut ſi eſt ab Hebræo mutuatum, dici ab inciſione quòd æſtatis tempore fit inciſio graminum, arborum, herbarum, uitium, frumentorum & aliorum terræ naſcentium.

זִמְרָה Palmes. Et in ſtatu regiminis זִמְרַת Geneſ. 43. Accipite de palmite terræ in uaſa ueſtra. pro quo Chaldæus מִשְׁבְּחָא quem alij ſequuti uerterunt de melioribus terræ. Ego autē arbitror generaliter & collectiuè ſignificare fructus deciſos, ut ſtacten, reſinam, mel, lotum, quæ inciſione proueniunt.

זֶמֶר Nomen animalis, quod Chaldæus דִּיצָא alij Camelopardum, imitātes ſeptuaginta, alij capram rupicolam, alij Alcen. Arbitror autem nomen id habere ab inciſione palmitum ſeu ramorum quos in cornibus habet & barbaris dictum Rangiferum, Latinis Ramiferum. Deut. 14. Et urum, & Ramigerum.

מַזְמֵרוֹת Falculæ, inſtrumenta ſeu cultelli quibus uites inciduntur. Ieſaiæ 2. Cudent gladios in uomeres, & cuſpides in falculas. Ioelis 4. Cudite uomeres ueſtros in gladios, & falculas ueſtras in lanceas. Ieſ. 18. Et excidet ramuſculos falculis.

מְזַמְּרוֹת Inſtrumenta quibus fiunt inciſiones: poteris uertere forcipes quibus lichni igne uſti præſcinduntur. 1. Reg. 7. & 2. Reg. 12. Item 2. Paral. 4. Ier. 52. Quidam tamen pro pſalterijs accipiunt, inſtrumentis muſicis.

זִמְרָת Nomen inſtrumenti muſici, quod pſalterium uertere licebit: dictū quòd in eo Pſalmi decantentur. Pſal. 81. Sumite pſalterium & date tympanum. Pſal. 98. Pſallite Iehoua in cithara, & uoce pſalterij. Ieſaiæ 51. Lætitia & gaudium inuenietur in ea, celebratio & uox pſalterij. In ſtatu regiminis זִמְרַת. Amos 5. Aufer à me ſonitum canticorum tuorum, & modulationem nablorum tuorum non audiam. Legitur tamen זִמְרָת in ſtatu abſoluto. Exod. 15. & Pſalm. 118. Item Ieſaiæ 12. Robur meum & Pſalmus.

מִזְמוֹר Pſalmus, carmen, uerſus, metrum. Et hoc nomine multi inſcripti ſunt Pſalmi, ut Pſal. 98. Item 3. &c. Et aliquando habet præcedens nomen שִׁיר Pſal. 48. Canticum Pſalmi filiorum Korach. Item Pſal. 66. & Pſal. 83. Interdum autem ſequitur. Pſal. 30. Pſalmus, canticum dedicationis domus Dauidis. Pſal. 67. & 92.

זְמִירוֹת Pſalmi, carmina, modulationes conciſæ. 2. Sam. 23. Et ſuauis Pſalmorum Iſrael. Iob 35. Nec quiſquam dicit ubi eſt deus factor meus, qui dat Pſalmos in nocte. Pſal. 95. In Pſalmis iubilemus ei. Pſal. 119. Pſalmi fuerunt mihi ſtatuta tua. Ieſaiæ 24. Ab ala terræ Pſalmos audiuimus.

399

**זָנָב** Significat caudam ſeu extremitatē cuiuslibet rei uel animatæ uel inanimatæ.

Iud.15. Et uertit caudam ad caudam. Deut.28. Et ponet te Iehoua in caput & non in caudam. Ieſaiæ 9. Et præcidet Iehoua ab Iſrael caput & caudam. Et mox iterum: Et propheta docens falſum ipſe eſt cauda. In ſtatu affixorum. Exod.4. Et apprehende in cauda eius. Iob 40. Cauda eius uelut cedrus. Et pluraliter זְנָבוֹת. Ieſaiæ 7. Et poſuit faciem intra duas caudas. Et in regimine זַנְבוֹת. Ieſaiæ 7. Et cor non molleſcat à duabus caudis titionum.

INDE VERBVM,

זִנֵּב Decaudauit, præcidit caudam ſeu extremum. Deut.25. Et decaudauit in te omnes debiles poſt te. Ioſue 10. Perſequamini inimicos ueſtros, & decaudetis eos.

זנה Vide paulò ſuperius proximè poſt זול ubi in forma inuſitata זנה inſeruimus, unà cum nominibus & deriuatis ibi explicatis.

400 זנח Amouit, remouit loco. Oſeæ 8. Amouit Iſrael bonum. Et mox iterum: Et amouit (hoſtis) uitulum tuum ô Samaria. Threnor.3. Remouit Iehoua altare ſuum. Pſal.88. Vt quid Iehoua amoues animam meam. Threnorum 3. Et remouiſti ex pace animam meam.

In tertia coniugatione הִזְנִיחַ Remouere fecit loco. 2. Paralip.28. Et remouere faciet te in perpetuũ. 2. Paral.29. Et omnia uaſa quæ remouere iuſſit rex Achaz, &c. Ieſaiæ 19. legitur interpoſita litera aleph הֶאֶזְנִיחוּ & neutraliter. Et amouebuntur loco flumina: uel ſic, recedent loco. Et apparet literam he eſſe poſitam pro thau characteriſtica quartæ coniugationis.

401 זנק Saltauit alacriter more leonis: legitur tantum uno in loco & neutraliter Deut. 33. Dan catulus leonis ſaltabit de Baſan.

402 זעך Significatione congruit cum uerbo דָּעַךְ. Sunt enim duæ primæ initiales literæ confines & ſymbolicæ. Legitur ſemel tantum in uoce paſſiua נִזְעָךְ, id eſt, extinctus eſt, ſcilicet cõpreſſione. Iob 17. Anhelitus meus corruptus eſt, dies mei extincti ſunt, ſcilicet quaſi lumen.

403 זעם Idem ſignificat, quod uerbum זָעַף: habent enim ultimas literas eiuſdem inſtrumẽti & ſymbolicas: ſignificant autem turbationem, cõmotionem, æſtum, & furorem. Malach.1. Et populum, quem furenter tractauit Iehoua perpetuo. Num. 23. Quomodo furenter tractabo, quem non furenter tractauit Iehoua. Et ibidem iterum: Et uade, & furenter tracta Iſraelem. Prou.24. Furẽter tractabunt eum plebes. Ieſaiæ 66. Et furenter tractabit inimicos ſuos. Dan.11. Et furenter aget contra pactum ſanctitatis. Zach.1. Furenter tractaſti ſeptuaginta annis.

Participium præſens זֹעֵם Pſal. 7. Et deus furenter agit quotidie.

Participium præteritum in ſtatu regiminis זְעוּם Prouer.22. Et furenter agitatus ipſius Iehoua, cadet ibi. Et in genere fœminino זְעוּמָה Micheæ 6. Et epha parcitatis, agitata.

In uoce paſſiua legitur participium pluralis numeri נִזְעָמִים Prou.25. Et facies furibundas, lingua abſconſionis.

INDE NOMEN,

זַעַם Commotio animi, furor. Pſal.78. Tam furor quàm anguſtia. Ieſaiæ 10. Et conſummabitur furor. & cap.30. Et labia eius plena ſunt furore. Thren.2. Et inſectatus eſt in furore iræ ſuæ regem, & ſacerdotem. Et in diſtinctione ſententiæ זָעַם Ieſ.26. Donec tranſeat furor. Ezech.22. Non compluta eſt in die furoris. In ſtatu affixorum mutat alterum pathah in ſeua. Pſal.38. Nõ eſt integritas in carne mea propter furorem tuum. Pſal.69. Effunde ſuper eos furorem tuum. Ieſaiæ 10. Et baculus ipſe in manu eorum furoris mei. Nahum 1. Coram furore eius quis ſtabit.

404 זעף Congruit ſignificatione cum uerbo זָעַם eò quòd ultimæ literæ ſint eiuſdem inſtrumenti, & ſymbolicæ: ſignificat enim feruere ſeu furere ira, uel turbari triſtitia, ſeu metu. Prouer.19. Et aduerſus Iehoua furet cor eius. 2. Paralip.26. Et furit Vziahu. Et iterum: Et in furendo ipſum cum ſacerdotibus, id eſt, cum ſic fureret.

Participium præſens זֹעֲפִים Gen.40. Et uenit ad eos Ioſeph mane, uidit eos, &

ecce conturbati. Dan. 1. Qui ſi uiderit facies ueſtras conturbatas præ pueris.

INDE NOMINA:

זָעֵף Conturbatus, commotus, furioſus. 1. Reg. 20. Et abijt rex Iſrael domum ſuam intractabilis & furioſus.

זַעַף Furor, æſtus, feruor, commotio ex ira. 2. Paral. 16. Quia in furore apud ſe ſuper hoc. & cap. 28. Et interfeciſtis eos in furore. Prouerb. 19. Quaſi fremitus leunculi furor regis. Ieſa. 30. In furore iræ, & flamma ignis abſumentis. Mich. 7. Furorem Iehoua portabo, quia peccaui ipſi. Et cum affixo. Ionæ 1. Et ſtet mare à furore ſuo.

405 זָעַק Generaliter ſignificat clamare propter anguſtiam, & compreſſionem animi, congruitq́ ſignificatione cum uerbo צָעַק, ac tantùm modo ſignificandi uariat à uerbo זָעַם. Primo, legitur abſolutè. Exod. 2. Ingemuerunt filij Iſrael propter ſeruitutem, & exclamauerunt. 1. Sam. 28. Et exclamauit uoce magna. 2. Sam. 13. Et poſuit manum ſuam ſuper caput ſuum, & ambulando ambulabat, & exclamabat.

Secundo conſtruitur cum אֶל Iud. 3. & 6. Et clamauerunt filij Iſrael ad Iehoua. Pſal. 142. Voce mea ad Iehoua clamabo. Tertio, regit poſt ſe accuſatiuũ mediante articulo אֶת Iud. 12. Acclamaui uos, & nõ ſaluaſtis me. Quarto, cum affixo. Nehe. 9. Et conuerſi acclamauerunt te & tu è cœlo exaudiebas. Quinto, cum datiuo mediante articulo lamed. Oſeæ 8. Mihi acclamare debuerant.

In uoce paſſiua נִזְעַק exclamatus, conclamatus eſt. Iudic. 18. Et uiri qui in domibus, quiq́ erant in domo Micha conclamati ſunt. Et mox iterum: Quid tibi quod exclamatus es? 1. Sa. 14. Et cõclamatus eſt Saul, & omnis populus, qui erat cũ eo.

In tertia coniugatione הִזְעִיק conſtruitur cum accuſatiuo mediante articulo אֶת. Iudic. 4. Et acclamauit Barak Zebulon. Et mox iterum: Et acclamauit Siſera omnem currum ſuum. Zacha. 6. Et acclamauit me, & loquutus eſt ad me. 2. Samuel. 20. Et dixit rex ad Amaſa, cõclama mihi uiros Iehuda: & abijt Amaſa, & conclamauit Iehudam. Et abſolutè legitur ſemel Iob 35. Præ multitudine iniuriarum exclamant.

INDE NOMINA:

זַעַק Nomen maſculini generis, clamor. Ieſaiæ 30. Ad uocem clamoris tui.

זְעָקָה Forma fœminini generis. Eſther 4. Et clamabat clamore magno. Ieſaię 15. Siquidẽ circumdedit clamor terminum Moab. & cap. 65. Vox fletus & uox clamoris. Iere. 5. Et clamor in gentibus exauditus eſt. In ſtatu regiminis זַעֲקַת. Prouer. 21. Qui obturat aurem ſuam à clamore exhauſti. In ſtatu affixorum זַעֲקָתָם Eſther 9. Ad ieiunia, & clamorem ipſorum. Iob 16. Neq́ ſit locus clamori meo, &c.

406 זְעֵר Parum, paulum, paululum, pauliſper, modicum: & eſt temporis. Ieſaiæ 28. Modicum ibi, modicum ibi. Et cum iod זְעֵיר Iob 36. Circui mihi paululum, & illuminabo te.

מִזְעָר Denominatiuum, parum, paululum, modicum. Et eſt aliquando temporis, ut Ieſa. 10. & 29. Adhuc ualde modicum. Aliquando quantitatis diſcretæ. Ieſaiæ 16. Et reliquum erit ualde modicum. cap. 24. Et relinquetur homo modicus, id eſt, homines pauci. Habet autem hoc nomen quandam cognationem cum uocabulo צער, & contrariam ſignificationem uerbo עָצַר.

407 זֶפֶת Pix. Exo. 2. Et bituminauit eam bitumine & pice. Ieſaię 34. Et uertentur torrentes eius in picem, & erit terra eius in picem ardentem.

408 זָקַק Defecatum, decolatum, ſubtiliatum eſt, neutraliter: & congruit ſignificatione cum uerbis צָרַף זָכַךְ זָכָה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Iob 28. Quoniam argento exitus, & locus auro, quo defecantur. & cap. 36. Quoniam ipſe diminuet ſtillas aquarum, quæ decolant pluuiam in uaporẽ ſuum.

In ſecunda coniugatione זִקֵּק. Malach. 3. Et ſedebit uelut excoctor & purificator auri, & emundabit filios Leui, & defecabit eos ſicut aurum & ſicut argentum.

Participium præteritum מְזֻקָּק Pſal. 12. Argentũ excoctum in ſublimatorio terreo, defecatum ſeptulum. Et pluraliter מְזֻקָּקִים Ieſa. 25. Et fecibus decolatis.

409 זִקִּים Genus uinculorum, quo manus uinciuntur ſeu conſtringuntur. Etſi quidam putent à זנק deriuatum, tamen ego exiſtimo cognationem habere cum uerbis חזק & אזק & dicta retinacula, ſeu apprehenſoria. Iob 36. Et ſi uincti in uinculis ſeu laqueis. Pſal. 149. Vt uinciant reges eorum in laqueis. Ieſaię 45. In manicis tranſibunt. Nahum 3. Et omnes magnates eius constricti fuerunt funibus. Dicuntur etiam hoc nomine alij laquei, qui incenſi igne ardent. Prouer. 26. Sicut abſcondit ſe qui eiaculatur laqueos, ſagittas & mortem. Ieſaiæ 50. Accinctòres laqueorũ. Item mox iterum: Et in laqueis quos accendiſtis. Legitur tamen bis in Ieremia cum aleph quieſcente אזִקִּים cap. 40. Et ipſe uinctus laqueis. Et mox iterum: Et ecce nũc

410 ſoluit e hodie ex laqueis, qui erant ſuper manibus tuis.

זָקֵן Senuit, cõſenuit, ſenex factus eſt, eſtq; contrarię ſignificationis uerbo זנק quod alacriter inſilire ſignificat. Geneſ. 27. Et factum eſt cum ſenuit Izhak. Ioſue 23. Et Ioſua ſenuit ueniteq; in dies, dixit Iehoua ad eum, tu ſenuiſti. Pſal. 37. Puer fui, etiam ſenui. Prou. 23. Neq; deſpicias, quando ſenuit mater tua. 1. Para. 23. Et Dauid ſenuerat, & ſatur erat dierum.

In tertia coniugatione הִזְקִין Iob 14. Si conſenuerit in terra radix eius. Prou. 22. Etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.

INDE NOMINA:

זָקֵן Nomen participiale, maſculini generis: ponitur interdum ſubſtantiuè, interdum adiectiuè. Et in ſtatu abſoluto ſignificat ſimpliciter ſenem, ut opponitur nomini נַעַר Gen. 19. & Ioſue 6. Eſther 3. A puero uſq; ad ſenem. Threnor. 2. Puer & ſenex. 2. Paral. 36. Non pepercit ulli iuueni, nec uirgini, nec ſeni, nec decrepito. Iob 42. Et mortuus eſt Iob ſenex, & ſatur dierum. Iere. 6. Senex cum pleno dierum. Ezech. 9. Senem, iuuenem, & uirginem, & paruulos & mulieres interficite. Adiectiuè. Geneſis 44. Eſt nobis pater ſenex. Iudic. 18. Ecce uir ſenex uenit. In ſtatu regiminis זְקַן Gen. 24. Et dixit Abraham ad ſeruum ſuum ſeniorem domus ſuæ. Et obſeruabis quod hoc nomen in ſtatu regiminis, quando de publicis perſonis dicitur, ponatur nõ tam de ſenibus ætate, quàm de publicis perſonis in adminiſtratione cùm œconomica, tum politica & eccleſiaſtica conſtitutis: quare dignitatis eſt, & officij publici, potius quàm ætatis: quanquam illi ad rerum gubernacula adhibẽtur, qui ſenes ſunt, & longam habent multarum rerum experientiã. Vnde cõmuniter per comparatiuum uertitur, Senior, qui alijs etiam ætate ſenibus propter publici miniſterij dignitatem anteponuntur. Deinde ſcias quòd ſingulariter nuſpiam in tota ſcriptura legatur in ſtatu affixorum. Et pluraliter זְקֵנִים ſenes poſitiuè, ſenes ſcilicet ætate. Iob 32. Quia ſenes ſunt pluſquam ipſe in diebus. Pſal. 148. Iuuenes & uirgines, ſenes cum pueris. Prouer. 17. Corona ſenum, filij filiorum. & cap. 20. Decus ſenum canicies. Ieſaię 21. Pueros & ſenes. Eſdræ 3. Et ſenes qui uiderãt domum priorem. Sed frequentius in comparatiuo, ut eſt dignitatis & publici officij. 1. Regum 12. Sed dereliquit conſilium ſeniorum, qui conſuluerant ei, & cõſultauit cum pueris. 2. Reg. 10. Et miſit in Samariam ad principes Iezreel, ſeniores & ad nutritios Achab. Eſdræ 10. Iuxta conſilium principum & ſeniorum. Iob 12. Aufert labium de ueracibus, & rationem ſeniorum tollet. Atque etiam hic diſcrimen eſt obſeruandum inter זְקֵנִים & שָׂרִים רָאשִׁים. Principes & capita plerunq; ijdem ſunt, hoc eſt capitanei, officiales tam domi quàm militiæ, ideoq; ſępe unum pro alio ponitur, ſed in aulis regum ſeniores ſunt ipſi conſiliarij, & in ciuitatibus ſiue regionibus ſiue populo ipſi magiſtratus, qui prudentia & conſilijs res publicas gubernant: שֹׁפְטִים ſunt iudices, qui cauſas cognoſcunt & dijudicant, שֹׁטְרִים uero ſunt pedelli magiſtratus & iudicum. In ſtatu regiminis & affixorum ſemper de illis dicitur qui alios antecedunt dignitate, & ſunt in magiſtratu. Numeri 11. Cõgrega mihi 70. uiros ex ſenioribus Iſrael, quos noſti, quod ſeniores populi & præfecti eius ſunt. Deuter. 5. Acceſſiſtis ad me cum capitibus baculorum ueſtrorum, & ſeniorum ueſtrorum. & cap. 21. Egredientur ſeniores tui & iudices tui. cap. 29. Vos omnes ſtatis hodie coram Iehoua deo ueſtro, capita ueſtra, baculi ueſtri, ſeniores

ueſtri,atque omnes uiri Iſrael.Ioſue 23.Et uocauit Ioſue uniuerſum Iſrael, ſeniores eius,capita eius,iudices eius, & præfectos eius.Iudic.8. Et conſcripſit ei principes Succoth & ſeniores eius. 2.Reg.19. & Ieſaiæ 37. Et ſeniores ſacerdotum opertos ſaccis.Iere.19. De ſenioribus populi, & de ſenioribus ſacerdotum. Et pluraliter in genere fœminino זְקֵנוֹת Zach.8.Adhuc habitabunt ſenes & ſenes.prius eſt maſculinum,alterum fœmininum.

זְקֻנִים Nomẽ uoce pluralis numeri,ſignificatione ſingularis,ſenectus:ſicut נְעוּרִים בְּתוּלִים זְנוּנִים pueritia,uirginitas,meretricatio,&c.Legitur ſemel Gen.37. Quoniam filius ſenectutis ipſe ei,id eſt,quam ſenex genuerat.

זֹקֶן Senectus, ſenium. Geneſis 48. Oculi Iſrael erant graues præ ſenio, nec poterat uidere.

זִקְנָה Senectus.Pſalm.71.Ne abijcias me in tempore ſenectutis.Et mox iterum: Quinetiam ad ſenectutem & caniciem Deus ne deſeras me.Ieſ.46. Vſq; ad ſenectutem ego ipſe; & uſq; ad caniciem ego portabo. Et in ſtatu regiminis זִקְנַת 1.Reg.11. Et factum eſt in tempore ſenectutis Salomonis. Et cũ affixis.Gene.24. Poſt ſenectutem ſuã.1.Reg.15. Tantum in tẽpore ſenectutis ſuæ ægrotauit pedibus ſuis.

זָקָן Barba,nomen generis communis, & inde nomen, quòd ſeniores geſtabant barbas.Ierem.48.Omnis barba raſa.cap.41.Raſi barba.Exod.13.In capite, uel barba. Et in ſtatu regiminis זְקַן 2.Samuelis 20. Et apprehendit manu dextra Ioab in barba Amaſæ,ut oſcularetur eum.Pſal.133. Vſq; in barbam, barbam Aaron. Similiter punctatur in ſtatu affixorum.Leuitic.14.Radet omnes pilos ſuos, nempe caput ſuum & barbam ſuam. Leuitic.19. Non perimas extremitatem barbæ tuæ. 1.Samuelis 17.Et apprehendi in barba eius.2.Samuel.10.&c. 1.Paralip.19. Creſcat barba ueſtra.

411 זָקַף Erexit. Et legitur tantum ex eo participium præſens maſculini generis זוֹקֵף. Pſalm.146.Iehoua erigit incuruatos. & Pſal.45. Et eſt erector omnibus incuruatis. Et eſt hîc obſeruandum quòd Grammatici Hebræorum duos habeant accentus ſubdiſtinctiuos,quos nomine זָקֵף uocant, uidelicet זָקֵף קָטֹן qui habet duo puncta ſimilia ipſi ſeua ſuprà ſyllaba in altum erecta. Deinde זָקֵף גָּדוֹל qui eadem duo puncta eodem modo habet,ſed à ſiniſtra parte iuxta hæc duo puncta, uirgulam quoque erectam ſic ׀:, atq; plus diſtinguit quàm prior. Legitur autem poſterior rarius.

412 זָרַב Non legitur in hac forma niſi ſemel in uoce paſſiua ſecundæ coniugationis,ac ſignificatione congruit cum uerbis סרב צרב צרף שרב & שרף: ſignificat enim aduri.Iob 6.In tempore,quo adurentur,conſtringentur,& incaleſcendo eos,extinguentur de loco ſuo.

413 זָרָה In modis ſignificandi perinde ſe habet,atq; uerbum זור, tametſi in primo ſignificandi modo tantum ſemel,& in tertia coniugatione ſcriptum ſit, ubi ea, quæ diſſoluta & ſparſa erant ſignificat complicare,& accingere, congruitq; ſignificatione cum uerbo אָזַר 2.Sam.22. Accinxiſti me fortitudine ad bellum. pro quo tamen Pſal.18.uſurpatum eſt in ſecunda coniugatione, ſicut & Pſal.139. Semitam meam & cubile meum circumcinxiſti,id eſt,accinctus circumdediſti.

Deinde in altero modo ſignificandi contrario,ſignificat ſpargere, ſparſim abijcere,uentilare. Exod.32. Et comminuit in puluerem & ſparſit ſuper faciem aquæ. Num.17. Et ignem ſparge hinc inde.Ieſ.30. Sparſim abijcies ea tanquã mẽſtruum.

Participium pręſens זֹרֶה Ruth 3.Et ipſe uentilat in area hordeum in ipſa nocte.

In uoce paſſiua נִזְרָה Ezech.6. Dum uos diſperſi, erit in regiones.& cap.36. Et diſperſi eos in Gentes,& diſperſi ſunt in regiones.

In ſecunda coniugatione זֵרָה Leuit.26.Et diſpergam uos in Gentes. Prouer.15. Labia ſapientum diſpergunt ſcientiam,id eſt,ſeminant.Iere.51.Et mittam in Babylonem uentilatores & uentilabunt eam.

Participium præſens מְזָרֶה Prouerb.20.Rex ſedens pro tribunali,diſpergit oculis ſuis omne malum.

Participium præteritum מְזֹרָה Prouerb.1. Fruſtra ſpargitur rete ob oculos habentium alas.

In uoce paſſiua יְזֹרֶה Iob 18.Et ſpargetur ſuper habitaculum eius ſulphur. Pſalm. 58.Diſperſi ſunt à matrice.

Participium præſens זֹרֶה Ieſaiæ 30. Quod uentilatum eſt uentilabro & uanno.

INDE NOMINA:

זֵר Peripheria, circumferentia, corona, cinctura, qua extremitates in arca fœderis, menſa, & altare thimiamatis cinctæ erant. Exod.25. Et facies ei coronam in circuitu. Et cum affixo ſeruat zere. Exod. 30. Et facies duos annulos aureos ſub corona eius.

זַרְזִיר Vide paulo inferius in quadriliteris.

זֹרִים Nomen participiale, pro זוֹרִים diſperſores, uentilatores. Iere.51. Et mittam uentilatores in Babylonem, & uentilabunt eam.

מִזְרֶה Ventilabrum. Ieſaiæ 30. Quod uentilatum eſt uentilabro, & uanno. Iere.15. Et uentilabo eos uentilabro.

מַזָּרוֹת Pro lucifero communiter accipiunt, eò quòd ſpargat undique radios ſuos, & tenebras diſpellat: alij pro uentis ſeptentrionalibus, qui ſunt frigidi: alij pro arcturo. Iob 38. Aut ſi poteris educere planetas in tempore ſuo.

מְזָרִים Hieronymus pro acturo accepit. Eſt autem dictus à uentis uehementibus & frigidis qui diſpergunt & uentilant res. Iob 37. Et à Septentrione frigus, &c. ſed uide in זֶרֶם.

414 זרח Exortum eſt, ſparſit ſeu diffudit ſe. Pſalm.112. Exortum eſt in tenebris lumen rectis. Gene.32. Et exortus eſt ei ſol. 2.Sam.23. Et ſicut lux matutina, quando exoritur ſol. Iob 9. Quis dicit ſoli ut non exoriatur. Malach.4. Et orietur uobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitię. Deut.33. Et dixit, Iehoua de Sinai uenit, & ortus eſt de Seir. Ieſaiæ 60. Gloria Iehoua ſuper te exorta eſt. 2.Paral.26. Et lepra exorta eſt in fronte coram ſacerdotibus.

Participium præſens זוֹרֵחַ Eccl.1. Et ad locum ſuum anhelat, & oritur ibi.

INDE NOMINA:

זֶרַח Ortus, cum affixo. Ieſaiæ 60. Et reges ad ſplendorem ortus tui.

מִזְרָח Ortus, Oriens. Pſal.103. Quantum diſtat ortus à ueſpera. Zachar.8. E terra Orientis. Numeri 21. Iuxta planiciem Moab ab ortu ſolis. Et quando additur in fine he, tum notat motum ad locum. Exod.27. Ad orientem. Legitur tamen ſemel per apocopen 1.Paralip.9. Ad quatuor uentos erant ianitores, ad Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem.

אֶזְרָח Indigena, qui non aliunde uenit, nec alibi ortus eſt, eſtq́ contrarium nomini גֵּר. Leuit.16. Indigena & aduena. Num.9. Statutũ unum erit uobis, aduenæ & indigenæ terræ. Ezech.47. Et ſint uobis uelut indigena inter filios Iſrael. Et dicitur ſemel de arbore non aliunde tranſplantata, ſed quæ eſt in eo loco, ubi orta eſt: Pſalm.37. Vidi Improbum potentem & uirẽtem quaſi indigenam. pro quo alij cedrum, alij laurum tranſtulerunt.

אֶזְרָחִי Cognomen uiri, cuius fit mentio Pſal.88. Intellectus Haman Ezrahitæ.

415 זרם Subitaneauit, præcipitauit, fluctuauit raptim. Et ut literarum tantum poſitu, ita modo tantum ſignificandi differt à uerbo רָזַם, quod nictare oculis (quod raptim fit) ſignificat. Item à uerbo זמר quod abripere, ſeu raptim abſcindere notat. Pſal.90. Abripuiſti eos, ſomnus erunt.

In ſecunda cõiugatione uoce paſſiua זֹרְמוּ. Pſal.77. Eruptę ſunt aquæ è nubibus.

INDE NOMINA:

זֶרֶם Fluxus, ſcilicet repentinus & impetuoſus, imber rapidus, cataracta, ſeu fluctuatio, & inundatio celera, quæ ex abrupto fit: ein platzregen. Iob 24. Ab imbre montium madeſient. Ieſaiæ 4. In abſcõſionem ab imbre & à pluuia. Et cap.25. Defenſio ab imbre, umbra ab æſtu. cap.28. Sicut cataracta grandinis. Habakuk 3. Cataracta

aqua-

aquarum tranſiit. Et in diſtinctione ſententiæ זֶרֶם Ieſaiæ 32. Et abſconſio imbris.

זִרְמַת Fluxus, imber, cataracta: legiturq́ in ſtatu regiminis & affixorũ. Ezech. 23. Quorum caro eſt ſicut caro aſinorum, & fluxus equorum fluxus eorum.

מְזָרִים Fluxus, imber. Iob 37. Poſt tremorem ueniet tempeſtas, & poſt imbrem frigus.

416 זרע Seminauit, ſeuit, ſemen proiecit, & ſparſit ad cõſeruationem & ſuſtentationem ſpeciei. Et nonnihil habet commune cum uerbis זָרַר & זָרָה. Iudic. 6. Quum ſeminaſſet Iſrael, aſcendebat Midian. Oſeæ 12. Seminauerunt tritica. Eccl. 11. Mane ſemina ſemen tuum. 2. Reg. 19. Seminate & metite. Iob 31. Seminabo & alius comedet. Eccleſiaſt. 11. Obſeruans uentum, non ſeminabit. Ieſaiæ 28. Num tota die arabit arans ad ſeminandum. Deut. 22. Non ſeres uineam tuam diuerſis ſeminum generibus. Ieſa. 17. Et ramum alieni inſeres eum.

Participium præſens זוֹרֵעַ Prouerb. 11. Et ſeminanti iuſtitiam merces fidelis. & cap. 22. Seminans iniuſtitiã, metet iniquitatem. Et pluraliter זוֹרְעִים Pſal. 126. Qui ſeminant cum lacryma, cum exultatione metent. In ſtatu regiminis זוֹרְעֵי Iob 4. Et ſeminantes iniquitatem, metent eam.

Participium præteritum זָרוּעַ Pſal. 97. Lux ſeminata eſt iuſto, id eſt, diſperſa. Et in genere fœminino זְרוּעָה Iere. 2. In terra non ſeminata.

In uoce paſſiua נִזְרַע Numeri 5. Et ſeminabitur ſemine. Ezech. 36. Et colemini & ſeminabimini. Nahum 1. Non ſeminabitur ſemine tuo.

In ſecunda coniugatione uocis paſſiuæ זֹרָע Ieſaiæ 40. Etiam non ſeminabũtur.

In tertia cõiugatione הִזְרִיעַ ſeminificauit, ſemen ſuſcepit. Leuit. 12. Mulier cum ſeminificauerit, & pepererit maſculum.

Participium præſens מַזְרִיעַ Geneſis 1. Germinet terra germen, herbam ſeminificantem ſemen.

INDE NOMINA:

זֶרַע Generaliter omne ſemen, unde ſpecies ſuſtentatur, ſementum. Geneſis 1. Herbam ſeminificantem ſemen. cap. 8. Sementi & meſſis. cap. 4. Poſuit mihi deus ſemen alterum. Item pro prole ſeu poſteritate. Geneſ. 20. In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes. Leuitic. 20. Qui dederit de ſemine ſuo ipſi Molech. pro quo ſæpe alibi declarandi cauſa ponitur filios ſeu filias. Deut. 25. Si quis mortuus fuerit non habens ſemen. In ſtatu affixorum mutat ſægol in pathah, & pathah in ſeua. Gen. 1. Et ſemen eius in eo. cap. 3. Inter ſemen tuum, & inter ſemen illius, ipſum conteret caput tuum. & cap. 22. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes. cap. 24. Et hęreditet ſemen tuum portam inimici eius. Similiter in plurali ſtatus affixi. 1. Sam. 8. Et ſemina ueſtra & uineas ueſtras, id eſt, ſata.

זֵרָע Semen, granum. Et in ſtatu regiminis זֵרַע Num. 11. Sicut ſemen coriandi.

זֵרוּעַ Nomen adiectiuum, ſeminarium, quod ſcilicet eſt ſeminabile. Leuit. 11. Et ſi cadet de cadauere eorum ſuper ſemen ſeminabile, quod ſeminabitur, quod ſcilicet ex ſatione prouenit, & ad ſeminandum ſeruatur.

זֵרוּעַ Et pluraliter זֵרֹעִים ſemina, grana, legumina. Daniel. 1. Et dent nobis de leguminibus. Et cum nun paragogico זֵרְעֹנִים Dan. 1. Et dabat eis legumina.

מִזְרָע Semen, ſementum. Ieſa. 19. Et omne ſementum riui areſcet.

זְרוֹעַ Brachium, quod & quo ſpargitur & uentilatur. Et tam de brachio hominis, quàm armo animalium dicitur. Et quia ingens robur ineſt brachijs, metaphoricè pro potentia & ſuſtentatione ſæpe accipitur. Exod. 6. Et redimam uos in brachio extento. Numeri 6. Et armum coctum arietis. Deuteron. 18. Dabunt ſacerdoti armum. Pſal. 10. Frange brachium improbi. Similiter ſe habet in ſtatu affixorum. Ieſaiæ 30. Et depreſſionem brachij ſui oſtendet. Ieſaiæ 63. Et ſeruabit mihi brachium meum. Et pluraliter זְרֹעִים. Danielis 11. Et brachia ex nobis ſtabunt. Et in ſtatu regiminis זְרֹעֵי Gene. 49. Brachia manuum eius. 2. Reg. 9. Et percuſſit Iehoram inter brachia eius. Legitur etiã in forma fœminina זְרוֹעָה. Deut. 33. Subter brachia ſeculi. Iob 22. Brachia pupillorũ conterentur. Ezech. 30. Et roborabo brachia

regis Babel.Pſal.18. Depreſſus eſt arcus æreus brachijs meis. Prouer.31. Et corroborat brachi a ſua.

אֶזְרֹעַ Brachium, per protheſin literæ aleph. Ierem.32. In brachio extento. Iob 31. Et brachium meum à canna frangatur.

417 זָרַק Sparſit, aſperſit, fudit. Exod.24. Et dimidium ſanguinis aſperſit ſuper altare. Et cap.9. Accipite uobis plenum pugillum fauilla fornacis, & ſparger illam Moſes in cœlum. Ezech.36. Et aſpergam ſuper uos aquam mundam. Oſeæ 7. Aſperſa eſt canicies in eo. Ezech.10. Et imple uolas tuas carbonibus ignis de medio Cherubim & aſperge ſuper ciuitatem. Leuit.2. Et ſanguinem eius ſparget. Ezech.43. Et ad ſpargendum ſuper eum ſanguinem.

Participium præſens זֹרֵק. Leuit.16. Sacerdoti ſpargenti ſanguinem. Et pluraliter זֹרְקִים. 2.Paralip.30. Sacerdotes ſpargentes ſanguinem.

INDE NOMEN;

מִזְרָק Aſperſorium, infuſorium, uas in quod, uel ex quo aliquid ſpargitur, ſeu funditur. Hieronymus uertit phialam. Numeri 7. Aſperſorium unum argenteum. Zach.9. Et implebunt quaſi aſperſorium. Et pluraliter מִזְרָקִים Zachar.14. Quaſi aſperſoria ante altare. In ſtatu regiminis מִזְרְקֵי. Numeri 7. Duodecim aſperſoria argenti. Amos 6. Qui bibunt in aſperſorijs uini. Legitur etiam in forma fœminina מִזְרָקוֹת 1.Reg.7. Et aſperſoria. Exod.27. Et aſperſoria eius.

418 זֶרֶת Tantum ſpacij, quãtum uir metitur extentione palmi, inter pollicem & auricularem, & nos Latinè palmum, Germanice ein ſpanne oder ſpann lang uocamus, quorum duo cubitum faciunt. Exod.28. Quadratum erit, & duplicatum: palmus longitudo eius, & palmus latitudo eius. Ieſaiæ 40. Et cœlum palmo confirmauit. Ezech.43. Per circuitum palmus unus. Et in diſtinctione ſententiæ זָרֶת. 1.Sam.17. Altitudo eius ſex cubiti, & palmus.

## DE QVADRILITERIS ET PEREGRINIS.

419 זַלְעָפָה Nomen fœminini generis cõſtans quinq; literis, & ſignificat aduſtionem, ardorem, æſtum. Et inuenitur tantum ter in ſacris Biblijs. Pſal.119. Aduſtio corripuit me ab improbis. Et pluraliter זַלְעָפוֹת. Threnor.4. Cutis noſtra quaſi clibanus aduſta eſt à facie aduſtionum famis. Et cum nomine רוּחַ coniunctum, & habẽs in prima hirik זִלְעֲפוֹת Pſal.11. Pluet ſuper improbos, laqueos, ignẽ, & ſulphur, & uentus aduſtionum portio calicis eorum.

420 זַרְזִיף Legitur tantum uno in loco. Pſal.72. Deſcẽdet ſicut pluuia ſuper detonſum. ſicut guttæ, irroratio terræ. ut ſit appoſitio, & quaſi expoſitio uocis רְבִיבִים Similis appoſitio etiam legitur Ieſaiæ 30. Riuuli, fluenta aquarum. Significat autem humorem roſcidum ſeu irrorationem.

421 זַרְזִיר Sicut à בָּזַז deriuantur nomina מְזוּזָה & זִיז abiecta litera ſubſtantiali beth, ita à uerbo בָּזַר deducitur זַרְזִיר quod leopardum ſignificat à diſtrahendo appellationem habens, quòd dicitur diſtractor: commendatur autem à Salomone à lumborum agilitate & firmitudine Prou.30. Tria illa bonum faciunt inceſſum, & quatuor bonam faciunt ambulationem: Leo præualidiſſimus inter animalia qui non auertit ſe à quoquam: Leopardus lumborum.

# ח

Pſal.119.

## חַסְדְּךָ יְהוָה מָלְאָה הָאָרֶץ חֻקֶּיךָ לַמְּדֵנִי׃

422 **חָח** Vt forma,ita ſignificatione cognationem habet cum חוֹחַ & אַח Et ſignificat inſtrumentum inſtar ſpinæ fabrefactum ex auro,quo ueſtis configitur, & Latinè uncinũ,ſeu fibulam,ſeu ſpinã appellare licebit, Germani uocant Haken, mutuato ab Hebræis uocabulo. Gen.35. Attulerunt ſpinã & inaurem,& anulum. Et pluraliter חַחִים id eſt,ſpinæ, id eſt,inſtrumenta facta in modum ſpinę,quibus captiui figebantur. Ezech.19. Et adduxerunt eum in ſpinis,in terram Ægypti. & cap.38. Et ponam ſpinas in maxillas eius.

423 **חָבַב** In ſinum abdere,inſinuare,complecti amore. Deut.33. Etiam complectitur populos. Congruit autem ſignificatione cum uerbis iſtis חָבָה & חָבָא.

INDE NOMEN,

חֹב Sinus, gremium, quo quis aliquid abdere poteſt. Et in ſtatu affixi mutat holem in kybutz daggeſſata litera beth. Iob 31. Ad abſcondendum in ſinu meo iniquitatem meam.

424 **חָבָא** Legitur in hac uoce in prima coniugatione tantum in uoce paſſiua נֶחְבָּא ſignificatione neutrali & intranſitiua, & ſignificat occultari, abdi metu: congruitq́ ſignificatione cum חָבָה & חָבַב, niſi q modo ſignificandi inter ſe uarient. Iud.9. Et relictus eſt Iothã filius Ierubaal paruus,quia abditus fuerat. 1.Sam.10. Ecce ipſe abditus eſt apud uaſa. Gen.3. Cũ nudus eſſem, mox abdidi. cap.31. Quare abdidiſti ut fugeres, & furatus es me. Ioſue 10. Et abditi ſunt in cauerna. 1.Sam.19. Sed eas in abſconſione,& ſis abditus. Iob 5. A flagello linguæ abderis. & ca.29. Et uox principum abdebatur. Amos 9. Et ſi abderentur in cacumine cameli. 1.Reg.22. Intra cubiculum ad abdendum. 2.Reg.7. Et egreſſi ſunt ex caſtris,ut abderẽtur in agro. ubi data opera ſcriptũ eſt cum he loco aleph, ut ſignificaret non metu ſe abdidiſſe, ſed ut clàm inſidias ſtruerent. Dan.10. Et fugerunt ut abderentur.

Participium נֶחְבָּא 2.Sam.17. Ecce nunc ipſe abditus in una fouearum. Iere.49. Et abditus eſſe non poterit. Et pluraliter נֶחְבָּאִים Ioſue 10. Inuenti ſunt quinq; reges abditi in cauerna.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua חֻבָּא. Iob 24. Simul abduntur oppreſſi terræ.

In tertia coniugatione הֶחְבִּיא abdidit. Ioſue 6. Quoniam abdidit nuncios. ubi tamen irregulariter ſcribitur pro הֶחְבִּיאָה, ut paulo inferius regulariter eſt poſitum. 1.Reg.18. Et abdidit eos, nempe quinquaginta uiros in cauerna. Et mox iterum: Et abdidi de prophetis Iehoua. Ieſaiæ 49. Sub umbra manus ſuæ abdidit me.

In uoce paſſiua הָחְבָּא. Ieſaiæ 42. Et in domibus carcerum abditi ſunt.

In quarta coniugatione הִתְחַבֵּא. Gen.3. Et abdidit ſe Adam, & uxor eius à facie Iehoua dei. 1. Samuelis 13. Et abdiderunt ſe populus in cauernis. Iob 38. Quæ ſi lapide abdunt ſe.

Participium מִתְחַבֵּא. 2.Reg.11. Et fuit cum ea in domo Iehoua abditus ſex annis. 2.Paralip.22. Et ipſe abditus erat in Samaria. Et pluraliter מִתְחַבְּאִים 1.Samuelis 14. Et omnes uiri Iſrael abditi erant in monte Ephraim. 1.Paral.21. Et quatuor filij eius cum ipſo abditi.

INDE NOMEN,

מַחֲבָא Abditum, latibulum. Ieſaiæ 32. Et erit ille tanquam abditus uento, id eſt, à uento. Et pluraliter מַחֲבֹאִים. 1.Samuelis 23. Et cognoſcite de omnibus abditis, id eſt, latibulis.

425 **חָבָה** Abdidit: congruit ſignificatione cum uerbis חָבָא & חָבַב Ieſaiæ 26. Abde te modicum temporis donec tranſeat furor.

INDE

INDE NOMINA:

חֶבְיוֹן Abditum, latibulum, latebra. Habakuk 3. Et ibi latebra fortitudinis ſuæ.

מַחֲבַת Inſtrumentum ferreum, in quo abditur res frigenda & comprimitur, **ein pfanne.** Leuit. 2. Et ſi oblatio in ſartagine. & cap. 6. In ſartagine in oleo fiat uectura. Ezech. 4. Et tu accipe tibi ſartaginem ferri.

חֲבִתִּים Sartaginalia. 1. Paralip. 9. In fide erat ſuper opere ſartaginalium.

426 חבט Excuſſit, & de excuſſione dicitur, qua uel frumẽta, uel fructus de arboribus, ſeu legumina ex folliculis excutiũtur, quę fit ſucciſione quadã: quare ſignificatione conuenit cum uerbo חָטַב, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uariẽt. Deut. 24. Cum excuſſeris oliuas tuas. Ruth 2. Et excuſſit quod collegerat. Ieſ. 27. In die illa excutiet Iehoua ab alueo fluminis, uſq; ad flumen Ægypti, & uos filij Iſrael colligemini. quo loco metaphoricè eſt uſus Propheta.

Participium præſens חֹבֵט Iud. 6. Giddeon filius eius excutiebat triticum.

In uoce paſſiua יֻחְבַּט Ieſ. 28. Sed uirga excutietur Gith.

427 חבל Duas habet contrarias ſignificationes: primo ſignificat contrahere, conſtringere, obſtringere, obligare, colligare tanquam fune. Et ſic utuntur Hebręi hoc uerbo, pro eo quod Latini uocant pignus accipere: ſumitur aũt pignus à creditore, ut ſit uinculum datę fidei: nos interpretabimur nunc uerbo obligãdi, nunc pignorandi. Exo. 22. Si obligando obligaueris ueſtimentum proximi tui, in occaſu ſolis reſtitues illud ei. Deut. 24. Nõ obliget molam inferiorẽ & ſuperiorẽ. Et mox iterũ: Non obligabit ueſtimentum uiduæ. Iob 22. Quoniam obligaſti fratrem tuum ſine cauſa. Iob 24. Et ſuper oppreſſum obligabunt, id eſt, pignus accipient, ſeu pignus imponent. Ezech. 14. Et funem non cõſtrinxerit, id eſt, pignus non pignorauerit.

Participiũ præſens, ſeu potius nomen participiale חֹבֵל, de quo inter nomina.

Participium præteritum pluralis numeri חֲבֻלִים. Amos 2. Et ſuper ueſtimentis obligatis accumbunt iuxta omnia altaria, id eſt oppignoratis.

In ſecunda coniugatione חִבֵּל & intendit ſignificationem. Prou. 20. Tolle ueſtimentum eius, qui ſpondet pro alio, & propter alienam obliga eum, id eſt, accipias ab eo pignus.

INDE NOMINA:

חֹבֵל Nomẽ participiale, & ſignificat eũ, cui in naui cum funibus eſt negociũ, nauta, nauclerus, gubernator, q.d. funarius. Ionæ 1. Et acceſſit ad eum magiſter ille funarius. Et pluraliter חֹבְלִים Ezec. 27. Ipſi ſunt funarij tui. Et mox iterũ: Omẽs funarij maris.

חֶבֶל Funis. Ioſue 2. Et demiſit eos fune per feneſtrã. Iob 40. An extrahes Leuiathan hamo, aut funem immerges linguę eius. Zach. 2. Et in manu eius funis mẽſorius. Micheæ 2. Non erit tibi, qui proijciat funem pro ſorte in eccleſia Iehoua. Accipitur tamen ſæpe figurate pro tanto ſpacio, quantũ funiculo menſuratur. Deut. 3. Sexaginta ciuitates totius funiculi Argob. cap. 32. Funiculus hæreditatis eius. Ioſue 17. Quare dediſti mihi in hæreditatem ſortem unam, & funiculum unũ. Zoph. 2. Habitatores funiculi maris. Legitur tamen ſemel cum quinq; punctis חֲבֶל 2. Sam. 8. Et plenum funiculum cõſeruabat in uita. ubi fit mentio duorum funiculorũ, quorum alter eſt mortis, alter uitæ & conſeruationis, non aliter quàm duplex eſt קַו regula ædificationis & uaſtationis, de qua in uerbo קוה. Deinde etiã ſemel ſignificatione aliquanto liberiore, ſicut Græci utuntur σπεῖρα fune, ſeu cohorte, caterua. 1. Sam. 10. Et obuiam uenies funiculo Prophetarum de excelſo, id eſt, cateruæ ſeu collegio. Tertio, pro dolore intenſiſſimo, quo quis ceu fune detinetur, & unde ſe quis explicare facile non poteſt, donec ui abrumpatur. Mich. 2. Propter immundiciem corrumperis, & quidem dolore abruptionis. Ieſaiæ 66. Antequam uenit diſtenſio, id eſt, dolor, emiſit maſculum. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, alterum in ſeua. Iob 18. Abſconditus eſt in terra funis eius. Et pluraliter חֲבָלִים 2. Sam. 17. Et portabunt omnis Iſrael ad ciuitatem hanc funes, & trahemus eam uſq; in torrentem. 1. Reg. 20. Et funes in capite noſtro. Pſalm. 140. Et funibus extenderunt rete. Ierem. 38. Et dimiſerunt Ieremiam funibus. 2. Samuel 8. Et

menſus

menſus eſt duos funes, id eſt partes, portiones. Iob 21. Et ueniet ſuper eos calamitas ipſorum, funes diſtribuet in ira ſua. Ieſaiæ 13. Anguſtiæ & funes apprehēdent, & uelut parturiens infirmabuntur. Iere. 13. An non funes apprehēdent te, ſicut parturientem, id eſt, dolores. In ſtatu regiminis חַבְלֵי. Eſther 1. Tenebatur funibus byſſi. Prou. 5. Et funibus peccati ſui retinebitur. Ioſue 17. Et ceciderunt funes Manaſſe decem, prĕter terram Gilead & Baſan. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Circumdederunt me funes mortis, & torrentes Belial terrebant me, funes inferni circūdederunt me, laquei mortis. Oſeæ 15. Funes parturientis ueniēt ei. Pſal. 119. Funes improborum ceperunt me. Secundū hanc ſignificationē etiam Petrus phraſin ſuam mutuatus eſt Actorum 2. Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus mortis, quatenus impoſſibile erat teneri illum ab ea. In ſtatu affixorum. Ieſa. 33. Et omnes funes eius non rumpentur. cap. 26. Sicut grauida appropinquat ad partum, infirmatur & clamat in funibus ſuis, id eſt, doloribus, quibus detinetur & conſtringitur. Iob 39. ponitur pro ipſo partu, quando partus ſuos emittunt.

חִבֵּל Malus, arbor nauis, à funibus dictus, quos circumquaq; in eius ſummitate alligatos habet ut illis retineatur, & in cuius ſummitate gubernator ſedens nauē gubernat. Prouer. 23. Et uelut qui dormit in ſummitate mali.

תַחְבּוּרוֹת A nauis gubernatione, ad quamlibet aliam publicam gubernationem trāsfertur, quæ conſilio, induſtria & experientia regēda eſt. Iob 37. Et ipſe circumuolutiones uertit in gubernatione ſua, ad operationem earum. Prouerb. 1. Et prudens gubernationem acquiret. Legitur tamen ſępius in forma תַּחְבֻּלֹת. Prouer. 11. Sine gubernatione corruit populus. cap. 12. Cogitationes iuſtorum iudicium, gubernatio improborum impoſtura. & cap. 20. Et cum gubernatione gere bellum, id eſt, moderamine. cap. 24. Cum moderatione gere bellum.

חֲבֹל Funis, liga: atq; hoc nomine Hebræi pignus uocant, quia ligat & obſtringit hominem. Ezech. 18. Pignus non reſtituerit. cap. 33. Et pignus reſtituerit improbus. Et in forma fœminea cum affixo. Ezech. 18. Pignus ſuum debitori reſtituet.

חָבַל Secundaria & omnino contraria ſignificatione, ſignificat diſſolui, rumpi, abrumpi, corrumpi cum difficultate, uiolentia & dolore. Nehe. 1. Abruptione abrupti ſumus tibi, neq; cuſtodiuimus mādata. Iob 34. Quoniam ad deum loquar, aſſumam: non enim abrumpere poſſum.

In uoce paſſiua נֶחְבַּל Prouerb. 13. Qui contemptibilis eſt erga uerbum, corruptioni eſt ſibi.

In ſecunda cōiugatione חִבֵּל Eccl. 5. Et diſſoluet facturam manuum tuarum. Ieſaiæ 13. Ad diſſoluendum uniuerſam terrā. & cap. 32. Ad diſſoluēdum afflictos ſermonibus mendacij. & cap. 54. Et creaui perditorem ad diſſoluendū. Mich. 2. Propter immundiciem corrumperis. Et dicitur quoq; de uehementi illo niſu & cōtentione mulieris in partu laborantis in illa cotilidonum diſſolutione & ruptura, qua cum intenſo dolore abſoluit & enititur infantem. Cant. 8. Ibi abſoluit te mater tua: ibi, inquam, abſoluit te genitrix tua. Itē trāsfertur quoq; à coitu illo primario qui fit cum uehementi contentione, & diſſolutione coniuncto dolore, ad uehemens & contentioſum improborum animi ſtudium: ut Pſalm. 7. Ecce cum contentione concipiet concupiſcentiam, & grauidus erit labore, & pariet falſum.

Participium præſens מְחַבְּלִים Canticor. 2. Capite nobis uulpes paruas, corrumpentes uineas.

In uoce paſſiua חֻבַּל Iob 17. Anhelitus meus diſſolutus ſeu corruptus eſt. Ieſaiæ 10. Et diſſoluetur iugum à pinguedine.

INDE NOMEN,

חֹבְלִים Nomen pluralis numeri tantum, corruptiones. Zach. 11. Et accepi duos baculos unum uocaui iucunditatem, & alterum uocaui corruptionem, & paui oues.

428 חָבַק Quadrat ſignificatione cum uerbis אָפַס & אָבַק אָבַס niſi q ut literis, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent: ſignificat autem brachia fortiter inflectere, ſeu brachijs fortiter amplecti. Eccleſiaſt. 3. Eſt tempus ad amplexandum,

&

& eſt tempus recedendi ab amplexando.

Participium præſens חֹבֵק Eccl.4. Stultus cõplicat manus ſuas, & uorat carnem ſuã. Et in fœminino genere חֹבֶקֶת. 2.Reg.4. Iuxta tẽpus uitæ amplexaberis filiũ.

In ſecunda coniugatione חִבֵּק. Gene.29. Et cucurrit obuiam ei, & amplexus eſt eum, & oſculatus eſt eum. Iob 24. Et abſq; præſidio amplexi ſunt petram. Prou.4. Et glorificabit te ſi amplecteris eum. cap.5. Vt quid fili mi erras in aliena, & amplecteris ſinum ignotæ. Cantic.2. Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera eius amplexatur me. Thren.4. Educati ſuper coccino, amplexi ſunt ſtercora.

INDE NOMEN,

חִבֻּק Amplexus, complexus, complicatio. Prouerb.7. Modica complicatio manuum ad cubandum.

429 חָבַר Significat cum omnibus deriuatis plurium perſonarum, ſeu rerum ſpeciuocarum coniurationem, conuentionem, conſpirationem, copulationem, coniunctionem, ſeu conſociationem. Et ſignificatione cõgruit cum uerbis בָּחַר & חָרַב & diſſentit cum רָחַב & בָּרַח, niſi quod ut literarum poſitu, ita quoq; modo ſignificandi differant. Et in prima coniugatione ſignificationem habet neutralem. Gen. 14. Omnes conuenerunt, ſed coniuncti & conſociati ſunt in ualle.

Participiũ præſens, ſeu nomen participiale חֹבֵר coniurator, qui incãtationibus multa animalia coniurat, ut ſerpentes, & alia animantia, & reptilia uenenata, aut res alias multas, ut adſint ſimul. Deut.18. Et coniurans coniurationes. Pſal.58. Coniurantis coniurationes. Et in genere fœminino חֹבֶרֶת quod tamen nominaliter & ſubſtantiuè accipitur de quo infra.

Participium præteritum חָבוּר Oſeæ 4. Aſſociatus eſt idolis Ephraim.

In ſecunda coniugatione חִבֵּר Exod.36. Et quinq; alas conſociauit. & cap.26. Et conſociabis quinq; alas. & cap.36. Et conſociauit quinq; alas. 2.Paralip.20. Et aſſociauit ſe cum eo ut facerent naues. Exod.36. Ad conſociandum tentorium.

Participium præſens מְחַבְּרוֹת, ſed de hoc infra in nominibus.

In uoce paſſiua חֻבַּר Exod.28. Et conſociabitur. cap.39. Super duabus extremitatibus eius conſociato facta eſt. Pſal.122. Sicut ciuitas, quæ cõſociata eſt ſibi. Pſal. 94. Num aſſociabitur tecum thronus damnorum.

In tertia coniugatione אַחְבִּיר. Iob 16. Conſociarem erga uos dicta: uel ſic, conferrem uobiſcum dictis.

In quarta coniugatione הִתְחַבֵּר Dan.11. Et in fine annorum conſociabunt ſe. 2. Paralipom.20. Et poſtea conſociauit ſe cum Ioſaphat. ubi aleph ſægol pro he hirik poſitum eſt.

INDE NOMINA:

חָבֵר Socius, iunctus. Pſal.119. Socius ſum omnium, qui timent te. Prouer.24. Socius eſt uiri perditi. In ſtatu affixorum mutat cametz in hateph pathah. Eccl.4. Vnus eriget ſocium ſuum. Et pluraliter חֲבֵרִים. Iudic.20. Sicut uir unus, ſocij. Cantic.8. Socij attendunt uoci tuæ. In ſtatu regiminis חַבְרֵי Ieſaiæ 1. Socij furum. Et in ſtatu affixorum. Pſal.45. Vnxit te deus, deus tuus præ ſocijs tuis. Ieſ.44. Ecce omnes ſocij eius pudefient. Ezech.37. Et uniuerſæ domus Iſrael ſociorum eius. Cantic.1. Iuxta greges ſociorum tuorum. Et in genere fœminino חֲבֶרֶת. Malach.2. Et ipſa ſocia tua.

חַבָּר Socius. Et pluraliter חַבָּרִים Iob 40. Paciſcentur ſuper eo ſocij,

חֶבֶר Societas, collegium, conciliabulum. Oſeæ 6. Societas ſacerdotũ, id eſt, collegium. Et in diſtinctione ſententiæ חָבֶר Prouer.21. Et in domo ſocietatis, ſeu coniunctionis. Deuter.18. Et coniurans ſocietatem. Et pluraliter חֲבָרִים Pſal.58. Coniurantis ſocietates.

חֶבְרָה Societas. Iob 34. Et pergit ad ſocietatem cum operantibus concupiſcentiam.

חֲבָרַיִם Coniuratores, legitur cum affixis. Ieſaiæ 47. Propter denſitatem coniuratorũ tuorum nimiam. Et mox iterum: Sta nunc cum coniuratoribus tuis.

חֹבֶרֶת Nomen participiale, primæ coniugationis, ſubſtãtiuum, id eſt, iunctura, commiſſura

ſura. Et in diſtinctione ſententiæ חֹבֶרֶת Exo.26.Quinq; alæ erunt conſociatæ.& cap.28.Et duo humeri conſociati erunt illi.Ezech.1 Conſociata,alterũ ad alterum ſuum alis ſuis.

מְחַבְּרוֹת Nomen participiale, ſecũdæ coniugationis, commiſſuræ, iuncturæ.1.Paralip.22. Ad iuncturas præparauit Dauid.& 2.Paralip.34.Et ligna ad iuncturas.

מַחְבֶּרֶת Nomen participiale tertiæ coniugationis commiſſura, iunctura cõſociatio. Exo. 26.In iunctura ſecunda. Et in diſtinctione ſententiæ מַחְבָּרֶת Exod.36. A fine in iunctura. Et cum affixo. Exo.28.Contra iuncturam eius.

הִתְחַבְּרוּת Nomen uerbale tertiæ coniugationis.Dan.11. Et cum conſociationibus ad eum faciet impoſturam.

חַבּוּרָה Liuor: eſt autem liuor ueſtigiũ plagæ in cute, coniunctio ſanguinis ex plaga, tumor ex plaga, ſanguis poſt plagam concretus, plaga ex ſanguine concreta, quę tamen adhuc non emitit ſanguinem, ſicut פֶּצַע Exo.22.Liuorem pro liuore.Ieſaię 1.Vulnus & liuor. Et in ſtatu affixorũ mutat ſchurek in kybutz.Geneſ.4. Quia uirũ interfeci in uulnus meũ,& in liuorẽ meũ. Ieſa. 53. legitur abſq; dagges. Et in liuore eius medicatum eſt nobis. Et pluraliter חַבּוּרוֹת & חַבֻרוֹת Prouerb.20. Liuores uulneris abſterſio ſunt, in malitioſo. Pſalm.38.Computruerunt & fœtuerunt liuores mei à facie ſtultitiæ meæ.

חֲבַרְבּוּרָה Macula, quæ eſt in pelle, ut eſt in cute liuor. Et pluraliter חֲבַרְבֻּרֹת Iere.13. Num uertet Aethyops pellem ſuum,& pardus maculas ſuas.

430 חבש Superalligauit, ſuperimpoſuit.Exo.29.Et ſuperimpones eis mitras. Ezechiel. 34.Et fracto nõ ſuperalligaſti.Iob 40.Facies eorum ſuperalliga in abſcondito. Ezech.24.Ornatum tuũ ſuperalliga ſuper te.1.Reg.13.Superalligate mihi aſinum,& ſuperalligauerunt ei aſinum. Iob 5.Ipſe dolore afficiet & ſuperalligabit. Ezech.16.Et ſuperalligabo tibi byſſo.Iob 34.Num ideo odiens iudicium ſuperalligabit, aut iuſtum diues condemnabit, id eſt cohercebit. Gen.22.Et ſuperalligauit aſinum ſuum.Oſeæ 6.Percutiet & ſuperalligabit nos.Ieſaiæ 61. Ad ſuperalligandum fractis corde.

Participium præſens חֹבֵשׁ Ieſaiæ 3. Non ero ſuperalligans.

Participium præteritum חָבוּשׁ Ionæ 2.Iuncus ſuperimpoſitus capiti meo. Et pluraliter חֲבוּשִׁים Iud.19.Et cum ipſo par aſinorũ ſuperalligatorum.2.Sam.16. Et par aſinorum ſuperalligatorum.Ezech.27.Et cum funiculis ſuperalligationis.

In ſecunda coniugatione legitur tantum participium præſens מְחַבֵּשׁ Pſal.147. Et ſuperalligat doloribus eorum.

In uoce paſſiua חֻבָּשׁ Ezech.30.Brachium regis Aegypti fregit,& ecce non eſt ſuperalligatum.Ieſaiæ 1. Vulnus & liuor & plaga putrida, non aſperſa, neque ſuperalligata.

431 חָגַג Congruit ſignificatione cum חוּג & חגה, & propriè ſignificat gyrare, circũagi, agi in orbem.Pſal.107.Gyrabunt & mouebuntur ſicut ebrius.Deinde transfertur quoq; ad feſtiuitates quæ celebrabantur in epulis, potationibus, choreis & circumrotationibus: unde pro feſtiuare ſeu feſtum diem agere, aut feſtũ celebrare uertendũ erit, cũ non datur magis propriũ.Exo.12.Et feſtiue celebrate eum, feſtiuate ipſi Iehoua.Nahum 1 Feſtiua Iehuda feſtiuitates tuas.Exod.23.Tribus uicibus feſtiuabis in anno.Deut.16.Septem diebus feſtiuabis ipſi Iehoua.Exod. 12. Ritu perpetuo feſtiuabitis eum.Zachariæ 14.Et ad feſtiuandum feſtiuitatem tabernaculorum.

Participium præſens חוֹגְגִים 1.Sam.30.Comedentes & bibentes & feſtiuantes in omni ſpolio magno.Pſal.42.In uoce ouationis & celebrationis cũ omni multitudine feſtiuante.

INDE NOMINA:

חַג Feſtum, feſtiuitas, ab animi & corporis iucũditate & circumagitatione. 1. Reg.8. Et fecit Salomo in tempore illo feſtiuitatem.& cap.12. Iuxta feſtiuitatẽ quæ erat in Iehuda.Ezech.45.Et ſeptẽ diebus feſtiuitatis facies holocauſtũ. Et in ſtatu re

giminis חַג Exod.12.Quia feſtiuitas Iehoua nobis. & cap.23.Et feſtiuitas meſſis. Deuter.16.In feſtiuitate azymorum.Pſalm.118.Vincite feſtiuitatem funibus uſque ad cornua altaris,id eſt,frondes feſtiuitatis,ut Ieſaiæ 29.Et in ſtatu affixorum daggeſſatur litera gimel. Exod.23.Et non pernoctabit adeps feſtiuitatis meæ uſque ad mane.Deuter.16.Et lætaberis in feſtiuitate tua.Pſalm.81.In die feſtiuitatis noſtræ. Oſeæ 2. Ceſſare faciam omne gaudium eius, feſtiuitatem eius, neomeniam eius, &c. Et pluraliter חַגִּים. Ezechiel.46.Et in feſtiuitatibus,& in ſtatis erit oblatio. Ieſaiæ 29. Secate feſtiualia, id eſt, frondes ad feſtiuitates. Et in ſtatu affixorum. Amos 5.Reieci feſtiuitates ueſtras.Nahum 1.Feſtiua Iehuda feſtiuitates tuas. Malach.2.Stercus feſtiuitatum ueſtrarum.

חָגָּא Circumagitatio,circumrotatio,circulatio. Ieſaiæ 19. Et erit terra Iehuda Ægypto in feſtiuitatem,id eſt,circumagitationem, ſcilicet præ metu,non lætitia. nam perſiſtit in alluſione ad חֲגִיגָה & cultus, quos deus peraget cum Ægyptijs non lætos illis,ſed triſtes,quod dicitur, futuræ ſunt aliæ mouendæ & aliç circumagitationes quàm quæ in lege à Deo inſtitutę ſunt,quę lætę erant,& iucundæ.

חַגַּי Nomen proprium prophetę,cuius ſcriptum extat in ſacris Biblijs, forte à feſtiuitate ſic dictus.

432 חָגָב Nomen inſecti uolatilis & quadrupedis, recuruum dorſum, & quatuor genicula ſupra pedes habentis, quorum adminiculo ſuper terra ſaltat, atque ideo à Moſe in cibum conceſſum. Aliqui bruchum,alij locuſtam uerterunt. Eſt autem certum,ſpeciem eſſe locuſtę. Ego arbitror cicadam eſſe. Leuitic.11. Verum illud comedetis ex omni reptili alato, quod graditur ſuper quatuor, cui ſunt genicula ſuperne,pedib.eius,ut ſaltet ſuper terra. Hęc autem ex illis comedetis, Locuſtam iuxta ſpeciem ſuam, & Attacum iuxta ſpeciem ſuam, & Ophimachum iuxta ſpeciem ſuam.2.Paralip.7.Et ecce pręcipiā ſuper cicada ut abſumat terram. Eccleſiaſt.12. Et florebit amygdalus, & onerabitur cicada, id eſt,ut incuruo incedat dorſo, ſicut cicada. Et pluraliter חֲגָבִים Num.13.Vidimus ibi gigātes filios Anak de gigantibus, & fuimus in oculis noſtris uelut cicadę. Ieſaię 40. Qui ſedet ſuper horizontem terrę & habitatores eius uelut cicadę.

433 חָגָה Verbaliter nō eſt uſitatum, à quo tamen nomen legitur pluralis numeri, ſtatus regiminis חַגְוֵי id eſt,foramina quę habent circularem rotunditatem: nam congruit cum חור & חָגַג. Cantic.2. Columba mea in foraminibus rupis. Iere.49.& Abdię 1.Habitatrix in foraminibus rupis.

434 חָגַר Si poſt ſe non regit accuſatiuum, tum neutraliter ſignificat cingere, accingere ſe,uel cingi,ſeu accingi,quod fit quando ſe homo pręparat ad aliquid operis ſuſcipiendum, quo expeditior ſit,congruitque ſignificatione cum uerbo אָזַר Deuteron.1.Et accinxit ſe Dauid gladio ſuo.Pſalm.45. Accinge te gladio tuo ſuper femur fortiſſime.Pſal.109.Sit ei uelut ueſtimentum,quo inuoluatur,& in cingulum quo iugiter cingatur illo. Ieſaię 15. In plateis eius accincti ſunt ſacco. Ezech. 44. Non accingentur in ſudore.Pſalm.65.Stillauerunt amœna deſerti,& exultatione colles accingant ſe,id eſt, Laborantes accingent ſe exultantes ad colligendos fructus in collibus.Pſal.18.Filij alieni emarceſcebant,& conſtringebant ſe à clauſtris ſuis.Et de geſtu cum corporis tum animi dicitur, cōſtringentium ſe à re aliqua ſeu pœna,à qua ſe ringūt & abhorrēt. Vide etiam in אָזַר. At ſi poſt ſe regit accuſatiuum pręcedente articulo אֶת, uel etiam ſine eo, tum eſt tranſitiuum. Exod.29.Et accingens eo baltheo Aaron & filios eius.Leuit.8.Et accinget eum baltheo.2.Regum 4.Cinge lumbos tuos.Prouerb.31.Cinxit in fortitudine lumbos ſuos. Obſeruabis autem diligenter hunc locum propter obſcuritatem, qui legitur Pſal.76. Furor hominis celebrabit te (ut ad) reliquū furorum accinges te. prius membrū de furore hominis eſt intelligendum, qua prębetur deo occaſio, ut celebretur, ſicut furor Pharaonis prębuit occaſionem,quod deus poſtea celebratus eſt: in poſteriore uero mēbro furor accipitur paſſiuè de furore dei in homines, quo eſt accinctus etiam cęteros homines impios corripere.

Parti-

Participium præſens חֹגֵר 1.Reg.10.Non glorietur accingens ſe, ſicut qui ſoluit ſe.2.Reg.3.Ab accingente cinctorium,& ſupra.

Participium præteritum חָגוּר accinctus.Iud.18.Vir accinctus armis belli.1.Samuelis 2.Puer accinctus humerali lineo. Et pluraliter חֲגֻרִים Exo.12.Lumbi ueſtri accincti.Iud.18.Sexcēti uiri accincti armis belli.Dan.10.Et ecce uir unus indutus lineis,& lumbi eius accincti cum auro Vphaz. Et in ſtatu regiminis חֲגוּרֵי pro חֲגוּרִים Ezech.23.Accinctos cingulo in lumbis ſuis. In genere fœminino ſingulariter ſtatus regiminis חֲגֻרַת Ioelis 1.Vlula ut uirgo accincta ſacco.

INDE NOMINA:

חֲגוֹר Cingulum,cinctorium,cinctura,maſculini generis.Prouer.31.Et cingulum dedit Cananeo.Ieſaiæ 22.Et ad caluitium,& ad cinctorium ſacci. In ſtatu affixorū manet inuariatum.1.Sam.18.Et uſq; ad cinctorium ſuum. Et in fœminino חֲגוֹרָה atq; ut ex ſcripturæ locis claret eo donabatur,qui nūc,uel idoneus eſſet ad bella gerenda,uel præclara in bello geſſerat facinora.2.Sam.18.Quare non percuſſiſti eum in terram,et meum fuiſſet tibi dare decem argēteos,et cingulum unum.2.Reg.3.Ab omni accingente cingulum,& ſupra.Ieſa.3.Et pro cinctura erit ſciſſura. & cap.32. Et cinctura ſacci ſuper lumbis. In ſtatu affixi.1.Reg.2.Ponens ſanguines belli in cingulum ſuum. Et pluraliter חֲגֹרֹת Gen.3.Et fecerunt ſibi cinctoria.Hieronymus Græca uoce reddidit,qua Septuaginta περιζώματα.

מַחֲגֹרֶת Cinctura.Ieſaiæ 3.Pro clauo cinctura ſacci.

435 חָדַד

Acutum fuit unitione,ſeu applicatione,ſeu colliſione duarum aut plurium rerum:& congruit ſignificatione cum uerbis יָחַד & אֶחָד חוּד חָדָה niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant. Habakuk 1. Et acuti erant præ lupis ueſperæ.

Participium præteritum,pluralis numeri ſtatus regiminis חַדּוּדֵי Iob 41.Subter ipſo ſunt acies ſeu acuitates teſtæ,id eſt,acutæ teſtæ.

In uoce paſſiua יָחַד Prouerbiorum 27. Ferrum ferro acuitur,& uir acuetur facie proximi ſui.

In tertia coniugatione uoce paſſiua legitur participiū fœminini generis מוּחַדָּה Ezech.21.Gladius exacuatus.

INDE NOMEN,

חַדָּה Nomen generis fœminini.Ieſaiæ 49.Et poſuit os meum ſicut gladiū acutū. Prouerb.5.Acuta,uelut gladius biceps.

436 חָדָה

Ad animū refertur,& Hebræis idē ſignificat, quod Latinis exhilarare, quod fit unitione rei ſeu conſenſu animi ſuper re aliqua,ſeu actione, qua animus ceu à ferrugine expolitur,& illuſtratur,atq; tantum ſignificandi modo differt à uerbis חָדַד אֶחָד חוּד יָחַד Exod.18. Et exhilaratus eſt Iethro,ſuper omni bonitate, quā fecit Iehoua Iſraeli.Iob 3.Non exhilarabitur in diebus anni.

In ſecunda coniugatione חִדָּה Pſalm.21.Et exhilarabis eum in lætitia cum uultu tuo.

INDE NOMEN,

חֶדְוָה Hilaritas.1.Paralip.16.Potētia,& hilaritas eſt in loco eius. Et in ſtatu regiminis חֶדְוַת Nehe.8. Exhilaratio Iehoua eſt potentia ueſtra.

437 חָדַל

Ceſſauit,deſiit,deſtitit,abſtinuit, defecit. Et cognationē habet ſignificatione cum nomine חֶלֶד facta tātum literarum tranſpoſitione.Gen. 18. Et ceſſauit eſſe Saræ uia ſecundum mulieres.& cap.41.Ceſſauit numerare,quia nō erat numerus.Pſal.36.Ceſſauit intelligere,ut benefaceret.Ieſaiæ 24.Deſiit ſtrepitus exultantium.Iud.15.Adhuc ulciſcar in uobis,poſtea ceſſabo.1.Reg.22.An ibimus in bellum,aut abſtinebimus.Exo.23.Si uideris aſinum odientis te decumbentē ſub onere ſuo,ſtatim ceſſabis,ne relinquas illi,ſcilicet onus.Deut.15.Quia nō deſinet egenus de medio terræ. Chriſtus reddidit affirmatiuè, Pauperes ſemper habebitis, Matt.26.Itē 1.Sam.9.Ne deſinat pater meus ab aſinabus,& ſolicitus ſit de nobis.

Pſal.49.Etenim pretioſa eſt redēptio animæ eorū,& deficiet perpetuo,id eſt non poterit unquam redimere.Iob 10.An non pauci ſunt dies mei,deſiſtat,& ponat à me.Prouer.10.In multitudine uerborum non deerit tranſgreſſio. Iere.41. Et abſtinuit & non occidit eos.Ezech.3.Siue audierint,ſiue abſtinuerint.Exo.14.Deſiſte à nobis,& ſeruiemus Ægyptijs.2.Paral.35.Abſtine tibi à deo,qui mecū eſt. Prouerb.23.A prudentia tua deſiſte.Amos 7.Et dixi Suſtentator Iehoua, deſine Iehoua. Zach.11.Aut ſi non,deſinite.

In tertia coniugatione הֶחֳדַלְתִּי reliquit.Iud.9.Et dixit Olea,nunquid deſerā pinguedinem meam. Et in hoc loco abiecta eſt he litera characteriſtica tertię cōiugationis propter quæſitiuum,& mutatio uocalium facta eſt euphoniæ gratia.

INDE NOMINA:

חָדֵל Nomē participiale.Ezech.3.Qui audit,audiat:& q abſtinet,abſtineat.Pſal.39. Vt ſciam quàm deficiens ſim ego, id eſt quàm ſim periodicus.

חָדֵל Ceſſator.Et in regimine חֲדַל Ieſaiæ 53.Deſpectus & ceſſator uirorū, id eſt à quo uiri abſtinent,qui uiris non eſt curæ,à quo uiri ceſſant.

חֶדֶל Vt גְּבוּל non ſolum limitem ſeu terminum,ſed totum ſpacium,& regionem ſignificat,quouſq; protenditur,ita hoc nomen חֶדֶל non tantum terminū uitæ humanæ,uerumetiam totum uitæ curriculum notat,ſeu tempus determinatum humanæ uitæ,quod cito deficit & ceſſat. Ieſaiæ 38.Dixi non uidebo Iehoua,Iehoua inquam,in terra uiuentium,nō aſpiciam hominem amplius cum habitatoribus ſeculi deficientis.

438 חֵדֶק

Genus ſpinæ acerrimæ,quam paliurum uocant. Mich.7.Optimus eorum eſt ſicut paliurus,rectus eſt ſupra uepricetum. Et in diſtinctione ſentētiæ חָדֶק Prouerb.15.Via pigri ſicut tractus paliuri.Et uidetur eſſe dicta à pungendo,ſeu q infigatur carni,ut ſit à uerbo דחק inuerſione literarum facta.

439 חֶדֶר

Conclaue internum,& ſecretū domus,pars domus anterior ſeu interior,in qua quiete & ſecreto habitabant,& ſua reponebant:poſterior enim pars,qua ingrediebatur,non habebat habitacula:ideo recte pro penetrali eſt redditum,& credo fuiſſe qđ Græce pluraliter uerſum eſt ταμεῖα Matth.24.Ecce in penetralibus, nolite credere.Itē Lucæ 12.Quod in autem loquuti eſtis,in penetralibus,prædicabitur in tectis.Et ut literarum poſitu,ita ſignificādi ratione opponitur uerbo חָרַד quod manifeſtam & ſenſibilem rei cōmotionem & tremorem ſignificat. Legitur autem in iſta forma tantùm in ſtatu regiminis חֲדַר Exod.8.Et uenient in domum tuam,& in penetrale cubilis tui.Iud.4.In penetrali tabulati.2.Sam.4.Et ipſe cubabat ſuper lecto ſuo in penetrali cubiculi ſui 2.Reg.6.Verba quæ tu loqueris in penetrali cubilis tui.& cap.11.In penetrali lectorum.

חֶדֶר Penetrale.Iudic.16.Et inſidiator aſſidebat ei in penetrali.2. Paralip.18. Quod ingredieris de penetrali in penetrale, ut abdas te,id eſt in intimū penetrale.Canti.3. Quouſq; introduxi eum in domum matris meæ,& in penetrale doctoriſſæ meæ. Iob 37.A penetrali ueniet tempeſtas,id eſt ab auſtro,hic enim illis eſt anterior, ſicut צָפוֹן poſterior. Et Iob 9.Penetralia auſtri,ſtellæ dicuntur, quæ ſunt in auſtro: quanquam aliquot exemplaria habeant חֶרֶד; et tunc ita legendū eſt,poſt tremorem ueniet tempeſtas, id eſt poſt tonitru. In diſtinctione ſententiæ חָדֶר Iud.16. Et inſidiator aſſidebat in penetrali.1.Reg.10.Et uenit in ciuitatem de penetrali in penetrale.& cap.22.Quod uenies de penetrali in penetrale.2.Reg.9 Et introduces eū de penetrali in penetrale. Et cum he importante motum ad locum הַחַדְרָה Gen.43.Et ingreſſus eſt in penetrale & fleuit ibi.1.Reg.1.Et ingreſſa eſt Bathſeba in penetrale. Et in diſtinctione הֶחָדְרָה Iud 15 Ingrediar ad uxorem meam in penetrale.Et cum affixo ſeruat prius ſægol,altero mutato in ſeua.Ioelis 2. Egredietur ſponſa de penetrali ſuo. Et pluraliter חֲדָרִים Deu. 32.Foris orbabit gladius, & in penetralibus formido Prouer.24.Scientia penetralia replebuntur. In ſtatu regiminis חַדְרֵי Iob 9.Et penetralia auſtri.Pſal.105.In penetralibus regum ipſorum.Prou.7.Viæ inferni domus eius,deſcendētes ad penetralia mortis.& cap.18.

Verba

Verba delatoris tanquam plagæ,& ipſa deſcendũt ad penetralia uentris. Ezech. 8.Quiſq; in penetralibus imaginationis ſuæ. In ſtatu affixorum.1.Paralip.28.Et penetralium eius interiorũ.Cantic.1.Introduxit me rex in penetralia ſua. Ieſa.26. Abi popule meus,ingredere in penetralia tua.

INDE

Participium præſens generis fœminini חֹדֶרֶת Ezech.21. Ipſe eſt gladius interfectionis magnæ, qui penetrat ad illos. quanquam ita quoq; iuxta Chaldaicam pa-

440 raphraſin reddi poſſet, Qui terrori eſt illis. facta ſcilicet literarũ tranſpoſitione.

חָדַשׁ Nouauit,renouauit:& congruit ſignificatione cum uerbo חָרַשׁ niſi quòd modo ſignificandi inter ſe uarient. Ieſaiæ 61. Et renouabunt ciuitates ſiccitatis. Pſalm.51.Et ſpiritum certũ innoua intra me. Threnor.5. Renoua dies noſtros. 2.Paralip.15.Et renouauit altare Iehoua.Iob 10.Renouabis teſtes tuos contra me. Pſal.104.Renouabis faciem terræ.1.Sam.11.Renouabimus ibi regnũ.2.Paralipo. 24. Ad renouandum domum Iehoua.

In quarta coniugatione תִּתְחַדֵּשׁ. Pſalm. 103. Renouabitur ſicut Aquilæ iuuentus tua.

INDE NOMINA,

חָדָשׁ Nomen adiectiuũ maſculini generis, nouus. Exod.1.Et ſurrexit rex nouus ſuper Aegyptum.Eccleſ.1.Et non eſt nouum ſub cœlo.Iere.26.Et ſteterũt in ianua portæ Iehoua nouæ. Et pluraliter חֲדָשִׁים Deuter.32. Noui è propinquo uenerunt.Iudicum 15.Et ligauerunt eum duobus funibus nouis. Ieſaiæ 66. Quemadmodum cœli noui. Et in genere fœminino חֲדָשָׁה Deuteron. 24. Quando acceperit uir uxorem nouam. 2. Samuelis 21. Et ipſe accinctus nouo. Ieſaiæ 66.Et terra noua.

Et pluraliter חֲדָשׁוֹת. Ieſaiæ 42.Et noua ego annuncio.& cap.48. Audire faciam te noua.

חֹדֶשׁ Nouitas, renouatio. Vocatur autem primò hoc nomine primus dies menſis, ſeu luna noua, ſicut Græci uocarunt νεομηνίαν qui Hebraico populo ſemper erat ſacer & celebris. Deinde etiã largiore ſignificatione totum illud ſpacium triginta dierum Latini menſem, ſeu lunationem dicunt, eò quòd ſingulis menſibus renouetur luna. Cæterum de ſupputatione menſium conſule Nicolaum de Lyra ſuper Exo.cap.12.Additione 1.& cæteros. 1.Samuelis 20.Ecce renouatio cras, id eſt nouilunium.2.Reg.4. Quare tu uadis ad eum, cum hodie non ſit nouilunium, neq; ſabbathum.Oſeæ 5. Nunc abſumet eos nouilunium cum partibus ipſorum. Geneſ.29.Et manſit cum eo menſem dierum.Numeri 11. Vſq; ad menſem dierũ.Geneſis 7.Anno ſexcenteſimo uitæ Noach in menſe ſecundo, decima ſeptima die menſis.Exod.12.Menſis iſte uobis caput menſium. In ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz.Ieremiæ 2. In nouilunio eius inuenient eam. 1.Regum 4. Quiſque in menſe ſuo.Ieſaiæ 66.Et erit de menſe in menſem eius. Et pluraliter חֳדָשִׁים Exod.12.Menſis iſte erit uobis caput menſium. Ieſaiæ 47. Qui ſcire faciunt ex mẽſibus, quæ uenient ſuper te. In ſtatu regiminis חָדְשֵׁי Exod.12. Primus erit in menſibus anni. Et in ſtatu affixorum.Ieſaiæ 1.Neomenias ueſtras & ſtata

441 ueſtra odiuit anima mea.Iob 14.Numerus menſium eius tecum eſt.

חוּג Circulauit, circunduxit. Et congruit ſignificatione cum חָגַג & חָנָה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Iob 26. Statutum circunduxit ſuper faciem aquarum.

INDE NOMINA:

חוּג Circulus, circuitus, ſphæra. Iob 22. Et circulum cœli perambulabit.Prouerbiorum 8.Cum conſtitueret ipſe circulum ſuper faciem abyſſi. Ieſaiæ 44. Qui ſedet ſuper circulo terrę.

מְחוּגָה Inſtrumentum, quo circumducitur & formatur circulus, nos Latine uocamus circinum.Ieſa.44.Et circino formauit illud.

442

חוּד Acuit, acuminauit, id eſt, acutè dixit, propoſuit problema ſeu ænigma, quod eſt acutè dictum, & opus habet cogitatione, refertur q; ad orationem, itaq; mo-

do tantum ſignificandi differt à uerbis יָחַד & אָחַד חָדָה חָדַד Iudicum 14. Acumen acuiſti filijs populi mei, & mihi nō indicaſti. Et mox iterum: Acue acumen tuum. Et iterum: Et acuam nunc acumen.

INDE NOMEN,

חִידָה Acumen, acute dictum, ænigma, problema, obſcure dictum, quod requirit acumen ingenij & declarationem: ſicut à uerbo שָׁנַן acuit, deriuatum eſt nomen שְׁנִינָה, id eſt acerbè ſeu aculeatum dictum. Iudic. 14. Acumen acuiſti filijs populi mei. Et cum affixo חִידָתִי Iudicum 14. Non inueniſſetis acumen meum.

Et pluraliter חִידוֹת Numeri 12. Ore ad os loquar ei, & non per acumina. Pſalm. 78. Eructabo acumina ab antiquo. Et Chriſtus citans hoc Pſalmi dictū Matth. 11. uocat ęnigmata, parabolas, quas populus etſi audiat, non tamen audiat nec in-

443 telligat, niſi accedat, qui acuat & exponat, ſicut ipſe diſcipulis ſuis interpretatur.

חָוָה Verbum ſecundæ coniugationis tantum, & tranſitiuum, ideo cum accuſatiuo conſtruitur, magnamq; habet ſignificatione cognationem cum uerbo חָיָה qđ de uita dicitur (ſiquidem lux & uita magnam inter ſe quoq; habent affinitatē): proinde ut חָיָה uiuificationem & uitæ propagationem, qua corpus alioqui mortuum & iners informatur & uires ſuas exerit, ita חָוָה lucem notitiæ ſignificat, qua animus hominis alioqui ceu denſa caligine obſcuratus, illuſtratur, & poſtea extra etiam in alios diffunditur & propagatur. Obſeruabis autem quando actio eius in perſonam tranſit, uerbo illuſtrandi ſeu illuminandi exponendum eſſe, ut Iob 15. Illuſtrabo te, audi me, quodq; uidi enarrabo. cap. 32. Et timui ne illuſtrarem ſcientia mea uos. & cap. 36. Expecta pauliſper ut illuminem te. Si uero ſine accuſatiuo perſonæ ponitur, ſed alium habet accuſatiuum rei, tum licebit uertere uerbo patefaciendi. Iob 32. Reſpondebo etiam pro parte mea, patefaciam ſcientiam etiam ego. Pſal. 19. Dies diei eructat ſermonem, & nox nocti patefacit ſcientiam, id eſt patefaciendo propagat.

INDE NOMEN,

אַחֲוָה Patefactio, reuelatio, declaratio, quod in ſtatu affixi legitur Iob. 13. Audiendo au-

444 dite ſermonem meum, & declarationem auribus ueſtris.

חוֹז Inde nomen in ſtatu regiminis מְחוֹז quod alij prouinciam, alij regionem, alij terminum, quidam portum tranſtulerunt. Arbitror autem cognationem habere cum uerbo חָזָה & ſignificare proſpectum, id eſt locum proſpectum & præuiſum. Legitur ſemel Pſalm. 107. Et deduxit eos ad proſpectū uoluntatis co-

445 rum, id eſt portum.

חוֹחַ Spina uel naturalis, ex terra nata, uel artificialis ex ferro facta, qua aliquis perforatur, & captiuus conſtringitur ac retinetur. Et ut forma parū, ita modo tantum ſignificandi differt ab חָח & אָח 2. Reg 14. Spina quæ eſt in Libano miſit ad cedrum, quæ eſt in Libano. 2. Paralipom. 25. Et tranſiuit beſtia agri quæ in Libano, & cōculcauit ſpinam. Iob 31. Pro tritico egredietur ſpina. Prouerbiorū 26. Spina aſcendit in manu ebrij. Ieſaiæ 34. Vrtica & ſpina in munitionibus eius. Oſeæ 9. Spina in tentorijs eius. Iob 40. Et ſpina perforabit maxillam eius. Et in ſtatu affixi manet inuariatum. 2. Reg. 19. & Ieſaiæ 37. Et ponam ſpinam meam in naſum tuum. Et pluraliter חוֹחִים Canticor. 2. Sicut roſa inter ſpinas. 2. Paralip. 33. Et ceperunt Manaſſe ſpinis. Et in forma חֲוָחִים acies, ſeu, ut ita dicam, ſpinoſas, hoc eſt præacutas rupes ſeu dentes rupium ſignificat, in quas tempore perſequutionis tanquam loca tutiora ſe recipiebant, & ne de alijs ſpinis uel naturalibus ex terra natis, uel artificialibus ex ære factis intelligeretur, formula pluralis numeri ab חוֹחִים aliquantulum mutata eſt. 1. Samuelis 13. In cauernis & in ſpinis, & in rupibus.

446 חוּט Filum, funiculus. Gen. 14. Si à filo uſq; ad corrigiam calciamenti. Ioſue 2. Applicationem funiculi coccinei iſtius ligabis in feneſtra. Iudic. 16. Et diſrupit eas à brachijs, quaſi filum. Eccleſ. 4. Funiculus triplicatus non cito rumpetur. Cāt. 4. Sicut filū coccineū labia tua. 1. Reg. 7. & Ier. 52. Et funiculus duodecim cubitorū.

חיל

447 חוּל Violari, prophanari, affici cruciatu & dolore, angi. Et ut forma parum, ita modo tantum ſignificandi diſcrepant inter ſe. יָחַל & חִיל חִלָּה חָלַל Deuter. 2. Qui audierint famam tuam ſtatim contremiſcent, & dolebunt à facie tua. Ieſa. 23. Non dolui neque peperi. Et iterum: Grauidi ſumus, dolemus quaſi peperiſſemus ſpiritu. Ieſaiæ 54. Et hinni quæ non doluiſti. & cap. 66. Sed doluit, inſuper peperit filia Zion filios ſuos. Ieremiæ 5. Percuſſiſti eos, & non doluerunt. cap. 51. Et commota eſt terra & doluit. 1. Paralip. 16. Dolete à facie eius omnis terra. Pſal. 114. A facie ſuſtentatoris dole terra. Micheæ 4. Dole, & erumpe filia Zion ſicut parturiens. Ezechielis 30. Dolendo dolebit Sin, munimentum Ægypti. Et quando conſtruitur cum præpoſitione עַל tum dolorem ſeu cruciatum aſcendere, ſeu ingruere ſuper aliquem ſignificat. 2. Regum 3. Et cum dolore ingruent ſuper caput Ioab. Ierem. 23. Tempeſtas dolorifica cum dolore ingruet ſuper caput improborum. Similiter cum beth importat motum ad locum. Oſeæ 6. Et dolorem inferebat gladius in ciuitates eius.

In ſecunda cōiugatione חולל Iob 39. Dolere ceruarum cuſtodies. Pſal. 29. Vox Iehoua dolere facit ceruas. Prouerb. 25. Ventus Aquilonis dolere faciet imbrem, id eſt, parturiet. Ieſaiæ 51. Et ad Saram, quæ dolere fecit uos, id eſt, enixa eſt uos.

Participium præſens מְחוֹלֵל Prouer. 10. Magiſter enixe facit omnia. Et in genere fœminino מְחוֹלֶלֶת Ieſaiæ 51. Quæ dolere facit draconem.

Participium præteritum מְחוֹלָל Ieſ. 53. Et ipſe dolore affectus eſt propter tranſgreſſiones noſtras.

In uoce paſſiua חוֹלַל Iob 15. Ante colles enixus ſum. Pſalm. 51. In iniquitate enixus ſum. Prouer. 8. Quando nōdum eſſent abyſſi enixa eram. Iob 26. Gigantes enitentur ſubter aquis cum cohabitatoribus ſuis. ſignificat autem uerbū in hac uoce illum niſum, qui eſt in coitu, & fit cum dolore.

In tertia coniugatione הֵחִיל Pſal. 10. Enixe urgent uias ſuas: uel ſic, dolere faciūt uias ſuas: uel ſic abſolutè, dolent in uijs ſuis. Pſal. 29. Vox Iehoua dolere facit deſertum, dolere facit Iehoua deſertum Kades. Ieſaiæ 26. Sicut grauida quæ ad parturiendum dolebit. & cap. 45. Quid dolebit. cap. 66. Antequā dolebat, genuit. Oſeæ 8. Et dolebunt breui propter onus regis. 1. Samuel. 31. Et doluit ualde à ſagittarijs. Pſam. 55. Cor meum doluit intra me. Ieſa. 13. Sicut parturiens dolebunt. Eſt & hoc obſeruandum, quòd in hac coniugatione, & quarta ualeat Hebræis idē, quod uerbum expectandi ſeu præſtolandi cum dolore & anxie, maxime autem ſi conſtruitur cum lamed, denotāte motum ad perſonam. Gen. 8. Et expectauit anxie adhuc ſeptem dies alios. Vide infra in quarta coniugatione.

In uoce paſſiua הוּחַל Ieſa. 66. Num dolore parabitur terra die uno.

In quarta coniugatione הִתְחוֹלֵל Iob 35. Iudicium coram eo eſt, ut ſuſtineas illi. Pſalm. 37. Sile ipſi Iehoua, & anxie ſuſtineas illi.

Participium מִתְחוֹלֵל Iob 15. Omnibus diebus improbus ipſe dolori eſt ſibi ipſi. Iere. 23. Et tempeſtas dolore afficiens.

Legitur etiam in quarta cōiugatione ſemel forma geminata הִתְחַלְחַל Eſther 4. Et dolore affecta eſt regina uehementer.

INDE NOMINA:

חִיל Dolor uehemens. Exod. 15. Dolor apprehendit habitatores Paleſtinæ. Pſal. 48. Et dolor quaſi parturientis. Ier. 6. Anguſtia apprehēdit nos, ſicut dolor parturientis. Et in forma fœminea חִילָה Iob 6. Refocillarer in dolore.

חַלְחָלָה Dolor intēſus, cruciatus, à forma הִתְחַלְחַל Ieſ. 21. Propterea impleti ſunt lūbi mei dolore. Ezec. 30. Et erit dolor in Æthyopia. Nahum 2. Et dolor in omnibus lumbis.

חַיִל Strenuitas, quę ſcilicet in labore & exercitio cōſiſtit, & quodāmodo enitit̄ facinora & pręclare facta: & ſæpiſſime collectiue pro cœtu, ſeu exercitu uſurpat̄ in quo ſunt ſtrenui der eern/ oder gewaltige hauffe: ad differentiā גְּדוּדִים latrunculorū, der Sackmā/ oder Streiffete rott, q tantū ad excurſiones & depopulationes faciendas inſtructi ſunt. Iud. 11. Iephte Gileadites erat heros ſtrenuitatis, i. ſtrenuus.

nuus.1.Sam.14.Et omnem filium ſtrenuitatis.1.Paralip.12. Heroes ſtrenuitatis ad militiam.2.Paralip.26. Vir ſtrenuitatis in uirtute ad miniſterium.2.Paralip.13.Et ligauit Abia bellum in ſtrenuitate. Pſal.84.Pergent de ſtrenuitate ad ſtrenuitatem, id eſt,de uictoria ad uictoriam.Zachar.4.Non per ſtrenuitatem,neque per uirtutem, ſed per ſpiritum meum. Geneſis 47. Et ſi ſunt in eis uiri ſtrenuitatis, tum pones eos principes pecoris. Ruth 3.Quia mulier ſtrenuitatis tu. Prouerb. 12. Vxor ſtrenuitatis corona eſt marito ſuo.& cap. 33. Vxorem ſtrenuitatis quis inueniet.1. Sam.10. Et abierūt cum eo ſtrenuitas, quorum tetigerat deus corda eorum, id eſt, ſtrenui.2.Paralip.17.Et poſuit ſtrenuitatem in omnes ciuitates. 1. Sam. 14. Et fecit exercitum.& cap.17.Et egrediebatur exercitus in aciem.2.Samuelis 8. Et miſit illic currus,& equos & exercitum grauem. Et ſumitur in aliquot locis pro facultate ſtrenuitate parta. Deuteron.18. Et dixeris in corde tuo, uirtus mea & fortitudo manus meæ fecit mihi ſtrenuitatem iſtam, & recorderis Iehoua dei tui, qui dedit tibi uirtutem ad faciendum ſtrenuitatem.Iob 20. Strenuitatem, quam deuorauit, etiam euomet eam. Et in diſtinctione ſententiæ חָיִל Iudic. 4. Et omnis uir ſtrenuitatis. 2.Paralip. 26. Facientes bellum in uirtute ſtrenuitatis. Numeri 24. Et Iſrael faciebat ſtrenuitatem,id eſt,uictoriam. Pſalm.60. In deo faciemus ſtrenuitatem. Pſal.118. Dextera Iehoua facit ſtrenuitatem. 1. Samuelis 2. Cinxerunt ſe ſtrenuitate, id eſt, ſtrenue. Atque in ſtatu regiminis & affixorum חֵיל Exod. 14. Et operuerūt aquæ currus & equitatum de toto exercitu Pharaonis. 2.Sam.8. Quod percuſſiſſet Dauid omnem exercitum Hadadazer. 2. Paralip. 16. Exercitus regis Syriæ.Abdiæ 1.Tranſmigratio exercitus huius,id eſt,cœtus.Prouerb.13.Et abnegata eſt pro iuſto ſtrenuitas peccatoris. Ieſaiæ 60. Vt adducatur ad te ſtrenuitas Gentium. & cap. 61. Et ſtrenuitatem Gentium comedetis. Geneſis 34. Omnem ſtrenuitatem eorum,& paruulos eorum.Num.31.Et omnem ſtrenuitatem eorum diripuerunt.Iob 31.Si lætatus ſum quòd multa eſſet ſtrenuitas mea.Habakuk 3.Iehoua ſtrenuitas mea. Pſal.49.Qui confidunt ſuper ſtrenuitate ſua. Pſalm.110. Populus liberalitatum in die ſtrenuitatis tuæ. Ioelis 2. Ficus & uitis dederunt ſtrenuitatem ſuam. Et pluraliter חֲיָלִים. Eccleſ. 10.Si obtuſum eſt ferrum,& ipſum non eſt faciebus politum,tum ſtrenuitatibus ſuperabitur. 1.Reg.15.Et miſit principes exercituum.Dan.11.Et congregabunt multitudinem exercituum multorum.

Et in ſtatu affixorum formam ſtatus affixorum ſingularis numeri refert חֵילֵי Ieſaiæ 30. Portabūt in humero pullorum ſtrenuitates ſuas. Iere.15. Strenuitates tuas & theſauros tuos in direptionem dabo.

חֵיל Munitio, ſeu propugnaculum, ex quo ſtrenue pugnatur. Micheæ 4. Cuius propugnaculum eſt mare, & à mari murus eius. Legitur tamen in reliquis locis omnibus ſine iod חֵל 2. Samuelis 20. Fuderunt aggerem contra ciuitatem, & ſtabatur in propugnaculo. Pſalm. 48. Ponite cor ueſtrum ad propugnaculum eius. Ieſaiæ 26. Salutem ponet muros & propugnaculum. Threnorum 2.Et luxit propugnaculum & murus.

448 חוס Non differt à uerbo חָמַל, niſi modo ſignificandi: ſignificat autem proprie occludere,obtegere, conniuere, id eſt, oculos genis obtegere. Eſtq; miſericordiæ, qua parcitur alicui perſonæ uel rei, ideoq; Hieronymus & reliqui omnes poſt illum tranſtulerunt uerbo parcendi. Et conſtruitur cum præpoſitione עַל Ionæ 4.Tu conniuiſti ſuper cucurbita,& ego non conniueam ſuper Niniue. 1. Samuelis 24. Et dicebatur ut occiderem te, ſed connixum eſt ſuper te. Nehemiæ 13. Et conniue ſuper me ſecundum multitudinem pietatis tuæ. Ioelis 2. Conniue Iehoua ſuper populo tuo. Pſalm.72. Conniuebat ſuper exhauſto, & egeno. Ezech. 24.Non ero ocioſus,neq; conniuebo.Gen.45.Et oculus ueſter non conniueat ſuper uaſis ueſtris.Deuter.7.Non cōniueat oculus tuus ſuper illis.& cap.25. Abſcindes manum eius,non conniueat oculus tuus.

449 חוץ Nomen, quanquam nominaliter ſæpenumero reddi non poſſit,ſed participialiter ſeu aduerbialiter, extra, foris, foras: reſpectu ſcilicet interioris partis: ideo dimi-

dimidietatem aliquam, id eſt,dimidiam partē,ſeu locū dimidium. ſed exteriorem importat:unde ſæpe pro platea accipitur, quę eſt extra ædificia. Quādo autem in loco exteriore, uel ad locū exteriorē ſignificet, ex circūſtantijs facile ſumi poteſt: habet aūt cognationem cum uerbo חָצָה dimidiauit.Item cum חָצַץ & חוּצָה חוּץ חָצֵץ Leuit.18. Vel genita foris.Deut.23.Cū ſederis foris.Et iterū:Egredieris illuc foras. 2.Sam.13.Et eduxit eam miniſter eius foras.Iob 18.Et non eſt ei nomen in ſuperficie foris.Eccleſ.2.Et quis feſtinabat foras,pluſquam ego. Et quando conſtruitur cum beth,tunc ſignificat in loco exteriore.Gen.9.Et annunciauit fratribus ſuis foris.Prouer.1.Sapientiæ foris clamitant.Ezech.7.Gladius foris. Quando autē conſtruitur cum מִן præpoſitione uel ſeparata uel affixa,tum importat motum de loco ſuo ad locum exteriorem.Iud.12.Et triginta filias adduxit filijs ſuis foras. Gen. 19.Et eduxit eam extra ciuitatem.cap.6. Et bituminauit eam intrinſecus & extrinſecus.ubi opponitur particulæ מִבַּיִת Et quādo aſſumit in fine literam he חוּצָה tum importat quoq; motum ad locum exteriorem. Iud.12. Et triginta filias miſit foras. Num.35.A pariete ciuitatis,& extra.Ex his igitur alijsq; locis iam citatis facile apparebit, quando ultra ſignificationem ſuam in loco exteriore, uel ad locum exteriorem importet. Et pluraliter חוּצוֹת uel חֻצוֹת plateæ,ſeu uiæ,ſeu loca extra domos ſeu ciuitatem.1.Sam 22.Sicut lutum platearum attenuabo eos.Ieſa.51.In capite omnium platearum.Ier. 5. In plateis Ieruſalem. 1. Reg. 10. Et plateas pones tibi in Dameſek,Ieſaiæ 15.In plateis eius accinxerunt ſe ſacco. Pſal. 144. Oues noſtræ millificant,myriadificant in extraneis noſtris,id eſt,uillis extra urbem.

חַיִץ Paries exterior.Ezech.13.Et ipſe ædificat parietem,ſcilicet exteriorem.

חִיצוֹן Nomen maſculini generis, exterior:& opponitur nomini פְּנִימִי Ezechiel.44.Per uiam portæ ſanctuarij exterioris.Et cap.41. Et ad omnem parietem undiq; in interiore & exteriore.1.Reg.6.Et cælaturis florum intrinſecus,& extrinſecus. Et in genere fœminino חִיצוֹנָה 2.Reg.16.Et introitū regis exteriorem.1.Paralip.26. Operi extrinſeco ſuper Iſrael.Ezech.40.Et introduxit me in atrium exterius. Eſther 6. Et Hamon atrium exterius domus regis intrauerat.

חוּס Vide in uerbo חָסָה.

450 חוּר Nomen ſubſtantiuum,candidum.Eſther 1. Candidum, carbaſinum & hyacinthinum,& cap.8.In indumento regio hyacinthino & candido. Et pluraliter חוֹרִים cādidati,id eſt, liberi,ingenui, claro genere nati, nobiles, induti albis, quod erat ἀξίωμα ingenuorum.1.Reg.21. Et miſit literas ad ſeniores, & ad candidos qui erant in ciuitate eius.Nehem.2.Et Iudæis & ſacerdotibus,& candidis,& magnatibus,& reliquis facientibus opus.cap.5.Obiurgaui candidos & magnates Eccleſ. 10.Bene tibi terra cuius rex tuus filius candidorum. Et in ſtatu regiminis חוֹרֵי Nehem.6.Multiplicabant candidi Iehudæ epiſtolas ſuas.Iere.27.Et omnes candidi Iehuda. Et in ſtatu affixi.Ieſ.34.Candidi eius,& ibi nō ad regnū uocabuntur.

חֹרִי Albedo,candor.Gen.40.Et ecce tres corbes candoris ſuper capite meo. Arbitror nomen hoc eſſe peregrinum.

451 חָוַר Auertit,ſcilicet præ pudore.Ieſaiæ 29.Neq; tunc facies ſuas auertent,ſcilicet pudefacti.Conſule de iſta phraſi in themate חָפַר in altero eius modo ſignificandi in quo congruit ſignificatione cum uerbo חָוַר.

INDE NOMINA:

חֹר Foramē,cauerna,quę ſe auertit introrſum. 2.Reg.12.Et fodit foramē in ianua eius. Cantic.5.Dilectus meus miſit manum ſuam ex foramine.Ezech.8. Et ecce erat foramen unum in pariete.Legitur etiam חֻר Ieſa.11.Et delectabitur ſugens ſuper foramine reguli. Et pluraliter חֹרִים 1.Sam.14.Ecce Hebræi egrediuntur è foraminibus,in quibus abdiderant ſe. Ieſa.42.Propulſatus eſt (quaſi uento) in foramina uniuerſus ille.Item ablatione mem חֹרַי. Ieſaiæ 19. Et texentes foramina, id eſt, retia habētia foramina,quaſi dicat foraminata. Et in ſtatu regiminis חֹרֵי. Iob 30.In foraminibus pulueris & petrarū. Et in ſtatu affixorū.Nahum 2.Impleuit rapina forami-

foramina ſua.Zach.14.Oculi eius contabeſcent in foraminibus ſuis.

חֲרָאֵי Nomen pluralis numeri tãtum,quod ſignificat ſtercora quæ perforant anum, ſeu ex foramine ani egrediuntur: pro quo Magiſtri Hebræorum reuerentiæ cauſa honeſtius uocabulũ in margine poſuerunt,omiſſa uocali ne uidelicet legatur,quemadmodum in עפלים & alijs obſcœnioribus uocabulis fecerunt. Ieſa. 36.An nõ ad uiros, qui ſedent ſuper muro, ut comedant ſtercora ſua, & bibant micturas ſuas apud uos.

מַחֲרָאוֹת Foramina,ſcrobes in quas egeruntur ſtercora.2. Reg. 10. Et poſuerunt eam in foramina uſq; in hunc diem,id eſt,cloacas ſeu latrinas.

452 חוש

Feſtinauit ſeu properauit alacriter & quodam ſtrepitu, opponiturq; uerbo חשה Deut.32. Et feſtinabit, quæ futura ſunt eis. ubi ponitur ſingulare pro plurali,feſtinabunt.Pſal.119.Feſtinaui & non reſtiti.Pſal.37.Feſtina in auxiliũ meum. Legitur quoq; חֻשׁ pro imperatiuo, & eſt corruptũ & irregulare, quod Propheta data opera ita abbreuiare uoluit, ut iſta abbreuiatione maiorẽ temporis feſtinãtiam ſignificaret,feſtina,prædare.Eccl.2.Nam quis comedebat & feſtinabat foris pluſquam ego,id eſt,alacrior,promptior erat. Iob 31. Et feſtinauit ad impoſturam pes meus. & cap. 20. Et propter feſtinare meum in me, id eſt, propter promptitudinẽ meam,quæ eſt in me.

Participium præſens חָשׁ Habakuk 1. Sicut aquila feſtinat ad comedendũ. Poteſt & hoc Ieſaiæ 9. quod ſupra eſt citatum ſic legi:feſtinator prædare.

In tertia coniugatione חִישׁ, & quando poſt ſe regit accuſatiuum, ſumitur actiuè:ut Pſal.55.Feſtinare faciam opus eius.Ieſaiæ 60.Ego Iehoua in tempore ſuo feſtinare faciam illud. Si uero non regit accuſatiuũ,ponitur neutraliter.Iud. 20. Et inſidiæ feſtinauerunt.Ieſaiæ 28.Qui credit non feſtinabit,id eſt,manebit conſtans in aduerſis, & tranquilla cõſcientia non fugiet aduenienté morte.Paulus apoſtolus uertit,Non pudefiet.

INDE NOMINA:

חָשִׁים Nomen participiale,pluralis numeri. Num. 32.Et nos eligemur feſtinatores corã filijs Iſrael,id eſt,ut ſimus expediti,& alacres.

חִישׁ Feſtinantia,& conſtructum cum uerbo, ſolet, ut alia quoq; nomina aduerbiaſcere.Pſal.90.Quoniam detondes feſtinanter & auolamus.

חשש Vide infra ſuo in loco.

453 חזה

Vidit,præuidit,proſpexit,reuelationem habuit, uiſionem tenuit & apprehendit,quæ manet:& differt tantum ſignificandi modo à ראה Pſal. 58.Lætabitur iuſtus,cum uiderit ultionem.Ieſaiæ 1. Viſio Ieſaiæ,quam prȩuidit ſuper Iehudam, & Ieruſalem.Exod. 18. Deſpiciet autẽ ex omni populo uiros ſtrenuos. & cap. 24. Ad principes autem filiorum Iſrael nõ miſit manum ſuam,uideruntq; deum & comederunt atq; biberũt.Num.24.Certus ſermo audientis ſermones Dei,qui uiſionem omnipotẽtis uidet.Iob 15.Et quod uidi enarrabo.Et iterum:Et ex carne mea uidebo deum.Pſal.58.Sicut abortiuus mulieris,non uidens ſolem. Iob 8. Iuxta ſcaturigines,radices eius denſȩ erunt, domum lapideam uidebit. quod tamen alij ſic exponunt:Et domum lapideam implicabit.ut nonnihil cum uerbo ראה ſignificatione propius conueniat. Verum,quando cum prȩpoſitione beth conſtruitur, tum ſignificat cum uoluptate uidere,uoluptatem capere ex uiſione.Cantic.6.Reuertere reuertere uideamus te,quid uidetis in Sunamithe, ipſa ſimilis eſt choro caſtrorum. Similiter quando cum lamed conſtruitur. Iob 19. Videbo mihi deum in carne mea,id eſt,in conſolationem meam.

In tertia coniugatione חִזָּה Iob 23. Si ad ſiniſtram ubi ipſe facit opus ſuum, non uidebo.Micheæ 4. cum beth. Videbit in Zion oculus noſter, id eſt, uidebit cum uoluptate.

INDE NOMINA:

חֹזֶה Nomẽ participiale, Vidẽs,qui antea in ſpiritu prȩuidet futura, qui quȩ alijs occul

ta

ta ſunt futura prædicit, qui habet reuelationem. 2. Samuelis 24. Et uerbum Iehoua factum eſt ad Gad prophetam, uidentem Dauid. 2. Reg. 17. Et teſtificatus eſt Iehoua in Iſrael, & in Iehuda per manum omnium prophetarum, & omnem uidentem. pro quo Chaldæus מַלְּפָא doctorem uertit. 1. Paralip. 2. Omnes iſti filij Heman uidentis regis in uerbis dei ad exaltandum cornu. 1. Paralip. 29. Sed res geſtæ Dauidis regis priores, & poſteriores illæ ſcriptæ ſunt in ſermonibus Samuelis uidentis, & in ſermonibus Nathan prophetæ, & in ſermonibus Gad uidentis. ubi hæc tria leguntur חֹזֶה & נָבִיא רֹאֶה Et pluraliter חֹזִים 2. Paral. 33. Reliqua geſta Manaſſe & oratio ad deum ſuum, & ſermones uidentium, qui ad ipſum loquuti ſunt in nomine Iehoua dei Iſrael. Ieſaiæ 30. Siquidem dicunt Videntibus, nolite uidere: & proſpicientibus, nolite proſpicere. & cap. 47. Et ſtent nunc, & ſaluent te ſcrutatores cœlorum, & uidentes ſtellarum.

חָזוּת Viſio, prouiſio. Ieſaiæ 28. Quoniã dixiſtis percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus uiſionem, ſeu prouiſionem. Chaldæus uertit שְׁלָמָא quod inituri amicitiam aut fœdera, prius conuenientes inuicem conſpiciebant: ut in hiſtoria Regum cernere licet.

חָזוֹן Viſio, quæ alicui apparet, & reuelatur: Reuelatio, quæ apprehenſa manet, nec elabitur. 1. Sam. 3. Et uerbum Iehoua erat pretioſum in diebus illis, neq; uiſio erat diffuſa. Pſalm. 89. Tunc dixi in uiſione ad pios tuos. Et in ſtatu regiminis חֲזוֹן Ieſa. 1. Viſio Ieſaiæ. Indidit autem Ieſaias ſuo libro hoc nomen, quod de futuris, quæ ipſe ſpiritu ſuo præuiderat in eo concionetur. & cap. 29. Et erit ſicut ſomnium uiſioſionis nocturnæ.

חִזָּיוֹן Viſio, apparitio, reuelatio, quæ apprehenſa manet, nec elabitur memoria. 2. Sam. 7. Secũdum omnia uerba hæc, & iuxta omnem uiſionem iſtam ſicut loquutus eſt Nathan ad Dauid. Ieſaiæ 22. Onus uallis uiſionis.

חֶזְיוֹן Viſio. Iob 20. Quaſi ſomnium auolabit, & non inuenient eum, & euaneſcet ſicut uiſio noctis. cap. 33. In ſomnio uiſionis nocturnæ, quando ſopor irruit ſuper homines, tunc reuelat aurem hominum. Et pluraliter חֶזְיֹנוֹת Ioelis ſecundo, Et prophetabunt filij ueſtri, & filiæ ueſtræ, ſenes ueſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes ueſtri uiſiones uidebunt. Iob 4. Ad me uerbum furtiuè factum eſt, arripuit auris mea modicum ab eo in agitationibus & uiſionibus noctis. & cap. 7. Et uiſionibus perterres me.

מַחֲזֶה Viſio. Gen. 15. Poſtea factum eſt uerbum Iehoua ad Abraham in uiſione. Et in ſtatu regiminis מַחֲזֵה Num. 24. Certus ſermo audientis ſermones dei, quiq; uiſionẽ Omnipotentis uidet. Ezech. 13. Nunquid uiſionem temere uidiſtis.

מֶחֱזָה Feneſtra, per quam lumen ſolis illabitur, ut uideant homines in æde. 1. Reg. 7. Et feneſtrarum erant tres ordines.

חָזוּת Viſio, claritas. Ieſaiæ 21. Viſio dura annunciata eſt mihi. Et iterum cap. 28. Et uiſio ueſtra cũ inferno non ſtabit, id eſt, amicitia ſeu fœdus. & cap. 29. Et facta eſt uobis uiſio omnium, ſicut uerba libri obſignati. Daniel. 8. Et hirco erat cornu illuſtre inter oculos eius. Et pluraliter חֲזוֹת 2. Paralip. 9. Et in uiſionibus Ieddo uidentis.

חֲזִיז Viſio, apparẽtia, ſplendor, coruſcatio, fulgur. Iob 28. Qui facit pluuię legem & uiã coruſcationi tonitruorum. Et pluraliter חֲזִיזִים Zachariæ 10. Iehoua facit fulgura, & imbrem pluuiæ. ſicut ab חָזָה deriuatur חֲזִיזִי.

חָזֶה Pectus: anterior pars animalis, à gula uſq; ad uentrẽ, ſic Hebræis dicta, quòd proſtet & appareat hominum aſpectui, & apprehendi poſſit. Exod. 29. Et ſumes pectus de ariete. Leuit. 7. Adipem ſuper pectore afferent. In ſtatu regiminis חֲזֵה Leuit. 10. Et pectus leuandæ. Item uiſio. Ieſaiæ 48. Audiuiſti uiſionem uniuerſam, & tamen non annunciaſti. Et pluraliter חָזוֹת pectora. Leuit. 9. Et ponent adipes ſuper pectora.

מָחוֹז Vide in themate חוז.

454 חזק

Vel חָזַק: quanquã de poſteriore forma tantum reperiatur participium, de quo infra

infra ſuo in loco. Atque uerbum hoc adeo magnam habet in ſignificatione cum חַיִל & כֹּחַ עֹז אָמֵץ גָּבַר אֵתָן affinitatem, ut ab interpretibus omnino confundantur, ſiquidem & eandem ferè habeant conſtructionē, præſertim חָזַק & אָמֵץ, deinde ſæpe quoq; de eadem re & perſona, & ſimul & eodem modo dici uideantur. Ad hæc, facit nonnihil ad hanc confuſionem Latinæ linguæ pauperies quæ non perinde abundat, ut ſingulis ſuam propriam ſignificationem tribuere poſſit, qua ab alijs diſcernatur: quare diligenti cōſideratione opus eſt, ut qua ſingula ratione fortitudinem, aut potentiam, aut robur ſignificant cognoſcamus. Et ut in reliquis quantum fieri potuit, & Latina lingua conceſſit, propriam ſignificationē indicauimus, unde eam habeat, ita hoc uerbum deprehendi proprie ſignificare firmā apprehenſionem, uel cum comprehenſione firmam retentionem, ut qui uel corpus, aut corporis neruos & membra conſtringit ac etiam ſpiritus retentione cōfirmat, ut firmior & compactior eſſe poſſit, Sich faſſen / oder gefaſſt machen / vheſt halten / vheſt anhalten / yberhand behalten: quare opponitur uerbis רָפָה qđ remiſſum & diſſolutū eſſe, & חלה quod languidum ſeu infirmū eſſe, ſignificat. Aut ſi res aliqua ſeu ædificiū, quod hiabat & non cohęrebat, reſarcitur, ut partes cōtingant & reintegrentˉ ut firmiter cōſiſtat, aut ſi clauus ſeu palus parieti uel terræ infigitur ut firmus ſit, resq; firmiter conſtringat. In prima autem coniugatione plerunque legitur abſolutè. Geneſ. 41. Quia obtinuerat fames in tota terra Ægypti. Exod. 12. Et obtinuerat Ægyptus ſuper populo ut celeriter dimitteret eum è terra. Iud. 1. Quia obtinuerat Iſrael, & poſuerat Cananeum in tributum. 2. Sam. 18. Et retentum eſt caput eius in quercu. Ieſaię 28. Ne detineantur uincula ueſtra. 2. Sam. 24. Et cōfirmatum eſt uerbum regis ad Ioab, id eſt, firmiter pertigit. Deut. 12. Tantum obfirma te ab comedere ſanguinem, id eſt, abſtine. & cap. 31. Eſtote obfirmati & corroboremini, nec timeatis, neq; præualeamini à conſpectu illorum, halter vheſt. Ioſue 10. Ne timeatis, neq; conſternemini, obfirmemini & eſtote fortes. Ioſue 17. Et factum eſt quando obtinuiſſent filij Iſrael. Iud. 7. Audies quid illi loquentur, & poſtea confirmentur manus tuæ. 2. Sam. 17. Et obtinuit Dauid de Philiſtæo in funda & lapide. Ieſaiæ 39. Poſtquā audiuit quod ægrotaſſet & confirmatus fuiſſet. ubi opponitur uerbo חלה. Secundo conſtruitur cum ablatiuo mediante præpoſitione beth. Exod. 4. Mitte manum tuam, & apprehende in cauda eius: & miſit manum ſuam, & apprehendit in eo, ſcilicet ſerpente.

Participium præſens חָזֵק Exod. 19. Voce tubæ eunte, & intendente, ſeu urgente, ſeu imprimente. 2. Sam. 3. Et Dauid ibat, & confirmabatur, ſed domus Saul ibat & exhauriebatur.

In ſecunda coniugatione חִזֵּק firmauit, confirmauit, obfirmauit, obtinuit, detinuit, & regit poſt ſe accuſatiuum mediante articulo את uel ſine eo. Pſal. 147. Quoniam firmauit uectes portarum tuarum. Exo. 4. Et ecce obfirmabo cor illius, ne dimittat populum. Exo. 7. Et obfirmauit cor Pharaonis, & non audiebat eos. Iere. 5. Obfirmauerūt facies ſuas pluſquā petram. Ieſaiæ 22. Et baltheo tuo firmabo eum, id eſt, confringā. Nahum 2. Confirma lumbos. & cap. 3. Obfirma munitiones tuas. Ieſaiæ 35. Firmate manus remiſſas. Ieſaiæ 54. Et clauos firma, id eſt, infigé. Iudic. 4. Et confirmauit Iehoua Eglon regem Moab contra Iſraelem. Iud. 16. Iehoua memento mei, & cōfirma me. 1. Sam. 23. Et confirmauit manum eius in Deo. Deut. 1. Hunc confirma, quia ipſe poſſidere faciet eam, Iſraelem. cap. 13. Confirma eum, & conforta eum. 2. Reg. 2. Non confirmauerunt ſacerdotes fracturam domus. Ieſaię 33. Abiecti ſunt funes tui, ne confirment, id eſt, conſtringant. Pſal. 64. Confirmant ſibi rem malam, id eſt, decernunt.

Participium præſens מְחַזֵּק Exo. 14. Et ecce ego confirmo cor Ægypti. Et pluraliter מְחַזְּקִים 2. Reg. 12. Quare uos non confirmatis rupturas domus.

In tertia coniugatione הֶחֱזִיק, & conſtruitur aliquando cum accuſatiuo, ſine tamen articulo את Pſal. 35. Apprehende ſcutum & cuſpidem. Ieſaię 4. Apprehenderunt unum uirum. Iere. 16. Anguſtia apprehēdit nos. Ezech. 16. Oppreſſum & egenum

num nõ confirmauit.2.Sam.11.Confirma bellum tuum contra ciuitatem,& euerte eam,& tu confirma eum.Deinde ſæpe conſtruitur cum ablatiuo mediante præpoſitione beth.Deut.22.Et apprehenderit in eam uir & concubuerit cum ea.Iud.7.Et in trecentis uiris apprehendit.Deut.25.Et extenderit manum ſuam,& apprehenderit in carne eius.Iudic.7.Et apprehendebant in manu ſiniſtra ſua in lampadibus.1.Sam.15.Et apprehendit in ala pallij ipſius.Prouerb.4. Apprehende in caſtigatione,& ne remittas.Nehe.3.Et iuxta manum illorũ cõfirmauit Meremoth. Et ſemel cõſtruitur cũ articulo lamed datiui caſus 1.Sam.15. Et miſit manũ ſuam,& apprehẽdit in illum,& oſculum infixit ei. Et ut in prima cõiugatione, ita etiam in hac pro confirmatione ponitur.Leuit.25.Si attenuatus fuerit frater tuus, & nutauerit manus eius apud te,ſtatim confirmabis in eo.

Participium præſens מַחֲזִיק 2.Paralip.4.Continens bathos. Reliquis in locis omnibus conſtruitur cum ablatiuo mediante præpoſitione beth.Exod.9.Quòd ſi nolueris tu dimittere & adhuc tu retines in eis.Iud.16. Et dicebat Simſom ad puerũ,qui retinebat in manu eius.Iob 2.Qui adhuc retinet in integritate ſua.Prouer.26.Qui apprehendit in auribus canis. Et pluraliter מַחֲזִיקִים Prouerb.3.Lignum uitæ eſt ipſa,apprehendentibus in ea.

In quarta coniugatione הִתְחַזֵּק 2.Paralip.13.Et non obfirmare ſe potuit ante faciem eorum,id eſt non potuit ſeu auſus eſt ſe opponere.Gen.48.Et cõfirmauit ſe Iſrael & reſedit ſuper lecto.Num.13.Et confirmetis uos,& accipietis de fructu terræ.Iud.20.Et confirmauit ſe populus,ut inſtrueret bellum.1.Sam.30.Et confirmauit ſe Dauid in Iehoua deo ſuo,id eſt animauit ſe.1.Reg.20.Vade cõfirma te & cognoſces.1.Paral.19.Confirmatus eſto,& confirmabimus nos pro populo noſtro.

Participium מִתְחַזֵּק 2.Sam.3.Et Abner erat confirmans in domo Saul. Et pluraliter מִתְחַזְּקִים 1.Parali.11.Hæc ſunt capita heroum,qui Dauidis erant, & confirmabant in regno eius.

INDE NOMINA:

חָזָק Nomen adiectiuum,maſculini generis,& tam de perſona,quàm re dicitur intẽſa, uehementi,pertinaci,impetuoſa.Ioſue 14.Adhuc hodie ego ſum firmus, ſicut fui in die,&c.Prouerb.23.Quia redemptor eorũ eſt firmus.Num.13.Nũ firmus ſit uel remiſſus.Et iterum:Nõ poterimus aſcẽdere ad populum,quia firmus eſt pluſquã nos.Exod.10.Et uertit Iehoua uentũ maris impetuoſum ualde.cap.19.Et uox cornu intenſa ualde.1.Reg.17.Et ægritudo eius erat intenſa ualde. Et ſemel cũ beth ab initio בְּחָזָק in abſtracto.Ieſa.40.Iehoua in impetu ueniet. Et pluraliter חֲזָקִים Iob 37.Qui tam obfirmati ſunt,uelut ſpeculum fuſum.Ezechiel.3.Ecce dedi facies tuas obfirmatas contra facies eorũ. Et in ſtatu regiminis חִזְקֵי Ezech.2.Et obfirmatos corde,& cap.3.Obfirmati fronte. Et in genere fœminino חֲזָקָה 1.Sam.14.Et factum eſt bellum obfirmatum,id eſt pertinax,intenſum.Ieſaię 27.In gladio ſuo duro,& magno,& pertinaci.Iere.21.Et in brachio obfirmato.

חֵזֶק Nomen,quod in ſtatu affixi חִזְקִי legitur Pſal.18.Iehoua confirmatio mea. Et in forma fœminea, ſtatus regiminis חֶזְקַת Ieſaiæ 8.Iuxta confirmationem manus.

חֹזֶק Firmitudo,firmitas.Exod.13.Quoniam in firmitudine manus eduxit Iehoua uos inde.Haggæi 2.Perdam firmitudinem regnorum Gentium. Et in forma fœminea חָזְקָה Ionæ 3.Et clament ad deum,in firmitudine,id eſt uoce intenſa, & indeſinenter.Iud.4.Et rixabantur cum eo in firmitudine.1.Sam.2.Aut ſi nõ dederis, tollam in firmitudine,id eſt uiolentia.Ezech.34.Et in firmitudine ſubegiſti eos,id eſt uiolentia,uiolenter.

455 חֲזִיר Sus,porcus,animal ex illorum numero,quæ etſi diuidant ungulam, tamen nõ ruminant,ideoq; Iudæis in eſu interdictus fuit: deinde quod natura immũdus ſit,& leproſus,& ab unguentis peculiariter abhorreat,ac tantum ſordibus delectetur.Leuit.11.& Deut.14.Et ſuem, qui etſi diuidit ungulã, &c.tamen trahendã non attrahit.Ieſaiæ 66.Comedẽtes carnem ſuis.Pſal.80.Exterminabit eam ſus de ſylua.Prouerb.22.Monile aureũ in naſo ſuis.Et Petrus apoſtolus quoq; huius ani

malis ingenium exprimit 2. Epiſt.2. Et ſus lota, reuerſa ad uolutabrum cœni. Et quidem hæc uox Chaldæis quoq; uolutationem ſignificat.

456 חָטָא

Neutraliter ſignificat errare, aberrare, deuiare, deflectere, ſcilicet à uia, ſcopo, lege, uerbo Dei præſcripto, in quo recte ambulare oportebat, Germanicè abweichen/feilen/ item delinquere (ſicut Auguſtinus in Pſalmorũ enarratione definit) tanquam de liquido quodam defluere, à ſtabilitate firmamenti & iuſtitiæ, ſiue à bono deficere. Vulgaris editio ſemper uerbo peccare reddidit, quod cum propriè dictum ſit, quaſi pellicare, id eſt cum pellice coire, ſeu adulterium cõmittere, & ſignificationi huius uocis minus conueniat, malui uerbo errandi ſiue delinquendi uertere. Primo, quod ad conſtructionem ipſius attinet, ſæpe abſolutè legitur: ut Exo. 32. Obſecro errauit populus iſte errore magno, fecit enĩ ſibi deos aureos. Ioſue 7. Errauit Iſrael, tranſgreſſi ſunt fœdus meum, quod præcepi cũ eis. Leuit. 4. Si ſacerdos unctus errauerit in reatum populi. 1. Reg. 8. Non eſt, qui non erret. Pſalm. 4. Iraſcimini & non erretis. Pſalm. 106. Errauimus cum patribus noſtris, inique egimus, & improbi fuimus. Iob 5. Viſitabis habitaculum tuum, & nõ errabis. cap. 33. Et dixit, Erraui, & rectum curuaui. Secundo, licet deerrationem ſignificet, tamen ad modum uerborum מָרָה מָרַד סָרַר סוּר פָּשַׁע nunc cum lamed, nunc cum beth, nunc cum mem conſtruitur, licet cum poſtrema præpoſitione conſtructio ſit illi propria. Hæc enim omnia ſignificant aberrare à uero, aut bono, aut lege præſcripta, à Deo, & uerbo dei, & contra illa aliquid perpetrare. Cũ lamed, quæ eſt aduerſatiua. Geneſ. 4. Quid erraui contra te. Exod. 32. Vos deliquiſtis delicto magno. Geneſ. 20. Et prohibui tibi ne delinqueres contra me. ubi uau ſcriptũ eſt pro aleph. Cum beth. Gen. 42. Ne delinquatis in puerum. 1. Sam. 19. Et dixit ad eum, ne delinquat rex in ſeruum ſuum Dauidem. Cum mem. Leuit. 4. Anima ſi errauerit ex ignorantia ab omnibus præceptis Iehoua.

Participium præſens חוֹטֵא Prouer. 19. Qui ꝑperat pedibus, aberrat. & cap. 11. Si iuſto in terra retribuetur, quanto magis improbo & erranti. Eccleſ. 7. Qui bonus eſt coram Deo is liberabitur ab ea, ſed aberrans capietur ab ea, ſcilicet meretrice. Et in penultima ſubſcripto ſægol more uerborũ deſinentiũ in he litera חוֹטֶא Eccl. 8. Etiamſi errabundus faciet centies malũ. Et pluraliter חוֹטְאִים 1. Sam. 14. Ecce populus aberrat cõtra Iehoua comedẽdo iuxta ſanguinem, id eſt propterea quòd comedit ſanguinem. Et in genere fœminino חוֹטֵאת Ezechiel. 18. Anima quæ errat ipſa morietur.

In ſecunda coniugatione חִטֵּא ſignificationem habet actiuam, & alijs coniugationibus cõtrariam: ſignificat enim reducere in uiam, ſeu ſtatum priſtinum, munditiem, puritatem & ſanctitatem reſtituit, erratum ſeu delictum abſtulit, repurgauit, cõpenſauit reſtitutione: Latini commode reddiderunt uerbo expiandi. Gen. 31. Laceratũ non reportaui ad te, ego expiaui illud, id eſt culpam errati in me trãſtuli, & compenſaui. Exod. 29. Et iuuencum errati facies in die, pro propiciationibus, expiabisq; ſuper altare. Leuit. 8. Et expiabis altare, & ſanguinẽ fundet ad fundamentum altaris. cap. 9. Et adduxit ſacrificium populi, accepitq; caprum errati, qui erat populi, mactanſq; eum expiauit illum. cap. 14. Et accipiet ad expiandum domum duos paſſeres. Num. 19. Et aſperget mundus ſuper immũdum die tertio, & quarto, & expiabit illum die ſeptimo. Pſalm. 51. Expiabis me Eſopo, & mũdus ero. Alludit hoc uerſu Propheta ad legem Num. 19. atq; ſimul explicat typum. Petit enim ſanguine Chriſti expiari ab erratis, ſicut & Iohannes Euangeliſta de ſanguine Chriſti inquit, Sanguis Chriſti emundat nos ab omni iniquitate. & uerbo *καθαρίζω* reddidit.

Participium præſens מְחַטֵּא Leuit. 6. Et ſacerdos qui expiat eam, comedet eam. Porrò quis modus & ritus expiationis fuerit, leges Leuit. 6.

In tertia coniugatione הֶחֱטִיא ſi abſolute ſcribitur, ſignificat aberrare à ſcopo. Iudicum 20. Et illi iaculabantur funda ad capillum, neq; aberrabant. Si autem ponitur in regimine, ſignificat tranſitiuè errare, ſeu aberrare fecit, id eſt abduxit, ſeduxit,

xit,in errorem abduxit. 1. Reg. 14. Tradetq́ Iſraelem propter errata Ierobeã,quibus errauit,& errare fecit Iſraelem.1.Reg.15.Et ambulauit in uia patris ſui, & in errore ipſius,quo errare fecit Iſraelem.Exod.23.Non habitent in terra tua, ne errare faciant te contra me.Deut.24.Et ne aberrare facias terram,id eſt,in errorem abducas terram.Eccl.5. Ne dederis os tuum ad ſeducendũ carnem tuam.Et Paulus uidetur expreſſiſſe hoc uerbum Rom. 7. Peccatũ occaſione accepta per præceptũ ἐξηπάτησε ſeduxit me,id eſt à uia abduxit,& decepit me.

Participium præſens מַחֲטִיאֵי Ieſaiæ 29.Aberrare facientes homines in uerbo.

In quarta cõiugatione יִתְחַטָּאוּ Iob 41.Ab eleuatione eius formidãt fortes,à procellis deflectent ſe,id eſt,proripient ſe aliò.Num.8.Et expiauerunt ſe, & lauarunt ueſtimenta ſua.& cap.19.Et expiabit ſe illa,ſcilicet aqua.

INDE NOMINA:

חַטָּא Erro,erroneus,errabundus,reus,culpandus:tametſi eius plurale חַטָּאִים tantum in uſu eſt.Geneſ.13.Et uiri Sodomæ erant mali & errones contra Iehoua ualde.1.Samuelis 15.Vade,& extermina errones Amalechitas.Prouerb.1.Fili mi,ſi lactauerint te errones, ne acquieſcas. Pſal.1. Et in uia erronum non ſtetit. Pſal.25. Bonus & rectus eſt Iehoua:ideo diriget errones in uiam.1.Reg.1.Cum dormierit ſuſtentator meus cum patrib.ſuis,ero ego & filius meus errones,id eſt,extorres, exules.

In ſtatu regiminis חַטָּאֵי Amos 9.Gladio moriẽtur omnes errones populi mei.

חֵטְא Erratum, delictũ, culpa,reatus,ein feil. Leuit.19. Ne portes pro ipſo erratũ.Deuter.16.Ne clamet contra te ad Iehoua,& fiat in te erratum. Deut.21. Si fuerit in uiro erratũ iudicio mortis.Pſal.51.Et in errato concepit me mater mea. In ſtatu affixorum mutat zere in ſægol.Leuit.20. Erratũ ſuum portabũt,orbi ambo morientur.Num.27.Quia in errato ſuo mortuus eſt. Et pluraliter חֲטָאִים errata.Eccl.10. Quoniam lenitas quietabit errata magna. In ſtatu regiminis חֲטָאֵי Ezech.23.Et errata idolorum ueſtrorum. In ſtatu affixorum nullas uoces mutat.Gen.41.Erratuum meorum ego recordor hodie.Ieſa.1. Si fuerint errata ueſtra uelut coccinũ.

חֲטָאָה Erratum,delictum:eſt etiam culpę.Exod.34. Tollens iniquitatem & tranſgreſſionem & erratum.Ieſa.5.Et quaſi catenis plauſtri trahet erratum.

חֲטָאָה Erratum delictum:& eſt etiam culpæ. Gen.20. Quid errauí contra te,quòd adduxiſti ſuper me & ſuper regnum meum erratum tam magnum. Exod. 32. Induxiſti ſuper eum erratum magnum.2.Reg.17. Et errare fecit eos errore magno. Pſal.32. Cui ablata eſt transgreſsio,& tectum erratum.Pſal.109.Et oratio eius ſit in erratũ. Pſalm.40.Holocauſtum & erratum,id eſt,piaculum.

חַטָּאת In ſtatu abſoluto.Exod.5.Ecce ſerui tui percutiuntur,& erratum eſt populus tuus: dein volck muß vnrecht haben.

חַטָּאת Secundum modum ſignificandi primæ,tertiæ & quartæ coniugationis,erratum, delictum.Geneſ.4.Nónne ſi bene egeris,ſupportatio:ſi uero non benefeceris,ad ianuam erratũ cubat.Num.12.Ne ponas ſuper nos erratũ, quod fecimus, & quod aberrauimus.1.Reg.12. Poſuit unum uitulum in Bethel, & alterum in Dan, & facta eſt res iſta in erratum.Paulus uidetur reddidiſſe παράπτωμα Galat. 6. Si occupatus fuerit in aliquo delicto.& oppoſuiſſe uerbo σίχομαι, quod ordine incedere ſignificat. In ſtatu regiminis חַטַּאת 1. Sam. 2. Et erat erratum puerorum grandeualde.1.Sam.15.Quoniam erratum magiæ eſt rebellio. In ſtatu affixorum recipit in penultima cametz,& ab abſoluto nihil uariat חַטָּאת Exod.18. Clamor Sodomæ & Gomorræ equidem mutuis,& erratum ipſorum magnum ualde.1.Sam.15.Nunc igitur tolle erratum meum.Pſal.51.Tibi ſoli,inquam,tibi erratum meum, & coram te malum feci.Eſt autem nomen,quia accentum habet in ultima. Et pluraliter חַטָּאוֹת Nehemiæ 10. Pro erratis. Iob 13. Quot ſunt mihi iniquitates & errata. Et in ſtatu regiminis cum uau חַטֹּאות 2.Reg.15. Neq; diſceſſit ab erratis Ierobeam filij Nebath , quibus errare fecit Iſraelẽ. 1.Regum 16. Propter omnia errata Baeſa.Legitur tamen ſæpius ſine uau חַטֹּאת Num.5.Si uir aut mulier fecerint unũ ex omnibus erratis hominis,id eſt,contra aliquem hominem.2.Reg.24.Propter

errata Manaſſe. Et in ſtatu affixorum nihil uariat à ſtatu regiminis. Pſal. 25. Parce omnibus erratis meis. Sic Chriſtus Matth. 6. Si remiſeritis hominibus errata ſua, remittet & uobis pater ueſter cœleſtis: quòd ſi non remiſeritis hominibus errata ſua, nec pater ueſter remittet errata ueſtra. Eſt obſeruandum quòd חַטָּאת ſecundum modum ſignificãdi ſecundæ coniugationis, ſignificat uel ſimpliciter expiationem: ut Num. 8. Sic facies eis, quando purificaueris eos, ſpargas ſuper eos aquas expiationis. Vel piaculum, id eſt, ſacrificiũ expiationis, quo ſcilicet expiatur erratũ. Diſtinguit tamen Moſes Leuitic. 6. diſertis uerbis ſacrificia expiationis in duo genera: Alterum erat animalium, quorum ſanguis inferebatur in tabernaculum teſtimonij, & adeps cremabatur ſuper altare holocauſti, cæterum pelles, carnes, caput, crura, inteſtina & ſtercus extra caſtra portata cremabantur, nec licebat ſacerdotibus de ipſis edere quicquam. Et de hoc ſacrificiorũ genere loquitur Moſes Leuit. 4. ubi eius quatuor ſpecies ponit, & Autor epiſtolæ ad Hebræos cap. 13. ad ſacrificium Chriſti in cruce extra portas Hieroſolymæ factum accommodat cum ſcribit: Animalium, quorũ ſanguis infertur pro peccato in ſancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra: quapropter & Ieſus, ut ſanctificaret per proprium ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt, &c. Paulus aũt Apoſtolus Rom. 8. utrũq; nomine Græco ἁμαρτία reddidit ubi dicit: Et de peccato cõdemnauit peccatum. ubi prius pro piaculo, alterum pro peccato admiſſo uſurpat. Similiter 2. Corinth. 5. Eum qui nõ nouit peccatum, fecit peccatũ, id eſt, piaculum ſeu hoſtiam deſtinatam expiando peccato. Alterum genus erat animaliũ quorum ſanguis non inferebatur in tabernaculum teſtimonij, & carnes eius edebãtur à ſacerdotibus: atq; huius ſacrificij generis mentionem facit Moſes Leuit. 6. & prius ab iſto poſteriore genere diſcernit. Sed utriuſq; nunc exempla ſubiungã. Leuit. 4. Si ſacerdos unctus errauerit in reatum populi, offerat pro errato ſuo, quo errauit, iuuencum filium bouis perfectum ipſi Iehoua ad erratum. ubi prius pro errato commiſſo, alterũ pro ſacrificio expiationis accipirur. & cap. 6. Hæc eſt lex errati, in loco in quo mactabitur holocauſtum mactetur erratũ coram Iehoua: eſt enim Sanctum ſanctorum: ſacerdos qui expiationem faciet comedet eam in loco ſancto, &c. In ſtatu regiminis חַטַּאת Exod. 30. Per ſanguinem errati, id eſt, piaculi. Oſeę 4. Erratum populi comederunt Et pluraliter חַטָּאוֹת 2. Reg. 12. Argentũ reatus & argentũ erratuũ non eſt illatum in domum Iehoua. Sed tamen ſcias quòd illa ſacrificia expiationis fuerint tantum de quatuor animalium quadrupedũ ſpeciebus, aut etiam auibus, ut de colũbis, et turturibus: uerumetiã de ſimila, panibus, alijsq; eſculentis, ut paſſim uidere eſt in Moſe.

457 **חָטַב** Significatione cõuenit cum uerbis חָטַף קָטַב קָטַף חָבַט חָתַךְ nisi quòd & קָצַב ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe diſcrepent: ſignificat hoc ſuccidere ligna ſecuri. Ezechiel. 39. Neque ſuccidẽt de ſyluis. Deuter. 19. In ſylua ad ſuccidendum ligna.

Participiũ præſens ſeu nomen participiale חֹטֵב Deut. 29. A cædente ligna tua. Et pluraliter חֹטְבִים 2. Paralip. 20. Cæſoribus.

In ſecunda coniugatione חִטֵּב legitur tantùm participium præteritum, generis fœminini מְחֻטָּבוֹת Pſal. 144. Filiæ noſtræ ſicut anguli exciſi inſtar palatij.

INDE NOMEN;

**חֲטֻבוֹת** Interpretes omnes pro tapetibus accipiunt, & interpretantur: arbitror autẽ non eſſe Hebræum, ſed Ægyptium, ſicut proxime ſequens אֵטוּן Prouerb. 7. Stragulis ſtraui lectulum meum, tapetibus & funibus Ægypti.

**חֹטֶר** Vide in themate ſuo חָטַר.

458 **חָטַם** Arbitror ſignificatione affine eſſe cum uerbis חָתַם & חָסַם חמט & ſignificare cohibitionem, retentionem. Ieſaiæ 48. Propter nomẽ meum prolongabo iram meam, & laus mea, ſi cohibebo tibi, id eſt, tui cauſa, tibi in bonum.

INDE

INDE NOMEN,

חֹמֶט Metatheſi literarum facta, animalculum, ex illorū genere, quæ lex iudicat immunda eſſe, atq; aſſentior illis, qui pro limaca accipiunt, quæ ſe domi cohibet. Leuit. 11. Et limaca & talpa.

459 חָטַף Rapuit, & importat uiolentam celeritatem. Iud. 21. Et egrediemini de uineis & rapietis uobis unuſquiſq; uxorē ſibi. Pſal. 10. Inſidiatur clàm ſicut leo in latibulo, inſidiaſ ad rapiendū oppreſſum, rapiet oppreſſum trahēdò eū in rete ſuum.

460 חֹטֶר Duobus tantum ſcripturæ locis reperitur, ſignificatq; uirgam ſeu uirgulam, uit gultū, baculum. Ieſa. 11. Et egredietur uirgula è ſtirpe Iſai. Prouer. 14. In ore ſtulti, uirga ſuperbiæ. pro quo Chaldæus uertit חוּטְרָא uirga.

461 חַי Vixit, motū & operationes uitales habuit exeruitq;, ut ſunt edere, bibere, ſentire, & quæ illa comitantur, ut eſſe ſanū, lætum, bene ualentem, &c. Et eſt uerbū imperfectum & defectiuum: nam in hac tantum forma legitur, tantumq; in prę terito, & participio præſenti: congruit ſignificatione cum uerbo חָיָה niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi ab eo differt, quod alterum de uitæ, alterū de lucis propagatione dicatur: deinde congruit etiamcùm ſignificatione, tum modo ſignificandi cum uerbo חָיָה niſi quòd hoc coniugetur per tres coniugationes, alterum ut ſupra dixi ſit defectiuum & imperfectum. In præterito. Geneſ. 5. Et fuerunt omnes dies Adam, quos uixit nongēti & triginta anni, & mortuus eſt. Gen. 11. Et Arphaxat uixit triginta quinq; annis. & cap. 25. Iſti ſunt dies annorum uitæ Abrahæ quos uixit. Et cū uau cōuerſiuo. Gen. 3. Et modo ne mittat manū ſuā, & accipiat de ligno uitæ, & comedat, & uiuat perpetuo. Exo. 33. Non uidebit me homo, & uiuet. Leuit. 25. Suſtentabis tam peregrinū, q̄ inquilinū & uiuat apud te.

Participium pręſens חַי Gen. 43. An adhuc pater ueſter uiuit. Iob 19. Scio quod redemptor meus uiuit. 1. Sam. 25. Et dicetis ſic uiuenti. Ieſaiæ 38 Viuēs, uiuens ipſe celebrabit te. Ieſa. 3. In hoc cognoſcetis, quod deus uiuēs ſit inter uos. 2. Reg. 19. Vt conuiciaretur deo uiuenti. Legitur tamen abſolutè poſitum pro Deo Gen. 16. Propterea nomen indidit puteo, puteus uiuentis, uidentis me. Vtuntur etiam Hebræi in iuramentis iſto participio, attamen duplici forma: Nam ſi Deus aut Iehoua ipſe iurat, uel ſi per Deum ſeu Iehoua iuratur, tū utuntur forma חַי ſubſcripta pathah: ut Ezech. 5. Viuo, ait Iehoua. Ierem. 46. Viuo ego ait rex, cuius nomen eſt Iehoua exercituū. 1. Sam. 19. Et iurauit Saul, uiuit Iehoua, nō morietur. 2. Samuel. 2. Viuit Iehoua, niſi loquuutus fuiſſes, populus ſubductus eſſet. Porro ſi per alium iuratur, quàm per Deum, tum ſcribitur חֵי cum zere. Gen. 42. Viuit Pharao, ſi hinc exieritis, id eſt per uitam Pharaonis, non exibitis. Et mox iterum. Et ſi non (uiuit Pharao) quòd exploratores eſtis. 1. Sam. 1. Viuit anima tua mi ſuſtentator. & cap. 17. Viuit anima tua rex, ſi noui. 2. Sam. 11. Per uitam tuam & uitam animæ tuæ, nō faciam rem iſtam. Sed tamen cum אֱלֹהִים iunctum ſemel legitur Amos 8. Et dicunt, uiuit deus tuus Dan, & uiuit uia Beerſeba, id eſt, cultus ſeu religio in Beerſeba. Atq; eo conſilio Propheta ita poſuit, ut ſignificaret nō uerum eſſe Deum, neq; uerum & à Deo inſtitutum cultum, ſed falſum, fictitiumq; tam Deū quàm cultū. Quòd autem iſta differētia uera ſit, quam iam dedi, poteris ex his locis ipſe cognoſcere, ubi utrūq; ſcriptū eſt. 1. Sam. 20. & 25. Viuit Iehoua, & uiuit anima tua. Item 2. Sam. 15. Viuit Iehoua, & uiuit ſuſtētator meus rex. in quibus locis prius eſt חַי & poſterius eſt חֵי Et pluraliter חַיִּים Viuentes, id eſt qui uiuunt. Eccl. 4. Laudabam ego mortuos, qui iam olim mortui ſunt, ſupra uiuentes, qui adhuc uiuūt. Et mox iterum: Et uidi omnes uiuentes. Et in genere fœminino חַיָּה uiuens. Geneſ. 1. Reptificent aquæ reptile animæ uiuentis. Et mox iterum: Producat terra animam uiuentem iuxta ſpeciem ſuam. Leuit. 14. Auem uiuentem tollat cum ligno cedrino. Ezechiel. 1. Et ſpiritus uiuens erat in rotis. cap. 47. Et erit omnis anima uiuens. Et pluraliter חַיּוֹת Leuit. 14. Duas aues uiuentes.

INDE NOMEN,

חַי Viuum, ſubſtantiuè. Gen. 6. Et ex omni uiuo omnis carnis bina. & cap. 8. Neq; addam amplius percutere omne uiuum. Iob 12. In cuius manu eſt anima omnis uiui, & ſpiritus omnis carnis ſigillatim. Geneſ. 3. Quia ipſa eſt mater omnis uiui. Itē adiectiuè. Leuit. 13. Et uiuacitas carnis uiuæ, id eſt recentis, non putridæ aut mortuę. 1. Samuel. 2. Non is accipiet abs te carnem coctam, ſed uiuam, id eſt crudam & recentem. Et pluraliter חַיִּים Geneſ. 26. Et inuenerunt ibi puteum aquarum uiuarum, id eſt quæ mouentur & fluunt. Deut. 5. Quæ unquam fuit caro, quæ audiuit uocem dei uiuentis è medio ignis ſicut nos, & uixit. Vbi utrũq; eſt pluralis numeri ad ſignificandum Trinitatem perſonarum in diuinitate. Prouer. 1. Deuorabimus eos tanquam infernus, uiuos.

462 חִיֵּב Accuſauit de debito. Danielis 1. Et accuſabitis caput meum apud regem.

INDE NOMEN,

חוֹב Debitor. Ezech. 18. Qui non deprædabitur, pignus debitori reſtituerit.

463 חָיָה Vixit, uires & operationes uitales habuit, ut ſunt ſentire, edere, bibere, uigilare, dormire, digerere, eſſe ſanum, atq; illis uitæ commodis uti ac frui: ac congruit cùm ſignificatione tum modo ſignificandi cũ uerbo חַי niſi quòd prius coniugetur tribus coniugationibus, poſterius uero nempe חַי ſit defectiuum, & imperfectum, & irregulare. Deinde cōgruit חָיָה cum uerbo הָוָה niſi quòd tãtum modo ſignificandi inter ſe uarient: nam illud de uitæ, hoc de lucis propagatione intelligitur. Gen. 7. Vtinam Iſmael uiuat coram te. cap. 27. De gladio tuo uiues. Ezech. 37. Et fla in iſtos interfectos & uiuent. Ieſa. 55. Audite & uiuet anima ueſtra. Deut. 8. Nō in pane ſolum uiuet homo, ſed in omni quod egreditur ex ore Iehoua uiuet homo. Habakuk 2. Iuſtus in fide ſua uiuet. Gen. 45. Et reuixit ſpiritus Iacob patris ipſorum. Iud. 5. Et cũ biberet reuerſus eſt ſpiritus eius, & reuixit, id eſt refocillatus eſt. 2. Reg. 1. Ite & interrogate Baalzebub deũ Ekrō, num uiuã ab infirmitate iſta, id eſt conualeſcam. 2. Reg. 20. Et poſuerũt ſuper ulcus, & uixit, id eſt conualuit.

In ſecunda coniugatione חִיָּה uiuum, uel in uita cōſeruauit, uiuificauit. Pſal. 22. Et qui animam ſuã non uiuificauit, id eſt in uita conſeruare potuit. Gen. 19. Et uiuificemus ex patre noſtro ſemen, id eſt excitemus. 1. Sam. 27. Neq; uiuificauit uirũ, uel mulierē. Ezech. 13. Et uiuificandum animas quæ nō uiuēt, i. in uita cōſeruãdum. 2. Sam. 12. Niſi agnicula una paruula, quã cōparaui & in uita cōſeruaui. Habakuk 3. Iehoua opus tuũ in medio annorũ uiuifica illud. Nehe. 4. Reuiuificabũt lapides ex aceruis pulueris.

Participium præſens מְחַיֶּה 1. Sam. 2. Iehoua occidit, & uiuificat. Nehe. 9. Et tu uiuificas iſta omnia, id eſt conſeruas in eſſe.

In tertia coniugatione הֶחֱיָה uiuificauit, conſeruauit in uita, reſuſcitauit ex morte, reſtituit uitæ. 2. Reg. 8. Et Eliſæus loquutus eſt ad mulierem, cuius filium uiuificauerat. Gen. 19. Vt uiuificares animam meam. Num. 22. Iam interfeciſſem te, & illam uiuificaſſem, id eſt conſeruaſſem in uita. Ioſue 2. Conſeruabitis in uita patrem meũ, & matrē meam. Iud. 8. Viuit Iehoua ſi in uita cōſeruaſſetis eos, non occiderē uos.

INDE NOMINA:

חַיָּה Primo, generaliter omne uiuum, quod Latini animal irrationale uocant. Geneſ. 8. Omne uiuũ quod eſt tecum ex omni carne in uolatili, & in iumento & in omni motabili, quod mouetur ſuper terra, educ tecum, ut moueantur in terra, & creſcãt & multiplicētur ſuper terra. Et iterũ: Omne uiuũ, omne motabile, & omne uolatile, omne reptile ſuper terra in familijs ſuis, egreſſa ſunt ex arca. Et mox iterũ: Et dominamini in piſcem maris, & in uolatile cœli, & in omne uiuũ, quod mouetur ſup terra. cap. 9. Sanguinē ueſtrum de animabus ueſtris requirã, de manu omnis uiui requirã illum, & de manu hominis. Leuit. 11. Hoc eſt uiuũ quod comedetis ex omni iumēto, quod eſt ſuper terra. Et mox iterũ: Vt diſcrimē fiat inter immũdum & mun-

mundum, & inter uiuum, quod comedere licet, & inter uiuũ, quod non comedere licet. Item pro uiuo ſcilicet fero, id eſt, beſtia ſeu fera, quę non eſt manſueta, q̧ in ea magna uiuacitas ſit etiã, & ueſcatur uiuis carnibus. Gen. 7. Et extincta eſt omnis caro, quæ mouetur ſuper terra, in uolatili, in iumento, & in beſtia, & in omni reptili, quod reptat ſuper terra, ſed & omnis homo. cap. 8. Et recordatus eſt Noach, & omnis beſtiæ, & omnis iumenti, quod erat in ipſa arca. Iob 37. Et ingreditur fera in latibulũ. Gen. 37. Beſtia mala deuorauit eum. Leuit. 17. Qui peregre proficiſcitur ex uobis, & uenatus fuerit uenationem ferę uel auis, quam comedere licet, &c. Ex circumſtantia uerborum ſumitur nomen חיה in hoc citato loco debere accipi pro beſtia ſeu fera. Eſt igitur obſeruandum, quòd quãdo hoc nomen ſeorſim ponitur, & non fit ſimul mentio nominis בְּהֵמָה quòd tum generaliter utrũq; ſignificat, hoc eſt animal magnum ſiue ſit domeſticum & cicurũ, ſiue ferum & ſylueſtre. Sin autem expreſſe fit mentio nominis בְּהֵמָה, tum ſpecialiter pro fera, ſed tamen, quæ quadrupes ſit & ſuper terra pedibus altè graditur, & hoc בְּהֵמָה pro animali manſueto atq; etiã magno, & ſuper terra pedibus gradiente accipiendũ ſit, ſicut uidere licet ex exẽplis pręcedentibus & ſequentibus. In ſtatu regiminis חַיַּת Gen. 1. Sed & omni uiuo terræ, & omni uolatili cœli, & omni reptanti in terra, in quo eſt anima uitæ. Gen. 9. Pauor ueſtri, & tremor ueſtri erit ſuper omne uiuum terræ, &c. Gen. 1. Et fecit deus uiuum terræ iuxta ſpeciem ſuam, & iumentum iuxta ſpeciem ſuam, &c. 1. Sam. 17. Et dabo cadauera Philiſtinorum hodie uolatili cœli, & beſtię terræ. Prouerb. 5. Et à beſtia terræ non timebit. Transfertur tamen ad homines aliquando idq; collectiuè, ac duplici ratione uel in bonũ, & de bono animalium genere: ut Pſal. 68. Animalcula tua habitabunt in ea. uel in malum & de malo ferarũ genere. Pſal. 68. Increpa beſtiam arundinis. ac tamen ſimul & coniunctim in uno eodemq; uerſu de feris & mãſueris animalibus, id eſt, pijs & malis hominibus ſcriptum legitur Pſal. 74. Ne tradas feræ animam turturis tui, animalculis afflictorũ tuorum ne obliuiſcaris omnino. Legitur in quibuſdam locis, ubi poſt ſe regit nomen שָׂדֶה generaliter pro tam feris, quàm manſuetis animalibus. Geneſ. 2. Et formauit deus de humo omne uiuum agri, & omne uolatile cœli, adduxitq; ad hominẽ, ut uideret quomodo appellaret illud. In alijs tamen locis ſpecialiter pro fera uſurpatur. Gen. 2. Et impoſuit Adam nomina omni iumẽto & uolatili cœlorum, & omni uiuo agri, &c. & cap. 3. Maledictus tu præ omni iumento & præ omni uiuo agri. Et ex hoc loco clarum eſt ſerpentem ante maledictionem recto inceſſiſſe corpore, ut cætera iumenta, & cæteræ ferę. Exod. 28. Et reſiduum ipſorum comedet uiuum agri 2. Samuelis 21. Nec permiſit uolucrẽ cœli quieſçere ſuper illos per diem, neq; uiuum agri per noctem. Et in ſtatu affixorũ habet in altera cametz. Ieſaiæ 4. Et beſtia eius non ſufficit ad holocauſtum. Pſal. 68. Animal tuum habitabunt in ea. Pſal. 78. Et animal eorum tradidit peſti. Et pluraliter חַיּוֹת Pſalm. 104. Animalia parua cum magnis. Ieſaiæ 35. Non erit ibi leo, & eruptio ferarum non aſcendet per eam. Ezech. 1. Similitudo quatuor beſtiarum. Et in ſtatu regiminis חַיְתוֹ Pſal. 50. Mihi ſunt omnia animalia ſyluæ. Pſal. 79. Carnem piorũ beſtię tèrræ. Pſal. 104. Potabunt omnes beſtiæ agri. Et iterũ: In nocte progrediũtur omnia animalia ſyluæ. Ieſa. 56. Omnes beſtiæ agri uenite ad comedendũ, omnia animalia ſyluæ. quãquã alij exiſtiment eſſe nomẽ ſingularis numeri, & literã uàu paragogicã.

חַיִּים Secũdo, uita nõ ſubſtantialis, aut eſſentialis, quæ eſt ipſa anima qua corpus uiuificatur, ſed uita animalis, id eſt conuerſatio, ſeu res geſtæ in corpore per animã, hoc eſt energia & Entelechia ſeu perpetuũ exercitium, perpetua actio, perpetuæ operationes animales & uitales, ut ſunt ſentire, audire, uidere, edere, bibere, uigilare, dormire, ualere, eſſe ſanũ, &c. ſicut Chriſti uerba declarãt Matth. 6. Ne ſitis ſoliciti uitæ ueſtrę, quid eſuri ſitis, aut bibituri, &c. Et Paulus 1. Cor. 15. ψυχὴν uocat. Vnde pro cõmoditate uitæ uſurpatur, ſicut in exemplis uidebimus. Gen. 18. Ad tempus certũ reuertar ad te iuxta tempus uitæ. In ſtatu regiminis חַיַּת Ieſaiæ 57. Vitam manus tuæ inueniſti. Legitur etiam poſitum pro comedendi auiditate ſeu inglu-

uie. Iob 38. Nunquid uenaberis leoni prædam, & uitam leunculorum replebis? id eſt, ingluuiem. In ſtatu affixorum habet in altera cametz חַיָּתוֹ Iob 33. Et uita eius ad interfectores. Et iterũ: Abominatur uita eius panem & cibum deſiderabilem. Pſal. 143. Conculcauit in terram uitam meam. Et in forma dualis numeri חַיִּים eò quòd duæ ſunt uitæ, præſens in hoc ſeculo animalis, & in altero ſuperiore ſeculo uita ſpiritualis, beata & æterna. Non poteſt autem niſi ſingulariter exponi. Gen. 2. Et formauit Iehoua deus Adam puluerem de terra, & ſufflauit in naſum eius ſpiraculum uitæ, & factus eſt homo in corpus uiuens. Et iterum: Et lignum uitæ erat in medio horti. cap. 6. Ad perdendum omnem carnẽ, in qua erat ſpiritus uitæ. & cap. 7. Et quicquid erat in cuius naſo erat ſpiraculum ſpiritus uitæ. Deut. 30. Ecce dedi coram te hodie uitam & bonum, mortẽ & malum. Pſal. 34. Quis eſt ille qui cupit uitam. Pſal. 63. Melior eſt beneuolentia tua, quàm uita. Prouer. 3. Et erunt uita animæ tuæ. Eccl. 10. Vinum exhilarat uitam. Iere. 10. Deus ipſe uita eſt. Pſal. 36. Apud te Iehoua eſt fons uitæ. Et accipitur pro uitæ neceſſarijs. Prou. 27. Et uictualia pro ancillis tuis. Item legitur ſemel חַיִּין more Chaldæo Iob 24. Et ſi ſtabit tamẽ nõ erit certus de uita. In ſtatu regiminis חַיֵּי Geneſis 7. In anno ſexcenteſimo uitæ Noah. Prouer. 14. Vita carnis cor quietũ. Dan. 12. Et multi ex dormiẽtibus in humo pulueris euigilabunt, illi in uitam æternitatis, &c. In ſtatu affixorum. Exod. 1. Et acerbam reddiderunt uitam ipſorũ. Pſal. 49. Quoniam anima eius in uita ſua benedicet & celebrabit te, quãdo benefeceris. Et pluraliter חָיוֹת Exo. 1. Quoniã ſunt uitæ: antequam enim ad eas uenerit obſtetrix, iam pepererunt, id eſt uiuaces.

חַיָּה Tertio, uiuarium, uilla, locus, in quo aluntur animalia & alia quoq; ſunt uictualia, ad uitam humanam neceſſaria, ſicut Græci negociationem, agricolationẽ, item uictualia aut facultates & alia ad uitæ uſum neceſſaria, βιώτικα uocant. 2. Sam. 23. Et congregati erant Philiſtæi apud uillam, & erat ibi pars agri, in quo erant legumina. In ſtatu regiminis חַיַּת legitur pro agmine, quod in modum ferarum prædatur & diripit. 2. Samuel. 23. Et agmen Philiſtęorum caſtra poſuerat in ualle Gigantum. Hanc autem in eo loco habere ſignificationem, & inde dictum agmen, facile ex 1. Paralip. 14. ſumere licebit. Et pluraliter חַוֹּת Num. 32. Et accepit uillas eorum, & uocauit uillas Iair.

חַיּוּת Vita. 2. Sam. 20. Et erant concluſæ uſq; ad diem mortis ſuæ in uiduitate uitæ, id eſt, in uita uiduitatis.

מִחְיָה Victus, & quicquid ad uitæ uſum & conſeruationem attinet. Gen. 45. Nam in uitæ conſeruationẽ miſit me Deus ante uos. Iud. 6. Et non fecerunt reliquũ uictum in Iſrael, in pecore, boue, & aſino. Eſdræ 9. Vt det nobis uictum parum in ſeruitute noſtra. Et in ſtatu regiminis מִחְיַת, & ponitur pro nutrimento ſeu uictu ſeu uiuacitate. Leuit. 13. Et uiuacitas carnis uiuæ in tumore. Et cum affixo. Iud. 17. Dabo tibi, &c. etiam uictum.

חַוָּה Nomen, quod Adam uxori ſuæ indidit. Geneſ. 3. Et uocauit Adam nomen uxoris ſuæ Haua, quia ipſa eſt mater omnis uiui.

חַיִל Vide ſupra in themate ſuo חול.

464

חָבָה Anhelauit, ſeu inhiauit ad perſonam ſeu rem aliquam, eam ut apprehẽdat. Hieronymus uertit uerbo expectandi, ac magnam habet cognationem cum uerbo חָכָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe diſcrepent. In prima cõiugatione legitur tantum participium pluralis numeri חוֹכֵי Ieſa. 30. Beati omnes qui inhiant ad illum.

In ſecũda coniugatione חִכָּה abſolutè ſemel legitur 2. Reg. 9. Et aperta ianua fugies, & nõ expectabis. Aliàs cõſtruitur cũ accuſatiuo mediãte articulo אֶת, uel etiã ſine eo. Iob 32. Et Elihu inhiauerat Iob in uerbis, ꝙ ſeniores ipſo eſſent in diebus. Oſeæ 6. Et ſecundũ expectare uirum latrũculos, id eſt, quẽadmodũ uirũ latrũculi inhiant. uerbũ infinitiui modi habẽs iod pro he. Itẽ conſtruit̃ etiã cũ עַד 2. Reg. 7. Si nos tacemus & inhiamus ad lucẽ uſq; matutinam. Sępiſſimè autẽ cõſtruitur

tur cum lamed.Pſal.33. Anima noſtra inhiauit ad Iehoua. Pſal.106. Nō inhiauerūt ad conſilium eius.Zoph.3.Propterea inhiate ad me,ait Iehoua. Habakuk 2. Inhia ad illum,quoniā ueniēs ueniet, & non tardabit. Autor epiſtolæ ad Hebræos cap. 10.allegans hunc Prophetæ locum,reddidit hoc uerbum nomine ὑπομονῆς, quod Eraſmo annotante non ſimplicem ſonat patientiam, qua toleramus mala,ſed patientē expectationē, cùm ſpe præmij duramus in malis, & nos rebus melioribus ſeruamus,cōtrariū uocabulo ὑποσόλης ſubtractionis, ſeu detrectationis obedire.

Participium præſens מְחַכֶּה. Ieſaiæ 64. Faciet inhiantibus ad ipſum. Daniel. 12. Beatus qui inhiat, & attingit dies mille.Eius plurale מְחַכִּים Iob 3. Inhiātes ad mortem,& non ipſa.

INDE NOMINA:

חֵךְ Palatus,eò quòd ad cibum inhiat, & puto ab hoc nomine uerbum ipſum eſſe deriuatum.Iob 12.An non auris ſermones probabit & palatus cibum ſapiet? In ſtatu affixorum mutat zere in hirik,& fortificat alteram literam punctulo dagges.Pſal. 119.Quàm dulces ſunt palato meo ſermones tui. Pſal. 137. Adhæſit lingua mea in palato meo.Oſeæ 8.Ad palatum tuum tuba:

חַכָּה Hamus,ad quem piſces inhiant. Ieſa. 19. Omnes qui proijciunt hamum in riuum. Iob 40.Trahes Leuiathan hamo? Habakuk 1.Totum hamo extrahitur.

465

חָכַם Sapuit,ſapiens fuit:& eſt mentis,non palati,quanquā Hebræis latioris ſit ſignificationis,quàm in lingua Latina uerbum ſapere.Zachariæ 9.Quātumlibet ſapuit ualde.Prou.23.Fili mi ſi ſapuerit cor tuum.& cap.9.Si ſapuiſti,ſapuiſti tibi. Eccleſ.2.Vt quid ſapui.Deut.32. Vtinā ſapuiſſent,prudenter egiſſent in hoc,intellexiſſent nouiſſimum ſuum.Zach.9.Quia ſapiebat ualde.Prouerb.6.Vade ad formicam piger,& uide uias eius, & ſape.cap. 8. Audite eruditionem & ſapite. Eccl. 7.Dixi,ſapiam.Prouerb.13.Ambulans cum ſapientibus, ſapiet. Iob 32.Magnates non ſapient.

In ſecunda coniugatione חִכֵּם Pſal.105.Et ſeniores eius ſapientificaret.Pſal.119. Præ inimicis meis ſapientificaſti me præceptis tuis. Iob 35. Et præ auibus cœli ſapientificabit nos.

Participium præteritum מְחֻכָּם Pſal.58. Conſociantis conſociationes ſapientificati,id eſt, eruditi,periti. Et pluraliter מְחֻכָּמִים Prouerb.30.Et ipſa ſunt ſapientia ſapientificata.

In tertia coniugatione legitur tantum participium præſens fœminini generis, ſtatus regiminis מַחְכִּימַת Pſal.19.Teſtimoniū Iehoua fidele,ſapientificās ſimplicē.

In quarta coniugatione תִּתְחַכַּם Eccl.7.Et ne ſis ſapiens, pluſquā oportet. Exo. 1.Sapientiores ſimus illo.Eccl.7.Et ne ſapiens ſis nimium.

INDE NOMINA:

חָכָם Sapiēs,qui habet rerū ſiue diuinarū ex uerbo dei,ſiue humanarū cognitionē. Geneſ.41.Nō eſt ullus intelligēs,& ſapiēs,ut tu.Deu.32.Populus fatuus & nō ſapiēs. ubi opponitur nomini נָבָל 2.Sam.13.Et Ionadab uir erat ſapiens ualde.Prou.3.Ne ſis ſapiēs in oculis tuis.Ezech.28.Ecce tu ſapiēs es pr ę Daniele. Legit̄ etiā adiectiuè.1.Reg.3.Ecce dedi tibi cor ſapiēs & intelligēs. Prou. 10. Filius ſapiens lætificat patrē.& cap.20.Diſpergit ſeditioſos rex ſapiēs. In ſtatu regiminis חֲכַם Exo.31.In cōr cuiuslibet ſapiētis corde,dedi ſapientiā.Prou.10.Sapiens corde ſuſcipiet præcepta.Ieſ.3.Et ſapientē fabrorū. Et pluraliter חֲכָמִים Exod.7. Et uocauit Pharao ſapiētib.Eſther 1.Et dixit rex ad ſapiētes,qui cognitionē habebāt tēporū.Exo.36. Venerūt omnes ſapiētes,q faciebāt opus ſanctitatis.Deut.1. Date uobis uiros ſapientes,& intelligentes,& expertos iuxta tribus ueſtras. & cap.16. Munus excæcat oculos ſapientum.Iob 5.Qui capit ſapientes in aſtutia eorū. In ſtatu regiminis חַכְמֵי Exod. 28. Et tu dices ad omnes ſapientes corde, quos impleui ſpiritu ſapientiæ.Ieſa.19.Sapientes cōſiliarij Pharaonis.Iere.10.Etiam apud omnes ſapientes gentium. Et cū affixis. Iere. 51. Et inebriabo principes eius, & ſapiētes eius. Ezech.27.Seniores Babel,& ſapientes eius. Et in genere fœminino חֲכָמָה 2.Sa

muelis

muelis 14.Et miſit Ioab ad Thekoa, & accipit ibi mulierem ſapientem. & cap. 20.
Et uocauit mulierem ſapientem. Et in regimine חַכְמַת Exo.35.Et omnis mulier
ſapiens corde. Et pluraliter חֲכָמוֹת Iere.9.Et ad ſapiẽtes mittite ut ipſę ueniant.
Et in ſtatu regiminis חַכְמוֹת Iud.5.Sapientiores dominarum eius reſpondebant.
Prouerb.14.Sapientiores mulierum ædificauit domum ſuam.

חָכְמָה Sapientia.Eſt autem ſapientia certa rerum,uel diuinarum, uel humanarum cogni
tio.Deut.34.Et Ioſue filius Nun plenus erat ſpiritu ſapientiæ. 1. Regum 4.Et de-
dit deus ſapiẽtiam Salomoni, & intelligentiam multam ualde.Iob 28. Tractus ſa-
pientiæ eſt ſupra margaritas.Et iterum: Timor Iehoua eſt ſapientia.Pſal.111. Prin-
cipium ſapientiæ timor Iehoua.Prouerb.9.Exordium ſapientiæ timor Iehoua. Ie-
ſaiæ 11.Spiritus ſapientiæ & intelligentiæ.Daniel.1. Intelligentes in omni ſapien-
tia. In ſtatu regiminis חָכְמַת 2.Sam.14.Et ſuſtentator meus eſt ſapiens ſecundum
ſapientiã angeli Dei.1.Reg.3.Sapientia Dei intra ipſum. 1.Reg.4.Et maior fuit ſa
pientia Salomonis,quàm ſapientia omnium filiorum Orientis, & quàm omnis ſa
pientia Ægypti.Ieſaiæ 29.Et auferam ſapientiam ſapientum eius. Et in ſtatu affi
xorum חָכְמָה 2.Sam.20.Et uenit mulier ad omnẽ populum in ſapientia ſua.1.Reg.
2.Facies ſecundum ſapientiam tuam.Prouerb.6.Fili mi ad ſapientiam meam at-
tende.Iere.9.Ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua.Eccl.2.Etiam ſapientia mea ſte-
tit mihi. Et pluraliter חָכְמוֹת Pſal.49.Os meum loquetur ſapientias.Prouerb.1.
Sapientiæ foris ouant.& cap.9.Sapientiæ ædificauit domũ ſuam.& cap.24.Sub-
limiores ſunt ſtulto ſapientiæ.

466 חָלַל
Vim paſſus eſt,uiolentatus eſt,prophanatus eſt,uehementer diſſolutus eſt,do-
luit,excruciatus eſt.Et congruentiam habet ſignificatione cum uerbis חָלָה חול
& יָחַל niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Pſalm.109.Et cor
meum doluit intra me,id eſt uiolatum eſt,& ex uiolatione doluit.

In uoce paſſiua נִחַל Ezech.25.Quia prophanatum eſt. & cap.7.Et prophana-
buntur ſanctuaria.& cap.22.Et prophanabar in medio eorum.Ieſaiæ 48.Quomo
do enim prophanabitur.Ezech.20.Et feci propter nomen meum abſq; prophana
ri in oculis gentium,id eſt,ne prophanaretur.

In ſecunda cõiugatione חִלֵּל publicauit,prophanauit,commune fecit, uiolauit:
& opponitur הִקְדִּישׁ. Leuit.19.Sanctuarium ipſius Iehoua prophanauit.Malach.
2.Quia prophanauit Iehuda ſanctuarium.Pſal.45.Prophanauit pactũ eius.Deut.
20.Et ſi quis plantauit uineã,& non uiolauit eam,abeat & reuertatur domũ ſuam,
ne quando moriatur in bello,& aliquis alius uiolet eam,id eſt,uindemiet eam. Ge
neſ.49.Prophanaſti ſtratum meum. Leuit.19. Ne prophanes nomen Dei. Ieſ. 43.
Et prophanabo principes ſanctitatis.Leuit.21.Et nõ prophanabit ſemen ſuum in
populis. Exod.20.Si cultrũ tuum ſuper ipſum eleuaſti,prophanaſti eum. Amos 2.
Propter prophanare nomen ſanctitatis meę.Pſalm.89.Prophanaſti deijciendo in
terram coronam eius.Ezech.28.Et prophanabo deijciendo de monte Dei. Et le
gitur ſemel defectiuè tam in fine, q; in principio.Num.30.Nõ uiolet uerbũ ſuum.

Participium pręſens מְחַלֵּל Ezech.24.Ecce ego prophano ſanctuarium meum.
& cap.28.In manu prophanatoris tui. Et pluraliter מְחַלְּלִים Malach.1.Et uos pro
phanatis illud.1.Reg.1.Et populus prophanantes in prophanis,tibicinantes in ti
bijs. Et in genere fœminino מְחַלֶּלֶת Leui.21.Patrẽ ſuũ prophanat,igni cõburat.

Participium præteritum מְחֻלָּל Ezech.36.Et ſanctificabo nomen meum, quod
prophanatum eſt in Gentibus. Et pluraliter מְחֻלָּלִים Ezech.32.Prophanati gla
dio. In tertia coniugatione הֵחֵל publicare initio,publice ordiri aliquid.Hiero-
nymus, & poſt ipſum alij uerterunt uerbo,cœpit. Geneſis 6. Quando cœpit ho-
mo multiplicari. cap.10. Ipſe cœpit eſſe præualidus in terra. & cap.44.In maiore
cœpit.Iudicum 20.Et eleuatio cœpit aſcendere.Deuteron.2. Cœpi dare coram re
Sichon.Eſther 6.Ante quem cœpiſti cadere. 1. Sam.3. Et oculi eius cœperunt ca-
ligare. Deuter.2. Terram eius incipe poſſidere. Et mox iterum: Die hac incipiam
dare.Iudic.20.Vir qui cœperit pugnare.Ezechiel.9.Et à ſanctuario meo incipie-
tis,

tis, & inceperunt à uiris ſenioribus. Gen. 41. Et cœperunt ſeptem anni abundantiæ. 1. Sam. 3. Incipiendo & finiendo. Deuter. 16. Quum cœperit falx eſſe in ſegete, incipies numerare ſeptem hebdomadas.

Participium præſens מֵחֵל Iere. 25. Ego incipio male facere.

In uoce paſſiua הוּחַל Gen. 4. Tunc cœptum eſt publice inuocari nomẽ Iehouá.

INDE NOMINA:

חָלָל Violatus, prophanus, uulneratus, ſaucius, ſeu corpus prophanatũ, uiolatum, uulneratum, ſeu ex uiolẽtia extinctum & interfectum. Ezech. 21. Et tu prophane, improbe princeps Iſrael. Ieremiæ 51. Et in uniuerſa terra eius ingemiſce uulneratus. Threnor. 2. Cum delinquerẽt ipſi uelut uulneratus. Deut. 21. Et ſi inuenietur interfectus in humo. Et in ſtatu regiminis חֲלַל Num. 19. Et quicunq; attigerit in ſuperficie agri uiolatum gladio, aut mortuum. Et pluraliter חֲלָלִים Gen. 34. Filij Iacob uenerunt ſuper interfectos, & diripuerũt ciuitatem. Num. 23. Et ſanguinem cæſorum bibet. Iudic. 9. Et ceciderunt uulnerati multi uſq; ad ianuam portæ. Et in regimine חַלְלֵי Ieſ. 66. Et multiplicabuntur interfecti Iehoua. Iere. 9. Deflebo occiſos filiæ populi mei. Threnorum 4. Meliores fuerunt prophanati gladio, quàm prophanati fame. Et cũ affixis. Iudic. 16. Et qui multiplicauit occiſos noſtros. Pſal. 69. Et dolorem uulneratorum tuorum narrabunt. Ezech. 6. Et cadere faciam uulneratos ueſtros ante Idola ueſtra. Et in genere fœminino חֲלָלָה prophana, uiolata, communis. Leuit. 21. Mulierem meretricem, & prophanam non accipient. Et iterum: Et prophanam merentem non accipient.

חָלִילָה Prophanum, prophanatio, uox abominãtis aliquid ut prophanum: & eſt nomen, quod tamen interpretes reddiderunt uerbo Abſit. Geneſ. 18. Prophanatio ſit tibi, ne facias rem iſtam, id eſt, abſit à te, ne facias rem hanc.

חוֹל Publicum, prophanum, prophanatio, nomẽ ſubſtantiuum, & opponitur nomini קֹדֶשׁ Leuit. 10. Inter ſanctum, & inter prophanũ. 1. Sam. 21. Et eſt panis prophanationis ſub manu mea. Et iterum: Et ſi uia prophanationis eſt, tamen multo magis ſanctificabitur propter uos. Et dicitur etiam hoc nomine arena, à multitudine, & quòd eſt communis, & in publico litore iaceat. Geneſ. 22. Et multiplicando multiplicabo ſemen tuũ ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam in litore maris. 1. Reg. 4. Iehuda & Iſrael multi ſicut arena, quæ eſt iuxta mare in multitudine. Iob 6. Quoniã nunc præ arena marium grauior erit. Prouerb. 27. Grauis eſt lapis, & ponderoſa arena. Ieſaiæ decimo, Si fuerit populus tuus Iſrael ſicut arena maris, &c. Iere. 5. Qui poſuit arenam, terminum mari. Oſeę 1. Sicut arena maris, quæ non menſurabitur.

מָחוֹל Chorus, chorea publica, & prophana, ad quam canitur tibia, & luditur tympano. Pſalm. 149. Laudent nomen eius in choro. Iere. 31. Lætabitur uirgo in choro. Pſal. 30. Vertiſti planctũ meum in chorum. In ſtatu regiminis & affixorũ מְחוֹל Iere. 31. Et egredieris in choro ludentiũ. Threnor. 5. Verſus eſt in planctum chorus noſter. Et in forma fœminea מְחוֹלָה quod in ſtatu regiminis מְחֹלַת legitur Cant. 7. Sicut chorum caſtrorum. Et pluraliter מְחֹלוֹת Exo. 15. Et egreſſæ ſunt omnes mulieres cũ tympanis & choris. & cap. 32. Et uidit uitulũ & choros. Iud. 21. Et egreſſæ fuerint filiæ Silo, ad choriſandum in choreis. ubi ſimul infinitiuus uerbi חָלַל ponitur quod à nomine deriuatur.

Participium præſens primæ cõiugationis חוֹלְלִים prophani, cõmunes, publici, qui publicis & prophanis lætitijs inſeruiunt. Pſal. 87. Et cantores tanquam tibicines. Iud. 21. Et tulerunt mulieres ſecundum numerum ſuum ex choriſantibus.

חָלִיל Tibia, inſtrumentum prophanum, cuius uſus eſt in publicis choris & ſolennitatibus. Ieſaiæ 5. Tympanum & tibia. cap. 30. Sicut ambulans cum tibia. Et pluraliter חֲלִילִים 1. Reg. 1. Et populus tibicinabant in tibijs. Iere. 48. Cor meum ad Moab tanquam tibiæ ſonabit.

חַלּוֹן Foramen, feneſtra, per quam lux omnibus communis illabitur. Geneſ. 8. Et aperuit Noach feneſtram arcæ. & cap. 26. Et reſpexit Abimelech per feneſtram. Ioſue 2. Et ligabis funiculum coccineum in feneſtra. Et pluraliter in forma maſculina חַלּוֹנִים

חַלּוֹנִים Ezech.40.Et feneſtræ ei. Ioelis 2.Per feneſtras egredientur.Et ablato mem חַלּוֹנַי Ier.22.Et aperuit ei feneſtras. Et in regimine חַלּוֹנֵי 1.Reg.6.Et fecit domui feneſtras latitudinis. Similiter cum affixis.Ezechiel.40.Et feneſtræ eius. Iere.9. Quia aſcendit mors per feneſtras noſtras. Et in forma fœminea חַלּוֹנוֹת Ezech. 41.Vſq; ad feneſtras,& feneſtræ in circuitu.

מְחִלּוֹת Feneſtræ ſeu foramina,ſeu cauernæ publicæ & communes,in quas tempore belli tam homines quàm animalia confugiebant.Ieſaiæ 2.Et in cauernis terræ.

תְּחִלָּה Inceptio,initium,exordium.Geneſ.13.Fuit tentorium eius in initio.Iudic. 1.Quis aſcendet ex nobis contra Cananæum in initio. Et in ſtatu regiminis תְּחִלַּת 2.Samuel.21.Et in initio meſſis.Et mox iterum:Ab initio meſſis.Prouerb.9.Initium ſapientiæ,timor Iehoua.

חַלָּה Paſtillus farinaceus.Hieronymus Kolyridã, noſtri tranſtulerunt nunc cruſtulam, nunc placentam: ego exiſtimo placentam ſeu cruſtulam rotundam eſſe dictam à leuitate quaſi קַלָּה Num. 15.Placentam leuabitis pro leuanda. Et in ſtatu regiminis חַלַּת Leuit.8. Acepit placentam azymæ unam,& placentam panis olei unam. pro quo 1.Paralip.16.uerſum eſt כִּכַּר Et pluraliter חַלּוֹת Exod.29.Et placentas azymas mixtas oleo.

467

**חָלָב** Lac.Gen.18.Et accepit butyrum & lac.Exod.3. Ad terrã fluentem lacte & melle.Iudic. 4. Aperuit utrem lactis,& potauit eum.1. Samu.7. Et accepit Samuel agnum lactis unum.& cap.17.Decem caſeos lactis.Prouerb. 30. Euulſor lactis educit butyrum.Gen.49.Et albus dentes præ lacte.Cantic.5.Oculi eius inſtar columbarum ſuper riuis aquarum,loti cum lacte.Thren.4.Nitidiores lacte. In ſtatu regiminis חֲלֵב Exod.23.Ne coquas hœdum in lacte matris ſuæ. Et in ſtatu affixorum . Canticorum 5. Comedi fauum meum cum lacte meo. Ezechielis 25. Et ipſi bibent lac tuum.

חֵלֶב Tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis cũ quinq; pũctis, & proprie ſignificat adipem, ſeu pinguedinem in animali, eò quòd adeps ſit lac coagulatum & congelatum. Deinde generaliter transfertur ad omnes fructus & fruges, quæ ſunt lacteæ, medullatæ, pingues, & ſucculentæ, diciturq; de lacticinijs & cibo molliore & laxiore,ſicut אֹכֶל plerunq; de duriore accipitur.Leui.32. Adipem operientẽ inteſtina.Et iterum:Et omnem adipem & ſanguinem non comedetis.cap.17.Et adipem errati ſuffiet ſuper altari. Deute.32.Adipe ouium,& adipe arietũ,& hircorũ.Gen. 45.Et comedite pinguedinem terræ.Num.18.Omnem pinguedinem olei,& omnem pinguedinem muſti & frumenti.Pſalm.81.Et cibauit eum pinguedine tritici.

Et in ſtatu affixorum priorem uocalem mutat in ſægol,& alterum in ſeua. Nu. 18.Et adipem eorum incendes.Gen.4.De primogenitis ouium ſuarum, & de pinguedine earum.Num.18. De omni pinguedine eius. Pſal. 17. Pinguedinem ſuam clauſerunt.& Pſal.73. Egreſſus eſt præ pinguedine oculus eorum.Iob 15. Operuit faciem ſuam pinguedine ſua. Vide phraſin iſtorum trium locorũ in themate עִין Et pluraliter חֲלָבִים Leuit.9.Et adipes à boue,&c.Et ibidem ſæpe reperitur.

חֶלְבּוֹן Pinguedo.Ezech.27.In uino pinguedinis.

חֶלְבְּנָה Vide infra inter quadrilitera & peregrina.

468

**חָלֶד** Congruit ſignificatione cum nomine חֵיל à quo tantùm differt poſitu literarũ, & ſignificat nunc ſtatum huius ſeculi cito ceſſantem, nunc ipſum uitæ curriculum.Pſal.17.A mortalibus manus tuæ Iehoua,à mortalibus de ſeculo, quorum pars in uita. In diſtinctione ſentẽtię חָלֶד Iob 11.Et ſupra meridiem expurget curriculum uitæ. Pſal. 49. Audite hoc omnes populi,auribus percipite omnes habitatores ſeculi.Pſal.89.Memento ego, quantum rem puſculi. In ſtatu affixi ſeruat ſægol prius,& alterum mutat in ſeua. Pſal.39. Ecce palmares dediſti dies meos,& uitæ meæ curriculum quaſi nihil coram te.

חֹלֶד Nomen animalculi à breuitate manſionis . Hieronymus uertit muſtellam. Leuit. 11.Muſtellam & murem.

469 **חָלָה** Doluit, dolorem habuit ſeu ſenſit, ægrotauit: & congruit ſignificatione cũ uerbis יחל & חיל חול חלל niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi tantum inter ſe diſcrepent. Tranſlatio noſtra uulgaris uertit nunc uerbo infirmatus eſt, nũc uerbo ægrotauit: attamen commodius magisq́ proprie uertes ægrotandi, ſi talem ægritudinem intelligas, quæ dolorem & cruciatũ habeat ex uiolatione. Ieſa. 38. Doluit Ezechias uſq; ad mortem. Prou. 23. Percuſſerunt me, non dolui. Iere. 5. Et non doluerũt. 2. Reg. 1. Et cecidit Achazias, & ægrotauit. Ieſa. 38. In ægrotando ipſum. Et cum aleph loco he. 2. Paral. 16. Et ægrotauit Aſa.

Participium præſens generis maſculini חולה Gen. 48. Pater tuus ægrotat. 1. Samuel. 19. Ægrotat ipſe. Malach. 1. Et ægrotum. Et in genere fœminino חולה Ezech. 34. Et ægrotantem non ſanaſtis. Ierem. 4. Quia uocem ut ægrotantis audiui.

Et in ſtatu regiminis חולת Cantic. 2. Ægrota ſum amore.

In uoce paſſiua נחלה Amos 6. Et non doluerunt ſuper contractione Ioſeph. Danielis 8. Et dolui.

Participium fœminini generis נחלה Iere. 30. & Nahum 3. Dolens erit plaga tua. Et pluraliter נחלות Ezech. 34 Et cornibus ueſtris petitis omnes ægrotas.

In ſecunda coniugatione חלה Deut. 29. Et ægritudines, quibus ægrotare fecit Iehoua in ea. Pſal. 77. Et dixi ægrotare meum hoc, mutare eſt dextræ Excelſi, id eſt ægritudo hæc, mutatio dextræ Excelſi. Et quando hoc uerbum in iſta ſecunda coniugatione conſtruitur cum nomine פנים, tum ſignificat enixe precari: ſicut in forma יחל ſignificat enixe expectare auxilium. 2. Paralip. 33. Precatus eſt faciem Iehoua dei ſui. 1. Sam. 13. Et faciem Iehoua non ſum precatus. 1. Reg. 13. Precare obſecro faciem Iehoua dei tui. Exo. 32. Et precatus eſt Moſes faciem Iehoua. Prouerb. 19. Multi precabũtur faciem principis. Zach. 7. Ad deprecandum faciem Iehoua. Inde etiam אחלי de quo infra.

In uoce paſſiua חלה Ieſa. 14. Et tu dolore affectus es, ſicut nos.

In tertia coniugatione החלה ægrotare ſeu dolere fecit, dolore affecit. Ieſaiæ 53. At Iehoua uoluit cõtundere eũ, dolore affecit eum. ubi iod litera poſita eſt pro he. Micheæ 6. Ego dolorem intuli percutiendo te. Oſeæ 7. In die illa regem noſtrum dolere fecerunt principes.

In uoce paſſiua החלה 1. Reg. 22. Educite me de bello, quia dolore affectus ſum, id eſt, uulneratus ſum.

In quarta cõiugatione התחלה 2. Sam. 13. Cuba ſuper lecto tuo, & ægrotare ſimulate. Et iterum: Et ægrotare ſimulabat ſe. Et iterũ: Vt ægrotaret propter Thamar.

INDE NOMINA:

**חלי** Ægritudo, ſenſus doloris, cruciatus. Et quando uel à fronte, uel à tergo habet literam, uel dictionem acceſſoriam, mutat holem in hateph cametz. Deut. 7. Et auferet Iehoua abs te omnem ægritudinem. Ieſa. 53. Et expertus ægritudinis. 2. Paralip. 21. Donec egredientur uiſcera tua præ ægritudine. Ieſ. 1. Omne caput ad ægritudinem. Eccl. 5. Et ægritudo mala eſt. 1. Reg. 17. Et fuit ægritudo eius fortis admodum. Ieſa. 53. Vere ægritudinẽ noſtrã ipſe portauit. Et pluraliter חליים 2. Para. 21. Et tu in ægritudinibus multis. Et mutat ſemel prius iod in aleph חלאים Deuter. 28. Et ægritudinibus malis.

**מחלה** Forma maſculea, ægritudo, dolor, morbus. Et in ſtatu regiminis מחלה 2. Paral. 21. In ægritudine uiſcerum tuorum. Similiter cum affixo. Prouer. 18. Spiritus uiri feret ægritudinem ipſius. Et in forma fœminea מחלה Exod. 15. Omnem ægritudinem, quam poſui in Ægypto. & cap. 23. Auferam ægritudinem è medio tui. 1. Reg. 8. Omnis plaga, omnis ægritudo. Prouer. 13. Spes prolongata, ægritudo cordis. ubi in ſtatu regiminis ſeruat he literam inuariatam.

**מחליים** Ægritudines. 2. Paral. 24. Quia dereliquerunt eum in ægritudinibus multis.

**תחלאים** Ægritudines. Ier. 16. Mortibus ægritudinum morientur. 2. Paral. 21. Et mortuus eſt in ægritudinibus malis. Et in ſtatu regiminis תחלואי Ier. 14. Et ecce ægritudines famis. Et cum affixo. Deut. 29. Et ægritudines eius.

חַלְכָה Ægrotus, infirmus, imbecillis, inſerta litera caph. Pſ. 10. Oculi eius in infirmũ reſpicient. Et in diſtinctione ſentẽtiæ חלכה Pſal. 10. Super te relinquit ſe infirmus. Et pluraliter mutat he in aleph חֵלְכָאִים Pſal. 10. Et cadant in robore ſuo multo infirmi.

חֶלְאָתָהּ Ægritudo, ſcilicet ollæ, quam ex aduſtione ignis contraxit: uocant autem Hebręi hoc nomine ſordes, quæ propter nimiam ignis aduſtionẽ de eſculentis ollæ adhęrent. Chaldæus uertit זִיהוּמָא id eſt, ſordes, ſcoria. Hieronymus rubiginem. Ezech. 24. Defatigationes aduſtionis, ſed nõ egredietur ab ea. Et iterũ: Vę ciuitati ſanguinum, ollæ cuius ambuſtio in ea, & ambuſtio eius non abit ab ea. Ad hunc locum, & ad hanc phraſin reſpexit Autor Epiſtolæ ad Hebræos cap. 12. cum inquit, Depoſito onere omni, & tenaciter inhærente peccato. ollæ nimirum corpora noſtra comparans, & peccatum aduſtioni ſeu ſordibus, quæ corpori noſtro pertinaciter adhærent; ut defricari nequeant quin non remaneant reliquiæ.

אַחְלַי Nomen pluralis numeri, ſicut אַשְׁרֵי & ut hoc, ita illud quoq; aduerbialiter uſurpatur pro utinam: eſt enim precantis. 2. Reg. 5. Vtinam Suſtẽtator meus eſſet coram propheta. Legitur etiam אַחֲלַי Pſalm. 119. Vtinam diſponantur uiæ meæ, ut cuſtodiam ſtatuta tua.

חֲלִי Orarium, precatorium, placatorium, ornamenti genus, das lieblich ſtehet & meretur gratiam, uel qđ cõtra ægritudines apponatur. Prou. 25. Et orarium aureum.

Et cum affixo. Oſeæ 2. Et appones monile eius & orarium eius. Et pluraliter

470 חֲלָאִים Cant. 7. Vertebræ coxarũ tuarum, quaſi oraria duo, opus manuum artificis.

חָלַט Arripuit. 1. Reg. 20. Et feſtinantes ſtatim arripuerunt an ex eo aliquid, id eſt, an ex eo aliquid pro ſe arriperent. Et præterea nuſpiam in Biblijs reperitur. Chaldæus etiam uertit uerbo חֲטַף.

471 חָלַם Ingroſſatum, incraſſatum, cõdenſatum eſt in eo quod erat fluidum ac liquidum & rarum: & congruit ſignificatione cum uerbo גלם niſi quòd ut prima litera parum, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Iob 39. Incraſſantur filij earum, ac creſcunt in frumento. Deinde ualet Hebræis idem quod Latinis ſomnio, quòd ſomnia ſunt craſſa & concreta, nec ſunt uanida aut fluida ſicut ſomnus. Gen. 42. Et recordatus eſt Ioſeph ſomniorũ, quæ ſomniauit. Iere. 23. Somniaui, ſomniaui. Ieſa. 29. Quemadmodum ſomniabit ſitiens. Gen. 41. Somniauimus ſomnium.

Participium præſens חלם Gen. 41. Et Pharao ſomniabat. Deut. 13. Propheta autem ille, aut ſomniator ſomnij illius morietur. Et pluraliter חֹלְמִים Pſal. 126. Fuimus ſicut ſomniantes.

In tertia coniugatione תַּחֲלִימֵנִי Ieſaiæ 38. Et ingroſſabis me.

Participium præſens irregulare מַחְלְמִים pro מַחְלִימִים Iere. 29. Et ne audiatis ſomnia ueſtra, quæ uos ſomniatis.

INDE NOMINA:

חֲלוֹם Ingroſſatio, coagulatio, id eſt, ſomnium: eſt nãq; ſomniũ uelut uitellum in albugine fluida, id eſt, ſomno, hoc eſt, eſt ſpecies illa, quæ remanet, nec euaneſcit ut ſomnus, ſed cuius poſt ſomnum reminiſcimur. Gen. 20. Venit Deus ad Abimelech in ſomnio. cap. 37. Audite obſecro ſomnium hoc, quod ſomniaui. 1. Reg. 3. Et euigilauit Salomo, & ecce ſomniũ. Ieſa. 29. Et erit ſicut ſomniũ uiſionis nocturnæ. Et in ſtatu affixorum nihil uariat. Gen. 41. Somnium ſuum ſomniauimus. Et iterum: Et uidi in ſomnio meo. Et pluraliter חֲלֹמוֹת Gen. 42. Et recordatus eſt Ioſeph ſomniorum. Iob 7. Et conſternatum reddis me per ſomnia. Iere. 23. Ad prophetas ſomniorum mendacij. Ioelis 2. Et ſenes ueſtri ſomnia ſomniabunt. Gene. 37. Et uidebimus quid erunt ſomnia eius. Iere. 23. In ſomnijs ſuis, quæ narrauit.

חַלָּמוּת Coagulum oui, craſſities oui, quæ non eſt ita fluida, ut רִיר id eſt albugo, ſed craſſa & apparet. Latini uocant uitellum. Iob 6. Num editur inſipidum ſine ſale, aut eſt ſapor ſputamini uitelli.

אַחְלָמָה Nomen lapidis pretioſi, quem Amethyſtum eſſe uolunt: alij Lyncurium ex urina lyncis concretum: alij alium qui colore uitello ſimilis ſit. Exod. 28. In tertio Ligurius, Achates, & Amethyſtus.

472 חָלַף Generaliter ſignificat mutationē, uel rei, uel loci, uel ordinis, uel temporis, uel conditionis ſeu qualitatis ſiue in bonum ſiue in malum. Iudic. 5. Et mutauit tempora eius, ſcilicet per uices, nunc hoc, nunc illud perfodiēdo. Pſal. 90. Mane tanquam fœnum, quod mutabitur mane florebit & mutabitur. Ieſa. 2. Idolorū uniuerſitas mutabitur. Sic Paulus uſus eſt 1. Corinth. 7. Præterit enim habitus huius mundi. Et actiuè. Ieſ. 24. Mutauerunt ſtatutum. Habakuk 1. Tunc mutauit ſpiritum. Et quando de loco dicitur, tum communiter ab interpretibus uerbo tranſeundi, ſeu prætereundi uerſum eſt, eò quòd Latino ſermoni eſt conuenientius. 1. Sam. 10. Et mutabis inde & ultra, id eſt præteribis. Iob 4. Et uentus contra faciem meam mutabat. cap. 9. Mutauerunt cum nauibus uoluntarijs. Canti. 2. Hyems præterijt, imber mutauit ſe. Ieſa. 21. Sicut tempeſtatum multitudo in auſtro.

In ſecunda coniugatione חִלֵּף Gen. 41. Et mutauit ueſtimenta ſua. 2. Sam. 12. Et lauit & perfudit, & mutauit ueſtimenta ſua.

In tertia coniugatione הֶחֱלִיף Gen. 31. Et mutauit mercedem meam decem uicibus. Et iterum: Et mutauiſti mercedem meā. & cap. 35. Et mūdamini, & mutate ueſtimenta ueſtra. Leuit. 27. Et nō mutabit ipſum. Iob 20. Mutabit eum arcus æneus. Pſal. 102. Sicut indumētum mutabis eos. Ieſaiæ 9. Et cedros cōmutabimus. & cap. 40. Et expectantes Iehoua commutabunt robur, id eſt, recuperabunt.

INDE NOMINA:

חֵלֶף Nomen, quod tamen in præpoſitionis naturam tranſit, & ualet pro, propter, quæ quoq; important mutationem. Num. 18. Pro miniſterio illorum, uel propter miniſterium eorum.

חֲלִיפָה Mutatio, immutatio, cōmutatio. Iob 14. Donec ueniat immutatio mea, ſcilicet de uita in mortem. Et pluraliter חֲלִיפוֹת Pſal. 55. Non ſunt mutationes illis. 1. Reg. 5. Decem millia in menſe per mutationes, id eſt, uices. Iob 10. Per mutationes etiam copiæ apud me, id eſt, uices. Et ſumitur ſæpe adiectiuè. Gen. 45. Omnibus & ſingulis dedit mutatorias ueſtes, i. nouas. Iudic. 13. Triginta Sindones, & triginta mutatorias ueſtes. Et iterū: Et tulit extractoria illorū, & dedit mutatorias, ſcilicet ueſtes.

חֲלוֹף Nomen infinitum, mutatio, immutatio. Prou. 31. Aperi os tuum pro muto, in cauſa omnium filiorum mutationis, infortunij, quorum fortuna mutata eſt, quorum uita cum morte commutanda eſt.

מַחֲלָפִים Cultri, quibus cōmutabatur uita pecudū in mortē. Eſdræ 1. Cultri nouē & uiginti.

מַחְלְפוֹת Cincinni ſeu capilli, eò quod mutentur, defluant uel præſcindantur, uel intorqueantur. Iud. 16. Si texueris ſeptem cincinnos capitis mei cum licio.

473 חָלַץ Detraxit, extraxit, ſubtraxit, eripuit, expediuit. Et habet cognationē ſignificatione cum uerbis צָלַח & אָלַץ לָחַץ niſi quòd ut literarum tranſpoſitione, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Et quando regit poſt ſe accuſatiuum, tunc eſt actiuum, ſine accuſatiuo eſt neutrum. Deut. 25. Et extrahet calciamentū de pede eius. Ieſaiæ 10. Calciamentum tuum extrahe. Thren. 4. Etiam dracones extraxerunt mammam. Oſeæ 5. Cum gregibus & cum armentis ſuis ibunt ad quęrendum Iehoua, & non inuenient: ſubtractus eſt ab eis.

In uoce paſſiua, extractus, expeditus eſt, accinctus eſt, ſcilicet circum lumbos. Nume. 31. Extrahimini, id eſt, expediemini ex uobis uiri ad militiam, id eſt, extrahātur. Num. 32. Et nos extrahemur, ut feſtinemus ante filios Iſrael. Et mox iterum: Si feceritis rem iſtam, ſi extrahemini. Pſal. 60. Vt extrahantur dilecti tui. Prou. 10. Iuſtus ex anguſtia extrahetur.

In ſecunda coniugatione חִלֵּץ Leuit. 14. Et mandabit ſacerdos ut extrahant lapides, in quibus eſt plaga. Et mox iterum: Et ſi redierit plaga, & pullulauerit in domo poſtquā extraxit lapides. 2. Sam. 22. Eduxit me in latitudinem, extraxit me eò quòd dilexit me. Iob 36. Extrahet afflictum ex afflictione ſua. Pſal. 6. Reuertere Iehoua, extrahe animā meam. Pſal. 7. Si retribui pacifico meo malum, ſi extraxi, qui me nō coartat, id eſt, exui ſeu ſpoliaui. Pſal. 34. Caſtrametatū angelus ipſius Iehoua circum timētes eum, & extrahit eos. Pſal. 50. Inuoca me in die anguſtię, extrahā te.

Pſal.116.Quoniam extraxiſti animam meam ex morte.Pſalm.140.Extrahe me Iehoua à uiro malo.

In tertia coniugatione חליץ Ieſaiæ 58.Et ſatiabit in ſiccitatibus animam tuam, & oſſa tua extrahet,id eſt,eripiet.

INDE NOMINA:

חלוץ Nomẽ participiale,extractus ex populo in militiã,id eſt,electus,& expeditus. Sic Ioſephus ſemper tranſtulit.Num.52.Et tranſiuerit omnis extractus Iordanem. Ioſue 6.Et extractus tranſibit ante arcam.2.Paral.20.In egrediẽdo ante extractum.2. Paral.28. Dimiſit extractus captiuitatẽ. In ſtatu regiminis חלוץ Num.32.Et ſerui tui tranſibunt,omnis extractus militię.Deut.25.Vocabitur nomẽ eius domus extracti calciamento. Et pluraliter חלוצים Num.32. Si uero exiuerint extracti uobiſcum. Et in ſtatu regiminis חלוצי Num.31. Duodecim millia extracti militia. Ioſue 4.Quaſi quadraginta millia extracti militia.Et Ieſaiæ 15.legitur חלצי Atque ideo extracti Moab uociferabuntur.

חלצים Nomen forma dualis numeri,lumbi ſic dicti, ꝙ ex illis natura humana,& ſemẽ genitale libidonoſo impetu cogẽte extrahitur.Ieſa.32. Expoliatio & nudatio,& cinctura ſuper lumbis.Chaldæus tranſtulit חרצין In ſtatu affixorum.Gen.35. Et reges ex lumbis tuis egredientur. 1.Reg.8. Qui egredietur ex lumbis tuis. Iob 31.Si non benedixerunt mihi lumbi eius. & cap.38. Accinge nunc ſicut uir lumbos tuos. Ieſaiæ 5. legitur חלצי Non ſoluetur cingulum lumborũ eius.Ierc.30.Singuli uiri manus ſuas habent ſuper lumbis ſuis quaſi parturiens.

חליצה Lumbale, armatura lumborum, quæ uel munit lumbos, uel accingit lumbos. 2. Sam.2.Accipe pro te unum ex pueris & tolle lumbale eius. Et pluraliter חליצות Iud.14. Et percutiens ex eis triginta uiros accepit lumbalia eorum, & dedit mutatorias,qui expoſuerant ænigma,id eſt paludamenta.

מחלצות Extracta, id eſt, ueſtes extractæ & pretioſæ, ſeu feſtiuæ & delectæ à communi & uulgari uſu,ut ſunt Latinis dicta paludamenta: quidam mutatoria:alij feſtiua uerterunt.Ieſaiæ 3.Extracta & pallia,id eſt,paludamenta.Zach.3. Auferte ueſtes ſordidas ab eo, & dixit ad eum: Ecce tranſtuli ab eo iniquitatem tuam, & induam te extractis ſeu feſtiuis.

474

חלק Diſpertiuit,uel in partes,uel ordines.Deut.4.Quę diſpertiuit Iehoua deus tuus omnibus populis.Et cap.29.Deos quos non cognouerunt,quorum nullus diſpertiuit illis.Iob 39.Et non diſpertiuit ei in intelligentia.2.Paral.23.Et conſtituit Iehoiada miniſteria domus Iehoua per manum ſacerdotum, quæ diſpertiuerat Dauid,pro domo Iehoua.Oſeæ 10.Diſpertitũ eſt cor eorũ.Ioſue 18. Quorum non diſpertiuerũt hæreditatem.1.Paral.24.Et diſpertiuit eos Dauid, nempe Zadok de filijs Eleazar,& Achimelech de filijs Ithamar,ſecundum officia ſua in ſeruitio ſuo. Nehe.9. Et diſpertiuiſti eos.2.Sam.19. Tu & Siba diſpertietis agrum.Pſal.55.Diſpertiuerunt ſupra butyra os ſuum.ſolet enim butyrum propter lubricitatẽ in multas partes diſpertiri & latiſſime diffundi.

Participium præſens חולק Prou.29.Diſpertiens cum fure,odit animam ſuam.

In uoce paſſiua נחלק Gen.14. Et diſpertitus eſt ſuper eos noctu,ipſe, & ſerui eius,& percuſſit eos.Num.26.Iſtis diſpertietur terra in hæreditatem.

In ſecunda coniugatione חלק Thren.4.Facies Iehoua diſpertiuit eos.Ieſaiæ 34. Ipſe proiecit eis ſortem,& manus eius diſpertiuit illis in funiculo. Ioel.3. Et terram meam diſpertiuerunt.Ioſue 13 Diſperti terram hanc.Exo.15.Diſpertiam ſpolium. Pſal.68.Et amœnitas domus diſpertiet ſpoliũ.Pſal.22.Diſpertiẽt ueſtimenta mea. Ioſue 9.Et perfecerunt diſpertire terram.Ieſaiæ 9.In diſpertiendo illos ſpolium.

Vox eius paſſiua חלק Ieſ.32.Tunc diſpertitũ eſt uſq; ad ſpoliũ multiplex.Zach. 14. Et diſpertietur ſpoliũ tuũ in medio tui.Amos 7. Terra tua funiculo diſpertiet.

In tertia coniugatione החליק impertiuit,Germanice partieren, & ſumitur plerũq; in malã partẽ. Pſal.36. Quia diſpertit apud ſe in oculis ſuis,ut inueniat iniquitate ſua ad odiendum,id eſt,ut odiũ alijs paret.Prou.2.Quę ſermones ſuos diſpertient

tient. Vno in loco non ſumitur in malum Iere.37. Ad diſpertiẽdum inde in medio populi, partẽ inde auferẽdi de agro, partem uero relinquẽdi amicis pro opera ſua. Vbi tamen litera he characteriſtica tertię coniugationis euphoniæ gratia eliſa eſt.

Participium præſens מַחֲלִיק Ieſaiæ 41. Diſpertit malleo laminam ictu, id eſt, diducit in partes. Prou 28. Qui arguit hominem, poſtea inueniet gratiam pluſquam diſpertiens linguam.

INDE NOMINA:

חָלָק Diſpertitus, diffuſus, glaber, lubricus, leuis. Gen.27. Ecce Eſau frater meus uir piloſus, ego autẽ uir diſpertitus, id eſt, glaber. Ioſue 11. De monte diſpertito, qui aſcendit in Seir. Prouer.5. Lubricus pluſquam oleum palatus eius. Ezech.12. Et diuinatio diſpertita, id eſt, lubrica, dubia.

חֵלֶק Diſpertitio, ſcilicet in multas partes, lubricitas. Et legitur pluraliter חַלֻּקֵּי 1.Sam.17. Et elegit ſibi quinq; lubricitates lapidum, id eſt, lapides leues.

חֲלֻקָּה Partitio, ordo. 2.Para.35. Et partitionem domus patris Leuitarum, id eſt, ordinem.

חַלְּקֵי Partitiones, lubrica, lubricitates. Ieſ.57. In lubricitatibus torrentis pars tua.

חֵלֶק Pars, portio: tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis cum quinq; punctis. Gen.31. Num eſt nobis pars & hæreditas in domo patris noſtri. Deut.18. Partem ſicut partem comedent. Iob 17. De parte annũciabit ſodalibus. & cap.20. Hęc pars improbi à deo. 1.Sam.30. Sicut pars deſcendentis in bellũ, ita pars manentis apud uaſa. In ſtatu affixorum mutat priorem uocalem zere in ſęgol, alteram uero in ſeua. Gen.14. Hi accipient partem ſuam. Pſal.50. Et cũ adulteris partẽ tuam. Pſal.73. Pars mea deus. Et pluraliter חֲלָקִים Ieſa.18. Et uos ſcribetis terram in ſeptẽ partes. Ezech.45. Contra unam partium. Et in forma fœminina חֶלְקָה 2.Sam.14. Et combuſſerũt ſerui Abſalom partẽ igni. 2.Reg.9. In parte hac. Item, Proijce eum in partem. Amos 4. Pars una compluetur, & pars ſuper quam non pluet, areſcet. In ſtatu regiminis חֶלְקַת Ioſue 24. In parte agri. 2.Sam.14. Videte partem Ioab. Gen.27. Et pelles hœdorum induit ſuper manus eius, & ſuper glabriciem colli eius. Prou.6. Vt cuſtodiat te à muliere mala, à glabricia linguæ ignotæ. Et in ſtatu affixorum. Iere.12. Conculcauerunt partẽ meam. Et pluraliter חֲלָקוֹת Pſal.73. In partitionibus poſuiſti eos, id eſt, lubricitatibus. Pſal.12. Labium lubricitatum. Ieſaiæ 30. Loquimini nobis lubrica. Dan.11. Et temerantibus pactum adulabitur in lubricitatibus.

מַחֲלֹקֶת Partitio. 1.Paral.27. In partitione una erant uiginti & quatuor millia, & ſuper partitione menſis primi, erat Ioſobeam. Et in ſtatu affixorũ mutat holem in kyburz. 1.Paral.27. Et partitio eius. Et pluraliter מַחְלְקוֹת 1.Paral.27. Omni ordini partitionum, uenienti & egredienti. 2.Paralip.31. Et Leuitæ ſuper partitiones ſuas. Sic Paulus Apoſtolus uſus eſt iſta uoce 1.Corinth.12. Diuiſiones enim donorũ ſunt, ſed idem ſpiritus: & diuiſiones miniſteriorũ ſunt, & idem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, ſed idem eſt Deus efficiẽs omnia in omnibus. Et autor Epiſtolæ ad Hebræos cap.2. uocat ſpiritus ſancti diſtributiones.

חֲלַקְלַקּוֹת Diſpartitiones, perplexitates, lubricitates. Pſal.35. Sit uia illorum tenebræ, & lubricitates. Iere.23. Erit uia illorum ipſis uelut lubricitates. Dan.11. Et corroborabit regnum lubricitatibus, id eſt blandicijs.

475 חָלַשׁ

Domuit, deiecit, ſubiecit: & dicitur de corporis & rerum uiolenta ſubiectione: congruit igitur ſignificatione cum uerbis לָחַשׁ & חָשַׁל בָּשַׁל niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Exo.16. Et domuit Ioſua Amalek, & populum eius acie gladij.

Participium præſens ſeu nomen participiale חוֹלֵשׁ. Ieſaię 14. Deiectus es in terra domitor Gentium.

Participium præteritum, ſeu nomen participiale חֲלוּשָׁה Exod.32. Non eſt uox canendi uictoriam, neq; uox deiectionis.

INDE NOMINA:

חַלָּשׁ Deiectus. Ioelis 4. Deiectus dicet, heros ego ſum.

חַלָּמִישׁ Pro חַלָּמִשׁ ſilex, cautes, ab indomita & inconcuſſa duritia: & ſignificationẽ uerbo

ſuo habet contrariam. Deut.7. Qui eduxit tibi aquas de petra ſilicis. Et cap.32. Et oleũ de ſilice petræ. Iob 28. In ſilicem extendit manũ ſuam. Ieſ.50. Poſuit faciẽ ſuam ſicut ſilicem. Pſal.114. Qui conuerſor eſt petræ in ſtagnũ aquarum, ſilicis in fontes
476 aquarum. Et in ſtatu regiminis חלמיש Deut.32. Et pinguedinem de ſilice petræ.

**חמם** Caluit, incaluit, calidũ fuit, æſtuauit: & differt modo tantũ ſignificandi à uerbo יחם Pſal.39. Incaluit cor meum in medio mei. Exod.16. Et cum incaleſceret ſol, liquefiebat. Eccl.4. Et ſi iacuerint duo, ſtatim calidum erit eis. Deu.19. Quando incaluerit cor eius, & apprehẽderit eum. 1.Reg.1. Et calidum fiat regi meo. 2.Reg. 4. Et incaluit caro pueri. Ieſa.44. Inſuper incaluit, & dicit, euge incalui, uidi lucem.

Participium præſens חם Ioſue 9. Hic panis noſter calet, uel calidus eſt. Et pluraliter חמים Iob 37. Quod ueſtes tuæ calidæ.

In uoce paſſiua יחמו Oſeæ 7. Omnes iſti calefacti ſunt, ſicut furnus. 1.Reg.1. Et non calidum fiebat illi. Eccl.4. Et uni quomodo calidum fiet.

In ſecunda coniugatione perfecte תחמם Iob 39. Et in puluere calefiet.

In quarta cõiugatione יתחמם Iob 31. Et de uellere agnorum nõ calefaciebat ſe.

INDE NOMINA:

חם Calor, æſtus. Gen.8. Et frigus & æſtus. Et cap.18. Circiter ęſtũ diei. Ieſa.18. Sicut nubes roris in æſtu meſſis. 1.Sam 21. Ad ponendũ panẽ caloris, id eſt, calidũ. In ſtatu affixorũ mutat holẽ in kyburtz. Iere.51. In calore eorũ ponã cõpotationes eorum.

חום Aduſtum, fuſcum, nigrum. Gen.30. Et omne pecus aduſtum, id eſt, fuſcum, ſeu nigrum. Et apparet eſſe à forma חום.

חמה Sol, à calore, & æſtu. Iob 30. Pullatus ſeu niger inceſſi abſq; ſole, id eſt, cum tamen ſol non luceret, id eſt, ſine fuſcatione à ſole. Ieſa.24. Pudefiet ſol. Et iterũ: Et erit lux lunæ, ſicut lux ſolis. Cantic.6. Electa ut ſol. Et in ſtatu affixi חמתו Pſalm.19. Et non eſt qui abſcondat ſe à calore eius.

חמיו Socer, à calore amoris. Et legitur ubiq; in ſtatu affixorũ, mutata he litera in iod, ſicut etiam in אחיו frater. Gen.38. Ecce ſocer tuus aſcendit in Themnath. Et iterum: Et ipſa miſit ad ſocerũ ſuum. In fœminino genere חמות ſocrus. Et legitur ſimiliter in ſtatu affixorum tantum חמותה Ruth 2. Et dixit ei ſocrus ſua. & cap.3. Ne abeas uacua ad ſocrũ tuam. Mich.7. Filia inſurgit cõtra matrẽ ſuã, & nurus cõtra ſocrũ ſuã.

חמה Ardor, ęſtus, furor, excãdeſcentia. Ieſa.27. Ardor non eſt mihi. & cap.42. Et effudit ſuper eũ ardorẽ in ira ſua. Iere.36. Quia magna ira, & ardor. Et ſemel legitur חמא Dan.11. Et egredietur cũ ardore magno ad perdendũ. Et ſemel חמת Oſeæ 7. Dies eſt regis noſtri, urgent principes ardore ex uino. Et in ſtatu regiminis חמת Gen. 27. Donec auertatur ardor fratris tui. Prou.6. Ardor uiri non parcet. & cap.16. Ardor regis nũcius mortis. Deut.32. Ardor draconũ uinum ipſorũ, i. uenenum quod dracones irati effundũt, & quia inflammat etiã læſos. Pſal.58. Ardor illis, ſimilis ardori ſerpentis. Pſal.140. Ardor aſpidis ſub labiis eorum. Et in ſtatu affixorũ חמתו Ieſa.51. Bibiſti de manu Iehoua calicẽ ardoris ſui. Habakuk 2. Væ portãti proximũ ſuũ, adijciendi ardorẽ ſuũ. Ieſa.63. Et ardor meus iſte. Iob 6. Et ardorẽ earũ bibit ſpiritus meus, id eſt, uirus quo tinctæ ſunt ſagittæ, ut ſint lethales. Et pluraliter חמות Pſal.78. Reſiduo ardorum accingeris. Prou.22. Et cũ uiro ardorum nõ ingredieris.

חמה Butyrũ: dictum, quia ſemper calet, & nunquã frigeſcit aut cõgelatur. Iob 29. Cum lauarẽ itinera mea butyro. Aliàs legitur ubiq; interpoſita litera aleph חמאה ad differentiam aliorum nominũ deriuatorum. Gen.18. Et accepit butyrũ, & lac. Iob 20. Flumina & amnes mellis & butyri. Prouer.30. Qui exprimit lac, educet butyrum. Ieſ.7. Butyrũ & mel comedet. Et in ſtatu regiminis חמאת. Deu.32. Butyro boum, & lacte ouium. Et pluraliter חמאות Pſal.55. Lenierunt ſupra butyra os ſuum. ubi litera mem habet pathah pro zere, aut ſægol euphoniæ cauſa.

חומה Murus, ex lapide ardore ignis cocto. Exod.14. Et aquæ erant illis murus. Leuit.25. In ciuitate cui non eſt murus. Ioſue 2. In pariete muri, & in muro ipſo habitabat. Et cap.6. Et cecidit murus. Ieſa.30. In muro excelſo. In ſtatu regiminis חומת Ioſue 6. Et cecidit murus ciuitatis. Iere.15. Et dabo te huic populo in murũ æris. Et in ſtatu

tu

tu affixorum חוֹמָתָהּ Nahũ 2. Feſtinabunt ad murum eius. Et in forma dualis numeri חֹמֹתַיִם Ieſa.22. Inter duos muros. Et pluraliter חוֹמוֹת Ieſa.26. Ponet muros. Ezech.26. Et deſtruent muros. Cantic.5. Cuſtodes murorum.

חַמָּנִים Solaria, id eſt, ſimulachra Hãmonis, id eſt ſolis: & ſæpe pro eo legitur פְּסִילִים Fuit autem ſimulachrum Hammonis, & eius templum celebre in Aphrica. Ieſ.27. Non ſtabunt luci & Hammonim. 2. Para.14. Et amouit ex omnibus ciuitatibus Excelſa & Hammonim. Leuit.26. Succidam Hammonim ueſtra. Et in ſtatu affixorum nihil mutat. Ezech.6. Et ſuccidentur Hammonim ueſtra.

חֵמֶת Vas teſtaceum, calore ignis, ſeu ſolis coctum. Et Latini etiam heminam dixerũt, quæ continebat dimidium ſextarij. Gen.21. Et defecerunt aquæ ex hemina. Et iterum: Et abijt, & impleuit heminam. Et in ſtatu regiminis, ibidem: Et accepit pa-

477 nem, & heminam aquæ.

חָמַד Appetiuit, expetiuit, deſiderauit, cupiuit, cõcupiuit, ſcilicet ea quę iucunda, grata, uoluptuoſa, utilia, pretioſa ſunt: quare ſemper uno illorũ uerbo iſto includit. Pſal.68. Expetiuit deus inhabitare illũ. Prou.12. Appetiuit improbus uenationẽ malorũ. Malach.2. Et appetẽt agros. Ieſ.1. Pudore ſuffodiẽtur à dijs, quos appetiuiſtis. Exo.20. Non appetes uxorẽ ſodalis tui. Et cap.34. Et nõ appetit terram tuam.

Participiũ præteritum חָמוּד quod tamẽ ſemper accipit nominaliter, appetitus, appetitio, appetẽtia. Pſal.39. Et tabeſcere facis uelut tinea appetibile eius, i. pretioſum quod appetit. Iob 20. Secũdũ appetitionẽ eius nõ euadet. Et pluraliter חֲמוּדִים Ieſ.44. Et expetibilia eorũ nõ ſubleuãt. Et in genere fœminino pluraliter חֲמוּדוֹת, uel etiã חֲמֻדוֹת: nam utrũq; legitur. Ge.27. Et tulit Rebecca ueſtes Eſau filij ſui expetibiles. Eſdræ 8. Et uaſa aurea duo expetibilia. Dani.9. Quia expetitiones tu. Et ca.10. Panẽ expetitionũ nõ comedi. & cap.11. Ex lapide pretioſo & appetibilibus.

In uoce paſſiua נֶחְמַד cuius participium נֶחְמָד eſt uſitatum. Gen.2. Omnem arborem expetibilem. Prou.21. Theſaurus expetibilis. Et pluraliter נֶחֱמָדִים Pſal.19. Iudicia Iehoua ueritas, iuſta ſunt pariter, expetibilia ſupra aurum.

In ſecunda coniugatione חִמֵּד Cantic.2. In umbra eius appetitionem habui.

INDE NOMINA:

חֶמֶד Appetitus, appetitio. Ieſa.32. Supra agros appetitionis. Ezech.23. Iuuenes appetitionis. Amos 5. Vineas appetitionis plãtabitis. Ieſaiæ 2. Et ſuper omnes ſculpturas appetitionis. In ſtatu regiminis חֶמְדַּת tanquam ſit à חֶמְדָּה forma fœminea. Haggæi 2. Et uenit appetibile omnium Gentium. In ſtatu affixorum חֶמְדָּתִי Ierc.12. Dederunt partem appetitionis meæ. Ezech.26. Et domus appetitionis. Dan.11. Cum uaſis appetitionis eorum.

מַחְמָד Appetitus, appetitio, expetibile. 1. Reg.20. Omne expetibile oculorum tuorum. Oſeæ 9. Appetitionem argenti eorum. Et pluraliter מַחֲמַדִּים Cant.5. Et totus ipſe, expetitiones. Et in ſtatu regiminis מַחֲמַדֵּי Oſeæ 9. Interficiã expetibilia uteri tui. Thren.2. Et interfecit omnia expetibilia oculi. Similiter in ſtatu affixorũ. Ieſ.64. Et omnia expetibilia noſtra fuerũt in deſolationem. Thren.1. Dederunt expetibilia ſua pro cibo. Et iterum: Manum ſuam extẽdit hoſtis ad omnia expetibilia eius. Ioelis 3. Expetibilia mea bona introduxiſtis in palatia ueſtra.

מַחְמוּד Et eius plurale מַחֲמוּדִים Thren.1. Recordata eſt omnium expetibilium ſuorum.

חֹמֶט Vide in themate ſuo חֹמֶט.

478 חָמַל Pio affectu fuit erga aliquem, cõmiſeratione motus fuit erga aliquẽ, qui tamen aliter meruerat. Hieronymus & reliqui uerterũt uerbo parcẽdi: & habet quandam cõgruentiã cũ uerbo גָּמַל ſicut & utrumq; cõſtruitur cũ עַל, id eſt erga: atq; ſignificationẽ plane contrariã habet uerbo קָטַל quod exciſionẽ ſignificat ſine ulla cõmiſeratione, aut ignoſcẽtia. Ioſue 15. Animũ parcendi habuit erga bonũ gregem. 1. Sam.23. Benedicti uos Iehoua, ꝙ animum parcendi habueritis erga me. 2. Paral.36. Animum parcendi habuit erga populũ ſuum. Ezech.16. Ad habendum animũ parcendi erga te. Malac.3. Et habebo animũ parcẽdi erga eos, quemadmodum habet animum parcendi aliquis erga filium ſuum. Et aliquando conſtruitur

cum præpoſitione אל Ieſa.9. Vir erga fratrem ſuum non habeat affectū parcendi. Iere.50.Et ne habeatis affectū parcendi erga ſagittas.& cap.51. Et ne habeatis affectum parcēdi erga iuuenes eius.Et aliquoties legitur abſolutè. Prou.6. Quoniam zelus eſt furor uiri & non parcet in die uindictæ. Threnor.2. Deuorauit Iehoua & non pepercit,omnia tabernacula Iacob.Ezech.5.Atq; etiam ego non parcam.

INDE NOMINA:

חֶמְלָה Parſio,parcentia,ignoſcentia. Et in ſtatu regiminis חֶמְלַת Gen.19. In ignoſcētia Iehoua erga illum. Et cum affixo חֶמְלָתוֹ Ieſaiæ 63.In dilectione ſua,& in ignoſcentia ipſe redemit eos.

מַחְמָל Parſio,parcentia.Ezech.24.Expetibile oculorum ueſtrorum & parcētiam animę

479 ueſtræ,id eſt,cuius anima ueſtra parcit.

חמס Vi rapuit,ſeu diripuit aliquid. Iob 15.Abripiet uelut uitis labruſcā ſuam,& proijciet quaſi olea florem ſuum.& cap.21.Ecce noui cogitationes ueſtras,& cōſilia,quæ contra me rapitis.Thren.2.Et abripuit uelut horti tuguriolum ſuum.Ezech.22.Sacerdotes eius abripuerunt legem meam,id eſt,aliò detorſerunt.Zoph.3.Sacerdotes abripuerunt legem,id eſt,deprauauerunt legem,uí aliò detorſerunt.

Participium præſens חֹמֵס Prou.8.Et delinquens in me abripit animam ſuam.

In uoce paſſiua נֶחְמְסוּ Iere.13.Propter multitudinē iniquitatis tuæ reuelatæ ſunt fimbriæ tuæ,abreptæ ſunt calces tuæ.

INDE NOMINA:

חָמָס Vis,uiolentia,iniuria,tyrannis,quæ conſiſtit in rapina.Gen.6.Et repleta erat terra iniuria.& cap.49.Simeon & Leui fratres,uaſa iniurię cōmutationes eorū.Exo.23. Non ponas manum tuam cum improbo, ut ſis teſtis iniuriæ. In ſtatu regiminis חֲמַס Iudic.9. Vt ueniret iniuria ſeptuaginta filiorum Ierubaal. Habakuk 2. Quoniam iniuria Libani operiet te. In ſtatu affixorum חֲמָסִי Gen.16. Et dixit Sarai ad Abram, iniuria mihi propter te, ego dedi ancillam meam in ſinum tuum. Iere.51. Iniuria mea,& caro mea ſuper Babel. Et pluraliter חֲמָסִים 2.Sam.22. A uiro iniuriarum ſaluabis me.Pſal.140. A uiro iniuriarum conſerues me.Prou.40. Et uinum iniuriarum bibent.

תַּחְמָס Auis immundæ nomē,à uiolentia & rapacitate: alij noctuam,alij Nycticoracem, alij accipitrem nocturnum (quem Plinius lib.10. Cymindin nominat) eſſe putāt.

480 Ego harpyam arbitror.Leuit.11.& Deut.14.Et filiam ſtruthionis & harpyam.

חמץ Infectum fuit,ſcilicet fermento,ſeu acredine,infermentatum eſt,ſicut literarum tranſpoſitione uerbum חָמַץ ſignificat actiuè inficere, ſcilicet ſanguine: alioqui nullam inter ſe habent differentiam.Exo.12.Et pinſuerunt paſtam,quam exportauerant ex Agypto,placentas azymas,quia nō infermētata erat. Et mox iterum: Et tulit populus paſtam priuſquam inficeretur fermento,id eſt fermentaretur.

Participium præſens חוֹמֵץ Pſal.71.De manu inique agētis, & inficientis,id eſt deprauantis & corrumpentis doctrinam.

Participium præteritum חָמוּץ quod in ſtatu regiminis legitur.Ieſa.63. Quis eſt iſte,qui uenit ab Ædom infectus ueſtibus de Boſra.Legitur etiam cum uau holem pro ſchurek חָמוֹץ Ieſa.1.Beate infectum,id eſt exacerbatum,perturbatum.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua legitur infinitiuus cum he paragogico חֻמְצָתוֹ ſicut חֶמְלָה Oſeæ 7. A ſubagitatione donec infermentaretur ipſa. uel nominaliter,uſq; ad infermentationem ipſius.

In quarta coniugatione יִתְחַמֵּץ Pſal.73. Quoniam infectum eſt cor meū, id eſt, exacerbatum,perturbatum.

INDE NOMINA:

חָמֵץ Infectum,ſcilicet fermento,infermentatum.Exo.12. Omnis comedens infermētatum,ſtatim excidatur anima eius ex Iſrael.Exo.13.Azyma comedetur ſeptem diebus,& nō appareat tibi fermētatū.Amos 4. Et ſuffumigādo de infermētato ſacrificiū celebratiōis.Et legitū ſemel adiectiuè Leu.7. Super placētas panis infermētati.

מַחְמֶצֶת Infermentatum. Exod.12.Omnis comedens infermentatum excindetur anima eius

eius. Et mox iterum: Omne infermentatum non comedetis.

חָמִיץ Nomen adiectiuum, maſculini generis, infectus acredine. Ieſ. 30. Et boues & pulli colentes agrum migma infectum acredine comedent, id eſt, mixturam acetoſam.

חֹמֶץ Infectio, infectura: ſic autem Hebręi uocant acetum, eò φ acetũ ſit uinũ infectum, uel quòd fermentũ uino impoſitum acetũ conficiat, uel φ linguam, & alia eſculenta inficiat. Num. 6. A uino & ſicera abſtinebit, infectionẽ uini, & infectionẽ ſiceræ non bibet, id eſt, infectũ uinum, & infectam ſicerã, uel acetũ ex uino, & acetũ ex ſicera. Ruth 2. Et intinge buccellam tuam in infecturã, id eſt, acetũ. Pſal. 69. Et in ſiti mea potauerunt me infectura, id eſt, aceto. Matthæus Euangeliſta teſtatur φ Chriſto dederint acetũ cum felle mixtũ, Marcus myrrhatum uinum, Lucas ſimpliciter acetum, Ioannes acetum & Iſopum admouerint ori eius, & φ Ieſus acetum acce-

481 perit. Item Prou. 10. Sicut acetum dentibus. & cap. 25. Acetum ſuper nitrum.

חָמַק Diuertit: congruit ſignificatione cum uerbo חָמַץ niſi φ ut literarum poſitu, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Cant. 5. Aperui ego dilecto meo, & dilectus meus diuertit, præterijt.

In quarta coniugatione הִתְחַמָּקִין Iere. 31. Vſquequo diuertis te filia auerſatrix. eſt autem nun litera paragogica.

INDE NOMEN,

חַמּוּקִים Vertebræ, uerſatiles. Cantic. 7. Vertebræ coxarum tuarum quaſi monilia duo, fa-

482 ctura manuum artificis.

חָמַר Turbidum fuit, lutulentum fuit, inferbuit, intumuit. Pſal. 46. Fremant & intumeſcant aquæ eius. Pſal. 75. Quia calix in manu Iehoua, & uinum, quod intumuit, ſeu inferbuit.

חֲמַרְמַר Verbum geminatum, forma actiua. Iob 16. Facies meæ intumuerunt à fletu. Et in forma paſſiua חֳמַרְמָרוּ Thren. 1. Viſcera mea conturbata ſunt, ſeu intumuerunt.

INDE NOMINA:

חֶמֶר Turbidum, turbulentum, tumidum: appellatiuũ uini rubri, quod turbidum eſt, & non modo infuſione, ſed & bibitũ efferbeat, & cerebrum perturbet. Ieſa. 27. In die illa uinea turbidi, cãtate ei. Et in diſtinctione mutat prius ſægol in cametz. Deut. 32. Et ſanguinem uuæ biberes turbidum, id eſt, uinum rubrum & turbidum.

חֵמָר Lutum, bitumen, lutum tenax, & bituminoſum. Gen. 11. Et lutũ erat illis in cęmentum. Et cap. 14. Vallis Siddim hinc inde putei bituminis. Exod. 2. Et bituminauit eam bitumine & pice.

חֹמֶר Lutũ, terra tenax, & bituminoſa, cęmentũ. Gen. 11. Et lutũ fuit illis in cęmẽtũ. Exo. 1. In luto & in lateribus. Iob 4. Quãto magis incolẽtes domos luti, quarũ in puluere eſt fundamentũ earũ. & cap. 10. Memẽto obſecro, φ quaſi lutũ feceris me. Ieſ. 16. Vt ponat eũ conculcationẽ, ſicut lutũ platearũ. & cap. 29. Et uerſio ueſtra certe uelut lutũ figuli reputabit. & cap. 45. Num dicet lutũ figulo. & cap. 64. Nos ſumus lutũ & tu figulus noſter. Habakuk 3. Calcas in mari cũ equis tuis, luto aquarũ multarum.

INDE VERBVM,

חָמַר Cemẽtauit, bitũinauit, bitumine obliuit. Ex. 2. Et bituminauit eã bitumine & pice.

חֹמֶר Eſt & nomen menſuræ, quę continebat decem Ephos ſeu modios, & Latinis Corus, Germanis uocabulo reſpondente Hebræo Symmer: Hebræi uero uocant, quia tumulum facit. Multi putant, idem eſſe qd' עֹמֶר Leui. 27. Semen Cori hordeorum pro quinquaginta ſiclis argenti. Ieſa. 5. Et ſemen cori faciet Epha. Et pluraliter חֳמָרִים Num. 11. Et qui parum collegit, decem Coros. Exo. 8. Et congregauerunt eas tumulos, tumulos, & fœtuit terra.

חֲמוֹר Tumulus. Iud. 5. Cũ mandibula aſini tumulũ & duos tumulos, id eſt, unũ atq; alterum. & pulchra uſus eſt paronomaſia aſini ad tumulũ: nam & eodẽ nomine uocãt aſinum à tumulis & ſarcinis geſtandis: ideo & Matthæus Euangeliſta cap. 21. uocat ὑποζύγιον, id eſt, ſubiugale, ſcilicet animal, uel certe quòd turbidum habet cerebrum aſinus. Gen. 32. Sunt mihi bos & aſinus. Num. 16. Non aſinum unum accepi ab eis. 2. Reg. 6. Caput aſini pro 80. argenteis. Zachar. 9. Vehitur ſuper aſino. 2. Samuelis

muelis 19. Sternam mihi aſinum, & uehar ſuper ea.ubi relatiuum eſt generis fœmi nini. Et in ſtatu affixorum nihil mutat. Gen.22. Et ligauit aſinum ſuum. Deut.28. Aſinus tuus rapietur à conſpectu tuo. Et pluraliter חֲמוֹרִים Gen.12. Et erant illi greges, & armenta, & aſini, & ſerui, & ancillæ, & aſinæ, & cameli, &c. cap.45. Decem aſinos ferentes de bonis Ægypti, & decem aſinas portantes frumentum. Iud. 19. Et par aſinorum. Et in ſtatu affixorum ſeruat ſua puncta. Gen.34. Atq; aſinos eorum. Iud.19. Aſinis noſtris.

יַחְמוּר Aſinus ferus & ſylueſtris, fera qua ueſci lex permittebat, & fortè tale eſt animal, qualia ſunt in Lappia, & lingua uulgari Raingi ab incolis dicitur, magnitudine, forma, & colore aſini, ungulas habens bifidas, miræ uelocitatis, cornua lanugine obducta, ſed tamen humiliora ceruis, & ramis rarioribus. Deut.14. Ceruum & capream & aſinum. 1. Reg.4. Præter ceruum & capream, & aſinum, ſcilicet ferum.

483

חָמֵשׁ Nomen numerale cardinale, generis fœminini, quinque, cōſtruiturq; cum nominibus pluralis numeri, & præponitur maiori numero. Geneſ.5. Et uixit Seth quinq; annos. & cap.43. Quinq; manibus. & cap.45. Quinq; mutatorias ueſtes. Et in ſtatu regiminis חֲמֵשׁ Gen.11. Quinq; centum annos. Et in genere maſculino חֲמִשָּׁה Gen.14. Quatuor reges cū quinq;. Et iterum: Propter quinq;. Leuit.13. Quintadecima die. Geneſ.47. Accepit quinq; uiros. In ſtatu regiminis חֲמֵשֶׁת Ioſue 10. Et aſcenderunt quinq; reges Amorræi. Iudic.8. Circiter quindecim millia.

Et pluraliter חֲמִשִּׁים generis communis, quinquies decem, quindeni, quinquaginta. Gen.14. Propter quinquaginta iuſtos. Exod.26. Et quinquaginta. Num.31. Et quinquaginta. 1. Reg.18. Et abdidit illos quinquaginta uiros in caueā. Et in ſtatu affixorū. 2. Reg.1. Et miſit ad eū princeps quindenorum, & quinquaginta eius. Et mox iterum: Deſcendat ignis de cœlo, & abſumat te & quinquaginta tuos. Et iterū: Et abſumpſit duos principes quindenorū primos, & quindenarios eorum.

חֲמִישִׁי Nomen numerale ordinis, maſculini generis, quintus. Geneſ.1. Et fuit mane dies quintus. cap.30. Et peperit Iacobo filium quintum. 2. Sam.3. Et quintus erat Sephataia. In genere fœminino חֲמִישִׁית Gen.27. Et dabitis quintam Pharaoni. Leuit. 19. Et anno quinto. & cap.27. Et addet quintam argenti. Et in ſtatu affixorum. Leuit.5. Et quintam eius addet.

חֹמֶשׁ Pars corporis humani infra quinq; coſtas, quæ Græcis ὑποχόνδρια Latinis inguen dicitur. 2. Sam.2. Et percuſſit eum Abner cum poſteriore haſtæ in inguine.

INDE VERBVM,

חָמַשׁ In prima coniugatione legitur tantum participium præteriti temporis, ſeu potius nomen participiale חֲמֻשִׁים Exod.13. Et quintati aſcenderunt filij Iſrael, id eſt, ſuccincti in inguine.

In ſecunda coniugatione חִמֵּשׁ quintauit. Gen.41. Et quintabit terram Ægypti per ſeptem annos ſaturitatis, id eſt, quintam partem accipiet. ſicut Hebræi dicunt

484 quoq; decimare, id eſt, decimam partem, uel dare uel accipere.

חָנַן Conſtruitur cum accuſatiuo mediante articulo אֶת & ſignificat gratificare, recipere aliquem in gratiā, gratia aliquē proſequi, ex gratia donare aliquem, gratis donare aliquē, beneficiū gratuitò pręſtare. Atq; ſemper & ubiq; excludit conditionē dignitatis ſeu meriti: Germani proprie, & recte exprimūt uerbo begnaden: & congruit aliquo modo ſignificatione cū uerbis נָתַן & נוּה נְתָנָה נָתַן niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſonent. Gen.33. Et uidens mulieres & liberos, dixit, unde iſti tibi? & reſpōdit Iacob, ſunt liberi, quibus donauit deus ſeruum tuum. Exod.33. Et in gratiam recipiam, quoſcunq; in gratiam recipiam. 2. Reg.13. Et in gratiam recepit Iehoua eos, & commiſertus eſt eorum. Iudic.21. In gratiam recipite eos, quia non cepimus mulieres illas in bello. Amos 5. Conſtituite in porta iudicium, fortè in gratiam recipiet Iehoua deus exercituum reliquias Ioſeph. Et negatiue ſine articulo. Deut.28. Et puerum non gratificabit. Pſal.59. Ne gratifices ullos præuaricatores iniquitatis. Threnor.4. Et facies ſacerdotum non uenerati ſunt, nec ſenes gratificauerunt. Item cum affixis. Geneſ.33. Accipe benedictionem

nem meam, quæ allata eſt ad te, qua gratificauit me Iehoua in copia. & cap. 43. Et dixit, Deus gratificet te fili mi. Num. 6. Illuminet Iehoua uultum ſuum ſuper te, & gratificet te. Ieſ. 30. Gratificando gratificabit te ad uocem clamoris tui. Iob 19. Gratificate me, gratificate me uos amici mei: quia manus Iehoua tetigit me. Pſal. 119. Lege tua gratifica me. Et mox iterũ: Gratifica me, iuxta promiſſionẽ tuã. Et iuxta hãc phraſim Paulus Epheſ. 1. ita quoq; dixit: Qui prędeſtinauit nos ut adoptaret in filios per Ieſum Chriſtum in ſeſe iuxta beneplacitum uolũtatis ſuę, ut laudetur gloria gratiæ ſuæ, qua ἐχαρίτωσεν gratificauit nos per illum dilectũ, id eſt, recepit nos in gratiam. Et ſemel conſtruitur cum lamed articulo datiui caſus, & ſignificationem habet reciprocam, ſupplex factus eſt, ſupplicauit, præbuit ſe ſupplicẽ. Iob 19. Anhelitus meus abominabilis fuit uxori meæ, & ſupplicaui liberis uteri mei.

Participium præſens ſeu nomen participiale חונן Græcè εὐχάριστος, id eſt, gratioſus, propenſus ad benefaciendum gratis. Pſal. 37. Mutuum accipit improbus, iuſtus autem gratioſus eſt, & dat. Et iterum: Quotidie eſt gratioſus, & dat accommodatò. Pſal. 109. Et nõ ſit qui gratificet pupillis eius. Prou. 14. Fœnorat ipſi Iehoua, gratioſus erga exhauſtum. & cap. 28. Qui multiplicat opes ſuas uſura, & fœnore, gratioſo erga exhauſtos colligit eas.

Participium pręteritũ, ſeu potius nomẽ participiale חנון: uide infra in nomine.

In uoce paſſiua נחן & ſemel tantum legitur Iere. 22. Quæ ſedes in Libano, & nidularis in cedris, quàm gratioſa eris, cum uenerint tibi cruciatus. Eſt Ironia.

In ſecunda coniugatione חנן Gratificauit, rem gratam fecit, gratiam ſeu beneficium præſtitit, ex gratia benefecit. 2. Sam. 12. Dicebam enim forte gratificabit me Iehoua & uiuet puer. Iob 33. Et gratificabit. Pſalm. 67. Deus gratificet & benedicat nobis. Num. 77. Nunquid oblitus eſt gratificare deus? Pſal. 102. Et puluerem eius gratificabunt. Prouer. 26. Quando inimicus gratificabit uocem ſuam, ne inniteris in ea. Ieſa. 30. Ideo expectat Iehoua, ut gratificet uos.

In uoce paſſiua חנן Prou. 21. Anima improbi concupiſcit malũ, nec cõſequitur gratiã in oculis ipſius proximus eius. Ieſ. 26. Num gratiam conſequetur improbus.

In quadrata coniugatione חונן & legitur in ea tantum participiũ præſens מחונן Prou. 14. Contemnit amicum ſuum erroneus, ſed qui gratificat egenos, felix eſt.

In quarta cõiugatione התחנן ſupplicauit, ſupplicem ſe præbuit, ſupplex factus eſt, pro gratia ſupplicauit, implorauit gratiam, ſuppliciter orauit. Et conſtruitur aliquando cum אל Gen. 42. Dum ſupplicaret ipſe ad nos, tamen nos non audiuimus. Deut. 3. Et ſupplicaui ad Iehoua. Pſal. 30. Ad Iehoua ſupplicabam. Interdum cum לפני 1. Reg. 8. Et ſint hæc uerba mea quibus ſupplicaui coram Iehoua. Semel cum lamed Eſther 4. Vt ingrederetur ad regem, & ſupplicaret ei.

INDE NOMINA:

חונן Græcè εὐχάριστος gratioſus, gratificus, beneficus, propenſus ad benefaciendũ gratis: uide ſupra in participio.

חנון Nomen participiale, benignus, beneficus, gratificus, gratioſus. Et ſoli deo attribuitur. Exo. 22. Cũ clamauerit ad me, ego exaudiã, quia gratioſus ſum ego. & cap. 34. Deus cõmiſerator, & gratioſus. Pſ. 86. Et tu Iehoua es deus miſerator & gratioſus.

יוחנן Nomen proprium, à gratia. Et Zacharias ſacerdos, filium ſibi in ſenectute natum uoluit hoc nomine appellare, q; ſpiritu agnoſceret ipſum futurum pręconem gratiæ, quæ tum tam Iudæis, quàm Gentibus contingeret ſi Chriſtum, quem agnum dei eſſe prædicabat fide amplecterentur.

חן χάρις, gratia, fauor, & eſt tã animi quàm corporis, aliiſq; rebus, gnad. gunſt. holdſeligkeit, liebligkeit. Gen. 6. Noah inuenit gratiã in oculis Iehoua. Pſ. 54. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Pſal. 84. Gratiã & gloriã dabit Iehoua. Prou. 28. Qui corripit hominẽ, poſtea gratiã inueniet. cap. 31. Mendax eſt gratia, & uana eſt forma. Prou. 1. Quoniã ſicut bulla gratiæ erũt capiti tuo. Legitur tamẽ חין Iob 41. Et gratiã diſpoſitionis eius. In ſtatu affixorũ tranſponit alterũ pũctulũ de zere in literã nun, ad denotandũ defectũ literę abiectę. Gen. 39. Et dedit gratiã ei in oculis principis.

חנינה

חֲנִינָה Gratia.Iere.16.Tamen non dabo uobis gratiam.

תְּחִנָּה Gratia. Ioſue 11. Vt omnino delerent eos abſq; eſſe illis gratiam,id eſt,abſque ulla gratia.Eſdræ 9.Et nunc ſubito facta eſt gratia ab ipſo Iehoua deo noſtro. Sumitur tamen communiter pro oratione ſeu ſupplicatione, qua gratia dei imploratur & petitur.1.Reg.8. Omnis oratio, & omnis ſupplicatio,à quocunque homine facta.

In ſtatu regiminis תְּחִנַּת 1.Reg.8. Et exaudies ſupplicationem ſeruorũ tuorum.

Et in ſtatu affixorum תְּחִנָּתוֹ 1.Reg.8. Et reſpicies ad orationem ſerui tui, & ad ſupplicationem ipſius,Iehoua deus meus. Pſalm.6. Audi Iehoua ſupplicationem meam.Ierem.42.Cadat obſecro ſupplicatio noſtra coram te.Et iterum: Vt proſternatis ſupplicationem ueſtram coram ipſo.

תַּחֲנוּנִים In iſta forma legitur pluraliter tantum,preces,precationes,ſupplicationes,quibus imploratur gratia.Iob 49.Num multiplicabit ad te ſupplicationes. Ierem.31. Cum fletu & uenient & cum ſupplicationibus. Zach.12. Effundam ſuper domum Dauid,& ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ,& ſupplicationum. Prouer.18. Supplicationes loquitur pauper, id eſt, ſuppliciter, & opponitur nomini עַזּוֹת

In ſtatu regiminis & affixorum תַּחֲנוּנֵי Ierem. 3. Fletus ſupplicantium filiorum Iſrael. Pſal.28. Sed audiuiſti uocem ſupplicationũ mearum. Dan. 9. Proſternimus ſupplicationes noſtras. Semel tamen in forma fœminina legitur תַּחֲנוּנוֹת Pſal.86. Et intende in uocem ſupplicationum mearum.

חִנָּם Sicut à חָנַן uerbo,deriuatur nomen חִנָּם temeritas,quæ eſt ſine cauſa:& eſſe nomẽ teſtantur iſti loci:1.Reg.2.Irrue in eum,& ſepeli eum,& aufer ſanguines temeritatis,id eſt,temere, & abſq; cauſa effuſos. Prouerb.26.Sicut auis uagatur & hirundo auolat,ſic maledictio temeritatis non eueniet,Ezech.6. Et cognoſcent, ꝙ ego Iehoua non ex temeritate loquutus ſum,ut facerem eis malum iſtud.&,cap.14.Et cognoſcetis,quod nõ ex temeritate fecerim,quæcunq; feci. Sed quia nomina uerbis adiũcta aduerbiaſcere ſolẽt,ita & hoc, & idẽ ualet qđ Latinis gratis,gratuito, immerito,ſine cauſa,fruſtra. Et eſt particula excluſiua uel pretij, uel cauſę, uel meriti. Gen.29.Scruies mihi gratis abſq; pecunia.Num.11. Recordamur piſciũ, quos comedebamus in Ægypto gratis. 2.Sam.24. Cõparans cõparabo abs te pro pretio, nec offeram Iehoua deo meo holocauſta gratis, ſcilicet acquiſita ſine prctio. Ieſa. 52.Quia gratis uenundati eſtis,& ideo abſq; argento redimemini.1.Sam.19.Quare errabis contra ſanguinem innocentem,ut interficias Dauid gratis,id eſt abſque cauſa.1.Sam.25.Non ſit tibi hoc in ruinã,& in ſcandalum cordis ſuſtentatori meo, ut effundas ſanguinem gratis,id eſt fruſtra, abſq; cauſa. Prouer.1.Gratis expãditur rete ob oculos habentium alas, id eſt fruſtra.& cap.24. Ne ſis teſtis gratis contra proximum tuum, id eſt immerito, temere.Pſal.25. Quoniam fruſtra ſeu immerito abſconderunt mihi in perniciem rete ſuum, &c. Volui autem iſto conſilio plures locos huc adſcribere, ut inde liquidum fieret hanc particulam חִנָּם ubiq; excludere pretium,uel cauſam,uel meritũ,idq; propter locum Pauli Rom.3.ubi articulum iuſtificationis concludit his uerbis: Iuſtificantur autem gratis per illius gratiã,quæ eſt in Chriſto Ieſu,&c.& alios ſimiles locos,ubi uocabulo gratis,& gratiæ,ſemper

485 excluditur conditio dignitatis noſtræ,& meriti noſtri.

חָנָה Conſedit,deſedit,ſubſedit,id eſt,placide & ſenſim poſuit ſe in locum quieſcendi,immorandi ſeu habitandi gratia,& eſt militare,cõgruitq; ſignificatione cum uerbis נחה & נַח נוֹחַ נָחָה חָנַן niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant.Noſtra tranſlatio cõmuniter uertit uerbo caſtrametandi,Germani tamen propriùs reddunt uerbo, ſich lagern. Ieſa.29. Væ Ariel Ariel,in qua reſedit Dauid.Gen.26.Abijt inde Izhak & deſedit in torrente Gerar, & habitauit ibi.Exo.14.Loquere ad filios Iſrael ut redeant, & cõſideant è regione Pihachiros. Num.1.Et circũcirca habitaculum conſidebunt.Et mox iterum: Et ubi reſideat habitaculum,erigant ipſum Leuitæ. Num.10. Tu noſti Reſidere noſtrum,id eſt,noſtram reſidentiam.Iudic.18.Ecce cõſidere diei,id eſt,deſidentiam diei, id eſt, quod dies deſedit.Ieſa.29. Conſidebo ſicut circulus circa te. Et quando conſtruitur cum

על

צר idem ualet, qđ obſidere. 1. Samuel. 12. Obſide ciuitatē, & cape eam. 2. Paralip. 32. Et obſedit ciuitates munitas, uolens eas capere. 1. Regum 16. Et populus obſidebat Gibathon.

Participium præſens חוֹנֶה Exod. 18. Et uenit Iethro ad Moſen in deſertum ubi conſederat. Pſalm. 53. Diſſipauit oſſa obſidentis te. Et pluraliter חוֹנִים Exo. 14. Et apprehenderunt eos deſidentes iuxta mare. 1. Sam. 29. Iſraelitæ aūt reſederant. Et in genere fœminino חוֹנָה 1. Paralip. 11. Et turma Philiſtæorum reſederat.

INDE NOMINA,

מַחֲנֶה Deſidentia, id eſt turma quæ ſe demittit, agmen, quod ad quietem, uel ad oppugnandā ciuitatem demittit ſe, ein låger. Eſt nomen militare, uulgaris editio nunc caſtra, nunc turmam reddidit. Geneſ. 32. Et manſit nocte illa in deſidentia. & cap. 50. Aſcenderunt cum eo currus & equites, & fuit deſidentia magna nimis. Exod. 32. Et ſtabat Moſe in porta deſidentiæ. Et in ſtatu regiminis מַחֲנֵה Geneſ. 32. Occurrerunt ei angeli dei, dixitq́ Iacob poſtquam uidit eos, deſidentia Dei, id eſt agmen. Similiter in ſtatu affixorum. 2. Reg. 5. Ipſe & deſidentia eius. In duali numero מַחֲנַיִם Cantic. 7. Quid uidetis in Sunamithe, ipſa ſimilis eſt choro duarū deſidētiarū, id eſt turmarum. Eſt & nomen appellatiuum loci. Geneſ. 32. Et uocauit nomen loci illius Machanaim, id eſt turmæ. Ioſue 11. Et à Machanaim uſq́ ad terminum Lidbir. Et pluraliter מַחֲנִים Num. 13. Conſiderabitis quales ſint ciuitates in quibus ille habitet, an in deſidionibus uel in munitionibus. Et in ſtatu regiminis ac affixorum מַחֲנֵי Ioſue 11. Et ipſi egreſſi ſunt, & omnes turmæ eorū cū eis. Legitur tamen etiā in forma fœminea מַחֲנוֹת Gen. 32. Et diuiſit populum, qui ſecū erat, & gregem & armenta, & camelos in duas turmas. Num. 2. Tabernaculū teſtimonij proficiſcetur cum turma Leuitarum in medio turmarum. 1. Paralip. 9. Ipſi fuerunt portitores turmarum filiorum Leui.

תַּחֲנוֹת Deſidentia, reſidentia. 2. Reg. 6. In loco illo erit reſidentia mea.

חֲנֻיוֹת Depoſitio, repoſitio. Ieremiæ 37. Ingreſſus eſt Ieremias in domum Laci, & repoſitionis & ſedit ibi, id eſt ubi poſiti erant cuſtodes.

חֲנִית Haſta, haſtile, cuius uſus eſt in militia. 1. Sam. 13. Ne forte faciant Hebræi gladium & lanceam. Nahum 3. Eques eleuans laminam gladij, & fulgur lanceæ. In ſtatu affixorum nihil mutat. 1. Sam. 17. Et lignum lanceæ eius erat quaſi liciatorium texentiū, & lamina lanceæ eius habuit ſexcentos ſiclos ferri. Et pluraliter חֲנִיתִים 2. Paralip. 2. Dedit Iehoiada ſacerdos centurionibus lanceas, & clypeos. Legitur etiam in forma fœminea חֲנִיתוֹת Ieſaię 2. & Micheæ 4. Et cudent gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces.

486 חנט Primo ſignificat proferre, protrudere, ſiue groſſos ſiue grana. Canticorum 2. Ficus protruſit groſſos ſuos.

INDE NOMEN,

חִטָּה Frumentum, ſeu triticum, eò quòd ex ariſtis ſeu folliculis protruditur & prominet. Generale nomen ſicut & frumentum Latinis ad omnia frumēta excepto hordeo, & exceptis leguminibus, quæ ex folliculis grana non protrudūt ut emineāt. Exod. 9. Triticum & ſiligo non ſunt percuſſa. Deut. 9. Terra tritici, & hordei, & uitis, &c. Iob 31. Pro tritico egredietur lolium. Pſalm. 81. Et cibauit eum adipe tritici.

Et pluraliter חִטִּים Gen. 30. Et abijt Ruben in diebus meſſis triticorū. Exo. 29. Similam triticorum facies ea. Canticor. 7. Venter tuus aceruus triticorū. Legitur etiam חִטִּין Ezec. 4. Accipe tibi tritica & hordea: pro quo Chaldæus habet חִנְטִין Et in ſtatu regiminis חִטֵּי Ezech. 27. Cum triticis Minith.

חנט Secundo ſignificat cōdire corpora, ſcilicet aromatibus: & in hac ſignificatiōe arbitror mutuatū eſſe ab Aegyptijs, & in formā Hebraicam redactum: quòd ſi non eſt peregrinum, tum cenſeo ſuperiori, ſignificatione eſſe contrariū, quòd ut ſuperius ſignificat aperire, ita hoc ſignificet operire corpora humana aromatibus. Geneſ. 50. Et mandauit Ioſeph ſeruis ſuis medicis, ut condirent aromatibus patrem ſuum, & condiuerunt medici Iſraelem. Et ibidem iterum: Et condierunt

ipſum, & poſuerunt in arcam, in Ægypto.

INDE NOMEN,

חֲנֻטִים Conditura aromatica. Gen. 50. Quia ita complentur dies conditurę.

487 חָנַךְ Initiauit, imbuit. Deut. 20. Quis eſt ille qui ædificauit domum nouam, & nõ initiauit eam? 1. Reg. 8. Et initiauit domum Iehoua. Prouerb. 22. Initia trade puero iuxta modum uiæ ſuæ, id eſt imbue.

INDE NOMINA:

חָנִיךְ Initiatus. Gen. 14. Et expediuit initiatos ſuos natos domi ſuę.

חֲנֻכָּה Initiatio, quæ fiebat quadam ſolennitate, & lætitia. Neh. 12. Ad faciendũ initiationem & lætitiam. Et in ſtatu regiminis חֲנֻכַּת Num. 7. Ad initiationem altaris. Pſal. 30. Canticum pro initiatione domus Dauidis. Porro Iudæi celebrarũt feſtum initiationis 25. die menſis כִּסְלֵיו qui ferè noſtro Nouembri reſpondet, in memoriam renouati templi, quod ab Antiocho prophanatum erat, & Græcè ἐγκαίνια, id eſt renoualia dicebatur, cuius fit quoq; mentio Ioannis 10. Et hodie eodem menſe & die Iudæi hoc feſtum celebrant, cum tamen careant templo.

488 חָנֵף Cõgruit ſignificatione cum uerbis חָפָה & חָפָא חָפַף niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe nõnihil diſcrepẽt, & ſignificat aliquid tegi crimine, ſeu malo, quo polluitur: nos dicimus rem aliquam infici, ut aliam ſpeciem præ ſe ferat, quàm ante habuit, & quàm par fuit. Latini nunc uerbo contaminandi, nunc polluendi uerterunt. Ieſaiæ 24. Et terra polluta eſt propter habitatores eius. Pſal. 106. Et polluta eſt terra cum ſanguinibus. Iere. 3. Non polluendo polluta eſt terra ipſa. & cap. 23. Quia tam propheta, quàm ſacerdos polluti ſunt. Mich. 4. Et nunc congregabuntur contra te Gentes multæ, quę dicẽt, polluatur, ut uideat in Zion oculus noſter. In tertia cõiugatione תַחֲנִיפוּ Num. 35. Et nõ polluetis terrã, in qua eſtis, quia ipſe ſanguis polluet terram. Dan. 11. Et temerantes pactum, polluet blãditijs.

INDE NOMINA:

חָנֵף Habens uelamen ſpeciem ſanctitatis, præ ſe ferens ſanctitatem, qui exteriore geſtu aut opere ſanctimoniam mentitur, intus pollutus prauis opinionibus, & affectibus, Hypocrita, ſeu ſimulator. Iob 8. Et expectatio hypocritæ aufertur. & cap. 13. Nec ueniet in conſpectum eius hypocrita. Prou. 11. Ore hypocrita peſſundat proximũ ſuum. Et pluraliter חֲנֵפִים Ieſa. 33. Apprehendit tremor hypocritas. Et in ſtatu regiminis חַנְפֵי Iob 36. Hypocritæ corde ponent iram, non uociferabuntur. Pſal. 35. Cum hypocritis ſubſannatoribus pro uſtulata.

חֹנֶף Hypocriſis, ſimulatio. Ieſa. 32. Vt faciat ſimulationẽ, & loquatur de Iehoua errorẽ.

חֲנֻפָּה Hypocriſis, ſimulatio. Iere. 23. A prophetis Ieruſalem egreſſa eſt hypocriſis in omnem terram.

489 חָנַק Legitur in prima coniugatione tãtum uoce paſſiua וַיֵּחָנַק, ſignificatq; iugulari, ſtrangulari, ſeu ſuffocari. 2. Sam. 17. Et præcepit domui ſuæ, & ſtrangulauit ſe.

In ſecunda coniugatione legitur tantum participium præſens מְחַנֵּק Nahum 2. Et ſtrangulabat leænis ſuis.

INDE NOMEN,

מַחֲנָק Iugulatio, ſtrangulatio, ſuffocatio. Iob 7. Et elegit ſtrangulationem anima mea.

490 חֶסֶד Primaria ac propria ſignificatione, idem Hebræis notat quod Græcis στοργή, hoc eſt affectum illum pietatis, aut charitatis, quo parentes naturaliter tanguntur erga liberos, & uiciſſim hi erga illos, quo frater erga fratrem, amicus erga amicum, afficitur. Poteſt autem & licebit uarie reddi ſecundum ſententiæ commoditatem, nunc pro gratia, nunc pro charitate, nunc pro pietate, nunc pro beneuolentia, nunc pro beneficentia, nunc pro gratitudine, nunc pro ſanctitate ſeu bonitate. Septuaginta communiter ἔλεος uerterunt. Paulus apoſtolus charitas ſeu dilectio. Accipitur etiam pro gratia, quam parit forma, ſeu elegantia, ſeu pulchritudo rei: ut in exemplis ſubſequentibus cernere licebit. Geneſ. 24. Fac pietatem cũ

ſuſten-

ſuſtentatore meo Abrahamo.Iudic.8.Nec exercuerunt pietatem cum domo Ierubaal.2.Sam.9.Vt exerceam in illum pietatẽ Dei.Sic legiſperitus Chriſto ad quæſtionem de charitate proximi reſpondet Lucæ 10.Qui exercuit miſericordiam in illum.Pſal.21.Et à miſericordia altiſſimi non amouebitur.Pſal.52.Fiduciam colloco in miſericordiam dei.Oſeæ 6.Miſericordia beneplacuit, & non ſacrificiũ. ubi Græcus uertit ἔλεος.Prouerb.11.Impendit animã uir miſericordiæ,id eſt, qui στόργας habet:& opponitur iſtic nomini אַכְזָרִי quod proprie crudelem & impium ſignificat,quales ſunt tortores,& carnifices.Et Paulus Apoſtolus Rom.1. ἀστόργους uocat,hoc eſt,à charitatis affectu alienos.Micheę 10.Seminate uobis iuſtitiam,& metite charitatem.Ieſa.57.Iuſtus aufertur,& nemo ponit ſuper cor,& uiri beneficẽtiæ,& nemo intelligit,id eſt propter quos deus alijs benefacit.Et ponitur etiam pro ultimo pietatis officio,quod defunctorũ corporibus exhibetur,& textus uoce טוֹבָה interpretatur. 2.Sam.2.Qui feciſtis pietatem hãc cum ſuſtẽtatore ueſtro, cum Saule & ſepeliſtis eũ. Eſther 2. Et placuit puella oculis ipſius, aſſequuta eſt pietatem in oculis eius,id eſt gratiam.Et paulò inferius iterũ:Et conſecuta eſt pietatem & fauorem coram eo.Iere.2.Recordatus ſum tui,& pietatis iuuentutis tuę, id eſt,gratiæ. In ſtatu affixorum.Prouerb.19.Delectatio hominis,pietas ipſius. Ieſa.40.Omnis caro gramen,& omnis pietas eius ſicut flos agri.Petrus apoſtolus citans hanc ſententiam δόξα reddidit.2.Sam.16.Hæccine pietas tua erga amicũ tuum? Et pluraliter חֲסָדִים beneficia.Geneſ.32.Minor ſum omnibus beneficijs tuis. In ſtatu affixorũ.2.Paral.32.Reliqua uero geſta Iehezkiæ, & pietatis eius.

חָסִיד Pius,gratioſus,beneficus,qui pio eſt cùm erga Deum patrem miſericordiarum, tum etiam erga homines affectu præditus.Item qui fidit miſericordia Dei,& eius bonitate.Vel ſi deo attribuitur,quòd gratia,& miſericordia donat pios & credentes,quòd ut pater erga filios ſuos obedientes affectus eſt.Ierem.3. Qui miſericors ſum,ait Iehoua.Pſalm.147.Beneficus in omnibus operibus ſuis.Pſal. 32. Pro hac orabit omnis pius.Pſalm.43.Vindica cauſam meam à gente non pia.Pſalm.4.Mirificat Iehoua pium ſibi. Legitur etiam actiuè. Deut. 33. Vrim tuum & Thumim tuum ſit uiro pio tuo. Et pluraliter חֲסִידִים Pſal.149. Laus eius in eccleſia piorũ.

In ſtatu affixorum.2.Paral.6.Pij tui gaudebunt in bonitate.Pſal.30. Pſallite ipſi Iehoua pij eius. Chriſtus hoc nomine uſus eſt Lucæ 6.Eſtote miſericordes, ſicut pater ueſter in cœlis miſericors eſt. ubi ſimul uocis huius ſignificationẽ explicat.

חֲסִידָה Ciconia,ab illo naturali miſericordiæ & charitatis affectu hæc auis hoc nomẽ ſortita eſt:eius fit mentio Leuit.11.Deut.14.Pſalm.104.& Ieremiæ 9.Deinde eius naturam deſcribunt Orus Appollinaris in Hieroglyphicis, Plinius libri 10. cap. 23.Baſilius Magnus in ſuo Examero, homilia 8. ſimiliter Ambroſius in ſuo Examero li.5.& cap.16. Verum de alio quodam genere ciconiarũ, ut eſt חֲסִידָה nomẽ generificũ, quod ſub ſe plures habet ſpecies,in altero modo ſignificãdi dicemus.

INDE VERBVM,

Quartæ coniugationis הִתְחַסֵּד exhibuit ſeu præbuit ſe pium ſeu miſericordem. 2.Sam.22.& Pſalm.18.Erga pium tu te pium præbes.

Secundo habet hæc uox חֶסֶד in aliquot ſcripturæ locis ſignificationem priori plane contrariam. Nam ut aliquoties στοργὴν φυσικὴν affectum naturalem pietatis,aut charitatis parentũ erga liberos,& rurſum liberorũ erga parẽtes, fratrũ erga fratres,amicorũ erga amicos,& conſanguineorũ erga cõſanguineos,&c.ſignificat,ita rurſum idem Hebræis ſignificat, quod Græcis ἀστοργία impietatem, maleficium,immiſericordiam,crudelitatem,affectum & cupiditatem ſeu factũ legi naturæ,publicæ honeſtati, reuerentiæ quæ cõiunctioni ſanguinis debetur, & à qua ipſa natura abhorret,omnino contrarium:ut Leuit.20.Qui acceperit ſororem ſuam,filiam patris ſui,aut filiam matris ſuæ, & uiderit uerenda eius, & ipſa uiderit uerenda illius,inceſtus eſt,& extermínetur utrunq; in conſpectu filiorum populi ſui. ubi Chaldæus reddidit קְלָנָא, licet hæc uox חֶסֶד aliàs Chaldæis ſignificet idẽ quod Hebræis חֶרְפָּה ſicut teſtantur loci Geneſ.30.Iudic.8.1.Sam.11.Pſalm.102. Et

pleriq; alij, ſic quoq; Rabbi Salomo expoſuit, & addit etiã Syris ſignificare חֶרְפָּה. Quòd uerò in hac ſignificatione accipienda ſit uox, cogunt omnes circũſtantiæ huius loci, atq; etiam legum præcedentiũ cauſæ, quæ ſingulis aſſignantur, cur ꝓhibeātur & cur in trãſgreſſores animaduerti debeat, quia uel זִמָּה eſt, uel תּוֹעֵבָה, uel תֶּבֶל: ſic quoq; tandem huic ſceleri pœnæ cauſa eſt annexa, quia חֶסֶד eſt. Quare errant, qui aliter exponendum contendunt, nec uolunt admittere alteram hanc & contrariam huius uocis ſignificationem. Inſuper duo alij ſunt loci, qui ſimiliter contrariæ huius uocis ſignificationi patrocinantur, in quibus pari ratione חֶסֶד ſignificat immiſericordiam, ſeu potius maleficiũ, pœnæ ſeu ſupplicij immiſericordiam, hoc eſt atrox & crudele exitium, implacabile ſeu irreparabile exterminium, exitium ſine ulla commiſeratione. Nam ut in prima notat gratiam, pietatẽ, bonitatem, beneficium, beneficentiam, ita in ſecunda ſignificatione ſignificat contrario modo immiſericors (ut ita dicam) maleficiũ, impietatem, crudelitatem, ineluctabilem pœnam, hoc eſt malũ ſeu pœnam omnino crudelem & cõtrariam charitati. Prouerb. 14. Iuſtitia exaltat gentem, ſed exterminium populi eſt ipſum erratum: uel ſic, ſed exterminium, populi erratum. Prouerb. 28. Qui feſtinat diteſcere, & alijs inuidet, ignorat ꝙ immiſericordia eueniet ei. Et licet in hoc loco alij legãt חֶסֶר defectus ſeu penuria, ut ſit ſentẽtia, qui feſtinat diteſcere, & alijs inuidet, ignorat ꝙ penuria ſibi ſit aduentura: habeantq; pro ſe tranſlationem Chaldaicã, tamẽ Rabbi Kabunaki, & Rabbi Salomo legunt חֶסֶד: præterea exemplaria Venetijs excuſa habent, & retinent conſtanter daleth, ut putem ab aliquo indocto ſcriba utranque uocem & Hebraicam & Chaldaicam eſſe deprauatam. Deniq; Apoſtolus Paulus Hebraicæ linguæ peritiſſimus magiſter, ſcripturæq; ſacræ obſeruãtiſſimus lector, ac mirificus & tacitus Veteris teſtamẽti interpres, haud dubie id qđ 1. Timoth. 6. ſcribit, inde ſumpſit: Qui uolunt, inquiens, diteſcere, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas, ſtultas ac noxias, quę demergunt homines in exitium & interitum, ſiquidem radix omnium malorum eſt ſtudium pecuniæ, &c. ac illis duabus uocibus, in exitium & interitum, uoluerit hanc uocem Hebræam reddere, q. d. in exitium ſine commiſeratione & ineluctabile. Ac quidẽ mirũ non eſt, neq; inſolens aut nouum etiam ſi hæc uox contrariam habeat ſignificationem, & nunc pro uirtute, nũc pro uitio accipiatur, ſiquidem קדש aliàs in bonam, aliàs in malam partem accipiatur, ſicut in lingua Latina ſacer, item nobilis דֶּשֶׁן pinguedo & cinis quo nihil eſt ſiccius, & id genus alia multa. Et ut & illud de uocabulo חֲסִידָה adijciam, certum eſt & certo nihil certius, quòd aliam auium ſpeciem ſignificet in Iob, quàm de quo Pſalm. 104. & Ierem. 8. fit mentio, quod huic ciconiæ ſpeciei nomen à charitatis affectu eſt inditum, illi uero cuius Iob meminit ab immiſericordia & crudelitate erga genus ſuum, & ſobolis incubationem nomen ſit inditum. Verba in Iob hæc ſunt cap. 39. Quis alã pauoni glorioſam aut pennam ſtruthioni, & plumam, ſcilicet dedit, qui derelinquit in terra oua ſua, quę in ſabulo calefiunt, & obliuiſcitur ꝙ pes diſpergit ea, & beſtia agri conculcat ea, induratur erga pullos ſuos, quaſi non eſſent ſui, quaſi fruſtraneus eſſet labor ſuus; ſine ullo metu, ſed negauit ei deus ſapientiam, nec impertijt ei prudentiam, tempore quo ſeſe ſurſum erigit, ridet equum & equitẽ eius. Sed audi nunc quæ Plinius de Struthiocamelis ſcribit libro decimo cap. 1. in hæc uerba: Sequitur natura àuiũ, quarũ grandiſſimi, & penè beſtiarũ generis Struthiocameli Aphrici, uel Aethyopici altitudinẽ equitis inſidentis equo excedũt, celeritate uincũt. Ad hoc donum datis pennis ut currentem adiuuent, cætero nõ ſunt uolucres, nec à terra tolluntur, ungulæ his ceruis ſimiles, quibus dimicant biſulcę, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus. Concoquendi ſine delectu deuorata mira natura, ſed non minus ſtoliditas in tanta reliqui corporis altitudine cùm colla frutice occultauerint latere ſeſe exiſtimantium, prēmia ex ijs oua propter amplitudinem pro quibuſdam habita uaſis, conoſq; bellicos & galeas adornantes pennę. Hęc Plinius. Confer igitur nunc mihi iterum utriuſque

חסידה

חֲסִידָה deſcriptionem, & nihil minus iudicabis, quàm quòd hoc nomen unam & eandem auem ſignificet. Siquidem Dauid dicit חֲסִידָה nidificare ſuper abietibus, Iob uerò oua ponere in arena: ac Plinius eam propter corporis molem à terra non tolli, & currere potius pedibus, quàm alarum remigio uolare: proinde uerius eſſe beſtiarum generis quàm auium. Deus in Ieremia tribuit חֲסִידָה ſapientiam, & prudentiam, qua certa ſua tempora redeundi obſeruat, Plinius exuit Struthiocamelum, quem Iob ſimiliter חֲסִידָה appellat omni ſapientia, & prudentia, & tribuit ei pudendam ſtoliditatem. Hebræi aui huic nomen חֲסִידָה Græci uero πελάργον à pietatis affectu, quo erga inuicem tanguntur, inditum, uno ore affirmant, & qui animalium naturas diligentiſſime ſcrutati ſunt ac obſeruarunt, ut ſunt Orus Apollinaris, Ariſtoteles, Plinius, & alij graues ſcriptores ciconiam maxime omniū animalium à pietate commendarunt, adeo quidem ut à Petronio cultrix pietatis dicta ſit. Deus autem in Iob dicit eum nulla cura erga oua poſita tangi, nec excubet ea, ſed relinquat in ſabulo tanquam ſua non eſſent. Et Threnorum 4. dicitur, Dracones extrahunt mammas, & lactant catulos ſuos, filia autem populi mei crudelis eſt ſicut Struthio in deſerto. Igitur diuerſas & diuerſorum affectuum aues eſſe neceſſario ſequitur. Eſt autem & hoc obſeruatu dignum, quòd deus in Iob tribuit aui חֲסִידָה crudelitatem, & ἀστοργίαν eandem ipſam tribuit in Threnis aui יְעֵנִים ut non ſit dubium חֲסִידָה in Iob dici in Threnis יְעֵנִים, unamq; & eandem eſſe auem. Quare certum, imò nihil certius eſt quàm quæ dixi de huius uocis contraria ſignificatione, quòd ſcilicet nedum diuerſos affectus, uerumetiā diuerſa opera, imò etiam ſecundum diuerſas naturas et cōditiones, diuerſas res & aues ſignificet: atq; ideo toto illi cœlo aberrant qui huic uoci tantum unam ſignificationem tribuendam tantopere contendunt.

INDE VERBVM,

חִסֵּד Intentauit crimen uiolatæ fidei & charitatis, accuſauit criminis uiolatæ amicitiæ, exprobauit uiolatam fidem taciturnitatis. Prouerb. 25. Secretum alterius ne reueles ne exprobret tibi, qui ex te audit.

491 חָסָה Proprie ſignificat latibulum ſeu protectionem quærere in aliquo. Noſtri uerterunt uerbis, cōfidere, ſperare: cognationem habet ſignificatione cum uerbis חָסַךְ & חוּס niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Legitur tantum in prima coniugatione, uoce actiua, & conſtruitur ſemper cum beth præpoſitione. Deut. 32. Et dicet ubi ſunt dij eorum, petra qua protectionem quæſiuerunt in ea. Iudicum 9. Si uere uos ungitis me uobis in regem, uenite, & protectionem quęrite in umbra mea. 2. Samuelis 22. & Pſal. 18. Deus petra mea protectionem quæram in ea. Pſalm. 16. Cuſtodi me deus, quia protectionem quæſiui in te. Pſal. 36. In umbra alarum tuarum protectionem quærēt. Pſal. 6. Protectionē quęram in latibulum alarum tuarum.

Participium præſens חֹסֶה Prouer. 14. Propter malitiam ſuam propulſabitur improbus, protectionem habet in morte eius iuſtus. Et pluraliter חוֹסִים 2. Samuelis 22. & Pſalm. 18. Ipſe eſt ſcutum omnibus quærentibus in eo. Nahum 1. Bonus eſt Iehoua in præſidium in die anguſtiæ, & nouit protectionem quærentes in eo. Pſal. 17. Mirifica miſericordias tuas, qui es ſaluator protectionem quærentium.

In ſecunda coniugatione legitur participiū præteriti temporis ſeu nomen participiale מְחֻסְפָּס interpoſita pe litera, contrariæ ſignificationis à uerbo primæ cōiugationis, et cęteris deriuatis: ſignificat enim denudatum, detectum ex acere, excoriatum, decorticatum. Exod. 16. Tenue decorticatum, &c. Sed de hoc etiam infra in חספס.

INDE NOMINA:

חָסוּת Protectio, protectoriū, latibulum. Ieſa. 30. Et quæſitio protectionis in umbra Ægypti, erit in ignominiam.

מַחְסֶה Protectio, latibulum, receptaculum: plerunq; uerterunt ſpes, ſeu confidentia. Iob 24. Ab imbribus mōtium madeſiunt, & abſq; protectione amplectuntur petram.

Pſal.104.Scopuli ſunt protectio pro cuniculis.Ieſa.4.Et tugurium erit umbra per diem ab æſtu,& in protectorium, & in latibulū ab imbribus & pluuia.Legitur tamen cum hatephpathah מַחְסֶה Pſal.46.Deus nobis protectio,& munitio. In ſtatu affixorum ſeruat pathah.Pſal.14.Conſilium oppreſſi uultis confundere,ſed Iehoua protectio eius eſt.Pſal.62.Protectio mea in deo. Ieſa. 28. Quoniā poſuimus mendacium protectionem noſtram,& falſitate abſcōditi ſumus. Et cum hateph pathah.Iere.14.Protectio mea es tu in die malo.

492 חָסַל Abſumpſit ſine omni parſimonia,ſeu comparſione:nam ut literarū poſitu differt à uerbo סָלַח, ita omnino contrariam illi habet ſignificationem.Deuter.28. Quia abſumit & illud locuſta.

INDE NOMEN,

חָסִיל Abſumptor,depaſtor, ſpecies locuſtæ. Hieronymus & alij poſt ipſum uerterunt bruchum.1.Reg.8.Locuſta abſumptor cum fuerit. Pſal. 78. Et dedit abſumptori progerminationem eorum.Ieſaiæ 33. Et colligetur ſpolium ueſtrum collectione abſumptoris.

493 חָסַם Occluſit,obſtruxit,obthurauit, coercuit,ſcilicet os, uel nares: & ut forma, ita modo tantū ſignificandi differt à uerbis סָתַם & חָסַם חָסַם Deut. 25.Nō obthurabis bouem,dum ipſe triturat.

Participium præſens חֹסֶמֶת Ezech.39.Et obthurat ipſa prætereūtes,ſcilicet nares prætereuntium,ſeu arcet ipſa prætereuntes, ſcilicet fœtore.

INDE NOMEN,

מַחְסוֹם Clauſtrum,capiſtrum,quo coercetur os. Pſalmo 39. Pro cuſtodia imponam ori meo clauſtrum.

494 חָסַן In lingua Hebræa legitur tantum ſemel,in uoce paſſiua primæ coniugationis, ac ſignificatione conuenit cum uerbis חָסָה & טָמַן: ſignificat enim protegi,recondi.Ieſa.23.Et erit negociatio eius ſancta ipſi Iehoua,non reponetur neq; recondetur. Verum in lingua Chaldaica etiam in hac ſignificatione uſitatius eſt ut Danielis ſeptimo bis legitur.

INDE NOMINA:

חָסִין Protector.Pſal.89.Iehoua deus exercituum,quis ſicut tu protector Iehoua.

חֹסֶן Theſaurus,ſcilicet reconditus,& protectus. Prouerb. 15. In domo iuſti theſaurus magnus.cap.27.Quia non perpetuo durat theſaurus. Ieſa. 33. Et erit fides tēpore tuo,theſaurus,ſalus,ſapientia & ſcientia.Ieremiæ 20. Et dabo omnem theſaurum ciuitatis huius,&c.Ezech.22.Theſaurum,& quicquid pretioſum eſt tollent.

חָסֹון Protectio,protectoriū in quo fiducia collocatur. Ieſaiæ 1. Et erat protectio uelut ſtuppa,& fabricator eius uelut ſcintilla,&c. loquit̄ de idolo. Amos 2. Et ego deleui Amorræum à facie ipſorum,cuius altitudo erat,ſicut altitudo cedrorū, & protectio ſicut quercuum,id eſt umbra.

495 חָסֵר Defecit,neutraliter:quanquam Latinū non uſq; late patet ſignificatione, neq; ſermo nō ita cōmode ferat,tamen ſingulari cōſilio retinere uolui. 1.Reg.17. Et in lenticula oleū nō defecit.Gen.8.Et defecerūt aquæ à fine quinquageſimi & cēteſimi diei.cap.18.Si defecerint à quinquaginta iuſtis,quinq;.Nehem 9.Aluiſti eos in deſerto,ut in nihilo defecerint. Pſal. 23.Iehoua paſtor meus:ideo in nihilo deficiā.Et mox iterū:Quærentes Iehoua,nō deficient ullo bono.Prouerb. 13. Sed uenter improborū deficiet.Ieſa.51.Neq; deficiat panis eius.Iere.44.Defecimus in omnibus.Ezech.4.Propterea non deficient panis & aqua. Et ad ſecundā perſonā.Deut.2.Iehoua Deus tuus fuit tecū,ut nō defeceris in aliqua re.& cap.8.Comedes in ea panem,neq; deficies in quacunq; re,id eſt defectum patieris.

Participium præſens ſeu nomen participiale חָסֵר 1.Reg.11.Quem tu defectum pateris mecum.Eccl.6.Et nō ipſe defectū patitur in anima ſua.Et cap.10.Etiam in qua ſtultus ambulat cor eius defectū patitur. Et in ſtatu regiminis חֲסַר 1.Sam.21. Nunquid defectū patior furioſorum ego.2.Sam.3.Cadēs in gladio,& deficiēs pane.Prou.7.Princeps deficiēs prudētia multiplicat iniurias.cap. 10. Et uirga ſuper

dorſum

dorſum deficientis corde. Legitur tamen ſemel in abſtracto Prouerb. 10. Stulti in deficientia cordis moriuntur.

In ſecunda coniugatione חִסֵּר deficere fecit, ſeu permiſit. Pſal. 8. Deficere feciſti eum pauliſper à Deo, id eſt ut non habeat deum, & conſolationem.

Participium præſens מְחַסֵּר Eccleſ. 4. Cui ego laboro, & facio deficere animam meam à bono.

In tertia coniugatione הֶחְסִיר Exo. 16. Et quãdo menſurarent cum Gomer, neq; excedebat, qui multum colligebat: neq; qui modicũ colligebat, deficiebat. Ieſ. 32. Vt euacuet animam famelicam, & potum ſitienti faciat deficere.

INDE NOMINA:

חֹסֶר Defectus, deficientia, inopia, egeſtas. Deut. 28. In fame, & in ſiti, & in nuditate, & in defectu omnium rerum. Amos 4. Dedi uobis munditiam dentium in omnibus ciuitatibus ueſtris, & defectum panis.

חֶסֶר Defectus, deficientia, inopia, egeſtas. Iob 30. Qui ob defectũ & famem ſolitarij fugerunt ad arida. Prouerb. 28. Et non cognoſcit, quòd defectus ueniet ei.

חֶסְרוֹן Defectus. Eccl. 1. Curuum non poteſt dirigi, & defectus non poteſt numerari.

מַחְסוֹר Defectus. Iud. 18. Et locus in quo eſt defectus nullius rei. Pſ. 34. Timete Iehoua ſancti eius, quoniã non eſt defectus timẽtibus eum. Prou. 28. Qui dat pauperi, nõ eſt illi defectus. In ſtatu affixorũ nihil mutat. Deu. 15. Pro defectu ſuo qui defecit ei. Iud. 13. Defectus tuus ſit ſuper me ſolo. Et pluraliter מַחְסֹרִים qđ in ſtatu affixi legitur

496 Prou. 24. Et ueniet tanquã uiator paupertas tua, & defectus tui, ſicut uir ſcutatus.

חָפַף Texit, protexit, operuit: & cõgruit ſignificatione cũ uerbis חָבָה & חָפָה חָפָא niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe uarient. Et nomini חָנֵף omnino contrariam habet ſignificationem. Legitur autem in hac forma tantum participium præſens חֹפֵף Deut. 13. Protegens ſuper ipſo omni die.

INDE NOMINA:

חַף Protector. Iob 33. Mũdus ſum ego abſq; trãſgreſſiõe, ꝓtector, & nõ iniqtas mihi.

חוֹף Protectio, protectoriũ. Vocant aũt Hebręi hoc nomine portũ maris, eò quòd ſit protectio nauium à uentis & tempeſtatibus. Germani uocãt quoq; eiuſmodi portum ein hafen. Gen. 49. Zabulon ad portũ marium habitabit, & ipſe ad portum nauium. Iere. 47. Et ad Aſcalon, & ad portum maris.

חֻפָּה Protectio, protectoriũ, tegumentũ. Ieſ. 4. Et ſuper omni gloria erit protectio. Et in ſtatu affixorũ חֻפַּת Pſal. 19. Et ipſe egredit̃ tanquã ſponſus de protectorio ſuo, id eſt thalamo ſuo. Ioel. 2. Et ſpõſa de thalamo ſuo. Dicitur autẽ hoc nomine cubiculũ in quo ſpõſus cũ ſpõſa ſe abſcõdit, & Gręcè νυμφὼν dicit̃, id eſt, nuptiale cubiculũ. Et hodie quidem Iudæi nuptias uocãt hoc nomine, ſicut & Chriſtus nuptiales uocat filios thalami Luc. 5. Num poteſtis facere ut filij thalami & Marci 2. Non

497 poſſunt filij thalami nuptialis, in quo cum illis ſponſus eſt, ieiunare, &c.

חָפָא Celauit, texit, uelauit ornandi gratia, ornauit aliquid, ne id quod turpe eſt, appareat: cõgruit ſignificatione cum uerbis חָבָה & חָפָה חָפַף, & tantum ab illis differt modo ſignificandi. Et legitur in hac forma tantum 1. Reg. 17. Et uelauerunt filij

498 Iſrael facta, quæ non ita, contra Iehoua deum ſuum.

חָפָה Modo tantũ ſignificãdi differt à uerbis חָבָה & חָפַף & à nomine participiali etiã ipſa ſignificatione: & ſignificat aliquid operire ſeu tegere, uel ignominiæ, uel ornatus cauſa. 2. Sam. 15. Et omnis populus, qui erant cũ ipſo operuerũt quiſq; caput ſuũ. Iere. 14. Et ignominia afficient̃, & operiẽt caput ſuũ. Eſth. 7. Et cũ uerbum egreſſum eſſet ex ore regis, ſtatim faciẽ Hãmoni operuerũt. Fuit aũt mos antiquitus dãnatis ad ſuppliciũ, caput uelare, ut teſtant̃ etiã hæc uerba apud Ciceronẽ & Liuiũ, Vade lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito, &c.

Participium præteritũ חָפוּי 2. Sam. 15. Et Dauid aſcenderat per gradus olearum aſcendens & flens, & caput ipſi erat opertum, & ipſe ibat diſcalceatus. Eſther 6. Et Hammon pulſus ad domum ſuam & opertus capite.

In uoce paſſiua נֶחְפָּה Pſal. 68. Vtraq; ala operta argento.

In ſecunda coniugatione חִפָּה 2.Paralip. 3. Et domum maiorem operuit lignis abietinis. Et ibidem: Et ſolaria operuit auro. 2.Reg.17. Et operuerũt filij Iſrael res, quæ non ita, contra Iehoua deum ipſorum. ubi loco he ſcriptum eſt aleph: ſed de hoc in ſuo themate.

INDE NOMEN,

חֹפֶן Pars manus interior, quæ tegitur, & res operit ſeu tegit, quam alij uolam, alij palmam, alij pugnum: Germani congruente cum Hebræo nomine ein gauffen, appellant. Ego tãtum etymologia differre exiſtimo à nomine כַּף quod à ciuitate appellationem habet. Et legitur tantum forma duali חָפְנַיִם Eccleſ. 4. Melior eſt uola quietis, quàm plenitudo utriuſq; uolarũ cum labore & afflictione ſpiritus. Et in ſtatu regiminis חָפְנֵי Ezech.10. Et poſuit in uolas induti lineis. Similiter in ſtatu affixorum. Exo.9. Accipite uobis plenitudinem utriuſq; uolæ ueſtræ, fauillã fornacis. Prouerb.3. Quis colligit uentum uolis ſuis.

499
חפז
Abripuit, ſeu ſubduxit ſe feſtinanter metu periculi: & ſi Latinum eſſet, commode redderetur uerbo afeſtinandi. Et contrariam omnino rationem ſignificandi habet à uerbo אָמַץ Deuter.20. Ne timeatis, ne abducite uos, neq; præualeamini à conſpectu ipſorum. Iob 40. Ecce uim facit flumini, & non ſubducit ſe. 2.Samuelis 4. Et factum eſt cum ſubduceret ſe ipſa ad fugiẽdum, cecidit, &c. 2.Reg.7. Et uaſa quæ proiecerunt cum abriperent ſe. Pſal.31. Ego dixi in abripiendo me, id eſt, in extaſi mea.

In uoce paſſiua נֶחְפָּזוּ Pſal.48. Perturbati ſunt, abrepti ſunt. Pſal.104. A uoce tonitru abſterriti ſunt, ſeu ſubducti ſunt.

Participium נֶחְפָּז 1.Sam.23. Et erat Dauid ſubreptitius, abeundo à facie Saulis.

INDE NOMEN,

חִפָּזוֹן Abreptio, ſubductio, ſubtractio, ſcilicet celera, afeſtinantia. Exod. 12. Et comedetis ipſum in afeſtinantia. Deuteron. 16. Quoniam in afeſtinatione egreſſus es è terra Ægypti.

500
חפץ
Hoc uerbum proprie ſignificat placuit, beneplacuit, complacitum eſt: at quia hęc uerba Latina conſtructionem Hebræi uerbi non recipiunt, illa uero datiuum præponant, ideo ſi conſtruitur cum accuſatiuo mediãte articulo אֶת uel ſine eo, neceſſe eſt uertere uerbo uolo, importãs ſimul adfectionẽ, adfectationem, acceptationem, habetq; contrariam omnino ſignificationẽ uerbo מָאַס Ieſa.55. Sic erit uerbum meum quod egredietur ex ore meo, non reuertetur ad me uacuũ, ſed perficiet, quod uolo. 1. Reg. 13. Et faciebat de extremis populi ſacerdotes Excelſorum, quoſcunq; uolebat. Pſal.51. Ecce ueritatem uoluiſti, quæ eſt in abſconditis. Et mox iterum: Quoniam non uis ſacrificium, alioqui darem. Et iterum: Tunc uoles ſacrificium iuſtitię. Pſal.15. Quodcunq; uoluit, fecit. Ieſa. 1. Sanguinẽ arietum, boum & hircorum non uoluiſti. Oſee 6. Pietatẽ uolui, & non ſacrificium. Pſal.40. Sacrificium & oblationem non uoluiſti. Similiter quãdo conſtruitur cum infinitiuo. Deut.25. Et ſi non uoluerit accipere in uxorem cognatam ſuam. Iudic.13. Si uoluiſſes deus occidere nos, non accepiſſes de manu noſtra ſacrificium. Iob 9. Si uoluerit rixari cum eo. Ieſa.53. Et Iehoua uoluit conterere eum. Item ſi abſolutè ponitur. Iob 33. Loquere quia uolo, iuſtitiam tuã. Ibi accuſatiuus referendus eſt ad prius uerbum, ſcilicet loquere. Iob 4. Velis furores iræ tuæ, & uide omnẽ ſuperbiam, & humilia eam. Oratio eſt ecliptica, Velis, ſcilicet accendere. Et mox iterum: Volet caudam ſuam in modum cedri, id eſt, ſi uoluerit caudam ſuam in modum cedri extendet. Cantic.2. Ne excitetis adamatam, donec ipſa uoluerit.

Sed quando cum ablatiuo conſtruitur mediante præpoſitione beth, tum Latina cõſtructio fert, imò etiam exigit, ut exponatur per beneplacitum habuit, complacuit. Et in hac conſtructione non multum differt à uerbo רָצָה cum beth conſtructo, quod bonam uoluntatem habere ſignificat, ſiquidem beneplacitum habere, & bonam uoluntatem habere propemodum idem ſignificant. Ideo etiam Græci utrunque uerbo εὐδοκεῖν reddiderunt: ſed uideamus iam exempla.

Gen.

Gen. 34. Nec cunctatus eſt iuuenis facere remiſſam, quia beneplacitum habebat in filia Iacob. Num. 14. Si beneplacitum habuerit in nobis Iehoua, introducet nos in terram iſtam. Paulus hãc phraſin imitatus 1. Corinth. 10. Sed nõ in pluribus eorũ beneplacitũ habuit deus, uerbo Græco εὐδόκησεν reddidit. Deut. 21. Si uero nõ habet beneplacitum in ea, dimitte eam pro arbitrio eius. 1. Sam. 18. Loquimini ad Dauid clam, dicentes, ecce beneplacitum habet in te rex. Pſal. 109. Non habuit beneplacitum in benedictione. Pſal. 147. Nõ in robore equi beneplacitum habebit. Ieſa. 13 Et in auro non habebunt beneplacitum. & cap. 62. Quia beneplacitum habuit Iehoua in te. Hæc quoq; uox patris repetita Matth. 3. & 17. è cœlo ſuper filio. Hic eſt filius meus dilectus in quo complacitum eſt, &c. Ezech. 9. Non habeo beneplacitũ in morte morientis, ait Suſtentator Iehoua, ſed conuertimini, & uiuetis.

Participium præſens חָפֵץ 1. Reg. 21. Da mihi uineam tuam pro argento, aut ſi non uis tu, dabo tibi uineam pro ea. Pſal. 5. Quoniam nõ deus uolens iniquitatem tu es. Ieſaiæ 42. Iehoua eſt uolens propter iuſtitiam ſuam. Mich. 7. Volens miſericordiam ipſe. Et pluraliter חֲפֵצִים Nehe. 1. Qui uolunt timere nomen tuum. Malach. 3. Et angelus fœderis, quẽ uos uultis, ecce ille uenit. In ſtatu regiminis חֲפֵצֵי Pſal. 35. Ouabunt & læti erunt uolentes iuſtitiam meam. Pſal. 40. Agantur retrorſum, & ignominia afficiantur uolentes malum meum. Et in genere fœminino חֲפֵצָה 1. Paralip. 28. Et tu Salomo fili cognoſce deum patris tui, & cole eum corde perfecto & anima uolente.

INDE NOMEN,

חֵפֶץ Placitum, beneplacitum, complacenria. 1. Sam. 15. Et dixit Samuel, an beneplacitum ipſi Iehoua in holocauſtis. & cap. 18. Non eſt beneplacitum regi in dote. Iob 22. An beneplacitum Omnipotẽti, ſi te iuſtifices. Eccleſ. 12. Non eſt mihi in eis beneplacitum. Et mox iterũ: Quæſiuit Eccleſiaſtes ut inueniret uerba beneplaciti. Ieſaiæ 54. Et omnes limites tui in lapides beneplaciti. Malachiæ 3. Vos eritis terra beneplaciti. Vſurpatur tamen in aliquibus locis non pro ipſo affectu tantum, uerumetiam pro intẽto, ſeu propoſito, ſeu actione, & negocio aliquo, quod cui placet, ut perficiatur. Eccleſ. 3. Vnicuique inſtituto ſuum eſt tempus, & tempus unicuiq; inſtituto. cap. 5. Si calumniam pauperis, & rapinam iudicij & iuſtitiæ uideris in prouincia, ne mireris ſuper inſtituto illo. & cap. 8. Habet enim omne inſtitutum ſuum tempus & modum. 2. Sam. 23. Ideo tota ſalus mea & omne inſtitutum eſt, ut nihil adeo germinet. Iob 31. Si prohibui ab inſtituto pauperes. In ſtatu regiminis nihil mutat. Prouerb. 31. Et facit inſtitutum manuum ſuarum. In ſtatu affixorum recipit ſub prima ſægol, alteram uocem mutat in ſeua. 1. Reg. 5. Ego faciam omne beneplacitum tuum. 1. Reg. 10. Rex Salomo dabat reginæ omne beneplacitum illius, quicquid poſtulabat. Pſalm. 1. Et in lege Iehoua beneplacitum eius. Pſal. 16. Et in glorioſis omne beneplacitum meum. Pſalm. 107. Ducet eos ad portum beneplaciti eorum. Ieſaiæ 44. Ipſe dicit de Cyro, paſtor meus eſt & perficiet omne beneplacitum meum. Et pluraliter חֲפָצִים Prouerb. 8. Melior eſt ſapientia, quàm margaritæ, & omnia beneplacita nõ poſſunt æquiparari cum ea. In ſtatu affixorum חֶפְצֵי Pſal. 111. Magna ſunt facta ipſius Iehoua exquiſita pro omnibus beneplacitis ipſorum.

502 חָפַר In prima coniugatione in frequenti uſu eſt. Et primo ſignificat proprie fodere, ſeu infodere, quod fit animi & oculorum intentione, & exploratione: & ut metatheſi literarum, ita modo ſignificandi differt à uerbis בָּחַר & חָתַר חָרַב Geneſis 21. Quoniam infodi puteum iſtum. cap. 26. Et reuerſus Izhak effodit puteum aquarũ, quos infoderant in diebus Abraham. Deut. 23. Et ſit tibi pala, & cum foris ſederis, & foderis cum ea, rurſum cum ea operias. Iob 3. Qui expectant mortem & non eſt, & effoderent eam in abſconditis. cap. 11. Et confidebis, quia ſpes eſt, & effodies, ut ſecure cubes. cap. 39. Foſſuram facit in profundũ. Pſal. 38. Fruſtra foderũt animæ meæ. Ieremiæ 13. Abij ad Euphratem, & infodi, & accepi cingulum. Iob 39. In petra habitat, & loco munito, inde explorauit eſcam: nam in longinquum

proſpi-

proſpiciunt oculi eius.Exod.1.Mittamus uiros ante nos,qui explorent terram.

Participium præſens חוֹפֵר. Eccleſ.10.Qui effodit foueam,incidet in eam.

Secundo,ſignificatione contraria, non auſus eſt intẽdere oculos, ſed faciem & oculos auertit ſeu diuertit, pudore affectus occuluit faciem & oculos, & quæſiuit latibula,& congruit ſignificatione cum uerbo חָוַר & cum חָרַף niſi ꝙ ut transpoſitione literarum, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant. Iob 6. Dum ſecuritas eſt,quando eò uenient,diuertent,ſcilicet pudore.Pſal.34. Facies ſuas nequaquam diuertent. Pſal.40. Confundentur & auertent ſe pariter quęrentes animam meam.Ieſaiæ 1.Et auertetis oculos ab hortis,ſcilicet pudefacti. cap.24. Et auertet faciem luna,& pudefiet ſol.Ieremiæ 50.Et auertit ſe genitrix ueſtra.Micheæ 3.Pudefient uidentes & auertent ſe diuini.

In tertia coniugatione הֶחְפִּיר Ieſaiæ 33. Auertit ſe Libanus, exciſus eſt, id eſt nõ amplius uidetur,quia exciſus eſt. Prouerb. 13: Verbum falſum odit iuſtus,improbus autem facit ſe abominabilem,& auertit ſe.Ieſaiæ 54.Quia non auertes te.

Participium præſens מַחְפִּיר auertens ſe præ pudore, pudendus. Prouer.19.Filius ignominioſus & pudẽdus,id eſt,quẽ nemo bonus dignat̃ oculis ſuis aſpicere.

INDE NOMEN,

חֲפַרְפֵּרוֹת Nomen cuius media & ultima litera geminata eſt,talpæ, ſic dictæ quòd terram fodiant,& ſeſe oculis hominum ſubducant:porro geminatio literarum ut apud Hebræos non eſt infrequens,ita non fit temere:notat enim animalculi huius in fodiendo non naturam modo, uerumetiam aſſiduitatem, & quod rariſſime ab hominibus conſpiciatur, ſed perpetuo ab eorum oculis ſubducat & uereatur. Legitur ſemel, ſed deprauatè Ieſaiæ 2. Ad incuruandũ ſe ad talpas & ueſpertiliones. Sunt aũt huiuſmodi nomina multa עֲקַלְקַלּוֹת חֲבַרְבֻּרֹת פְּתַלְתֹּל יְרַקְרַק אֲסַפְסֻף הֲפַכְפַּךְ אֲדַמְדָּם יְפֵהפִיָּה חֲמַרְמְרוּ & alia.

502 חפש Dextro puncto. Et uerbaliter legitur tantum ſemel in uoce paſſiua, ſecundæ coniugationis חֻפָּשָׁה libertate donatus eſt,& contrariã ſignificationẽ habet cum uerbo חָבַשׁ quod ligare,ſuperligare notat,ut ſupra eſt uiſum.Leuit.19. Quicũꝗ concubuerit cum muliere concubitu ſeminis, & ipſa ancilla fuerit uiciata à uiro, non tamen redimẽdo redempta, nec libertate donata,nõ detur ei,nec moriantur: quia non erat libertate donata.

INDE NOMINA:

חָפְשִׁי Liber,libertus.Exod.21.Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet & in ſeptimo egredietur pro libero gratis.Iob 3.Et ſeruus liber à ſuſtẽtatore ſuo. Pſal.88. Inter mortuos liber.Item adiectiuè.1.Samuelis 17. Quicunꝗ percuſſerit eum, filiam ſuam tradet ei,& domum patris ſui faciet liberam in Iſrael, id eſt,ut uir in domo illa ſit liber,ſcilicet à tributo & ſeruitute regia,ut ſit immunis. Iob 39.Quis dimiſit feram liberam. Et pluraliter חָפְשִׁים Ieſaię 58.Dimitto conculcatos liberos.Ierem. 34.Et dimittat Hebræum & Hebræam liberos. Notandum autem quòd phraſes ex his locis & hoc nomine ſæpiſſime accepit Paulus,ut cum Rom. 6.ſcribit: Quũ ſerui eſſetis peccati,liberi eratis iuſtitiæ.Item liberi à peccato,ſerui facti eſtis iuſtitiæ.Item 1. Petri 2. Quaſi liberi,& non quaſi uelamen habẽtes malitiæ libertatem, quibus ſane uerbis alludit ad habitum ſeruorum & donatorum libertate, de quo Deut.21.Nam & hoc thema cognationem quandam habere arbitror cum uerbis חָמַשׁ & חָשַׂף.

חֹפֶשׁ Libertas.Ezech.27.In ueſtimentis libertatis.

חָפְשִׁית Libertas. 2. Reg. 15.& 2.Paralip. 26. Percuſſit autem Iehoua regem,qui factus leproſus uſꝗ ad diem mortis ſuæ habitauit in domo libertatis. Apparet ex Paralipomenôn חָפְשִׁית ſcriptum pro חָפְשׁוּת.

503 חפש Cũ puncto ſiniſtro. Et ut literarũ tantũ trãſpoſitione, ita parũ & modo tantũ ſignificãdi à uerbo חָשַׂף uariat:utrũꝗ enim nudare,denudare ſignificat. Trãſlatio uulgaris uerbũ hoc cõmuniter uerbo ſcrutatus eſt uertit, eò ꝙ ſcrutãdo res denudant̃,ſeu deteguñt.Pſ.64.Denudabũt iniqtates,i.ſcrutabunt̃. Prou.2. Et quaſi theſau-

theſauros reconditos nudabitis eam. Thren. 4. Nudabimus uias noſtras,& inueſtigabimus,& reuertemur ad Iehoua.

Participium præſens חֹפֵשׂ Prouerb. 20. Qui nudat omnia interiora uentris.

In uoce paſſiua נֶחְפְּשׂוּ Abdię 1. Quomodo nudabũtur Eſau, & eruẽtur theſauri eius. Ier. 49. Simili ſentẽtia uſus eſt uerbo חָשַׂף Ego nudaui Eſau, erui abſcondita eius,&c. Vnde perſpicuũ eſt, ꝙ hęc uerba חָשַׂף & חָפַשׂ eiuſdẽ ſint ſignificationis.

In ſecunda cõiugatione חִפֵּשׂ Gen. 31. Et nudauit,ſed non inuenit idola.& cap. 44. Et nudare cœpit à maximo. 1. Sam. 23. Et ſi ipſe in terra fuerit,nudabo eũ. 1. Regum 20. Et nudabũt domũ tuam. 2. Reg. 10. Nudate, & uidete ne forte hic ſit inter uos. Pſal. 77. Nocte cum corde meo differo, & nudatur ſpiritus meus. Amos 9. Et ſi abſconditi fuerint in cacumine Carmeli,inde nudabo & tollã eos. Zoph. 1. Nudabo Ieruſalem lucernis.

Participium præteritum מְחֻפָּשׂ Pſal. 64. Abſconderunt nudationẽ nudandam, id eſt,rem perſcrutatam.

In uoce paſſiua יְחֻפַּשׂ Prouerb. 28. Quando emergunt improbi,nudabit̃ homo.

In quarta coniugatione הִתְחַפֵּשׂ de ueſtitu tantum dicitur, & ſignificat nudare ſe ueſtitu,ſeu habitu regio ſeu decoro. 2. Paralip. 35. Quin potius ad belligerãdum cũ eo nudauit ſe. 1. Sam. 27. Et nudauit ſe Saul,& induit ueſtes alias,ſcilicet regias. 1. Reg. 22. & 2. Paral. 18. Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat,nuda te,& ingredere ad bellum,& indue ueſtes tuas:atq; nudauit ſe quoq; rex Iſrael & ingreſſus eſt bellũ. Iob 30. In magno robore nudatur indumentũ meum. 1. Reg. 20. Abiens propheta ſtetit ante regem in uia,& nudauit cum cinere in facie ſua,ne ſcilicet agnoſceretur.

INDE NOMEN,

חֵפֶשׂ Nudatio. Pſal. 64. Abſcondunt nudationem nudatam,id eſt,rem perſcrutatam, id eſt,celant quod ſcrutinio ſcrutati ſunt.

504

## חצץ

Vt חצץ dimidiationem ſignificat,inſuper etiam à קָצַץ modo tantum ſignificandi differt,quod extremare ſeu extrema præcidere: item à חָצָה quod ſimiliter dimidiare,id eſt, in duas uel tres partes medias diſcindere ſignificat. Legitur autẽ uerbaliter tantum in uoce paſſiua ſecundę coniugationis חֻצָּצוּ Iob 21. Et numerus menſium eius dimidiati ſunt.

INDE NOMINA:

חֹצֵץ Nomen participiale. Prouerb. 30. Rex non eſt locuſtæ, tamen egreditur aculeata uniuerſa ipſa.

חָצָץ Calculus ſcilicet aſper,& acutus,& penetrans. Prouerb. 20. Poſtea implebitur os eius calculo. Thren. 3. Et excuſſit calculo dentes meos. Et pluraliter חֲצָצֶיךָ Pſal. 77. Etiam calculi tui ibant,id eſt ſagittæ,lapides grandinis.

חֵץ Sagitta,cuſpis,à dimidiando & penetrando: diuidit enim & dimidiat id quod tangit. Iere. 9. Sagitta extenta lingua eorũ. 2. Sam. 13. Sagitta ſalutis ipſi Iehoua. Pſal. 91. A ſagitta uolante per diem. Legitur tamen cum iod paragogico חֵצִי 1. Sam. 20. Et ipſe iecit ſagittam. Et iterum: Et uenit puer uſq; ad locum ſagittę. Et iterum: An non ſagitta ante te eſt,& ultra. 2. Reg. 9. Et egreſſa eſt ſagitta. Et in ſtatu affixorũ tranſponit alterum punctum de zere in literam zadde. Pſal. 11. Collocarunt ſagittam ſuam ſuper neruum. Zach. 9. Egredietur ſicut fulgur ſagitta eius. 1. Sam. 17. Et cuſpis lanceæ eius ſicut liciatorium texentium. Et pluraliter חִצִּים 2. Sam. 22. Et miſit ſagittas,id eſt,fulgetra. 2. Reg. 13. Accipe arcum & ſagittas. Pſal. 127. Sicut ſagittæ in manu præualidi. Et legitur ſemel חִצֵּי pro חִצִּים 1. Samuel. 20. Et collegit puer Ionathæ ſagittas. Et in ſtatu regiminis חִצֵּי Pſal. 120. Sagittæ præualidi acutæ. Ezech. 5. Cum miſero ſagittas famis peſſimas in eos. In ſtatu affixorum. Ieſa. 5. Sagittę eius acutæ. Pſal. 38. Quoniam ſagittæ tuæ deſcenderunt in me. Habakuk 3. In luce ſagittæ tuę ibant. Deut. 32. Sagittas meas conſumam in eis.

INDE

מְחַצְצִים Participium,ſeu nomen participiale, Sagittarij. Iudic. 5. A uoce ſagittariorum inter haurientes.

505 חצב Vel etiam חָצַב cecidit, excidit. Ieſaiæ 5. Lacum excidit in ea. Deut. 6. Ciſternas excíſas, quas nõ excidiſtis. Ieſa. 22. Quia excidiſti tibi hic ſepulcrũ. Oſeę 6. Propterea excidi per prophetas. Prouer. 9. Excidit colũnas eius. Deut. 8. Et è montibus eius excides ęs. 2. Paralip. 26. Et excidit ciſternas multas.

Participiũ præſens חֹצֵב 1. Reg. 5. Et octoginta millia cæſos, id eſt, cæſores. Pſal. 29. Vox Iehoua excidit flammas ignis. Ieſaię 10. Nunquid gloriabitur ſecuris contra cædentem. Legitur tamen ſemel cum iod paragogico חֹצְבִי Ieſaiæ 22. Excidiſti tibi hic ſepulcrum excíſor. Et pluraliter חֹצְבִים 1. Paral. 22. Et conſtituit cæſores ad cædendum lapides. Eſdr. 3. Et dederunt argentum cæſoribus.

Participium præteritum חֲצוּבִים Deut. 6. Et ciſternas excíſas.

In uoce paſſiua יֵחָצְבוּן Iob 19. In ſilice exciderentur.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua חֻצַּב Ieſaiæ 51. Adſpicite ad petram, unde excíſi eſtis.

In tertia coniugatione uoce actiua legitur participium pręſens, fœminini generis הַמַּחְצֶבֶת Ieſa. 51. Nónne tu ipſa es, quæ excidis Ægyptum.

INDE NOMEN,

מַחְצֵב Exciſio. 2. Paral. 34. Ad emendum lapides exciſionis.

506 חצה Perinde ut חָצַץ ab קָצַץ ita ſimiliter חָצָה ab קָצָה modo tantum ſignificandi differt, ita quòd ut קָצָה extremare, id eſt, extremum præcidere, ita חָצָה dimidiare, id eſt; in duas, uel tres partes medias, & proportionabiliter æquales diuidere ſignificat. Num. 31. Et de medietate filiorum Iſrael, quã mediauit Moſes à uiris militantibus. Et iterum: Et dimidiabis prædam. Exod. 21. Et dimidiabunt argentum eius, atq; etiam modium dimidiabunt. Pſal. 55. Viri ſanguinum & impoſturæ non dimidiabunt dies ſuos. Iob 40. Dimidiabũt illũ inter mercatores. Gen. 32. Et dimidiauit populum, qui erat apud ipſum in duas turmas. & cap. 33. Et dimidauit natos ad Leam, & ad Rachel, & ad duas ancillas. Ieſa. 30. Et ſpiritus eius uelut torrẽs inundans, uſq; ad collum dimidiabit.

In uoce paſſiua בֶּחֱצֹתוֹ Dan. 11. Conteretur regnũ eius cum dimidiabitur in quatuor uentos cœli. Ezech. 37. Et nõ dimidiabitur amplius in duo regna. 2. Reg. 2. Et percuſſit aquas, & dimidiatæ ſunt hinc atq; illinc.

INDE NOMINA:

חֲצִי Medium, medietas, in ſtatu abſoluto, & diſtinctione ſententiæ. Exo. 25. Duo cubiti, & dimidius, longitudo eius. 1. Reg. 10. Non fuit nunciatũ mihi dimidium. 1. Regum 16. Tũc dimidiatus eſt populus per mediũ. In ſtatu regiminis in prima ſemper habet ſægol, & in altera ſeua. Ioſue 8. Medietas eius contra montem Garizim, & medietas eius contra montem Gebal. 2. Sam. 18. Si mortui fuerint medietas noſtrum, id eſt dimidia pars noſtrum. Nehe. 3. Et ligauit omnem murum uſq; ad medietatem eius. & cap. 4. Et medietas eorum tenebant lanceas.

חֲצוֹת Medium, dimidium, medietas. Exo. 11. Circa medium noctis. Iob 34. Et medio noctis. Pſal. 119. In medio noctis ſurgam.

מֶחֱצָה Medium, dimidiũ, medietas, dimidia pars. Num. 31. Et erit dimidium, ſeu dimidia pars. Et in ſtatu regiminis מֶחֱצַת Num. 31. Et erit medium congregationis.

מַחֲצִית Medium, dimidium, medietas. Exod. 30. Et dimidium ſiclum. Et iterũ: Et medium eius. Num. 31. Et de medietate filiorum Iſrael dimidiauit Moſes. Et iterum: E medio eorum capietis.

חֹצֶן Sinus, gremium, eò ꝙ eſt in medio hominis. Ieſa. 48. Et afferent filios tuos in ſinu. Et cum affixo mutat holem in hatephcametz. Nehe. 5. Etiam ſinum meum excuſſi. Legitur etiam in forma חֵצֶן quod in ſtatu affixi mutato priore puncto in hirik, & altero in ſeua. Pſalm. 129. Et ſinum ſuum, qui manipulos colligit.

507 חציר Fœnum, ſeu gramen oblongius & craſſius, creſcens in locis incultis, pabulum adminiſtrans uel animalibus, uel igni, & ſecatur falce: nã cognatione habet cũ uerbo קָצַר & Luc. 12 Gręcè χόρτος redditum eſt: habetq; ſimilitudinẽ quãdam

cum

cum gladiolo ſicut ſumitur ex Pſalmo 129. 1. Reg. 18. Si forte inueniamus fœnum, & conſeruemus in uita equos, & mulos. Iob 8. Adhuc ipſum in flore non ſuccidetur, tamen ante omne fœnum areſcit. & cap. 40. Fœnum ſicut bos comedet. Pſal. 37. Sicut fœnum feſtinanter ſuccidentur. Pſalm. 103. Hominis ſicut fœnum dies eius. Pſalm. 104. Facit germinare fœnum pro animalibus, & herbam in ſeruitutem hominum. Pſalm. 147. Germinare facit montes fœnum. Prouerb. 27. Apparet fœnum, & uidetur gramen, & colliguntur herbæ montium. Ieſaiæ 15. Quia aruit fœnum, deficit gramen, uiror non fuit. Ieſaiæ 35. Fœnum pro arundine & iunco. cap. 40. Omnis caro fœnũ. Accipitur ſemel pro ſpecie porri, quod Plinio dicitur porrũ ſecatile & ſimile eſt fœno, & poſt ſectionẽ cito ſuccreſcit, Germanicè Schnitlauch. Num. 11. Et porrũ & cæpas. In ſtatu regiminis חֲצִיר. 2. Reg. 19. & Ieſaię 37. Et erunt uelut herba agri, & uiror graminis, fœnum tectorum. Pſalm. 129. Erunt ſicut fœnum tectorum, quod antequam euellitur, exaruit.

חָצֵר Nomen generis communis: & ſignificat locũ ſupernè apertũ ſub diuo, in quo creſcit fœnum, ſiue intra ciuitatem ſit, circa ædificia, ſiue in agro. Exo. 28. Et fecit atrium. & cap. 40. Et pones atrium circumquaq;, & pones uelamen ad portam atrij. 1. Reg. 6. Et ædificauit atrium interius trium ordinum lapidis ſecti. & cap. 8. In die illo ſanctificauit rex mediũ atrij, quod erat ante domũ Iehoua. Eſther 4. Ad atriũ interius. In ſtatu regiminis חֲצַר Exod. 27: Et facies atrium tabernaculi. Eſther 1. In atrio horti regis. & cap. 2. Ante atrium domus mulierum. Ieremiæ 32. In atrium cuſtodiæ. In ſtatu affixorum חֲצַר 2. Samuel. 17. Et illi erat puteus in atrio ſuo. Et pluraliter חֲצֵרִים uillæ, prædia à fœno, quod in illis pro pecoribus creſcit, & forma atrij habeãt ſepto circumdata. Leuit. 25. Et domus uillarum, quibus nõ eſt murus per circuitũ, pro agro terræ reputabuntur. Pſalm. 10. Sedebit in inſidijs atriorum. Ieſaiæ 42. Eleuẽt uocem deſertũ, & ciuitates eius, uillæ in quibus habitat Kedar.

In ſtatu regiminis חַצְרֵי Nehemiæ 13. Faciendo ei exedram in atrijs domus dei.

In ſtatu affixorum nihil uariat à ſtatu regiminis. Ioſue 15. Ekron & filiæ eius, & uillæ eius. Et iterum: Et ciuitates duæ, & uillæ earum. 1. Paralip. 6. Agrũ ciuitatis, & uillas eius dederunt ipſi Kaleb. Ex his locis diſcrimen obſeruare utile eſt inter oppidula, quæ filias ciuitatum uocat, & uillas, ſeu prædia, quę minora ſunt pro pecoribus & forma referunt atria. Pſalm. 84. Melior eſt dies in atrijs tuis, quã mille, &c. Zachariæ 3. Atq; etiam cuſtodietis atria mea. Legitur tamẽ pluraliter quoq; forma fœminina חֲצֵרוֹת Exod. 8. Et mortuæ ſunt ranæ è domibus, ex atrijs, & ex agris. 1. Paralip. 23. In atrijs & in exedris. In ſtatu regiminis & affixorum חַצְרוֹת 2. Reg. 21. Aedificauit altaria ꝑ uniuerſa militia cœli in duob. atrijs domus Iehoua.
508 Pſal. 116. In atrijs domus Iehoua. & Pſal. 96. Adferte munus, & uenite ad atria eius.

חָקַק Conſtituit formam alicuius rei, impreſſit imaginẽ ſeu effigiem. Et haud dubie Hebræis idem ſignificat, quod Græcis uerbum χαράττω. Ezech. 4. Et tu fili hominis accipe laterem, & pone illũ coram te, & conſtitues ſuper illum, ciuitatẽ Ieruſalẽ. Ieſaiæ 39. Ecce ſuper manus duas conſtitue te; id eſt imaginẽ tuã. & ca. 30. Et ſuper librum conſtitue illam, id eſt, formam illius. Prouerb. 8. In conſtituendo ipſum circinum circa faciem abyſſi. Et iterum: In conſtituendo ipſum fundamenta terræ.

Participiũ præſens חֹקֵק & is iſto nomine participiali dicitur, qui conſtituit formam, quãquam appoſitũ habeat Iod paragogicum. Ieſ. 22. Cõſtituens in rupe habitaculũ ſibi. Et pluraliter חֹקְקִים Ieſ. 10. Væ conſtituentibus conſtitutiones cõcupiſcentiæ. Et in ſtatu regiminis חוֹקְקֵי Iud. 5. Cor meum ad ſtatutarios Iſrael.
Participium præteritũ, pluralis numeri חֲקֻקִים Ezechiel. 23. Effigies Chaldæorum conſtitutas cum minio.

In ſecunda coniugatione legitur participiũ præteritũ, quod tamen nominaliter uſurpatur מְחֻקָּק Prouerb. 31. Ne bibat & obliuiſcatur conſtitutionis.

In tertia coniugatione, uoce paſſiua יֻחַק Iob 19. Vtinam in librum cõſtituãtur, ſcilicet characteribus.

In coniugatione quadrata יחקקו Prouer. 8. Et principes conſtituent iuſtitiam. Participium præſens, ſeu nomen participiale מחוקק ſtatutarius, qui conſtituit formam aliquam, & præſcribit normam uiuendi, & Græcè dicitur νόμικος, id eſt legiſperitus, qui eſt in gubernatione, & leges præſcribit. Maioris igitur autoritatis fuit quàm ספר ſcriba. Gene. 49. Non recedet ſceptrum à Iuda, nec ſtatutarius de pedibus eius, donec uenerit Silo. Num. 21. Foderũt eum benefici populi cũ ſtatutario cum ſapientibus ſuis. Pſal. 60. & 108. Ephraim potentia capitis mei, & Iehuda ſtatutarius meus, id eſt Legislator. Ieſaiæ 33. Iehoua eſt iudex noſter, Iehoua & ſtatutarius noſter. Et pluraliter מחוקקים Iudicum 5. De Machir deſcenderunt ſtatutarij, id eſt dictatores, legislatores, &c. Et quidem poſt reges Iehuda, qui fuerunt in gubernatione in iſto populo, tam in captiuitate Babylonis, quàm poſt illam uſque ad Herodis tempora, ſub quo filius dei dominus noſter Ieſus Chriſtus natus eſt homo, durauerunt de regia ſtirpe eiuſmodi מחוקקים quorũ collegiũ poſtea Græcè συνέδριον & corrupta uoce סנהדרין appellati ſunt, & domus magni cõſilij, & illorum numero 70. fuiſſe ueteres ſcriptores teſtantur, tandem paulo ante Herodis mortem iuſſu ipſius trucidati ſunt. Hoc autem propter Iacobi patriarchæ prophetiam, & ut diſcrimen inter מחוקקים & ספרים, id eſt ſcribas & ſtatutarios cerneretur, annotare uolui.

INDE NOMINA:

חק Sine uau, præſcripta forma ſeu norma, ordinatio ſeu forma certa alicuius ſtatuti ſeu ritus, ſiue cultus, cui aliquid eſt impreſſum ut repræſentet, ſtatutũ, conſtitutũ, conſtitutio, ceremonia aliquid referens, & repræſentans. Gen. 47. Tantũ humum ſacerdotum non comparauit, quia conſtituta erat pro ſacerdotibus à Pharaone. Iob 26 Statutum circunduxit circa facies aquarum. Pſal. 148. Statutũ dedit, quod non præteribit. Prou. 31. Et dat cibũ domui ſuæ, & ſtatutũ puellis ſuis, id eſt demẽſum. Ieſaiæ 5. Et diſtendit os ſuum abſque ſtatuto. Geneſ. 47. Et dedit hoc Ioſeph in ſtatutum uſque in hunc diem. Exod. 12. Hoc eſt ſtatutum Phaſe. Iudicum 11. Et factũ eſt ſtatutũ in Iſrael, id eſt ceremonia, ritus. Pſal. 2. Recitabo de ſtatuto, Iehoua dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, id eſt de cultu. Micheæ 7. Dies eſt ad ædificãdum ſepes tuas, dies propagabit ſtatutum, id eſt cultum. Zophoniæ 2. Antequam gignatur ſtatutũ. Eſt & hoc dignum obſeruatione, quod quãdo hoc nomen conſtruitur cum nomine משפט, tum plerunque pro cultu ſeu ritu ponitur Eccleſiaſtico, ut ſunt ſacerdotium, circumciſio, ſacrificia, Neomeniæ, feſta, ſabbatũ, templũ, altare, ueſtitus, & aliæ ceremoniæ præſcriptæ à Deo: at משפט pro politicis ritibus & conſtitutionibus, quibus uita humana conſeruatur, & in ſecunda tabula continẽtur. Exo. 12. Ibi dedit ei ſtatutum & iudicium. Ioſue 24. Et propoſuit ei ſtatutum, & iudicium in Sichem. 2 Samuel. 30. Et conſtituit illud in ſtatutum, & iudicium in Iſrael, &c. Et in ſtatu regiminis mutat holẽ in hatephcametz. Leui. 10. Eſt enim ſtatutũ tuum, & ſtatutũ filiorũ tuorũ Et cap. 24. De ignitis Iehoua ſtatuto perpetuitatis. At in ſtatu affixorum mutat holem ſemper in kybutz; daggeſſata litera kuph. Prouerb. 8. Cum poneret ipſe mari ſtatutum eius. Exod. 30. Quare non perfeciſtis ſtatutum ueſtrum in laterificando. Prouerb. 30. Ciba me pane ſtatuti mei. Iob 23. Supra ſtatutum meum, obſeruaui ſermones oris mei. Et pluraliter חקים Exod. 18. Et docebis eos ſtatuta & leges. Leuit. 26. Hæc ſunt ſtatuta, & iudicia, & leges. Deut. 4. Et nunc Iſrael audi ſtatuta & iudicia, quæ ego doceo uos. Et in ſtatu regiminis חקי Exod. 18. Et cognita facio ſtatuta dei, & leges ipſius. In ſtatu affixorum. Iob 14. Statuta eius feciſti, quæ non præteribit. In forma fœminina חקה Exo. 13. Et cuſtodies ſtatutũ hoc, tempore ſuo. Num. 15. O congregatio ſtatutum unum uobis. In ſtatu regiminis חקת Exo. 11. In generationibus ueſtris ſtatuto perpetuo celebrabitis illum. Num. 19. Hoc ſtatutũ legis. Num. 17. Et erit filijs Iſrael in ſtatutum iudicij. Et pluraliter חקות Leuit. 18. Et cuſtodietis uos ſtatuta mea: Et iterum: Nec faciatis de ſtatutis abominationum, quæ factæ ſunt ante uos. 1. Reg. 4. Et dilexit Salomo Iehoua, quod ambularet in ſtatutis pa-

tris

tris ſui.2.Reg.17.Et ambulauerunt in ſtatutis Iſrael, quæ ipſi fecerunt, id eſt cultibus.Iob 38. An noſti ſtatuta cœli.Ieremiæ 31.Et ſtatuta lunæ,& ſtellarum in lumẽ noctis.Ezech.43.Hæc ſtatuta altaris in die faciendi illud.

חֻקֵּי Nomen pluralis numeri tantum,& ſtatus regiminis,ſtatuta,conſtitutiones.Iud.5. Ruben fuerunt magnæ conſtitutiones cordis,id eſt imaginationes.Ieſaiæ 10. Væ ſtatuentibus ſtatuta concupiſcentiæ.

חֵק Vel interpoſito Iod חֵיק anterior pars corporis inde à pectore ad pedes uſq;,intra duo brachia & duos pedes,complexus,circumſcriptio, pars corporis conſtituta & certis limitibus circumſcripta.Et Latinis ea pars nunc ſinus, nunc gremium dicitur.Et quia pars illa corporis interior eſt,figurate,& à ſimilitudine ad interioritatem & concauitatem cuiuslibet rei tranſumitur.Et tam in ſtatu regiminis quàm affixorum manet inuariatum, ut differentia ſit, qua diſcernatur à nomine חֹק quod multas uariationes recipit.Prouer.16.Et ſors in gremium projcietur.& cap.21.Et munus in ſinum.Ieremiæ 32.Et reddens iniquitatem patrum in ſinum filiorum ipſorum.Threnorum 2.Cum effunderetur anima ipſorum in ſinu matrum ſuorũ. Prouerb.5.Et amplexaberis ſinum extraneæ.Eccleſ.7.Ira in ſinu ſtultorum quieſcit.1.Reg. 22. Effuſus eſt ſanguis plagæ in ſinum currus.Ezech.43.Et ſinus ei,id eſt concauitas.Et iterum:Et à ſinu terræ uſq; ad Hazaroth. In ſtatu affixorum. Geneſ 17.Et dedi ancillam meam in ſinum tuum.Exod.4.Introduc nunc manum tuam in ſinum tuum.Deut.13.Siue uxor,quæ eſt in ſinu tuo.Num. 11. Geſta eũ in ſinu tuo.Iob 19.Defecerunt renes mei in gremio meo. Ex iſtis igitur locis perſpicuũ eſt,hanc uocẽ accipi pro intimo,quo quis intimo amoris affectu aliũ cõplectitur,& tanquã ſignatũ & impreſſum in pectore fouet. Vnde Ioannis 1. dicitur, Filius,qui eſt in ſinu patris,ipſe enarrauit nobis,id eſt qui eſt intimus,& cor, & animus,& mens,& character,& ſermo patris.Item cap.13.Erat autẽ unus ex diſci-
509 pulis Ieſu,recumbens in ſinu,nimirum is,quem diligebat Ieſus,&c.

חָקָה Differt tantum forma,& modo ſignificandi à uerbo חָקַק non ſignificatione.Ideo tantum ab eo participium præteritum ſeu nomẽ uerius participiale maſculini generis legitur מְחֻקֶּה & haud dubiè Hebræis idem ſignificat,quod Græcis χαρακτὴρ Ezech.8. Et ecce omnis ſimilitudo reptilis & animalis abominationis, & omnium pollutionum Iſrael effigiata ſeu expreſſa ſuper pariete circumcirca. 1. Reg.6.Et obduxit aurum directe ſuper imagine.Ezech.23.Et uidi uiros effigie ſuper pariete.Et iſto nomine dicitur etiã filius Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus character patris ad Hebræos 1.Qui cũ ſit refulgentia gloriæ & χαρακτὴρ,id eſt impreſſa ſeu expreſſa imago ſubſtantiæ illius.

In quarta coniugatione הִתְחַקֶּה Iob 13.Super radicibus pedum meorũ imagi-
510 naris,id eſt ueſtigia pedum meorum obſeruas.

חָקַר Perſcrutatus eſt aliquid remotius ſeu penitius,& intimius:cõgruit ſignificatione cũ uerbis חָפַשׂ & חָפַר (?) קָרָה (?) niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Deut.13.Inquiras, perſcruteris,& interroges probe.Iudic.18.Ad explorandum terram,& ad perſcrutãdum eam,& dixerunt ad eos,ite, perſcrutamini terrã. 1.Sam.20.Quia perſcrutabor patrem meũ.Pſal. 44. An non deus perſcrutabitur iſtud,ſiquidem ipſe nouit abſcondita cordis.Pſal.139.Perſcrutare me deus; & cognoſce cor meum.Prou.18. Iuſtus prior in cauſa ſua, quàm uenit proximus ipſius ut perſcrutetur ipſum.& cap.23.Tardantibus ad uinum,uenientibus ad perſcrutandum infuſionem.& cap.52.Et gloria regum perſcrutari rem.& cap.29. Sapiẽs eſt in oculis ſuis diues,& exhauſtus:qui intelligens eſt,perſcrutabitur illum.

Participium præſens חֹקֵר Iere.17.Ego Iehoua perſcrutor cor, probo renes. Et ex hoc loco colligi etiã poteſt,quod eodem uerbo ſępius uſa ſit ſcriptura Noui teſtamẽti:ut Rom.8.At ille qui ſcrutatur corda,nouit quis ſenſus ſpiritus.1. Corint. 2.Spiritus enim omnia ſcrutatur,etiam profunditates Dei,&c.

In uoce paſſiua נֶחְקַר 1.Reg.7.Non perſcrutatum eſt põdus æris.Iere.31.Si mẽſurabuntur cœli ſupernè & perſcrutabũtur fundamenta terræ infernè.& cap.48.

Succiderunt ſyluam eius,ait Iehoua,quia non perſcrutabitur.

In ſecunda coniugatione חִקֵּר Eccleſ.12.Et audiuit & perſcrutatus eſt.

INDE NOMINA:

חֵקֶר Cum quinq; punctis,quæ ſemper ſine uariatione ſeruat,perſcrutatio. Iob 38. Et in perſcrutatione abyſſi ambulaſti,id eſt,profunditate. cap.5.Qui facit magna abſq; perſcrutatione.cap.8.Et ordina ad perſcrutationē patrum ipſorum. Et cap.11. An perſcrutationem dei inuenies,id eſt profunditatem.Pſal.145. Et magnitudinis eius non eſt perſcrutatio.Prouer.25.Cor regū abſq; perſcrutatione.hoc tamen ſcriptum eſt ſex punctis,& quidem in fine ſententiæ.

מֶחְקְרֵי Nomē pluralis numeri,ſtatus regiminis,id eſt,abſtruſiſsima,profundiſſima. Pſal.

511 95.In cuius manu ſunt profunditates terræ.

חִרְחֵר Verbum geminatū,ſecundæ coniugationis,congruitq; ſignificatione cū uerbis חָרַר & חָרָה נָחַר nisi quòd ut forma parū,ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Significat autē accendere,inflammare.Prouer.26.Et uir contentionum ad accendendū rixam.

INDE NOMINA:

חֲרֵרִים Accenſa,arida,aduſta,torrida,nomen pluralis numeri tantum.Ieremię 17.Sed inhabitabit aduſta in deſerto.

חַרְחֻר Aduſtio,accenſio, incenſio, inflammatio, exæſtuatio. Deuter.28.Percutiet te Iehoua,&c.& inflammatione.

512

חָרַב Siccum fieri,exiccari,uel aduſtione ſolis,uel ignis,uel gladij.Et congruit ſignificatione cum uerbis רָחַב בָּרַח פָּרַח niſi q; ut litera,uel literarū poſitu, ita modo ſignificādi inter ſe differāt.Et nota etiā quòd quæ ſiccantur, etiam aperiūtur & dilatantur.Gen.8. Et ecce exiccatæ erant ſuperficies terræ.Ieſa. 19.Et exiccabuntur flumina Ægypti.Oſeæ 13.Et exiccabitur fons eius. Pſal.106. Increpauit mare iunci,& exiccatum eſt.Iob 14.& Ieſa.19.Et pluuius exiccabitur,& areſcet.Ex iſtis duobus locis deprehenditur diſcrimen inter יָבֵשׁ & חָרֵב Item Ieſa.60.Et gentes exiccando exiccabuntur.Ier.50.Exiccate uniuerſos uitulos.& cap.2.Obſtupeſcite cœli ſuper hoc,& timete,exiccabimini.Et cap.26.Et ciuitas ipſa exiccabitur.

In uoce paſſiua נֶחֱרַב 2.Reg.3.Exiccādo exiccati ſunt reges illi, ſcilicet gladio.

Participium generis fœminini נֶחֱרֶבֶת Ezech.26.Cum dedero te ciuitatem exiccatam. Et pluraliter נֶחֱרָבוֹת Ezech.30.In medio ciuitatum exiccatarum erunt.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua חֹרַב Iud.16.Si ligatus fuerit funibus recentibus,qui non ſiccati fuerunt.

In tertia coniugatione הֶחֱרִיב Ezech.19.Et ciuitates eorū exiccauit.Nahum 8. Et flumina exiccauit.Zoph.3.Exiccauit prædia eorum.Iere.51.Et exiccabo mare illius.Ieſa.42.Et exiccabo montes.

Participium præſens מַחֲרִיב Iud.14.Et exiccantem terram noſtram. Et pluraliter מַחֲרִיבִים Ieſa.49.Et exiccantes te. Et in genere fœminino מַחֲרֶבֶת Ieſa.51. Nónne tu ipſa es,quæ exiccas mare.

Participium præteritum pluralis numeri מָחֳרָבוֹת. Ezech.29. In medio ciuitatū exiccatarum. In uoce paſſiua הָחֳרַב. 2.Reg.3.Exiccando exiccati ſunt reges illi.

INDE NOMINA:

חָרֵב Exiccatus,ſiccus,nomē adiectiuū participiale,maſculini generis.Iere.33. Exiccatus eſt abſq; homine.Et ibidē iterum: In iſto loco qui eſt exiccatus abſq; homine.

Et in genere fœminino חֲרֵבָה Leuit.6.Conſperſa oleo & ſiccata. Nehe.2. Quia Ieruſalem exiccata.Prouer.27.Melior eſt buccella ſicca.

חֹרֶב Siccitas,æſtus.Gen.31.In die cōſummabat me ſiccitas.Iud.6.Et ſuper omnē terrā ſiccitatis.Et iterū: Sit obſecro ſiccitas ſuper uellere.Ieſ.16.Et inſtaurabūt ciuitates ſiccitatis.Zoph.2.Siccitas in limine,i.nullus homo.Alij tamē legūt עֹרֵב coruus.

חֶרֶב Siccitas,exiccatio.Deut.28 Et ardore & ſiccitate.Dicit autē Hebræis cōmuniter hoc nomine gladius,quòd exiccat hominē ſanguine.Leuit.26.Et gladius nō trāſibit terrā ueſtram. In diſtinctione ſentētiæ חָרֶב Deut.22.Et occidam uos gladio.

Iob 1. In ore gladij. Et in ſtatu regiminis mutat prius ſægol in pathah & alterum in ſeua, daggeſſata litera beth. Gen. 34. Et acceperũt q̃ſq; gladiũ ſuũ. Et cap. 27. Et in gladio tuo uiues. 1. Sam. 15. Sicut orbauit mulieres gladius tuus. Exod. 15. Euaginabo gladiũ meũ. Pſ. 37. In gladio ſuo. Et pluraliter חֲרָבוֹת Ieſ. 21. A facie gladiorũ fugerũt. Ioel. 3. In gladios. Et in ſtatu regiminis ac affixorũ חַרְבוֹת Ioſ. 5. Fac tibi gladios acierũ. Ezech. 32. Gladijs fortiũ cadere faciã multitudinẽ tuã. & ca. 28. Et euaginabũt gladios ſuos. & cap. 26. Et turres tuas deſtruet gladijs ſuis, i. machinis.

חָרְבָּה Exiccatio. Leuit. 26. Et ciuitates ueſtræ erunt ſiccitas. Legitur etiam חָרְבָה Ier. 44. Et ecce erant ſiccitas. Ezech. 5. Et dabo te in ſiccitatem. cap. 29. Et erit terra Ægypti in uaſtitatem, & ſiccitatem.

חָרָבָה Siccitas. Gen. 7. Ex omnibus quæ erant in ſiccitate, mortua ſunt. Exo. 14. Et poſuit mare in ſiccitatẽ. Ezech. 30. Et dabo flumina in ſiccitatem. Et pluraliter חֳרָבוֹת Pſal. 9. Inimici cõſummatæ ſunt ſiccitates ꝓrſus. Ezech. 13. Sicut uulpes in ſiccitatibus. & cap. 38. Super ſiccitates habitabiles. Et in ſtatu regiminis ac affixorum חָרְבוֹת Exod. 29. Et dabo terrã Aegypti in ſiccitates ſiccitatis. Pſal. 109. Et quærant à ſiccitatib. ſuis. Ieſ. 51. Cõſolatus eſt omnes ſiccitates eius. & ca. 49. Siccitates tuæ.

חַרְבוֹנֵי Siccitates, nomẽ plur. numeri tantũ, ſtatus regiminis. Pſal. 32. In ſiccitatib. æſtatis.

חַרְצֻבּוֹת Catenæ, uincula, ꝙ cõſtrictos illis adurãt. Pſal. 73. Quoniã nõ ſunt uincula ad moriẽdũ ipſos, i. quib. ad ſupplicia & mortẽ trahanẽ. Ieſ. 58. Solue uincula iniurię, &c.

513 חָרַג Cõſtrinxit ſe, uel cõſtrictus eſt, neutraliter: cõgruitq; ſignificatione cum uerbo חָגַר niſi quòd חָרַג de conſtrictione & coartatione corporis tantũ dicatur, quæ fit prę animi anguſtia, & formidine pœnę. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Filij alieni emarceſcebant, & conſtringebant ſe à uinculis ſuis.

514 חָרַד Proprie cõmotionem ſignificat apertã & uiſibilem ac manifeſtã, uel corporis, uel animi, uel utriuſque ſimul, ſiue ex pia cura & ſolicitudine, ſiue ex metu mali ortã: & eſt contrariũ quieti & tranquillitati. Deinde etiã nomini חֶדֶר quod loca interna, & tranquilla ſignificat: unde licebit in prima cõiugatione uertere neutraliter uerbo tremẽdi, ſeu trepidãdi. Eze. 14. Et mõs Sinai fumabat totus, ꝓptereaq; deſcẽderat ſuper eũ Iehoua in igne, et aſcẽdebat fumus eius ſicut fumus clibani, et tremebat totus mõs ualde. Gen. 27. Et tremuit Izhak tremore magno uehemẽter dicẽs, quis, i. cõmotus ſeu turbatus eſt. Sic etiã Septuaginta ἐξέστη reddiderũt, qđ monẽte Auguſtino cõmutationẽ ſeu cõmotionẽ mentis ſignificat. 1. Samuel. 13. Et uniuerſus populus tremebãt poſt ipſum, i. cõmouebantur, ſeu turbabantur, ſeu tumultuabantur poſt ipſum. Ieſ. 19. Et tremet & expaueſcet. 2. Reg. 4. Ecce tremuiſti erga nos cũ omni tremore iſto, quid faciemus tibi, i. pia & officioſa tumultuatione circa nos tumultuata es. Et Chriſtũ exiſtimo iſto uerbo ſimili in phraſi uſum eſſe, quod tamẽ explicãdi cauſa Lucas cap. 10. duobus uerbis exprimere ſtuduit: Martha, Martha ſolicita es & tumultuaris circa multa. Itẽ Ezech. 26. Nũc tremẽt inſulæ ad diẽ ruinæ tuæ. & cap. 32. Tremẽt ad momẽta. Oſeæ 11. Et trement quaſi auis ex Aegypto. Iob 9. Et tremuit.

Participiũ pręſens ſeu nomẽ participiale חָרֵד tremẽs, trepidus. 1. Sam. 4. Nã erat cor eius tremẽs ꝓpter arcã dei. Iud. 7. Quicũq; timidus eſt, & tremẽs, reuertatur. 1. Eſd. 9. Et ad eũ cõgregabanẽ omnis tremẽs in uerbis dei Iſrael, i. ſtudioſus & obſeruãs cũ ſolicitudine. Et pluraliter חֲרֵדִים Ieſ. 66. Audite uerbũ Iehoua, tremẽtes ad uerbũ Dei. Eſd. 10. Et nũc percutiemus fœdus cum deo noſtro, & educemus uxores, & prolẽ ex illis iuxta cõſiliũ Iehoua, & tremẽtes in mãdato dei noſtri, & iuxta legẽ fiat. In tertia cõiugatione הֶחֱרִיד tremefecit, terruit, perturbauit. Iud. 8. Et omnia caſtra tremefecit. 2. Sam. 17. Et tremere faciam eũ. Ezech. 30. Egredientur nuncij à facie mea in nauibus, ad tremefaciendum Aethiopiam.

Participium præſens מַחֲרִיד Leuit. 26. Et habitabitis, & nõ erit tremefaciẽs. Iob 11. Cubabis, & non erit tremefaciens.

INDE NOMINA:

חָרֵד Nomen participiale, tremens: de quo ſupra in participio.

חרד Tremor,ponitur pro tonitru. Iob.37. Poſt tremorē ueniet tēpeſtas.quanquā alia exēplaria habent חדר ſic legentes, Ab auſtro ueniet tēpeſtas. Et in forma fœminina חרדה Gen.27.Et tremuit Ishak tremore magno.2. Reg.4.Cū omni tremore iſto,i.religiōe,obſeruātia,reuerētia.Ieſ.21.Crepuſculū deſiderij mei poſuit mihi in tremorē. Et in regimine חרדת Prou.14.Et cōmota eſt terra,& facta eſt in tremorē dei,i.tremuit deū.Et cap.29.Tremor hominū præbebit laqueū,i.qui metuit homines. Et pluraliter חרדות Ezech.26.Tremorib.induent ſuper terra habitantes.

515 חרה Verbum neutri generis.Et ſi de re externa & corporali dicitur,tum ſimpliciter aduri ſignificat,tametſi non perinde uſuueniat.Iob 30.Et os meū aduſtū eſt ſiccitate.Ieſ.24.Ideo aduſti ſunt habitatores terræ.Ezech.24.Et aduretur os eius. At quando ad animum hominis transfertur,tum generali ſignificatione cōgruit cum uerbo חמר & ab eo modo tantum ſignificādi differt:ut enim hoc de ardore dicitur,qui ex æmulatione,& inuidētia accenditur,ita illud abſolutē de ardore iræ aut alterius ſtudij dicitur:ut quādo quis re aliqua moleſta tāquam igni accenſus, ira & indignatione inflammatur & ardet,uel cupiditate perficiendi operis incenditur,ſicut iam in aliquot exemplis uidebimus. Gen.4.Et exarſit ipſi Kain uehementer. cap.18.Ne quæſo exardeſcat Suſtentatori meo.cap.31.Et exarſit ipſi Iacobo,& rixatus eſt cum Laban.cap.34.Et exarſit ipſis uehemēter. 1.Sam.20.Et ſi ex ardendo exarſerit ſibi.1.Para.13.Et exarſit Dauidi, quod rupiſſet Iehoua rupturā in Vza.Ionæ 4.Et diſplicuit Ionæ diſplicētia ingenti,& exarſit ei. Porro ſi quādo cum nomine אף conſtruitur,tum ſignificat naſum ardore iræ accendi,primo ſimpliciter,& abſolutē.Gen.39.Secundum uerba iſta fecit ſeruus tuus, & exarſit naſus eius,id eſt,ira eius.Exo.22.Et exardeſcet ira mea,& occidam uos gladio.Si autem perſona ſequitur in quam ardor iræ deriuatur, tum ea in accuſatiuo ponitur, mediāte præpoſitione,Vel beth.ut Gen.30.Et exarſit ira Iacob in Rachelē. Gen. 44.Ne exardeſcat ira tua in populū tuum.Num.11.Et ira Iehoua exarſit in populum ſuum.Deut.3.Et exardeſcet ira mea in eum. Pſal.124.In exardeſcendo iram eorum in nos.Ieſ.5.Exarſit ira Iehoua in populum ſuum.Vel etiam אל ſed rarius. ut Num.24.Et exarſit ira Balak erga Bileam.Vel etiam על licet rariſſime.ut Zacha.10.Cōtra paſtores exarſit ira mea,Iob 19.Et exarſit contra me ira eius.Inſuper & hoc eſt obſeruandū,quòd quandoque cōſtruitur in oratione deprecatiua negatiue cū nomine בעיני Gen.31.Ne exardeſcat in oculis Suſtētatoris mei,quoniā non poſſum ſurgere.cap.45.Et ne exardeſcat in oculis ueſtris quod uēdidiſtis me huc.

In uoce paſſiua נחרה Ezech.24.Et oſſa adurantur.

Participium pluralis numeri נחרים Ieſaiæ 41.Ecce pudefient, & ignominia afficientur omnes incenſi in te.

In tertia coniugatione החרה arſit,& eſt ſtudij.Nehemię 3.Poſt ipſum exarſit,& confirmauit Baruch menſuram alteram.

INDE NOMINA:

חרה Ardor,excandeſcentia,furor.Gene.4. Quare ardor tibi,& quare conciderunt facies tuæ.2.Sam.19.Et quare hic ardor tibi.& cap.22.& Pſalm.18.Et concuſſa ſunt, quando excandeſcentia ipſi.Ionæ 4.An bene ardor tibi ſuper cucurbitā? Reſpondit,bene ardor meus uſque ad mortem,id eſt, excandeſcentia,furor.

חרי Ardor,furor,excandeſcentia.& ſemper legitur in ſtatu regiminis,hoc eſt, ſemper habet poſt ſe nomen אף Exo.11. Et egreſſus eſt à Pharaone in ardore naſi, id eſt, iræ. Deuter.29.Quis eſt ardor iræ magnæ huius.1.Sam.20.Et ſurrexit Ionathan à menſa in ardore iræ.Ieſa.7.In ardore iræ Rezin.

חרון Ardor animi iracundi,ardor,excandeſcentia,furor.Nehe.13.Et uos additis ardorem ſuper Iſrael. Pſal.58. Sic ardor abripiet eum. Ezech.7.Quia ardor ſuper omnem multitudinem eius. In ſtatu regiminis חרון Exo.32.Reuertere ab ardore iræ tuæ.Num.25.Et auerſus eſt ardor iræ Iehoua ab Iſraele.Ieſaiæ 13. Et indignatio & ardor iræ.Ier.25.A facie ardoris prædonis.Legitur tamē hac forma cū litera gerundiua loco infinitiui,ut ſępe aliàs nomina ſolēt poni loco infinitiui,ſeu gerūdij.

Pſal.

Pſal.85.Auertiſti ab ardendo,id eſt,ab ardore. In ſtatu affixorũ nihil uariat à ſtatu regiminis חֲרוֹן Exo.15. Mittebas ardorẽ tuũ, qui conſumpſit eos,quaſi ſtipulã. Pſal.2.Et in ardore tuo terrebis eos.Ezech.7.Ardor meus contra omnẽ multitudinem eius. Et pluraliter חֲרוֹנִים Pſal.88.Super me tranſierunt omnes ardores tui.

516 חֶרֶט Stylus ab imprimẽdo: habet enim ſignificatione cognationem quandam cum חרט Exod.32. Et formauit eum cum ſtylo,& fecit eum uitulum. Chaldæus זִיפָא Ieſa. 8.Sume tibi uolumen grande,& ſcribe ſuper ſtylo hominis. Inde plurale irregulare חֲרִיטִים nomen ornamenti, quod alij marſupia, alij acus reddiderunt, quibus ego aſſentior.2.Reg.5. Et colligauit duo talenta argenti cum duabus acubus.pro quo Chaldæus מַלְרְסִין & Ieſaiæ 3. Velamenta & acus.

517 חָרַךְ Perforauit. Prouerb.12.Non perforabit impoſtura aucupium ſuum. Eſt autem Chaldæis uerbum hoc ualde uſitatum pro inurere.

INDE NOMEN,

חֲרַכִּים Cancelli,qui habent foramina,per quæ proſpicitur.Canticorum 2. Proſpiciẽs per cãcellos. Et Chaldęus pro Hebræo חַלּוֹן ſemper uertit חֲרַכְּתָא ut Ioſue 2.Iere.22.&c.

518 חָרוּל Vrtica.Iob 30.Subter urticã ſubijcientur.Zophoniæ 2.Et filij Amon ſicut Gomorra,ariditas urticæ,& fodina ſalis. Et pluraliter חֲרֻלִּים Prou.24. Operuerũt ſuperficiem eius urticæ.

519 חָרַם Vt literas tranſpoſitas,ita ſignificationem plane contrariam habet uerbo רִחַם nam ut hoc ſignificat intimo affectu miſericordię tangi erga aliquem,ut foueatur & conſeruetur,ita illud ſignificat deuouere,& excommunicare ab uſu communi,ſeu è medio ſine ulla cõmiſeratione tollere,id quod Græci anathematizare uocant. Legitur autem in prima coniugatione tantum participium præteritum חָרֻם ſeu חָרוּם quod tranſit in naturam nominis,id eſt,excõmunicatus,ſcilicet naſo, habens non communem naſum,ſed pręter cõmunem modum,& proportionem, repãdum,reſimum,intortum & breuẽ.Leu.21. Siue excõmunicatus, ſcilicet naſo.

In ſecunda cõiugatione uoce paſſiua חֳרַם Leu.27.Omne anathema,quod anathematizatur de homine,non redimatur.Deut.22.Sacrificans alijs anathematizetur.Eſd.10.Anathematizabitur omnis ſubſtantia eius.

In tertia coniugatione הֶחֱרִים uſitatiſſimum eſt,excommunicauit,id eſt,à communi uſu,& conſuetudine,ſuſtulit abſq; omni miſericordiæ affectu,deuouit,anathematizauit.Ioſ.10.Et omne ſpiraculũ anathematizauit.Leuit.27. Omne anathema,quo anathematizauerit aliquis ipſi Iehoua.Num.21. Et anathematizauit uos, & ciuitates ueſtras,& uocauit nomẽ eius חָרְמָה anathema.Ioſ.6. Tantũ cauete uobis ab anathemate ne anathematizemini. Mich. 4. Anathematizabo ipſi Iehoua auaritiã eorũ.Hac uoce etiã Iudæos uſos eſſe in alijs execrationibus teſtat Lucas, qui uerbo Græco reddidit Acto.13. Facto aũt die collegerũt ſe quidã ex Iudęis & deuouerũt ſe dicentes,neq; eſuros neq; bibituros donec occiderẽt Paulũ.Et mox iterũ:Deuotione deuouimus nos ipſos,nihil guſtaturos donec occidamus Paulũ.

INDE NOMINA:

חָרוּם Nomen participiale,de quo ſupra in participio primæ coniugationis.

חֵרֶם Anathema.Num.18.Omne anathema tibi erit.Zachariæ 14. Et anathema nõ erit tibi. In ſtatu affixorum ſeruat prius ſægol,altero mutato in ſeua.1.Reg.20.Quia dimiſiſti uirum anathematis mei,de manu.Ieſaiæ 34.Et ſuper populum anathematis mei.Et in diſtinctione ſententiæ prius ſægol etiam non mutat.1.Paralip.2.Qui præuaricatus eſt in anathemate.Iudicum 7.Fuerũt in anathema.Legitur tamẽ ſæpius cum quinq; punctis חֵרֶם Leuitic.27.Omne anathema,quod anathematizauerit aliquis ipſi Iehoua, ex omnibus quæ illi ſunt, tam de homine quàm de iumento, & de agro poſſeſſionis ſuæ,non uendatur, neque redimatur: omne enim anathema ſanctum ſanctorum eſt ipſi Iehoua.Num.18. Omne anathema in Iſrael tibi erit.Similiter in diſtinctione cum quinq; punctis.Leuit.27.Et erit ager quando egreditur ille in iubileo ſanctitas ipſi Iehoua, ſicut ager anathematis: ſacerdoti erit poſſeſſio eius.Malach.4.Et percutiã terram anathemate.Dicitur etiam iſto nomi

ſtre retis genus exitialis piſcibus, eadē ratione qua etiā מִשְׁחָה dicitur Iere. 5. Trāſlatio noſtra antiqua uertit ſagena. Mich. 7. Quiſq; fratrē ſuum uenatur in ſagena.

In ſtatu affixi habet in prima ſægol. Habak. 1. Et trahet eum in ſagenā ſuā. Et pluraliter חֲרָמִים Eccleſ. 7. Et inueniebam ego amariorē morte mulierē, cuius cor uenabula & ſagenæ. Ezech. 26. Expanſió ſagenarum erit in medio maris.

חַרְטֻמִּים Inſerta litera teth, Magi, incātatores, deuotores, interemptores. Et de Magis dicit tā Ægyptijs, q̃ Chaldęis. Ge. 41. Et retuli ad Magos, &c. Exo. 8. Et fecerūt ſic Magi cū incātationib. ſuis, & aſcēderūt ranę ſup terrā Ægypti. Et iterū: Et fecerūt etiā ita Magi incātationib. ſuis, &c. & dixerūt Magi. Dan. 1. Et omne uerbū ſapientiæ & intelligētiæ, qđ poſtulauit ab eis rex, ſtatim inuenit eos decies eſſe ſupra omnes Magos. In ſtatu regiminis חַרְטֻמֵּי Gen. 41. Et uocauit omnes Magos Ægypti & ſapientes, &c. Exo. 7. Et fecerunt etiam ipſi Magi Ægypti incātationibus ſuis ita.

520 חרס Sol, ab ardore & exiccatiōe. Iud. 8. Et reuerſus eſt Giddeon de bello ſupernè exiſtente ſole. Iob 9. Quis dicet ſoli, ut nō oriat. Ieſ. 19. Ciuitas ſolis dicet uni. Legit ſemel cū he paragogico חַרְסָה Iud. 14. In die ſeptimo antequā occūberet ſol. Significat etiā hoc nomē חֶרֶס genus ulceris aduſti & inflammati. Deut. 28. Percutiet te Iehoua ulcere Ægyptio, & ficis, & inflammatione, quæ ſanare non poteris.

חַרְסִית Denominatiuum, ſolare, ſeu Orientale. Iere. 19. Iuxta introitum portæ ſolaris.

521 חרת Probris & cōuicijs perfodit. Et ut metatheſi literarū, ita modo tantū ſignificandi differt à uerbo חָתַר uiolauit, uiciauit, dehoneſtauit, uel uerbo uel facto, alterius uel famā, uel bona, uel decorē, uel uirginitatē. 2. Sam. 23. Eleazar inter tres Heroes fuit, qui Philiſtæos conuiciaret. Iob 27. Non exprobrabit cor meum propter dies meos. Participium præſens, ſeu nomē participiale חֹרֵף Pſal. 119. Et reſpondebo exprobratori meo uerbum.

In uoce paſſiua legitur participium generis fœminini נֶחֱרֶפֶת Leuit. 19. Si quiſpiam cō cubuerit cum muliere concubitu ſeminis, quæ eſt ancilla uiciata à uiro, id eſt, cuius flos uirginitatis uiolatus eſt, quę prius perfoſſa, ſeu deflorata eſt: loquitur enim de illa, quæ uiolata eſt, nec tamen ducta in uxorem.

In ſecunda coniugatione חֵרֵף Iud. 5. Zabulon populus temerauit animā ſuam ad moriendū, id eſt, non dubitauit animam ſuam uiolari morte, proſtituere uitam ſuam. Iud. 8. En Zeba & Zalmuna, qui cōuiciati eſtis mihi. 1. Sam. 17. Et dixit Philiſtæus, ego probris ꝓuoco agmina Iſrael hodie, date mihi uirū, ut pugnemus ſimul. Et mox iterū: Is ad cōuiciandū Iſraelem aſcēdit. 2. Reg. 19. Quem ſuſtentator eius rex miſit, ut cōuicieť deum uiuentē. Pſ. 57. Conuiciať illi qui abſorbere me ſtudet.

Participium præſens ſeu nomen participiale מְחָרֵף conuiciator, exprobrator, contumelioſus. Pſal. 44. A uoce contumelioſi ſeu exprobrantis.

INDE NOMINA:

חֶרְפָּה Conuicium, cōtumelia, probrum, opprobrium, Græcis ὄνειδος. Gen. 30. Abſtulit deus probrū mei. Sic etiā Elizabeth dicit Luc. 1. Sic fecit mihi Dn̄s in diebus, quibus me reſpexit ut auferret probrū meū inter homines. Gen. 34. Nam id probrum nobis eſſet. Ieſ. 3. Tantūmodo inuoceť nomen tuū ſuper nos, ut auferatur opprobriū noſtrū. Et ut ſupra admonuimus in uerbo, ita etiam in nominibus uerbalibus obſeruandū eſt, quòd non ſolum de uerbali probro, ſeu cōuicio, ſed etiā reali conuicio, hoc eſt, deformatione, ſeu defloratione, ſiue deuaſtatione & corruptione dicitur, quæ fit uel per gladium, uel famem aut alias calamitates: ut Iere. 5. Et dabo te in ſolitudinē & deformationem inter Gentes. Ezech. 36. Multiplicabo fructum arborū, & prouentū agri: ideo non accipies amplius deformationem famis inter gentes. Et pluraliter חֲרָפוֹת Pſal. 69. Et factum eſt in opprobria mihi. Dan. 12. Et hi ad opprobria. Et in regimine חֶרְפּוֹת Pſal. 69. Et opprobria exprobrantiū tibi.

חֹרֶף Hyems, & dicitur id tempus anni, quo ſęuitia & iniuria frigoris herbæ, flores, gramina, arbores, cāpi, paſcua, ſyluæ, aliaq; omnia, quę æſtatis tēpore florebāt & germinabāt, corrupta & uiciata ſunt. Gen. 8. Æſtas & hyems. Pſal. 74. Æſtatē & hyemem

mem tu creaſti.Prouer.20.Propter hyemẽ,piger nõ arat. Dicitur etiam iſto nomine iuuentus, quòd nimirum ea ætas uitijs, & probris maxime obnoxia ſit, ideoꝗ perpetua aratione,agricolatione,& cultura opus habeat, ſicut uel ex iſto Ieremiæ loco cap.31. nominis ratio ſumi poteſt, ubi dicit: Abſtuliſti probrũ iuuẽtutis meę. Ponitur autem pro iuuentute Iob 29.Sicut fui in diebus iuuentutis meæ.

INDE VERBVM,

חָרַף Hyemauit.Ieſaiæ 18.Et uniuerſa beſtia terræ ſuper eum hyemabit.

522

חָרַץ Acuit,exacuit,ſtrinxit,exertauit uim,& uirtutem ſuam,acriter & alacriter egit, urſit,ad finẽ rem ſuam perduxit,ſicut inſtituerat:congruitꝗ ſignificatione cum uerbis נחר רָצַח niſi quòd ut literarum tranſpoſitione, ita modo ſignificandi inter ſe differant.Exo.11. Non acuet canis linguam ſuam.Ioſue 10. Nõ acuet aliquis contra Iſraelitam linguam ſuam. Vſurpatur etiam abſolutè, & non ſequente accuſatiuo.1.Reg.20.Sic erit iudicium tuum,ut acuiſti,id eſt decreuiſti,urſiſti.2. Sam.5. Cum audieris ſtrepitum inceſſus in ſummitatibus mororum, tunc acer eſto. pro quo Chronographus 1.Paralip.14.uertit,Tunc egredieris ad bellum.

Participium præteritũ maſculi generis חָרוּץ Ieſ.10.Conſummatio conciſa exnudabit iuſtitiam.& cap.41.Ecce poſui te in traham acutam nouam. Legitur tamen in abſtracto poſitum:Dan.9.Et ædificabitur platea,& conciſio.Ioel.4.Multitudo hic, & illic multitudo in ualle conciſionis. Et pluraliter חֲרוּצִים Iob 14. Conciſi ſunt dies eius,id eſt,definiti.

In uoce paſſiua legitur participium fœminini generis in duplici forma נֶחֱרָצָה & נֶחֱרֶצֶת & accipit̃ nominaliter pro conciſione,pręciſione, determinatione,rem aut tempus definitũ,ad aliquid finiendum.Dan.9.Cõciſio deſolationis.Et paulo pòſt iterum:Et conſumptio,& conciſio ſuper deſolatione. & cap. 11. Et proſpere aget uſꝗ ad conſummationem iræ,quia conciſio facta eſt. Ieſa.28. Conſumptionem & conciſionem audiui.Ieſa.10.Conſumptionem & conciſionem ſuſtentator Iehoua exercituum faciet in medio totius terræ. Atꝗ hic obiter notandum, quòd Paulus apoſtolus poſtremũ hunc locum Ieſaiæ citando Rom. 9.uerbum hoc נֶחֱרָצָה exponit per συντέμνων,id eſt,abbreuians,decurtans.Et Chriſtus quoꝗ alluſiſſe uidetur Matth.24.ubi inquit ἐκολοβώθησαν, id eſt,decurtati fuiſſent.Similiter in Marco capite 13. ἐκολόβωσε,decurtaſſet,amputata ſcilicet parte aliqua prioris menſuræ. Significat igitur hæc uox determinationem, deciſionem, conciſionem, præfinitionem,decurtationem,uel rei de qua dicitur,uel temporis.

INDE NOMINA:

חָרוּץ Nomẽ participiale quod eum ſignificat,qui ad negociũ perficiendum,acer & ſtrenuus eſt,quiꝗ laborẽ ad finẽ deſtinatũ perducit,ein ruſtiger man/der ſchleinig hindurch gehet/der nachdrucke. Salomo nunc homini opponit, qui ſerio rem nõ agit,nũc pigro,& deſidi, qui rem obiter percurrit,uel de inſtrumẽo dicit̃ fabrili & ruſtico ab acredine, quod nos raſtrũ ſeu tribulã uocamus quę cõcidit terram. Prouer.12.At ſubſtãtia hominis acris pretioſa. Prouerb.21.Cogitationes acris ſeu ſtrenui tantũ ad abundantiã. Ieſ.28. Quia raſtro non triturat̃ lens. Significat etiam illum qui in corpore membrũ habet conciſum. Leuit.22. Vel fractũ,uel cõciſum. Itẽ aurũ cõciſum ſeu cõtuſum geſtanpffen oder gemaken gold. Iob 41. Sternet aurum iuxta lutum.Prou.3.Supra aurũ contuſum,prouentus eius. Et pluraliter חֲרוּצִים Prouer. 10. Ægeſtatẽ parat manus fraudulenta, ſed manus acrium diuitias parabit. Item חָרֻצִים Prouerb.13. Anima acrium impinguabitur. Et in forma fœminea חָרֻצוֹת Amos 1.Propterea quòd triturauit tribulis ferri ipſam Gilead.

חָרִיץ Cuius plurale חֲרִיצִים legitur 2. Sam. 12. Et poſuit in tribulis ferri.1. Paral.20.Et diſcerpſit ſerra,& raſtris ferri.Legitur etiam in eadem forma pro caſeis.1.Sam.17.Et decem caſeos lactis.à compreſſione,ſicut Poeta dicit,Et preſſi copia lactis.

523

חָרַק Frendit,ſeu ſtridit dentibus: & cõgruit ſignificatione cum uerbo חָרַם niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Et eſt abominantis,ſeu exibilantis

præ

præ indignatione.Iob 16.Stridit ſuper me dentibus ſuis. Pſalm.112. Dentibus ſuis ſtridebit. Thren.2.Et ſtriderunt dente.

Participium præſens חרק Pſal.37.Et ſtridens ſuper me dentibus.

INDE NOMEN.

חירק Stridor:ſic enim uocalis in Grammatica dicitur, quòd ſtridore dentiũ efferatur.

524 **חרש** Primo ſignificat ſtudio & arte operi mechanico inſtare, intendere,dare operã, urgere opus,ut ſolent aratores & fabri:quãquam lingua Latina uerbum unum non habeat,quo per omnia reddi poſſit.Et ut uoce,ita ſignificatione non multum abludit à uerbo חרק. Eſt præterea & hoc obſeruãdum,quòd in hoc modo ſignificandi non ſit in uſu,niſi in prima coniugatione,& in futuro habeat ſub prima pathah,& ſub ſubſtantiali hatephpathah,ad differentiam alterius, quod habet ſegol.Pſal.129.Super dorſo arauerũt aratores.Iud.14.Niſi araſſetis uitula mea.Oſeę 10.Non arabis cum boue & aſino pariter.Prouerb.20. Propter frigus piger nõ arabit.Ieſ.28.Nunquid tota die arabit arator,ut ſeminet.Oſeę 10.Arabit Iehuda.1.Samuelis 8.Et ad arandum.Prouer.3.Ne arabis ſuper ſodali tuo malum,id eſt,nõ machineris contra ſodalem tuum malum.

Participium præſens חרש 1.Reg.19.Et ipſe arabat. Ieſ.28. Nunquid tota die arabit arator.1.Reg.7.Et pater eius erat Tyrius,faber æris. Amos 9. Et accedet arator cum meſſore. Et pluraliter חרשים Pſalm.129.Super dorſo meo arauerunt aratores. Et in ſtatu regiminis חרשי Iob 4. Quemadmodũ uidi aratores iniquitatis, & ſeminatores doloris. In genere fœminino חרשות Iob 1. Boues erant arantes.

Participium præteriti temporis חרושה Ier.17. Exaratũ in tabula cordis eorum.

In uoce paſſiua נחרש Iere.26.& Mich.3.Zion ut ager arabitur.

In tertia coniugatione legitur tantum participium præſens מחריש 1.Sam.13.Et cognoſcens Dauid quod contra ipſum Saul fabricaret malum. Sed de hoc etiam in altero modo ſignificandi.

INDE NOMINA.

חרש Faber,qui intentus eſt rei conficiendæ.Exo.35.Vt facerẽt omne opus fabri. 2.Regum 24.Et omnem fabrum,& clauſtrariũ.Ieſa.40. Et ſculptile fudit faber. Exo.28. Factura fabri lapidis. Et in ſtatu regiminis bis legitur in forma חרש Ieſa.44.Faber ferri forcipem. Et mox iterum:Faber lignorum extẽdit perpendiculum. Et pluraliter חרשים 2.Reg.22. Fabris, & ædificantibus,& ſapientibus.2.Paralip.24. Fuerunt conducẽtes latomos & fabros.Ieſ.44.Et fabri ex hominibus ſunt. Item in forma חרשים 1.Paralip.4.Et Seraia genuit Ioab patrem uallis fabrorum: nam fabri erant.Nehe.11.In ualle fabrorum.Ieſ.3.Et ſapientem fabrorum. In ſtatu regiminis חרשי 2.Sam.5.Et fabros ligni,& fabros lapidis. 1. Paral.14. Et fabros parietis,& fabros lignorum.& cap.22.Et fabros lapidis,& ligni.

חרש Fabrile.Ge.4.Et Zilpa etiã ipſa genuit Thubalkain,q cudebat fabrile ęris et ferri.

חרש Ramus,à cædendo per fabrum.Ieſaiæ 17.In die illa erunt ciuitates præſidij eius, ſicut deſertio rami,& uirgulti.Ezechiel.31.Ecce Aſſur uelut cedrus in Libano,pulchra fronde,& ramo umbroſo.

חרשה Sylua cædua,fabrilis.1.Sam.23.Dauid erat in deſerto Ziph in ſylua. Et pluraliter חרשים 2.Paralip.27.Et in ſyluis ædificauit caſtra,& turres.

חרשת Fabrefactura.Exo.31.Et in fabrefactura lapidis ad implendum, & in fabrefactura ligni.Iud.4.Et ipſe habitabat in fabrica Gentium.

מחרשה Nomen participiale,fabrile ſcilicet inſtrumẽtum. Et legitur in ſtatu affixi. 1. Sam, 13.Et ſecurim ſuam,& fabrile ſuum.

חרמש Interpoſita litera mem,fabrile ſcilicet inſtrumẽtũ,quod nos falcẽ uocamus.Deut. 16.Ab incipiẽdo falce in ſegete. & cap.23. Et falcẽ nõ leuabis in ſegetẽ ꝓximi tui.

חריש Aratio. Geneſ.45.Et erunt adhuc quinque anni, in quibus nec aratio,nec meſſis. Exod.34.In aratione & in meſſe quieſces. Et in ſtatu affixorum mutat cametz in hatephpathah.1.Sam.8.Et ad arandum arationem ſuam.

מחרשה

מַחֲרֵשָׁה Nomen participiale,uomer,quo fit aratio. Et cum affixo.1.Samuelis 13.Ad acuendum quiſque uomerem ſuum,& cultrum ſuum. Et pluraliter מַחֲרֵשׁוֹת 1.Sam. 13.Et fuit retuſio orum,uomerum,& cultrorum.

חֲרִישִׁית Nomen adiectiuum,intenſus,uehemens,acer,penetrans,proſcindens.Ionæ 4.Et ordinauit deus uentum anteriorem uehementem.

חֶרֶשׁ Attentio,nomen quod conſtructum cum uerbo aduerbiaſcit.Ioſue 2.Qui explorarent attentius.

חָרַשׁ Secundo ſignificationem ſuperiori habet cōtrariam, & ſignificat omittere ſeu remittere actionē,ceſſare ab actione. Et in iſto modo ſignificādi non eſt uſitatum in prima coniugatione, niſi in futuro actiuæ uocis, ubi ad differentiam alterius habet ſub literis futuri ſægol, & prima ſubſtantiali hateph ſægol. Pſal. 28. Ad te Iehoua uocabo,petra mea,ne ceſſes à me. Pſal. 50. Veniet deus & non ceſſabit. Mich.7.Et aures eorum ceſſabunt,id eſt obſurdeſcent.

In tertia coniugatione הֶחֱרִישׁ. Geneſ. 34. Et ceſſauit Iacob donec uenirent illi. Exod.14.Iehoua pugnabit pro uobis,uos ceſſabitis.Num.30.Quia ceſſauit erga illam Iudicū 18.Ceſſa,pone manū tuam ſuper os tuum.2.Sam.13.Et nunc ſoror mea ceſſa,frater tuus eſt.1.Sam.7.Ne ceſſes à nobis.2.Reg.18.Et ceſſauerūt populus,& nō reſponderūt.Habakuk 1.Ceſſabis cū deglutit improbus iuſtiorē ſe. Zophoniæ 3.Ceſſabit propter dilectionē ſuam. Eſther 4. Si ceſſando ceſſaueris tempore iſto.

Participium præſens מַחֲרִישׁ Geneſ.24.Ceſſans,ut cognoſceret.1.Samuel.10.Et fuit ut ceſſans,id eſt,ſurdus. Prouerb. 17.Et ſtultus ceſſans, ſapiens reputabitur.1. Samuelis 13. Cognoſcens Dauid, quod contra ipſum Saul tacite machinaretur malum. Vide etiam ſupra in altera ſignificatione, quanquam utrunque coniunctim complecti uideatur. Et pluraliter מַחֲרִישִׁים 2.Samuelis 19. Et nunc quare uos ceſſatis reducere regem.

In quarta coniugatione הִתְחָרֵשׁ Iud. 16. Et inſidiati ſunt illi tota nocte in porta ciuitatis.

INDE NOMINA:

חֵרֵשׁ Is Hebræis dicitur,cuius auditus ceſſauit, nec intendere poteſt ad uocem loquentis,nos Latinè talem uocamus ſurdum. Exod. 4. Quis ponit mutum,aut ſurdum. Leuit.19.Non maledices ſurdo.Pſalm.38.Ego tanquam ſurdus non audiebā. Et pluraliter חֵרְשִׁים. Ieſaiæ 29. Et audient in die illa ſurdi uerba libri.Et cap. 15. Et aures ſurdorum aperientur.

חֶרֶשׁ Ceſſatio,nomen quod conſtructum cum uerbo aduerbiaſcit. Ioſue 2. Qui explorarent ceſſanter,id eſt,clàm,tacitè.

525 חֶרֶשׂ Cum ſin ſiniſtro, Teſta ex argilla figuli opera facta, uel in ſole, uel igni cocta: nam congruit ſignificatione cum חֶרֶס Leuit.6.Vas autē teſtæ in quo cocta eſt, confringetur.Pſal.22.Aruit tanquam teſta,uirtus mea.Ieſ. 30.Non inuenitur in fractione eius ulla teſta,qua uel ignis ferri poſſit de foco. Iob 2. Et accepit teſtā ad ſcalpendū ſe cum ea. Et in diſtinctione ſententiæ חָרֶשׂ. Iob 41. Subter ipſum ſunt acutæ teſtæ. Et pluraliter in ſtatu regiminis חַרְשֵׂי Ieſa. 45. Væ ſi cōtendat aliquis cum figulo teſtæ,nempe teſtæ terræ.Et cum affixo.Ezech.23.Et teſtas eius.

526 חָרַת Exarauit,inſculpſit.Legitur ex iſto uerbo tantum participium præteritum חָרוּת Ex.32.Et ſcriptura erat ſcriptura Dei,exarata ſuper tabulis.Chaldęus uertit רְשִׁים & Paulus Apoſtolus ἐντετυπωμένη 2.Cor.3.Informata ſeu inſculpta in lapidibus.

527 חֲשַׁשׁ Stramē,ſtuppa,fomes,aut aliud ſimile,quod celeriter ignē concipit ac abſumitur: & cognationem habet ut uoce, ita ſignificatione cum uerbo חוּשׁ feſtinauit. Ieſa. 5.Et ſtramen flamma diſſoluet. & cap. 33. Imprægnamini ſtramine, parietis ſtipulam,ſpiritus ueſter uelut ignis abſumet uos.

528 חָשַׁב Hebręis idem ſignificat,qđ latinis cogitare, excogitare,imaginari,cōſiderare, ratiocinari,arbitrari,ęſtimare,exiſtimare,putare,cōputare,imputare, reputare. Et qa hęc omnia cū animi attētione fiūt,magnā cognationē habet cū uerbis נָשַׁב & שָׁעָה Et ut Gręcis uerbū λογίζω eſt polyſemō ad cogitare,imputare,& reputare,

æſti-

æſtimare, ita ſimiliter Hebræum, ut ex exemplis cognoſcere licet: conſtruitur autem cum articulo datiui caſus. Gen. 38. Et cogitauit ſeu putauit eſſe meretricem. 1. Sam. 1. Et putauit Eli eam eſſe ebriam. Ieſaiæ 10. Cor eius non ſic cogitabit. 1. Sam. 18. Et Saul cogitauit obijcere Dauidem in manus Philiſtinorum. 2. Sam. 25. Quare cogitaſti tale contra populum dei. Eſther 8. Et machinationẽ eius, quam excogitauerat contra Iudæos. Pſalm. 36. Iniquitatem excogitat ſuper ſtrato ſuo. Geneſ. 50. Vos cogitatis contra me malum, deus uero reputauit in bonum. Iob 13. Et arbitraris me inimicum tibi. & cap. 19. Et arbitratus eſt me eius eſſe hoſtem. Pſalm. 40. Iehoua cogitat de me, uel pro me. Ieſa. 33. Nõ reputauit hominẽ. Gen. 15. Credidit in Iehoua, & imputauit hoc ei iuſtitiam. quod Paulus Rom. 4. paſſiue reddidit: Et imputatum eſt ei ad iuſtitiam. & antea quoq; eſt uſus uerbo iſto cap. 3. quod Græcè ita reddidit λογιζόμεθα, id eſt, Arbitramur igitur fide iuſtificari hominem abſque operibus legis. Pſal. 32. Beatus uir, cui non imputauit Iehoua iniquitatem. 2. Sam. 19. Non imputet mihi Suſtentator meus iniquitatem. Exo. 31. Ad excogitandum cogitationes ad faciendum in auro, & in argento, & in ære.

Participium præſens, ſeu nomen participiale חשב ingenioſus, induſtrius, polymitus, artificioſus, excogitator, idq; in re qualibet. 2. Paral. 26. Et fecit in Ieruſalem machinas induſtrij, ut eſſent ſuper turribus, & tectis ad eiaculandum cum ſagittis & lapidibus. Exod. 26. Cherubim opere induſtrij facies eos. Et pluraliter חשבים cogitantes, excogitatores. Nehem. 6. Cogitantes mihi facere malum. Et mox iterum: Cogitãtes rebellare. In ſtatu regiminis חשבי Exo. 35. Facientes omne opus & excogitantes cogitationes.

In uoce paſſiua נחשב & conſtruitur ſimiliter cum datiuo, mediante articulo lamed. Num. 18. Et reputabitur uobis leuanda ueſtra, ſicut frumentum ex area. Geneſ. 31. Nónne extraneæ reputatæ ſumus ei: nam uendidit nos. Leuit. 7. Non gratus erit is, qui offert illud, non reputabitur ei, abominatio erit. Pſal. 106. Et imputatũ eſt ei ad iuſtitiã. Thren. 4. Quomodo reputati ſumus, quaſi uaſa teſtacea. Deut. 2. Gigantes reputantur ut Enakim. Iob 18. Quare reputamur uelut iumentum. Ieſaiæ 29. Et Carmelus in ſyluam reputabitur, id eſt, uertetur. Semel lamed idem ualet, quod על Ioſue 13. Hæc ad Canaan computatur. Item ſemel cum על 2. Sam. 4. Etiam Beroth computabitur ad Beniamin. Item cum præpoſitione את 2. Reg. 22. Tantum non computetur cum eis, id eſt, non exigatur ab eis argentum, quod datum eſt in manus ipſorum.

Participium נחשב Ieſaię 2. Quoniam in eo reputandus eſt ille. Loquitur aũt de ipſius ſpiritu propter quem ſit reputatione digniſſimus. 2. Paralip. 9. In diebus Salomonis argentum nihil quicquam eſt reputatum.

In ſecunda coniugatione חשב Nahum 2. Quid cogitatis contra Iehoua. Pſalm. 144. Quid eſt homo quòd agnoſcis eum, & filius hominis ut reputes illum. Ionæ 1. Et nauis cogitabat frangi. Item cum עם. Leuit. 25. Et cõputabit cum emptore ſuo. Et mox iterum, ſed cum articulo lamed datiui caſus: Et ſupputabit ei. Item trãſitiue cum articulo את accuſatiui caſus. 2. Reg. 12. Non ſupputabat uiros, id eſt, non exigebat rationem ab eis.

In quarta coniugatione התחשב. Num. 23. Ecce populus ſolus habitabit & inter gentes non reputabitur.

INDE NOMINA:

חשב Opus ingenioſum, & induſtrium. Exod. 28. Artificium cincturæ eius. Et mox iterum: Deſuper uero artificium Ephod.

מחשבה Cogitatio. Ieremiæ 8. Et cogitauit contra uos cogitationem. Ieremiæ 49. Et excogitabit contra eos cogitationem, id eſt, rationem. Et in ſtatu regiminis מחשבת Eſther 2. Ad reuocandum literas, practicam Haman filij Hamdatha. Legitur tamen ſemel in ſtatu abſoluto. Exo. 35. In omni opere ingenij ſeu induſtrię, id eſt, ingenioſo & induſtrio. Et cum affixo. Eſther 8. Cogitationem eius, quam excogitauit contra Iudęos. Et pluraliter מחשבות. Exod. 35. Ad excogitandum cogitationes

tiones, quia omne figmentum cogitationum intelligit. 1.Paral.29. Conſerua hoc perpetuo in figmẽto cogitationũ cordis populi tui. Et in ſtatu regiminis מַחְשְׁבוֹת Gene.6.Omne figmentum cogitationum cordis eius tantummodo malum omni tempore.Iob 5.Diſſipat cogitationes callidorum.

חֶשְׁבּוֹן Ratiocinatio,inuentio,excogitatio,induſtria,ars.Eccl.7.Et exquirere ſapientiam & artem. Et paulo poſt iterum: Vnum ad unum ut inuenirem artem. Et pluraliter חִשְּׁבֹנוֹת Eccl.7.Ecce hoc inueni,quod deus fecit hominẽ rectum,ſed ipſi quæſiuerunt artes multas. Legitur etiam in prima cum hirik חִשְּׁבֹנוֹת 2.Par.26.Et fecit Oziahu in Ieruſalem machinas excogitatione artificis ſuper turribus & tectis ad eiaculandum cum ſagittis & lapidibus.

529 חָשָׁה Siluit,tacuit,quieuit,ceſſauit,& opponitur nomini זעק Ieſ.62.Propter Ziõ non tacebo.Pſal.28.Ne taceas à me.Pſal.107.Et tacuerũt fluctus eius. Eccle.3.Eſt tẽpus ad tacendum,& tempus ad loquendum.

In tertia cõiugatione הֶחֱשֵׁיתִי Ieſ.42.Tacui à ſeculo.2.Reg.2.Etiã ego ſcio,tacete.

Participium præſens מַחְשֶׁה Ieſaiæ 57.Nônne ego taceo. Et pluraliter מַחְשִׁים Iud.18.Et uos tacetis: Nehem.8.Et Leuitæ ſilentium faciebant omni populo.

INDE NOMEN,

חֹשֶׁן Pectorale,in quo myſteria dei comprehenſa erant,& tacita depromebantur:quare Græci uocarunt λογίον quod uulgaris editio uertit, Rationale. Legitur in hiſtorijs etiam ſacerdotes Romanos uſos fuiſſe ſcutis ex ferro factis,quæ ancylia appellarunt,et Numam Pompiliũ illis perſuaſiſſe ut è cœlo delapſa crederent,quę haud dubiè à gente Iudaica habuit.Exod.28.Et facies pectorale iudicij, &c. Et in eo loco tota eius deſcriptio extat.

חַשְׁמַנִּים Interpoſita litera mem, ſignificat oratores, legatos. Pſalm. 68. Venient legati ex Ægypto.

530 חָשַׁךְ Cohibitũ,prohibitũ,detẽtum fuit lumen,obſcuratũ,ſeu obtenebratũ fuit:habet autem congruentiam cum uerbis שָׁבַח & כָּחַשׁ חָשַׂךְ niſi ꝙ ut literarũ tranſpoſitione,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Ieſaiæ 13.Obſcuratus eſt ſol in ortũ ſuo.Threnorum 5.Obſcurati ſunt oculi noſtri.Eccleſ.12.Et obſcuratæ ſunt,quæ uidebant per feneſtras.Exod.10.Et obſcurata eſt terra.Iob 3.Obſcurentur ſtellæ.

In tertia coniugatione הֶחְשִׁיךְ Amos 5. Et diem, ut noctem obſcurauit.Et cap.8. Et obſcurabo terram.Pſalm.139.Etiam obſcuritas non obſcurabitur apud te. Pſal. 105.Miſit obſcuritatem & obſcurauit.

Participium præſens מַחְשִׁיךְ Iob 39.Quis eſt hic obſcurans conſilium.

INDE NOMINA:

חֲשֵׁכִים Obſcuri,nomen participiale.Prouer.22.Non ſtabit coram obſcuris.

חֹשֶׁךְ Obſcuritas,tenebra.Gen.1.Et obſcuritatem uocauit noctem.Et iterum: Et diuiſit deus inter lucem,& inter obſcuritatem. Et in ſtatu affixi mutat holem in hateph cametz.2.Sam.22.Et Iehoua illuminabit obſcuritatem meam.

חֲשֵׁכָה Obſcuritas,tenebra. Gen.15. Et ecce horror, obſcuritas magna cecidit ſuꝑ ipſum. Pſal.39. Vt obſcuritas,ita lux & cõtra. Et in ſtatu regiminis חֶשְׁכַת Pſal.18.Obſcuritatem aquarum denſitatem nubium. Et pluraliter forma maſculina חֲשֵׁכִים Ieſaiæ 50.Qui ambulauit in obſcuritatibus,neq; ſplendor illi.

מַחְשָׁךְ Obſcuritas,tenebra.Pſal.88.Elongaſti à me amicum,& familiarem,et notos meos in obſcuritate. Et in ſtatu regiminis מַחְשַׁךְ Ieſaiæ 29.Et erit in obſcuritate factorum ipſorum. Et pluraliter מַחֲשַׁכִּים Pſalm. 88. In obſcuritates, in profunditates. Threnorum 3.In obſcuritates collocauit me. In ſtatu regiminis מַחֲשַׁכֵּי Pſal.74. Quia plenæ ſunt obſcuritates terræ.

531 חָשַׂךְ Cum ſiniſtro puncto: congruitq; ſignificatione cum uerbis שָׁבַח & חָשַׁךְ כָּחַשׁ Et ut tranſpoſitione tantùm literarum, ita modo ſolùm ſignificandi inter ſe differunt:ſignificat autem cohibere,prohibere,retinere.Gen.39. Et non prohibuiſti à me quicquam.1.Sam.39.Et ſeruum ſuũ prohibuit à malo.Ezech.30.Et in Thehaphnehes retentus eſt dies,cũ frangerem ego ibi uectes Ægypti.Geneſ.22.Tam

cognoui quod times deum tu,& non prohibuiſti filium tuum unigenitũ à me. Iob 30. Et à facie mea non prohibuerunt ſputum. Pſal. 19. Etiam à ſuperbis prohibe ſeruum tuum. Prou. 21. Iuſtus dabit,& retinebit.

Participium præſens חוֹשֵׂךְ Prou. 10. Prohibens labia ſua eſt prudens. & cap. 13. Prohibens uirgam ſuam, odit filium ſuum.

In uoce paſſiua יֵחָשֵׂךְ Iob 16. Si loquar nõ prohibebit̃ dolor meus. cap 21. Quia ad diẽ calamitatis prohibebit̃ malus, i. reſeruabit̃, parcet̃ illi uſq; ad diem interitus.

532 חשל Deiecit, ſubiecit, domauit: cõgruit ſignificatione cum uerbis illis כָּשַׁל לָשַׁךְ לָחַשׁ חָלַשׁ niſi q; ut forma literarum, ita modo tantum ſignificandi inter ſe diſſideant. Dan. 2. Quemadmodum comminuit & deijciet omnia.

In uoce paſſiua legit̃ participiũ נֶחֱשָׁלִים Deut. 25. Et decaudauit in te oẽs deiectos.

חַשְׁמַל Interpoſita litera mem, quod rem ſignificat lucidiſſimam, & excitatiſſimam flammam ignis, quæ uiſum & aciem oculorum propter excellentiam debilitat, qualis eſt electri, ſeu æris igne candentis. Ezech. 1. Et de medio eius tanquam ſpecies fulgoris de medio ignis. Et ibidem iterum: Et uidebam tanquam ſpeciẽ fulgoris, tanquam uiſionem ignis. Et cap. 8. legitur חַשְׁמַלָה Et à lumbis eius & ſurſum tanquam aſpectus fulgoris. Hieronymus uertit Electrum. Plinius aũt lib. 34. Natur Hiſt. ſcribit, Electrum eſſe genus metalli ex auro & quinta portione argenti conſtantis, cuius natura ſit ad lucernarum lumina clarius argento lucere. Et quidem Ioannes Theolog. in Apoc. ſua alludens ad hanc uiſionem uidetur Chalcolibanum appellare in camino ardente.

533 חשה Vt ſcriptura nõ niſi literarũ tranſpoſitione, ita modo tantum ſignificandi à uerbo חָשַׂף uariat: utrunq; enim nudare, denudare ſignificat. Ieſaiæ 52. Nudauit Iehoua brachiũ ſanctitatis ſuæ coram oculis omniũ gentium. Ier. 49 Ego nudaui Eſau, erui abſcondita eius, ut abſcondi non poſſint. Sic Abdias ſimili ſentẽtia uſus eſt uerbo חָפַשׂ in uoce paſſiua, Quomodo, inquiens, nudabuntur Eſau, & eruẽtur theſauri eius. Iere. 13. Et ego nudaui fimbrias tuas in conſpectu tuo. Pſalm. 29. Vox Iehoua parturire fecit ceruas, & nudat ſyluas. Ieſaiæ 47. Nuda tibiam, reuela crus. Ioel. 1. Denudando denudauit eam & proiecit. Similiter cum de aquis dicitur, & noſtri expoſuerunt pro haurire. Ieſa. 30. Vt non inueniatur in conquaſſatione eius teſta ad fouendum ignem de foco, & ad nudandum aquam de fouea. Hagg. 2. Venit ad dolium ad nudandum quinquaginta battos, & erunt uiginti.

Participium præteritum pluralis numeri חֲשׂוּפֵי pro חֲשׂוּפֵי Ieſ. 20. Adducet rex Aſſur captiuitatem Ægypti, & migrationem Æthiopiæ, pueros & ſenes, nudũ & diſcalceatũ, denudatos podice, nuditatẽ Ægypti. Et in genere fœminino חֲשׂוּפָה Ezech. 4. Et brachium tuum erit denudatum, & tu prophetabis contra eum.

INDE NOMINA:

מַחְשֹׂף Nuditas. Geneſ. 30. Et decorticauit in eis cortices albos nuditate albedinis, quæ ſuper uirgis.

חֲשִׂיפֵי Nomen pluralis numeri, ſtatus regiminis. 1. Reg. 20. Poſuerunt filij Iſrael cõtra eos caſtra, quaſi duo nudi greges caprarum, Syri aũt impleuerant terram, i. rari greges.

534 חשק Cõgruit ſignificatione cũ uerbis חָשַׁק & שָׂמַח שָׂמַח niſi q; ut forma literarum, ita modo ſignificãdi inter ſe uariẽt: ſignificat aũt hoc leui eſſe animo erga aliquem, eſſe animo propenſo in aliũ, uoluptatẽ & delectationẽ habere in aliquo. Et regit poſt ſe ablatiuũ mediante præpoſitione beth. Deut. 7. Voluptatẽ habuit Iehoua in uobis. Et cap. 10. In patribus ueſtris uoluptatẽ habuit Iehoua. Pſal. 91. Quoniam in me uoluptatẽ habuit, liberabo eum. Gen. 34. Sichem filij mei uoluptatem habuit anima eius in filia ueſtra. Deu. 21. Et quãdo uideris in captiuitate mulierem elegantem forma, & uoluptatẽ habueris in ea, &c. Et ſemel tantum conſtruitur cum accuſatiuo, & ſignificat ex amore acceptare. Ieſa. 38. Ecce pro incolumitate amaritudo mihi amariſſima, tu acceptaſti animam meam ex fouea putrefactionis.

In ſecunda coniugatione חִשֵּׁק, & cõſtruitur cum accuſatiuo. Exo. 38. Et operiet capita earum & cinget eas.

INDE

INDE NOMINA:

חֵשֶׁק Promptitudo,propẽſio,animi facilitas,animus propenſus,& uoluntarius. 1.Reg. 9.Et uoluntatem Salomonis, qua promptus fuit ædificare in Ieruſalem. Et cum affixo mutat zere in hirik,& ſægol in ſeua.Ieſaiæ 21. Corpuſculum uoluptatis poſuit mihi in horrorem.

חֲשֻׁקִים Nomen participiale pluralis numeri tantum,amplexus,circuli,circumferẽtiæ,cinctura.Exod.27.Vncini columnarum & circuli earum,argentum.

חִשֻּׁקִים Canthi,id eſt exterior rotæ circumferentia.1.Reg.7. Sicut factura rotæ quadrigæ, axes eorum,ſublimitates eorum,& canthi eorum,&c.ſic dicti ut circuli,quòd uo-
535 lentes complectantur rotas.

חשר Congruit ſignificatione cũ uerbo קָשַׁר Inde nomen חַשְׁרָה colligantia,coadunatio. Et in ſtatu regiminis חַשְׁרַת 2.Sam.22.Et poſuit tenebras circũcirca ſe,tuguria,colligantiã aquarũ,denſitates nubiũ.licet Pſal.18.legaẽ חֶשְׁרַת in prima cũ ſegol.

חִשֻּׁרִים Sumitur pro radijs in rota,quibus colligatur. 1.Reg.7. Et radij eorum.

536

חתת Congruit ſignificatione cum uerbo נָחַת niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient:nam hoc deſcendere ſeu incũbere, illud uero abijci ſeu deijci & conſternari,uel animo, uel uirtute,& robore corporis.2.Reg.19.Et habitatoribus eorum præſcindentur manus, conſternabuntur & pudefient.Iob 32.Conſternati ſunt,& nõ reſpõderunt ultra.Ieſaiæ 8.Accingite uos & proſternemini.cap.31. Conſternentur à uexillo principes eius.Iere.14. Terra proſtrata eſt, quia non fuit pluuia in terra.Et cap.50.Proſtratus eſt Merodach.

Participiũ חַתִּים Ier.46.Quare uidi ipſos cõſternatos.1.Sam.1.Arcus heroũ proſtrati. In uoce paſſiua נִחַת Malach.2.Et à nomine meo conſternatus eſt.Deut.1. Ne timeas,neꝗ conſterneris.1.Sam.2.Ipſius Iehoua conſternabuntur inimici ipſius.Iob 39.Ridet pauorem,& non cõſternatur.Prou.17.Conſternatio fiet increpatione in intelligente maior, quàm ſi ſtultum centies uerberes.Ieſa.30. Quoniam à uoce Iehoua conſternabitur Aſſur.Item cap.31.A uoce eorum non cõſternabitur. Iere.10.A ſignis cœli ne conſternamini, ſiquidem gentes conſternuntur ab illis. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Iob 21. Et in momento in infernum proſternentur. Ieſ. 7. Proſternetur Ephraim,ne ſit populus.Iere.51.Et iuſtitia mea non proſternetur.

In ſecunda coniugatione חִתַּת Iob 7.Et conſternatum reddis me in ſomnis.Ieremiæ 51.Et proſtrauit arcus ipſorum.

In tertia coniugatione חתת Iob 31.Si formidaui multitudinem magnã,& ſi contemptus ex familia conſternatam me reddidit.Ieſaiæ 9. Virgam exactoris eius proſtrauiſti,ſicut in die Midian.Iere.1.Ne conſterneris ante faciem ipſorum:nec enim cõſternatum reddam te ante illos.Et cap.49.Et proſternam Elam coram inimicis ſuis.Habakuk 2.Et deuaſtatio animalium conſternabit eam.

INDE NOMINA:

חַת Conſternatio,deiectio animi.Iob 41.Ipſe factus eſt,ut ſit abſꝗ conſternatione.

חֲתַת Conſternatio.Iob 6.Videtis conſternationem,& timetis.

חִתַּת Conſternatio.Gen.35.Et fuit conſternatio diuina ſuper ciuitates illas.Et cap.9. Et timor ueſtri,& conſternatio ueſtri erit ſuper omne animal terræ.

תּוֹתָח Machina ſiue inſtrumẽtum bellicũ, paratũ ad proſternendũ homines, uel muros. Licebit uertere arietẽ,uel tormentũ. Iob 41. Quaſi ſtipulam æſtimabit tormẽtum.

חִתִּית Conſternatio.Ezech.32.Qui incuſſerunt conſternationem in terra uiuentium.

מְחִתָּה Proſtratio. Pſal.89. Poſuiſti munitiones eius in proſtrationem. Prou.10. Ori ſtulti proſtratio propinqua eſt.Et cap.18.Os ſtulti eſt proſtratio ſibijpſi. Iere.48. Factus eſt Moab in deriſum,& in proſtrationem apud omnes circumquaꝗ.

חַתְחַתִּים Eccl.12.Et excelſa timent,& proſternuntur in uiam.

תַּחַת Significatio indicat ex iſto themate deſcendiſſe: ſignificat enim proprie, ſub,ſubter, ſubtùs, infernè, deorſum. Sed quia Latinæ linguæ phraſis alia eſt ab Hebræa, ideoꝗ alijs interdum neceſſe habet reddere particulis, nempe, pro,propter, loco. Deut.25.Delebis memoriã Amalek ſub cœlo.Pſal.10.Sub lingua eius labor & do

Ior.Gen.4. Dedit mihi deus ſemẽ alterum ſub Abel,i.pro,in locũ, uel loco Habel. Exod.21. Oculum pro oculo,&c.Prou.30. Propter tria contremiſcit terra,propter ſeruum cum regnũ occupauerit,i.ſub tribus contremiſcit terra,&c.Iere.5. Propter quid fecit Iehoua.Et ſequẽte אֲשֶׁר cò ꝙ,pro quo.Ieſa.53. Eò ꝙ effudit in morte animam ſuã.Quãdo uero nõ habet poſtpoſitiuum,licebit exponere, infernè. Ge.49. Benedictionibus abyſſi cubãtis infernè.Iob 18. Infernè radices eius creſcent, & ſupernè reſecabit̃ truncus eius. Item legitur à fronte cũ præpoſitione mem מִתַּחַת id eſt de ſub,id eſt infernè,ſi abſolutè ponitur, i.nõ ſequente nomine habente ante ſe lamed,& opponitur מִמַּעַל ,id eſt ſupernè.Deut.4. Omnis figuræ,quę eſt in cœlo ſupernè,& quę in terra infernè.Ioſ.2. Iehoua deus ueſter,eſt deus in cœlo ſupernè,& ſuper terra infernè. At quando nomẽ ſubſequẽs à fronte habet literã lamed, tũ eſt cõparatiui gradus, & reſpectũ importat. Geneſ.1. Et diuidat aquas ab aquis quæ ſunt de ſub firmamento,i.in ea parte,quæ ſub firmamento eſt:uel ſic,quę ſunt inferius firmamẽto,id eſt inferiores firmamẽto.Deut.4. Et quæ in aquis de ſub terra,i.inferius terræ.Hãc phraſin etiã Lucam Euangeliſtã ſecutum legit̃ cap.12. ubi Chriſtus inquit:Sicut fulgur coruſcãs de ſub cœlo,in eam,quæ eſt ſub cœlo,i.è regione,quæ eſt ſub cœlo,in eã,quæ ſub cœlo eſt.Prætetea recipit hęc particula etiã affixa,perinde ut alia nomina & uerba,iod plerũꝗ interpoſito.Num.16. Et aperta eſt terra,quæ erat ſub eis.Ieſ.43. Dabo hominẽ pro te.2.Sam.3. Miſit Abſolom nũcios pro ſe dicens,i.pro ſua perſona,loco ſuo. Exo.10. Et nõ ſurrexerũt quiſquã de loco ſuo. Etſi interdũ ſcribat̃ ſine iod.Gen.2. Et clauſit carnẽ pro ea. Ioſ.5. Et filios eorũ ſtatuit pro eis.2.Sam.2. Dilatabis paſſum meum ſubtus me.

תַּחְתּוֹן Nomen maſculini generis, inferior. Ioſue 18. A meridie ipſi Bethhoron inferiori. Eius fœmininum תַּחְתּוֹנָה 1.Reg.6. Camera inferior.Ezech.40. Et menſus eſt latitudinem ante portam inferiorẽ. Et pluraliter תַּחְתּוֹנוֹת Ezech.42. Ab inferioribus.

תַּחְתִּי Inferior.Ezech.31. Ad terrã inferiorem. Et pluraliter תַּחְתִּיּוֹת Ioſue 15. Et fontes inferiores.Pſal.139. In inferioribus terræ.

תַּחְתִּית Inferior.Pſal.86. Et erues animam meam ex inferno inferiori.

תַּחְתִּים Pro תַּחְתִּיִּים plurale.Gen.6. Cum interſtitijs inferioribus.

537 חתה Deſumpſit,ſcilicet ignem de loco ſuo in uas,in quo foueatur:congruitꝗ ſignificatione cũ uerbis חָתָה & חָתַת יָחַת niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe diſſideãt.Ieſ.30. Nec inuenit̃ in cõfractiõe eius teſta, ad deſumendũ ignẽ de foco. Participium præſens חֹתֶה Prouer.25. Quia tu deſumis prunas ſuper caput eius. quod Paulus Apoſtolus Rom.12. uerbo Græco σωρεύσεις reddidit, i.coacèruabis. In tertia cõiugatione הַיַחְתֶּה Prou.6. Num deſumet quiſpiã ignẽ in ſinum ſuũ, & ueſtes eius non cõburentur.Pſ.52. Deſumet te,& exterminabit te de tabernaculo.

INDE NOMEN,

מַחְתָּה Capſula,receptaculum,acerra,qua prunæ recipiunt̃,ut ſuper illa foueantur,& ſuffitus fiat.Septuaginta uerterũt θυμιατήριον,& Latini thuribulũ.Leuitic.16. Et accipiet plenũ receptaculũ ignis de altari. Et cũ affixo.Num.16. Accipiat unuſquiſꝗ receptaculũ ſuum,& ponat ſuper illud incenſum. Et pluraliter מַחְתּוֹת Exod.38. Fecit omnia uaſa altaris ollas,palas,pelues,forcipes eius,receptacula eius,ex auro puro.Num.16. Accipite uobis receptacula tam Korah, quàm totus eius cœtus, & ponite in eis ignem,& ponite ſuffitum in eis.

538 חתך Significat deciſionẽ ſeu pręciſionẽ,id eſt,præfinitionẽ,determinationẽ, prędeſtinationẽ:itaꝗ cõgruit ſignificatiõe cũ uerbo חָרַץ Legit̃ aũt ſemel,& quidẽ in uoce paſſiua נֶחְתַּךְ Dan.9. Hebdomadæ ſeptuaginta pręciſa eſt,i. prędefinitę ſunt.

539 חתל In prima cõiugatione nõ eſt uſitatũ, niſi in uoce paſſiua ſecundæ cõiugationis ſemel חֻתָּל,& ſignificat inuolui faſcijs ſeu linteis.Ezec.38. Et inuoluẽdo nõ inuoluta es,ſ.faſcijs.Similiter in uoce paſſiua tertię cõiugationis חֻתָּתֶל Ezech.16. Et inuoluẽdo nõ es inuoluta.

INDE NOMINA:

חִתּוּל Inuolucrum,faſcia,linteolum. Ezech.30. Et ecce non emplaſtrata eſt, ut darentur ſana-

ſanationes,ut poneretur faſcia ad emplaſtrandum eam.

חתלה Inuolucrum, ueſtis linea, qua aliquid obuoluitur. Iob 38. Cum ponerem ego nubem indumentum eius,& caliginem inuolucrum eius.

מלתחה Veſtiarium,id eſt locus in quo reponebantur inuolucra, i.ueſtes lineæ. 2.Reg.10. Et dixit illi,qui erat ſuper ueſtiario, profer indumentū pro cunctis miniſtris Baal.

540 חתם Occluſit,obſtruxit,obſignauit,ſigillo confirmauit. Et modo tantū ſignificandi differt à uerbis סתם חסם טמם Ieſ. 8.Obſigna legem in diſcipulis meis. Dan.12. Claude uerba,& obſigna librū.Eſther 8.Obſignate anulo regis.Ier.32.Et ſcripſi in libro & obſignaui.1.Reg.21.Et obſignauit anulo eius.Iob 9.Et adhuc ſtellas obſignabit.Iere.32.Et ſcribere in libro,& obſignare.Dan.9.Et ad obſignādū uiſionē. Sic ſæpenumero in nouo Teſtamēto uſuuenit.Ioan.3.Qui accepit teſtimonium is obſignauit, ꝙ deus uerax ſit,id eſt, ſigno cōfirmauit.nam ſigillū additū, rem certā efficit.Item cap.6.Hunc enim pater obſignauit deus,i.hic habet teſtimoniū ſigillū & literas à patre.Sic Paulus 1.Corinth.9. Si cæteris nō ſum Apoſtolus,at ſane uobis ſum,ſiquidē ſigillum apoſtolatus mei uos eſtis in Domino. Itē 2.Corinth.1. Porro qui cōfirmat nos unà uobiſcū in Chriſtū,& qui unxit nos Deus eſt, qui etiā obſignauit nos,ſcilicet in rei certitudinē.Ephe.1.In quo etiā poſteaquam credidiſtis,obſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto,&c.Et cap.4.Non contriſtetis ſpiritum ſanctum Dei,per quem obſignati eſtis in diem redemptionis.

Participium præteritum חָתוּם Deut.32.Obſignatum in theſauris meis. Ieſa.29. Quaſi uerba libri obſignati.Cantic.4.Fons obſignatus.Item חָתֻם Iob 14.Obſignata eſt in faſciculo præuaricatio mea. Et pluraliter חֲתוּמִים Nehe.10.Et ſuper obſignatos.Item חֲתֻמִים Dan.12.Et obſignata uerba.

In uoce paſſiua נֶחְתָּם Eſther 3.Et obſignabitur anulo regis. Item irregulariter נַחְתּוֹם Eſther 8.Et obſignabitur anulo regis.

In ſecunda coniugatione חִתְּמוּ Iob 24.Per diem obſignāt ſibi,i.occludunt pro ſe.

In tertia coniugatione הֶחְתִּים Leu.15.Aut occluſa fuerit caro eius à fluxu ſuo.

INDE NOMINA:

חותם Sigillum, ſignaculū.Exod.28.Sculpturis ſignaculi ſculpes.Canti.8.Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum,ſicut ſignaculum ſuper brachiū tuum.Iere.22.Si fuerit Coniahu filius Iehoiackim regis ſignaculum in manu dextera mea. Sic Paulus uocat Circunciſionem ſignaculū fidei,Rom.4.Item Iob 41.Clauſura ſignaculi arcta. Et in ſtatu affixorum ſeruat holem. Gen.38. Et obſignabis ſignaculo eius.Et mox iterum:Signaculum tuum.

חותם Nomen participiale maſculini generis. Ezech.28. Tu es ſignaculum perfectum. Et in forma fœminina חוֹתֶמֶת Gen.38. Cognoſce nunc,cuius ſit ſignaculum.

541 חתן Legitur tantū in quarta coniugatione,& ſignificat deſponſare,coniugio iungi, contrahere affinitatem.Gen.34.Affinitatem contrahite nobiſcum, date nobis filias ueſtras, & filias noſtras accipite uobis, &c. ex quo loco propriam huius uerbi ſignificationem deprehendere licebit. Deut.7. Neꝗ affinitatem contrahes cum eis.Ioſue 23.Et affinitates contraxeritis cum illis gentibus, & ingreſſi fueritis ad eas,& illę ad uos.1.Sam.18.Et nunc affinitatem contrahe cum rege. 1.Reg.3.Et affinitatem contraxit Salomo cum Pharaone.

INDE NOMINA:

חָתָן Quod,ut כַּלָּה nūc ſpōſam, nunc nurū, ſecundū diuerſos eius reſpectus ſignificat, ita hoc nomen חָתָן ſi ſponſam reſpiciat, ſponſum ſignificat:ut Exo.4. Spōſus ſanguinum tu mihi es.Ieſ.62.Gaudium ſponſi ſuper ſponſa.Iere.7.Vox ſponſi,& uox ſpōſę.Sin aūt ad ſocerū uel ſocrum reſpiciat,tum notat generū.Gen.19.Adhuc eſt aliquis tibi hic gener.Iud.15.Simſon gener Thimnei.Iud.19.Dixit pater puellæ ad generū ſuū. 1.Sam.18. Vt fiā gener regis. 2.Reg.8. Nam fuit gener domus Achab. Nehe.6.& 13. Et pluraliter חֲתָנִים Gen.19.Et loquutus eſt Lot ad generos ſuos.

חֹתֵן Socer.Exo.3.Paſcebat autē Moſes oues Iethrō ſoceri ſui.Sic etiā Chaldæus,& Septuaginta,Ioſephus,& alij multi Interpretes expoſuerūt. Et aſſentior illis qui Re-

huelem & Iethronē eundem fuiſſe aſſeuerant: nam de utroq; dicitur, ꝙ ſacerdos in Midian fuerit. Deinde Iethro ſocerum, non cognatū fuiſſe Moſi multis argumentis adducor ut ſentiam. Moſes enim ( Exod. 8.) plurimum honoris, ac reuerentiæ defert, deinde alij ipſius conſilio paret, & obſequitur, quod certe cognato, qui pari ſit autoritate, ætate, non feciſſet. Iudic. 19. Retinuit eum ſocer eius, pater puellæ. Num. 10. Et dixit Moſes ad Hobab filium Raguelis Midianitę ſoceri Moſi. poteſt tamen in iam citato loco accipi pro affine ſignificatione largiore, ſicut Iudi. 1. Filij Kinæi affinis Moſi aſcenderunt de ciuitate Palmarum. Item Iudic. 4. Heber autem Kinæus ſegregatus à Kain à filijs Hobab cognati Moſi. Et in genere fœminino חֹתֶנֶת ſocrus. Deut. 27. Maledictus qui concumbit cum ſocru ſua.

חֲתֻנָּה Deſponſatio, ſponſalia, nuptiæ. Canti. 3. Videte filiæ Zion regem Salomonem in
542 corona, qua coronauit eum mater ipſius, in die nuptiarum eius.

חָתָה Generali ſignificatione congruit cum uerbis חָטַף & חָטַב: ſignificat enim rapere. Legitur uerbaliter tantum ſemel Iob 9. Ecce rapiet, & quis reducet illud.

INDE NOMEN,

חֶתֶף Raptor. Prou. 23. Etenim ipſa tanquam raptor inſidiabitur.

543

חָתַר Fodit, perfodit, foramen fecit, penetrauit: congruitq; ſignificatione cum uerbo חָתַר niſi ꝙ ut poſitu literarum, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Iob 24. Per fodit in obſcuritatibus domos. Ezech. 8. Si perforaueritis in Infernum. Chriſtus aliquoties hac phraſi eſt uſus: ut Matt. 6. Vbi fures non perfodiunt, neq; furantur. Et ca. 24. Si ſciſſet paterfamiliàs, qua hora fur uenturus fuiſſet, uigilaſſet utique, & non ſiuiſſet perfodi domum ſuam. At Ionæ 1. ad perfoſſionem transfertur, quam nautæ remigiorum ictibus in aquis faciunt, & quaſi foſſas in aquis faciunt: ubi ſic legitur: Et perfoderunt uiri, ut reducerent ad aridam, id eſt, cōtenderunt, quadam æmulatione ſulcarunt.

INDE NOMEN,

מַחְתֶּרֶת Effoſſio, foſſa, foramen. Exod. 22. Si in foramine deprehenſus fuerit fur. Ier. 2. Non in foraminibus inueni eos, id eſt, in abſcondito, furtim.

544 DE QVADRILITERIS ET PEREGRINIS.

חֲבַצֶּלֶת Lilium. Cantic. 3. Ego Lilium Saron. Ieſa. 35. Et germinabit ſicut Lilium.

545

חֲדְרָךְ Vox Syriaca, qua Syri regionem ſuam uocant. Zacha. 9. Onus uerbi Iehoua contra terram Hadrach, & Damaſcum.

546

חֲבַלִּיל Vide in themate ſuo בָּחַל.

547

חֶלְבְּנָה Galbanū, ſpecies reſinæ aromaticæ & odoræ, à pinguedine appellationem habens: eius uſus fuit in conficiendis ſuffitibus. Exod. 30. Et Galbonen. habetq; cognationem cum themate חלב.

548

חַלָּמִישׁ Silex, cautes. Deut. 7. Qui eduxit tibi aquas ex petra ſilicis. Iob 28. In ſilicem extendit manum ſuam. Ieſa. 50. Poſuit faciem ſuam ſicut ſilicem. Pſal. 114. Qui conuerſor eſt petræ in ſtagnū aquarum, & ſilicis in fontes aquarum.
549 In ſtatu regiminis חַלְמִישׁ Deut. 32. Et pinguedinem de ſilice petræ.

חֲנָמַל Grando uehementior, habens ignem intermixtum, ſicut ex Moſe Exo. 9. ſumitur: ideo licebit fulmen reddere. Et legitur tantum ſemel Pſa. 78. Vbi eadem hiſtoria repetitur: Interfecit grandine uitem eorum, & Sicimos eorum fulmine.

550

חָסְפַּס Inde participiū ſecundæ cōiugationis præteriti temporis מְחֻסְפָּס denudatum, delectum ex acore, decorticatū: contrariæ ſignificationis uerbo חָשַׂף interpoſita

ſita litera Pe: ſicut à nomine primogenio כֶּרֶם quod uineam ſignificat, formatum eſt uerbū ſecundæ coniugationis כִּרְסֵם cōtrariæ etiam ſignificationis, exuineauit, interpoſita litera ſamech. Legitur autem hoc participiū Exod. 16. Tenue, denudatum. Rectè igitur Chaldæus uertit מְקַלַּף, id eſt decorticatū. Non rectè Rabini qui
551 rotundum ſeu orbiculatum tranſtulerunt.

חֲצֹצְרָה Tuba, ſeu buccina ex argento facta, & à ſono conciſo, ſicut Taratantara nomē hoc habere arbitror. Et quidem Ioſephus lib. 3. cap. 15. Antiq. ſic deſcribit: Canna erat tibia paulò craſſior, longitudine paulo minus cubitali cuius os tantum patebat, quātum ad inflandum ſufficeret, deſinebatq; in extremitatem campanulæ ſimilem, quemadmodum tuba. Porro Moſes eorum uſum, quādo, & ad quid illis uti gentē Iſraeliticam deus uoluerit, Num. 10. indicat, ut interim omittā quæ Ioſephus, & Nicolaus Lyranus ſuper 80. adnotet. Legitur ſingulariter tantum ſemel Oſeæ 5. Clangite buccina in Rama. Et pluraliter חֲצֹצְרוֹת Num. 10. Fac tibi duas buccinas argenti, &c. 2. Reg. 11. Et cantores & buccinę iuxta regem, & cūctus populus terræ lætabatur & imprimebat buccinas. 1. Paral. 15. Et uniuerſus Iſrael deducebāt arcam fœderis dei in iubilo, & in uoce tubæ, & buccinis, & in Cymbalis, &c. 2. Paral. 15. Et iurauerūt ipſi Iehoua uoce magna & in triumphationibus, & in buccinis & in tubis. Pſal. 98. In buccinis, & in uoce tubæ, iubilate coram rege Iehoua.

INDE PARTICIPIVM,

מַחְצְצְרִים 1. Paralip. 15. Sacerdotes buccinabant buccinis coram arca Dei. 2. Paral. 7. Et ſacerdotes buccinātes coram eis. 2. Paral. 5. ſcribitur מְחַצְּרִים: Et factum eſt quaſi unum inter buccinatores & inter cantores. Et ibidem legitur etiam מַחְצְּרִים Et cum il-
552 lis ſacerdotes centum & uiginti buccinantes buccinis.

חַרְגֹּל Nomē inſecti alati & quadrupedis, quatuor genicula ſupra quatuor pedes habentis, quorum adminiculo ſuper terra ſalit, & à Moſe populo Iſraelitico conceſſum eſt in cibum. Eſt autē certum eſſe locuſtæ ſpeciem. Septuaginta & poſt illos Hieronymus uerterunt Ophiomachum, eò quod cum ſerpente pugnet. Legitur
553 tantum ſemel Leuit. 11. Et Ophiomachum iuxta ſpeciem ſuam.

חֲרוּזִים Nomen pluralis numeri tantū. Et quia uno tantum ſcripturæ loco legitur, difficile eſt pronunciare quid proprie ſignificet. Eſt autē certum ex circunſtantijs ornamētum colli ſignificare, ſiue torques, ſiue monilia, ſiue catenæ aureæ fuerint. Vulgaris translatio habet Monilia. Porro quidā putant idem ſignificare quod אֲרָזִים cuius fit mētio Ezech. 27. Sed hoc incertum eſt. Legitur Cant. 1.
554 Pulchræ ſunt genæ tuæ in bullis, collum tuum in monilibus ſeu torquibus.

חַרְצֻבּוֹת Catenę, ſeu uincula, quibus ſontes cōſtringuntur ac detinentur. Et legitur iſta forma tantum duobus in locis: Pſal. 73. Quoniam non ſunt uincula ad moriendum ipſos, id eſt, quibus ad ſupplicia & mortē pertrahātur. Ieſ. 58. Solue uincula iniuriæ, quibus debitores per auaritiam & iniuriam conſtrinxiſti.

555

חַרְצַנִּים Acini, grana uuæ. Leuit. 6. De acinis, &c. non comedet.

556

חַשְׁמַל Dictio quadrilitera, & ſignificat lucidiſſimam ſcintillationē, ſeu flammam in igne, qualis quoq; eſt electri ſeu æris igne candicati: ſed de hoc ſuprà.

ט Prouerb.8.

טובה חכמה מפנינים וכל חפצים
לא ישוו בה׃

557 **טאטא** VERBVM quadratum & irregulare, & ſignificat uerrere, ſcopare, mundare. Ieſa. 14. Scopabo eam ſcopa.

INDE NOMEN,

מטאטא Scopa. Ieſaiæ 14. Scopabo eam ſcopa.

558 **טאב** Arbitror forma Chaldaica poſitum pro טוב Dan. 6. Tunc rex multum bonus fuit in ſe, id eſt iucundus & hilaris.

559 **טבח** Mactauit, ſcilicet animal, & ſignificatione congruit cum uerbo זבח niſi ꝙ hoc טבח de mactatione a nimalium dicatur, quę non ſacrificantur: at זבח ſæpiſſime etiam de mactatarum pecudum ſacrificatione, id eſt, mactatarum oblatione in ſacrificijs. Exod. 21. Quum furatus fuerit quiſpiam bouem aut ouem, & mactauerit eum. 1. Sam. 15. Et mactationem meam, quam mactaui tõſoribus meis. 1. Threnorum 2. Quos interfeciſti in die iræ tuæ, mactaſti, & non peperciſti. Iere. 11. Ego autem ſicut agnus, uel bos ductus ad mactandum.

Participium præteritum טבוח Deut. 28. Bos tuus mactatus in oculis tuis, & nõ comedes ex eo.

INDE NOMINA:

טבח Mactator. Hebræi hoc nomine coquum appellant, quòd etiam hi mactabant pecudes, quæ coquendæ erant. 1. Sam. 9. Et ſuſpendit mactator armum. Et iterum: Et dixit Samuel mactatori. Et pluraliter טבחים Gen. 37. Et Midianitæ uendiderunt eum in Ægyptum Potipharo, eunucho Pharaonis, principi mactatorum. 2. Reg. 25. Venit Nabuzaradan magiſter mactatorum. Iere. 52. Venit magiſter mactatorum, qui ſtetit coram Rege Babel in Ieruſalem: Dicebat autẽ princeps ſeu magiſter mactatorum qui pecudes lanijs præbebat ad mactandum. Et in genere fœminino טבחות mactatrices, id eſt, coquæ. 1. Sam. 8. Et filias ueſtras tollet in apothecarias, & in mactatrices, & in piſtrices.

טבח Mactatio, nomẽ maſculini generis. Gen. 43. Et macta mactationem: quia mecum comedent uiri iſti in meridie. Ieſaię 34. Dedit eos mactationi. Et mox iterum: Mactatio magna in terra Ædom. Et in diſtinctione ſententiæ טבח Ezechiel. 21. Conditus ad mactationem. Ieſaię 34. Anathematizauit eas, & tradidit eas ad mactationem. Et in genere fœminino טבחה Ieremiæ 12. Sicut ouis ad mactationem. Pſal. 44. Reputati ſumus uelut oues mactationis. Et in ſtatu affixorum טבחתי 1. Sam. 25. Et mactationem meam quam mactaui tonſoribus meis. Prouerb. 9. Mactauit mactationem ſuam.

מטבח Mactatio. Ieſaiæ 14. Præparate filios eius mactationem.

560 **טבל** Tinxit, intinxit, immerſit: & ſignificatiõe cõgruit cũ uerbis לבש & בטל niſi ꝙ ut literarũ tranſpoſitione, ita modo ſignificandi inter ſe uariẽt. Leui. 4. Et intinget ſacerdos digitum ſuum in ſanguinem. cap. 9. Et intinxit digitum ſuũ in ſanguinem. Num. 19. Et intinget in aquam. Ruth 2. Et intinges buccellam tuã in acetum

tum.1.Reg.5.Et intinxit ſe in Iordanem.Iob 9.Tunc in foueam intinges me.

Participium præſens טֹבֵל Deut.33.Et intingens in oleo pedem ſuum.

Participium præteritũ pluralis numeri טְבוּלִים Ezech. 23.Et tyaras intinctas.

561 In uoce paſſiua נִטְבַּל Ioſ.3.Et pedes portãtiũ aquã, intincti ſũt in extremitatẽ aquę.

טָבַע Immerſus eſt, neutraliter.1.Sam.17.Et immerſus eſt lapis in frontẽ eius. Pſ.9.Immerſę ſunt gentes in foueã; quam fecerãt. Pſal.69.Immerſus ſum in limũ profundũ.Et mox iterũ: Eripe me è luto, ut nõ immergar. Iere.38.Et immerſus eſt Ieremias in lutum.Thren.2.Immerſæ ſunt in terram portæ eius.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua טֻבַּע Exod.15.Electi eius milites immerſi ſunt in mare iuncoſum.

In tertia cõiugatione uoce paſſiua הָטְבַּע Iob 18. Super quo baſes eius immerſæ ſunt. Prou.8. Priuſquã mõtes immergerent.Ier.38.Et immerſi ſunt in cœnũ pedes tui.

INDE NOMEN,

טַבַּעַת Tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis, anulus, circulus, ex materia qualibet factus, & appellationẽ habet, quod in illũ immergit res aliqua. Chaldæus uertit עִזְקָא Exo. 35.Obtulerunt fibulam & inaurem, & anulum.Num.31.Anulũ & inaurẽ.Eſther 2. Sub nomine regiminis Ahaſueri ſcriptũ eſt, et obſignatũ anulo regis.Exo.26.Erũt cõiunctæ in capite ad anulũ unum. Et in ſtatu affixorũ.Gen.41.Auferẽs Pharao anulũ ſuũ de manu ſua dedit illũ ſuper manu Ioſeph.Eſth.2. Auferẽs rex anulũ ſuũ de manu. Et pluraliter טַבָּעוֹת Ieſ.3. Anulos & monilia naſi. In alijs locis plerũque ſine uau, & in ſtatu regiminis ſcribit טַבְּעֹת Exo.25.Et fundes pro ea quatuor anulos auri, & pones in quatuor eius angulis, duo anuli erũt in uno latere eius. Exod. 27.Facies quatuor anulos æris. Eſt tamen & hoc obiter obſeruandum quòd Magiſtri Hebræorum & Philoſophi uocant ipſam naturam nomine טֶבַע quę omnibus

562 creaturis impreſſa eſt.

טַבּוּר Vmbilicus: et quia umbilicus eſt in medio corporis humani, per translationem pro medio ſcilicet terræ, accipitur, non ſecus atque לֵב cordis uocabulũ tranſſumptiuè pro profundo ſeu profunditate maris accipitur, eò quòd cor in profunditate hominis ſitum ſit.Iudic.9.Ecce populus deſcendunt de umbilico terræ.Ezech.38.

563 Habitantes ſuper umbilicum terræ.

טֵבֵת Decimus menſis anni, in quem cadit ſolſtitium hyemale, ſic dictus ab inundatione aquarũ.Eſther 2.Menſe decimo, qui uocatur tebeth.Legit etiam in paraphraſi Chaldaica Eccl.1. Vnde apparet eſſe uocem peregrinam.

564

טָהֵר Mundus fuit à ſordibus. Significat aũt talem munditiam quæ ſimul nitet & lucet: cõgruit nãque ſignificatione cũ uerbis צָחַר & זָהַר נָהַר, ſiquidem primæ literæ ſubſtantiales ſint ſymbolicæ, niſi quòd modo ſignificãdi differant. Et opponitur uerbo טָמֵא Leuit.11. Immundus erit uſque ad ueſperam, & mundus erit. & cap.13. Lauabit ueſtimenta ſua & mundus erit. & cap.12. Et mũda erit à uena ſanguinum ſuorum. Prouerb.20.Mundus ſum à peccato. 2.Reg.5. Reuertetur caro tua tibi, & mundus eſto. Pſal.51.Expiabis me Eſopo, & mundus ero. Leuit.16.Coram Iehoua mundi eritis.

In ſecunda coniugatione טִהַר mundauit. Leuit.13. Et mundabit plagam. Pſal. 51.Et ab errato meo munda me.Ezechiel.2.Mundabo uos.2. Paralip.34. Et mundauit Iehudam.2.Paralip.29.Mundauimus totam domum Iehoua.

Participium præſens מְטַהֵר Malach.3.Mundans argentum.

Participium præteritum מְטֹהָרָה Ezech.22.Et tu terra non es mundata.

In quarta coniugatione ſemper legitur ſine thau characteriſtica, ad uitandum abſurditatem in pronunciatione, quæ contingeret concurſione literarum thau & teth הִטַּהֵר Eſdræ 6. Mundauerunt ſe ſacerdotes. Num.8. Et lauabunt ueſtimenta ſua, & mundabunt ſe. ubi ſægol ponitur loco pathah. Ioſue 22. Aqua non mundauimus nos. Gen.32.Et mundate uos, & mundate ueſtimenta ueſtra.

Participium מִטַּהֵר Leuitic.14. Et accipiet ad mundandum duas auiculas. Et mox iterum: Et aſperget ſuper mundandum à lepra, ſeptẽ uicibus. Et pluraliter

מטהרים

מְטַהֲרִים Nehe.13.Et dixi Leuitis,ut mundarent ſe.Ieſaiæ 66.Qui ſanctificant ſe,& mundant ſe ad hortos.

INDE NOMINA:

טָהוֹר Vel ſine uau,nomen maſculini generis,Mūdus.Exo.25.Et operies eam auro mundo,id eſt in quo nihil eſt ſcoriæ.Leui.11. Vt diſcrimen fiat inter immūdum & mundum.Leuit.24.Super menſam mundā coram Iehoua,id eſt ex auro mundo.Deut.12.Tam immundus,ꝙ mundus pariter comedent. Pſal.51. Cor mūdum crea in me deus,id eſt ſine fuco,ſine mendacio. Et cum genitiuo טְהָר Iob 17.Et mūdus manibus addet fortitudinē. Et pluraliter טְהוֹרִים Prou.15. Et mundi ſermones pulchritudinis.Ezech.26.Et ſpargam ſuper uos aquas mundas. In genere fœminino טְהוֹרָה, uel ſine uau טְהֹרָה Gen.7.Et de animali quod non eſt mundum.Et iterum:Et de animali mundo.Pſal.19.Timor Iehoua mundus. Et pluraliter טְהוֹרוֹת Leu.14.Duos paſſeres uiuos mūdos.Pſal.12. Sermones Iehoua ſermones Iehoua.

טֹהַר Munditia.Exo.24.Et ſicut ſubſtantia cœli in munditia,id eſt,claritate,id eſt,quando nullam habet nubeculam.

מִטְּהָר Munditia.Pſal.89.Ceſſare feciſti munditiam eius.

טָהֳרָה Mundatio,emundatio,mundificatio.Leuit.12.Sedebit in ſanguinibus emūdationis. Et mox iterum:Sex diebus ſedebit ſuper ſanguinibus mundationis. In ſtatu regiminis טָהֳרַת 1.Para.23.Et ad mundationē omnis ſanctificationis. Et in ſtatu affixorum.Leuit.12.Et cum impleti fuerint dies mundationis eius.Et cap.14.Hęc eſt lex leproſi,in die mundationis ſuæ.Ezech.44.Et poſt mundationem eius.

565 טוב Non tam bonum eſſe ſubſtantialiter & eſſentialiter,quàm amabile, uolupe,iucundum, utile, & gratum eſſe ſignificat : congruitꝗ; ſignificatione cum uerbis יָטַב & טָאַב & opponitur uerbo רָעַע Quod uero ad coniugationē uerbi attinet, habet ſe in præterito perinde ut uerbū בּוֹשׁ ſeruato holem. Num.24.Quàm bona ſunt tabernacula tua Iacob,id eſt,iucunda,amabilia.Cantic.4. Quàm boni ſunt amores tui præ uino,id eſt,iucundi,ſuaues.

In tertia coniugatione הֵטִיב benefecit. Num.10. Et benefaciemus tibi. Ruth 3. Bonam feciſti miſericordiam tuam nouiſſimā priore,id eſt,gratam. 1.Reg.8. Propterea quòd fuit in corde tuo ædificare domum nomini meo : benefeciſti, ꝙ hoc fuit in corde tuo,id eſt,gratum feciſti.

INDE NOMINA:

טוֹב Nomen maſculini generis, bonus, iucundus,humanus, benignus.Geneſ.1. Vidit deus lucem quòd eſſet bona.Et cap.2. Et bonum in cibum.& cap.18. Tenerum & bonum. cap.31. Caue tibi ne loquaris cum Iacob à bono uſꝗ; ad malum. 1.Sam.9. Et illi erat filius nomine Saul, electus, & bonus, neꝗ; erat quiſquam de filijs Iſrael bonus ſupra illum:nam ab humero ſuo,& ſuprà altior erat omni populo.ubi certe de dignitate corporis dicitur. Eſther 1. Quum bonum eſſet cor regis, id eſt,hilare. Pſal.34.Guſtate & uidete,quia bonus eſt Iehoua. Petrus apoſtolus citans hunc locum ſic uertit: ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, id eſt ꝙ benignus eſt Dominus.& ſignificat Græca uox humanum, minimeꝗ; auſterum. Atꝗ; in ſtatu regiminis, & affixorum nihil mutat. Ezech.31. Electum & bonum Libani. Micheæ 7.Bonus eorum ſicut paliurus. Et pluraliter טוֹבִים Deut.8.Et domos bonas.1.Sam.15. Verba tua bona & recta. 1.Reg.2. Viros iuſtos & bonos ſupra ſe.Prouer.15. In omni loco oculi Iehoua ſpeculantur malos,& bonos. Et in ſtatu regiminis טוֹבֵי 1.Reg.8.Lęti & boni corde.2.Paralip.7.Boni uiſu,id eſt,decori,amabiles. Et in genere fœminino טוֹבָה adiectiuè & ſubſtantiuè,bona,bonum, bonitas, benignitas.Exod.3. Ad terram bonam. Geneſ.50. Deus uertit illud in bonum. Iere.14. Ne ores pro populo iſto in bonum. In ſtatu regiminis טוֹבַת Gen.24.Et puella bona affectu.2.Samuelis 11.Et mulier bona aſpectu. Et in ſtatu affixorum טוֹבָתִי Pſalm.16. Bonum meum non eſt propter te, id eſt, non eſt mihi bene propter te.Pſalm.65. Coronaſti annum bonitate tua. Deuteron.23. Non requiras pacem eorum, aut bonum eorum. Et pluraliter טוֹבוֹת Gene.6. Et uiderunt filij Dei filias hominum,

quòd

quod bonæ eſſent,id eſt amabiles,pulchræ. Et cap.41. Septẽ ſpicas bonas. Iere.24. Ficus bonas,bonas. Eſther 2. Virgines bonæ aſpectu. Iere.12. Quum loquerentur ad te bona. Nehem.6. Bona eius dicebant coram te.

טוּב Nomen infinitum,abſtractũ,bonum, bonitas,benignitas:ac manet inuariatũ tam in ſtatu regiminis ꝗ̃ affixorũ. Deut.6. Et domos plenas omni bono. Pſal.27. Vtiꝗ credo uidere in bono ipſum Iehoua in terra uiuentiũ. Gen.24. Et omne bonũ Suſtentatoris ſui in manu ipſius. Et cap.45. Et dabo uobis bonũ terrę Ægypti. Deut. 28. In lætitia,& in bono cordis. Iob 21. Ecce nõ eſt in manu eorũ bonum ipſorum. Ier.31. Et populus meus bonitate mea ſaturabũtur. Pſal.25. Propter bonitatẽ tuam Iehoua Exo.33. Ego tranſire faciam omne bonum meum. Oſeæ 3. Et pauebunt ad Iehoua,& ad bonitatem eius. Et, ut ſupra ex apoſtolo Petro oſtendi, ita haud dubie ex illis locis etiam D. Paulus mutuatus eſt qđ ait ad Titum cap.1. Cum autem χρηστότης,id eſt benignitas, & amor erga homines apparuit Seruatoris noſtri,&c.

טוֹבִיָּה Nomen proprium uiri, cuius fit mentio Nehe.3. Et de alio huius nominis extat in

566 Biblijs ſacris comœdia.

טָוָה Significat,nere. Exo.35. Et omnes mulieres neuerunt capras,i.pilos caprarum. Et iterum: Et omnis mulier ſapiens corde manibus ſuis neuerunt.

INDE NOMEN,

מַטְוֶה Netum,nexum. Exod.35. Et attulerunt netum.

567

טוּחַ Obduxit,obliuit,operuit adijciendo calcem,aut aliud, obtexit uel cemẽto, uel alia materia,ne aliquid cernat. Et congruit ſignificatione cũ uerbis טָחָה טָחַח טָחַן רוּחַ & דָּחָה niſi ꝙ modo ſignificandi inter ſe uarient. Leui.14. Et puluerem alium accipiet,oblinetꝙ domũ. Ezech.22. Et prophetę eius obliuerunt eis cementum fatuum. 1. Paralip.29. Tria millia talentorũ auri, & auri Ophir, & ſeptem millia talentorum argenti depurati ad oblinendum parietes domorum.

Participium præſens טָחִים Ezech.13. Et ecce ipſi oblinũt ipſum cemento fatuo. Et in ſtatu regiminis טָחֵי Ezech.13. Dic ad oblinitores cementi fatui.

Participium præteritum טֻחוֹת obducta,abſcondita. Iob 38. Quis poſuit in obducta ſapientiam, aut quis dedit imaginationi intelligentiam, id eſt in cor & cerebrum. Et legitur טֻחוֹת Pſal.51. Ecce ueritatẽ acceptaſti in abſconditis, id eſt in corde. Et opponit ueritatem cordis, externis hypocritarum cultibus & operibus, quę in propatulo faciunt ut uideantur ab hominibus.

In uoce paſſiua נְטוֹחַ Leuit.14. Et poſt abradere domum, & poſt oblini, id eſt, poſtquam fuerit oblita. Et mox iterum: Et poſt oblini domum, id eſt poſtquam oblita eſt domus.

INDE NOMEN,

טִיחַ Obtectio, obductio, litura, incruſtatura. Ezech.13. An non dicetur ad uos, ubi li-

568 tura,qua obliuiſti.

טוּר Ordo, ordinatio, diſpoſitio, ab obſeruatione: & congruit ſignificatione cum uerbis נָטַר & תּוּר Exo.38. Ordo unus & ordo. Ezech.46. Et ordo circunquaꝗ ſeu obſeruatio,id eſt,paries. Et pluraliter טוּרִים Exo.28. Et quatuor ordines. Et in ſtatu regiminis טוּרֵי 1. Reg.7. Quatuor ordines columnarum.

טִירָה Ædificium ſplendidius, quod parietes, ordines columnarum, & alia ornamenta habet. In ſtatu regiminis טִירַת Cantic.8. Si murus eſt, ædificabimus ſuper eum caſtellum argẽti. Et in ſtatu affixorum. Pſal.69. Sit caſtellum eorum deſolatum. Et pluraliter טִירוֹת Ezech.46. Subter caſtella illa circũquaꝗ. Gen.25. Per uillas

569 ſuas & caſtella ſua.

טוּשׁ Circumuolitando demiſit ſe: & congruit ſignificatione cum uerbis שׁוּט יָשַׁט & נָטַשׁ niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Legitur autem ſemel

570 Iob 9. Sicut aquila circumuolitando demittit ſe ſuper eſcam:

טָחַח Obduxit,obtexit,obliuit: & congruit ſignificatione cum uerbo טוּחַ Ieſaiæ 44. Non cognouerunt neꝗ intellexerunt, eò quòd obliuit à uidendo oculos eorũ.

571 טחה Cōgruit ſignificatione cum uerbis טחה טוח טחן דחה niſi φ modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Legitur autem ex eo tantum nomen participiale pluralis numeri, ſtatus regiminis, quod tamen he mutat in uau מטחוי : & ſignificat iactus, proiectiones, extorſiones, ſcilicet iaculorum, quantum propelli poſſunt. Gen. 21. Et abiens ſedit illi è regione, elongando, circiter aliquot iactus arcus.

572 טחן Contudit, truſit, comminuit in pulſione & impetu, molit: congruit ſignificatione cum uerbis דחה טוח טחה niſi φ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Num. 11. Et colligebāt, & molebant in mola. Ieſa. 47. Tolle molam, & mole farinam. Exod. 32. Et tollens uitulum quem fecerat, conflauit in igne, & comminuit in puluerem. Ieſ. 3. Et facies oppreſſorum attenuatis. Iob 31. Molat alteri uxor mea. Thren. 4. Et iuuenes molere portauerunt.

Participium præſens ſeu nomen participiale טוחן Iudi. 16. Et factus eſt molens in domo uinctorum. Et in genere fœminino pluraliter טחנות molitrices, id eſt, dentes maxillares quibus comminuitur eſca. Eccl. 12. Et ocioſæ ſunt molitrices.

INDE NOMINA:

טחון Mola, ſcilicet truſatilis. Deuter. 9. Et cōminui illum mola probe uſq; in puluerem tenuem.

טחנה Molę. Eccleſ. 12. In humilitate uocis ipſius molę. Loquitur autem de mola oris ſeu dentium molarium.

573 טטפה Pro quo Chaldæus uertit תפלין: quantū ex tribus ſcripturæ locis colligi poteſt, frōti intra oculos alligata ſunt mādato diuino, ut his ſemp ob oculos poſitis admonerent̄ Iſraelitæ præceptorū dei: unde memorialia, ſeu monimēta uertere poteris. Et Porchetus definit eſſe phylacteria, id eſt, cōſeruatoria legis: nā & noſtra ætate Iudæi quibuſdā appendicibus utuntur, quibus ſentētias aliquot ex lege minutiſſimis characteribus ſcriptas includunt, eaſq; oraturi non modo fronti, ſed & alteri brachio alligant. Exo. 13. Eruntq; in ſignum ſuper manum tuam, & in monimenta inter oculos tuos, φ per fortitudinem manus eduxerit nos Iehoua ex Ægypto. Deut. 6. Et ligabis ea in ſignum ſuper manum tuā, & fuit in monimenta inter oculos tuos, &c. ubi uerba quædam recenſentur à Moſe quæ fronti affigi oportebat. Similiter cap. 11. eadem uerba, & præcepta repetuntur. Arbitror autem ego quod cùm ad originem uocis tum quoq; eius ſignificationē attinet, quòd deducatur à uerbo טפח quod plaudere, plodere, complodere, palpare ſignificat: & inde iſtas appendices & factas, & dictas, ut plodendo ad frontē, ad omnes ictus & pulſus admonerentur tanquam campanulis legis, & præceptorum Dei.

טיט Vide in themate ſuo טטט.

574 טיל Congruit generali ſignificatione cum thematibus טלל נטל טלא & נטה niſi φ modo ſignificādi inter illa eſt uarietas. Eſt autem illuſtre diſcrimē inter נטל qd admouere, ſeu imponere onus, onerare obtegendo, at טיל contrario modo amouere, ſcilicet onus, detegendo exonerare, ſignificat. Legitur autem in prima cōiugatione ſemel in uoce paſſiua נטול Ieſaiæ 40. Ecce inſularum multitudo, ut puluis tenuis exonerabitur.

In tertia coniugatione הטיל exonerauit. Ionæ 1. Et Iehoua exonerauit uentum magnum in mare. Ezech. 32. Super ſuperficiem terrę exonerabo te. Iere. 16. Exonerabo uos ex terra iſta. Et cap. 22. Et exonerabo te. Ionę 1. Exonerate me in mare. Et mox iterum: Exonerauerunt uaſa. 1. Sam. 18. Et exonerauit Saul lanceā, i. abiecit.

In uoce paſſiua הוטל Prouer. 16. In ſinum exonerabitur ſors. Pſal. 37. Cum ceciderit non exonerabitur. Iob 41. Nónne etiam ad aſpectus eius exonerabitur.

In coniugatione geminata טלטל & ex eo legitur participium præſens מטלטל & Infinitiuus ſeu nomen infinitum טלטלה Ieſaiæ 22. Ecce Iehoua exonerat te exoneratione uiri.

INDE NOMEN,

מטיל Canalis, fiſtula, per quam exoneratur aqua. Iob 40. Et oſſa eius uelut canalis ferri.

טלל

575 טָלַל Verbaliter legitur in hac forma ſemel, & à uerbis טִיל & טָלָא נָטַל טָלַל modo tantum ſignificandi differt, ſignificans exonerando operire, obtegere. Nehe. 3. Ipſe ædificabit eam, & operiet eam.

INDE NOMEN,

טַל Ros, obtegens terram. Iudicum 6. Si ros erit ſuper tonſura. 2. Samuelis 1. Montes Gelboa non ros, neque pluuia ſuper uos. Geneſ. 27. Et dabit tibi Deus de rore cœli. Exod. 16. Et mane erat ſtrata roris circumcirca caſtra. 2. Samuelis 17. Sicut cadet ros ſuper humum. Pſal. 110. Ex matrice aurorę tibi ros, pueritia tua. Et in diſtinctione ſententiæ טָל Deut. 33. Etiam cœli eius ſtillabunt rorem. In ſtatu affixorũ fortificat literam lamed ad denotandum defectum literæ ſubſtantialis abiectæ. Ieſaiæ 26. Quia ros herbarum, ros tuus. Zachariæ 8. Et cœli dabunt rorem ſuum.

576 טלא Vt טָלַל generaliter obductionem ſignificat domus ſeu ædificij, ita hoc quoq; obtectionem notat ſuper re aliqua: & legitur in prima coniugatione tantum participium præteriti temporis טָלוּא quod obductum eſt maculis. Geneſ. 30. Omnis grex punctatus, & obductus, ſcilicet maculis. Et pluraliter genere maſculino טְלֻאִים Gene. 30. Et remouit in die illa hircos punctatos & obductos maculis. Et in genere fœminino טְלֻאוֹת Ge. 30. Omnes capras pũctatas, et obductas. Ezec. 16. Et accepiſti de ueſtib. tuis, & feciſti tibi excelſa obducta, ſcilicet colorib. i. cõſuta. In ſecunda coniugatione legitur participiũ præteritum מְטֻלָּאוֹת Ioſue 9. Et calciamenta antiqua & aſſuta in pedibus ſuis, ſeu obducta.

INDE NOMEN,

טָלֶה Agnus, agniculus obductus lana. Et in ſingulari habet he pro aleph. Ieſaiæ 65. Lupus & agnus paſcent ſimul. Et in ſtatu regiminis טְלֵה 1. Samuelis 7. Et accepit Samuel agnum lactis unum. Et in plurali recipit rurſus aleph טְלָאִים Ieſ. 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, & brachio ſuo colliget agnos, & in ſinu ſuo portabit, fœtas ducet. Eſt & nomẽ loci, cuius fit mẽtio 1. Sam. 15. Et recẽſuit eos in Telaim.

577 טמם Huic Hebræo uerbo, Latinum Tamino tam uoce, quàm ſignificatione reſpondet: ideo ex Hebræa lingua originem traxiſſe haud ullum eſt dubiũ, licet uerbi compoſita nunc uſitatiora ſint quàm ſimplex. Congruit quoq; ſignificatione cũ uerbis טָמַן & אָשַׁם טָמָה eò quòd cõtaminata abſcõduntur: opponitur aũt ſignificatione uerbo טָהֵר quod mundũ eſſe ſignificat. In prima coniugatione uſurpatur neutraliter. Num. 6. Quia contaminata eſt conſecratio eius. Leu. 15. Contaminatus erit uſq; ad ueſperã. Et iterum: Omne cubile contaminatũ erit. & cap. 12. Contaminata erit ſeptem diebus. Pſal. 106. Et cõtaminati ſunt in operibus ſuis. Ezech. 22. Et in Idolis, quæ feciſti contaminata es.

In uoce paſſiua נִטְמָא Oſee 5. Contaminatus eſt Iſrael. Leuit. 18. In omnibus illis contaminatæ ſunt Gentes. Num. 5. Si contaminata fuerit.

Participium plurale נִטְמָאִים Ezech. 20. Vos contaminati.

In ſecunda coniugatione טִמֵּא contaminauit. Gene. 34. Et Iacob audiuit, q; ille contaminaſſet Dinam filiam ſuam. Num. 19. Habitaculum Iehoua contaminauit. Et cap. 35. Et non contaminabis terram. Item cap. 5. Et non cõtaminent caſtra ſua. Pſalm. 79. Contaminauerunt palatium ſanctitatis tuę. Ezech. 43. Et contaminauerunt nomen ſanctitatis meæ.

Participium præteritum fœminini generis מְטֻמָּאָה Ezech. 4. Et anima mea nõ eſt contaminata.

In quarta cõiugatiõe הִטַּמֵּא & in hac ſemper abijcitur thau characteriſtica quartæ coniugationis ad uitandam concurſionem literarum ſimilium, quæ páreret abſurditatem. Leu. 21. Non contaminabit ſe propter matrem ſuam. Ezech. 20. In idolis eorum non contaminetis uos.

In uoce paſſiua הֻטַּמָּא Deut. 24. Non poterit maritus eius prior, qui dimiſit eam reuerti, & accipere eam ſibi in uxorem, poſtquam illa contaminata eſt.

INDE NOMINA:

טָמֵא Nomen participiale, & opponitur nomini טָהוֹר mundus. Leuit. 11. Vt diſcrimen

fiat inter contaminatũ,& inter mundũ.Deut.12. Tam contaminatus,quàm mundus pariter. Leuit.5. Qui tetigerit omnem rem contaminatam, uel cadauer reptilis contaminati.Iob 14. Quis dabit mundum de cõtaminato,nec unum. Ieſaiæ 52. Incircumciſus, & contaminatus. In ſtatu regiminis טמא Ieſa. 6. Quia uir contaminatus labijs ego. Et pluraliter טמאים Leuit.11. Iſta ſint contaminata uobis in omni reptili. Et in genere fœminino טמאה Leuit.11.Contaminatus ſit uobis.& cap.15.Qui concubuerit cum cõtaminata. Et in ſtatu regiminis טמאת Ezech. 22.Contaminata nomine.

טמאה Contaminatio, immunditia. Num. 5. Aut ſi non declinaſti ad contaminationem ſub uiro tuo.Iudic.10.Ne comedas omnem contaminationem.Zach.13. Atq; etiam Prophetas & ſpiritum contaminationis auferam de terra. In ſtatu regiminis טמאת Leu.5. Cum tetigerit cõtaminationem hominis.& cap.15. Secundum contaminationem reiectionis ſuę.Eſd.6.Omnis qui ſeparatus eſt à contaminatione gentium. Et in ſtatu affixorum.Leuitic.22.Et cõtaminatio eius.& cap.15.In contaminatione ſua. Et pluraliter טמאות Leuit.16. Quod habitat cum eis inter contaminationes eorũ.Ezech.36.Ab omnibus contaminationibus ueſtris.

578 טמה Congruit tam ſignificatione,quàm modo ſignificandi cũ uerbo טמא & aduerſatur uerbo טהר & ſignificat contaminari: cõgruit quoq; ſignificatione cũ uerbis טמן & אשם q; illa quæ ſunt contaminata, occultentur. Vſurpatur tantũ in uoce paſſiua נטמה Leuit.11.Et contaminabimini illis.Iob 18. Quare reputamur ſicut iumẽtũ,cõtaminati ſumus in oculis ueſtris. Nec uſpiã alibi legiť in iſta forma.

579 טמן Cõgruit ſignificatione cum uerbis טמה & טמא אשם חמן: nam ſignificat aliquid occultare ſeu abſcondere,quod contaminat,aut ne contaminetur.Pſalm. 35.Et rete eius quod occultat, capiet ipſum. Pſalm. 64. Denudant iniquitates, occultãt nudationẽ nudatam. quanquam in exemplaribus quibuſdam ſit ſcriptũ cum litera thau.Prouerb.19.Occultat piger manũ ſuam in ſinum. Pſalm.140. Occultarunt ſuperbi laqueum mihi.Geneſ.35.Et occultauit eos.Exod.2. Occultauit eum in arena.

Participium præteritum טמון Iob 3.Vel ſicut abortiuus occultatus non eſſem. & cap.18.Occultatus à terra funis eius.& cap. 40. Facies eorum alliga in occulto.

Et pluraliter טמונים Ioſue 7. Et ecce ſunt occultata in terra. Et in regimine טמוני Deut.33.Et occultatos theſauros arenæ.ubi ſubſtantiue pro theſauris ponitur,qui abſcondũtur. Et in genere fœminino טמונה Ioſue 7.Et ecce occultatum in tabernaculo eius.

In uoce paſſiua הטמן Ieſaiæ 2. Ingredere in petram & occultare in puluere.

In tertia coniugatione הטמין 2.Reg.7.Et tulerunt inde argentum,& aurum,& ueſtes,& abierunt & occultarunt ſe.

INDE NOMEN,

מטמון Occultatio, id eſt theſaurus qui eſt occultus, ſeu occultatus. Gen.43. Deus patris ueſtri dedit uobis theſaurum. Et pluraliter מטמונים Iere.41. Sunt nobis occulta in agro.Iob 3.Effoderunt illam præ theſauris.Prouerb.2. Et ſicut theſauros effoderis illam. Et in ſtatu regiminis מטמני Ieſa. 45. Et theſauros abſconſionum.

580 טנא κοφινὸς,cophinus,ſporta,corbis,nomen ſubſtãtiuum.Deuter.26. Et accipies de primitijs omniũ fructuũ terræ,& adferes de terra tua,quã Iehoua deus tuus dedit tibi,& pones in ſportam. Et in ſtatu affixi mutat prius ſægol in pathah,& alterum in ſeua.Deut.28.Benedicta ſporta tua,& reliquiæ tuæ.

581 טנף Inquinauit incedendo in puluiſculo:& cognationẽ habet ſignificatione cũ uerbo,niſi q; טנף ut literarũ poſitu,ita modo ſignificandi inter ſe differant. Legitur tantum Cantic.5.Laui pedes meos,quòmodo inquinabo eos?

582 טעה Eiuſdem eſt ſignificationis cum uerbo תעה errauit.Et legitur ſemel & in tertia coniugatione הטעה Ezechielis 13. Et errare fecerunt populum meum, id eſt ſeduxerunt.

583 טעם Proprie guſtauit, deguſtauit, ſapuit: & eſt palati ac linguæ. 1. Sam. 14. Nec guſtauit quiſquam ex populo cibum. Et mox iterũ: Et guſtaui parum mellis. 2. Sam. 3. Sic faciat mihi deus, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem, aut aliud quippiam. Ionæ 3. Homines & iumenta, armẽta & greges nõ guſtent quicquã. Iob 12. Et palato cibus ſapiet ei. Deinde uſurpatur quoq; metaphorice, pro probare, experiri. Pſal. 34. Guſtate et uidete, quoniã bonus eſt Iehoua. Prouer. 31. Guſtauit, quod bona ſit negociatio.

INDE NOMINA:

טַעַם Primo & proprie guſtus, ſapor: eſtq; palati et linguę. Iob 6. Aut eſt ſapor in albo uitelli. Exo. 16. Et ſapor eius ſicut placenta cum melle. Ier. 48. Iccirco manſit ſapor eius in ipſo, nec odor eius eſt mutatus. Deinde minus proprie accipitur propemodum pro externa rerum diſpoſitione, decẽtia ſeu decore, qui, Valla definitore, eſt quaſi pulchritudo quædam ex decẽtia rerum perſonarumq; in locis, temporibus, ſiue in agendo, ſiue in loquendo, & à Græcis πρέπον dicitur. 1. Sam. 21. Et mutabat Dauid geſtum ſuum in oculis ipſorum, id eſt decorũ, decentiam. Pſal. 34. Dauidis, cum mutaret geſtum ſuũ coram Abimelech. 1. Sam. 25. Benedictum decorum tuum, & benedicta tu, quæ cohercuiſti me hodie, &c. Pſal. 119. Bonitatẽ morũ, & ſcientiã doce me. Prou. 11. Monile aureũ in naſo ſuis, mulier pulchra, deſtituta decoro geſtu. cap. 26. Sapiẽtior ſibi eſſe uidetur ignauus, q̃ ſeptẽ, qui referunt cũ decoro. Ionę 3. Qđ rex & magnates eius prius decẽter et decore uixerint, uitãq; emẽdarint. Et in Daniele טְעֵם ſignificat decretum, ut cap. 6. & טַעְמָא rationem: Satrapę illis redderent rationem, ſeu relationem, ne rex moleſtia afficeretur. Ex quibus liquet, ꝙ ut Græcis φρονεῖν polyſimon eſt, & nunc pro ſentire, nũc pro ſapere, nũc pro cogitare, aliquoties pro affectũ eſſe, nonnunquã pro ratiocinari, ita etiam Hebræis hoc uerbum טעם Deinde ſcias Grammaticos Hebræorũ ſuos accentus uocate טְעָמִים eò quòd ſententiæ bonũ guſtum præbeant, id eſt, intellectum, & cognitionem ſententiæ, oſtendantq; quæ dictiones & ſyllabæ in oratione decenter, uel eleuandæ ſint, uel deprimendæ.

מַטְעַמִּים Cibi ſapidi, grati palato. Gen. 27. Fac mihi cibos ſapidos, quos affecto. Et in forma fœminea מַטְעַמּוֹת Prou. 23. Non concupiſcas cibos ſapidos.

584 טען Pupugit, fodit, perfodit. Gen. 45. Pungite iumenta ueſtra, & ite.
In ſecunda coniugatione legitur participiũ prętcritũ pluralis numeri, ſtatus regiminis מְטֹעֲנֵי Ieſa. 14. Quaſi ueſtimentum interfectorum, transfoſſorum gladio.

585 טפף Verbum, quod ſemel tantum in ſcriptura legiť in Infinitiuo poſitũ Ieſa. 3. Incedendo & palpando inambulabãt. Chaldęus ita uertit, cum applauſu ſuo ambulabant: atq; in hoc conuenit inter interpretes, ꝙ geſtum ſignificet corporis mulierũ feſtiue incedentiũ, & dicunt affinitatẽ habere cum uerbo תָּפַף quod pulſare, plaudere ſignificat, ac uidetur ſatis cõmode redditum uerbo plaudẽdi ſeu palpandi, quod fit pedum ſeu longioris ueſtitus in terram feſtiua, eleganti, & blanda ſupploſione: ac etiam modo tantum ſignificandi differt à uerbis טְפֹפוֹת טָפַף de quibus paulo ſuprà.

INDE NOMEN,

טַף Collectiuum cõmunis generis, quod ea ætate infantes & paruulos ſignificat, quae eos blãdius ac tenerius tractamus, ſicut & nõ multũ ratione paulo iuniores טַפִּים dicuntur. Chaldaica translatio ubiq; reddidit nomine טַפְלָא Septuaginta cõmuniter pro ſupellectili, excepto loco Deut. 2. ubi pro filijs tranſtulerunt. Geneſ. 47. Et cibauit Ioſeph patrem ſuum, & fratres ſuos, & totam domum patris ſui pane ſicut paruulos. Exo. 12. Quaſi ſexcenta millia peditum uirorum præter paruulos, ſed & promiſcuum uulgus plurimum aſcendit cum ipſis. Num. 31. Nunc igitur interficite omnẽ maſculum in paruulis, & omnẽ mulierem, quæ uirũ cognouit concubitu maſculi: & cunctos paruulos in mulieribus, quæ maſculino concubitu nõ ſunt cognitæ, uiuas uobis ſeruate. Deut. 2. Et interfecimus omniũ ciuitatum uiros & mulieres, & paruulos, neq; ullũ reliquimus ſuperſtitẽ. & cap. 20. Percuties in ea omnẽ maſcu-

maſculũ in ore gladij:tantũ mulieres,& paruulos,& iumẽta diripies tibi. Eſther 3.
A iuuene uſq; ad ſenem,paruulos & mulieres in die uno ad perdẽdum.Iere.43. Et
aſſumpſit Ioannes uiros & mulieres & paruulos, &c. Ezech.9. Senem,iuuenẽ,&
uirginẽ,& paruulos,& mulieres interficite.In Matthæo cap.15. ſic legitur uerſum
Grȩce:At hi qui comederant,erant quater mille uiri,præter mulieres,καὶ παιδίων
& pueros. Et in ſtatu affixorũ daggeſſatur litera pe ad denotandum defectũ li-
teræ abiectȩ.Gen.34.Cunctam ſubſtantiã,& omnes paruulos eorũ,et uxores eo-
rum ceperunt.cap.43. Mitte puerum mecum,ut uiuamus & nõ moriamur nos, &
586 tu,atq; paruuli noſtri.Deut.1.Et paruuli ueſtri de quibus dixiſtis in prȩdã erũt,etc.

**טפח** Palma,ſeu palmus,ſcilicet minor,ſeu trãſuerſalis manus plana, & extẽſa in trãſ
uerſum.Inde pro menſura accipit quatuor tranſuerſorũ digitorũ,quorum qua-
tuor cubitũ efficiunt.Exod.25.Et facies ei clauſuram palmi in circuitu,id eſt,ha
bens latitudinem palmi,latam quatuor digitorũ.Ezech.40. Et erat in manu cala-
mus menſorius ſex cubitorum & palmi.Et mox iterum: Et circumfetentiæ palmi
unius.Item cap.43.Cubitus & palmus.

טֶפַח Palmus.1.Reg.7.Et dẽſitas eius palmi,i.quatuor digitorum. Et pluraliter טְפָחוֹת
Pſal.39. Ecce palmos dediſti dies meos, id eſt dediſti mihi dies latitudine aliquot
palmorum.1.Reg.7.A fundamento uſq; ad palmos.uocat autem circumferẽtiam
ſupremam cui laquearia innituntur hoc nomine habentem latitudinem palmi.

INDE VERBVM,

טִפַּח Palmauit,hoc eſt palma planauit,explanauit,palma explicauit & diſtendit.Ieſaiȩ
48.Manus mea fundauit terram,& dextera mea palmauit cœlos, id eſt,palma ex-
planauit & diſtendit,ut ſint plani & explicati,ſicut uelum.Threnor.2.Quos enim
palmaui,& educaui inimicus meus conſumpſit,id eſt,infantes, quos palma plana
ui,ſicut matres ſolent,quæ infantes recẽ is natos palma explanant,ut ipſorũ mem
bra in planum & longum diſtendantur & creſcant,ne fiant diſtorta.

INDE NOMINA:

טִפֻּחִים Infantes, qui palmantur, hoc eſt, quorũ membra ex utero diſtorta, matres palma
explanant, ſicut non multum diſſimili ratione infantes ſeu paruuli collectiue טַף
dicũtur.Thren.2.Nunquid deuorabunt mulieres fructũ ſuum,infantes palmatos.

מִטְפַּחַת Linteamen ſeu uelamen,uelum explanatũ & extẽſum,quo mulieres caput uelant
ac ornant. Ruth 3. Adhibe uelũ,quod eſt ſuper te,& tene illud,& tenuit, & mẽſus
eſt ſex hordei. Et pluraliter מִטְפָּחוֹת Ieſ.3.Et uela.Porro Ezechiel uſurpat bis cap.
13.ſed loco teth ſcribit ſamech מִסְפָּחוֹת Et faciunt uela ſuper caput omnis ſtaturȩ.
587 Et mox iterum:Et lacerabo uela ueſtra.

**טפל** Cõgruit ſignificatione cum uerbis טָפַל בָּטַל & לָבַט niſi q ut ſymbolicis literis,
earũq; trãſpoſitione, ita quoq; modo ſignificãdi differãt. Significat aũt aliquid
compingere,ſeu concinnare.Iob 14.Obſignata eſt in faſciculo trãſgreſſio mea,
& cõcinnaſti ſuper iniqtate.Pſal.119.Concinnauerũt aduerſum me falſum,ſuper-
bi. Participiũ præſens pluralis numeri ſtatus regiminis טֹפְלֵי Iob 13. Et quidem
588 uos eſtis concinnatores falſi,medici idoli omnes uos.

**טפש** Congruit ſignificatione cum uerbis טָפַשׁ & תָּפַשׂ שָׁטַף פָּשַׁט niſi q ut literarum
tranſpoſitione,ita modo ſignificandi uarient.Significat autẽ hoc noſtrũ incraſ
ſari,compingi,ut teneri queat.Pſalm.119.Incraſſatum ſeu compactum eſt uelut
589 adeps cor eorum.

**טרד** Continuationem ſignificare Hebræi omnes uno ore affirmant. Legitur aũt no
minaliter טֹרֵד Prou.19.Et ſtillicidium cõtinuum rixæ mulieris.& cap.27. Stilli
cidium continuũ in die pluuiæ. ubi tamen interſertum habet uau, quaſi ſit par-
590 ticipium præſens,Stillicidium continuans ſeu perſeuerans.

**טרה** A uerbo iſto inuſitato deriuatur nomẽ adiectiuum טְרִיָּה quod ſignificat putri-
dum.Iud.15.Et inuenit mandibulam aſini putridam.Ieſaiȩ 1.Vulnus,& liuor,et
plaga putrida.Arbitror autem ut forma, ita ſignificatione cognationem habe-
re cum uoce מִטֹּר.

591 טרח Eius uſus eſt tantum ſemel in tertia coniugatione הטריח & ſignificat compreſſionem, aggrauationẽ. Iob 37. Sed & propter irrigationem aggrauabit nubem. habet autem cognationem cum טרש.

INDE NOMEN,

טֹרַח Preſſura, aggrauatio, grauamen. Ieſa. 1. Neomenias ueſtras, & ſolennitates ueſtras odit anima mea: factæ ſunt ſuper me in grauamen. Et in ſtatu affixi mutat holem in hatephcametz. Deut. 1. Grauamen ueſtrũ, & onus ueſtrum, & rixas ueſtras.

592 טֶרֶם Aduerbiũ temporis, antequã, priuſquam, nondũ. Gen. 2. Et omnis frutex agri antequam eſſet in terra, & omnis herba agri antequã germinaſſet. 1. Sam. 3. Et lucerna dei antequã extingueretur. Et ibidem iterũ: Et Samuel antequam cognoſceret Iehoua, & antequã reuelaretur ad eum uerbũ Iehoua, id eſt nondum cognouerat Dominũ. Exo. 9. Scio ꝙ nondũ timeatis Iehoua deum. Et accipit per ꝓthesin interdũ beth בְּטֶרֶם Gen. 37. Et antequã appropinquaret ad eos. Leuit. 14. Antequam ingrediatur ſacerdos. Interdum accipit literam mem מִטֶּרֶם Haggæi 1. Antequam poneret lapidem. Itẽ cum he quæſitiua particula הֲטֶרֶם Exo. 10. Nónne antequam ſcires, perijt Ægyptus?

593 טָרַף Carpſit, diſcerpſit, dilacerauit. Iob 16. Ira eius diſcerpſit. Oſeæ 6. Quoniã diſcerpſit & ſtatim ſanabit nos. ubi ſcriptum eſt cum cametz extra tamen diſtinctionem. Deut. 33. Et diſcerpet brachiũ & uerticẽ. Gen. 49. Beniamin lupus diſcerpet. Exo. 22. Si diſcerpendo diſcerpetur, adducat ille teſtem.

Participium præſens טֹרֵף Ezech. 22. Sicut leo rugiens & diſcerpens rapinam. Nahum 2. Leo diſcerpens. Prou. 18. Diſcerpens animam ſuam. Et pluraliter טֹרְפֵי Ezech. 22. Princeps eius in medio eius, lupi diſcerpentes rapinam.

In uoce paſſiua יִטָּרֵף Exod. 22. Si diſcerpendo diſcerpetur. Iere. 5. Qui egreſſus fuerit ex eis diſcerpetur.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua טֹרַף Gen. 37. Diſcerpendo diſcerptus eſt Ioſeph. cap. 44. Diſcerpendo diſcerptus eſt.

In tertia coniugatione הַטְרִיפֵנִי Prou. 30. Fac carpere me panem ſtatuti mei.

INDE NOMINA:

טָרָף Diſcerptũ, nomen adiectiuum maſculini generis. Gene. 8. Ecce foliũ oleæ diſcerptum in ore eius, id eſt decerptum.

טֶרֶף Præda, rapina, eſca quæ carpitur. Gen. 49. A præda fili mi aſcendiſti. Amos 3. Et rapina nõ eſt ei. Malach. 3. Eſca in domo mea. Pſal. 111. Eſcam dedit timẽtibus eum. Prouer. 31. Et dedit eſcam domui ſuæ. Et in diſtinctione ſententiæ טָרֶף Pſal. 76. A montibus rapinæ. Pſal. 104. Catuli leonum rugiẽtes ad prædam. Et cum affixis mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua. Ieſa. 31. Super prædam ſuam. Nahum 2. Et ſuccidere faciam de terra prædationem tuam. Et pluraliter in ſtatu regiminis טַרְפֵּי Ezech. 17. Omnia folia germinis eius areſient.

טְרֵפָה Diſcerptum. Gen. 31. Diſcerptum non attuli. Exo. 22. Diſcerptũ nõ reddet. Et iterum: Et carnẽ in agro diſcerptã nõ comedetis. Leu. 22. Et diſcerptũ nõ comedet.

מְטֹרָף Iudæi lingua ſua uulgari illum iſto nomine uocant qui eſt animo diſtracto, & nos raptum, ſiue Græce Enthuſiaſtem uocamus.

594 DE NOMINE QVADRATO SEV PEREGRINO.

טִפְסָר Quidam uolunt uocem eſſe compoſitam ex טַף quod paruulos collectiue ſignificat, & שַׂר princeps ſeu dux. q. d. princeps ſeu dux paruulorũ, & imbellis uulgi. Opinor autem ego uocem eſſe peregrinam, qua dux uocatur. Iere. 51. Cõſtituite contra eam ducem. Et pluraliter טַפְסְרַיִךְ Nahum 3. Principes tui quaſi locuſtæ, & duces tui, quaſi bruchi bruchorum.

א Ieſaiæ 40.

יָבֵשׁ חָצִיר נָבֵל צִיץ וּדְבַר אֱלֹהֵינוּ
יָקוּם לְעוֹלָם׃

595

## יאב

Congruit ſignificatione cum uerbis אָב אָבָה אוּה אָהַב בּוֹא תָּאַב niſi φ ut literis tamen ſymbolicis, ita quoq; modo ſignificandi uarient. Important enim hæc omnia applicationem animi, & uoluntatem, amoremq; erga aliquid. Legitur in hac forma ſemel tātū Pſal. 119. Quia erga præcepta tua deſiderio ſeu amore teneor.

596

## יאל

In prima coniugatione non eſt uſitatum niſi in uoce paſſiua נוֹאַל & ſignificat cupidum eſſe faciendi ſimul multa, audacem eſſe in attentando plurima, quod proprie ſtultorum eſt: ideo Hieronymus uertit uerbo ſtultus factus eſt. Num. 12. Ne ponas ſuper nos erratū φ ſtulti facti ſumus, & φ aberrauimus. Ieſ. 19. Stulti facti ſunt principes Zoan. Ieremiæ 5. Stulti facti ſunt quoniam non cognouerūt uiam Iehoua. & cap. 50. Gladius ad diuinos, & ſtulti fient.

In tertia coniugatione הוֹאִיל ſignificat actum uolēdi, ſicut erudite Paulus Burgenſis Epiſcopus in additione 3. ſuper Exo. 2. & 2. Reg. 5. indicauit: & quidē in nouo Teſtamento nunc uerbo uolo, nunc paro, uerſum eſt: communiter autem interpretes Latini tranſtulerunt uerbo cœpit, incepit: ac fere ubiq; cum ſequēte uerbo conſtructum legitur. Deut. 1. Trans Iordanē in terra Moab uoluit Moſe declarare legem hanc. Gen. 8. Ecce nunc uolui loqui ad Iehoua. Exod. 2. Et uoluit habitare Moſe cum uiro. Ioſue 2. Vtinā uoluiſſemus & habitaſſemus ultra Iordanem. & cap. 17. Et uoluit Chananæus habitare in terra iſta. 1. Sa. 17. Et uoluit abire, ſed non tentauerat. Oſeæ 5. Quia uoluit ire poſt præceptum Ierobeam. Et in Imperatiuo uſurpatur aduerbialiter, pro age, agite. 2. Sam. 7. Et nunc age, & benedic domui ſerui tui. 2. Reg. 6. Age nunc & ueni cū ſeruis tuis. 2. Reg. 5. Et dixit Naeman euge, cape duo talenta. Iob 6. Agite reſpicite in me. 1. Sam. 12. Quia uoluit nos Iehoua ſibi in populum. 1. Sam. 14. Et iuramento aſtrinxit Saul populū dicēs, Maledictus uir, qui comedet panem uſq; ad ueſperam. Ex ijs locis poſterioribus cōſpicuum eſt hoc uerbum congruere ſignificatione cum uerbo אָלָה.

INDE NOMEN,

אֱוִיל Nomen deductum à uoce paſſiua, literarum facta tranſpoſitione, id eſt ſtultus, polypragmonicus, temerarius, ardelio, affectator, qui audet, & ſimul multa uult, quę perficere non poteſt, quiq; ſuis cupiditatibus & affectibus, nō ratione neq; uerbo dei fertur quo libet, ſine timore dei, qui certe in omnibus rebus agēdis principalis ac præcipua eſt ſapientia. Iere. 4. Quoniā ſtultus eſt populus meus, me non cognouerūt. Oſeæ 9. Stultus propheta. Prou. 10. Sapiens corde ſuſcipiet præcepta: at ſtultus labijs, uapulabit. Item cum iod paragogico אֱוִילִי Zachar. 11. Accipe tibi uas paſtoris ſtulti, i. idoli. Et pluraliter אֱוִילִים Pſal. 107. Stulti propter uiam trāſgreſſionis ſuæ, & propter tranſgreſſiones ſuas affligētur. Prouer. 1. Timor Iehoua principium ſcientiæ, ſapientiā & eruditionē ſtulti deſpicient. Ieſa. 35. Etiā ſtulti nō errabunt. In genere fœminino אִוֶּלֶת ſtulta. Prou. 14. Sapiēs mulier ædificat domum ſuā, at ſtulta manibus deſtruet eam. Sumitur tamē plerunq; in abſtracto pro ſtultitia. Prou. 12. Homo aſtutus celat ſcientiā, ſed cor ſtultorum accerſet ſtultitiam. & cap. 15. Os ſtultorū effutiet ſtultitiam. Et in ſtatu affixorū אִוַּלְתִּי Pſal. 38. Putrefacti ſunt liuores mei propter ſtultitiam meam.

597 יְאֹר Et יְאֹר riuus ſeu meatus dicitur foſſus ad irrigandum agros, quales multos Ægyptus ex Nilo, & Meſopotamia ex Tygri & Euphrate deductos habet. Et ueriſimile eſt appellationem habere ab אוֹר limpiditate & claritate aquarũ, quòd hæ clariores ſunt, & minus turbidæ quàm in ipſis fluminibus rapidioribus, uel ab אָרַר quòd riui arrodant ripas. Gen. 41. Et ecce ſtabat iuxta riuum. Exod. 7. Et uerſę ſunt omnes aquæ, quæ erant in riuo. Ieſaiæ 19. Et ripę ad riuum, & ad os riui. Dan. 12. Ad ripam riui. Et cum he importante motum ad locum יְאֹרָה Exod. 1. In riuum proijcite. Et in ſtatu affixorum nihil mutat. Ezech. 29. Mihi eſt riuus meus. Et pluraliter יְאֹרִים Exo. 8. Extende manum tuam cum baculo tuo ſuper flumina, ſuper ripas, & ſuper ſtagna. Iob 28. In petra riuos diſſecauit, & omne pretioſum uidit oculus eius. Et in ſtatu regiminis יְאֹרֵי 2. Reg. 19. Omnes riuos Ægypti. Similiter in ſtatu affixorum. Exo. 7. Super riuos eorum. Ezech. 29. In medio riuorũ eius. Et iterum: Piſces riuorum tuorum.

יַרְדֵּן Iordanis: huc adſcribere uolui, illorum opinione, qui putant Iordanis nomen eſſe compoſitum ex דָּן & יְאֹר quaſi dicat riuus Dan, quòd circa ciuitatem Dan originem ſuam habere Geographi perhibeant.

598 יָאַשׁ In uoce actiua uerbum eſt inuſitatum. Et uſurpatur tantũ præteritum paſſiuum נוֹאַשׁ. Et ut בּוֹשׁ, ita hoc ſignificat uſqueadeo obrui aliquo malo, ut de cœpto ſuo quis diffidat & deſiſtat, atq; conſiliũ mutet. 1. Sam. 27. Et dixit Dauid ad cor ſuũ, nunc abripiar una dierum per manum Saul, nec eſt mihi bonũ, niſi ut abripiendo abripiam me in terram Philiſtinorum, & ruat à me Saul, & me non amplius quærat. Porro Hebræi perinde hoc uerbo utuntur, atq; Latini illis uerbis, actũ eſt, conclamatum eſt, deſperatum eſt, deploratum eſt, &c. quoties extremam, & immedicabilem alicuius rei malitiam ſignificare uolunt, ut de illa iam deſperatũ & actum ſit: ut Ieſaiæ 57. In multitudine uitæ tuæ defatigata es, nec tamen dixiſti deſperatũ eſt. Ierem. 2. Prohibe pedem tuum, ne denudetur, & guttur tuum à ſiti, & dixi, num deſperatum eſt, nõ, quia amo alienos & poſt ipſos ambulabo. Item cap. 18. Et dixerunt deſperatum eſt: nam poſt cogitationes noſtras ambulabimus. Sumitur tamẽ ſemel nominaliter, ubi propria uocis ſignificatio elucet, Iob 6. Nũquid ad arguendum dicta excogitatis, & ad afflandum ſermones oppreſſionis, id eſt quibus me obruatis, & ad deſperationem adducatis.

In ſecunda coniugatione יֵאֵשׁ tantum ſemel legitur, & ſignificat actiue abdicare cor ſeu animum ab ea re, quam perficere ſatagebat. Eccl. 2. Et conuerſus ſum ad abdicandum cor meum ſuper omni labore, quo laboraui, & ſapienter ego ſub ſole. Importat autem diffidentiam & deſperationem.

599 יָאַת Pulchre conuenit, ſeu congruit, conſenſit, acquieuit: habetq; congruentiã cum uerbis אָתָה אָתָה אָתָה & נָוָה Iere. 10. Quia tibi conuenit regnum. Gen. 34. In hoc pulchre conueniemus uobiſcum, ſi eritis ſicut nos, ut circũcidatur uobis omnis maſculus. Et mox iterum: Tantum conſentiamus illis, & habitabunt nobiſcum. 2. Reg. 12. Et conſenſerunt ſacerdotes, ut non acciperent argentum à populo.

600 יָבַב Exclamauit, edidit, protulit uocem: & arbitror cognationem habere ſignificatione cum uerbis נוּב יָאַב אָבִיב אֵב niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient. Iudic. 5. Per feneſtram proſpiciens, ſtatim exclamauit mater Siſſaræ, ſimiliter per cancellos, cur moratur currus eius uenire.

601 יָבַל Legitur tantum in tertia coniugatione, & ſignificat generaliter ducere, producere, deducere, adducere, adferre, offerre: & importat etiam ſimul morã & pompam. Et congruit ſignificatione cũ uerbis בָּלָה & אָבַל niſi quòd ut forma, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differãt. Pſal. 60. Quis deducit me in ciuitatem munitam, ſcilicet cũ comitatu & pompa regia. Ieſaię 23. Deducẽt eam pedes eius procul ad peregrinandũ ubi loquitur Ironicôs. Zoph. 3. Adducent munus mihi. Pſal. 68. Propter templum tuum ſupra Ieruſalem tibi adferent reges munera. Pſal. 76. Omnes qui in circuitu eius ſunt adferent munera Terribili. ubi tamen iod litera uidetur poſita pro he, ut ſit imperatiui modi, ſicut præcedentia & ſequentia

 quoq;

quoq; poſtulant. In uoce paſſiua הוּבַל Iob 10. Quaſi non fuiſſem, ſi de utero ad ſepulchrum deductus eſſem. cap. 21. Et ipſe quidẽ ad ſepulchra deducetur. Pſal. 47. Veſtitu acu picto adducetur ad regem. Ieſa. 53. Quaſi agnus ad mactationem ducetur. & cap. 55. Et cum pace deducemini. Ieſaiæ 18. In tempore illo adducetur munus ipſi Iehoua.

INDE NOMINA QVAE OMNIA DVCTVM
ſeu productionem ſignificant cum mora.

יוֹבֵל Productio, & ſonitum ſeu clangorem ſignificat productiorem tubæ, non ipſum inſtrumentum: & iubilum uertere licebit, quo illa clangoris productio & intenſio ſignificetur. Exod. 19. Cum productum erit iubilum, aſcendant ipſi in mõtem. Quod autem iubilum ipſum, & clangorem ſeu ſonitum buccinæ, non ipſam buccinam ſignificet, ex mox ſubſequentibns uerbis liqueſcit, ubi legitur: Et iubilum buccinæ erat ualidum uehementer. Atq; mox iterum: Et factum eſt cum iubilum buccinæ pergeret & inualeſceret uehementer. Ioſue 6. Et cum prolixi erunt cum cornu iubili, & uos audieritis iubilum buccinæ. Leuit. 25. In anno iubili iſtius. cap. 27. Et erit uenditio eius in manu emptoris uſq; ad annum iubili. Cæterum quando hæc uox יוֹבֵל abſolutè eſt poſita, tunc pro ipſo anno quinquageſimo ſumitur, qui nomen habet à iubilo buccinæ, ſicut פֶּסַח etiam aliquoties pro ipſo feſto accipitur, quo trãſitus illius in Ægypto per angelũ facti memoria celebrat̃, & à Chaldæo quoq; יוֹבֵילָא Iubileus eſt redditus. Leuit. 25. Et ſanctificabitis annũ quinquageſimum, & proclamabitis libertatem in terra omnibus habitatoribus eius: Iubileus erit uobis, id eſt annus Iubili. Et mox iterũ: Et iubileus ille annus quinquageſimus erit uobis. Et iterum: Quia iubileus ille ſanctus erit. Et iterum: Iuxta numerum annorum poſt Iubileum emes à proximo tuo. Et pluraliter יוֹבְלִים Ioſue 6. Septem ſacerdotes portabũt ſeptem buccinas Iubilorũ. Hic iterum manifeſtum fit hoc nomẽ non ſignificare ipſum inſtrumentum, alioqui ſic eſſet exponendum: Portantes buccinas buccinarum. ſed accipiendum pro Iubilo ſeu clangore buccinę. Hoc ideo toties admonere uolui, ut & uocis, & rei ſignificatio retineatur: clangor enim buccinæ typus atq; figura fuit uocis Euãgelij, quę in Eccleſia ſonare debebat, quò debitoribus legis morteq; ac ſeruitute diaboli obnoxijs atq; oppreſſis denunciaretur debitorũ cunctorũ gratuita remiſſio, & liberatio propter mediatorem Chriſtum: proinde illi minime ſunt audiendi, quicunque tandem fuerint ſiue Chaldæi ſiue Hebræi ſint, etiam noſtrates interpretes, qui hac uoce tubam ſeu cornu arietinum ſignificare temere aſſerunt, cum tamen ſcriptura, ſcripturæq; phraſis & res ſignificata clarè uelint & poſtulent ut pro clangore accipiatur.

יְבוּל Nomen collectiuũ quod generaliter ſignificat quicquid terra in uſum hominum & animantium producit, quaſi dicas productio, ſeu productum. Et aliquoties ſcriptura diſerte diſcernit inter פְּרִי & יְבוּל: nam יְבוּל terra naſcẽtibus tribuitur, פְּרִי uero arborũ & aliarum rerum & animantium fructibus. Licebit autem uertere pro gramine, plantis, oleribus, germine, frugibus, prouentu, frugum excreſcentia, utcunque res de qua ſcriptura loquitur, exigit. Chaldæus uertit עֲלַלְתָא Iudic. 6. Et caſtrametantes iuxta eos abſtulerunt prouentum terræ. Habakuk 3. Quoniam ficus non protrudit, neq; oculi erunt in uitibus. Iob 20. Migrabit prouentus de domo eius. Leuit. 26. Terra dabit prouẽtum ſuum, & arbor agri dabit fructum ſuum. Deut. 11. Et terra non dabit prouẽtum ſuum. Pſal. 76. Terra dedit prouentũ ſuum. Pſal. 78. Et dedit prouentum eorum erucæ.

בּוּל Per aphæreſin iod initialis literæ, ſimiliter eſt nomen collectiuum. Iob 40. Montes germen ferunt ei. Ieſaię 44. Ad germen ligni adorabo. Vocat autem propheta Idolum ex ligno inſtar germinis fabrefactum, & exculptũ hac uoce, ſicut eadem ratione de idolis legitur Iere. 10. Quaſi palmæ diſpoſitio eorum, & tamen non loquunt̃. Eſt & octauus mẽſis anni hoc nomine dictus, q; illo mẽſe quaſi altero uere germina iterũ terra producat: uel quòd illo fontes monteſq; producãt aquas, quæ

antea

antea æſtatis tempore exiccatæ erant.unde etiam lingua peregrina מַרְחֶשְׁוָן ab eructatione aquarũ nomen ſortitus eſt.1.Reg.6.In anno undecimo menſe בּוּל ipſe eſt menſis octauus,conſummata eſt domus.

יוּבַל Nomen collectiuum pro productione ſcilicet aquarum,ſeu aquęductu, ſiue riuis ſumitur.Iere.17.Et iuxta riuos extendit radices ſuas.

אוּבָל Fluuius,flumen.Dan.8.Et eram iuxta fluuium Vlai.

יִבְלֵי Emanationes,ſcaturigines.Ieſa.30.Et erunt ſuper omnem excelſum, & ſuper omnem collem eleuatum ſcaturigines.& cap.40.Quaſi ſalices iuxta ſcaturigines.

602 יבם Ante legem, & in lege Moſi proprie ſignificat uxorẽ fratris defuncti ſine liberis in coniugem accipere,ut fratri ſemen exuſcitet,cognatam in uxorem ducere,Leuiri iure cognatam ducere,& ſi ita dicere liceret Leuiritare.Deut.25.Si habitauerint fratres ſimul,& mortuus fuerit unus eorũ abſq; filio,nõ nubat uxor defuncti foras extraneo,Leuir eius ingrediatur ad eam & Leuiritet eam.

In ſecunda coniugatione יִבֵּם Gen.38.Dixit Iehuda ad Onan,ingredere ad uxorem fratris tui,& Leuirita eam,& ſuſcita ſemen fratri tuo.Deut.25. Recuſat Leuir meus excitare fratri ſuo nomen in Iſrael,non uult Leuiritare me.

INDE NOMEN,

יָבָם Leuir,id eſt frater mariti germanus.Deut.25.Leuir eius ingrediatur ad eam. Et in genere fœminino יְבָמָה cognata,uxor fratris.Deuter.25.Accedet cognata eius ad eum in conſpectu ſeniorũ. Porro Ruth 1.ubi legitur:Et ait Noemi,En reuerſa eſt affinis tua ad populum ſuum, & ad deos ſuos,reuertere tamen poſt cognationem tuam. Et obſeruabis quòd hæc lex de ducenda uxore fratris defuncti poſtea extenſa ſit ad conſanguineos & affines,non tantùm fratres.

603 יָבֵשׁ Aruit: congruit ſignificatione cum uerbis בּוֹשׁ & בָּאַשׁ niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe uarient.Pſal.22.Aruit uelut teſta uirtus mea. Pſal. 129. Erunt uelut fœnum tectorum,quod antequã extrahitur,aruit.Ieſ.40.Aruit fœnum.Oſeæ 9.Radix eorũ aruit. Gen.8.In uigeſima ſeptima die menſis exaruit terra.1.Reg.13.Et aruit manus eius,quam extenderat contra eum. 1.Reg. 17. Et exaruit torrens,quia non erat pluuia in terra.Iob 8.Ante omne fœnum areſcet.Pſalm. 102.Ego uelut herba arui.Iere.23.Aruerunt paſcua deſerti.

In ſecunda coniugatione יִבֵּשׁ Arefecit.Prouerb.17.Spiritus perturbatus arefacit oſſa. Nahum 1. Increpauit mare, & arefecit illud.Licet aliqui malint eſſe tertiæ coniugationis,quod ſi eſt uerum,tum eſt irregulare.Iob 15.Ramum eius arefaciet flamma.

In tertia coniugatione הוֹבִישׁ arefecit.Ioſue 2.Quoniam audiuimus, quòd arefecit Iehoua aquas maris iunci à facie ueſtra. Pſal. 74. Tu arefeciſti flumina uetuſta. Ieſaiæ 42.Gramen eorum arefaciam,& ſtagna eorum arefaciam.Ierem.51. Arefaciam fontem eius. Secundo,accipitur Hebræis in hac cõiugatione uerbum arefaciendi pro pudefacere, eò quòd pudor arefacit, ſicut ſupra quoq; in uerbo בּוֹשׁ indicauimus.2. Samu. 18. Et dixit arefeciſti hodie faciem omnium ſeruorum tuorum,id eſt pudefeciſti.Legitur tamen in alijs locis neutraliter.Ieſaię 30.Omnis pudefactus eſt ſuper populo.Iere.2. Secundum pudorem furis quando deprehenditur pudefient domus Iſrael.Iere.6.Pudefacti ſunt,quia abominationem fecerũt. cap.10.Pudefactus eſt omnis cõflator à ſculptili. & cap.46. Pudefacta eſt filia Ægypti.Ioel.1.Aruit muſtum.

INDE NOMINA:

יָבֵשׁ Nomen participiale maſculini generis, aridus. Ioſue 9.Et omnis panis uiatici aridus.Iob 13.Et ſtipulam aridam perſequeris.Ieſaiæ 56. Ecce ego ſum lignum aridũ. Thren.4.Aridus uelut lignũ. Et pluraliter יְבֵשִׁים Num. 6. Et uuas recentes uel aridas non comedet. Et in genere fœminino יְבֵשָׁה Num.11.Nũquid anima noſtra arida. Et pluraliter יְבֵשׁוֹת Ezech.37.Erantq; arida ualde.Et iterum: Oſſa arida audite uerbum Iehoua.

יַבָּשָׁה Nomen ſubſtantiuum,aridum,ariditas.Geneſ.1.Congregentur aquę ſub cœlo ad locum

locum unum,& appareat ariditas,& factum eſt ita,& uocauit deus ariditatem,terram.Exo.4.Et erunt aquæ,quas ſumpſeris de flumine,& erunt, inquam,in ſanguinem in ariditate. & cap. 14. Et ingredientur filij Iſrael in medium maris in ariditatem.Ionæ 2.Et euomuit Ionam in ariditatem.

יַבָּשָׁה Aridum.Pſal.95.Et aridum manus eius formauerũt. Et in diſtinctione mutatur prius ſægol in cametz.Exod.4.Et erunt in ſanguinem in ipſo arido.

יַבֶּשֶׁת Ariditas.Gen.8.Donec eſſet ariditas aquarum deſuper terra.

604

**יגב** Legitur tantum ex eo uerbo inuſitato participium preſens,ſeu nomen participiale,pluralis numeri יֹגְבִים, id eſt foſſores.2.Reg.25.& Iere. 52.De pauperibus terræ dimiſit magiſter Laniorum,ut eſſent uinitores & foſſores.

INDE NOMEN,

יְגֵבִים Nomen pluralis numeri tantũ,foſſata. Iere.39. Et dedit illis uineas & foſſata in die illo, id eſt, agros foſſatos. Habet autem magnam cognationem cum nominibus יָקֵב & גֵּבֶא de quibus ſuo in loco.

605

**יגה** Magnam habet affinitatem ſignificatione cum uerbis בָּגַן & בָּגָה חָגָה niſi quòd ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe uarient.Significat enim motum, ſeu affectum ſiue paſſionem animi,ſed triſtem. In prima cõiugatione non eſt in uſu niſi in participio pręterito paſſiuę uocis pluralis numeri,ſtatus regiminis נוּגֵי Zophoniæ 3.Mœrore affectos propter ſtatuta congregabo ex te. Et in genere fœminino etiam pluraliter נוּגוֹת Thren.1. Virgines eius mœrore affectæ ſunt.

In ſecunda cõiugatione legitur tantum ſemel, & quidem irregulariter Thren. 3.Quia non affligit Iehoua ex corde,neq; mœrore conficit filios uiri.ubi iod futuri tranſmutata eſt in dagges,& aleph poſita pro he.

In tertia coniugatione eſt paulo uſitatius הוֹגָה & ſignificat mœrore afficere. Thren.1.Quia Iehoua mœrore affecit propter multitudinẽ tranſgreſſionum eius. & cap.3.Et ſi mœrore affecit,tamen rurſus conſolatur iuxta multitudinem miſericordiæ eius.Iob 19.Quouſq; mœrore afficietis animam meam.

Participiũ præſens מוֹגָה Ieſa.51. Et tradam eam in manũ mœrore afficientiũ.

INDE NOMINA:

יָגוֹן Mœror, mœſtitia.Et opponit̃ ſępe nomini שִׂמְחָה Eſther 9.Et menſis iſte qui uerſus eſt eis ex mœrore in lætitam.Ieſaiæ 35.Gaudium & lætitiam apprehendent, & effugiẽt mœrorem & gemitum. Ezech.31. Exhilarabo eos poſt mœſtitiam ſuam. Gen.32.Detrahitis canitiem meam in mœrore ad inferos. Pſal.31.Quoniam conſumpta eſt præ mœrore tota uita mea.Pſal.13.Quouſq; ponam conſilia mea in anima mea,& mœſtitiam in corde meo quotidie.

תּוּגָה Mœror,mœſtitia.Pſal.119.Defluxit anima mea præ mœſtitia.Prou.10.Filius ſtultus eſt mœſtitia matri.

606

**יגע** Congruit ſignificatiõe cum uerbis נָגַע & נָגָה נָגַע niſi quòd ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe differãt:hoc enim de attactione light laborioſa,& quę cum anhelatione,& defatigatione fit,dicitur.Hinc Hieronymus uerbo laborãdi tranſtulit.2.Sam.23.Quia laborauit manus eius.Iob 8. Vane laborabo.Ieſaiæ 24.Dedi uobis terram in qua non laboraſtis in ea.Ieſaiæ 43.Neq; me inuocaſti Iacob,aut laboraſti in me Iſrael. Prouerb.23. Ne labores,ut diteſcas.Iere.51.Et laborabunt populi in uanum.ubi tamen eſt in forma נָגָה,unde etiam argumentum eſt,quòd cognationem inter ſe habeant.

Participium,ſeu nomen participiale יָגֵעַ de quo infra inter nomina.

In ſecunda coniugatione יִגַּע fit trãſitiuum,laborare fecit: atq; regit poſt ſe accuſatiuũ mediante articulo אֶת Ioſue 7. Ne facias laborare illuc totum populum. Ex hoc loco elucet, quòd cõgruat ſignificatione cum uerbo נָגַע quaſi dicat,ne attingere facias eò uniuerſum populum,& tamẽ importat ſimul ratione formę moleſtiam & defatigationem. Item cum affixo, quod ſimiliter refert accuſatiuum. Eccl.10.Labor ſtultorum laborare faciet eum,id eſt moleſtia afficiet eum.

In

In tertia coniugatione הוֹגִיעַ & importat quandam tactionem moleſtam, id eſt offenſionem. Ieſaiæ 43. Laborare feciſti me propter iniquitates tuas. Et mox iterũ: Laborare feci te in thure. Malach. 2. Laborare feciſtis Iehoua in uerbis ueſtris, & dixiſtis, in quo laborare fecimus.

INDE NOMINA:

יָגֵעַ Nomen participiale. 2. Sam. 17. Et ipſe laborans. Deut. 25. Et tu laſſus & laborans, id eſt, gemens. Et pluraliter יְגֵעִים Eccleſ. 1. Cunctæ res laborioſæ. Et in ſtatu regiminis יְגִיעַ Iob 3. Laborioſi uirtute.

יְגַע Labor, id quod labore partum eſt. Iob 20. Reddens laborem.

יְגִיעַ Forma maſculina, labor, uel quicquid labore partum eſt. Gen. 31. Laborẽ manuũ tuarũ uidit deus. Pſ. 128. Laborẽ manuũ tuarũ manducabis. Cũ affixis nihil mutat. Pſal. 9. Et diripiant alieni laborẽ eius. Deut. 28. Et omnẽ laborem tuũ comedet. Iob 39. Et derelinques ei laborem tuum. Et pluraliter יְגִיעִים quod in ſtatu regiminis יְגִיעֵי legiẽ. Iob 3. Labores uirtutis. quanquã ibi uſurpetur pro cõcreto. Et cum affixo. Oſeæ 12. Omnes labores mei non inueniẽt mihi iniquitatem. Et in
607 forma fœminea יְגִיעָה quod in ſtatu regiminis יְגִיעַת legiẽ. Eccl. 12. Labor carnis.

יָגֹר Congruit generali ſignificatione cum uerbis גּוּר & מָגוֹר יָרֵא גוּר niſi quòd ut forma & constructione, ita modo ſignificãdi uarient. Cõſtruitur autem cum מִפְּנֵי atq; ſimilem modum ſignificandi habet cum uerbo גּוּר quando idem conſtruitur cum מִפְּנֵי id eſt abſtraxit ſe præ metu, expauit. Deut. 9. Quoniam expaui à facie iræ & furoris. & cap. 28. Et à quorum facie expauiſtis adhęrebunt in te. Legitur tamen præpoſitio illa non ſemper ſcripta: ut Iob 3. Et à quo expaueſcebã, euenit mi-
608 hi. & cap. 9. Expaueſco ab omnibus doloribus meis.

ידה Miſit, emiſit, iecit, proiecit, iaculatus eſt, ſcilicet manu. Et ſignificatione cõgruit cum נָגַר & נָדָה חָרָה יָרָה יַד יָדָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Thren. 3. Iecerunt lapides in me. Ioel. 4. Super populũ meum proiece-
609 runt ſortem. Abdiæ 1. Et ſuper Ieruſalem proiecerunt ſortem.

יָד Manus, membrum corporis humani, ab extẽſione, ſicut Latinis manus dicitur à manãdo ſeu emanãdo. Et in ſtatu abſoluto & affixorũ habet cametz, quod in ſtatu regiminis cõmutat in pathah. Exo. 21. Manus pro manu. cap. 19. Nõ attingat eũ manus. Leuit. 21. Et ſi uir cui fractura eſt pedis, aut fractura manus. Tribuiẽ quoq; beſtijs. Gen. 9. De manu omnis beſtiæ requiram eum. Atq; hæc propria eſt huius nominis ſignificatio. Quia uero multę ſunt cõditiones, & uaria huius mẽbri officia, ideo poſtea figurate, de alijs pluribus rebus dicitur, aliaq; multa ſignificat. Primo, ſi deo attribuitur, qui cùm natura eſt incorporeus manusq; nõ habeat, eius uirtutem, ac potentiam, adeoq; etiam efficaciam, & operationem notat. Exo. 3. Et extendam manũ meam, & percutiã Ægyptum cũctis mirabilibus tuis, id eſt, exeram & declarabo potẽtiam meã, ſicut & poſtea Magi Pharaonis hãc dei potentiã, digitum dei appellant cap. 8. Exo. 24. Et ad optimates Iſrael nõ extendit manum ſuam. Num. 11. An manus Iehoua abbreuiata eſt. Deut. 2. Et manus Iehoua fuit inter eos, ad perturbandum eos. 1. Sam. 5. Et manus Iehoua aggrauata eſt ualde. Exo. 9. Ecce manus Iehoua erit in pecore tuo, quod eſt in agro: nam in equis, & aſinis, & camelis, in bobus & ouibus peſtis erit grauiſſima. & cap. 14. Et uidit Iſrael manũ magnam, quam fecit Iehoua in Ægypto. Ezech. 39. Et uidebũt omnes Gentes iudiciũ meum, quod feci, & manũ quam poſui in eis. Iob 23. Et manus mea aggrauata eſt propter gemitũ meum, id eſt uirtus mea. Hinc aliquoties accipitur ꝓ ſpiritu ſancto, qui per Prophetas loquutus eſt, & fuit efficax. Ezech. 1. Et fuit uerbũ Iehoua ad Ezechielẽ filiũ Buzi ſacerdotẽ in terra Chaldęorũ, iuxta fluuiũ Chebar, & facta eſt ſuper ipſum ibi manus Iehoua. & cap. 8. Et cecidit ibi ſuper me manus Iehoua. & cap. 33. Et manus Iehoua apud me ueſpere, & aperuit os meum. Nehe. 2. Indicaui eis manũ dei mei, quòd illa eſſet bona ſuper me. Secundo etiam obſeruandũ, ꝙ nedũ potentiam, ſeu poteſtatẽ ſignificat, ſi de deo dicitẽ, uerumetiã ſi hominibus attribuitẽ, eò ꝙ magna ſit uirtus & potẽtia in manibus, &

pe

per eas quis ſit operoſus & efficax. Exod. 3. Non permittet uos rex Ægypti abire, niſi in manu forti. Deut. 32. Quādo uiderit, ꝙ ſit ſine manu. Iud. 1. Et præualuit manus domus Ioſeph, & facti ſunt ipſi tributarij. 1. Paral. 29. Omnes principes & fortes, adeoꝙ etiā omnes filij regis Dauid dederunt manū ſub Salomone rege, id eſt, ſubiecerunt ſe Salomoni. Tertio, uſurpant aliquando pro cōſilio, opera, auxilio, adminiculo. Exo. 23. Ne ponas manum tuam cum improbo, ut ſis teſtis iniquus. 1. Sam. 22. Interficite ſacerdotes Iehoua, quoniā manus ipſorū eſt etiā cū Dauide. 2. Sam. 3. Percute mecum fœdus, & ecce manus mea erit tecum, ut reducā ad te omnē Iſraelem. 2. Sam. 14. Manus Ioab eſt tecum in his omnibus. In iſto ſignificandi modo legitur Acto. 4. Ad faciēdum quęcunꝙ manus tua, & conſiliū prius decreuerat, ut fierent. niſi malis intelligi ſpiritum ſanctum, quo per Prophetas iſta producta ſunt. Quarto, uocat ſcriptura hoc nomine ſignum, ſeu ſtatuam, ſiue à ſimilitudine ſiue ab officio manus, quæ demonſtrat locum ſeu terminum, ubi eundum ſit. Ezech. 21. Fili hominis pone tibi duas uias, ut ueniat gladius regis Babel, de terra una egrediantur ambæ, & manum facito in initio uiæ. Deut. 23. Et manus erit tibi extra caſtra. Quinto, Hebræi tantum ſpacij ſeu loci, manus nomine uocant, quātum alicuius poteſtati ſubiectum eſt, & quouſꝙ poteſtas ipſius extenditur. Solebāt enim in limitibus collocare manum, quæ demonſtrabat quouſꝙ poteſtas, ſeu regio alicuius protēditur. Ieſ. 56. Et dabo eis in domo mea, & intra muros meos manum, & nomen bonum. & cap. 57. Dilexiſti cubile eorum manum, quam uidiſti, id eſt locum. Iere. 6. Et uenient paſtores & greges eorum & figent ſuper ea tentoria circūquaꝙ & depaſcet quiſꝙ manum ſuam. Num. 2. Vnuſquiſꝙ iuxta manū ſuam. 1. Sam. 15. Et ſtatuit ſibi manum. 2. Sam. 8. Cum ipſe proficiſceretur ut recuperaret manum ſuam ad fluuiū Euphratem. & 1. Paral. 18. Cum ipſe proficiſceretur ad ſtatuendum manum ſuam ad fluuium Euphratem. licet aliqui uelint in his duobus locis uocabulo manus intelligi præſidia. Et 2. Sa. 18. Abſolom erexit ſibi in uita ſua ſtatuam, quę eſt in ualle regis, dicēdo, Non eſt mihi filius, ut memoriam ſaltem relinquam nominis mei, uocauitꝙ ſtatuam ſecundum nomen ſuum, & uocata eſt manus Abſolom.

Hactenus uidimus, quo pacto Prophetæ iſta uoce יד nudè uſi ſunt, nunc deinceps uidebimus, ut ea utantur in conſtructione aduerbiorum & præpoſitionum.

על Primo, cum יד conſtructa, in propria ſignificatione ſemel iterumꝙ legitur: ut Gen. 24. Et armillas ſuper manibus. Cæterū figurate reperitur ſæpius, & notat alicubi poteſtatem ſeu adminiſtrationem. Gen. 41. Et dedit ea ſuper manu Ioſeph. 1. Samuel. 17. Et dimiſit Dauid uaſa ſuper manu cuſtodis uaſorum. 1. Reg. 14. Commiſit ſuper manu principis curſorū. Alicubi accipitur pro tanto ſpacio loci quouſꝙ alicuius poteſtas extēditur, imo etiam pro ipſa alicuius terrę uel rei extremitate, quòd nimirum, ut ſupra annotauimus, in limitibus cōſtituebāt manus, quibus finis territorij indicabatur. Num. 2. Quiſꝙ iuxta manum ſuam ſub uexillis ſuis, id eſt, iuxta locum. 2. Paralip. 21. Excitauit Iehoua contra Iehoram ſpiritū Philiſteriorum & Arabum, qui erant ad manum Æthiopum, id eſt latus. 2. Samuel. 15. Omnes ſerui tranſibant iuxta manum eius. Et iterum: Mane ſurgens Abſolom ſtetit iuxta manum uiæ portæ, id eſt iuxta portam. Ioſue 15. Ab Ekron & occidente omnes quæ ſunt iuxta manum Aſdod, id eſt terminum. Deut. 2. Solūmodo ad terram filiorum Amnon non acceſſiſti, & ad omnem manum torrentis Iabok, id eſt ripam. Ieremiæ 46. Iuxta manum fluuij Euphratis corruerunt. Exod. 2. Et puellæ eius ambulabant iuxta manū riui. Et pluraliter cum eadem prępoſitione ידי על Pſal. 63. Trahant eum ſuper manibus gladij, id eſt extremitatibus ſeu aciebus. Ezechiel. 35. Et traxerit filios Iſrael ſuper manibus gladij. Num. 34. A deſerto Zin iuxta manus Ædom, id eſt terminos. Iudic. 11. Et in omnibus ciuitatibus, quæ ſunt iuxta manus Arnon, id eſt ripas. Latinus ſermo in multis exemplis iam citatis cōprehenderet & exprimeret una illa uoce, Iuxta.

אֶל Secundo cum אֶל conſtructa idem ualet, quod cum עַל id eſt, iuxta. 2. Samuel. 14. Videte agrum Ioab iuxta manum meam. 2. Samuel. 18. Stetitq́; rex ad manum portæ, & omnis populus egrediebatur. Ezech. 48. Iſta ſunt nomina tribuum à termino aquilonis, ad manum uiæ uſq; ad uiam Hethlon.

עַל Tertio cum עַל ualet idem quod Latinis iuxta. 1. Samuelis 4. Et ecce Eli ſedebat ſuper ſede iuxta uiam.

בְּעַד Quarto בְּעַד ualet idem quod Latinis præpoſitio Per. 1. Sam. 4. Et cecidit de ſella retrorſum per portam, & fracta eſt ceruix eius.

ב Quinto conſtruitur aliquoties cum præpoſitione beth. Et primo ſine figura ſignificat in manu, in manum. Geneſ. 22. Et accepit in manum ſuam ignem & cultrum. & cap. 17. Et dedit cibos & panem quos parauerat in manum Iacob. Iudicū 7. Et dedit cornua in manum ſingulorum. Secundo figurate pro facultate ſeu poteſtate. Geneſ. 9. Et omnes piſces maris in manus ueſtras traditi ſunt. Et cap. 16. Ecce ancilla tua in manu tua, fac ei quod bonum eſt in oculis tuis. Geneſ. 24. Et quicquid erat bonum ſuſtentatori ſuo, id erat in manu ipſius. 2. Samuelis 12. Et commiſit in manu Nathan prophetæ. Prouerb. 18. Mors & uita in manu linguæ. Tertio notat organum ſeu inſtrumentum, eò quòd manus organum ſit per quod homines efficiunt opera & negocia ſua. Exod. 4. Mitte nunc per manum, quem miſſurus es. & cap. 9. Quemadmodū loquutus eſt Iehoua per manum Moſi, id eſt per Moſen tanquam inſtrumentū, & organū: fuerunt enim Prophetæ ceu manus dei per quos diſpenſauit myſteria & miracula ſua. Exo. 35. Quod Iehoua iuſſerat fieri per manum Moſi. Num. 4. Iuxta mandatū Iehoua numerauit eos per manū Moſi. 2. Samuelis 11. Scripſit Dauid epiſtolam ad Ioab, & miſit per manū Vriæ. 1. Reg. 3. Et confirmatum eſt regnum per manum Salomonis. 1. Samuel. 28. Nec amplius reſpondet mihi, neq; per manum prophetarum, neq; per ſomnia. Ieſaiæ 20. In illa die loquutus eſt Iehoua per manum Ieſaiæ. Oſeæ 1. ſimpliciter ſcribitur beth abſque יַד: Initio loquutus eſt Iehoua per Oſeam. Hāc phraſin imitatus eſt autor Epiſtolæ ad Hebræos cap. 1. Multipharie multisq; modis deus olim loquēs patribus in prophetis, nouiſſime in filio. Eſt tamen בְּיַד interdū particula cauſalis, propter. Ieremiæ 41. Sed ciſterna in quam proiecit Iſmael cadauera uirorum, quos percuſſerat propter Gedaliahu. Iob 8. Ideo abiecit eos propter tranſgreſſionē ipſorū. Poſtremo pluraliter בִּידֵי id eſt, in manibus, id eſt lateribus, extremitatibus. Pſal. 141. Præcipitentur in lateribus petræ, id eſt in petra. Sexto conſtruitur cum præpoſitione mem, & obtinet ſignificationem ſuam ſimplicem & propriam, quanq; etiam tranſeat in præpoſitionem de, maxime in lingua Latina. Geneſ. 9. De manu omnis beſtiæ requiram. cap. 21. Septē agnas accipies de manu mea. 1. Sam. 17. Qui liberauit me de manu Leonis. Ezech. 33. Et ſanguinem eius de manu ſpeculatoris requiram. Sic quoq; pluraliter מִידֵי Iob 5. Redimet te in bello de manibus gladij. Pſalm. 141. Cuſtodi me à manibus laquei, id eſt à laqueo. Septimo, conſtruitur cum caph, & ualet, ſecundum facultatem, poteſtatem, potentiam, magnificentiam. 1. Reg. 10. Salomo dedit reginæ Saba iuxta omne deſiderium illius, & quicquid ipſa poſtulauit, præter ea quæ dedit ei iuxta manum rex Salomo. Eſther 2. Et dedit munera iuxta manum regis, id eſt munificentiam regiam. Octauo, cōſtructa cum תַּחַת accipitur pro potentia, poteſtate, imperio. Geneſ. 16. Humilia te ſub manibus eius. ſicut & Petrus: Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, &c. Geneſ. 31. Et coaceruent frumenta ſub manu Pharaonis. 1. Samuel. 21. Non eſt hic ſub manu tua lancea, aut gladius. 2. Reg. 8. Et præuaricatus eſt Ædom ſub manu Iehuda. Et dualiter יָדַיִם Geneſ. 27. Vox ipſa, uox Iacob, ſed manus ſunt manus Eſau. 2. Reg. 11. Et impoſuerunt ei manus, donec ueniret in uiam. Iob 4. Manus remiſſas corroboras. Prou. 30. Araneus manibus nititur. Ezech. 13. legitur יָדֵי pro יָדַיִם Et quādo cōſtruitur cū uoce רחב tū uſuuenit figurate pro terminis ſeu limitibus, eò quòd manibus ſolebant diſiūgere ditiones. Gen. 34. Habitabātq; in terra & negociātur in ea, & ecce ſpacioſa manuum coram ipſis. Ieſaiæ 22. In terrā ſpa-

ciosam manuum.Ioſue 8.Et non fuit in eis manus fugiendi neq; huc neque illuc,id eſt,ſpacium. Iudicum 18. Et quidem terra ſpacioſa manuum. Pſalm.104. Hoc mare magnum & ſpacioſum manuum.Ieſaiæ 33.Flumina lata manuum,id eſt,riparū.

Et pluraliter forma fœminea יָדוֹת & uſurpatur, Primo pro manubrijs ſeu anſis,quibus homines tanquam manibus utuntur.1.Reg.10. Et manubria utrinq; iuxta locum throni, & duos Leones ſtantes iuxta manubria. Exod. 26. Duæ manus erunt in tabula una,id eſt,anſæ.1.Reg.7. Et manus rotarū erant in baſi ipſa,id eſt,axes.Et in aliquot locis accipitur continens pro contento,& uocatur nominė manus,ipſum donum, quod manu geſtatur. Latini interpretes tranſtulerunt partes ſeu portiones.Gen.43.Et tranſmiſit donaria à facie ſua ad eos, & auctū eſt donarium Beniamin ſupra donaria aliorum omnium,quinque manibus,ſeu portionibus.& cap.47.Et quarta manuum erit uobis in ſemen agri.2.Samuelis 19.Decē manus mihi ſunt in rege,atq; etiā in Dauid plures mihi quàm tibi.2.Reg.11. Duæ uero manus in uobis, qui egredimini ſabbatho. Danielis 1. Et cōperit eos decem manibus eſſe ſupra omnes Magos.

גְּדוֹת Sicut יָדוֹת commutatione literarum eiuſdem pronunciationis, dicitur ſimpliciter de extremitatibus,ſcilicet fluminis,id eſt,ripis.Et legitur in Biblijs quatuor tātum in locis.Ioſue 3.Et Iardē plenus erat in omnibus ripis ſuis.& cap. 4.Et reuerſæ ſunt aquæ Iarden in locum ſuum fluentes ſicut heri & nudiuſtertius in omnibus ripis ſuis.Ieſaiæ 8.Et curret ſuper omnes ripas eius.1.Paralip.12. Iſti ſunt qui tranſierunt Iordanem menſe primo,quando implebat omnes ripas ſuas. Vide etiam hoc nomen ſupra in themate גדד.

די Vide in ſuo themate די quod in multis congruit ſignificatione cum illo.

610

ידה
ידה
Iecit,proiecit,iaculatus eſt:et quadrat ſignificatione cum uerbis נדה חדד ידד niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Ieremiæ 50.Inſtruemini contra Babel circumquaq; omnes, qui intenditis arcum iacite contra eam,nec parcatis ſagittis.

In ſecunda coniugatione.Zachariæ 1.Ad proijciendum cornua Gentium.

In tertia coniugatione הוֹדָה & de libera oris ſeu uocis prolatione ſeu confeſſione dicit.Et poteſt reddi nunc uerbo confiteri,nunc uerbo celebrare,nunc laudem dicere. Primo conſtruitur cum accuſatiuo,mediante articulo אֶת Gen.29.Peperit filium dicens,etiam pro hoc celebrabo ipſum Iehoua, ideoq; uocauit nomē eius Iehuda.1.Reg.8.Et celebrabunt nomen tuum.Ieremiæ 33.Celebrate ipſum Iehoua exercituum,quoniam benignus Iehoua.Aliquando tamen omittitur articulus.Pſalm.7.Celebrabo Iehoua in iuſtitia mea. Pſalm.118. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus per eas celebrabo Iehoua. Sæpiſſime etiam habet poſt ſe affixa. Gen.49.Iehuda tu es ille,quē celebrabunt fratres tui. 2.Sam.22.Ideo celebrabo te inter Gentes, & nomini tuo pſallam. Secundo conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed,& ſignificat laudem dicere.Pſalm.6.In inferno quis dicet tibi laudem.1.Paralip.16.Laudem dicite ipſi Iehoua,inuocate nomen eius. Tertio,legitur cum עַל Pſalm.32. Confitebor ſuper trāſgreſſionibus meis ipſi Iehoua.

Participium præſens מוֹדֶה Prouerb. 28.Qui cōfitetur & deſerit,miſericordiam conſequet. Et pluraliter מוֹדִים 1.Paral.29.Et nūc deus noſter laudē dicimus tibi.

In quarta coniugatione הִתְוַדָּה libere confeſſus eſt,liberam uocem edidit. Leu. 5.Et confeſſus fuerit,q; errauerit in ea re.& cap.16.Et cōfitebitur ſuper illo omnes iniquitates Iſrael.Num.5.Confitebuntur erratum ſuum.Eſdræ 9.Cum Eſdra erraret,& ipſe confiteretur flens & proſtratus in domo dei.Danielis 4. Oraui ad Iehoua deum meum,& confeſſus ſum.

Participiū præſens מִתְוַדֶּה Nehe.1.Et cōfiteor ſuper erratis filiorū Iſrael.Dan.9. Cum orarem & cōfiterer erratū meū. Et pluraliter מִתְוַדִּים 2.Par.30.Et comedebant per feſtiuitatē ſeptē dierū ſacrificantes ſacrificia gratiarū actionis,cōfitentes Iehoua deo patrū ſuorū.Nehe.9.Quater cōfitētes & adorātes corā Iehoua ueſtro.

INDE NOMINA:

הֵידָד Emiſſio uocis libera ac læta, ouatio, carmen autumnale, ſeu uindemiæ, quod cantatur in torcularibus. S. Hieronymus alicubi reddidit Græcè κέλευσμα quę uox eſt exhortatoria. Ieſa. 16. Super æſtiuos tuos fructus, & ſuper meſſem tuā cōcidit ouatio, & calcātis ouationem ceſſare faciam. Ierem. 25. Ouatio uelut calcantium uuas canet ſuper omnes habitatores terrę. & cap. 48. Nō erit calcanti ouatio, ouatio nō ouatio. cap. 51. Iurauit Iehoua per animam ſuam, niſi impleuero te hominibus uelut bruchis, ut cantet ſuper te ouationem.

הֵד Ouatio: & legitur ſemel Ezech. 7. Venit tempus, & prope eſt dies ſtrepitus, ut nō ſit ouatio montium.

הוֹד Celebritas, dignitas, gloria, maieſtas, à qua aliquis celebratur, & quæ celebrem, & glorioſum reddit. Num. 27. Et pones de maieſtate tua ſupra ipſum, ut obediat ei uniuerſa congregatio filiorum Iſrael. 1. Paral. 29. Magnificauit Iehoua Salomonem dignitate in oculis totius Iſrael, et poſuit ſuper eum gloriā regni, qualis non fuit ſuper ullo rege ante ipſum. Et Chriſtus Matth. 6. ubi de gloria Salomonis loquitur, reddidit Græco nomine δόξα. Zach. 6. Ipſe ædificabit Baſilicā Iehoua, portabitq́ maieſtatem, & ſedens dominabitur ſuper ſolio ſuo. Pſal. 21. Gloriam & decorē poſuiſti ſuper eum. Ieſa. 30. Audire faciet Iehoua maieſtatem uocis ſuæ. Zachar. 10. Et poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuę in bello. Prouerb. 5. Ne des alijs gloriam tuam. Poteris etiam hoc nomen referre ad thema ידה.

תּוֹדָה Gloria, gloriatio, laus, laudatio, celebratio, res laude digna. Ioſue 7. Et dixit Ioſue ad Acham, da obſecro gloriam Iehoua deo Iſrael, & da illi confeſſionem. Pſal. 26. Vt reſonent in uoce celebrationis. Ionæ 2. Ego in uoce celebrationis ſacrificabo tibi. Leuit. 7. Si pro re laudabili offerre aliquis uoluerit. Vocat etiam ſcriptura hoc nomine ſpeciē ſacrificij, quo offerentes cōfitebantur accepiſſe ſe beneficiū à deo celebrabantq́ & prædicabāt gloriā clementiæ & benignitatis dei. Gręci trāſtulerunt θυσίαν αἰνέσεως ſacrificiū laudationis, Germani lobopffer, ac cōſtabat, ut eius deſcriptione Leuit. 7. habetur, ex placenta azima oleo permixta, cruſtula oleo inuncta, & ſimila frixa in ſartagine, offerebaturq́ ab illis, qui cum à periculo aliquo liberati, gratos ſe Deo declarare uolebant, ideoq́ iungebatur ſacrificio retributionis, quod non illis tribus placentarum ſpeciebus, ſed de pecoribus erat. 2. Paralip. 33. Et ædificauit altare & immolauit ſuper eo ſacrificia gratiarum actionis & celebrationis. Et pluraliter תּוֹדוֹת Pſal. 56. Perſoluam celebrationes, quoniā eripuiſti animam meam ex morte, & pedes meos à lapſu. 2. Paral. 29. Accedite & afferte ſacrificia & celebrationes. Legitur tamen paulo aliter Nehe. 12. Steterūt duo laudatoria in domo Iehoua, id eſt duo chori laudantium.

הֻיְּדוֹת Laudationes, hymni. Nehe. 12. Super hymnos ipſe & fratres eius.

יְהוֹדֶה Laudator, celebrator, cantor laudum, ſeu hymnorum. Nehe. 11. Et Mathania filius Micha erat primus exordij laudator ad orationem.

יְהוּדָה Nomen proprium filij Iacob, à laude ſeu celebratione. Gen. 29. Et genuit filium dicens, etiam pro hoc celebrabo Iehoua, & hinc uocauit nomen eius Iehuda. Et ab hoc poſtea tota tribus hoc nomen ſortita eſt, quæ 2. Sam. 2. domus Iehuda dicitur, ſuper quam initio Dauid prima unctione rex inautoratus eſt, reliqua autē populi pars & undecim tribus, quæ ceſſerunt Isboſeth filio Saulis, dictę ſunt Iſrael, ſicut clare 2. Sam. 2. & 3. & 19. & 1. Reg. 11. habetur. Sed poſtea ſub Roboam acceſſit ad regnum Iehuda etiam tribus Beniamin, quæ ei annumerata eſt: reliquæ decem tribus uocatæ ſunt Iſrael. 1. Reg. 12.

יְהוּדִי Iudęus, id eſt qui eſt ex regno Iehuda, hoc eſt, ex tribu Iehuda, uel Beniamin. Eſth. 2. Erat autem uir quidam Iudæus in Suſan urbe cuius nomen erat Mardochai, filius Iair, filij Simei, filij Kis uir Iemineus. Iere. 34. Vt dimitteret unuſquiſq́ ſeruū ſuū & ancillam ſuam, Hebræū & Hebræam liberos, neq́ quis ex eis ſeruiret Iudęo fratri ſuo. Et pluraliter יְהוּדִים 2. Reg. 16. Et in illo tēpore recuperauit Rezin rex Syriæ Elath ad Syriam, & expulit Iudęos ex Elath. 2. Reg. 25. Qui percuſſerūt Geda-

lia,qui & mortuus eſt,& Iudæos,& Chaldæos,qui fuerunt cum eo in Mizpa.Nehemiæ 1.Et interrogaui eos de Iudæis, qui ſaluati & relicti manſerũt de captiuitate,&c.Eſther 3.Et quærebat Hamon dolere omnes Iudæos. Iere.32. Deditq́ librũ emptionis Barucho filio Neriei in conſpectu omnium Iudæorum. Et in genere fœminino יְהוּדִית quod tamen cum uerbo cõſtructum aduerbiaſcit. 2.Reg.18.& Ieſa.36.Ne loquaris nobiſcum Iudaicè,ut populus audiat,qui eſt ſuper muro.Nehem.13.Nec ipſi nouerant loqui Iudaicè.

INDE

Participium forma quartæ coniugationis מִתְיַהֲדִים Eſther 8.Et multi ex populis terræ iudaizabant,id eſt,fiebant Iudæi.

יְהוּדִי Iehudi,nomẽ propriũ uiri.Ier.36.Et mittebat rex ipſum Iehudi ut afferret uolumẽ.

יְהֻדִיָּה Iehydia,nomen proprium mulieris.1.Paralip.4.Et uxor eius Iehydia.

611 ידע

Primo,& principaliter eſt mẽtis & intellectus, ſciuit, nouit, cognouit,diſcẽdo apprehendit.Congruit aũt ſignificatione cũ uerbis יָעַץ & יָשַׁר: ea enim quæ ſcimus,etiã conſtituimus & cõſulimus alijs.Gen.31.Iacob non ſciuit,ꝙ Rachel ea furata eſſet. 1.Sam.3. Antequã cognouit ipſum Iehoua. Leu.5. Teſtis ipſe fuerit, aut uiderit,aut cognouerit.Gen.30.Tu noſti ſeruitutẽ meã.cap.20.Scito ꝙ moriendo morieris.1.Reg.10. Scito & time. Prouer.3. In omnibus uijs tuis cognoſce ipſum. Et in Imperatiuo præpoſitũ uerbo רְאֵה ſignificat aduertere,tẽtare.1.Sam.24.Cognoſce,uide.& cap.25.Cognoſce & uide. 2.Reg.5. Tantũ cognoſcite obſecro, & uidete. Quanq́ etiã inuerſum legatᷣ,& plus tũ ſignificet,quàm uerbũ רְאֵה 1.Sa.23.Et uidete,& cognoſcite.Sequuntur nunc exempla reliquorũ modorũ, & temporum.Gen.15.In quo cognoſcam ꝙ poſſeſſurus ſum illam.Iob 23.Sciam dicta.Ieſaiæ 7.Quia anteq́ ſciat puer reprobare malum.Ezech.19. Ipſe cognoſcebat uiduas eius,quæ,ſ.ſine præſidio,& prædæ obnoxiæ erant.1.Sam.20.Sciendo ſciuit pater tuus.Iere.9.Noluerunt cognoſcere me. Mich. 6: Vt ſciãt iuſtitias Iehoua.Ieſa.7.Vt ſciat reprobare malum. Tribuitur tamen aliquando brutis & inanimatis metaphoricôs.Prouer.10.Labia iuſti norunt comitatem.Ieſa.1. Nouit bos poſſeſſorẽ ſuum. Pſal.104. Sol nouit introitũ ſuum , &c. Preterea ſcias ꝙ interdum in oratione affirmatiua importet curã cognitionis ſeu inſpectionis. Prouerb.12. Nouit iuſtus animam pecoris ſui. cap.27. Cognoſcẽdo cognoſcas faciem gregis tui,&c. Sicut in oratione negatiua importat neglectionem et cõtemptum.Geneſ.4.Non ſcio:nunquid cuſtos fratris mei ego ſum? Exod.1.Qui nõ nouit Ioſephum.1.Sam.2.Porro filij Eli non nouerunt Iehoua,neq́ officium ſacerdotum ad populum. Ieſa.1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus dominum ſuum, at Iſrael non cognouit.Iob 9. Si integer ego non cognoſcere debeo in anima mea. Ita multo magis ſi attribuitur Deo,tum affirmatiue in bonum accipitur pro fauore,approbatione,cura dei.Exo.2.Et reſpexit deus filios Iſrael,& cognouit Deus,id eſt,miſericordia motus eſt.Pſalm.1.Nouit Iehoua uiam iuſtorum:uia autem improborum auferetur.Pſal.31.Cognouiſti in anguſtia animam meam. Pſal.144. Quid eſt homo,ꝙ cognoſcis eum? Iere.1.Antequam formarẽ te in utero,cognoui te.Oſeę 13.Et noui te in deſerto. Sicut econtra negatiue cõtemptũ & reiectionẽ importat, ſicut Chriſtus de fatuis uirginibus dicit,Nõ noui uos,&c.Eſt & ſingulari phraſi cognoſcere cum corde,expendere.Deut.8.Et cognoſces cum corde tuo,id eſt expẽdes.

Secundo,ſumitur aliquando non ſpeculatiuè,ut eſt mẽtis,ſed realiter & ſenſualiter,pro ſentire tactu,experiri.Geneſ.19.Et non cognouit cum concumberet illa,& cũ ſurgeret,id eſt non ſenſit.cap.22.Nunc cognoui,ꝙ timeas Iehoua , id eſt re ipſa expertus ſum.Sic uſus eſt hac phraſi Petrus Apoſtolus Actorum 10.Nunc in ueritate comperi,&c.Exod.23.Et uos cognouiſtis animam peregrini,id eſt experti eſtis.Geneſ.39.Et cognoſcebat apud ipſum,nihil quicquam præter panem, quem cum eo comedebat,id eſt nihil commodi ſentiebat præter panem. Prouer.23.Pulſauerunt me,& non cognoui,id eſt ſenſi.Ieſa.47.Non habitabo uidua,neq́

cogno-

cognoſcam ſterilitatem,id eſt ſentiam ſeu patiar. Pſal.82.Non cognouerunt, neq; animaduerterunt,id eſt illis nihil affecti ſunt.Eſt & alio modo cognoſcere mulierem concubitu,eam experiri,habere cum ea rem.Gen.4. Et Adam cognouit Hauam.Et mox iterum:Et cognouit Kain uxorem ſuam.Gen.24.Eratq; uirgo,& uirum non cognouerat.Num.31.Quæ non cognouerũt cubitum maſculi.Iud.11.Et ipſa non cognouerat uirum. Hac phraſi etiam uirgo Maria mater domini uſa eſt Luc.1.Quomodo fiet iſtud,inquiens,quoniã uirum nõ cognoſco. Et Matthæus de eadẽ cap.1.Et accepit coniugem ſuam,& non cognoſcebat eam,donec peperit filium ſuum primogenitum.

Participium præſens יוֹדֵעַ & cum uau decies in ſcriptura legitur, aliàs ſine uau יֹדֵעַ uerbaliter,uel participialiter.1.Sam.16.Et non eſt cognoſcens.Ieſa.29.Et dederit illum ad ſcientem literaturam.Eſt autem hic obſeruandũ,ꝙ quando hoc participiũ יוֹדֵעַ conſtruitur cum quæſitiuo מִי & ſequatur mox uel nomẽ,uel alia particula enclytica,tum ſimpliciter præter figuram,uerbaliter ponitur, & accipiendũ eſt:ut Eccl.3.Quis nouit ſpiritus hominũ,&c.Pſal.90.Quis nouit potẽtiã iræ tuæ. Eccl.2. Quis nouit an ſapiens futurus ſit uel ſtultus.& cap.7. Quis nouit quid ſit bonũ homini in uita.Sed ſi ſequitur immediatè uerbũ, tũ aduerbij naturã induit, & ualet,ſi,forte,fortaſſe,ut in his tribus locis:2. Sam.12.Dum puer adhuc uiueret ieiunabam,& flebam:cogitabam enim ſi miſereatur mei deus ut conualeſcat puer:nunc aũt cũ eſt mortuus,quare ieiunarem,ſiquidẽ ipſum reuocare amplius nõ poſſum.Ioel.2.Quia clemẽs,miſericors,longanimis,& multæ benignitatis eſt, & quẽ ſuper malo pœnitet ſi cõuertatur & pœniteat,&c.Itẽ Ionæ 3. Si cõuertatur & ducaꝰ pœnitentia Deus.Et eſt in illis tribus locis non dubitantis,ſed bene ſperantis,& reijcientis ſe,& res ſuas corporales in dei miſericordiã, ac cõmittentis ſe diuinæ uoluntati.Et pluraliter יוֹדְעִים Eccl.9. Viuentes ſciunt ſe morituros, & mortui non ſciunt quicquã.2.Paral.2.Serui tui norunt excidere ligna. In ſtatu regiminis יוֹדְעֵי Gen.3.Scientes boni & mali.Amos 5.Scientes planctus.2.Paral.8.Et ſerui ſciẽtes maris, id eſt gnari,periti. In ſtatu affixorũ.Pſal.36.Protrahe miſericordiã tuã cognoſcẽtibus te. In genere fœminino יֹדַעַת Pſal. 139.Et anima mea cognoſcit ualde.Num. 31.& Iud.21.Omnem mulierem cognoſcentem uirum.

Participiũ præteritum יָדוּעַ expertus,peritus,gnarus. Ieſa.53.Expertus infirmitatem.Ad hæc uerba prophetæ autor epiſtolæ ad Hebræos alludẽs his uerbis reddidit:Nõ igiꝰ habemus Pontificẽ,qui nõ poſſit affici ſenſu infirmitatũ noſtrarũ.

Et pluraliter יְדֻעִים Deut.1.Sapiẽtes & prudentes & gnaros in tribubus ueſtris.

In uoce paſſiua נוֹדַע notus,manifeſtus,clarus,cõſpicuus,illuſtris factus eſt, ſeu fuit.Gen.41.Et nõ cognitũ fuit.Exo. 2. Vere cognita eſt res. cap. 6.Et in nomine meo Iehoua non cognitus ſum illis,id eſt manifeſtatus,conſpicuus.& cap.21.Aut ſi notũ fuerit,ꝙ bos cornupeta fuerit.Deut.21.Et non cognitũ eſt,quis percuſſerit eum.Ezech.20. Cognitus fui illis.cap.38.Et cognoſcar in oculis gentium multarũ.Ieſa.19.Et cognoſceꝰ Iehoua Ægypto,i.inclareſcet. Pſal.77. Et ueſtigia tua nõ ſunt cognita.Iere.31.Et poſt cognoſci mei cõploſi ſuper femur, id eſt poſtquã cognitus ſum mihi.Pſal.74.Cognoſceꝰ ſicut reducens ſupernè ſecurũ in perplexis lignis.Prou.12.Stulti in die cognoſcetur ira.& cap.10.Qui peruertit uias ſuas cognoſcetur,id eſt manifeſtabitur,uel ſentietur,id eſt afficietur plagis.

Participium נוֹדָע notus,cognitus,conſpicuus, clarus, illuſtris,celebris.Pſalm. 76.Notus in Iudæa deus.Prouer.31.Notus eſt in portis maritus eius.

In ſecunda coniugatione יִדַּע Iob 38.Scire feciſti auroram locum ſuũ. Pſal. 138. Altum autem è longinquo cognoſcet.

Participium præteritũ מְיֻדָּע notus.Pſal.55.Dux meus & notus meus. Et pluraliter מְיֻדָּעִים Pſal.88.Elongare feciſti notos meos à me. Et Lucas hanc prophetæ uocem in Chriſto completam affirmat cap. 23.Stabãt,inquiens, autem omnes noti eius procul.Pſal.31.Et pauor notis meis.

In tertia coniugatione הוֹדִיעַ notum,ſeu ſcire fecit.Pſal. 99.Notam fecit Iehoua

ſalutem ſuam. 1.Reg.1.Et non ſcire feciſti ſeruũ tuum.Pſal.77.Notam feciſti in populo potentiã tuã. 1.Sam.14.Et pueros ſcire feci(uiam)ad locũ. ubi יוֹדַעְתִּי ſcriptũ eſt pro הוֹדַעְתִּי, ſicut non eſt rarum, tametſi aliqui iudicant uerbum eſſe quadratum,ut שׁוֹמֵם ſed illis ego non aſſentior,ſiquidem in ſimili loquẽdi modo legitur Ieſa.38.Et pater filios ſcire faciet ad ueritatem,ſ.uiam.Iob 38.Et interrogabo te, & ſcire fac me.Prouer.1.Scire faciam uerba mea uos.Iud.8. Accepit ſeniores ciuitatis,& ſpinas deſerti,& ſcorpiones,& ſentire fecit cũ eis uiros Succoth, id eſt affecit eos cum illis.

Participium præſens מוֹדִיעַ Ieremiæ 16.Ecce ego ſcire facio eos. Et pluraliter מוֹדִיעִים Ieſa. 47.Scire facientes menſes.2.Paralip.23.Et ſcientes laudare.

Participium præteritum generis fœminini מוּדַעַת Ieſaiæ 12.Notum factum eſt in uniuerſa terra.

In uoce paſſiua הוֹדַע Leuit. 4.Aut ſi notificatum fuerit ad ſe erratum ſuum,quo errauit cum eo,id eſt innotuit erratum ſuum apud ſe.

In quarta coniugatione הִתְוַדַּע notum ſe fecit.Num.12.In uiſione illi notum faciam me.Gen.45.Et non ſtetit quiſquam ſecum in notũ faciendo ſe Ioſephum fratribus ſuis,id eſt quando notum ſe faceret Ioſeph fratribus ſuis.

INDE NOMINA:

דֵּעַ Nomen,forma maſculina,ſcientia, noticia,cognitio. Iob 32.Patefaciam ſcientiã meã.& cap.36.Aſſumam ſciẽtiã meam. Et pluraliter דֵּעִים Iob 37. Mirabilia perfecti in ſcientijs. Et in forma fœminea.Pſal.73.Et eſt ſcientia in Excelſo. Iere. 3. Et paſcent uos ſcientia.Ponitur aũt hoc nomen aliquãdo loco infinitiui,ſicut alia multa nomina.Ieſa. 11. Quia repleta eſt terra noſſe Iehoua, id eſt notitia Iehoua. Exod.2.Ad cognoſcendũ qui fecit ei,id eſt ut cognoſceret. Et pluraliter דֵּעוֹת 1. Sam.2.Deus ſcientiarum Iehoua.Iob 36.Et perfectio ſcientiarum tecum.

דַּעַת Cognitio,ſcientia,noticia.Prouerbior.24.Sic cognitio ſapientiæ erit animæ tuæ, ubi inueneris.

דַּעַת Infinitiuus,ſed tamen nominaliter ſæpiſſime accipitur, ſciẽtia, cognitio,noticia. Et conſtruitur cum nominibus & uerbis tam maſculini, quàm fœminini generis.Geneſ.2.Et arborem ſciẽtiæ boni & mali.Deut.19.Qui percuſſerit ſodalẽ ſuum abſque ſcientia.Ieſa.11.Spiritu ſciẽtiæ.Prouerb.1.Puero ſcientiã & calliditatem.cap.2. Et noticiã dei inuenies.Iob 33.Et ſcientiã labia mea purã loquuta ſunt.Pſal.138.Mirabilis ſcientia.Prouer.3.Et ſcientia animæ tuæ dulceſcet.Dan.12. Et multiplicabitur ſciẽtia.Malach.2.Et labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiã.Prouerb.24. Cubicula replebuntur per ſcientiã omni ſubſtantia precioſa.Et mox iterũ: Vir ſciẽtiæ adiuuat uirtutem.Exo.31.& 35.In ſapientia & in prudentia,& in ſcientia,id eſt peritia.Eccl.1.Et cor meum uidit multam ſapientiam & ſcientiam. Et cum affixo. Ieſaiæ 53.In noticia ſui iuſtificabit iuſtus ſeruus meus multos.

מַדָּע Sciẽtia.Dan.1.Dedit eis deus ſcientiã.2.Paral.1.Et ſciẽtiam da mihi. Et mox iterũ:Petijſti tibi ſapientiã,& ſcientiã. Et cũ affixo.Eccl.10.Etiã in ſcientia tua.

מוֹדַע Notus:uſurpant autem Hebræi pro cognato,qui domi notus eſt,uel qui ex cõiugio tibi eſt cognatus.Translatio uertit propinquus.Prouerb.7.Dic ſapiẽtię ſoror mea es,& cognatũ meũ prudentiã uocabis.Ruth 1.Et ipſi Naami erat cognatus.

מוֹדַעַת Cognatio.In ſtatu affixi legitur Ruth.3.Et nónne Booz eſt de cognatiõe noſtra.

יִדְּעֹנִי Certum eſt ex Deut.18.& Ieſa. 19.uocem eſſe peregrinã & à gentibus ſumptam, cuius ſi etymologiã conſideraueris,à noticia ſeu ſcientia appellationẽ habet, qui multa nouit,quem Gnoſten ſeu Prognoſten trãsferre licebit. Primo autem pro ſpiritu accipitur,qui ex mortuorum ſepulchris reſponſa ſciſcitantibus depromit.Leuit.20.Vir aut mulier in quibus fuerit Python uel Gnoſtes. Secundo uel etiã ipſe uir,aut mulier eam artem exercẽtes:ut 1.Sam.28.Et dixit mulier ad eũ, Ecce tu noſti quid fecerit Saul,qui excidit ipſos Pythones,& ipſum Gnoſten. Et pluraliter יִדְּעֹנִים Leuit.16.Neque reſpicias ad Pythones,neque ad Gnoſtas.Ieſa.8.Et ſi dixerint ad uos ſciſcitamini Pythones,& Gnoſtas,qui ſtrident,& demurmurãt, nónne

nónne populus ad deum ſuum ire debet ſciſcitatū, aut pro uiuo mortuos. & cap. 19. Et ſciſcitabuntur apud idola, & apud Magos, & apud Pythones & apud Gnoſtas. Et quia iſtæ duæ uoces reperiunť ferè ſemper cōiunctim poſitę אבות ידעונים ideo arbitror tantum ſpecie differre.

מדוע Dictio compoſita ex מה id eſt, quid, & ידע cognouit, & eſt aduerbium interrogandi, cuius uſus eſt, quando interrogatur de cauſa, quam quis cognoſcere uult. Cur, quare, ad quid. Gen. 26. Quare ueniſtis ad me hominē, quem odiſtis. 1. Reg. 1. Cur ſic facis. Num. 16. Cur eleuamini ſupra populum Iehoua. Ieſaię 5. Cur expectaui ut faceret uuas.

612

יהב Verbum eſt defectiuuū, & irregulare. Et legitur tantū in imperatiuo, atq; uidetur mihi magnā habere cognationē, partim cum uerbo בוא in tertia cōiugatione, & partim cum uerbo אהב eſtq; non tam imperātis, q; deſiderantis, & amicè cōpellantis, & efflagitantis, ut aliquid fiat. Hieronymus cōmuniter reddidit uerbo dādi: quare quocūq; uerbo uerteris (Latinus enim ſermo ſimile nō habet), ſemper ſubintelligas aduerbiū Eia, ſeu quæſo, aut ſimile. In ſingulari maſculino genere הבה Gen. 29. Et dixit Iacob ad Laban eia adduc uxorē meam, quoniā impleti ſunt dies. cap. 30. Eia da mihi filios, aut ſi non, morior ego. Iud. 1. Da quæſo mihi benedictionem. Prou. 30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, adfer, adfer. ubi tamē per apocopen הב הב legitur, ad ſignificandam inexplebilem auariciam. Et geminatè per apocopen ad ſignificandum illam habendi auiditatem. Eſt & præterea & hoc obſeruandum, quando conſtruitur cum alio uerbo mox ſubſequente, quòd Hebræi eo tum utuntur pro aduerbio obſecrantis, ſeu amice adhortantis & cōpellantis, Eia, ſodes. Gen. 11. Eia, lateriſabimus lateres. Et mox iterū: Eia ædificabimus nobis ciuitatē. Exod. 1. Eia ſapienter agamus contra ipſum. Et in genere fœminino הבי Ruth 3. Da quæſo operimētum, quod eſt ſuper te. Et pluraliter הבו Gen. 47. Adducite euge pecora ueſtra. Deut. 1. Deferte euge magnificentiam deo noſtro. Pſal. 29. & 96. & 1. Paral. 16. Deferte euge ipſi Iehoua gloriam & potentiā. 2. Sam. 11. Conſtituite euge Vriam contra faciem belli. Zach. 11. Afferte euge mercedem meam, & ſi non ceſſate. Oſeæ 4. legitur הבו cum zere, hoc eſt camerz paruo: Meretricando meretricati ſunt, dilexerunt adducere ignominiā ſcuta eius. ut ſit Infinitiuus, quanquā poſſet imperatiue ſic uerti, Dilexerunt (hoc ſcilicet uerbum dicere) afferte, quod eſt ignominia ſcutorum eius: uel ſic, quod mihi magis ꝓbatur, Dilexerunt ignominiā defenſores eius. Sed de hoc ſupra in themate אהב.

INDE NOMINA:

יהב Nomen, quod generaliter ſignificat, quicquid alicui obuenit ſeu accidit, quo afficitur: alij tranſtulerunt onus, ſeu ſarcinam, alij curam & ſolicitudinē. Pſal. 55. Proijce ſuper Iehoua curam tuam, & ipſe curabit te, omnino.

והב Moles. Num. 21. Scilicet moles in tempeſtatibus, & torrentes Arnon. quanquam multi nomen proprium lapidis, alij urbis eſſe uolunt.

הבהבים Nomen pluralis numeri tantum, generale ad omnia, quæ allata ſunt. Oſeę 8. In ſacrificia oblationum mearum ſacrificant carnem.

יהיר Vide in themate מהר.

613

יום Dies, nomē in ſingulari, maſculini generis. Et cū numeralibus pluralibus denarijs in ſingulari conſtruiť, at cū monadicis pluraliter. Sumiť aūt quintupliciter. Primo, pro luce illa ſeu illuminatiōe aeris triduo ante creationē ſolis cōdita: ut Gen. 1. Et uocauit deus lucē, diem; & obſcuritatē, uocauit noctē. Ieſa. 43. Etiā à die ego ipſe, i. dum non eſſet dies, ſeu à die quādo prima eſſet lux, ego erā. Secundo, diciť tēpus lucis, quo ſol creatus ſupra horizontē emergit uſq; ad ueſperā, qua rurſum occidit, & diciť ciuilis ſeu artificialis, & ſic accipiť etiā quotieſcūq; iūgitur ei uocabulū noctis. Gen. 1. Et dixit deus, fiant luminaria in firmamento cœlorū, ut diſtinguant inter diem & noctē. Et mox iterū: Et fecit deus duo luminaria magna luminare maius in dominiū diei. & cap. 8. Et dies, & nox. Et quando germinať,

importat ultra hanc ſuam ſignificationem etiam diſtributionem.Geneſ.39.Cũ loqueretur ipſa ad Ioſeph die,die.Exod.16.Super illud quod colligent die,die. Pſal. 61.Vt perſoluam uota mea die,die.Eſther 2.Quum dicerent ad illum die,& die,id eſt, ſingulis diebus. Tertio accipitur pro ſpacio uiginti quatuor horarum, & is dies dicit̃ naturalis à ueſpera prioris diei uſq; ad mane alterius diei.Gen.1.Et fuit ueſpera & fuit mane dies unus.Deut.5.Cuſtodi diẽ Sabbathi. Geneſ.8. Et fuit à fine quadraginta dierum. Quarto pro certo tẽpore ſiue læto,ſiue triſti. Deut. 32.Et ſicut dies tui,ita ſenectus tua.Ier.17.Diẽ hominis nõ cõcupiui.Pſ.40.Inuoca me in die anguſtiæ. Abd.1. Et ne uideas in die fratris tui,in die exilij eius.Pſal.138. In die quo inuoco te. Pſal.137. Memor eſto Iehoua filiorũ Ædõ diei Ieruſalẽ. Ieſa. 9.Sicut in die Midian. Quinto,pro reuelatiõe rerũ,inſpectiõe,& iudicio.Prou. 12.Stulti in die cognoſcetur ira eius,id eſt,tempore,quo omnia conſpicua fiũt. Sic quoq; pro pſpicua inſpectiõe, & cognitiõe Paulus apoſtolus uſus eſt 1. Corinth. 3.Dies enim declarabit.& cap. 4. Mihi uero pro minimo eſt, ut à uobis dijudicer, aut ab humano die,id eſt iudicio.& cap.5. In die domini Ieſu. Philip.2. Vt gloriari poſſim in die Chriſti,&c. Eſt & hoc obſeruandum,quando à fronte aſſumit literam demonſtratiuam he הַיּוֹם, tum ſpecificat de certo die,aut tempore,& communiter trãsfertur aduerbio,hodie. Gen.21.Atq; etiam non audiui,niſi hodie.cap.22. Quod dicetur hodie.Exod.13.Hodie uos egredimini. Pſal.2. Ego hodie genui te. Pſal.95.Hodie ſi uocem eius audieritis, &c.At quãdo à tergo recipit literam mem יוֹמָם tum notat cõtinuitatem ſeu perpetuitatem diei artificialis. Num.9. Per diem & noctem. Pſal.1. Et in lege eius meditabitur per diem & noctem : uel ſic,diu noctuq;.Pſal.42.Fuit mihi lacryma mea panis diu noctuq;.Iere.14.Diu noctuq;.Nehemiæ 9. Colũna nubis interdiu, ut duceret eos in uia. Porro in ſtatu affixorum ( nã in ſtatu regiminis etiã nõ uariat ) ſeruat holem.Iob 15. In non die ſuo implebitur.Pſal.37.Cum uiderit,ꝙ ueniat dies eius.Ier.50.Venit dies tuus.Ezech.21. Venit dies eorum,&c. In duali numero יוֹמַיִם Exo.12.Si per biduum ſteterit.Numeri 9.Aut biduum, aut menſem. Et pluraliter יָמִים 1. Sam. 27. Et hæc fuit conſuetudo eius omnibus diebus,quibus habitauit in agro.Ibi etiã noctes includit,id eſt,accipitur pro diebus naturalibus. Nam,ut Baſilius ſcribit, in temporis menſura prędominãti attribuit̃ appellatio.2.Paralip.21.Dies ſuper dies.Iere.31.Poſt dies illos dabo legem meam, &c. Quandoq; abſolutè,pro diebus ſcilicet accipitur, id eſt,tot diebus,quot annum efficiunt.Gen.24.Et Abraham ſenuit, uenit in dies,id eſt annos.Leuit.25.Diebus erit redẽptio eius,id eſt, in anno. Exo. 13. Et cuſtodies ſtatutum illud ſtato ſuo à diebus in dies.1.Sam.1. Et aſcendit uir ille de ciuitate ſua à diebus in dies.& cap.2.Sacrificiũ dierũ. Et interdũ indefinitè ponitur.Geneſ.24. Maneat puella nobiſcũ dies uel decẽ,poſtea abeat.Num.9. Quãdo eſſet nubes dies numero,id eſt,aliquot dies.Et mox iterũ:Aut biduũ aut menſem,aut dies.1.Samuelis 27.Et fuit numerus dierũ,quibus Dauid habitauit in agro Philiſtęorũ.Iud. 19.Et fuit ibi dies quatuor mẽſes.1.Sam.27.Dies & quatuor mẽſes.& cap.29. Qui fuit mecum iſtis diebus,uel iſtis annis. Et quando in fine habet literam he notat motum ad tẽpus.Exo.13.A diebus in dies.1.Sam.1.Aſcendit uir ille de ciuitatè ſua à diebus in dies. Et in ſtatu regiminis יְמֵי Ioſue 24. Et ſeruiuit Iſrael ipſi Iehoua omnibus diebus Ioſue,et omnibus diebus ſeniorum.Ieſa.54.Sicut diebus Noach. Mich.5.A diebus æternitatis. Et in ſtatu affixorũ obtinet cametz.Exo.20.Dies tui.Pſal.39.Dies mei.Pſal.55.Dies eorum.Legitur tamen interdũ,ſed rarius forma
614 fœminea יְמוֹת Deut.32. Mementõ dierũ ſeculi.Pſ.90.Sicut dies qb.humiliaſti nos.

**יון** Iauã,filius Iapethi.Gen.10.Filij Iapheth,Gomer,& Magog,& Modai,& Iauan. Hinc Ionia,regio littoralis minoris Aſiæ & mare Ioniũ, quod eam alluit,nomẽ ſortita ſunt,& poſtea Græcia etiã hoc nomine dicta eſt:quare Alexander dicit̃ rex Iauan Daniel.8.Rex Iauan.& cap.10.Princeps Iauan,id eſt,Græciæ.

**יון** Fex,cœnũ,ſ.turbidũ,& liquidũ,quale eſt uinũ feculentũ.Pſal.40.De luto fecis. Et in ſtatu regiminis יְוֵן Pſal.69.Demerſus ſum in fecẽ ꝓfundã abſq; ſubſiſtẽtia.

615 **יזם** Tacite cogitauit, excogitauit, animo cõcepit: congruit ſignificatione cum uerbo זָמַם, & ſemel tantum in hac forma legitur Geneſ. 11. Et nunc non adimetur ab eis quicquid excogitauerunt facere.

יָזַע Vide in themate זוע.

616 **יחד** Vniuit: & congruit ſignificatione cum אָחַד חָדַד חָדָה חוד Pſal. 83. Vni cor meum cum timore nominis tui, id eſt, ut unice timeat nomen tuum. 1. Paral. 12. Erit mi hi erga uos cor ad uniendum.

INDE NOMINA:

יָחִיד Vnicus, ſcilicet genitura, uel ſucceſſione, uel deſertione. Ier. 6. Luctũ unigeniti fac tibi. Prouer. 4. Quia filius fui patri meo tener & unicus coram matre mea. Pſal. 25. Quia unicus & oppreſſus ego, id eſt deſertus, ſolus. Cum affixo mutat cametz in ſeua. Gen. 22. Accipe nunc filium tuũ unigenitum tuũ, quem diligis ipſum Izhakum. Loquit̃ autem de unico non genitura, ſed quoad ſucceſſionẽ, & promiſſionem: habuerat enim prius Iſmaelem ex ancilla. Et in genere fœminino יְחִידָה Iudic. 11. Et tantũ illa erat unica, nec erat ipſi ex ſe filius, aut filia. Et cum affixo. Pſal. 22. Libera à gladio animam meam, à poteſtate canis unicam meam.

יַחַד Nomen, quod tamen aduerbialiter uſurpatur pro, unà, pariter, ſimul. Deut. 33. Cũ colligerent̃ capita populi unà baculi Iſrael. 1. Sam. 11. Et nõ remanſerũt in eis duo unà. Pſal. 31. Dũ cõſpirãt illi unà cõtra me. Itẽ pro אֶחָד Oſeę 11. Vnus nõ eleuaſſet.

יַחְדָּו Et aliquando interpoſita litera iod יַחְדָּיו unà, pariter, ſimul. Gen. 13. Vt habitarent unà. Et mox iterum: Et non poterant habitare unà. Exod. 26. Et unà erunt integri. Ieſa. 9. Ephraim & Manaſſe ipſi unà contra Iehudam. Pſalm. 4. In pace unà iacebo & dormiam. Ieremiæ 46. Vnà ceciderunt ambo. Pſal. 49. In captiuitatem ibunt ſacerdotes eius, & principes eius unà.

617 **יחל** Significatione cõgruit cum uerbis חָלָה & חָלַל חול חלל: importat enim anxietatem niſi quòd modo ſignificandi ab illis diſcrepet: ſignificat autem anxiè ſeu enixè expectare, morã facere, ſuſtinere. Quotieſcunq; igitur hoc uerbũ ſe offert, memineris anxietatis atq; niſus, quẽ principaliter ſecũ importat, & à quo principalẽ ſignificationem ſuam habet: quia uerò Latini ſimile uerbũ nõ habent, quod omnimodam eius ſignificationem exprimat, uerbo expectandi interpretari neceſſe eſt. In prima autem coniugatione, non legitur niſi in uoce paſſiua נוחל Ezech. 19. Et uidit quòd expectatum eſſet, ablataq; eſſet ſpes, id eſt, tempus expectatũ præteriiſſet. Gen. 8. Sed expectationem ſeu moram tulit adhuc ſeptem diebus.

In ſecũda cõiugatione יחל Primo abſolute. Gen. 8. Et expectauit ſeptẽ diebus. ubi irregulariter eſt ſcriptũ pro ויחל Iob 6. Quæ em̃ eſt uirtus, ut expectẽ ſeu ſuſtineam. cap. 14. Omnibus diebus militiæ meæ expectabo, donec ueniat immutatio mea. Secundo conſtruit̃ cum Lamed. Iob 15. Etiã ſi occiderit me, ad eũ expectabo. cap. 30. Expectabã ad lucẽ, & ueniebat caligo. Pſal. 119. Quoniã ad iudicia tua expectaui. Ieſ. 42. Et ad legem inſulæ expectabũt. Micheæ 5. Sicut ſtillæ ſuper herba, quę nõ expectant uirũ, neq; expectant filios hominũ. Tertio cõſtruitur cum אֶל Ieſ. 51. Ad me inſulæ expectabunt, & ad brachiũ meum expectabunt.

Quarto cũ עַל Pſal. 119. Memor eſto uerbi erga ſeruũ tuũ ſuper quo expectaui.

Participium præſens מְיַחֵל Pſal. 69. Defecerunt oculi mei expectans ad deum meum. Et pluraliter מְיַחֲלִים Pſal. 31. Eſtote fortes, & corroborabitur cor ueſtrũ, omnes expectantes ad Iehoua. Pſal. 33. Ecce oculus Iehoua ad timentes eum, ad expectantes ad miſericordiam eius.

In tertia cõiugatione, הוחיל abſolutè. 1. Sam. 10. Septẽ diebus expectabis donec ego ueniã. 1. Sam. 13. Et expectauit ſeptẽ diebus. Iere. 4. In uiſcerib. uiſcerib. inquã, expectabo anxie. Secũdo cum lamed. 2. Re. 6. Quid expectabo ad Iehoua amplius. Iob 32. Ecce expectaui ad uerba ueſtra. Pſ. 38. Quoniã ad te Iehoua expectaui. Pſal. 130. Expectaui Iehoua, expectauit anima mea & ad uerbũ eius expectaui. Thren. 3. Ideo expectabo ad eum. 2. Sam. 18. Non ſic expectabo coram te.

INDE

INDE NOMEN,

תּוֹחֶלֶת Expectatio, mora. Prouerb. 10. Expectatio iuſtorum, lætitia. & cap. 13. Expectatio protracta debilitat cor. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua. Iob 40. Et expectatio eius fruſtrata eſt. Pſal. 39. Expectatio mea ad te eſt. Thren. 3. Ablata eſt uictoria mea, & expectatio mea à Iehoua.

618 יחם Verbum eſt quantum ad coniugationem attinet irregulare, & ſignificatione congruit cum uerbo חָמַם niſi quòd modo ſiguificandi ab eo differat. Significat autẽ concipere calore uiri, & fœminæ in coitu. Gen. 30. Et calore concipiebant oues ad baculos. Pſal. 51. Et in errato, concepit calore me mater mea.

In uoce paſſiua. Gen. 30. Et incaluerũt ſeu calefactæ ſunt, dum uenirẽt ad bibendum. Et eſt futurum irregulare ex tertia perſona maſculini generis ratione iod, & tertia fœminini generis, ratione terminationis, ut ſcilicet de utroq; genere ſeu ſexu intelligatur maſculino, & fœminino.

Participium pluralis numeri נֵחָמִים Ieſa. 57. Qui incaleſcitis ſubter quercubus, & omni ligno frõdoſo. In ſecũda cõiugatione יַחֵם Gen. 30. Et factũ eſt in omni cõcipiendo oues circumligatas. Et mox iterum: Ad incaleſcendum in baculis. & cap. 31. Et factum eſt in tempore incaleſcendi oues, quo ſcilicet oues concipiunt.

619 יחף Nomen formale contrariæ ſignificationis cũ uerbis חָפָה & חָפַף חָפָא חָפָה & refertur ad apertionem & nuditatẽ pedum, quaſi dicas nudus pedes, nudipes ſeu diſcalciatus. 2. Sam. 15. Et caput illi erat opertum, & ipſe incedebat apertus pedes, id eſt, diſcalceatus. Ieſaiæ 20. Ambulabat nudus & diſcalceatus. Iere. 2. Prohibe pedem tuum à diſcalciatione.

620 יחש Cum ſiniſtro puncto, Genealogia, familia, agnatio. Neh. 2. Et inueni librũ Genealogiæ. Et Grammatici Hebræi uocant שֵׁם הַיַּחַס nomen gentile.

INDE VERBVM,

הִתְיַחֵשׂ Quartæ coniugationis, id eſt recenſuit genealogias, ſcilicet per familias, ſeu agnationes. 1. Paral. 5. Omnes iſti recenſiti ſunt, ſcilicet per genealogias. & cap. 9. Et omnis Iſrael recenſiti ſunt. 2. Paral. 31. Et ut recenſeantur cũ omnibus paruulis. 1. Paral. 5. Cum recenſerenť in ſucceſſionibus ſuis. & cap. 7. Octoginta & ſeptẽ millia recẽſitione eorum per totum. 2. Paralip. 31. Et recenſeri ſacerdotum per domũ patrum ſuorum, id eſt & recenſitionem ſacerdotum: ſeu, Et genealogiam ſacerdotum.

621 יחת Cõgruit ſignificatione cũ uerbis נָחַת & חָתַת ſignificatq; deijci, proſterni. Ieſ. 7. Et adhuc ſexaginta & quinque anni, deijcietur Ephraim à populo, id eſt, ne ſit amplius populus.

622 יטב Verbũ, cuius prima litera plerũq; inter coniugandũ quieſcit, ac tantũ tribus in locis abiecta legiť in futuro cum uau cõuerſiuo: ideo rectius inter quieſcẽtia, q̃ inter defectiua numerandũ eſt. Eſt autem in prima coniugatione uſitatũ in futuro tantum, ac cõgruit ſignificatione cum uerbo טוֹב & nõ tam bonũ eſſe ſubſtantialiter, q̃ amabile, uolupe, iucundum, gratum eſſe ſignificat: opponiturq; uerbo יֵרַע Geneſ. 12. Bene ſit mihi propter te. 1. Reg. 21. Et bonum ſit cor tuum, id eſt iucundum. Gen. 41. Et bonum fuit in oculis Pharaonis, id eſt, gratum. Iud. 18. Et bonum fuit cor ſacerdotis. Eſther 2. Et puella, quæ bona fuerit in oculis regis. Pſalm. 69. Et bonũ erit Iehoua, magis quàm bos, & iuuencus. Gen. 34. Et bona fuerunt uerba eorum, id eſt grata. 1. Reg. 21. Et bonum ſit cor tuum.

In tertia coniugatione הֵיטִיב perinde ut à יָרַח uerbo inuſitato fit הֵירִיחַ & à יָלַל deriuatur הֵילִיל: quanquam in multis locis ſit irregulare. Gen. 12. Et Abræ bene fecit propter illam. 1. Sam. 25. Et benefecerit Iehoua Suſtẽtatori meo. Pſal. 51. Benefac uoluntate tua ipſi Zion. Pſal. 125. Benefac Iehoua bonis. Ierem. 7. Bonas facite uias ueſtras. Prouerb. 15. Cor lætum bonam facit faciem. Et ibidem iterum: Lingua ſapientum bonam faciet ſcientiam, id eſt, uenuſtabit. 2. Reg. 9. Et bonum fecit caput ſuum. Prou. 17. Cor lætum bene afficit corpus. 1. Reg. 1. Bonum faciat Deus tuus nomen Salomonis, quàm nomen tuum. Gen. 31. Benefaciendo benefaciam tecum. Iere. 18. Dixi benefacere ei.

Participium præſens מֵיטִיב 1.Sam. 16. Vide euge mihi uirum benefacientẽ ludendo. Et pluraliter מֵיטִיבִים Iud.19.Ipſi bene afficiebant cor ſuum. Et in ſtatu regiminis מֵיטִיבֵי Prouerb.30.Quatuor ſunt bonum facientes inceſſum,benefacientes ambulationem.

INDE NOMINA:

הֵיטֵיב Nomen infinitum, quod cum uerbo conſtructum tranſit in naturam aduerbij, id eſt bene. Deuter.9. Et percuſſi eum mola bene, uſq; quo tenuis eſſet in puluerem. Ionæ 4.Num bene eſt ira tibi ſuper cucurbita.Deut.17.Et inquiras bene.

מֵיטַב Bonitas.Gen.47.In bonitate terræ habitare fac patrem tuum. Exod. 22. Bonitatẽ agri ſui,& bonitatem uineæ ſuæ reddet.

623 יַיִן Hebræi, οἶνος Græci, & Latini uinum, Germani wein cognatis uocibus liquorem uuarum in uiti appellarunt. Habet autem cognationẽ ſignificatione cum nomine יָוֵן id eſt, lutum liquidum, ſeu fex, à turbiditate, quòd in terra Canaan omnia uina fuerint turbida & feculenta, rubriq; coloris. Gen. 9. Et cœpit Noach uir agricola, & plantauit uineam, & bibit de uino, & inebriatus eſt. Hinc Græcis etiam οἰνότριος, Latinis Ianus dictus, eò quòd omnium hominũ primus uini uſum repererit.& cap.19.Abi, potabimus patrem noſtrũ uino. Num.6. De omni, quod fiet de uite uini. Deut.28.Panem non comediſtis, & uinum ſiceramq; non bibiſtis. Iud.13. Omne quod egreditur de uiti uini, non comedes, uinumq; & ſiceram non bibes. Ioel. 3. Et puellam uendiderunt pro uino. In diſtinctione maiore ſententiæ יָיִן Gen. 49. Rubicundior oculis uino. Cantic.1. Meliora ubera tua uino. Ieſa.51. Ebria, ſed non uino. Sumĩt figuratè pro cõſolatione Euãgelij. Ieſa.55. Emite abſq; argento, & abſq; commutatione uinum & lac. In ſtatu regiminis & affixorum mutat primam uocem in zere. Deuter. 32. Bibent uinum libationum ueſtrarum. Daniel.1.Et in uino conuiuiorum eius.Cantic.7. Et palatus tuus ſicut uinum optimæ, ſcilicet uitis. Geneſis 9.Et euigilauit Noach à uino ſuo.Deut.32.Et uenenum ſerpentum uinum eorum.Canticorum 5.Bibi uinum meum.Eccleſ.9.Et bibe corde iucundo uinum tuum.

624 יכח In prima cõiugatione. Legitur in uoce paſſiua נוֹכַח ſignificatione actiua, & ſignificat coram diſceptare, argumentari, uel in iudicio, uel extra iudiciũ, opponere argumenta: & ut forma, ita modo tantum ſignificandi differt à uerbis נָכַח נֹכַח & נֹכַח Ieſaiæ 1. Ite nunc, & diſceptabimus, dicet Iehoua.

Participium præſens נוֹכָח Iob 23.Ibi ſi rectum obiectum eſt apud ipſum, tum euadam omnino à iudice meo. Et in genere fœminino נֹכַחַת tranſit in naturam nominis. Geneſ.20.Ecce hoc erit tibi uelamen oculorum erga omnes, qui apud te ſunt, & contra omnem etiam obiectionem.

In tertia coniugatione הוֹכִיחַ coram arguit, redarguit, obiurgauit, corripuit, reprehendit, caſtigauit, oppoſuit ſe alteri, contradixit. Etſi etiam de reali caſtigatione interdum dicatur, tamen frequentius de uerbali correptione dicitur, quæ, ſcilicet, fit coram & in alterius pręſentia. Gen.21.Et obiurgauit Abraham ipſum Abimelech propter puteum aquarum. Leuit. 19. Ne oderis fratrem tuũ in corde tuo, arguẽdo argues popularẽ tuum, neq; portes propter ipſum erratum. hoc eſt quod Chriſtus repetit Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, argue eũ inter te, & ipſum, &c. 2.Reg.19.Et reprehẽderet uerbis. Iob 13. Tamẽ uias meas in cõſpectu eius arguã.& cap.16.Et diſceptare licet uiro cũ Deo. Prou.9.Ne obiurges deriſorẽ, ne odiat: obiurga ſapientẽ, & amabit te. Ieſa.2.Et iudicabit inter Gentes, & arguet pro populis multis. cap.11.Et arguet in rectitudine pro oppreſſis terræ. 2. Sam.7. Et arguã eum uirga uirorũ, & plagis filiorũ hominũ. 2.Paral. 12. Videat deus patrũ noſtrorũ & arguat.& cap.16.Et arguit propter eos Reges. Iob 5.Ecce beatus uir, quẽ arguet Deus. Pſ.6.Iehoua, ne in ira tua arguas me. Legĩt etiã in ſingulari modo ſignificãdi. Gen.24. Hãc correxiſti ſeruo tuo Iſaco, i. diſciplinaſti à puero, inſtitutione, diſciplina. Et mox iterũ: Illa ſit mulier quã correxit Iehoua filio ſuſtẽtatoris mei. Conſtruĩt ſemel cũ prępoſitiõe בֵּין Gen.31.Et diſceptẽt inter duos nos, i. iudicent.

Parti-

Participium præſens מוֹכִיחַ Iob 9. Non eſt inter nos arbiter.cap.32.Et ecce non eſt ipſi Iob arbiter.Prouerb.9.Et arguenti improbum,macula eius.Ieſaiæ 29. Et arguenti in porta laqueos ponebant . Amos 5. Oderunt in porta arguentem, id eſt, iudicem. Et pluraliter מוֹכִיחִים Prouer.24.Arguentibus ſuaue erit,& ſuper ipſos ueniet benedictio bona.

In uoce paſſiua הוּכַח Iob 33. Caſtigabitur in dolore ſuper cubili ſuo.

In quarta coniugatione הִתְוַכָּח Mich.6.Quoniam lis eſt ipſi Iehoua cum populo ſuo,& cum Iſraele diſceptabit.

INDE NOMINA:

תּוֹכֵחָה Correptio,caſtigatio,obiurgatio,argumẽtatio.2.Reg.19. Dies anguſtiæ,& obiurgationis.Oſeæ 5.Ephraim in deſolationem erit in die caſtigationis. Et pluraliter תּוֹכָחוֹת Iob 23.Et os meũ implebo obiurgationibus. Pſal.38.Et non in ore eius redargutiones.Vel in forma תּוֹכֵחוֹת Pſal.149.Vt faciant ultionem in gentibus,caſtigationes in populis. Et in regimine תּוֹכְחוֹת Prou.6.Et uia uitæ correptiones caſtigationis.Ezech.5.Et in caſtigationibus furoris.

תּוֹכַחַת In ſtatu abſoluto, regiminis & affixorum. Prouerb.5.Et dicas quare odiui caſtigationem,& correptionẽ execratum eſt cor meum. & cap. 12. Odiens correptionem,eſt ſtolidus.Iob 13.Audite diſceptationem meam. Pſal.73. Et caſtigatio mea ſingulis mane.Prouer.3.Et ne faſtidium habeas in obiurgatione eius.

הוֹכֵחַ Nomen infinitũ, diſceptatio. Iob 13. Et diſceptationem ad Deũ inſtituere cupio.

625 יָכֹל Potuit:cõgruit ſignificatione cum uerbis כול כָּלַל כָּלָה גָּלָה אָבַל נָבַל niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Gen.45. Et non potuit Ioſeph continere ſe.Ieſaiæ 7.Et non potuit bellare aduerſus eam.Exo.2.Cum uero non poſſet amplius abſcondere eum. Num. 14. Abſq; poſſe Iehoua ut introducat populũ hunc in terrã.Eſt infinitiuus,qui tamen poteſt ſumi nominaliter:Abſq; potẽtia eſt Iehoua.Oſeæ 8.Quouſq; non poterunt innocentiam, id eſt,non uolunt. 2. Samu. 17.Non enim poterãt apparere,id eſt,audebant. Gene. 43. Quoniã non potuerũt Ægyptij comedere cum Hebręis,id eſt,audẽt.Atq; in quibuſdam locis idem Hebræis ualet,quod Græcis τολμάω, hoc eſt poſſe, ſuſtinere,audere. Porro quãdo cũ datiuo conſtruitur mediante articulo lamed, tum idem ualet quod Latinis præualere,præpoſſe,ut ita dicam,ſuperare,eſſe potentiorem.Geneſ.32.Et uidit quòd nõ præualeret ei.Iudicum 16.In quo præualebimus ei,& uinciamus eum.In hoc ſignificandi modo etiam abſolutè legitur.Geneſ.30. Etiam præualui. & cap.32.Luctatus es cum Deo & cum hominibus & præualuiſti.Oſeę 12.Luctatus eſt cum angelo,& pręualuit.Ieremiæ 20. Fortiter apprehẽdiſti me & præualuiſti.Et ibidem iterum: Defatigatus ſum ferendo,& non pręualeo . Sic Apocalypſis 12. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone,& draco pugnabat & angeli eius,& nõ ualuerunt. Poſtremo hoc uerbũ etiam accuſatiuum poſt ſe regit duobus in locis mediante articulo אֶת & ſignificat aliquem præualere,ſeu cogere.Pſalm.13.Pręualui eum.Pſalm.101. Hunc non præualebo, id eſt, hunc ad officia non cogam.Iere. 38.Quoniam non eſt rex qui coget uos quicquam.

INDE NOMEN,

הֵיכָל Baſilica,Dominica,regia,aula,atrium,palatium,ubi rex ſeu dominus aliquis pręualet,ac potenter regnat,& dominatur.Sic etiam primum Tabernaculum,poſteà templum Domini Hieroſolymis à Salomone ædificatum,dictum eſt, eò ꝙ utrũq; fuit Deo uelut aula , in qua peculiarem maieſtatis ſuæ præſentiam ac potentiam exhibuit,declarauitq;.1.Reg.6. Et ædificauit ad parietẽ domus ambitum circumcirca parietes domus circulariter ipſi palatio,& ipſi oraculo.Et mox iterum:Et ſic fecit ad ianuam palatij poſtes ligni pinguedinis.Pſalm.144.Sculptę ad typum palatij.Ezech.41.Et deduxit me ad palatium. Et in ſtatu regiminis הֵיכַל 1.Sam.1. Et Eli ſacerdos ſedebat ſuper ſolio iuxta poſtem palatij Iehoua.1.Samuel.3.Et Samuel cubabat in palatio Iehoua in quo erat arca Iehoua. 1.Reg. 6. Et porticus ante palatium ædificij.Pſalm.11.Iehoua eſt in palatio ſanctitatis ſuæ.Ieremiæ 7. Palatium

tium Iehoua, palatium Iehoua, palatium Iehoua. 1.Samuel.21. Vinea fuit ipſi Nabath Iſraelitæ in Iezreel iuxta palatium Achab regis Samariæ. Pſalm.45. Ingredientur in palatium regis.Dan.1. Vt ſtarent in palatio regis. In ſtatu affixorum nihil uariat à ſtatu abſoluto. 2.Sam.22. Et audiuit de palatio ſuo uocem meam. Pſal. 48.In medio palatij tui. 2.Paralip.36. De uaſis domus Iehoua tulit Nebucadnezar in Babylonem, & dedit ea in palatium ſuum in Babylone. Et pluraliter הֵיכָלוֹת Oſeæ 8.Et ædificauit palatia, & Iehuda multiplicauit ciuitates munitas, & ego mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ארמנותיה palatia eius.ubi propheta prius, poſteriore exponit. At in ſtatu regiminis, & affixorum legitur forma maſculea הֵיכְלֵי Pſal.45.De palatijs eboris.Prouerb.30. Araneus manibus carminat, & ipſe eſt in palatijs regum.Ioel.4.Atq; deſiderabilia mea, & optima mea introduxiſtis in palatia ueſtra.

626 **ילל** Legitur uerbaliter tantum in tertia coniugatione, & tamen etiam irregulariter הֵילִיל & ſignificat eiulare, ululare: quæ uerba ab Hebræo iſto mutuata eſſe exiſtimo: deinde etiam cognationem habere ut uoce, ita ſignificatione cum uerbis הָלַל & חָלַל niſi ꝙ modo ſignificandi diſcrepent: nam ut חָלַל de ſuſpenſione rerum corporalium, & הָלַל de ſuſpenſione ſeu exaltatione uocis gaudij & laudis, ita הילִיל de exaltatione uocis in triſtitia & dolore dicitur, ſicut etiam אָלַל & אָלָה Ierem.47. Vlula omnis habitator terræ.Zach.11. Vlula abies.Ieſa.13. Vlulate quia prope eſt dies Iehoua.Ieremiæ 48.Iccirco ſuper Moab eiulabo.Ieſaiæ 16.Propterea eiulabit Moab.Oſeæ 7.Eiulabunt ſuper cubilia ueſtra. Ieſaiæ 52. Dominatores eius ululare facient ait Iehoua.

INDE NOMINA:

יְלֵל Vlulatus, eiulatus. Deut.32. Inueniebat eum in terra deſerti & in uaſtitate, ululatu ſolitudinis. Et in genere fœminino.Zopho.1.Et ululatus ab altera. Et in ſtatu regiminis יִלְלַת Ier.25.Et eiulatus magnificorum gregis.Zach.11. Vox eiulatus paſtorum. Et in ſtatu affixorum mutat pathah regiminis in cametz. Ieſ.15. Vſq; ad Eglaim ululatus eius, & Breelim ululatus eius.

תּוֹלָל Vlulatus.Pſalm.137. Quoniam ibi poſtulant à nobis abductores noſtri uerba cantici, & in ululatu noſtro lætitiam.

627 **ילד** Genuit: & tam mulieri competit, quàm uiro, ut Græcis γεννάω: cognoſcitur autem utri tribuatur uel ex perſona de qua dicitur, uel ex perſonis uerbi, uel ipſa terminatione. Et non ſolum de extrema partus editione, uerumetiam de fœtus, quidum in utero materno eſt, poſt conceptionem generatione. Neq; de hominum & animalium ac uegetabilium tantũ generatione, ſed etiam minus principaliter minuſq; proprie creationi rerum naturalium, inanimatarum, alijſq; euẽtibus dicitur, quos tempus tanquam mater gignit. Præterea transfertur quoq; ſæpe à corporali partus editione, ad animi fructuum parturitionem. Idq; initio admonere uolui, ut poſtea ea ex exemplis, quæ adducturi ſumus facilius cognoſcãtur, nec opus ſit poſtea extra ordinem ſigillatim cõmemorare. Gene.4. Et Hirad genuit MechuiaEl, & MechuiaEl genuit MethuſaEl, & MethuſaEl genuit Lamech.Pſal.2.Filius meus es tu, ego hodie genui te. ubi tamen hirik ſcribitur ſub Lamed pro pathah, ſicut legitur quoq; Ierem.cap.15. Væ mihi mater mea, quia genuiſti me uirum rixæ. Deut.32.Petræ, qui genui te oblitus es.2. Paralip.44. Et Hepha concubina Caleb genuit Haran. Iere.17. Perdix collegit oua, & non genuit. Ezech.31. Et ſub ramis eius genuerunt omnes beſtiæ agri.Gen.31.Et gignebãt totus grex punctatos. Iob 39.Nunquid noſti tempus pariendi Ibicum. Prouer.27. Quia neſcies quid gignet dies. Iob 38.Pruinam cœli quis genuit.Pſalm.7 Ecce concepit iniquitatem, & grauidus eſt labore, & gignit falſum.Ieſ.33.Et gignetis ſtipulam.Idem cap.26. Sumus grauidi, dolemus, ita gignimus ſpiritu.

Participium præſens יוֹלֵד cum uau, uel abſq; uau. Prouerb.23. Et gignens ſapientiam etiam lætabitur in ea. & cap.17. Gignens ſtultum ad dolorem ſibi. Iere.30. Videte an ſit gignens maſculum. Et pluraliter in ſtatu affixi. Zachar.13.Et dixe-

rint pater eius,& mater eius,genitores eius. Et in genere fœminino יוֹלֵדָה Ieſaiæ 13.Sicut parturiens dolebunt. cap.21. Sicut dolores parturientis. Mich. 5. Vſq; ad tempus parientis.Danielis 11.Parientem illam, id eſt, illam quæ peperit eam.Item in alia forma יֹלֶדֶת Leuit.12.Hæc eſt conſtitutio parientis.Ieſaiæ 7. Ecce uirgo grauida,& pariens filium.Iere.31.Grauida & pariens pariter.Et irregulariter.Iudic.13. Et gignens filium. In ſtatu affixorum.Prouerb.17. Et amaritudo parienti illum. Iere.50.Pudore affecta eſt genitrix ueſtra. Et pluraliter יֹלְדוֹת Iere.16.Et ſuper matres eorum,quæ genuerunt eos.

Participium præteritum יָלוּד quod tamen nominaliter & ſubſtantiue uſurpatur.1.Reg.3.Date nobis natum uiuum.Iob 14.Homo natus mulieris. Et pluraliter יְלוּדִים 1.Paral.14.Et hæc ſunt nomina natorum.

In uoce paſſiua נוֹלַד Gen.21.Et uocauit Abraham nomen filij ſui, qui natus eſt ſibi.cap.17.Num filio centum annorum naſcetur. Deut.15. Omne primogenitum quod naſcetur.Oſeæ 2.In die naſci eam,id eſt,qua nata eſt ea.Iob 11. Vt pullus onagri homo naſcetur.Leguntur tamē duo cū ſchurek pro holem daggeſſata ſequenti litera. Vnde apparet eſſe compoſita ex coniugatione Niphal & Pual. 1.Paral.3. Et hi nati ſunt illi in Ieruſalem.1.Paral.20.Hi nati ſunt ipſi Harapha in Gath.

Participium נוֹלָד 1.Reg.13.Ecce filius natus domui Dauid.Pſalm.22.Et annunciabunt iuſtitiam eius populo nato.Eſdræ 10.Et natū ex illis. Et pluraliter נוֹלָדִים Gen. 48.Qui nati ſunt tibi.

In ſecunda coniugatione יִלֵּד adiuuit ad pariendum,ancillata eſt in partu mulieris,id eſt,obſtetricata eſt.Exod.1.In obſtetricando uos Hebræas.

Participium præſens generis fœminini, quod tamen nominaliter uſurpatur מְיַלֶּדֶת quæ iuuat parturientem in partu, obſtetrix. Geneſ.35. Et dixit ei obſtetrix. Et pluraliter מְיַלְּדוֹת Exod.1. Et timuerunt obſtetrices Deum.

In uoce paſſiua יֻלַּד ſeu יוּלַּד Gen. 4. Et ipſi Seth etiam hic natus eſt filius.Ieſa.9. Filius natus eſt nobis.Iud.19.Qui natus fuit Iſraeli.Iere.20.Maledictus dies in quo natus fui.Gene.24.Rebecca egrediebatur,quæ nata fuerat ipſi Bethuel. Geneſ.6. Et filiæ natæ ſunt eis. Pſal.90.Antequam montes naſcerentur.

In tertia coniugatione הוֹלִיד cum uau,aut abſq; uau quorum numerp ſunt duodecim.Et hæc coniugatio eſt actiua,tribuiturq; ſemper generi maſculino.Gen.25. Abraham genuit Izhak.Eccl.5.Et gignes filium.Ieſaiæ 66. Num ego qui frangere facio,non ipſe gignerem.Gen.17.Duodecim duces gignet. Ieſa.59. Concipere laborem & gignere iniquitatem. Ieſa.55. Sed pluuia irrigat, & gignere facit eam, & germinare eam. Eccl.6. Si genuerit uir centum. Et quando tertia futuri habet uau conuerſiuum,tūnc iod cum hirik tranſeunt in ſægol.Gene.5. Et genuit ſecundum ſimilitudinem ſuam.Et iterum:& 2.Paral.24. Et genuit filios.

Participium præſens מוֹלִיד Ieſaiæ 66.Et ſi ego gignere facio,clauſus ero. Et pluraliter מוֹלִידִים Ierem.16.Qui gignunt eos. Et in genere fœminino מוֹלֶדֶת ſed de hoc infernè inter nomina.

In uoce paſſiua הֻלַּד & הוּלַּד & legitur utrunq; in infinitiuo:Prius Gen. 40.Die, qua naſci Pharaonem,id eſt,qua natus eſt Pharao. Alterum Ezech.15. In die naſci te non fuit precioſus umbilicus tuus,id eſt,in quo natus es.

In quarta coniugatione הִתְיַלֵּד Genealogatus eſt,id eſt,per genealogiam recenſitus eſt.Num.1.Et recenſiti ſuper familijs ſuis.

INDE NOMINA:

יוֹלֵד Nomen participiale,maſculini generis, genitor,parens, pater. Prouerb.23. Exultando exultabit pater iuſti,& parens ſapientis etiam lætabitur in ipſo. Et pluraliter יוֹלְדִים Zach.13.Et dixerint pater eius,& mater eius,genitores eius.Sed de hoc plura in participio primæ coniugationis.

יוֹלֶדֶת Genitrix, parens, nomen participiale generis fœminini. Prouer.17. Et erit amaritudo genitrici ſuæ. Item cap.23. Lætabitur pater tuus, & mater tua, & exultabit genitrix tua.

יֶלֶד Natus,ſeu ut Comici poetę per protheſin g,Gnatus,infans,puer,nomē maſculini generis. Et eſt proprie primus gradus ætatis hominis: nam ordo ſic ſe habet יֶלֶד יוֹנֵק עוֹלֵל עֶלֶם נַעַר בָּחוּר אִישׁ זָקֵן & אָנוּשׁ quanquam huiuſmodi gradus etiam confunduntur.Nunc exempla ſubijciam. Geneſ.4. Virum occidi in uulnus meum,& puerum in liuorem meum.cap.21. Creuit puer, & ablactatus eſt.Ieſa.9. Puer natus eſt nobis. Et in diſtinctionē ſententiæ יָלֶד 2.Reg.4. Num eſt incolumitas pueroꝰ

Et pluraliter יְלָדִים Geneſ.33. Et partitus eſt pueros. 1.Sam.1.Et erant ipſi Penninæ pueri.Ieſa.8.Ecce ego,& pueri. Et in ſtatu regiminis legitur iſta forma יַלְדֵי ſemel Ieſa.57.Nónne eſtis pueri præuaricationis.Sed in reliquis ſcripturę locis legitur forma יַלְדֵי Ieſaiæ 2.Et in pueris alienorum. Oſeæ 1.Et pueros meretricationum.Et in ſtatu affixorum ſeruant hanc formam יְלָדַי Geneſ.32. Et undecim pueros ſuos.Exo.21 .Et egreſſi fuerint pueri eius.Iob 21.Et pueri eorū ſaltabant. Et in genere fœminino יַלְדָּה puella,nata.Gen.34.Accipe mihi puellam hanc in uxorem.Ioel.3.Et puellam uendiderunt pro uino. Et pluraliter יְלָדוֹת Zach.8.Et plateæ ciuitatis replebuntur pueris,& puellis.

וָלָד Natus,puer,filius,Iod litera cōmutata in uau ſibi affinē.Gen.11.Non erat eí natus.

וָלֶד Natus, puer. Et in diſtinctione ſententiæ וָלָד 2.Samu.6.Et ipſi Michol filiæ Saul non fuit natus.

יְלִיד Natus:& ſingulariter cum nomine בַּיִת conſtructum,ſignificat illum,qui domi ex ſeruis parentibus natus eſt,& quem Latini uernam ſeu uernaculum uocant. Gen. 17.Et natus domi.Leuit.22.Et natus domi ſuæ.Ierem.22.Num ſeruus eſt Iſrael,aut natus domi. Et pluraliter יְלִידִים quod in ſtatu regiminis legitur 1.Sam.21.& 1. Paralip.20. Qui erat in filios Arapha ſeu Rephaim. Et cum nomine בַּיִת Gen.17. Et omnes natos domi ſuæ.

יִלּוֹד Nomen adiectiuum, habēs formam nominis & participij, ideo ex his mixtum,ſicut etiam ex ipſius ſignificatione deprehendi poteſt.Significat enim recēns natū. 2.Sam.2.Ideo filius recēns natus tibi moriendo morietur. Et pluraliter יִלּוֹדִים 2. Sam.5.Et hæc ſunt nomina recēns natorum illi in Ieruſalem.Ier.2.Sic dicit Iehoua de filijs & filiabus recēns natis in loco iſto.

יָלוּד Nomen participiale, natus. 1.Reg.3. Date illi natum uiuum. Iob 14. Homo natus mulieris. Et pluraliter יְלוּדִים 1.Paralip.14. Et hæc ſunt nomina natorum.Et de hoc quoqꝫ ſupra in participio præterito primæ coniugationis.

יֹלַדְתְּ Genitrix, & legitur cum affixo. Cantico.8. Ibi concepit te mater tua,ibi, inquam, concepit genitrix tua.

יוֹלֶדֶת Genitrix,quæ peperit,Nomen participiale. Leuit.12. Hæc eſt conſtitutio parientis,&c. Sed de hoc etiam ſupra.

מְיַלֶּדֶת Obſtetrix , nomen participiale ſecundæ coniugationis , de quo ſupra ſuo in loco.

מוֹלֶדֶת Nomen participiale,generis fœminini,nata, genita. Leuiti.18.Nuditatem ſororis tuæ,filiæ patris tui,uel filiæ matris tuæ,quæ nata eſt domi,uel nata eſt foris non reuelabis,id eſt,quæ genita eſt ex patre tuo ex altera uxore,uel ex matre tua ex altero marito. Quidam iudicant eſſe participium præſens tertiæ coniugationis, poſitum pro participio præterito מוּלֶדֶת pro מוּלָדָה.

לֵדָה Partus,inſtar nominum עֵת עֵדָה Ieremiæ 13.Nónne dolores apprehendent te ſicut mulierem partus.Et cum literis gerundiuis induit naturā gerundij , ut alia multa nomina induunt naturam infinitiui ſeu gerundij. 2.Reg.19. Et robur non eſt ad partum,ſeu pariendum.Oſeæ 9.Ephraim ſicut auis auolauit gloria eorum à partu, ſeu à pariendo,& ab utero,& ab imprægnatione.

יַלְדוּת Pueritia.Et legitur in tribus ſcripturæ locis. Eccle.11. Pueritia & adoleſcentia ſunt uanitas,id eſt, quicquid in pueritia, & adoleſcentia geritur. Et cum affixis nihil mutat. Eccleſ.11. Lætare iuuenis in pueritia tua , & bene afficias cor tuū in diebus pueritiæ tuæ.Pſalm.110. Ex utero auroræ tibi ut ros ( ita)pueritia, id eſt, pueri tui. Eſt autem hic locus proprie non de natiuitate Chriſti ex uirgine, ſed de pueritia, quæ naſcitur Chriſto reſuſcitato per prędicationem Euangelij,perqꝫ aquam & ſpi

ritum, de qua pueritia & natiuitate quoq; uaticinantur Pſalm. 22. Et annunciabũt iuſtitiam eius populo nato, quam fecit. & Pſalm. 102. Populus qui creabitur laudabit Iehoua. Itẽ Oſeas cap. 6. Beneficium ueſtri eſt, ut nubes matutina, & quaſi ros manicans & abiens. Item Michæas cap. 1. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum uelut ros à Iehoua, ſicut guttæ ſuper herbam.

תּוֹלְדוֹת Nomen pluralis numeri tantum, & ſæpe omittitur nunc uau prius, nũc poſterius, nunc etiam utrũq;. Significat autem generationes, item hiſtorias ætatis, ſeu ſeculi alicuius. Geneſ. 2. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, cum crearentur. Item cap. 6. Iſtæ ſunt generationes Noach: Noach erat uir iuſtus & integer, &c. Item 37. Iſtæ ſunt generationes Iacob, &c. hiſtoria ſeu res geſta, quæ accidit cum generatione ſeu genere Iacob, &c.

628 ילך Verbum defectiuum & imperfectum: caret enim præterito, nec legitur in uoce paſſiua, neq; in ſecunda & quarta coniugationibus, in quibus uſuuenit uerbũ הָלַךְ quo cum etiam in ſignificatione congruit, nec ab eo differt, niſi ut forma, ita modo parum ſignificandi: habet nonnihil etiam commune cum uerbo inuſitato לאך: differt autem à uerbo בוא quod uenire quidem ſignificat, id eſt motũ, ſed aliunde in locum, uel ad perſonam, at ילך ſicut & הָלַךְ in uel à loco ſeu perſona motum ſeu profectionem aliorſum. In Imperatiuo לֵךְ 2. Samuel. 29. Et uade in pace. 1. Reg. 17. Surge uade Saruad. Similiter in diſtinctione ſententiæ. Geneſ. 12. Surge, & uade. ca. 24. Accipe, & uade. Sed cũ uirgula makaph cõiunctiua לֶךְ Gen. 12. Ambula tibi è terra tua. quanquam cum eadem uirgula ſæpe legatur in forma לֵךְ ut Num. 23. Vade nunc mecum ad locum alium. Iudicum 9. Vade & appropinquabimus. Legitur etiam ſæpenumero cum he litera paragogica לְכָה Gen. 37. Veni & mittam te. Num. 10. Abi nobiſcum, &c. Et pluraliter לְכוּ Ieſaiæ 55. Ite, emite. Et ſingulariter in genere fœminino לְכִי 1. Samuelis 1. Vade in pace. Et in diſtinctione לֵכִי Exod. 2. Vade, & uadit puella. 2. Reg. 13. Surge, uade. Et pluraliter לֵכְנָה Ruth 1. Ite reuertimini filiæ meæ, ite. In futuro אֵלֵךְ Gen. 24. Et dixit, ibo. Et cum he paragogico אֵלְכָה Geneſ. 25. Ibo & uidebo eum. Et ſeruata ſubſtantiali litera iod אֵילְכָה Micheæ 1. Ibo ſpoliatus. Et in diſtinctione ſententiæ אֵלֵכָה 2. Samuelis 3. Et ibo & congregabo. In tertia perſona יֵלֵךְ Exod. 10. Ibit nobiſcum. Et ſequente dictiuncula qua cum annexa eſt, uirgula makaph יֶלֶךְ Exo. 34. Veniet obſecro Iehoua in medium noſtri. Similiter cum uau conuerſiuo. Gen. 12. Et iuit Abram. Niſi in diſtinctione ſententiæ ubi habet pathah וַיֵּלַךְ Iob 7. Et abijt. Secunda habet ſe ut tertia. Prima perſona pluralis numeri נֵלֵךְ Pſalm. 122. In domum Iehoua ibimus. Et cum he paragogico נֵלְכָה Gen. 22. Ibimus illuc uſq;. Et in diſtinctione ſententiæ נֵלֵכָה 1. Sam. 9. Veni ibimus. Et cum uau conuerſiuo וַנֵּלֶךְ Deut. 1. Et iuimus per totum deſertum, &c. Reliquæ perſonæ pluralis numeri præter uſitatam terminationem retinent formam ſingularium, quod ad priores duas ſyllabas attinet.

In tertia coniugatione הוֹלִיךְ ire fecit, ambulare fecit, abduxit, deduxit. 2. Reg. 24. Et fortes terræ abire fecit in captiuitatem. Ieſa. 48. Per deſerta ire fecit eos. In Imperatiuo הוֹלֵךְ uel הוֹלִיךְ Num. 16. Pone incenſum & ambula citò ad cõgregationem. 2. Reg. 17. Ire facite illuc unum ex ſacerdotibus. Legitur tamen ſemel הֵילִיכִי Exod. 2. Ire fac puerum iſtum, & nutri eum mihi. In futuro אוֹלִיךְ 2. Sam. 31. Et ego quo abire faciam probrum meum. Ezech. 31. Flumina eorum uelut oleum ire faciam. Iere. 32. Et in Babel abire faciet Eizkijahu. Eccleſ. 10. Volatile cœli abire faciet uocem. Vel יוֹלִיךְ Eccl. 5. Quod ambulare faciet. Et cum uau conuerſiuo וַיּוֹלֶךְ Exod. 14. Abire fecit Iehoua mare. 2. Reg. 6. Et abire fecit in Samariam. Vel cum pathah וַיּוֹלַךְ Thren. 3. Et abire fecit me in obſcuritatem.

Participium præſens מוֹלִיךְ Pſalm. 136. Ambulare facienti populum ſuum per deſertum. Ieſaiæ 63. Qui ambulare facit Moſen ad dextram. Et in genere fœminino pluraliter מוֹלְכוֹת Zach. 6. Quo ipſæ abire faciunt modium.

629 ילע Congruit generali ſignificatione cum uerbis בָּלַע יָגַע: לוע לחע עלע תלע & ſignificat

ficat præcipitare, præcipitanter deglutire, auide deuorare, abrodere. Prou. 20. Laqueus eſt homini, qui deglutiuit ſanctum. Dicunt tamen quidam, ꝙ Salomo reſpiciat ad legem Num. 4. ubi prohibetur ne temere ingrederentur & tractarẽt ſacra.

INDE NOMEN,

תּוֹלַעַת In ſtatu abſoluto, uermis paruus, uermiculus. Et ſignificat minorẽ quantitate uermiculum, quàm רִמָּה Et ſic dictum exiſtimo quòd uel temeretur, & ſic omniũ animalculorum abiectiſſimæ conditionis: uel actiuè ꝙ temeret, & arrodendo deglutiat. Iob 25. Quanto minus homo uermiculus, & filius hominis uermis. Ieſa. 14. Subtus te ſtratus eſt uermis, & tegumentum tuum uermiculus.

תּוֹלַעַת In ſtatu abſoluto. Pſalm. 22. Ego autem ſum uermiculus, & non homo. Ieſaiæ 41. Ne timeas uermicule Iacob. Ionæ 4. Et deſtinauit deus uermiculum. Et in diſtinctione ſententiæ תּוֹלָעַת Deut. 28. Vineas plantabis & coles, ſed uinum non bibes, neque colliges, eò quòd abſumet eas uermiculus. Et cum affixis fortificat literã thau punctulo dagges. Ieſaiæ 66. Quia uermiculus eorum non morietur.

תּוֹלָע Legitur in numero ſingulari pro ſingulari uermiculi ſpecie, qui ex grano cuiuſdã fruticis figura lentis aut piſi naſcitur. Ideoꝗ Græcis κόκκος ſimiliter & Latinis coccus, atꝗ lana ſeu ueſtis ex eo colore tincta coccinũ dicit̃, frutex ille in Gallia Narbonẽſi nunc copioſe naſcitur, & pannos eius uermiculi colore tinctos Scharlacũ ruſtici uocant, quod ex Græco σκωλήκιον (quod uermiculum ſonat) haud dubie factum exiſtimo. Scribit & Pauſanias talem fruticem lentiſci ſpecie in regione Grçciæ naſci, quæ Phocenſis dicitur. Scribunt & in Aſia in regione Galatharum abunde naſci. Recèns audiui & in Polonia naſci, & granum nominari iſcrwitz, ac magnum quæſtũ olim habuiſſe Polonos ex uenditione eius uermiculi, adeo ut in uectigalibus circiter ſex millia aureorum Regi ex ea materia tantũ acceſſerit, nunc uerò minus appetitur, uel quia in Hiſpania inuenta eſt terra, quç etiamſi minus durabilem colorem efficit, tamẽ minore precio emitur, uel quia Polonos tçdet ſumptuum & aſſiduitatis in apparando. Nam grana collecta poſtea in areis collocãda ſunt, & per aliquot dies quotidie riganda ceruiſia, poſt hanc rigationem uertuntur in uermiculos. Tantum de natura & generatione huius uermiculi. Nũc unum atque alterum locum adducam, ut uideas quomodo uſurpetur. Ieſaiç 1. Si rubeſcẽt ut uermiculus, uelut lana erunt. Thren. 2. Qui educati erant ſuper uermiculo, amplexati ſunt fimeta. Et pluraliter תּוֹלָעִים Exod. 16. Et excitauit uermiculos atꝗ computruit. Eſt & hoc ſciendum, ꝙ quando nomen hoc תּוֹלַעַת coniunctim ponitur cum nomine שָׁנִי, tum coccinum bis tinctũ ſignificat, qui color aliquãto eſt ſubniger, non ita lucidus, ut תּוֹלָע ſemel tinctus. Conſtruitur autem cum eo duplici modo: Aut enim nomini שָׁנִי præponitur: ut Exo. 25. Hyacinthum & purpuram & uermiculum ſecundarium. Num. 4. Et expãdent ſuper iſta pannum uermiculi ſecundarij. Aut poſtponitur nomini שְׁנִי quod tũc cametz mutat in ſcua propter regimen. Leuit. 14. Et ſecundarium uermiculi & Æſopum.

INDE

Participium præteriti temporis ſecundæ coniugationis מְתֻלָּעִים Nahum 2. Clypeus fortium eius rubricatus eſt, uiri belli uermiculati ſunt, id eſt, tanquam uermiculo tincti ſunt.

630 יַלֶּפֶת Nomen, quod aliqui impetiginem, alij ſcabiem fluentem ſignificare dicunt: arbitror à uerbo לָפַת deductum, quod apprehẽdere aliquid cõcuſſione quadam notat: unde illis aſſentior, qui pro impetigine acceperũt, qua quis mordicus corripitur, quæꝗ proxima quæque corripit & occupat. Leuit. 21. Vel ſcabies uel impetigo. & cap. 22. Vel ſcabioſum uel impetiginoſum.

יֶלֶק Species quædam locuſtarum: & quia à לקק deriuatum eſt, ideo eò refero.

631 יָם Generaliter ſignificat quamlibet aquarum collectionem, & multitudinem, quç intra uel naturalia, uel factitia litora ſtantes continentur. At Latini nunc mare, nunc lacum, nũc ſtagnũ, nũc paludem, nunc piſcinã, nunc lebetem appellant. Ar-

bitror autem ut uoce, ita ſignificatione cōgruere cum uerbo המה Item cum nomi ne ים & pronomine הם & habere originem & appellationem ſuam à copia & multitudine aquarum. Gene. 1. Et uocauit deus aridam terram, & collectionem aquarum uocauit maria cap. 22. Et ſicut arenam maris, quę eſt in littore maris. Exo. 14. Et extendit Moſes manū ſuā ſuper mare, & abire fecit Iehoua mare per uētum oriētalem robuſtum tota illa nocte, & poſuit mare in ſiccitatem. Deut. 11. Omnis locus quē calcauerit planta pedis ueſtri, uobis erit à deſerto, à Libano, à fluuio, fluuio, inquam, Euphrate uſq; ad mare poſterius erit terminus ueſter. Pſal. 72. Et dominabitur à mari uſq; ad mare. Ieſaiæ 57. Improbi autem ſunt ſicut mare agitatum. Eccl. 1. Flumina uadunt in mare, & mare ipſum nō impletur. 1. Reg. 7. Et fecit mare fuſum habens decem cubitos à labio ſuo ad labium ſuum, rotundū per circuitum, altitudo uero eius quinq; cubitorum, & linea uiginti cubitorū cingebat ipſum per circuitum. Et mox iterum: Stabatq; mare ſuper illis. Et quia mare magnum, quod nos mediterraneum uocamus, eſt terræ Canaan ad Occidentem ſitū, ſępe pro plaga occidentali uſurpatur. Gen. 12. Bethel à mari, id eſt, ab occidente. Deut. 11. & Ieſaię 49. Iſti ab aquilone & à mari. Et in ſtatu regiminis ים Num. 34. Ad latus maris Cinnereth uerſus orientem. Et mox iterum: Et erunt exitus, mare ſalis. Exo. 13. Et circunduxit deus populum uia deſerti, maris iunci. Ieſaię 11. Anathemate feriet Iehoua linguam maris Ægypti. Excipiuntur tamē quidam loci, in quibus cametz non mutatur propter regimen. Ge. 14. Omnes iſti coniuncti ſunt in ualle Siddim, ubi eſt mare ſalis. 2. Paral. 2. Et adducemus ea ratibus ſuper mare Iapho. Eſdrę 3. Vt adducerent ligna cedrina de Libano ad mare Iapho. Pſal. 136. Et excuſſit Pharaonem & exercitum eius in mare iunci. Aſſumit etiam ſæpenumero he literā motum ad locum denotantē ימה Exod. 10. Et fixit eam in mare iunci. Gen. 28. Et multiplicaberis ad mare, & Orientē. Ioſue 15. Et terminus maris ſalis ad mare illud magnum. Et pluraliter ימים Gen. 1. Et collectionem aquarum uocauit maria. Et iterum: Et replete aquas in maribus. Pſalm. 8. Et tranſiens ſemitas marium. Et tranſfertur etiam ad copiam & multitudinem hominum æſtuantium inſtar marium, ut fit maxime in ſeditionibus. Pſalm. 65. Compeſcite fremitum marium, fremitū procellarum eorum, & multitudinem plebium. Ieſaiæ 17. Væ multitudini populorum multorum, ſicut ſonitus marium frementium.

632 **ימים** Nomen pluralis numeri tantum, Muli ex aſino & equa nati, quorum mixturæ autor, & inuentor eſt Anan ex poſteritate Seir. Et ſi non eſt nomē peregrinum, tum non abſurdum uidebitur, ut quemadmodum תאומים gemelli ſeu gemini, ita etiam hoc nomen ימים à uerbo תמם deriuetur, & ſecundum primū modum ſignificandi eius uerbi, dicantur muli, id eſt, cōſummati & perfecti ex duabus animalium ſpeciebus. Legiturq; in ſcriptura ſacra tantum ſemel Geneſ. 36. Iſte eſt Anan qui inuenit mulos, &c. quia cū paſceret aſinos patris ſui in deſerto, adinuenit modum, quo aſinus aſcenderet ſuper equam, & inde conciperetur mulus.

**ימין** Dextra. Vide ſupra in ſuo themate אמן.

633 **ינה** Deprædatus eſt. Pſal. 74. Dixerunt in corde ſuo, deprædabimur eos pariter.

Participium præſens יונה quod tamen nominaliter etiā accipitur. Iere. 25. Quoniam facta eſt terra eorum in uaſtitatem propter furorem deprędatoris. & cap. 46. A facie gladij deprædatoris. Zoph. 3. Væ ciuitati, quæ deprædatur.

In tertia coniugatione הונה Ezech. 18. Oppreſſum & egenū deprędatus eſt. Et mox iterum: Et uirum non deprædatus eſt. Exo. 22. Et peregrinū non depræderis, neq; exugas eum. Leuit. 19. Si peregrinatus fuerit apud te peregrinus in terra tua, non depræderis eum, ſed amabis eum. Et cap. 25. Ne deprędetur uir fratrem ſuum. Deut. 23. Non depræderis eum. Ierę. 22. Pupillum & uiduam depræderis. Ezec. 18. Et uirū non deprędatus fuerit. Et cap. 45. Et nō deprędabuntur amplius principes mei populum meū. Et cap. 46. Et deprædādo extrudes eos è poſſeſſione meorum.

Partici-

Participiũ præſens מוֹנַיִךְ Ieſ.49.Et deuorare faciã deprędatores tuos carnẽ ſuã.

INDE NOMEN,

יוֹנָה Columba:ſic Hebræis dicta,quòd omnium prædæ pateat & obnoxia eſt.Gen.18. Et emiſit columbam à ſe.Leuit.5. Vel duos filios columbæ.Et cap.12.Vel filiũ columbæ uel turturem.Pſal.55.Quis dabit mihi remigium inſtar columbæ.Ieſ.38.Et meditabor ut columba.Oſeę 7.Sicut columba ſeducta. Et legitur ſemel in ſtatu abſoluto, forma regiminis יוֹנַת Pſal.56. Super columba muta apud longinquos. Et cum affixo.Cantic.5.Columba mea. Et pluraliter יוֹנִים Cantic.1.Oculi tui columbarum.Et cap.5.Oculi tui ſicut columbarum. Et in ſtatu regiminis יוֹנֵי Ezechiel.7.Ad montes ſicut columbæ uallium.

634 ינח Vſurpatur tantum in tertia coniugatione,magnamq; habet affinitatem ſignificatione cum uerbis נחה & נוח חנן חנה נוח חנה niſi quòd ut forma,ita modo tãtum ſignificandi inter ſe uarient:ſignificat autem hoc deponere ſeu ſinere in loco,dimittere,permittere,relinquere aſſeruandi ſeu conſeruandi gratia.Atq; inter coniugandum mutat literam iod ſubſtantialem in punctulum dagges הִנִּיחַ Gene.39.Et depoſuit ueſtimentum eius apud ſe.Exo.16.Et quicquid reſiduum fuerit reponite in cuſtodiam uſq; mane.Iudic.6.Et protulero oblationem meam,& deponam coram te. Geneſ.19. Et educentes eos dimiſerunt eos extra ciuitatem. Et cap.42. Vnum ex fratribus ueſtris permittite apud me. Deut.14.Dimitte in portis tuis. 2.Samuel.20.Et accepit rex decem mulieres concubinas, quas dimiſerat ut cuſtodirẽt domum.Eſther 3.Et regi non expedit ut dimittat eos.Pſal.105.Non dimiſit hominem illis iniuriam facere.Eccle.10.Locum tuum non relinquas, quoniam ceſſatio relinquit errata maxima. Iere.14. Inuocatum eſt nomen tuum ſuper nos ne relinquas nos. Ezech.16. Et dimittent te nudam & turpem. Iudic.2. Et dimiſit Iehoua gentes illas, ut non feſtinanter exterminaret illas. Item cum datiuo cõſtructum mediante articulo lamed Exod.32. Et nunc permitte mihi. 2.Sam.16.Permitte ei, ut male dicat.Oſeæ 4. Aſſociatus eſt idolis Ephraim, permitte ei.Pſal.17.Et relinquunt reſiduum paruulis ſuis. Eccleſ.2. Odio habui omnem laborem meum, eò quòd relinquere oporteat homini,qui futurus eſt poſt me.Legitur tamẽ cum prępoſitione lamed,motum ad locum importante. Ieſaiæ 28. Sicut impetus aquarum uehementiam demiſit in terram fortiter. Amos 5.Et iuſtitiam in terram demittent. Item cum præpoſitione mem,motum de loco importante.Eccle.7. Ab iſto quoq; non remoueas manum tuam.

Participium præſens מַנִּיחַ Eccleſiaſt.5.Et quod faciat diuitem non permittit ei ut dormiat.

Participium præteritum מֻנָּח Ezech.41. Et qualiter poſita eſt domus lateralis.

In uoce paſſiua הֻנַּח Thren.4.Defatigati ſumus,& non eſt facta remiſſio nobis. Zach.5.Et ponetur ibi ſuper baſim ſuam.

נַחַת Quies,requies,remiſſio,recreatio,refocillatio.Ieſaiæ 30.In conuerſione, & quiete ſaluabimini.Iob 36.Et quies menſæ tuæ,plena pinguedine.cap.17.Num pariter ſuper puluerem erit quies.Eccl.7.Melior eſt pugillus cum quiete. Prouerb.29. Viro ſapienti qui litigat cum uiro ſtulto, ſiue iraſcatur ſiue rideat, non eſt quies.Ieſa.30. Et dimiſſionem brachij ſui oſtendet in excandeſcentia iræ. ſed de hoc nomine etiam infrà in themate נחת.

הֲנָחָה Remiſſio. Eſther 2. Et remiſſionem prouincijs fecit. ſed de hoc etiam infrà in uerbo נוח.

635 ינק Suxit.Et in futuro cõiugatur perfectè ſeruata litera ſubſtantiali iod, congruitq; tam ſignificatione, quàm modo ſignificandi cum uerbo מיץ Ieſaiæ 60.Et ſuges lac Gentium, & mammam regum ſuges. Et cap.66. Gloriam gentium ſugetis. Iob 3.Et cur ubera,ut ſugerem. Et cap.20. Et uenenum aſpidum ſuget. Deuter.33. Inundationem marium ſugent.

Participium præſens,quod tamen nominaliter uſurpatur יוֹנֵק, ſugens,lactens. Num.11.Quemadmodum portabit nutricius ſugentem.Deut.32. Sugentem cum

uiro caniciei. Canticorum 8. Sugentem ubera matris meæ. Ieſaiæ 11. Et delectabitur ſugens ſuper foramine aſpidis. Et cap. 53. Et aſcendit ſicut ſugens, id eſt ſurculus tener, lacteus, qui ſugit ſuccum arboris. Et pluraliter יוֹנְקִים Pſal. 8. Ex ore paruulorum & ſugentium. Et in ſtatu regiminis יוֹנְקֵי Ioelis 2. Congregate paruulos, & ſugentes ubera.

In tertia coniugatione ſeruat iod ſubſcripto zere הֵינִיק, ſugere fecit, id eſt lactauit. Exo. 2. Et lacta eum mihi. Et iterum: Et lactauit tibi infantem. Deut. 32. Et lactauit eum melle ex rupe. 1. Samu. 1. Et lactauit filium ſuum donec ablactaret eum. 1. Reg. 3. Et ſurrexi mane ut lactarem filium meum.

INDE NOMINA:

יוֹנֵק Sugens, lactens: uide ſupra in participio.

יוֹנֶקֶת Nomen participiale generis fœminini, ſurculus, ſcilicet tener, & lacteus, quiq; ſugit ſuccum arboris. In ſtatu affixorum. Iob 8. Et in horto eius ſurculus ipſius egredietur. cap. 15. Surculum eius areſaciet flamma. Et pluraliter יוֹנְקוֹת Pſal. 80. Et ad fluuium ſurculos ſuos. Ezech. 17. Et ponam de ſummitate ſurculorum eius. Oſeæ 14. Proficient ſurculi eius.

מֵינֶקֶת Nomen participiale: lactans, nutrix. Gen. 35. Et mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ. Exo. 2. Et uocabo tibi mulierem nutricem ex Hebræis. Et in ſtatu affixorum interſerit iod literam characteriſticam tertiæ coniugationis ſubſcripto hirik. Geneſ. 24. Et nutricem eius. 2. Reg. 11. Et nutricem eius. Et pluraliter מֵינִיקוֹת Ieſ. 49. Et principiſſæ eorum nutrices tuæ.

יְנִיקוֹת Nomen pluralis numeri tantum, ſurculi teneri, & lactei. Ezech. 17. Summitatem
636 ſurculorum eius auulſit.

יסד Fundauit, fundamentum poſuit. Et differt tantum modo ſignificandi à uerbis שָׁת & סָדַר Pſal. 104. Fundauit terram ſuper firmitatem ſuam. Et iterum: In locum quem fundaſti eis. Prouer. 3. Iehoua in ſapientia fundauit terram. Ieſaiæ 51. Et ad fundandum terram. Eſdræ 3. Qui uiderunt domũ primam in fundando eam, id eſt quum fundaretur ipſa. Iob 38. Vbi fuiſti in fundando me terram. 2. Paral. 31. In menſe tertio inceperunt aceruos ponere. ubi irregulariter ſamech eſt daggeſſata. Habakuk 1. Et fortem ut argueres, fundaſti eum.

Participium præſens maſculini generis יֹסֵד Ieſaiæ 51. & Zachariæ 12. Et fundans terram.

In uoce paſſiua נוֹסַד Ieſaiæ 44. Et templum fundabitur. Exod. 9. A die fundari, id eſt qua fundata eſt. Pſal. 2. Et principes fundati ſunt unà, id eſt, conſultauerũt ſeu conſtituerunt pariter. Nam ut fundamentum eſt ædificij, ita conſultatio rei gerendæ. Similiter Pſalm. 31. In conſtituendo eos pariter contra me, id eſt, ſtatuendo, decernendo. In ſecunda coniugatione יִסַּד Ieſa. 14. Iehoua fundauit Zion. 1. Reg. 16. In Abiram primogenito ſuo fundauit eam. Ioſue 6. In primogenito ſuo fundabit eam. Pſal. 8. Ex ore infantium & lactentium fundaſti potẽtiam, id eſt regnum. 1. Paral. 9. Hos conſtituit Salomo. Eſther 1. Qui ſic conſtituit rex.

Participium præteritum מְיֻסָּד 1. Reg. 7. Et fundatum lapidibus precioſis. Et pluraliter מְיֻסָּדִים Canticorum 5. Et coxæ eius ut columnæ eburneæ fundatæ ſuper baſes aureas.

In uoce paſſiua יֻסַּד 1. Reg. 6. Anno quarto fundata fuit domus Iehoua. Eſdræ 3. Et templum Iehoua non erat fundatum.

In tertia coniugatione legitur tantum participium præteriti temporis מוּסָּד Ieſ. 28. Ecce ego fundator in Zion lapidis, lapidis, inquam, probati, angularis, precioſi, fundamenti fundati, qui crediderit non trepidabit.

INDE NOMINA:

יִסֵּד Fundator. Ieſaię 28. Ecce ego fundator in Zion. Etſi alij ſic exponãt: Ecce me fundauit in Zion lapidem, &c.

מוּסָד Fundamentum. Ieſaiæ 28. Fundamenti fundati. 2. Paral. 8. Vſq; ad diem fundamenti domus Iehoua.

מוסדה Fundatio.Ieſa.30.Et erit omne penetrans uirga fundamenti ſeu fundationis. Et pluraliter מוסדות Ezech.41.Fundamenta laterum.

יסוד Fundamentum. Exod.29. Omnem ſanguinem fundes ad fundamentum altaris. Pſal.137. Euacuate, euacuate uſq; ad fundamentum in ea. Et in ſtatu affixorum nihil mutat.Ezech.13.Et reuelabitur fundamentum eius.Iob 4.Quarum eſt in pul uere fundamentum earum. Et pluraliter יסודים quod cum affixo legitur Micheę 1.Et fundamenta eius reuelabo.

יסד Forma maſculini generis, fundamentum.Eſdræ 3. Eſt fundamentum aſcenſionis in Babel. Et in forma fœminea יסודה cum affixo.Pſal.87.Fundamentum eius in montibus ſanctitatis.

מסד Fundamentum.1.Reg.7.Et à fundamento.

מוסדי Nomen pluralis numeri tantum, ſtatusq; regiminis, fundamenta.Deut.32.Et inflammauit fundamenta montium.2.Samuel.22.Fundamenta cœli commouebuntur.Prouerb.8.Cum circumſcriberem fundamenta terræ.Ieſa.58. Fundamenta generationis & generationis eriges. Et in forma fœminina מוסדות 2.Sam.22.& Pſal.18.Et reuelabuntur fundamenta orbis. Et in diſtinctione ſententiæ מוסדות Ieſa.40.An deprehendiſti fundamenta terræ.

הוסד Fundamentum, conſtitutio ædificij. 2.Paralip.3. Et hæc ſunt fundamentum Salomonis ad ædificandum domum dei.Eſdræ 3.In laudando Iehoua ſuper fundamento domus Iehoua.

סוד Conſilium, in quo aliquid ſtatuitur & decernitur: atq; ut fundamentum eſt ædificij, ita eſt conſilium rerum agendarum: deinde quia conſilia ſecreta ſunt, & eſſe debent, pro ſecreto, myſterio, ſacramento, inſuper etiam pro ipſo concilio,id eſt, congregatione,ſeu loco congregationis & concilij ſumitur. Pſal.55. Qui unà ſuauiter communicabamus conſilium, id eſt arcanũ, & myſterium dei.Prou.11. Abit delator, & reuelat conſilium. Et cap.25. Et ſecretum alterius ne reueles. Pſalm.25. Conſilium Iehoua timentibus eum,id eſt ſecretum. Iere.6. Effundam furorem ſuper pueros in platea,& ſuper concilium ſelectorum pariter. Pſal.89.Deus pręualidus in concilio ſanctorum. In ſtatu affixorum manet inuariatum. Gen.49.Et in concilium eorum non intrabit anima mea. Ierem.23. Si ſtetiſſent in conſilio meo. Amos 3.Et deuoluit conſilium ſuum ad ſeruos ſuos,prophetas.

סד Cippus,compedis ſpecies,quo in fundamento cõſtringuntur pedes, ſeu quod eſt in fundamento firmiter collocatum, ne poſſit moueri loco. Iob 13. Et poſuiſti in cippum pedes meos.Similiter cap.33.Ponet in cippum pedes meos.

637 **יסך** Fuſum, effuſum, diffuſum, expanſum eſt ſupernè. Et congruit ſignificatione cum uerbis פסס & סכך שוך סוך נסך מסך niſi quòd ut forma parum, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant. Exo.30. Super carnem hominis non fundetur,id eſt expandetur.

INDE NOMEN,

מוסך Operculum, tegumentum, tectorium,tabulatum.2.Reg.16. Et tabulatum ſabbathi, quod ædificauerunt intrinſecus. Hebræi ſentiunt in atrio templi fuiſſe tentorium ſubter quo cuſtodes templi ſingulis ſabbathis excubias egerint. Mihi autem uidetur fuiſſe tabulatum ſub quo ſacerdotes Moſen & prophetas Regi ac populo expoſuerunt,quod impius rex Achaz amouiſſe legitur,cui reſpondet adhuc in Iudæorum ſynagogis tabulatum è quo decem pręcepta,& lectiones cùm ex lege, tum Prophetis enarrant, & lingua potius Chaldaica, quàm Hebræa על ממרא & Germanica **auff der Sage**, appellant, uideturq; ad imitationem turris illius factum cuius mentio fit Nehe.8.& apud nos Chriſtianos concio ſeu ſuggeſtum.

638 **יסף** Addidit, adiecit:magnamq; affinitatē habet ſignificatione cum uerbis אסף & ספה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differãt:habet etiam contrariam ſignificationem uerbo גרע Iudic.13. Et non addidit amplius angelus Iehoua apparere ipſi Manoah. 1.Samuel.15. Et non addebat Samuel uidere Saul, id eſt non amplius uidebat Saulem. Et quando conſtruitur cum lamed, ſignificat

cat in malum addere,ſcilicet malum alicui,id eſt inferre malum.Ieſaiæ 26. Addidiſti Genti,addidiſti genti, ideo glorioſus factus es. Porro quando in fine ſententiæ abſolutè ponitur,tum ſignificationem habet cõtrariam, ſicut uerbum יסף quemadmodum etiam Chaldæus reddidit uerbo פסק id eſt ceſſauit,defecit.Numeri 11. Et factum eſt ut requieſceret ſuper eos ſpiritus Prophetarum, & non ceſſauerunt. Deut.5. Verba iſta loquutus eſt Iehoua ad omnem Eccleſiã ueſtram è medio ignis nubis & caliginis uoce magna,& non ceſſauit.

Participium præſens יֹסֵף Gen.30.Et uocauit nomen eius Ioſeph,dicens,Addidit mihi Iehoua filium alium.

In uoce paſſiua נוֹסַף Exo.1.Si incidat bellum & addatur etiam ipſe oſoribus noſtris.Num.36.Et addatur hæreditati illius baculus.

Participium נוֹסָף Prouer.11. Et diſtributor & additus adhuc,id eſt cui additur, ſeu affluit. Et in genere fœminino pluraliter נוֹסָפוֹת Ieſa.15.Quoniã ponam ſuper Dimeon additamenta ſeu additiones,ſcilicet malorum.

In tertia coniugatione הוֹסִיף addidit,& accipitur in utranq; partem,bonam & malam.1.Reg.10.Addidiſti ſapientiam & bonitatẽ ſupra famam,quã audiui.Pſal. 71.Et addam ſupra omnem laudationẽ tui. Eccl.1. Addidi ſapientiã ſupra omnes, qui fuerunt ante me in Ieruſalem. Eſt autem obſeruandum quòd in futuro huius coniugationis in prima perpetuò habeat holem, & in altera regulariter hirik, ſequente iod,uel ſine iod, uel zere, tranſpoſito iod ad hirik ſubiectum idq; præcipue quando præcedit particula negatiua. Veruntamen ſi copulam uau habeat ab initio annexam, tum utplurimum loco zere recipit ſegol,ſicut in exemplis cernere licet. Legitur tamen תּוֹסֵף Prou.30. Ne addas uerbis eius.Et תּוֹסָף cum kametz, quod eſt zere magnũ in fine ſentẽtię.Iob 40.Ne ceſſes.Simili phraſi legitur Deut. 25. Quadragies uerberet eum, non ceſſet.Inſuper legitur אוֹסִיפוּן aleph loco uau. Exo.5.Non addetis,ut redeatis.Præterea legitur וַיֹּסֶף עוֹד 2.Sam.6.Et collegit amplius Dauid omnes electos in Iſrael triginta millia,&c. ubi ſignificationẽ quidem habet uerbi אָסַף, niſi malis עוֹד eſſe infinitiuum, ut ſit ſententia:Et addidit conſtituere Dauid omnes electos in Iſrael.Præterea & hoc obſeruatu dignum eſt, quòd quando cum עַל conſtruitur abſolutè, tum in bonum accipi, & ſubintelligẽdum, benedictio, ſeu bonum. Deut.1. Iehoua deus Abraham addet ſuper uos. Pſal.115. Addet Iehoua ſuper uos,ſuper uos,inquam,addet,& ſuper filios ueſtros,id eſt cumulet uos bonis.Sicut è contra,quando cum datiuo conſtruitur mediante articulo lamed in malam partem accipitur,pro dare malum ſeu damnum. Pſa.120. Quid dabit tibi,& quid addet tibi lingua doloſa.Similiter in iuramẽtis.1. Sam.25.Sic faciat deus inimicis Dauid, & ſic addat , ſi reliquero aliquẽ ex omnib. qui eius ſunt.

Participium præſens maſculini generis,pluralis numeri מוֹסִיפִים Nehem.13. Et uos additis furorem ſuper Iſrael prophanando ſabbathum.

INDE NOMEN,

יוֹסֵף Proprium nomen filij Iacob patriarchæ. Gen.30. Vocauit nomen eius Ioſeph, dicens,Addidit Iehoua mihi filium alium.

639 יָסַר In prima coniugatione uoce actiua ſæpe iod litera abit in dagges,ſignificatq; cõſtringere,cohibere,cohercere,corrigere aliquem diſciplina,legibus,uel uinculis, uel pœna, ne pro libidine uagetur, & uiuat, faciatq; quidlibet. Et magis proprie de reali diſciplina,& facto,ſicut יָכַח magis proprie de uerbali increpatione dicitur, ac magnam affinitatem habet ſignificatione cum uerbis מָסַר & אָסַר: contrariam autem ſignificationem cum uerbis יָתַר & סוּר סָרַר סוֹרֵר Græci communiter uerterunt uerbo παιδεύω, Latini nunc uerbo caſtigandi,nunc corripiendi.Iob 39. Num contendere cum omnipotente corripiet. Pſal.16. Equidem in noctibus corripuerunt me renes mei.Ieſaiæ 8.Et corripuit me,ne abirem in uiam populi huius.Et cap.28.Et corripiet eum in iudicio deus eius,& docebit eum.1.Para. 15.Et Canaiahu erat princeps Leuitarum in eleuatione,corrigendo in eleuatione, quia intelligens erat.

Participium præſens יֹסֵר Pſal.94. Qui caſtigat Gentes, an nō corripiet. Prou. 9. Qui corripit deriſorem, acquirit ſibi ignominiam.

In uoce paſſiua נוֹסַר Leuit.26. Et ſi in iſtis non corrigemini, ſed ambulaueritis mihi ex aduerſo. Pſal.2. Corrigemini iudices terræ. Prouerb.29. Verbis non corrigetur ſeruus, id eſt emendabitur. Ezech.23. Et corrigentur omnes mulieres, ne faciant iuxta ſcelera ueſtra.

In ſecunda coniugatione יִסֵּר auget ſignificationem. 1. Reg. 11. Pater meus caſtigauit uos flagellis, ego autem caſtigabo uos ſcorpionibus. Leuit.26. Et addam ad caſtigandum uos ſeptuplum propter errata ueſtra. Pſalm.6. Non in furore tuo caſtiges me. Pſal.39. In correptionibus ſuper iniquitate caſtigas aliquem, id eſt, quan do reprehenſione caſtigas aliquem. Pſalm.118. Caſtigando caſtigauit me Iehoua. Oſeæ 7. Ego caſtigaui, corroboraui brachium eorum.

In tertia coniugatione legitur ſemel, & irregulariter. Oſeæ 7. Caſtigabo eos ſecundum auditum cœtus eorum, id eſt, doctrinam.

INDE NOMINA:

מוּסָר Græcè παιδεία, Latine diſciplina, correctio, correptio, increpatio, caſtigatio, actiuè uel paſſiuè quæ eſt aſſuefactio, qua homines arcent̃ à peccatis, per doctrinam, minas, diſciplinam, caſtigationem, qualis cōmuniter primis annis adhiberi ſolet, eſtq́ ſeuerior inſtitutio. Prou.1. Ad diſcendum ſapientiam, & diſciplinam. cap.15. Caſtigatio eſt mala deſerenti ſemitam. Oſeæ 5. Ego ſum caſtigatio omnibus illis. Ezech.5. Increpatio, & terror Gētibus. In ſtatu affixorum ſeruat cametz. Prou. 8. Suſcipite diſciplinam meam, & non argentū. In ſtatu regiminis mutat cametz in pathah מוּסַר Deut.11. Qui non uiderunt caſtigationem Iehoua dei ueſtri. Prou. 15. Timor Iehoua, eſt diſciplina ſapientiæ. Iob 12. Diſciplinam Regum ſoluit. Ieremiæ 30. Plaga inimici percuſſi te, & in caſtigatione crudelis.

מֻסָּר Caſtigatio. Iob 33. Et in caſtigatione eorum terret eos.

מוֹסֵרוֹת Vincula. Iere.5. Diruperunt uincula. Et cap.27. Fac tibi uincula & iuga. In ſtatu regiminis & affixorum מוֹסְרוֹת Iob 39. Vincula onagri quis ſoluet. Pſal.2. Dirumpamus uincula eorum. Pſal.106. Et uincula eorum diſrumpit. Legitur etiam in forma maſculini generis, in ſtatu regiminis, & affixorum מוֹסְרֵי Ieſ.52. Solue uincula colli tui captiua filia Zion. Pſalm.116. Soluiſti uincula mea. Ieſaię 28. Ne forte inua

640 leſcant uincula ueſtra, ſeu caſtigationes ueſtræ.

יָעַד In prima coniugatione, de uoluntate ſua certiorem reddidit, de fide teſtatus eſt, addita uel promiſſione uel iuramento, uel ſigno, aliquid condixit ſeu promiſit, cōteſtatus eſt, certo cōſtituit, decreuit, deſignauit, deſpōdit ſibi aut alteri, quod in ſponſalibus fides certo promittitur, & ab altera parte requirit̃, eaq́ atteſtationibus ratificantur: ac ſignificatione cōgruit cū uerbis עָבַר & עָדָה עוֹד niſi ꝙ ut forma parum, ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant, at à uerbo מָעַד omnino diſcrepat ſignificatione. Exod.21. Si uero ancilla diſplicuerit in oculis ſuſtentatoris ſui, & non deſponderit eam. Et mox iterum: Si aūt filio ſuo deſponderit eam. 2. Sa. 20. Et abijt Amaſa ut uocaret Iehudam, & diſtulit ultra tempus, quod ei conſtituerat. Ierem.47. Et contra portus maris, ibi conſtituit eum. Et obſerua ꝙ uno in loco ſignificet correlatiue, dicto firmiter credere, certificare promiſſionē fide, promiſſum tenere ratum & certum, aſſentiri uerbo, fidem habere uerbo. Micheæ 6. Audite baculi, ſed quis credit illi, ſcilicet auditui. ex quo loco perſpicuū eſt uerbum requirere fidem & econtra fidem debere niti uerbo.

In uoce paſſiua נוֹעַד uoluntatē & animū addito uel uerbo, uel facto ſeu ſigno, & opere externo depromere & teſtari. Si de uerbo, interpretari licet uerbo teſtari, atteſtari, conteſtari. Exo.25. Et teſtabor tibi ibi, & loquar tecū è propiciatorio. ca. 29. Ad oſtiū tabernaculi teſtimonij corā Iehoua, ubi teſtificabor uobis. Eſt aūt teſtari, loqui de re, quā teſtis ille uidit, & ſcit eſſe uerā & cui alios fidem habere oportet. Sin aūt de re dicit̃, tū licet interpretari ꝓ cōſentire, cōſpirare, cōfœderari, iungi fœdere, coire, cōuenire, cōgregari, qđ ſane fit certis legibus, cōditionibus, & cere

monijs

monij̄s, quibus fides utrinq; cõfirmatur. Ioſue 11. Et confœderati omnes iſti reges uenerunt, & demiſerunt ſe ſimul. Nehe. 6. Venite & conueniemus ſimul in uillis. Iob 2. Conſtituerunt ſimul uenire ad condolendum ei. Pſal. 48. Omnes reges confœderati ſunt, tranſieruntq; ſimul. Amos 3. Num duo ambulant, niſi conſenſerint.

Participium pluralis numeri נועדים Num. 14. Quæ cõfœderatæ ſunt aduerſum me. cap. 16. Quare tu, & totus cœtus tuus conſpirant contra Iehoua. 1. Reg. 8. Rex Salomo, & tota multitudo, quæ conuenerant ad eum.

In tertia coniugatione הועיד ſignificat ſuſtinere: & eſt uerbum forenſe. Iere. 49. Quis autem ſimilis eſt mihi, aut quis ſuſtinebit me, prouocare me, quis eſt paſtor, qui poſſit ſtare contra me. Iob 9. Si in iudicium, ſcilicet trahor, quis ſuſtinebit me, &c. Verbi huius, adeoq; ſermonis phraſin uidetur expreſſiſſe Paulus Apoſtolus 1. Corinth. 6. Suſtinet aliquis ueſtrum, negocium habens cum altero iudicari ſub iniuſtis, & non magis ſub ſanctis, &c.

Participium præteritum generis fœminini מועדה Ioſue 20. Hæ ſunt ciuitates conſtitutionis, id eſt, cõſtitutæ, omnibus filij̄s Iſrael. Et pluraliter מועדות Ezech. 21. Quorſum facies tuæ cõſtitutæ ſunt. Et in genere maſculino pluraliter מועדים Iere. 24. Et ecce duo calathi ficuum conſtituti ſunt ante templum Iehoua.

INDE NOMINA:

מועד Nomẽ, quod generaliter pro re aliqua certa, atteſtata, ac deſinata accipitur. Et primo pro tempore certo, & conſtituto. Ge. 17. Et fœdus meum ſtabiliam de Izhak, quem pariet tibi Sara ad tempus iſtud, in annum alterum. Et cap. 18. Ad tempus reuertar, ſcilicet, ſuo tẽpore, quo ſcilicet infans ſolet in utero matureſcere & naſci, &c. quod poſtea cap. 21. clarius exprimitur: Et impregnata eſt, & peperit Sara Abrahę filium in ſenectute eius ad tempus Sarę, quod prædixerat ei deus. Exo. 9. Et conſtituit Iehoua tempus dicens, cras faciet Iehoua uerbum iſtud in terra. Et cap. 13. Cuſtodies ſtatutum illud in tempore ſuo, id eſt, ſtato & certo ſuo tempore annuatim. Pſalm. 75. Cum ſumpſero tempus. Et 1. Samuel. 24. conſtituitur tanquam adiectiuum cum nomine ſubſtantiuo עת Et dedit Iehoua peſtem in Iſrael à mane uſque ad tempus conſtitutum. Secundo, accipitur pro feſto ſeu ſolennitate, quæ certo & ſtato tempore celebratur. Threnor. 1. Vię Zion lugent abſq; ueniente ad feſtum. Et mox iterum: Vocauit ſuper me feſtiuitatem, &c. Quas autẽ ſolennitates & quæ feſta ſignificet, in eius plurali inuenies. Tertio, pro loco certo & conſtituto. Ioſue 8. Et egreſſi ſunt uiri ciuitatis obuiam Iſraeli ad præliandum, ipſe & populus eius in conſtitutum, ſcilicet locum. Quarto, pro conuentu ſeu congregatione deputata. Iob 30. Scio ꝙ morti trades me, & domus conſtituta omni uiuenti, id eſt, domus conſtituta eſt, in quam omnes uiuentes cõueniunt & congregantur, domus omnibus mortalibus conſtituta. Ex hoc loco mutuaſſe uidetur autor epiſtolæ ad Hebræos cap. 9. ubi ſcribit omnibus hominibus conſtitutũ eſſe ſemel mori. Et ſimili phraſi etiam עולם legitur Eccl. 12. Quia homo abit in domũ ſeculi ſui, id eſt, quo omnes in ſeculo ſolẽt ſe recipere. Vel iuxta illud, Puluis es, & in puluerem reuerteris: in domũ antiquiſſimam, unde ſcilicet egreſſus eſt: uel ſic, ſeculi ſui, id eſt, temporis uitæ exactæ, iuxta illud pſalmi, Poſuit terminum, quem non præteribit. Quinto, pro caſtris, ſeu agminibus certo numero & ordine conſtitutis. Ieremiæ 46. Clamauerunt ibi, Pharao rex ille Ægypti concidit, tranſtulit caſtra. Sexto pro certa nota, quæ militibus in bello datur, ſignum, ſymbolum, teſſera militaris. Iudic. 20. Et teſſera erat Iſraeli cum illis, qui erant in inſidij̄s.

Septimo, quando conſtruitur cum nomine אהל tum ſpecificat, certificatq;, & quaſi diſcernit hoc tentorium ab alij̄s omnibus, ſicut pulchre & diſerte textus indicat Exod. 33. Et accepit Moſe tentoriũ & tetendit illud extra caſtra procul à caſtris appellauitq; illud אהל מועד & quicunq; uellet quærere Iehoua egrediebatur ad tentorium conſtitutum, quod erat extra caſtra. Et quia in hoc tantum uolebat deus teſtari populo ſuo de uoluntate ſua (Exo. 25.) ideo Stephanus protomartyr in defenſione ſua Actor, 7. uocat tabernaculũ teſtimonij̄. Porro Ieſaiæ 14. Etiam

monti

monti Zion apponitur propter templum & cultũ in eo conſtitutum & ordinatũ: Sedebo in mõte teſtamẽti in lateribus Aquilonis. Eadẽ etiam ratione Ieruſalem ciuitati attribuitur cap. 33. Vide Zion ciuitas teſtamenti noſtri. Et pluraliter מוֹעֲדִים ſtata ſcilicet tempora. Geneſ. 1. Et erunt in ſigna & tempora. Pſalm. 104. Fecit lunam in certa tempora, ut ſunt menſes & eorum certa interualla. Item pro feſtiuitatibus ſtatis. 1. Paralip. 23. In Sabbathis, in menſibus, & in feſtiuitatibus. In ſtatu regiminis מוֹעֲדֵי Leuit. 23. Hæ ſunt feſtiuitates Iehoua. Item pro templis, & ſynagogis conſtitutis, ut in illis conueniant homines. Pſalm. 74. Incendunt igni ſynagogas dei in terra. Sic in ſtatu affixorum ibidem: Rugiunt hoſtes in medio ſynagogarum tuarum. Item pro agminibus ſeu turmis. Ieſa. 15. Ab aquilone fumus uenit, & non eſt ſolitarius in agminibus ſuis. Item pro tempore ſtato. Iere. 8. Etiam ciconia in cœlo nouit tempora ſua. Legitur tamen etiam 1. Paralip. 8. pluraliter forma fœminini generis מוֹעֲדוֹת: In ſabbathis, in nouilunijs, & in feſtiuitatibus ter, in anno, in feſto azimorum, & in feſto hebdomadarum, & in feſto tabernaculorũ. ubi ſeſe declarat, quæ feſta uocet nomine מוֹעֲדוֹת.

עֵדָה Certus aliquis cœtus ſeu numerus, ſeu conuentus hominum, certũ collegium, cõciliabulum: & differt à nomine קָהָל ſicut ſpecies à ſuo genere, ſicut ex Leuit. cap. 4. facile deprehendes, quòd קָהָל uniuerſalem Eccleſiã ſignificet. Sic enim ibi legitur: Si totus cœtus Iſrael errauerit, & latet hoc erratũ ipſam Eccleſiam. Exo. 16. Et uenerũt omnes principes cœtus illius, & annũciauerunt Moſi. & cap. 34. Omnes principes in cœtu. Chaldæus uertit בִּכְנִשְׁתָּא Leuit. 8. Et omnem cœtum congrega in oſtium tentorij teſtimonij. Iere. 6. Audite gentes, & cognoſce cœtus. In ſtatu regiminis עֲדַת Exod. 12. Loquimini ad omnem cœtum Iſrael. Iob 15. Cœtus hypocritarum ſterilis. Pſalm. 1. Nec errones in cœtu iuſtorũ. Pſalm. 8. Cœtus populorũ circumdabit te. Pſalm. 68. Increpa feram arundinis, cœtum taurorũ. Num. 16. Et loquutus eſt ad Karach, & ad totum cœtum ipſius. Pſal. 64. Memor eſto cœtus tui, quem comparaſti. Item conſtruitur cum קָהָל Exod. 12. Immolabitq; cũ uniuerſa eccleſia cœtus Iſrael. Et Iudic. 14. tranſumitur pro cœtu ſcilicet apũ: Et ecce examen apum in cadauere leonis. Et in ſtatu affixorum ponitur pro neruis in quibus uires & robur hominis conſiſtunt. Iob 16. Deuaſtaſti omnes uiros meos robur meum, cœtum ſcilicet neruorum & compagum.

641

יָעָה Amouit, remouit cineres, aut quid ſimile in cumulum. Ieſaiæ 28. Remouebit grando protectionem mendacij.

INDE NOMEN,

יָעִים Inſtrumẽta ænea, quibus cineres remouebantur de altari in cumulum: alij ſcopas eſſe uolunt, nos palas uertimus. Exod. 38. Et fecit omnia uaſa altaris ollas & palas, & pelues. Num. 4. Palas & pelues. 1. Reg. 7. & 2. Paral. 4. Et fecit Hirom ollas, & palas, & pelues. 2. Reg. 25. Et ollas & palas, & forcipes, & cochlearia, & omnia uaſa ænea, quibus miniſtrabant, abſtulerunt. Et cum affixo ſeruat cametz. Exod. 27. Et facies ollas eius pro cinere eius, & palas eius, & pelues eius. Videtur autem hoc uerbum congruentiam habere cum uerbo עָה.

642

יָעַז Ab hoc themate legitur participiũ paſſiuæ uocis נוֹעָז congruitq; ſignificatione uerbis עזז & עוז Ieſaiæ 33. Populum obfirmatum non uidebis. Et uidetur aliquibus conuenire cum nomine עַז de quo ſuo in loco.

643

יָעַט Operuit: & congruit ſignificatione cum uerbis עטה כָּסָה חָפַשׂ Et legitur in hac forma ſemel Ieſaiæ 61. Pallio iuſtitiæ operuit me.

644

יָעַל Vſuuenit tantũ in tertia cõiugatione, & proprie ſignificat exaltare, ſubleuare, releuare, conſeruare ab interitu: cõgruitq; ſignificatione cũ uerbis על עָלַל עָלָה גָּעַל מָעַל niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Habakuk 2. Quid ſubleuaminis adfert ſculptile. Iob 35. Quid ſubleuaminis accipiam de errato meo. Prouerbio. 11. Non releuant theſauri improbitatis. Ierem. 16. Nõ eſt in eis qui ſubleuet.

INDE NOMINA:

יָעֵל Caprea ſyluestris: quam ibicem, ſeu capreolum appellare licebit, quãquam capri genus eſſe arbitror, quod mõtes, & excelſas rupes & petras ſcãdat & habitet, quaſi dicas rupicapros. Legitur autem in maſculino genere tantum pluraliter יְעֵלִים 1. Samuel. 24. Et abijt ad quærendum Dauidem, & uiros eius ſuper petris capreolorum. Pſal. 104. Montes excelſi capreis. Iob 39. Nunquid noſti tempus, quando párere ſolent capreæ petrarum. Et in forma fœminea יַעֲלָה Prouerb. 5. Caprea gratiſſima. Et Plinius libro octauo, inter caprarũ genera rupicapreas enumerat, quem conſulere poteris.

בְּלִיַּעַל Vide de iſta uoce in themate על.

יַעַן Eò quòd. Item Struthio. Vide in themate ענה.

645 יעף

Literæ tranſpoſitione tantum à uerbo עָיֵף uariat, aliàs ſignificatione cõgruit: conuenit quoq; cum עוּף in altero modo ſignificãdi. Significat enim laſſum & defatigatũ fieri, ut aliquis mouere & erigere ſe amplius nõ poſſit, & exerere uires corporis. Et eſt contrarium ſignificatione cũ uerbo יגע Ieſaiæ 40. Iehoua creator extremitatum terræ non defatigabitur. Et iterum: Ambulabunt & non defatigabuntur. Et mox iterum: Et defatigabuntur pueri. & cap. 44. Non bibat aquam, & defatigetur. Ieremiæ 2. Omnes quærentes eam non defatigabũtur. cap. 51. Et laborabunt homines in uanum, & ad ignem, & defatigabuntur. Similiter Habakuk 2. Et populi in uanum defatigabuntur.

INDE NOMEN,

תּוֹעָפוֹת Nomen pluralis numeri tantum, habens contrariam uerbo ſuo ſignificationem: Num. 23. Sicut fortitudines unicornis ei. Iob 22. Argentum fortitudines tibi. Pſal. 96. Et fortitudines montium ei. Num. 22. Sicut erectiones unicornis ei. Iob 22. Argentum erectiones tibi. Pſal. 96. Et erectiones montium ei.

646 יעץ

Vt à יָסַד, id eſt, fundauit, dicitur סוֹד conſilium, ita à יָצַע id eſt, ſtrauit, etiam יָעַץ literarum tantum tranſpoſitione, proponere in animo, conſulere, ſeu cõſilium inire, dicitur, q conſiliũ ſit quaſi ſtratum ſeu ſtragulum, ſuper quo actiones noſtræ conſiſtunt. Sed quia Latinus ſermo uerbum ſternendi pro conſulendi, nõ recipit, ideo cogit nos eius egeſtas recipere uerbum cõſulendi, quanquã, qđ ad conſtructionem attinet, ne id quidem reſpondeat, ſiquidem Hebrǽum poſt ſe accuſatiuum regat, uerbum autem Latinum conſulo datiuum. Legitur tamen Imperatiuus in forma עוּץ de quo ſuo in loco, nec multum abludit ab eo cùm uoce tum ſignificatione uerbum יָעַץ de quo etiam aliàs. 2. Samuel. 17. Non eſt bonum conſilium, quod conſuluit Achitophel. Ieſaiæ 14. Quia Iehoua exercituum conſuluit: Pſalm. 17. Benedicam Iehoua, qui conſuluit mihi. Pſalm. 62. Quia conſuluerũt expellere. Pſalm. 32. Conſulám tibi oculo meo.

Participium præſens quod ſæpe nominaliter uſurpatur יוֹעֵץ Ieſaiæ 19. Propter conſilium Iehoua, quod ipſe cõſulit ſuper ipſum. Ieſaiæ 9. Conſiliarius. Prouer. 11. Et ſalus in multitudine conſiliarij. Micheæ 4. Num conſiliatus tuus ſublatus eſt.

Et pluraliter יוֹעֲצִים Ezech. 11. Et qui conſulunt conſilium malum. Prouerb. 25. Et in multitudine conſiliariorum ſtabilietur. Et in ſtatu regiminis יוֹעֲצֵי Ieſaiæ 19. Conſiliarij Pharaonis. Prouerb. 12. Et conſiliarijs pacis lætitia. In genere fœminino יוֹעַצְתּוֹ 2. Paral. 22. Quia mater ipſius fuit conſulens ei.

Participium præteritum generis fœminini יְעוּצָה Ieſaiæ 14. Hoc eſt conſilium, quod conſultum eſt ſuper omnem terram.

In uoce paſſiua נוֹעַץ. Et ut נִשְׁפַּט in uoce paſſiua ſignificat in ius uocare, ita hoc noſtrum ſignificat in cõſilium adhibere, conſultare cum alijs. Ieſaiæ 40. Quem in conſilium adhibuit: uel ſic, cum quo conſultauit? Pſalm. 70. Conſultauerunt pariter. 1. Reg. 12. Et in conſiliũ adhibuit rex Rechabeam ſenes. 2. Reg. 6. Et conſilium detulit ad ſeruos ſuos. Nehemię 6. Veni & conſultabimus pariter. 2. Paralip. 32. Et conſultauit cum principibus ſuis.

Partici-

Participium pluralis numeri נוֹעָצִים 1.Reg.12. Vos conſultatis.

In quarta coniugatione הִתְיָעֵץ conſultauit. Pſalm. 83. Et conſultabunt contra abſconditos tuos.

INDE NOMINA:

עֵצָה Græcis βουλὴ, Latinis cõſilium, propoſitum, inſtitutio, ut in nouo Teſtamento ſæpiſſime accipitur. Prouerb.8. Meum eſt conſilium, & effectus. cap.12. Obtemperãs cõſilio eſt ſapiens. & cap.20. Aquæ profundæ, conſilium in corde uiri. Et mox iterũ: Cogitationes cõſilio cõfirmantur. In ſtatu regiminis עֲצַת 1.Reg.12. Et reliquit cõſiliũ ſenum. Prouerb.19. Conſilium Iehoua ipſum ſtabit. In ſtatu affixorum עֲצָתוֹ 2.Sam.16. Conſilium eius. Ieſa.46. Conſilium meum ſtabit. Et pluraliter עֵצוֹת Deut.32. Quoniam Gens priuata conſilijs. Pſalmo 13. Quamdiu ponam conſilia in anima mea.

מוֹעֵצוֹת Nomen pluralis numeri tantũ, conſilia, conſultationes, deliberationes. Prou. 22. In conſultationibus & cognitione. Ierem.7. Sed abierunt in conſultationibus. Et cũ affixis מוֹעֲצוֹתֵיהֶם Pſal.5. Cadant à cõſultationibus ſuis. & Pſal.81. Abibant in cõſultationibus ſuis.

יַעַר Sylua, item fauus mellis. Vide in themate ſuo יער

647

יָפָה Venuſtum, elegans, decorũ, formoſum, gratioſum, pulchrum fuit, quod gratiã habet, & ad ſe allicit, inq; ſui amorem inuitat, ac pellicit homines: atque ſignificatione congruit cũ uerbis נָאָה & פָּאַר פָּאָה יָאָה, niſi q; ut forma, ita modo tantũ ſignificandi inter ſe differant, ſicut differentiam illã indicauimus in uerbo נָאָה Canticor.4. Quàm formoſæ ſunt mammæ tuæ. & cap.7. Quàm formoſi ſunt pedes tui in calciamẽtis. Et mox iterum: Quàm formoſa es. Ezech.31. Et formoſa fuit in magnitudine eius. Et cap.16. Et formoſa fuiſti ualde.

In ſecunda coniugatione יִפָּה formoſum reddidit. Ieremiæ 10. Argento & auro formoſum faciet illud.

In quarta coniugatione הִתְיַפָּה Ierem.4. In uanum formoſum te facies.

Legitur quoq; geminatum augẽdæ ſignificationis gratia יָפְיָפִיתָ Pſal. 45. Formoſus fuiſti præ filijs hominum.

INDE NOMINA:

יָפֶה Nomẽ maſculini generis, formoſus, decorus, elegãs, uenuſtus, pulcher, qui allicit & inuitat in ſui amorẽ. Cantic.1. Ecce tu formoſus es dilecte mi. Eccl.5. Ecce q; uidi ego bonum, quòd formoſum, ut comedat, & bibat, & uideat bonũ. Et in ſtatu regiminis יְפֵה Gen.39. Et erat Ioſeph formoſus ſpecie, & formoſus uiſu. Pſal. 58. Formoſus ſurculo. Et in genere fœminino יָפָה 2.Sam.13. Et Abſolom filio Dauid erat ſoror formoſa. 1. Reg.1. Et quærebant puellam formoſam. Canti.1. Ecce tu formoſa, amica mea, ecce tu formoſa. Et in ſtatu regiminis יְפַת Gen.29. Formoſa ſpecie, & formoſa uiſu. Et in ſtatu affixorũ יָפָתִי Canticor.2. Formoſa mea.

Et pluraliter יָפוֹת Iob 42. Mulieres formoſæ. Amos 8. Virgines formoſæ. Et in ſtatu regiminis יְפוֹת Gen.41. Formoſæ uiſu. Et iterum: Et formoſę ſpecie.

יֹפִי Forma, formoſitas, uenuſtas, elegantia, pulchritudo, quæ hominibus grata eſt, & ad ſe inuitat, ac pertrahit. Ieſaiæ 3. Aduſtio pro formoſitate. Ezech.27. Ego abſolutæ formoſitatis. Prou.31. Et uanitas eſt forma. Et in ſtatu regiminis יְפִי Ezech. 28. Super formoſitate ſapientiæ tuæ. Et in ſtatu affixorum mutat holẽ in hateph cametz. Ieſ.33. Et regem in formoſitate ſua uidebunt. Ezech. 28. Superbiuit cor tuum in formoſitate tua. Prouerb.6. Ne appetas formam ipſi in corde tuo.

יְפֵהפִיָּה Nomen geminatum fœminini generis, augens ſignificationem. Iere.46. Vitula formoſiſſima Ægyptus.

מוֹפֵת Vt uerbum, ita nomen quoq; congruentiã quandã habet cum themate אָפָה & ſignificat aſpectum, ſeu ſignum uiſibile, de re futura, uel bona, uel mala admonẽs, ſecũdum quã rẽ uel iucundũ eſt aſpectu, uel triſte & horrendũ, Latini prodigiũ ſeu portentũ uocant. 2.Paral.32. Et ſupplicauit ad Iehoua, qui promiſit ei, & prodigiũ

dedit ei.pro quo 2.Reg.20.& Ieſa.38.ſcriptum eſt אוֹת ſignum. Ieſa. 20. Et dixit Iehoua ſicut ambulauit ſeruus meus Ieſiahu,nudus & diſcalciatus tribus annis in ſignum & prodigium ſuper Ægyptum,& ſuper Æthiopiam,ſic abducet rex Aſſur captiuitatem Ægypti & Æthiopiæ.Ieremiæ 12.Faciem tuam operies,& non aſpicies terram,quoniam portentum dedi te domui Iſraël.Ezechielis 24. Et erit Ezechiel uobis in prodigium,ut iuxta omnia quæ fecit ille,ita uos faciatis. Zachar.3. Quoniam uiri portẽti illi ſunt.Ierem.12.Dic ego ſum portentum ueſtrum, quemadmodum feci,ita fiet illis in tranſmigratione,in captiuitatem abibunt.Deuter.7. Si dixerit ad uos Pharao,ponite pro uobis prodigium. & cap. 13. Si ſurrexerit in medio tui propheta,aut ſomniator ſomnij,& dederit tibi ſignum,aut prodigium. 1.Reg.13.Et dedit in die illa prodigium dicens,hoc eſt prodigiũ, quod locutus eſt Iehoua,ecce altare ſcindetur,& effundetur cinis. Pſal. 71. Sicut prodigium factus ſum multis. Et pluraliter מוֹפְתִים Exo.4. Vide omnia prodigia quæ poſui in manu tua,ut faceres ea coram Pharaone.& cap.11.Et Moſes & Aharon fecerunt omnia prodigia illa coram Pharaone.Ieſa.8.Ecce ego & pueri quos dedit mihi Iehoua in ſigna & prodigia in Iſrael.Ioel.3.Et dabo prodigia in cœlo & in terra,ſanguinem,& ignem,& palmas fumi,ſol uertetur in tenebras,& luna in ſanguinem. In ſtatu affixorũ.Exod.7.Et multiplicabo ſigna mea,& prodigia mea in terra Ægypti.1.Paralip.16.Recordamini mirabilium eius quæ fecit,prodigiorum eius,& iudiciorum oris eius.

תֹּפֶת Excelſum illud,& cultus in illo inſtitutus,à portẽtoſo,& horrendo uiſu ſpectaculo,quod comburendis liberis exhibebatur, ſic dictum eſt: quanquam Lyranus & alij à Tympanis,hoc nomen habere exiſtiment. 2. Reg. 23. Et prophanauit Thopheth,quod erat in ualle filij Hinnom,ne quis traduceret filium ſuum , aut filiam ſuam per ignem ipſi Molech.Ierem.7.Et ædificauerũt excelſa Thopheth, in ualle filij Hinnom ut comburerẽt filios ſuos & filias ſuas igni.Et legitur ſemel pro מוֹפֵת poſitũ Iob 17.Et poſuit me in parabolã populis,& portentũ in oculis, eram. Atq; hic locus in cauſa eſt,cur ad hoc thema referã, nec Lyrani etymologiæ aſſentiar.

תָּפְתֶּה Denominatiuum prioris nominis,quo Ieſaias in poetica ſua deſcriptione pro inferno,& horribili loco damnatorum uſus eſt,ſicut & Chriſtus ſæpe gehennæ,& ignis Gehennæ triſtiſsimum aſpectũ ob oculos ponit.Hæc autẽ Ieſaiæ uerba ſunt cap.30.Quoniam ordinata eſt ab heri Thaphte,etiam ipſi Regi decreta in profundum & in latum,habitatio eius ignis & ligna multa,anhelitus Iehoua ſicut torrẽs ſulphuris inflammans eam.

648 יפח Flauit,efflauit,ſpirauit:congruit ſignificatione cum uerbis פוּחַ & נָפַח, niſi q; ut forma,ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant. Et in prima coniugatione legitur tantum participium præſens יָפֵחַ Pſalm.27.Quoniã inſurrexerunt contra me teſtes falſi,& efflans iniuriam:uel ſic,Et efflator iniuriæ.

In quarta coniugatione תִּתְיַפֵּחַ Iere.4. Vocem filiæ Zion,quæ ſuſpirabat, expãdens manus ſuas.

649 יפע Vſuuenit tantum in tertia coniugatione הוֹפִיעַ & ſignificat inclareſcere,exerere claritatem,ſplendorem,fulgorem,magnificentiam,gloriam,maieſtatem,potentiam. Et ut ſignificatione congruit cum uerbo יָפָה ita contrariæ eſt ſignificationis uerbis עִיף & עוּף יָעַף Deut.33.Inclaruit ex monte Paran.Pſalm.50.E Ziõ uniuerſitas pulchritudinis inclaruit.Pſal.80.Habitator Cherubim inclareſce. Iob 3.Et non inclareſcat ſuper ipſum lux.& cap.10.Super conſiliũ improborũ inclarẽſcis.Et mox iterũ:Et inclareſcet ſicut caligo. & cap. 37. Et inclareſcet lux in nubẽ ipſius.

INDE NOMEN,

יִפְעָה Claritas.Ezech.28.Et polluent claritatem tuam. Et mox iterum:Corrupiſti ſapiẽtiam tuam ſuper claritate tua.

650 יצא Exiuit,egreſſus eſt:& ſignificat quarũlibet rerũ quãcũq; egreſſionẽ,ſicut ex exẽplis deinceps adductis cognoſcere licebit:congruit autẽ ſignificatiõe cũ uerbis ריק נצא צא niſi q; ut forma parũ, ita modo tantũ ſignificãdi inter ſe uariẽt.Gen.4.

Et

Et egreſſus eſt Kain à facie Iehoua. cap.10. De terra iſta egreſſus eſt Aſſur. Pro naſci, egredi ex utero. Gen.10. Inde egreſſi ſunt Philiſtæi & Capthorim. Deut.2. Capthorim qui egrediũtur à Capthor. & cap.17. Et reges è lũbis tuis egredient̃. Iob 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ. ubi ſine aleph ſcriptum eſt. Exod.21. Si mulier grauida fuerit, & exierint nati eius. Mich.5. Ex te egredietur qui ſit futurus dominator in Iſrael. Deut.28. Et ſecundina quæ egredit̃ è medio pedũ eius. ubi ſine aleph legitur. Item 30. Egredere, dices illi. Significat nõnunquã abſolutè egredi foras, ſcilicet in militiã. Gen.14. Et egreſſus eſt rex Sodomę & rex Gomorræ. 1.Sa.13. Et egreſſa eſt ſtatio Philiſtæorũ. Num.32. Quod egrediet̃ ex ore ueſtro, facietis. Ioſue 6. Et non egrediatur ex ore ueſtro uerbũ. Ieſa.28. Etiam hoc à Iehoua exercituũ egreſſum eſt. Habakuk 1. Ideo egreditur iudiciũ peruerſum, id eſt, profert̃, pronunciatur. Iud.13. Quicquid egreditur è uite uini, id eſt, creſcit. Ieſaiæ 11. Et egredietur uirga ex ſtipite. Iob 13. Sicut flos egreditur & exciditur. Geneſ.19. Sol egreſſus erat ſupra terrã cum Lot ueniret in Zoar, id eſt, exortus erat. Exod.21. Et in anno ſeptimo egredietur liber. Leuit.25. Egredietur abs te ipſe & filij eius. 1.Sam.14. Et deprehenſus eſt Ionathan, Saul uero & populus egreſſi ſunt. Prou.12. Et egredietur ex anguſtia iuſtus. Exod.32. Proieci illud in ignem, & exiuit uitulus iſte. Prou.25. Remoue ſcoriam ab argento, & exibit conflatori uaſculum. Exod.17. Et egreſſæ ſunt ex ea aquæ, id eſt, effluxerunt. Leuit.9. Et egreſſus eſt ignis. 2.Paralip.26. Et egreſſum eſt nomen eius ad longinquos. Pſalm.73. Egreditur ex adipe oculus eorum. Vult autem taxare hypocritarum procacitatem & præſumptionẽ, qua piorum doctrinam & mores perluſtrant, & temere damnant. Item alia phraſi. Geneſ.42. Et egreſſum eſt cor illorum. Eccl.5. Anima mea egreſſa eſt, quando ipſe loqueretur. Iere.48. Date alam Moab, ut euolãdo egrediatur, id eſt, euolet. Vide de hoc loco infra in uerbo נָצָא. In infinitiuo legitur ſcriptũ duplici forma, prima eſt יָצֹא quando ſcilicet præcedit uel ſequitur idem uerbum in tempore futuro. Gene.8. Et egrediebatur egrediendo. 2.Reg.5. Ad me egrediens egredietur. Iere.38. Si egrediendo egreſſus fueris. Altera eſt צֵאת & hac uſurpatur, quando uel à fronte aſſumit literam gerundiuam. Pſalm.114. Cum egrederetur Iſrael ex Ægypto. Num.33. Anno quadrageſimo ab egredi filios Iſrael. Vel in fine aſſumit affixum. Deute.15. Tempore egredi te ex Ægypto. Exod.13. In egrediendo me ex Ægypto.

Eſt præterea obſeruãda hæc phraſis, Egredi & ingredi: quæ idẽ propemodum Hebræis ſignificat, qđ Latinis exequi officiũ ſuũ, & foris & domi. Deut.31. Filius centũ & uiginti annorũ nũc ſum, nec poſſum amplius egredi & ingredi. Ioſue 14. Quale olim erat robur meum, tale nunc quoq; ad bellũ, ad egrediendũ & ingrediendũ. 1.Sam.18. Et cõſtituit eũ principẽ millenariũ, & egreſſus eſt, & ingreſſus eſt corã populo. 1.Sam.29. Bonus fuiſti in oculis meis cũ egredereris, & ingredereris mecũ cum caſtris. 2.Reg.11. Et eritis cũ rege quãdo egreditur & ingreditur, id eſt militiæ & domi. 2.Sam.2. Tu fuiſti eductor & introductor Iſraelis, id eſt præfuiſti populo foris & domi. 1.Reg.3. Ego ſum puer paruus, ignorans exitũ & introitũ, id eſt, non noui belligerari, neq; adminiſtrare rempublicã legibus, id eſt, neq; militiæ, neq; domi ualeo: ich weiß weder auß noch ein.

Participium pręſens יוֹצֵא Exod.8. Ecce ego egredior à te. 1.Reg.8. Vſq; ad Eſopũ, quæ egreditur ex pariete. Et pluraliter יוֹצְאִים Ezech.14. Qui egrediunt̃ ad uos. Et in regimine יֹצְאֵי Gen.9. Ex omnibus egreſſis area. Et in genere fœminino יֹצֵאת Eccleſ.10. Sicut error, qui egreditur. Et in alia forma יֹצֵאת Iudic.11. Filia eius egrediebatur. Itẽ abortiens, ſeu abortũ faciens. Pſal.144. Non ruptus, neq; abortum faciens. Loquitur aũt propheta de boue qui nõ ſit ruptus, ſed ad generandum aptus: & de uacca, quæ non abortiat. Et pluraliter יֹצְאוֹת Zachariæ 5. Duæ mulieres egrediebantur.

In tertia coniugatione הוֹצִיא exire, egredi fecit, eduxit, extulit, deprompſit, elicuit, extraxit, eloquutus eſt. Geneſ.8. Educ tecum. ubi cum uau mobili ſcriptũ eſt. Ezechiel.21. Educam gladium meum. Pſalm.135. Qui educit uentum. Exod.6. Vt

educerẽt pediculos.Num.20.Et elicies illis aquas de petra.Gen.14.Et Melchizedek extulit panẽ & uinum. Exo.12. Et coxerũt paſtam,quã exportauerant ex Ægypto.Iob 10.Cur è uulua extraxiſti me.Num.17.Et protulit florẽ.2.Reg.12.Qui extulerunt eam ad fabros lignarios:uel ſic,expoſuerũt eã fabris lignarijs. 2. Reg. 15.Et edixit Menahem argentum ſuper Iſrael.Deut.22.Quia extulit nomen malũ contra uirginem Iſrael.Num.14.Et mortui ſunt uiri, qui protulerunt infamiã terræ.Iob 8.Et de corde ſuo proferent ſermones.Ieſaiæ 42.Iudicium Gentibus proferet,promulgabit.

Participium præſens מוֹצִיא Pſal.68.Educens uinctos.Ieſa. 45.Educentem uas pro opere ſuo. Et in forma מוֹצִא tranſpoſito puncto.Pſalm 135.Qui educit uentum. Et pluraliter מוֹצִיאִים 2.Paral.9.Educentes equos. Et in ſtatu regiminis מוֹצִיאֵי Num.14.Et mortui ſunt uiri proferentes infamiam terræ.

Participium præteritum מוּצָאִים Ezech.14.Qui educti ſunt,filij,& filiæ.& cap.47.Qui educuntur, ubi litera aleph abiecta eſt. Et in genere fœminino מוּצֵאת Gen.38.Ipſa educta. Et pluraliter מוּצָאוֹת Ieremiæ.38.Omnes mulieres eductæ.

In uoce paſſiua. הוּצָאָה Ezech.38.Et ipſa ex populis educta eſt.

INDE NOMINA:

מוֹצָא Exitus:egreſſus,apparet nomen eſſe participiale.1.Reg.10.Et eductio equorum. Ieſaiæ.28.Sicut exitus aquarum.Pſalm.75.Ab exortu & occaſu.Pſalm.19.Ab extremo cœli exortus eius. Et pluraliter מוֹצָאֵי 107.In exitus aquarũ.Deut.8.Sed in omni egreſſu oris Iehoua uiuit homo,id eſt eloquio.& cap.23.Egreſſum labiorum tuorum ſeruabis.Pſalm 89.Exitum labiorum meorum non mutabo.

צֵאָה Excrementum:quod in ſtatu regiminis צֵאַת legitur.Ezech.4.Et cum excremento hominis coques.Et cum affixo.Deut 23.Et operies excrementum tuum.

צֹאָה Excrementum oris uel ani,egeſtio,uomitus.Ieſaiæ 28.Omnes menſæ plenæ ſunt uomitu. Et in ſtatu regiminis צֹאַת Ieſaiæ 4.Si ablueri Iehoua ſordem filiarũ.

Et cum affixo.Prouer.30.Et à ſorde ſua non eſt lota.

צֹאִים Nomen adiectiuum pluralis numeri,& dicitũ de ueſtibus exutione dignis,ſeu exutis,quæ ſordidatæ ſunt:unde pro ſordidis accipitur. Zach.3. Et Ioſua erat indutus ueſtibus ſordidis.Et iterum:Deponite ueſtes ſordidas.

תוֹצָאוֹת Nomen pluralis numeri,exitus.Ioſue 19.Et erunt exitus termini eorum. Pſal.68. Et ipſius Iehoua Suſtẽtatoris ſunt exitus mortis,id eſt per mortem.Prou.4.Quia ex ipſo exitus uitæ.

מוֹצָאֵי Nomen pluralis numeri,ſtatus regiminis,id eſt egreſſi,progeniti,enati,filij.2.Paralip.32.Egreſſi uiſceribus eius conſciderunt eum gladio.

צֶאֱצָאִים Generaliter pro qualibet propagine ſeu progenie accipitur.Ieſaię 22. Et ſuſpendetur ſuper eo omnis gloria domus patris ſui,egreſſiones & progenies. Atq; ex hoc Ieſaiæ dicto uidetur mihi ſumpſiſſe Ioannes Baptiſta,quo Phariſæos & ſcribas increpat,progeniẽ uiperarũ uocans:nam prius progeniẽ ſonat, & poſterius uiperas,& per cõtractionẽ progenies uiperarũ.Ieſaiæ 28. Et fuit ſicut qui extẽdit terram & progerminationes eius.Iob 5.Progenies tuæ ſicut herba terrę.Et ca.27. Et progenies eius non ſaturabitur pane.

צֹאן Vide ſuo in loco.

651

## יצב

In prima coniugatione uſurpatur in uoce paſſiua neutraliter נִצַּב, id eſt ſtetit,ſicut נִשְׁבַּע iurauit,& הוֹשִׁיעַ ſalutem ſeu opem tulit:nec mutat iod in uau holem, ſed tranſponit in ſequentem literam:habet aũt congruentiam cum נצב, quanquã ex ipſo tantum nomen unum in uſu ſit.Exo.7.Stabis in occurſum eius.& cap.34. Et ſteterunt uelut cumulus.Pſalm.45.Stetit cõiunx ad dexteram tuam.Prouer.9. In uia ſemitarum ſtetit.

Participium maſculini generis נִצָּב Exod.17. Cras ego ſuper uertice collis ſto. & cap.18 Et omnis populus ſtat apud te.Num.22.Et uidit aſina angelum ſtantem in uia.Ieſa.3.Stat ad iudicandũ Iehoua. Et pluraliter נִצָּבִים Gene.18.Et ecce tres uiri

uiri ſtabant. Deut. 29. Vos ſtatis hodie. 1. Sam. 22. Et omnes ſerui eius ſtabant iuxtà eum. Et in genere fœminino נִצָּבָה Zachariȩ 11. Quod ſtat. Legitur etiam forma נִצֶּבֶת 1. Sam. 1. Sum mulier quæ ſtabat. Et pluraliter נִצָּבוֹת 1. Sam. 4. Quæ ſtabãt.

In tertia cõiugatione הִצִּיב ſtatuit. 1. Reg. 16. Statuit ualuas eius. Pſal. 74. Tu ſtatuiſti omnes terminos terrȩ. Iere. 5. Statuerunt laqueum. 1. Sam. 13. Et ad ſtatuendũ ſtimulum, ſcilicet ut eſſet fixus. Ioſue 6. Statuet ualuas eius. Threnorum 3. Statuit me tanquam ſignum ad ſagittam. 2. Reg. 17. Statuerunt ſibi ſtatuas. Pſal. 41. Et ſtatuiſti me coram te in æternũ, id eſt, ut ſim ſacerdos, & mediator & deprecator perpetuus. Participium præſens מַצִּיב 1. Sam. 15. Et ecce ſtatuit ei locum.

Participium præteritum מֻצָּב Gen. 28. Et ecce ſcala ſtatuta erat ſuper terra.

In quarta coniugatione הִתְיַצֵּב ſtatuit ſe. Num. 11. Et ſtatuent ſe ibi tecum. Iob 1. Vt ſtatuerent ſe iuxta Iehoua. Num. 23. Statue te iuxta holocauſtum tuum. Pſal. 2. Statuerunt ſe reges terræ. Prouerb. 22. Coram regibus ſtatuet ſe, id eſt miniſtrabit eis. Et obſeruanda eſt iſta phraſis, quòd ſtare in cõſpectu alicuius, eſt eſſe ipſius miniſtrum, ſicut Lucȩ 1. Ego ſum Gabriel, qui aſtiti in conſpectu dei. Porro Exod. 2. legitur irregulariter ſcriptum: nam iod ſubſtantialis litera trãſpoſita eſt ad hirik ſub futuri litera, Et ſtatuit ſe ſoror eius procul.

INDE NOMINA:

**נִצָּב** Sumitur pro ea pugionis ſeu gladij parte, qua in foſſione ſtat lamina, & Latinis capulus dicitur. Iud. 3. Et ingreſſus eſt etiam capulus poſt ferrum.

**נִצָּב** Stationarius, id eſt præfectus conſtitutus in prouincia loco regis. 1. Reg. 22. Et rex non erat in Ædom, ſed præfectus rex, id eſt, præfectus regis ſeu prorex.

**מַצָּב** Forma maſculea, & in ſtatu regiminis מַצַּב ſtatio, præſidium. Ioſue 4. A ſtatione pedum ſacerdotum, id eſt ubi ſtabant pedes ſacerdotum. Inde etiam dicta eſt ſtatio militum, id eſt milites in præſidio poſiti. 1. Samu. 14. Tranſeamus ad ſtationem Philiſtæorum. 1. Sam. 13. Et egreſſa eſt ſtatio Philiſtæorũ. Et in forma fœminea מַצָּבָה 1. Sam. 14. Et reſponderunt uiri ſtationis.

**מַצֵּבָה** Statua. Gen. 28. Et poſuit illum ſtatuam. Leuit. 26. Et ſtatuã non erigetis. Geneſis 31. Et teſtis eſt hæc ſtatua. Legitur etiam in forma מַצֶּבֶת 2. Samu. 18. Et uocauit ſtatuam ſecundum nomen ſuum. Geneſ. 35. Hæc ſtatua ſepulchri Rachel. Accipitur etiam pro ſtatua arboris, id eſt ſtipite, ſeu trũco. Ieſaiæ 6. Sicut tilia & quercus, quibus in proiectione ſtipes in eis, ſemen ſanctitatis, ſtipes eius. Et in ſtatu regiminis מַצְּבַת 2. Reg. 10. Et confregerunt ſtatuam Baal. 2. Reg. 3. Et remouit ſtatuam Baal. Et pluraliter מַצֵּבוֹת 2. Reg. 17. Et ſtatuerunt ſibi ſtatuas. 1. Reg. 4. Excelſa & ſtatuas. In ſtatu regiminis & affixorum מַצְּבוֹת 2. Reg. 10. Et educent ſtatuas Baal. Ieremiæ 43. Et confringet ſtatuas domus Solis. Mich. 5. Et ſuccidam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas. Exod. 34. Statuas eorum confringetis. & cap. 23. Confringes ſtatuas eorum.

**מֻצָּב** Nomen participiale, ſtatio, propugnaculum, in quo in obſidione ſtant milites. Ieſaiæ 29. Et cingam contra te ſtationem.

**הֻצַּב** Statuta: hoc nomine uocat Propheta coniugẽ regis, id eſt metropolim à rege ſtatutam. Nahum 2. Statuta abducta eſt, & ancillæ eius, id eſt oppida minora. Thargum uertit מַלְכְּתָא, id eſt regina.

652 **יָצַג** Legitur tantum in tertia coniugatione הִצִּיג, & congruit ſignificatione cum uerbo שׂוּם in altero modo ſignificandi: ſignificat enim ponere, ſtatuere, collocare. Iere. 51. Collocauit nos tanquam uas inane. Iob 17. Statuit me in parabolam. Geneſis 43. Et ſtatuero eum coram te. & cap. 33. Statuam quæſo de populo, qui eſt mecum. & cap 30. Et ſtatuet baculos, quos decorticauit. 1. Sam. 5. Et ſtatuerũt eam apud Dagon. Deut. 28. Quæ nõ tentauit plantam pedis ſui ſtatuere ſuper terram.

Participium præſens מַצִּיג Iudic. 6. Ecce ego ſtatuo uellus lanæ.

In uoce paſſiua יֻצַּג ſeu יֻצָּג Exod. 10. Tantum grex ueſter, & armentum ueſtrum ſtatuetur.

365 **יָצַע** In Kal & in Piel non inuenitur, ſed in ſcripturis ſacris.

653 יצע

Vſuuenit tantum in tertia cōiugatione הִצִּיעַ ſignificatq́ ſubſternere,ſ.lectum. Et ut literarū tantum poſitione,ita modo ſignificandi tantū differt à uerbo יָצַג Pſ.139.Et ſi ſubſtrauero in inferno,ecce ibi es. Ieſ.58. Et ſaccū & cinerē ſubſternet. In uoce paſſiua הֻצַּע Ieſaiæ 14.Subter te ſubſternetur uermis. Eſther 4. Saccus & cinis ſubſternetur multis.

INDE NOMINA:

יָצוּעַ Nomē participiale,ſtratū,ſtragulū:& legiť in ſtatu affixi.Gen.49.Stratū meū aſcē dit. Et pluraliter יְצוּעַי 1.Para.5. Quia polluit ipſe ſtragula patris mei.Pſal.63.Cū recordor tui ſuper ſtragulis meis. Pſ.132.Si aſcēdero ſuper lectum ſtratorū meorū.

מַצָּע Stragulum ein Matze.Ieſ.28.Quia breue eſt ſtragulum,& tegumentū arctum eſt.

יָצִיעַ Stratum:hoc autem nomine ambitus diſcurrens dicitur.1.Reg.6.Et ædificauit ad parietem domus ſtraturam in circuitu.

654 יצק

Fudit,effudit,infudit actiuè,ſi ſequiť accuſatiuus:ſed ſi abſolutè eſt poſitū,neutraliter uſurpatur,fuſus eſt:& nō ſolum de liquidis ſeu liquefactis rebus,uerum etiam de aridis & induratis dicitur, quæ tamen cum fuerunt in motu ſubſiſtunt & collocantur. Et ſic in altero modo congruit ſignificatione cum uerbo נָסַךְ ſicut in priore cū uerbo שָׁפַךְ Leuit.8.& 9. Et ſanguinē fudit.Exo. 26. Et fundes eis quinque baſes. 1.Reg. 4.Et fundes in omnia uaſa.2.Reg.4.Funde populo ut comedāt. Ezech.24.Et etiam funde in illam aquam. Ieſaiæ 44. Effundam aquā ſuper ſitientem,& fluenta ſuper aridam. Item: Effundam ſpiritum meum ſuper ſemē tuum.1. Reg.18.Implete quatuor hydrias,& effundantur ſuper holocauſtum. Exod.38.Et fuerunt centum talenta argenti ad fundendum baſes ſanctuarij.Iob 38.In fundendo puluerem in arctum,id eſt cum profunditur puluis coaguleſcit,fitq́ ſolidior.

Participium præteritū יָצוּק ſolidatū,arctatum,cōpreſſum, cōpactum, ſicut ſolet res eſſe poſtquam fuſa eſt.Iob 41.Compacta eſt ſuper ipſum,nō mouebitur. Et mox iterum:Cor eius compactū ſicut lapis,& cōpactum ſicut molaris inferior.Et pluraliter יְצֻקִים 1.Reg.7. & 2.Paral.4. Duæ ſeries cucurbitarū fuſarum. In genere fœminino יְצֻקָה quod tamen nominaliter accipitur pro fuſura. 1.Reg.7.In fuſura eius.pro quo 2.Paral.4.ſcribitur מְצֻקְתּוֹ. Et pluraliter יְצֻקוֹת 1.Reg.7. Latera ipſa erāt fuſa. In tertia cōiugatione הִצִּיק fudit,effudit,proſtrauit, collocauit. Ioſue 7.Et attulerunt ea ad Ioſua,& ad omnes filios Iſrael,& fuderunt ea coram Iehoua.2.Sam.15.Et ſubſtituerunt arcam dei.

Participiū prǽſens generis fœminini מוֹצֶקֶת, & in diſtinctione ſententiæ מוֹצָקֶת 2.Reg.4.Et ipſa infundebat.

Participium prǽteritum מוּצָק 1.Reg.7.Et fecit mare fuſum.Et iterum:Et totum erat fuſum.Et mox iterū:Fuſura una.Iob 37.Fortes ſicut ſpeculum fuſum. Et quia id quod eſt fuſum,eſt ſolidū, pro ſolido, & duro compactoq́ & conſtanti accipiť. Iob 11.Et eris cōſtans,& non timebis.& cap.36.Quo non cōpactum ſuo eo, id eſt fundamentum.& cap.37.Et latitudo aquarū in compacto. Et pluraliter in ſtatu regiminis nominaliter מְצֻקֵי 1.Sam.2.Quoniā Iehoua ſunt compacta terræ,& poſuit ſuper ea orbē, id eſt fundamenta. Et pluraliter in genere fœminino מוּצָקוֹת infuſoria.Zach.4.Septem & ſeptem infuſoria pro lucernis.

In uoce paſſiua הוּצַק Pſal.45.Diffuſa eſt gratia in labijs tuis:uel ſic, fuſa eſt gratia in labia tua.Iob 22.Fluuio effundetur fundamentum eorum.

INDE NOMINA:

מוּצָק Nomen participiale,fuſura.1.Reg.7.Fuſura æris.

מָצוּק 1.Sam.14.Deus unus conſtitutus ad Aquilonem.Ego arbitror eſſe participiū præteritum uerbi inuſitati מָצַק conſtituit.

655 יצר

Congruit ſignificatione cum uerbis אָצַר מָצַר בָּצַר צוּר צָרַר niſi quòd ut forma,ita modo ſignificādi inter ſe differant. Variat autē hoc noſtrum,ſignificādi modū ex conſtructione. Primo,quando uel abſolutè uſurpatur,uel poſt ſe habet datiuum, tum neutraliter idem Hebræis notat, quod Latinis anguſtum eſſe, uel corpori uel animo. Et perſonæ יתן futuræ habent ſubſcriptum zere. Iob 18. Et angu-

anguſti erant greſſus uirium eius. Prouer. 4. Cum inceſſeris non erūt anguſti greſſus tui. Ieſ. 49. Quoniam nunc anguſta erit propter habitatores. 1. Reg. 8. Aut ſi anguſtiam fecerit ei inimicus ipſius in terra portarum eius, id eſt moleſtus fuerit. Geneſis 32. Et timuit Iacob ualde, & anguſtia erat ei. Iudic. 2. Et anguſtia erat illis ualde. 1. Samu. 30. Et anguſtia erat Dauidi uehementer. Secundo quando regit poſt ſe accuſatiuum, tū tranſitiuē ſignificat, uel mēte & animo aliquid quod fuſum erat cōcipere, cōprehendere, imaginari, cogitare, effigiare, formare: uel foris ſecundum illum animi cōceptum & ideam, rem corpoream formare, effigiare, figurare & ei dare formam, quocunq; id tandem fiat modo, quod quidē etiam eſt aliquid in arctum redigere, quod antea informe erat. Et in iſto modo ſignificandi perſonæ futuri יִתֵן ad alterius differentiam habent regulariter ſubſcriptū hirik. Gen. 2. Et formauit Iehoua deus hominem ex puluere de humo. Et iterū: Et poſuit illuc hominem, quem formauerat. Ieſ. 44. Quis formauit deum, & ſculptile fudit. Exo. 32. Accepitq; de manibus eorū, & formauit illud ſtylo. 1. Reg. 7. Et formauit duas columnas æneas octodecim cubitorum. Pſal. 74. Æſtatem & hyemem tu formaſti. Pſal. 95. Et aridam manus eius formauerūt. Pſ. 104. Leuiathan tu formaſti. Ieſa. 43. Populus iſte, quem formaui, laudem meam annunciabit. & cap. 44. Et malleis formabit illud. cap. 49. Et formabo te, & dabo te in pactum populi. Ierem. 1. Antequàm formarem te in utero.

Participium præſens יוֹצֵר formans, formator, πλάϛης qui dat formam rei. Pſal. 33. Qui format cor eorum, intendit ſimul ad omnia facta ipſorū. Pſal. 94. Quæ format laborē ſupra ſtatutū. Ieſ. 45. Formans lucem, & creans obſcuritatem. Iere. 10. Non ut iſti ſunt pars Iacob, ſed formator omnium eſt. Amos 7. Ecce formator locuſtæ. Ieſaiæ 41. Et ſicut ipſe fecerat ex luto per manum figuli. Et mox iterum: Et ſicut lutum in manu figuli, ſic uos eſtis in manu mea domus Iſrael. Et pluraliter יוֹצְרִים Ieſ. 30. Et cōtritio eius ſicut contritio uaſis figulorū. 1. Paral. 4. Ipſi ſunt figuli, & habitatores plantationum. In ſtatu regiminis יוֹצְרֵי Ieſaiæ 44. Formatores ſculptilis omnes illi ſunt inane quiddam.

Participium preteritum ſeu nomen participiale יְצוּרִים quod aliqui uerterūt cogitationes, alij membra. Iob 17. Et omnia membra mea uelut umbra, id eſt lineamenta, diſpoſitiones. In uoce paſſiua נוֹצַר & ſemel tantum legitur Ieſaię 43. Ante me non eſt formatus deus, nec poſt me erit.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua יוּצַּר & יֻצַּר Ieſaiæ 54. Omne uas quod formatum eſt contra te, non erit proſperū. Pſal. 139. Molam meam uiderunt oculi tui, & in libro tuo ſcripti erant dies, qui formati ſunt, dū adhuc ne unus illorū eſſet.

INDE NOMINA:

יֵצֶר A prima ſignificādi modo, anguſtia. Iob 20. In plenitudinib. ſufficientiæ ſuæ anguſtia ei. Et in altero ſignificādi modo, forma, fictio, formatio, figmētū, cogitatio, intētio. Gen. 6. Vidit aūt deus, ꝙ multiplex eſſet malitia hominū in terra, & figmētū cogitationū cordis eius eſſet malū omni tēpore. & cap. 8. Nō addā amplius maledicere terrā propter hominē, quia figmentū cordis hominis malū à pueritia ſua. 1. Par. 28. Iehoua ſcrutat̄ omniū corda, & omne figmentū cogitationū intelligit. Ieſa. 26. Cogitatio, quæ innitit̄ obtinebit pacē, pacem. Pſal. 103. Ipſe nouit figmētum noſtrū, memor ꝙ puluis ſumus. Ieſ. 29. Ac ſi dicat factura factori ſuo, non fecit me, & figmentū dicat formatori ſuo, nō nouit. Paulus Epheſ. 2. cū inquit, Ipſius ſumus figmentū, nomine ποίημα reddidit. In ſtatu affixorū notat primā uocem in hirik, & alteram in ſeua. Deut. 31. Nam noui figmentum eius, quod ipſe fecit hodie.

יְצֻרַי Lineamēta, diſpoſitiōes, ſ. corporis. Iob 17. Et omnia lineamēta mea uelut umbra.

656 יָצַת Ardore uel ſolis, uel ignis, uel iræ flagrauit, arſit. Congruit ſignificatione cū uerbis צָרַב & צָרָה נָצַת צוּת צִית יָצָא נָצָא nisi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Ieſa. 9. Quoniā exarſit quaſi ignis ſeditio, uepres & ſentes abſumet, exardeſcet quaſi in cōdenſis ſyluæ. cap. 33. Quaſi ſpinæ exciſæ, igni exurētur. Iere. 51. Et portæ eius excelſæ exurentur. Iere. 49. Et filiæ eius igni comburentur.

In

In uoce paſſiua נִצְּתָה 2.Reg.22.Magna eſt ira Iehoua,quæ exarſit in nos.Et mox iterum:Et exarſit furor meus in locũ iſtum,qui nõ extinguetur. Ierem.2. Ciuitates eius exuſtæ ſunt.cap.9.Exuſta ſunt abſq; uiro.Et mox iterũ:Et exuſta eſt quaſi deſertum abſq; tranſeunte.

In tertia coniugatione הִצִּית ſuccendit,inflammauit.Ioſue 8.Et cum ceperitis urbem inflammetis eam igni.Iud.9.Et inflammauerunt cum eis munitionẽ igni.Ier.11.Cum uoce tumultus magni ſuccendit ignem in ea. Iere.21. Et ſuccenderunt urbem hanc igni,& combuſſerunt eam. Thren.4.Et ſuccẽdit ignem in Zion. Ier.21. Et ſuccenderunt palatia eius,ſ. hoſtes.uel neutraliter,Exarſerunt palatia eius.

657 Participium præſens מַצִּית Ezech.20.Ecce ego ſuccendo in ignem.

**יקב** Lacus,uas ſeu dolium,in quo uuę calcantur,& exprimuntur,à cauitate habens appellationẽ. Et Gręcis λωῶγ dicitur uas in quod uinum recens expreſſum eſt receptum.Sed quia hæc uox Latinis amphybola ſeu polyſima eſt, oportuit torcular uertere.Habet autem cognationẽ ſignificatiõe cum uerbis נָבָא נָבַךְ נָקַב בוּס נִשֵּׂא בָּסַס nisi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Ieſa.5.Et etiam torcular excidit in ea. Oſeæ 9. Area & torcular non paſcet eos. Et in diſtinctione ſententiæ יָקֶב Num.18.Aut de plenitudine rorcularis. Er in ſtatu affixorum uox prior mutatur in hirik,altera in ſeua. Deut.15. Et de torculari tuo.Et pluraliter יְקָבִים Iob 24.Torcularia calcauerunt.Ioel.2.Er redundabũt torcularia muſto.Ieſa.16.Et uinũ in torcularibus non calcabit. In ſtatu regiminis יִקְבֵי Zach. 14. Vſq; ad torcularia regis. Et cum affixis יְקָבֶי Prouerb.3.Et muſta torcularibus tuis erumpent.

658

**יקד** Vſſit,aduſſit:& habet cognationem ſignificatione cum nomine נֵקֶד Ieſa.10.Et gloriam eius aduret adurendo iuxta aduſtionem ignis. Deut.32. Et aduret uſq; ad infernum inferiorem.

Participium præſens generis fœminini יוֹקֶדֶת Ieſ.65.Ignis adurit tota die.

In tertia coniugatione uoce paſſiua תּוּקַד Leui.6.Et ignis altaris aduratur in eo. Et mox iterum:Et ignis ſemper aduratur in altari, non extinguatur. Iere. 15. Ignis accenſus in ira mea contra uos aduretur.

INDE NOMINA:

מוֹקֵד Vſtrina,focus,nomen maſculini generis. Pſal. 102. Et oſſa mea ſicut focus exarſerunt. Et pluraliter ſtatus regiminis מוֹקְדֵי Ieſ.33. Quis habitabit ex nobis ad focos æternitatis. Et in forma fœminea מוֹקְדָה Leuit.6.Et holocauſtum erit ſuper foco,ſuper altare.

יְקוֹד Vſtio,aduſtio.Ieſa.65.Iuxta aduſtionem ignis.

יָקוּד Vſtrina,focus.Ieſa.30.Ad fouendum ignem de foco.

נָקֹד Vſtum,aduſtum:ſed de hoc ſuo in loco.

יִקְהַת De hoc uide in themate ſuo קָהַל

659

**יקע** Luxari,diſtendi,moueri loco, diuelli: congruit ſignificatione cũ uerbis בָּקַע & נָקַע niſi ꝙ ut litera prima,ita modo tantum ſignificandi inter ſe differant. Eſtq; contrariæ ſignificationis uerbis תָּקַע & טָבַע quæ fixionẽ ſignificant. Et ſi animę attribuitur, ſignificat abalienari.Gen.32.Et tetigit in coxa fœmoris eius,& luxata eſt coxa fœmoris Iacob,cum ipſe luctaretur cum eo.Iere.6. Caſtigare Ieruſalem,ne fortè auellatur anima mea abs te.

In tertia coniugatione הוֹקַע Num.25.Tolle omnes principes populi, & diſtende eos ipſi Iehoua coram ſole.2.Sam.21.Dentur nobis ſeptem uiri de filijs eius,& diſtendemus eos ipſi Iehoua in Gibea Saul.

Participium præteritum מוּקָעִים 2.Sam.21.Suſtulit inde oſſa Saul,& oſſa Ionathan filij eius,adhęc collegerunt oſſa diſtentorũ.Autor epiſtolæ ad Hebræos meminit huius ſupplicij,cum cap.11.ſcribit,Alij uero diſtenti ſunt,&c.

660

**יקת** Non eſt in uſu,niſi in tertia coniugatione הֵקִית & cõiugatur more uerborum à nun litera ordientiũ, quia literã iod inter coniugandum tranſmutat in dagges.

Signifi-

Significat autē circumdare,re aliqua uel inſtrumento, circuire,per circulum redire in eum locum unde egreſſus erat. Congruit enim ſignificatione cum uerbis נָקַף & חָפָה חָפַף niſi quòd ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe differāt.Et quādo regit poſt ſe accuſatiuum,tum eſt tranſitiuū.Leuit.19.Ne circūdetis comam capitis ueſtri,ſcilicet nouacula,ſeu forfice.Ioſue 6.Circuibis ciuitatem & omnes uiri bellicoſi circumeundo ciuitatem una uice. At ſi abſolutè ponitur, non regens accuſatiuum,tum neutraliter uſurpatur.Iob 1. Et factum eſt cum reuoluti eſſent dies conuiuij. cap.19. Et rete ſuum iuxta me circumtetendit. Pſal. 17. Et inimici mei in anima circumierunt contra me.

Participium præſens מַקִּיפִים 1.Reg.7.& 2.Paralip.4.Circumdantes mare.

INDE NOMINA:

קוֹף Simia:ſic Hebræis dicta, quòd uno in loco non cōſiſtat, ſed continuò circumeat, cuius plurale קוֹפִים legit̄ 1.Reg.10.& 2.Paral.9.Semel per tres annos ibat in Tharſis,deferens inde aurum,argentum,& dentes Elephantorum,& Simias.

תְּקוּפָה Circulus,circuitus,circumuolutio.Exod.34.Et facies tibi feſtum collectionis,circumuolutio anni.2.Paral.24.Et factum eſt in circūuolutione anni.pro quo 1. Regum 20. legitur תְּשׁוּבָה Pſal.19.Ab extremo cœlorum egreſſus eius,& circumuolutio eius ad extrema eorum. Et pluraliter תְּקֻפוֹת Ioſue 4.Et factum eſt in reuolutiones dierum,&c.

661 יָקַץ Congruit ſignificatione cum uerbo קוּץ & modo ſignificandi cum הֵקִיץ eiuſdē uerbi tertia coniugatione. Et ſignificat neutraliter euigilare, expergiſci, quod fit punctione quadam & extimulatione. Et legitur in hac forma tantū in prima coniugatione,& paucis in locis.Gen.9.Et euigilauit à uino ſuo.& cap.28.Et euigilauit à ſomno ſuo.1.Reg.3 Et euigilauit Salomo. Habakuk 2. An non ſubito exurgent mordentes te,& euigilabunt agitantes te.ubi tamen kuph litera non eſt daggeſſata propter accentum rhetoricum,quem Grammatici רביע uocant.

662 יָקַר Precioſum habitum eſt,in precio fuit,magni æſtimatum eſt: dicitur autem precioſum,quod rarū & non omnibus obuium eſt,cōtrariāq; habet ſignificationē uerbis בָּקַר סוּר קָרָה quæ ſimul occurſum importāt hochſthertzig / köſtlich ſein. Ieſa.43. Ex quo precioſus habitus es in oculis meis. Zach.11. Amplitudinē precij quo maiore in precio habitus,q̄ illi.Pſalm.139. Et mihi q̄ precioſi fuerūt amici tui deus.1.Sam.26.Quoniam nō malefaciā tibi amplius,eò quòd precioſa fuit anima mea in oculis tuis. In futuro uariat,legit̄ tertia perſona יֵיקַר Pſal. 72. Et magno in precio erit ſanguis eorū in oculis eius. Alia forma יֵקַר Pſal.49. Et precioſior erit redemptio animæ eorū. In alia forma וַיִּיקַר 1.Sam.18.Et magno in precio fuit nomen eius ualde.2.Reg.1. Vir dei precioſior ſit obſecro anima mea, & anima ſeruorum tuorum iſtorum quinquaginta in oculis tuis.

In tertia coniugatione הוֹקֵר Prou.25. Precioſum fac pedem tuum à domo ſodalis tui,ne ſatur fiat tui,& odiat te, id eſt, rarius adeas eum, ne uileſcas, & deſinas eſſe in precio.Ieſ.13.Precioſiorem faciam uirū, quàm aurum putum,& hominē, q̄ maſſam Ophir,ſcilicet propter ipſorum raritatem & paucitatem minoris erit precij aurum optimum,q̄ homines,iuxta uulgare prouerbium:Omne rarum carum.

INDE NOMINA:

יְקָר Nomē ſubſtantiuū precioſum,precioſitas,preciū.Eſther 1. Precioſum, ornatū magnificentię ſuæ. Et mox iterū: Vt oēs mulieres exhibeāt precioſitatē maritis ſuis, i.honorē ſeu reuerentiā.& cap.6.Qualis facta eſt precioſitas,aut magnificētia ipſi Mardochęo propter hanc rem.Et iterū: Et fauebit rex facere precioſius magis, q̄ mihi.& cap.8.Et facta eſt Iudęis lux,& lætitia, & gaudiū, & precioſitas. Iob 28.Et oēe precioſum uidit oculus eius.Pſ.49.Et homo in precio ſeu precioſitate nequaquā pnoctabit.Prou.20.Et uas precij,labia ſciētię. Ezech. 22. Theſaurū & precioſum abſtulerūt.Et in ſtatu regiminis יְקַר Pſ.37.Et inimici Iehoua ſicut precioſū pratorū.Prou.17.Et precioſus ſpiritu,uir intelligētię, i.uir prudēs habet carū ſuū ſpiritū,nō temere effundit ſpiritū ſuū. In ſtatu affixorū ſeruat cametz.Eſth.6. Quid faciendum

cendum eſt uiro cui rex fauet precioſitatem eius, id eſt aliquid illi precioſum. Iere. 20. Et omne precioſum illius.

יָקָר Nomen adiectiuum maſculini generis precioſum, id quod eſt & habetur in precio, magniq́ꝫ æſtimatur, werd/hochſthetzig/köſtlich/hochwirdig/ Iob 28. Nõ ſternetur cum maſſa Ophir, cum Onyche precioſo & Saphiro. & cap. 31. Si uidi lucem cum ſplendeſceret, & lunã precioſam ambulantẽ, id eſt clare incedentẽ. Pſal. 36. Quàm precioſa eſt benignitas tua. Pſalm. 116. Precioſa in oculis Iehoua mors piorum eius. Prouer. 1. Omnem facultatem precioſam inueniemus. 1. Sam. 3. Verbum Iehoua erat precioſum in diebus illis, nec uiſio erumpebat, id eſt erat rarum. Legitur etiã ſubſtantiuè. Eccleſ. 10. Precioſum præ ſapientia & gloria, ſtultitia modica. Ieremiæ 15. Si èduxerit precioſum à uili. Et pluraliter יְקָרִים Threnorum 4. Filij Zion precioſi, qui ſtrati ſunt cum auro puto, nónne reputati ſunt ſicut uaſa teſtacea? In genere fœminino יְקָרָה 2. Sam. 12. Et lapis precioſus. Prouer. 6. Mulier uiri animam precioſam uenabitur. Legitur etiam ſemel יְקָּרָה pro יְקָרָה Prouerb. 3. Precioſior eſt gemmis. Et pluraliter יְקָרוֹת 1. Reg. 5. Et tranſtulerunt lapides magnos, lapides precioſos ad fundandum domum, id eſt, præcellentes. Et ſubſtantiuè. Zach. 14. Non erit lux precioſitatum, aut opacitas, id eſt lux excellens.

יַקִּיר Nomen adiectiuum, maſculini generis, precioſus, carus. Iere. 51. An non filius precioſus mihi Ephraim.

יְקָרָה Nomen adiectiuũ generis fœminini. Ieſa. 28. Angulũ precij. Et pluraliter יְקָרוֹת Pſal. 54. Filiæ regum in precioſis tuis.

663 יָקֹשׁ Congruit ſignificatione cũ uerbis קָשָׁה & קָשַׁשׁ קוּשׁ נָשַׁם נָקַשׁ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Significat autẽ currenti inſidiari laqueo, ſeu laqueos tendere, ut inuoluatur. Iere. 50. Laqueos tetẽdi tibi, atq́ꝫ etiam capta es. Pſal. 141. Cuſtodi me à laqueo, quem tetenderunt mihi.

Participium pręſens pluralis numeri יוֹקְשִׁים Pſal. 124. Anima noſtra uelut auis euaſit ex laqueo captantium.

In uoce paſſiua נוֹקַשׁ Pſal. 9. In opere manuũ tuarũ illaqueatus eſt improbus. ubi tamen zere ſcriptum eſt pro pathah. Deut. 7. Ne forte illaquearis in eo. Prou. 6. Illaqueatus es in ſermonibus oris tui. Ieſa. 8. Illaqueabuntur & capientur.

In ſecunda coniugatione uocis paſſiuę legitur participium pluralis numeri more perfectorum יוּקָשִׁים Eccl. 9. Sicut aues detẽtæ in laqueo, ita quoq́ꝫ illi illaqueantur filij hominum in tempore malo.

INDE NOMINA:

יָקוּשׁ Irretitor, captator, uenator. Pſal. 91. Eripiet te ex laqueo illaqueatoris. Prouerb. 6. Et uelut auis de manu illaqueatoris. Et pluraliter יְקוּשִׁים Ierem. 5. Reſpectat tanquam ex condenſis frondibus illaqueatorum.

יָקוּשׁ Laqueus. Oſeæ 9. Propheta uelut laqueus illaqueatoris.

מוֹקֵשׁ Laqueus, illaqueatio. Exo. 10. Quouſq́ꝫ erit nobis iſte in laqueum. Ioſue 23. Et erũt uobis in laqueum & illaqueationem. Prouer. 22. Vt accipias laqueum animæ tuę. Et pluraliter Iob 40. Laqueis perforatur naſus. Pſal. 64. Vt abſcondant laqueos. Pſal. 140. Laqueos poſuerũt mihi. Et in ſtatu regiminis מוֹקְשֵׁי 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Præoccupauerunt me laquei mortis. Iob 34. Propter illaqueationes populi. Scribitur tamen ſemel forma fœminea מוֹקְשׁוֹת Pſal. 141. Et à laqueis operantium ex cupiditate.

664 יָרֵא Timuit: ſignificationẽ contrariam habet uerbo רָאָה uidit. Nam ut hoc oculos uel animum intendere in obiectum, & id apprehendere, ita uerbum illud יָרֵא obiectum oculis, & animo auerſari ſignificat, nec poteſt propter regimen ſeu conſtructionem uerbo commodiore reddi, q̃ꝫ uerbo, timeo. Conuenit autẽ ſignificatione cum uerbo פָּחַד Et conſtruitur quandoq́ꝫ cum accuſatiuo mediante articulo אֵת, interdum cum ablatiuo mediante prępoſitione mem. Sequuntur nunc exempla ubi poſt ſe regit accuſatiuum. Geneſ. 19. Quia timuit habitare in Zohar. Exo. 3. Quia timuit aſpicere in Deum. Exo. 1. Et timebant obſtetrices deum. Pſal.

52.

52. Videbunt Iuſti & timebunt. Prouerb. 3. Time ipſum Iehoua, & diſcede à malo. Zachariæ 9. Videbit Aſcalon, & timebit.  Et ualet aliquoties idem quod uenerari, & eſt cultus. Leuit. 19. Vnuſquiſq; matrem ſuam & patrem ſuum timebitis. Deu. 13. Poſt Iehoua deū ueſtrum ambulabitis, & eū timebitis. 2. Reg. 17. Et timerēt deos alienos. Et iterū: Ne timeatis deos alios, neq; adoretis eos. Exēpla in quibus cū mem cōſtruit̃. Leuit. 19. Ante cæcū ne ponas offendiculū, ſed timeas à deo tuo. Ioſue 10. Ne timeas ab eis. 1. Sam. 18. Et adiecit Saul ad timendū à facie Dauid amplius. 2. Reg. 1. Vide eum, ne timeas à facie eius. Prou. 3. Non timebis à terrore ſubito.  Et abſolute ſignificat eſſe curæ. Pſalm. 49. Ne timeas, ſi diteſcat aliquis, id eſt ne cures.  Et ſemel cū datiuo cōſtruitur mediante articulo Lamed, ubi timoris actio eſt retranſitiua. Ioſue 9. Et timuimus ualde animabus noſtris.

Participiū præſens maſculini generis יָרֵא Gen. 32. Quia timeo ego ipſum. Deut. 7. Tu times à facie eorum. Iudic. 7. Quis eſt timidus, & pauidus, reuertatur. 2. Reg. 4. Quia ſeruus tuus fuit timens Iehoua.  Et in ſtatu regiminis יְרֵא Gen. 22. Iā cognoui, quòd timens dei tu. Ieſaiæ 50. Quis in uobis timens Iehoua. Iob 1. Et timēs dei. Pſalm. 128. Beatus eſt omnis timens Iehoua.  Et pluraliter יְרֵאִים 1. Sam. 23. Ecce nos hic in Iudæa timentes. 2. Reg. 17. Et erant timentes Iehoua.  In ſtatu regiminis יִרְאֵי Exod. 18. Et timentes Iehoua. Pſalm. 15. Et timentes Iehoua honore afficiet.  In ſtatu affixorū habet ſub prima ſeua, & ſub altera zere, ſicut in ſtatu regiminis ſingularis numeri. Pſal. 103. Miſertus eſt Iehoua ſuper timētibus eū. Pſalm. 119. Timentes te uidebunt me, & lętabunt̃. Pſal. 147. Acceptat Iehoua timētes eū.

In uoce paſſiua נוֹרָא Pſalm. 130. Quoniam apud te eſt condonatio, ut timearis.

Participium præſens, quod tranſit in naturam nominis, timēdus, terribilis, horribilis. Deut. 7. Deus magnus & timendus. 1. Paral. 16. Et terribilis eſt ſupra omnes deos. Pſalm. 76. Ipſe eſt terribilis regibus terræ. Attribuitur etiam alijs rebus. Gen. 28. Quàm terribilis eſt locus iſte. Exo. 34. Videbit cunctus populus opus Iehoua, quoniam terribile eſt quod ego facio tecū. Iudic. 13. Cuius uiſio ſimilis uiſioni angeli dei, terribilis ualde. Ieſaiæ 18. Ite ad populū terribilem. Ioel. 2. Magnus eſt dies Iehoua, & terribilis ualde, & quis ſuſtinebit illum. Malach. 1. Nomen meum terribile eſt gentibus. Deut. 1. Tranſiuimus per deſertum tam magnum & terribile. Et pluraliter in genere fœminino נוֹרָאוֹת Deut. 10. Ipſe eſt laus tua, & deus tuus, qui fecit tecū magnalia, & terribilia iſta, quæ uiderunt oculi tui. 2. Sam. 7. Vt faceret uobis magnalia & terribilia in terra tua. Pſal. 45. Oſtendam tibi terribilia dextræ tuę.

In ſtatu affixorum. Pſalm. 145. Et uirtutem mirabilium tuorum dicent.

In ſecunda coniugatione יֵרֵא terruit, abſterruit. Nehem. 6. Miſit Tobias epiſtolas ad abſterrendum me.

Participium præſens pluralis numeri מְיָרְאִים Nehemiæ 6. Quoniam omnes illi abſterrebant nos dicentes, remittent manus ab opere ne perficiatur.

INDE NOMINA:

יִרְאָה Timor, reuerentia, ueneratio, religio. Pſalm. 2. Colite Iehoua in timore. Pſalm. 55. Timor & tremor uenit in me.  Eſt autem obſeruandum, q; hoc nomē præpoſita litera lamed accipiatur ſępiſſime pro gerundio. Deut. 4. Et faciā eos audire uerba mea, quæ diſcant ad timendum me cunctis diebus. Pſalm. 86. Vni cor meum ad timendum nomen tuum. Ieremiæ 32. Ad timendum me cunctis diebus.  Et cū affixo. 2. Sam. 3. Eò q; timeret ipſe eum. Alioqui legitur לִרֹא 1. Sam. 18. Ad timendum à facie Dauid. Et in ſtatu regiminis יִרְאַת Geneſ. 20. Certè non eſt timor dei in loco iſto. Prou. 1. Timor Iehoua initium ſapientiæ. Prouer. 8. Timor Iehoua eſt odiſſe malum, ſuperbiam, arrogantiam, & uiam malam. & cap. 9. Initiū ſapiētiæ timor Iehoua. cap. 10. Timor Iehoua auget dies. cap. 14. Timor Iehoua fons eſt uitæ.  In ſtatu affixorū יִרְאָתוֹ Exo. 20. Vt timor illius eſſet in facie ueſtra, ne aberretis. Deut. 2. Incipiam dare pauorem ueſtri, & timorē ueſtri coram facie omnium populorū. Iob 22. An propter amorem tui arguit te. Ieſa. 29. Et ſit timor eorū erga me mandatum hominum, doctum.

מוֹרָא Timor,terror.Deut.26.Et in terrore magno,& in ſignis.Deut.34.Secundum omnem terrorem magnum, quem fecit Moſes.Pſal. 76.Adducite munera terrori,id eſt,terribili.ut ſit poſitũ pro נוֹרָא Et cum affixis. Gen. 9. Et timor ueſtri, & terror ueſtri.Ieſa.8.Et timore eius non timebitis,ſed Iehoua exercituum ſit timor ueſter. Malach.1.Vbi eſt timor mei. Et pluraliter in forma maſculina מוֹרָאִים Deut. 4. Et in terribilibus magnis,id eſt mirabilibus,miraculis.

דֵּרָאוֹן Deſpectio,abominatio,faſtidium.Ieſaiæ 66.Eruntq; deſpectio omni carni.Legitur etiam forma דִּרְאוֹן Daniel.12.Alij in ignominiam & deſpectionẽ ſempiternã. Et puto literam daleth eſſe acceſſoriam.

665 ירד In prima cõiugatione,ſi de corpore aliquo dicitur,ſignificat de loco altiore deuenire,ſeu moueri ad inferiorẽ,ſicut è contra עָלָה à loco inferiore ad altiorẽ moueri ſignificat.Et cõmuniter transfertur uerbo deſcendendi:congruit autem ſignificatione cum uerbis רָדַם & רָדַד רָדָה רוּד מָרַד niſi q; ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.2. Sam.19.Et Mephiboſeth filius Saul deſcendit.2.Sam.11.Et non deſcendit in domum ſuam.Gen.12.Et deſcendit Abram in Ægyptum. Iud. 11.Et deſcendam ſuper montes, id eſt è loco ſublimiore.1. Sam. 23. Et deſcẽdit in petram.Et iterũ:Ephod deſcẽdit in manu ſua, id eſt ipſe non accepit ſecũ Ephod illud de induſtria,ſed inter cætera forte fortuna allatum eſt. Ezech. 30. Et deſcendit ſuperbia fortitudinis eius.Zachar.11.Eiulate quercus Baſan,quoniam deſcendit,id eſt deciſa eſt ſylua incedua.Iudic.19.Et dies deſcenderunt ualde.ubi in præterito ſcribitur deficiente prima ſubſtãtiali litera iod רֵד pro יָרַד ſicut קַח Oſeæ 11. ponitur pro לָקַח Item Deut.20.Extrues propugnaculum contra ciuitatem, quæ bellum contra te gerit,donec deſcendat ipſa,id eſt corruat,deijciatˀ.Et ut uerbum עָלָה etiam ad dignitatem,& excellentiam,præſtantiam,& dominium refertur, ita rurſum uerbum יָרַד de ſubiectione,ſeruitute & conditione inferiore dicitˀ. Deut. 28.Peregrinus qui tecum eſt,aſcendet ſuper te,& tu deſcendes ſub eo,id eſt eris illi ſubiectus,ſubditus,inferior dignitate,fortuna,& reliquis donis. Præterea obſeruabis,quòd quemadmodum tunc deus aſcendere ab aliquo dicitur,quando diſparet,nec amplius quicquam cum eo agit,ita rurſus deus deſcendere dicitur,quãdo apparet,aut ſeſe reuelat,uel re aliqua uiſibili,uel uerbo,uel uoce,uel facto & opere.Geneſ.11.Et deſcendit Iehoua , ut uideret ciuitatem. Et mox iterũ:Euge deſcendamus & confundamus ibi labium ipſorum.& cap. 18. Deſcendam nunc & uidebo.Exo.19.Et tertia die deſcendet Iehoua corã oculis totius populi ſuper mõtem Sinai.Poſtremo,quãdo hoc uerbũ regit poſt ſe עַיִן tum ſumitur actiuè. Pſal. 119.Riuos aquarum effuderunt oculi noſtri. Threnorum 1.Oculus meus effundit aquas.& cap.3.Riuos aquarum effundit oculus meus.

Participium præſens יוֹרֵד Iud.9.Ecce populus deſcendebat.Deut.9.Ad torrentem qui deſcendit. Et pluraliter יוֹרְדִים Ioſue 3.Et ſteterunt aquæ deſcendentes. 1.Sam.10.Obuiam ibis cuneo prophetarum deſcendentium de excelſo. Et in ſtatu regiminis יוֹרְדֵי Pſalm.28.Et comparabor cum deſcendentibus in lacum.Ieſaiæ 42.Qui deſcendunt in mare.

In tertia coniugatione הוֹרִיד demiſit,depoſuit,detulit.Gen.24. Et depoſuit cadũ in manu ſua,ſcilicet de humero.Et iterum : Et depoſuit cadũ ſuũ à ſe deorſum. cap.37.Et ibant,ut deferrent in Ægyptum.Exod. 33. Et nunc depone ornatũ tuũ abs te.1.Sam 19.Et demiſit Michol Dauidem per feneſtram. Pſalm. 56.In ira populos deijce deus.Prouerb.21.Sed regnum deijcit confidentia.Ieſaiæ.10.Et deijciam tanquam robuſtus habitatores.& ca.63.Et deijciam in terram potentiã eorũ. Threnor.2.Murus filiæ Zion effunde quaſi torrentem lacrymas.

Participium præſens מוֹרִיד 1.Sam. 2. Deducit ad inferos & reducit.2. Sam. 22. Subijcit populos ſub me.

In uoce paſſiua הוּרַד Geneſ.39.Et Ioſeph deductus eſt in Ægyptum. Num.10. Et depoſitum eſt habitaculum,zurlegt.Ieſaiæ 41.Deiecta eſt ad infernũ ſuperbia tua.Zach.10.Deiecta eſt ſuperbia Aſſur.

INDE NOMINA:

מורד Deſcenſus. Micheæ 1. Sicut aquæ detractæ per deſcenſum, id eſt præcipitium. Ioſue 7. Et percuſſerunt eos in deſcenſu. Et in ſtatu regiminis מורד Ioſue 10. Et eſſent in deſcenſu Bethoron, id eſt decliui. Iere. 48. In deſcenſu Ornaim. Et pluraliter ſtatus regiminis מורדי Iob 24. In deſcenſibus luminis.

666 ירה Generaliter ſignificat iácere, iaculari, uel lapidem, uel ſagittã, uel pluuiam, & ſic cõgruit ſignificatione cum ירה ורה uel uoluntatẽ ſuam, uel rem aliquã aliam. De lapidibus. Gen. 31. Et dixit Labã ad Iacob, ecce cumulus iſte, & ecce ſtatua, quæ ieci inter me, & inter te. Iob 38. Quis iecit lapidem eius angularem. De Sagitta. 1. Sam. 20. Et ipſe iaculabatur ſagittam, ut præteriret illum. 2. Reg. 13. Iaculare & iaculatus eſt, & dixit, ſagitta ſalutis dei. Pſal. 11. Ad iaculandum in caligine. Legitur tamen in hoc ſignificandi modo ſemel commutata litera he in aleph, 2. Paralip. 26. Et ordinauit ſup turribus, & mœnijs, ad iaculandũ cũ ſagittis & lapidibus magnis. De re alia. Exod. 15. Currus Pharaonis & exercitum eius deiecit in mare. Ioſue 6. Et iaciam uobis ſortem.

Participium præſens יורה Prou. 26. Sicut qui ſimulat ſe abeſſe, & tamen iaculatur flammas, ſagittas & mortem, &c. Oſeæ 6. Sicut ſerotina iaciens terram, id eſt irrigans ſeu fœcundans terram. Et pluraliter יורים 2. Paralip. 35. Et iaculati ſunt iaculatores in Regem Ioſiahu.

In uoce paſſiua יירה Exo. 19. Aut iaculãdo iaculabitur. Hoc autor Epiſtolæ ad Hebræos cap. 12. ſic uertit, Aut iaculo ferietur.

In tertia coniugatione הורה de ſagittis. 1. Sam. 20. Et ego tres ſagittas ad latus iaculabor. 2. Sam. 11. An non ſciuiſti, ꝙ è muro iaculaturi erant. 2. Reg. 19. Neq; iaculabitur illuc ſagittam. Pſal. 64. Subito iaculabuntur, & neminẽ metuent. Et mox iterum: Et iaculabitur eos deus ſagitta repente. De pluuia. Oſeæ 10. Seminate uobis ad iuſtitiam, metite in miſericordia, ſulcate uobis ſulcos: tempus eſt enim quærendi Iehoua donec ueniat, & iaciat iuſtitiam uobis, id eſt pluat. Itẽ de uerbis, quæ ore, ut guttæ pluuiæ de cœlo in terram iaciuntur, quibus homines rerum alioqui inſcij imbuuntur ac fœcundantur. Et dum in lingua Latina nõ datur commodius, licebit uertere uerbis inſtruendi, inſtituendi, ſeu docendi. Exod. 4. Docebunt uos quæ faciatis. Exo. 12. Ego ero cũ ore tuo, & docebo uos quæ faciatis. ca. 15. Docuit eũ Iehoua lignũ, quod cum proieciſſet in aquam, ſtatim dulcuerunt aquæ. Pſal. 25. Et bonus, & rectus eſt Iehoua: ideo docebit errantes uiam. 1. Sam. 12. Et inſtitui uos in uia bona. Iob 6. Docete me, & ego ſilebo. Gene. 46. Miſit aũt Iudã ante ſe in Goſen ad cõſtituendũ ante ipſum. De alia re. Iob 30. Iecit me in lutũ.

Participium præſens maſculini generis מורה iaculator. 1. Sam. 20. Curre & inueni ſagittas, quas ego iaculor. Itẽ, inſtituens, ſeu inſtructor, uel doctor. 2. Reg. 17. Et uenit unus de ſacerdotibus, quos tranſtulerant de Samaria & habitauit in Bethel, inſtituens eos, quomodo timerent Iehoua. 2. Paralip. 15. Et multi fuerunt dies Iſraeli, ꝙ nullus deus ueritatis, & nullus ſacerdos inſtituẽs, & nulla inſtitutio. Iob 36. Quis talis eſt doctor, ut ipſe eſt. Prouerb. 6. Inſtruit digitis ſuis. Ieſaiæ 9. Et propheta docens mendaciũ. Ioel. 2. Quòd dedit uobis doctorẽ iuſtitiæ. Pſal. 84. Etiam benedictionibus ornabit doctorem. Ieſa. 30. legitur cum iod per epentheſin interpoſita, ac ſi pluralis eſſet: Et nõ auolabit doctor tuus, & erunt oculi tui uidentes doctorem tuum. Et pluraliter מורים Prouer. 5. Et non acquieui in uoce docentium me.

In uoce paſſiua ſemel legitur, ubi tamẽ aleph pro he eſt ſcripta, Prouerb. 11. Anima benedictionis impinguabitur, & qui inebriat, etiam ipſe iacietur, id eſt compluetur ſeu fœcundabitur.

INDE NOMINA:

יורה Pluuia, ea ſcilicet, quæ iacto ſemento decidit, quod excitat, fœcũdat, & prouehit. Et Latini interpretes uerterunt pluuiam matutinam. Rectius uertes temporariã ſeu tempeſtiuam: nam illa quæ ſerius decidit, cum iã grandior eſt ſeges & ingroſ-

ſat, dicitur מַלְקוֹשׁ id eſt ſerotina. Deut. 11. Dabo pluuiā terræ ueſtræ in tēpore ſuo; pluuiā temporaniam & ſerotinā, ut colligere poſſis frumentum tuū, & muſtum tuum, & oleum tuum. Iere. 5. Timeamus nunc Iehoua noſtrum, qui dat pluuiā tempeſtiuam, & ſerotinam in tempore ſuo. Et Ioëlis 2. pro יוֹרֶה ſcriptū eſt מוֹרֶה, Quoniam dedit uobis Deus doctorem ad iuſtitiam, & deſcendere facit uobis pluuiā tempeſtiuam & ſerotinam. Poſuit autem hoc pro altero propter alluſionem.

מוֹרֶה Nomen proprium loci in terra Canaan, cuius fit mentio Iudicum 7. Eſt etiā hoc nomine quercetum, de quo Geneſ. 19. & Deut. 11.

מוֹרִיָּה Nomen terræ, ſicut clarum eſt ex uerbis Dei ad Abraham dicentis Gen. 22. Tolle nunc filium tuum unicum tuum, quem diligis, nempe Izhak, & uade ad terrā Moriah, óffereſq; eum ibi ad holocauſtum ſuper unum montium, quem dixero tibi. Atq; idem ſonat ſi interpreteris, quod doctrina Domini. Nam in eo loco & mōte templum à Salomone ædificatum eſt. 2. Paralip. 3. Et doctrina patefacta eſt de uoluntate Dei erga nos.

תּוֹר Forma maſculini generis, inſtitutio, conſtitutio, diſpoſitio, doctrina. 1. Paralip. 17: Et uidiſti me ſecundū diſpoſitionē hominis, gradus ſeu dignitatis Iehoua Deus.

תּוֹרָה Forma fœminina, inſtitutio, conſtitutio, doctrina, qua docemur de uolūtate Dei erga nos, & quomodo nos uitam & mores formare oporteat. Græci reddiderunt νόμος, Latini Lex: tametſi Ebræis generalior uox eſt, quàm legis uocabulū, quēadmodū ex aliquot exemplis cernere licebit, quæ propterea ſubijciemus. Deut. 31. Si tantū acquieueris in uoce Iehoua Dei tui, ut cuſtodias mādata eius, & ſtatuta eius, ſcripta in libro cōſtitutionis huius. Num. 15. Cōſtitutio una, & iudiciū unū erit uobis. 2. Reg. 17. Et ſtatuta, & iudicia & cōſtitutionem. 2. Paralip. 15. Et cui nō ſacerdos, doctor, & cui non doctrina. Et cap. 19. Inter conſtitutionē & mandatū. Iob 22. Suſcipe quæſo ab ore eius cōſtitutionē. Nehe. 12. Portitores cōſtitutionis pro ſacerdotibus. Ieſa. 2. E Zion exibit cōſtitutio, & uerbum Iehoua ex Ieruſalem: Habakuk 2. Et accipitis facies in cōſtitutione. In ſtatu regiminis תּוֹרַת 2. Samuel. 7: Eſt ne hæc conſtitutio hominis, qui eſt Iehoua Deus. Leuit. 6. Hæc eſt conſtitutio holocauſti. Prouerb. 1. Et ne ſpernas inſtitutionem matris tuæ. cap. 14. Inſtitutio ſapiētis, eſt fons uitæ. & cap. 31. Et inſtitutio pietatis ſuper lingua eius. Ezech. 43: Hæc eſt cōſtitutio domus in ſummitate mōtis. Et cū affixis. Pſal. 1. Et in inſtitutione eius meditabit̃ die ac nocte. Ieſ. 42. Et ad inſtitutionē eius inſulę cū expectatione anhelabunt. Et pluraliter תּוֹרוֹת Geneſ. 26. Eò q; acquieuit Abrahā uoci meæ & cuſtodiuit cuſtodiam meā, mandata mea, ſtatuta mea, & conſtitutiones meas: Nehe. 9. Dediſti eis iudicia recta, & cōſtitutiones ueritatis, ſtatuta & mādata bona, &c. Eſt igit̃ iam ex aliquot locis perſpicuū, quòd hæc uox non ſemper ſignificet Legē Moyſi, ſicut & Chriſtus aliquoties alios libros appellat nomine Legis: ut Ioan. 10. Nónne ſcriptum eſt in lege ueſtra, Egó dixi, Dij eſtis. Itē cap. 15. Vt cōpleat̃ ſermo, qui in lege eorū ſcriptus eſt, Odio habuerūt me gratis. cùm tamē iſti duo loci ſcripti ſunt, & citati ex Pſalmis. Similiter Paulus ad Galatas 4. Geneſim uocat legem, & 1. Corinth. 14. Legem eſſe ſcribit, quod ex Ieſa. cap. 28. allegat.

מוֹרָה Inſtitutio, cōſtitutio, nomen participiale, atq; idē ſignificat, quod תּוֹרָה Pſal. 9. Pone Iehoua conſtitutionem illis, ut cognoſcant Gentes, quòd homines ſint, id eſt miſeri & calamitoſi.

667 ירח

In prima coniugatione non eſt uſitatum, ſed tātum in tertia, & forma הֵרִיחַ Eſt itaq; irregulare, quemadmodū יטב à הֵיטִיב & ſignificat ſpirare, inſpirare, introſpirare, reſpirare: atq; magnā habet ſignificatione cognationē cū uerbo רוּחַ niſi quòd ut forma parū, ita modo ſignificandi inter ſe tantum uarient. Gen. 8. Atq; odoratus eſt Iehoua odorem ſuauitatis. Exod. 30. Quicunq; fecerit tale, ut olfaciat in eo, eradicabitur ex populó ſuó. Leuit. 26. Et non odorabor in odore ſuauitatis. Deut. 4. Neq; olfacient. 1. Samuel. 26. Odoret̃ oblatio. Pſal. 115. Naſus èſt eis, & non olfacient. Amos 14. Et non olfaciam in cœtibus eorū. Ieſa. 11. Et olfaciet ipſe in timore Iehoua, id eſt ſpiritu iudicabit. Vſurpatur etiā metaphoricè. Iob 39. Ad

tubam

tubã dicet heach,& à lõge olfaciat bellũ,ſtrepitũ principũ & clangorẽ.Iud. 16. Et diſrupit Simſon funes,ſicut rumpitur filũ ex ſtupa factum,quando olfacit ignem.

INDE NOMINA:

יָרֵחַ Luna,dicta quòd reſpirationẽ & refrigeriũ præbeat noctu motu ſuo,illis quæ interdiu ſolis ardore erant torrida.Et hãc Græci μήνη,Germani poſt illos Mon uocãt.Gen.37.Et ecce ſol & luna,& undecim ſtellæ adorabãt me.Pſ.104. Fecit lunã & tempora.Pſ.121.Per diem ſol non uret te,neq; luna per noctem. Et cũ affixo. Ieſaiæ 60.Non occidet amplius ſol tuus,& luna tua non contrahetur.

יֶרַח Lunatio,menſis,i.ſpaciũ triginta dierũ,quod luna motu ſuo cõficit abeundo à ſole,& ad eũ redeundo.Deut.21.Et deflebit patrẽ ſuum,& matrẽ ſuã lunatione dierũ.1.Reg.6.Anno quarto fundata eſt domus Iehoua,in lunatione Ziph.2.Re.15. Et regnauit per lunationẽ dierũ in Samaria.Zach.11.Et remõui tres paſtores in lunatione una. Et pluraliter יְרָחִים Exo.2.Et abſcõdit eũ tribus lunationibus.Iob 3. In numerũ lunationũ nõ ueniet.& cap.39.Aut poteris numerare lunationes,quas implẽt.Sed Deut.33.Propter delicias frugũ ſolis,& ꝓpter delicias expulſionis lunarũ,&c. uidet̃ ꝓ lunis accipiẽdũ.Sũt em̃ quædã terræ naſcẽtia,quę ad lunę dñiũ in nocte felicius ꝓueniunt. In ſtatu regiminis יַרְחֵי Iob 7.Obuenerunt mihi uelut hęreditate lunationes uanitatis.Et ca.29.Et ponet me ſicut lunationes antiqtatis.

יְרִחוֹ Iericho, urbs olim opulentiſſima in tribu Beniamin ſita ab Hieroſolyma, autore Ioſepho,centũ & quinquaginta,& à Iordane ſexaginta ſtadijs diſtãs. Quidam dictã uolũt ꝙ forma lunã referat, eiq; ſimilis ſit poſitu.Ego uèro exiſtimo ab odore & fragrãtia aromatũ,ꝙ nimirũ in eius regione balſamũ,palmæ,& id genus alia aromatica feliciſſimè proueniebãt. Vnde etiã ciuitas palmarũ Deut.34.& 1. Paral. 28.eſt appellata.Et Ieſus Syrach cap.24. in ea plantationes roſarũ extitiſſe teſtat̃.

668 יָרַט In hac forma ſemel tantũ legitur.Et ſignificat generaliter decurrere, delabi. Et cõgruit ſignificatione cũ uerbis יָרַד רָהַט רָשַׁח רָפַס רָתַח niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe differant.Num.22.Et ecce ego egreſſus ſum uelut impeditor quia currit uia hæc aduerſum me.

יָרֵה Vide in ſuo themate רָבָה

669 יָרַע Malũ,nequã,moleſtũ, malè affectum fuit:congruit ſignificatione cum uerbo רָעַע Ieſaiæ 15.Anima eius mala fuit ei, id eſt malè affecta, afflicta.Deut. 15.Et nõ malũ ſit cor tuum,quando dederis ei.1.Sam.1.Quare nõ comedis,& quare malum eſt cor tuum.Deut.28.Malus erit oculus eius in fratrem ſuũ. Et iterũ: Et malus erit oculus eius in uirũ gremij ſui, id eſt inuidus.Hanc phraſin etiam Chriſtus eſt imitatus Matth.20.An oculus tuus malus eſt,ꝙ ego bonus ſum.Nehe.2. Quo modo non malæ eſſent facies meæ,id eſt triſtes.2.Sam. 20.Nunc malus erit nobis Seba filius Bichri,pluſquàm Abſolom.Nehe. 2. Et malum fuit illis malo magno, id eſt,diſplicuit illis diſplicentia magna.& cap.13.Et malum fuit mihi ualde. Pſal. 106.Et malum fuit Moſi propter eos.Ionæ 4.Et malum fuit apud Ionam malo magno,& incanduit intra ſe.Item forma dicendi parum alia. Geneſ.21. Et malũ fuit uerbũ ualde in oculis Abrahæ,**hat ihm in augẽ wehe than/hat in verdroſſen in augen**.Et mox iterũ:Ne malum ſit in oculis tuis ſuper puero. 2. Sam. 11. Non malum eſt in oculis tuis uerbum iſtud.1.Sam.18.Et malum fuit in oculis eius uerbum iſtud.Et eſt phraſis hæc contraria illi,quæ in eodem mox capite ſequitur: Et rectum fuit uerbum in oculis eius.

יְרִיעַ Vide in themate רָעָה

670 יָרַק Euacuauit,ſ.humorẽ,expuit:& ſignificatiõe congruit cũ uerbis מָרַס בָּלַס רִיס רָסַס רָבָה niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificandi ab inuicẽ differãt. Num.12. Pater eius expuendo expuet in faciem eius. Leuit.15. Aut expuendo fluidum in mundum tum lauabit ueſtimenta ſua.

INDE NOMINA:

רוֹק Spuma,ſputum,expuitio.Iob 30.Et à facie mea non prohibuerunt ſputũ.Ieſa. 50.

Faciem meã nõ abſcondi ab ignominia & ſputo. Et in ſtatu affixi mutat holem in kybutz daggeſſata litera kuph. Iob 7. Donec deglutio ſputum meum.

ירק Sputum, ſeu expuitio terræ uiridis, uiror, quem terra ſeu arbor expuit. Eſtq́ generalius ꝙ חָצִיר & עֵשֶׂב דֶּשֶׁא Gen. 1. Dedi omnem uirorem herbæ. Exod. 10. Et non eſt relictus omnis uiror tam in arbore, quàm herba agri. Pſ. 37. Et ſicut uiror germinis marceſcent. Ieſaiæ 15. Quia aruit fœnũ, conſumptum eſt germen, uiror nõ fuit.

יָרָק Olus, herba ſatiua, à uirore. Deut. 11. Terra ad quã ueneris ad poſſidendũ eam, nõ eſt ſicut terra Ægypti, qua inde egreſſus es, ubi ſeminabas ſemen tuum, irrigabas in pede tuo ſicut hortũ oleris. 1. Reg. 21. Da mihi uineam tuam, ut ſit mihi in hortũ oleris. Prou. 15. Bona eſt eſca oleris. In ſtatu regiminis יְרַק 2. Reg. 19. & Ieſ. 37. Erunt uelut herba agri, & olus germinis, fœnum tectorum.

יֶרֶק Viror, uiriditas, quæ eſt propter ſputum, id eſt humorem. Iob 39. Et poſt omnem uiriditatem inquirit.

יֵרָקוֹן Flauedo, itẽ morbus ſegetũ, q Varroni Robigo dicit̃, naſcens in culmis frumentorũ ex nimio humore. 1. Reg. 8. & 2. Par. 6. Si erit uredo, robigo, locuſta, &c. Ier. 30. Et mutatę ſunt oẽs facies in flauedinẽ. Amos 4. Percuſſi uos ariditate et robigine.

יְרַקְרַק Nomẽ geminatũ, nũc adiectiuũ, nũc ſubſtãtiuũ, expuitio ſubuiridis ſeu flaua. Leu. 13. Et fuerit plaga ſubuiridis. Pſ. 68. Et plumæ eius in flauedine auri. Et plurale fœ.
671 generis יְרַקְרַקּוֹת Leu. 14. Et ecce plaga in parietib. q profundiores, ſubuiridiores.

ירש In prima coniugatione uoce actiua, ſi de perſona dicitur, ſignificat hæreditare, ſeu hæredem fieri. Gen. 15. Et ecce uerbũ Iehoua fuit ad illũ dicẽdo, non hæreditabit re iſte, ſed qui egrediet̃ ex utero tuo, ille hæreditabit te. & cap. 27. Non. n. hæreditabit filius ancillæ. Prou. 30. Quãdo hæreditauerit dominã ſuã. Vel ſi de terra aut re alia dicit̃, tũ uertere licebit obtinere, occupare, poſſidere iure, uel belli, uel ſucceſſionis: & cõtrariã ſignificationẽ habet uerbis גָּרַשׁ & הוֹרִישׁ quæ eiectionẽ ſeu expulſionẽ ex poſſeſſiõe ſeu hæreditate ſignificãt. Iere. 49. Si hæres non eſt ei, quare igit̃ poſſedit rex ipſorũ Gad. Gen. 15. Vt darẽ tibi terrã hãc ad poſſidẽdum eã, dixitq́ Iehoua deus, in quo cognoſcã ꝙ poſſeſſurus ſum eã. Ezech. 9. Vrtica occupabit eas. Gen. 22. Et poſſidebit ſemẽ tuũ portã inimicorũ ſuorũ. Num. 13. Aſcẽdendo aſcẽdemus & occupabimus eã. Deut. 1. Aſcende poſſide. & cap. 2. Age occupa. Pſ. 37. Iuſti poſſidebũt terrã. Iud. 14. An ad occupãdũ nos, uocaſti nobis huc.

Participiũ præſens יוֹרֵשׁ qđ cõmuniter nominaliter accipit̃, occupator, poſſeſſor, hęres. Iud. 13. Poſſeſſor coactionis. 2. Sam. 14. Et extirpemus etiã hæredem. Ieſ. 65. Poſſeſſorẽ montiũ meorũ educã. Gen. 15. Filius domus meæ hęreditat me. Et pluraliter יוֹרְשִׁים Iere. 8. Tradã uxores eorũ alienis, & agros ipſorũ poſſeſſoribus.

In ſtatu affixi. Ier. 49. Et poſſidebit Iſrael poſſeſſores eius. Et in genere fœminino יוֹרֶשֶׁת Num. 36. Quæcunq́ filia quę poſſidet hæreditatẽ. Legitur etiã participiũ forma fœminea יְרֵשָׁה ac ſi eſſet à præterito יָרֵשׁ quod etiã neutralem ſignificationem habet. Num. 24. Et erit Ædom occupata & erit occupata Seir.

Participiũ præteritũ fœminini generis יְרֻשָּׁה Ioſue 12. Deditq́ eã Moſes in poſſeſſionẽ Rubenitis. Legit̃ tamẽ ſæpius cũ kybutz & ſchin litera daggeſſata יְרֻשָּׁה & tranſit in naturã nominis. Deut. 2. Quoniam in poſſeſſionem Eſau dedi montẽ Seir. Iere. 32. Quoniam tibi eſt ius poſſeſſionis. Et in ſtatu regiminis יְרֻשַּׁת Iudic. 21. Et dixerũt poſſeſſio euaſioni Beniamitarũ erit. Pſal. 61. Dediſti poſſeſſionem timentibus nomen tuum. Et in ſtatu affixorum. Deut. 2. In terrã poſſeſſionis eorum dedit illis. Ioſue 1. Et redibitis ad terram poſſeſſionis ueſtræ.

In uoce paſſiua נוֹרַשׁ ſignificationem habet contrariam actiuę uoci, atq́ ſimilẽ propè ſignificationem cum uerbis גֹּרַשׁ in uoce paſſiua ſecundę coniugationis, & הוּרַשׁ Et ſignificat expelli poſſeſſiõe ſua, exui ſeu extrudi hæreditate ſeu bonis ſuis. Geneſ. 45. Et ne exuaris bonis tu, & domus tua. Prouerb. 20. Ne diligas ſomnũ, ne excidas bonis. cap. 23. Potator et comeſſator excidit bonis, ſeu poſſeſſione. et cap. 30. Ne forte exutus bonis, furtum committam.

In ſecunda coniugatione יֵרֵשׁ ſimiliter imitatur ſignificatione paſſiuam primę

&

& actiuę eiuſdē habet contrariā,& quidē uehementē.Significat enim omnino & prorſus eijcere ſeu exterminare,exterminio delere & perdere.Deut.28.Omnes arbores & fruges terræ exterminabit ęrugo.quanquam Thargum uerbo poſſidendi ſic uerterit:Omnes fruges terræ poſſidebit ſeu occupabit rubigo.

In tertia coniugatione הוֹרִישׁ utrāq; ſignificationē obtinet, nūc in bonum poſſidere,nūc in malū omnino eijcere ſeu expellere, id eſt, exterminio perdere & delere notans.Diſcernūtur aūt illæ cōtrariæ ſignificationes facilè ſentētia orationis, & circumſtantijs.In priore ſignificatione.Num.14.Et ſemē tuū poſſidebit eam.2.Paral.20.Ecce ipſi retaliantes ueniunt ut expellāt nos ex poſſeſſione tua,quā poſſidere tradidiſti nobis.ſępius tamen in poſteriore & mala ſignificatione uſuuenit. Num.21.Percutiā eum peſte,& exterminio delebo eum, te uero faciā in gentē magnā. Ioſ.17. Et nō potuerunt filij Manaſſe exterminio delere has ciuitates. Exod.34.Quādo exterminio deleuero gentes à facie tua. Ioſ.15. Exterminio deleuit ibi Caleb tres filios Enak.Iob 13.Et exterminio delere me uis propter iniquitates adoleſcentiæ meæ.Pſal.44.Tu manu tua exterminio deleuiſti gentes.

Participium præſens מוֹרִישׁ 1.Sam.2.Iehoua exuit bonis,& ditat.

INDE NOMINA:

יוֹרֵשׁ Poſſeſſor,hæres:uide ſupra in participio.

יְרֵשָּׁה Vide etiam ſupra in participio præſenti primæ coniugationis,actiuæ uocis.

יְרוּשָּׁה Vide ſupra in participio præterito primę coniugationis.

מוֹרָשׁ Poſſeſſio,forma maſculini generis,& in ſtatu regiminis מוֹרַשׁ legit̃.Ieſ.14.Et ponā eā in poſſeſſionē Erinacij. Et pluraliter in ſtatu regiminis מוֹרָשֵׁי Iob 17.Cōſilia mea diſtracta ſunt poſſeſſiōes cordis,i.quę poſſederāt,& occupauerāt cor. Et cū affixo.Ab.1.Et poſſidebāt domus Iacob poſſeſſiōes ſuas. Et in genere fœminino. מוֹרָשָׁה Exo.6.Et dabo eā uobis poſſeſſionē.Deut.33.Legē cōmēdauit nobis Moſes in poſſeſſionē cōgregatiōis Iacob.Eze.11. Nobis data eſt terra in poſſeſſionē.

רֶשֶׁת Rete,à retinendo: retinent̃ eñ & poſſident̃ eo piſces,ſeu homines: & apparet ab infinitiuo deductū.Gręci uocāt etiā retis genus ἀμφιβλίστρον,q undiq; cōplectat̃. Pſal.57.Rete parauerunt pedibus meis.Pſ. 35.Et rete quod abſcōdit ei capiet illū. Et in ſtatu affixorū mutat prius ſægol in hirik,alterū in ſeua. Pſ. 10. Cū pertraxerit eum in rete ſuum.Ezech.12.Et expandam rete meum.Et caret plurali numero.

תִּירוֹשׁ Muſtū,uinū nouū,quod recēs pelliculis tāquā domo & habitatione ſua extruſum & expreſſum eſt.Deut.28.Nec relinquet tibi frumentū,muſtū,& oleū.2.Par.31. Et cū increbuiſſet uerbū regis,auxerūt filij Iſrael primitias frumēti,muſti,olei,&c.Ieſ. 65.Sicut cū inuenit̃ muſtū in botro.Oſeę 9.Area & torcular nō paſcet eos, & muſtum minuet̃ in eo.Ioel.2.Et implebunt̃ areæ frumēto, & torcularia redundabunt muſto & oleo.Mich.6.Tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo:muſtū, & non bibes uinum. In ſtatu affixorū nihil mutat.Oſeæ 2.Et muſtū meū in tempore ſuo.

מִשְׁרַת Nomē,ſignificat quēlibet ſuccū ſeu liquorē expreſſum ex uuis, nō ſolum muſteū. Eſt enim aliquanto generalius q̃ תִּירוֹשׁ quod tantū de muſto & nouo uino dicit̃: ideo etiam forma ipſius à priore mutata eſt. Legitur autem ſemel in ſtatu regiminis מִשְׁרַת Num.6.Nec ullum ſuccum uuarum bibet,&c. pro quo Chaldæus tranſtulit מַתְרוּת Huius nominis quoq; infrà mentionem fecimus in themate שָׁרָה.

תִּשְׁרִי Metatheſi literarum,menſis ſeptimus,à muſto dictus:de quo infra ſuo in loco.

אֲרֶשֶׁת Enunciatio.uide ſupra ſuo in loco.

672 יֵשׁ Cū ſęgol,uel zere,id eſt,exiſtētia. Verbū & nomē ſubſtātiuū,tam ſingularis, q̃ pluralis numeri, ſecūdum qđ cū nominib. ſeu uerbis ſingularis uel pluralis numeri cōſtruit̃.Gen.31.Eſt in fortitudine manus mea facere tecū malū.2.Reg.10. Nūquid eſt cor tuū rectū, quemadmodū cor meū cū corde tuo?Et dixit Ionadab, eſt.Atq; Pſ.7.Si eſt iniuſtitia mea in manibus meis.Prou.8. Vt hęreditare faciā diligētes me exiſtentiā.Ier.31.Quia eſt merces operi tuo.Pſ 58. Sūt dij iudicātes in terra.Mich.6.Amplius'ne ſunt in domo impij thesauri improbitatis. ubi ſcriptū eſt

cum aleph, ideo etiam legi poteſt, perpetuus ignis in domo improbi, theſauri improbitatis. Et in ſtatu affixorum habet ſægol, & inclinat perſonam ſecundum perſonam affixi ſui. Gen. 24. Quia ſi es tu nunc promouēs uiam meam. Et ibidem iterum: Si eſtis uos facientes pietatem. Iud. 6. Si es tu ſaluans. 1. Sam. 14. Eſt ipſa in Ionathan. Eſther 3. Eſt ipſe populus unus diſperſus.

יָשִׁישׁ Exiſtens, qui exiſtit diu, qui ducit uitam exiſtentem, efficax, uegetus, antiquus, uetulus, grandæuus. Iob 15. Tam canus, quàm antiquus inter nos. Et tranſpoſito iod יָשֵׁשׁ 2. Paral. 36. Et nō pepercit ſuper iuuene & uirgine, ſene & antiquo. Et pluraliter יְשִׁישִׁים Iob 12. In antiquis eſt ſapiētia. cap. 29. Videbāt me pueri, & abſcondebantur, & antiqui ſurgentes ſtabant. cap. 32. Paruus ego, quod ad dies, & uos antiqui. & congruit in hac forma ſignificatione cum אֲשִׁישׁ.

תּוּשִׁיָּה Eſſentia, exiſtētia, ſubſiſtētia, effectus, effectio, efficacia, ſucceſſus, fortuna. Iob 11. Quoniā duplicia in effectu. & cap. 16. Ipſi eſt robur & effectio. cap. 26. Et de efficacia robuſtū docuiſti. Prou. 2. Cōſeruabit rectis ſucceſſum. cap. 18. Et in omnē ſucceſſum immiſcet ſe. Ieſ. 28. Qui mirificat conſiliū, & magnificat effectionē. Prou. 8. Meum eſt conſiliū & effectio. Legiͤ etiā תֻּשִׁיָּה Iob 5. Labefactat cogitationes aſtutorum, ut non faciant manus eorum effectionem. Prouer. 3. Retine eſſentiam & conſultationem. Legitur etiam ſemel תְּשֻׁוָּה Iob 30. Atq; tabefacis me efficacia.

673 יָשַׁב Significatione cōuenit cū uerbis שָׁבַת & שָׁבַת שׁוּב niſi ꝙ ut forma, ita quoq; modo ſignificādi inter ſe uariēt. Nā שׁוּב de reditu ad locū, שָׁבַת de motu à loco, שָׁבַת de ceſſatione motus ſeu operis, & יָשַׁב de motu in loco diciͬ: & licebit uertere nūc uerbo ſedendi, nūc habitādi, nūc manendi in loco. Gen. 13. Abrā habitauit in terra Canaan. 1. Reg. 1. Et Salomo ſedit ſup throno Dauid. Gen. 27. Et manebis cū illo. 1. Sa. 20. Et manebis iuxta lapidē. Legiͤ ſemel in præterito per aphereſin iod. Pſal. 23. Et habitabo in domo Iehoua. 2. Sam. 6. Et māſit arca Iehoua in domo Obed. Eſther 3. Rex & Hamā ſederūt ad bibendū. Ier. 3. Iuxta uias ſediſti. 2. Reg. 15. Mane, etiā hodie. Pſ. 110. Sede ad dexterā meā. Ier. 42. Si habitādo habitaueritis in ciuitate iſta. 2. Sam. 23. Sedēs cū ſederet ſapiens. Pſal. 133. Ecce ꝙ bonū & ꝙ iucundū habitare fratres in unū. Prou. 20. Gloria eſt uiro ſedere à lite. & cap. 31. Quū ſederit ipſe cū ſenioribus terræ. Eſt aūt hæc phraſis obſeruāda, ꝙ ut עָמַד & יָצַב eſt miniſtrorum, ita יָשַׁב eſt eorum, qui ſunt in officio & adminiſtratione publica. Exod. 18. Et ſedit Moſes ad iudicādum populum. Et mox iterū: Quare tu ſedes ſolus tu, & cunctus populus ſtat iuxta te. 1. Reg. 1. Et ipſe ſedebit ſuper throno meo. Pſalm. 1. Et in ſede deriſorum non ſedit. Sic ſæpe de docentibus legitur etiam in nouo teſtamento.

Participium præſens יוֹשֵׁב & יֹשֵׁב Gen. 24. Habito in medio. Et iterū: Et ipſe habitans in terra auſtrali. Exo. 18. Tu ſedes ſolus. 1. Reg. 3. Et dedit ei filium ſedentem ſuper ſolio illius. Et pluraliter יוֹשְׁבִים Iud. 6. Vos habitatis in terra ipſorū. 1. Reg. 22. Sedebāt ſinguli ſuper throno ſuo. Et in ſtatu regiminis יוֹשְׁבֵי Iud. 1. Et abijt inde ad habitatores Debir, id eſt ciues. 2. Reg. 22. Et ſuper habitatores eius. Et in genere fœminino יוֹשֶׁבֶת Nahum 3. Quæ habitat in fluminibus. Et in alia forma יוֹשֶׁבֶת 2. Paral. 34. Et ipſa habitabat in Ieruſalē. Et irregulariter יוֹשַׁבְתְּ Iere. 22. Sedēs in Libano. Et pluraliter יוֹשְׁבוֹת Iere. 8. Mulieres ſedentes.

In uoce paſſiua נוֹשָׁב Ezech. 26. Sicut ciuitates, quæ non habitatæ ſunt. & cap. 36. Et habitabunͭ ciuitates. Participiū generis fœminini נוֹשָׁבָה Ier. 6. Terrā, quę non habitaͬ. Item in altera forma נוֹשֶׁבֶת Ezech. 26. Quomodo ſublata es habitata in maribus. Et in diſtinctione נוֹשָׁבֶת Exo. 16. Donec uenerūt ad terram habitatam. Et pluraliter נוֹשָׁבוֹת Ezech. 12. Et ciuitates habitatæ deſtruentur.

In tertia coniugatione הוֹשִׁיב Eſdræ 10. Et omnis qui in urbibus noſtris habitare fecit uxores ignotas. Leuit. 23. In tabernaculis habitare feci filios Iſrael. Oſeæ 11. Et habitare faciā eos. Zach. 10. Et habitare faciam eos. Verbum eſt cōpoſitum ex iſto uerbo ratione principij & שׁוּב ratione medij. Geneſ. 47. Habitare fac patrem tuū. 2. Reg. 17. Et habitare feciſti in urbibus. Eſdræ 10. Et habitare fecimus. Nehe. 13. Ad habitare faciendum uxores ignotas.

Parti-

Participium præſens מוֹשִׁיב Pſal.68.Deus habitare facit unicos in domo. Et cum iod paragogico מוֹשִׁיבִי Pſal.113.Qui habitare facit ſterilem in domo.

In uoce paſſiua הוּשַׁב Ieſaię 5.Et habitare fiemini ſoli uos in medio terrę.& cap. 44.Qui dicit Ieruſalem,habitaberis,uel ſis habitata.

INDE NOMINA:

יוֹשֵׁב Habitator, ciuis, is qui eſt ex republica illius loci, ubi habitat,habetq́ domũ propriam & poſſeſſionem.Ieſa.6.Vrbes ſine habitatore.1.Sam.4.Et tulerunt inde arcam pacti Iehoua exercituum habitatoris Cherybim.& Pſal.80.Habitator Cherybim affulge.Et accipit iod paragogicum יוֹשְׁבִי Pſal.123.Habitator cœlorum.

תּוֹשָׁב Incola,inquilinus, hoſpes, qui in eo loco, ubi uiuit non habet propriã domũ, aut poſſeſſionẽ:differtq́ tamẽ à גֵּר quòd hic ſit peregrinus, ſed ille habitet quidem & habeat reſidentiam ſuam apud ciuem.Leuit.25.Si apprehenderit manus peregrini,uel inquilini tecũ,& attenuatus fuerit frater tuus, uenditusq́ fuerit aduenæ, uel inquilino apud te.Pſ.39.Quia peregrinus ego apud te,inquilinus ſicut omnes patres mei. Et in ſtatu regiminis תּוֹשַׁב Leuit.22.Inquilinus ſacerdotis. Et pluraliter תּוֹשָׁבִים Leuit.25.Atq́ etiã de filijs inquilinorum,qui peregrinãtur apud uos.

Et in ſtatu regiminis תּוֹשָׁבֵי 1.Reg.17.Et dixit Helia Thesbites de inquilinis Gilead ad Achab.

מוֹשָׁב Sedes,habitatio.Pſal.107. Vt irent ad ciuitatẽ habitationis.Pſal. 132.Optauit pro habitatione ſibi. In ſtatu regiminis מוֹשַׁב Leuit.25.Si uendiderit domum habitationis ciuitatis muri.2.Sam.9.Omnis habitatio domus Sibæ.1.Reg.10.Et habitationem ſeruorũ eius. Pſal.1.Et in ſede deriſorum non ſedit. Et in ſtatu affixorum.Gen.10.Et fuit habitatio eorum. & cap.27. De pinguedinibus terræ erit habitatio tua.1.Samu.20.Et ſedit rex ſuper ſede ſua. Et pluraliter forma maſculina מוֹשְׁבֵי Ezech.34.Et in cunctis habitationibus terræ. Et in forma fœminina,ſtatus affixorum מוֹשְׁבוֹת Gen.36.Per habitationes ſuas.Exod.10.Fuit lux in habitationibus ſuis.Leuit.23.Ex habitationibus ueſtris adducetis.

שֶׁבֶת Nomen infinitum,ſedes,habitatio.Amos 6.Qui elongant diem malum & appropinquant ſedem iniquitatis. Et in diſtinctione ſententiæ שָׁבֶת 2.Sam.23.Et igni comburendo cõburentur in habitatione. Et in ſtatu affixorũ mutat prius in hirik & alterũ in ſeua.1.Reg.8.Ad locũ habitatiõis tuę.Pſ.33.In loco habitatiõis ſuę.

שִׁיבָה Habitatio,per aphęreſin iod,p יְשִׁיבָה 2.Reg.19.Et ipſe aluit regẽ in mãſione eius.

יְשִׁיבָה Iudæi lingua ſua uulgari ſcholam uocant,in qua Rabonim publicè docent.

674 ישח In hac forma uerbaliter nõ eſt in uſu,niſi quòd ab ea deriuetur nomẽ יֶשַׁח quod corruptionem ſignificat, ſeu morbum qui ex corruptione humorũ generatus eſt.Mich.6.Tu comedes,& non ſatiaberis, & corruptio tui erit intra te, &c. Congruit autem ſignificatione cum uerbis שָׁחָה & שָׁחַח שָׁחָה שׁוּחַ.

675 ישט Legitur tãtum in tertia coniugatione הוֹשִׁיט atq́ arbitror eſſe Chaldaicum ſeu Perſicũ. Legitur enim ſolum in libro Eſther, & à paraphraſte Chaldæo.Gen.3. pro uerbo שָׁלַח eſt poſitũ,ut ſignificet extendere,inclinare,dimittere à ſe. Videtur aũt cõgruere cũ uerbo Hebręo שׁוּט Itẽ cũ שׁוּט & נָטַשׁ Eſth.4.Excepto illo ad quẽ extẽderit ad eũ rex ſceptrũ aureũ. & cap.5. Et extẽdit rex ad Eſther ſceptrũ aureũ.

676 ישל Cõgruit ſignificatione cũ uerbis שָׁלָה & שָׁלַל נָשַׁל בָּשַׁל לָשַׁן niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient,& ſignificat abſtrahere,detrahere. Legitũ autem in hac forma ſemel tantũ Iob 27. Quæ enim eſt ſpes hypocritæ etiamſi lucratur,cum abſtrahit deus animam ipſius.Ad hanc ſententiam alluſit etiam Chriſtus ſua ſimilitudine,quam proponit hypocritis auaris Luc.12.

677 ישם Afflabile factum eſt propter culpam,uel ob aliam cauſam,horribile fuit:& congruit ſignificatione cum uerbis שָׁמָה & שָׁמַם שׁוּם נָשַׁם אָשַׁם Gen.47.Da ſemen ne moriamur,neq́ terra uaſta fiat.Ezech.19.Et horribilis fiet terra.

In uoce paſſiua.Ezech.6.Et Excelſa horrida reddenũ,uel uaſtabunũ horribiliter.

In tertia cõiugatione.Num.21.Et deuaſtauimus horribiliter uſq́ ad Hophah.Iere.49.Si non horrenda faciet ſuper illis habitacula eorum.

INDE NOMEN,

יְשִׁימוֹן Horrenda,horriditas,ſolitudo ſeu uaſtitas horribilis,quæ ex abominatione affla-
tur.1.Sam.23.Qui eſt à dextra uaſtitatis horribilis.Pſal.68.Cum incederem in uaſti
tate.Ieſa.43.Ponam in uaſtitatem flumina. Porro Num. 21. & 1. Sam.26. puto eſſe
678 proprium uaſtitatis.Similiter בֵּית הַיְשִׁימוֹת Ioſue 12.

יָשֵׁן Congruit ſignificatione cum uerbo שָׁנָה: notat enim mutationē uel in ſomnũ,
uel uetuſtatē,hoc eſt ſignificat indormire,uel inueteraſcere.Item modo tantum
ſignificandi differt à uerbo שׁן quod ſimiliter mutationē ſignificat, ſed ex obtuſo
facere acutum,mutare obtuſum in acutũ.In uoce actiua ſignificat indormire,dor-
mire.Iob 3.Nunc cubarem & quieſcerē, dormirem, tunc recreatio mihi. Ier. 51. Et
dormiēt ſomnum perpetuum. Gen.2.Et cadere fecit Iehoua deus ſoporem ſuper
Adam,& indormiuit.cap.41.Et indormiuit & ſomniauit ſecundo. Pſal.3.Ego cu-
bo & dormio,euigilo.Pſal.121.Quoniam non nutabit,neq; indormiet.

Participiũ præſens יָשֵׁן 1.Sam.26.Et ecce Saul iacens dormiebat.1.Reg.18.Aut
forte dormit ipſe. Et pluraliter יְשֵׁנִים 1.Sam.26.Quia omnes dormiebāt. Cāt.7.
Referēs labijs dormientiũ. In ſtatu regiminis יְשֵׁנֵי Dan.12.Et multi ex dormien
tibus in humo pulueris. Et in genere fœminino יְשֵׁנָה 1.Reg.3.Et ancilla tua dor
miebat.Cantic.5.Ego dormio,ſed cor meum excitatum eſt.

In uoce paſſiua נוֹשַׁן inueteratum eſt.Deut.8.Et inueteraſcetis in terra.

Participium maſculini generis נוֹשָׁן Leuitic.25.Et comedetis uetus inueteratũ.
Et in genere fœminino נוֹשֶׁנֶת Leuit.13.Lepta inueterata eſt in cute.

In ſecũda coniugatione יִשֵּׁן Iud. 2. Et indormire fecit eum ſuper genibus ſuis.

INDE NOMINA:

שֵׁנָה Somnus,dormitio.Pſal.127.Sic dabit dilecto ſuo ſomnũ.Pſal.90. Et tēpeſtate ob-
ruis eos,& ſomnus erũt.Legiṫ tamē in ſtatu abſoluto שְׁנָת Pſal.132.Si dedero ſom
num oculis meis. Et in ſtatu regiminis שְׁנַת Eſth.6. In nocte illa receſſerat ſom-
nus regis.In ſtatu affixorũ שְׁנָתוֹ Gen.28. Et experrectus eſt Iacob è ſomno ſuo. &
cap.31.Amotus eſt ſomnus meus ab oculis meis.Pſal.76. Nutauerunt ſomnũ ſuũ.
Et pluraliter שֵׁנוֹת Prouer.6.Modicum ſomniorum,modicum nutationum.

יָשָׁן Vetus.Leu.25.Et comedetis de prouētu ueteri. & cap.26. Et comedetis uetus in-
ueteratũ,& uetus propter nouũ efferetis. Et pluraliter יְשָׁנִים Cāt.7.Iuxta ianuas
noſtras oēs delicati fructus ſunt,noui atq; ueteres. Et in genere fœminino יְשָׁנָה
679 Nehe.3.Et portam ueterem confirmabitis.Ieſa.22.Pro aquis piſcinæ ueteris.

יָשַׁע In prima cōiugatiōe uoce actiua nuſpiā legiṫ, niſi in uoce paſſiua נוֹשַׁע & ſigni-
ficat applicationē opis ſeu opitulationis, quia à uerbis שָׁעָה & שׁוּעַ nō differt,
niſi modo ſignificādi,atq; cōtrariā habet ſignificationē uerbo שָׁעַע Hieronymus
Græcos imitatus uertit uerbo ſaluādi. Licebit uertere uerbo ſeruādi, & opitulādi.
Deut.33.Populus ſaluatus eſt in Iehoua,i.opē habuit.Ieſ.45.Iſrael ſaluatus eſt in Ie
houa deo ſalute ęternitatis.Num.10.Et ſaluabimini ab inimicis ueſtris.Iere.17.Sal
ua nos & ſaluabimur. Participiũ נוֹשָׁע Pſal.33.Non rex ſaluaṫ.Zach.9.Ecce rex
tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator,ſeu opitulator.. In tertia cōiugatione הוֹשִׁיעַ eſt
uſitatiſſimũ,ac cōſtruitur cũ accuſatiuo mediante articulo אֵת uel etiā abſq; eo,uel
cũ ꝓnomine ſiue affixo,ſiue ſeparato accuſatiui caſus,uel etiā cũ datiuo mediante
articulo lamed,& tũ poteris propriè, & cōmodè interpretari uerbo opitulādi,ſiue
opē ferre,eò ꝙ Latinis quoq; cōſtruiṫ cũ datiuo,& natiuā uerbi Hebraici ſignifica
tionē exprimũt.Pſal.20.Saluauit Iehoua unctũ ſuũ.1.Sam.9. Et ſaluabit populum
meũ de manu Philiſtęorũ.Pſal.69.Iehoua ſaluabit Zion.Iud.12.Et nō ſaluaſti me.
Oſeę 1.Et nō ſaluabo uos arcu.Prou.21. Expecta Iehoua,& ipſe opē feret tibi. Pſ.
116.Et opitulabiṫ mihi.ubi per epētheſin interpoſita eſt litera he.ſic יְהוֹשִׁיעַ p. יוֹשִׁיעַ
in imperatiuo.Ier.31.Salua Iehoua populũ tuũ.2.Sam.14.Et procidit in faciē ſuā ſu
per terrā,adorauitq; & dixit,ſalua rex.Et obſerua, quando à tergo habet aduerbiũ
נָא, tũ uox eſt acclamationis ſeu cōgratulationis,& bene ominātis.Pſ.118.Euge Ie
houa,ſalua obſecro,euge Iehoua ꝓſper eſto obſecro.Hinc uocē hāc cōgratulato-
riā,turba deſũpſit Mat.21. Oſanna filio Dauid benedictus ꝗ uenit in nomine dñi.

Oſan-

Oſanna in altiſſimis,id eſt,ſalus,proſperitas,fortuna,proſper ſucceſſus,&c.

Participium præſens ſeu nomen participiale מוֹשִׁיעַ Zach.8.Ecce ego ſaluo populum meum.Deut.22.Non eſt opitulator illi.Ieſaiæ 43.Non eſt præter me ſaluator,ſeu opitulator. Et pluraliter מוֹשִׁיעִים Nehe.9.Dabo eius opitulatores.

INDE NOMINA:

שׁוֹעַ Opitulator:ſicut à יָבַל uenit מבל Ezech.22.Præfectum & opitulatorem.Iob 34.Et non cognoſcitur opitulator præ exhauſto.Ieſa.32.Neq; parco dicetur opitulator.

שׁוּעַ Ops,opitulatio,opulentia.Iob 36.Certe non æquiparabitur opulentia tua,non aurum,neq; omnis potentia uirtutis.

יֶשַׁע Legitur ab initio cōmuniter cum ſægol,ſalus,ops,opitulatio,opitulamen.Pſalm. 20.Opitulamē dexteræ eius.Pſal.132.Et ſacerdotes eius induam ſalute.Porro tum habet plerunq; zere ſic יֵשַׁע quando ante ſe accipit literam ſeruilem. Habakuk 3. Egreſſus es in ſalutem populi tui.Pſal.12.Ponam in ſalute. Pſal.50. Videre faciam eum in ſalutē dei. Vnū tamen excipit̃,quod ſeruat ſægol.Iob 5.Remoti erunt à ſalute. In ſtatu affixorum ſemper mutat priorem uocem in hirik, & alterā in ſeua. Pſal.18.Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ.Et mox iterū:Et cornu ſalutis meę.Pſal. 65.Deus ſalutis noſtræ.Pſal.85.Propinqua timētibus eum, ſalus ipſius. Vnum tamen legitur,quod ſægol ſeruat,Pſal.85.Et ſalutem tuam dabis nobis.

יְשׁוּעָה Salus,ſaluatio,ſalutare,ops,opitulatio,opitulamen.Ieſaiæ 49.In die ſalutis adiuui te.Pſal.3.Ipſius Iehoua eſt ſalus.2.Sam.10.Et eris mihi in ſalutē,id eſt, opitulamen. Et 1.Paralip.19.ubi eadem ſententia repetitur,pro יְשׁוּעָה ſcriptum eſt תְּשׁוּעָה: unde apparet eiuſdem quoq; eſſe ſignificationis. Eſt præterea & hoc obſeruandum, quòd eiuſmodi nomina non ſunt tam abſtracta, q̃ cōcreta, ſi abſolutè de perſona dicūtur,ut ſuperioribus duobus in locis:Tu eris mihi in ſalutem. Item,Domini eſt ſalus,id eſt ſaluator,opitulator. Sic Gen.49.Salutare tuum expecto Iehoua,id eſt,ſaluatorē,opitulatorē.Loquit̃ eñ Iacob de Chriſto,quē ſe dicit expectare: ſicut Simeō in hūc quoq; locū reſpiciēs loquutus eſt: Quia uiderūt oculi mei ſalutare tuū.Et Lucas σωτήριον, ſalutare,ſaluationē,ſaluatorē,opitulatorē uertit. Simili modo & Paulus Rom.3.Chriſtū ἱλαστήριον propiciatoriū uocat. In ſtatu regiminis יְשׁוּעַת Pſal.98.Et uiderūt omnes fines terrę ſalutem dei noſtri.Exo.14.& 2.Paralip.20.Et uidete ſalutem Iehoua. In ſtatu affixorum יְשׁוּעָתְךָ Pſal. 60. Salus tua deus.Ieſaiæ 12.Deus ſalutis meæ.Et aliquādo uenit cum kybutz pro ſchurek.Pſal. 35.Dic animæ meæ,ſalus tua ſum. Et pluraliter יְשׁוּעוֹת Pſal.18.& 2.Sam.22.Magnificans ſalutes regis eius.Pſal.28.Et fortitudo opitulationū uncti ſui. Et cum kybutz יְשֻׁעוֹת Pſal.53.Quis dabit ex Zion ſalutes Iſrael.

תְּשׁוּעָה Salus,ſaluatio,ſalutare,ops,opitulatio, opitulamen.1.Samu.11.Cras erit uobis ſalus.Prou.11.Et ſalus in multitudine conſilij. In ſtatu regiminis תְּשׁוּעַת Pſalm.60. Vana eſt opitulatio hominis.Pſal.37.Salus iuſtorum à Iehoua. In ſtatu affixorū תְּשׁוּעָתְךָ Pſal. 40.Qui diligunt ſaluationem tuam.

מוֹשָׁעוֹת Nomen participiale.Pſal.68.Deus eſt nobis deus ad opitulationes.

יְהוֹשֻׁעַ Nomen proprium uirorum,quo apud Hebræos multi ſunt uocati.Sic filius Nun, qui ſucceſſit in ducatu Moſi,dictus fuit.Licet & abbreuiato nomine הוֹשֵׁעַ uocet̃ Deut.32.Præterea fit mentio ſacerdotis cuiuſdam hoc nomine Zach. 3. Et filius ille benedictus Dei natus ex Maria uirgine monitu angeli ſortitus eſt hoc nomen, cuius cauſam etiā adiūgit,Ipſe eñ(inquit) ſaluū faciet populū ſuū à peccatis ſuis.

יֵשׁוּעַ Nomen oppidi,cuius mentio fit Nehemiæ 11.

680 יָשְׁפֵה Iaſpis.Licet Chaldæus reddiderit בּוּרְלָא poſt quem Septuaginta interpretes βήρυλλος, & hos ſequutus Hieronymus Beryllum uertit. Exod. 28. & 39.Onychus & Iaſpis.Fit & Iaſpidis mentio Apocalypſis 4.

681 יָשַׁר Rectū,æquū,planū fuit:atq; magnā habet ſignificatione cognationē cū uerbis אשר גשר שור שָׁרַר & שָׂרָה niſi q; ut forma,ita modo tātū ſignificādi inter ſe differūt.Opponit̃ aūt uerbis עָוַל עָקַשׁ לוז & יָרַע Habak.2.Ecce arcta eſt,et nō plana eſt

anima

anima eius in ipſo. pro quo autor Epiſtolæ ad Hebræos reddidit: Et non probabitur animo meo. 1. Sam. 6. Et rectæ erant uaccæ in uia uerſus Beth Semes non declinantes neq; ad dextram neq; ad ſiniſtram. Et eſt cōpoſitum ex tertia perſona maſculini generis ratione iod, & tertia perſona fœminini generis ratione finis, ut ſignificaret utrunq; genus, ſeu ſexum maſculinum & fœmininum. Et obſerua hîc q; quando hoc uerbum conſtruitur cum nomine עֵינַיִם tum ualet Hebræis peculiari phraſi, placere, arridere, probari alicui: placet autem res oculis, quæ non dura, aut aſpera, ſeu mala eſt, ſed recta, uenuſta & pulchra. Sicut contrario modo uerbū יָרַע conſtructum cum עֵינַיִם diſplicere ſignificat. Iudic. 14. Hanc mihi accipe, quia ipſa recta eſt in oculis meis, id eſt, placet mihi. Et mox iterū: Et recte erat in oculis Simſonis. 1. Sam. 18. Et recta erat res in oculis eius. Iere. 18. Et faciet ipſe uas aliud, ſecundum quod rectum eſt in oculis figuli.

In ſecunda coniugatione יִשֵּׁר rectificauit, rectum fecit, direxit. Pſalm. 119. Propterea omnia mandata, omnia, inquam, rectificaui, id eſt approbaui. Prouerb. 3. Ipſe rectificabit uias tuas. Ieſaiæ 40. Rectificate in campeſtribus ſtratam deo ueſtro, id eſt, rectam facite, ſeu planam facite ſtratam.

Participium præſens מְיַשְּׁרִים Prouerb. 9. Et qui rectificant ſemitas ſuas.

Participium præteritum. 1. Reg. 6. Obduxitq; auro in plano ſuper ſculptura.

In tertia cōiugatione irregulariter ſcribitur. 2. Paralip. 32. Et direxit aquas deorſum uerſus ueſperam. Pſal. 5. Dirige coram me uiam tuam. Prouerb. 4. Et palpebræ tuæ dirigant coram te.

INDE NOMINA:

יָשָׁר Rectus, æquus, qui neq; ad dextram declinat, neq; ad ſiniſtram, qui integri ac ſynceri tum iudicij tum affectus eſt, & eſſe perſeuerat, quancūq; in partem oblata uel cauſa, uel occaſione, qui nō flectitur aut corrūpitur ullis muneribns, ſed citra perſonæ aut proprij commodi reſpectum recta uia incedit, & recte iudicat, cuius cor non curuatur aut flectitur à recto, quiq; nullius aut timore, aut fauore aliquid facit contra æquum & rectum, nec fauore nec pręmijs, aut metu ſeu minis pœnarū flectitur: deniq; qui cùm bene operatur, non ſuum inde honorem aut commodum, ut hypocritæ, uel pręmium uitæ æternæ, ut iuſtitiarij, ſed dei gloriam, & proximi utilitatem, quærit. Deut. 32. Deus ueritatis, & non iniquitatis, iuſtus & rectus eſt. 2. Sam. 9. Et nunc hoc rectum in oculis tuis, id eſt, placens. Iob 1. Fuitq; Iob uir integer & rectus, & timens Dei. Pſal. 11. Rectum uidebunt oculi eius. Pſal. 111. accipitur in abſtracto: Facta in ueritate & rectitudine. Similiter Pſal. 119. Et rectitudo iudicia tua. In ſtatu regiminis יְשַׁר Prouerb. 29. Abominatio improbi rectus uia. Et pluraliter יְשָׁרִים Num. 23. Moriatur anima mea morte rectorū. Nehe. 9. Et dediſti eis, iudicia, quæ erant recta. Pſal. 112. Generatio rectorum benedicetur. Prouer. 11. Tabernaculum rectorū florebit. & cap. 28. Qui abducit rectos in uiam malam. Et cap. 16. ponitur pro abſtracto: Et loquentem rectitudines, diliget. pro מֵישָׁרִים ſicut e contra Cantic. 1. מֵישָׁרִים ponitur pro יְשָׁרִים de quo infra. Et in ſtatu regiminis יִשְׁרֵי 2. Paral. 29. Quia Leuitæ erāt recti corde. Et in genere fœminino יְשָׁרָה 1. Sam. 12. Dirigam uos ad uiam bonam & rectam. Eſdræ 9. Vt quęramus ab eo uiam rectam. In ſtatu regiminis יִשְׁרַת 1. Reg. 3. Et ambulauit in rectitudine cordis corā te. Et pluraliter יְשָׁרוֹת Ezech. 1. Et ſub firmamēto erāt alę eorū rectæ.

יֹשֶׁר Rectitudo: hanc uirtutem nos uocamus probitatem, ſeu ſimplicitatem. Deuter. 9. Non propter iuſtitiam tuam, neq; propter rectitudinem cordis tui ingredieris terrā. 1. Reg. 9. Sicut ambulauit Dauid pater tuus in integritate & in rectitudinę. Iob 33. Rectitudo cordis mei, ſermones mei, id eſt, ex rectitudine cordis mei. Prouer. 10. Eſt qui diſpendit & abundat, & eſt qui abſtinet à rectitudine, & tamen deficit.

In ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz. Iob 33. Ad annunciandū homini rectitudinem eius. Prouer. 14. Qui ambulat in rectitudine ſua, timet Iehoua.

מִישׁוֹר Vel ſine uau מִישֹׁר planicies. Chaldæus quoq; מֵישְׁרָא Et licet עֲרָבָה quoq; planiciem notet, tamen differre arbitror quantitate, & qualitate: עֲרָבָה eſſe maioris ſpacij

cij, deinde nõ eſſe mellifluum, ſed acidum & auſterum, מִישׁוֹר uero planicie͂ quantitate minorem, & excultã aruis, arboribus, pratis & hortis iucundã & amœnam. Deut.3. Omnes ciuitates planiciei. 1.Reg.20. Certe præliabimur cum ipſo in planicie. 1.Paral.26. Habuit pecora multa in uallibus & in planicie. Pſalm.45. Sedes tua deus in omnem æternitatem, uirga planiciei uirga regni tui.

מֵישָׁרִים Nomen pluralis numeri tantum, rectitudines, æquitates, æquabilitates. 1.Paralip.29. Tu probas cor, & æquitates approbas. Pſalm.9. Iudicabit populos in æquitatibus, id eſt, multa æquitate. Prouer.1. Ad percipiendum eruditionem intelligentiæ, iuſtitiam, & iudicium, & æquitates. cap.23. Ne intuearis uinum, quando rubeſcit: illabitur enim in rectitudinibus. Sic Cantic.7. Faux tua ſicut uinum optimũ, quod illabitur dilecto meo in rectitudinibus, i. recte, æquabiliter, ſuauiter, ſine offenſione, aſperitate. Puto autem iſto nomine ſignificari uirtutem, quæ Græcis ἐπιείκεια, Latinis æquabilitas dicitur. Ponitur tame͂ uno in loco מֵישָׁרִים pro יְשָׁרִים Cantic.1. Recti diligunt te. de quo ſupra.

מַשּׂוֹר Serra: de hoc in themate נָשַׂר.

יְשֻׁרוּן Nomen appellatiuum populi Iſraelitici, quod legitur Deut.32. & 33. Ieſa.44. Sed

682 de hoc nomine in themate ſuo ישר.

יָתֵד Clauus ex qualibet materia, qui uel terræ infigitur uel parieti, ex quo aliquid ſuſpendatur, uel quo terra effoditur, palus, paxillus. Deut.23. Et paxillus erit tibi iuxta inſtrumenta tua, &c. & fodies cum eo. Iud.4. Infixit clauum in te͂pus eius. Eſdrę 9. Et ad dandum uobis clauum in loco ſanctitatis ſuæ. Ieſa.22. Et figam eum uelut clauum in locum certum. Ezech.15. Aut accipie͂t ex uite paxillum ut ſuſpendant ſuper ipſo aliquod uas. Et Zach.10. tranſumitur ad iura, & leges quibus populus figitur ac retinetur: Ex eo angulus, ex quo clauus, ex eo arcus belli, ex eo omnis exactor egredie͂t ſimul. In ſtatu regiminis יְתַד Iud.4. Et accepit Iahel uxor Heber clauum tabernaculi. Et cap.16. Et amouit clauum texturæ. Et pluraliter יְתֵדוֹת Exod.27. Et omnes clauos eius. In ſtatu regiminis יִתְדוֹת Exod.27. Atque omnes clauos tabernaculi ex ære. Et cap.35. Et clauos habitaculi, & clauos atrij.

יָתוֹם Vide in themate ſuo תָּמַם.

683

יָתַר In prima coniugatione uſuuenit tantum in uoce paſſiua, & ſignificatione paſſiua נוֹתַר notans excellentiã, ſuperabundantiam, exuberantiã, ſuperrelictionem, ſuperſaltationem, ſuperſilitionem, ultra & præter perſonam ſeu rem aliquam. Et licebit uertere uerbo, reliquus fuit, ſeu reliquus manſit. Congruit autem ſignificatione cum uerbis בָּחַר & תור niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Item cum נָשַׁר quod obſeruare circumquaq; ſignificat. Ioſue 11. Non relicta eſt omnis anima. Et mox iterum: Non reliquus fuit unus de Gigantibus. Gene.32. Et reliquus manſit ſolus. 1.Reg.19. Et reliquus manſi ſolus. Ieſ.1. Reſidua manebit filia Zion uelut tugurium in uinea.

Participium præſens maſculini generis נוֹתָר Exod.29. Et combures reliquum igni. Leuit.7. Et reliquum ex eo comedetur. 2.Reg.4. Viues de reliquo. Et pluraliter נוֹתָרִים Leuit.10. Filios eius reliquos. Iudic.21. Quid faciemus illis reliquis. 1.Sam.9. Et reliqui ſteterunt, id eſt ſuperſtites. Et in genere fœminino נוֹתֶרֶת Leu.2. Et reliquum de oblatione. Et cap.10. Accipite oblatione͂ reliquam. Et pluraliter נוֹתָרוֹת Leuitic.27. Iuxta annos reliquos, id eſt, reſiduos. Ierem.34. Et ſuper omnes ciuitates reliquas.

In tertia coniugatione הוֹתִיר reliquit ſuperſtitem, reliquum fecit. Exod.10. Et omnem fructum arboris, quem reliquum fecerat grando. Ieſaię 1. Niſi Iehoua reliquum feciſſet nobis reſiduum. Ezech.39. Non reliquum faciam ex eis. 2.Reg.4. Et comederunt & reliquum fecerunt. Pſalm.79. Fac reliquos filios mortis. Deut.28. Excellere ſeu ſuperabũdare faciet te Iehoua in bono. Et neutraliter. Ge.49. Leuis tanquam aqua, non excelles, ſcilicet dignitate. quanquam aliqui alij malint eſſe paſſiuum huius coniugationis.

INDE NOMINA:

יתר Excellens,præſtans.Prouer.12.Excellens eſt pluſquàm ſodalis ſuus iuſtus.

יתר Reliquũ.1.Sam.15.Reliquum anathematiſauimus.ubi eſt quãtitatis. Sed multoties eſt qualitatis,& importat comparationẽ, hoc eſt excellentiã & præſtantiã ſupra & præter rem aliam. Eccl.2. Quare ſapui ego tum excellẽtius. Et cap.7. Bona eſt ſapientia cum hæreditate, & præſtantior uidentibus ſolem. Et cap.12. Et eſt præſtantius ſuper illa fili mi,ut ſis prouidus. Eſther 6. Facere precioſum magis ſeu abundantius quàm me.ubi naturam aduerbij induit.

יתר Reliquum,ſuperabundans:& eſt quãtitatis. Ioſ.13. Reliquum regni Sichon regis. Iud.7. Et omne reliquum populi incuruauit genua. Leuit.14. Et de reliquo olei. Deut.3.Et de reliquo gigantum.1.Reg.11.Et reliquũ geſtorũ. Vel ut ſit qualitatis. Ieſ.56.Et erit ſicut hodiernus dies,craſtinus magnus,excellẽs multo.Gen.49.Ruben primogenitus meus tu es uirtus mea,& principiũ impetus mei, excellens munere,& excellẽs robore.Prou.17. Non decorũ eſt ſtulto labiũ excellentię, i.iactantiæ,ꝙ ſ.ſibi plus arrogat, ꝗ̃ par eſt. Et cum uerbis conſtructũ aduerbiaſcit. Pſal.31. Et reddens ſuperabũde facienti ſuperbiã.Dan.4.Et creuit excellenter ad meridiẽ. Et in ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in hirik,& alterũ in ſeua. Ieſa.44. Et reliquũ eius,ſ.ligni ad abominationem faciam.Pſal.17. Et relinquent reliquum ſuum paruulis,ſcilicet opum, facultatum.Iob 4.Nónne translata eſt excellentia in eis.

יתר Chorda,neruus,funis,ab expanſione ſeu extẽſione, qui extẽdit,& quo aliæ res extenduntur ultra & præter ſui naturã. Pſal.11. Firmauerũt ſagittã ſuã ſuper neruum. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik & alterum in ſeua. Iob 30. Et funem meum ſoluit,i.curru & aurigatu priuauit me,ſ.dominio.Et pluraliter יתרים Iud.16. Si ligauerint me ſeptem funibus recentibus.Et mox iterum:Et diſrupit funes.

מיתרים Nomẽ pluralis numeri tantũ, funes, à diſtẽſione.Et legitur tantũ in ſtatu affixorũ. Exo.35.& Num.3.Et funes eius. Pſ.21. In funibus tuis diriges cõtra facies illorum. Ieſ.54. Funes tuos,& clauos tuos robora.Ier.10. Et omnes funes mei diſrupti ſunt.

מותר Abundantia,ſuperabũdãtia,excellẽtia,prærogatiua. Prou.14. In omni labore erit abũdantia.Et cap.21.Cogitationes ſeduli tantũ ad abũdantiam. Et in ſtatu regiminis מותר Eccl.3.Et excellẽtia hominis ſupra iumentũ nõ eſt ulla,i.prærogatiua.

יתרה Abũdantia,ſuperabũdantia.Ieſ.15.Quoniã ſuperabundantiã,quã fecerat.Legitur tamen ſemel in ſtatu abſoluto יתרת Iere.48.Eò ꝙ abundãtia,quam fecit ablata ſit.

יתרון Excellentia,præſtãtia,prærogatiua. Eccl.1. Quæ prærogatiua eſt homini in omni labore.Et cap.2.Et ecce omnia uanitas & afflictio ſpiritus,& non eſt ulla prerogatiua ſub ſole.Et mox iterum:Et uidi ego quòd eſt prærogatiua ſapientiæ ſupra ſtultitiam,ſicut prærogatiua eſt lucis ſupra tenebras.

יתרת Membrana carnoſior, & pinguis reti ſimilis ſuper hepate in tranſuerſum protenditur.Exod.29.& Leuit.3.Et reticulum ſuper hepate.Item Exod.29.& Leuit.8.Reticulum Epatis.

## ב

Pſal.25.

כל ארחות יהוה חסד ואמת לנצרי
654 בריתו ועדתיו ׃

ב Non eſt tantũ litera,nec literæ officio tantùm fungitur, ſed habet præterea ſua officia & ſignificationes modosq́ ſignificandi. Primo eſt communiter nota ſimilitudinis.Num.23. Cubauit ſicut leo. 1.Re.10. Nõ uenit ſicut aroma iſtud amplius in copia.Pſa.144.Et dies eius ſicut umbra trãſiẽs.Can.2. Sicut roſa inter ſpinas.

Secun-

Secundo, cum nominibus numeralibus aut temporis ualet, prope, circiter. Exo.12. Circa mediũ noctis. Iud.6. Percuſſerunt Moab in tempore illo circiter decem millia uirorum. Tertio, ſecundum, iuxta. Deut.23. Comedes uuas ſecundum animam tuam. 1.Sam.20. Secundum tempus craſtinum. 1.Reg.2. Et facies ſecundum ſapientiam tuam. 1.Reg.5. Secundũ omnia, quæ dixeris. Iob 34. Quia iuxta opus hominis retribuet illi. Et ſecundum hunc ſignificandi modum ſæpiſſime uſus eſt Paulus Apoſtolus, noua phraſi, ſecundum carnem, ſecundum hominem, ſecundum ſpiritũ, ſecundum deum, &c. Quarto eſt temporis. Gene.38. Quando reducit manum ſuam. Pſal.11. Secundum exaltari uilitates, id eſt, cum exaltatæ fuerint uilitates. Quinto, quando ponitur in collatione duarum rerum, notat ſimul uiciſſitudinem. Gen.44. Quia ſicut tu, ita Pharao, id eſt, & è cõtra. Et cap.18. Vt ſit ſic iuſtus, ita improbus. Pſal.139. Sicut obſcuritas, ita lux, & è contra. Ieſa.24. Et erit ut populus, ita ſacerdos: ut ſeruus, ita dominus eius: ut famula, ita domina eius: ut emens, ſic uendẽs: ut mutuo ſumens, ita mutuo dans: ut exactus, ita qui exigit in eo: id eſt, qualis populus, talis ſacerdos, &c. & è contra. Aliquando tamen poſterior uox non habet caph: ut Ezech.16. Vt eſt mater, ita filia eius. Sexto, eſt affirmantis, uerè, profecto. Ieſa.1. Niſi Iehoua exercituum reliquiſſet nobis reliquum, profecto modicum, ſicut Sodoma fuiſſemus. Dan.7. Videns uidi in uiſione noctis, & ecce in nubibus cœli uerè filius hominis ueniens erat. Nehe.7. Quoniam ipſe profecto erat uir ueritatis. Sic etiam hoc eſt legendum, quod Ioannes de Chriſto ſcribit: Et uidimus gloriam eius uerè unigeniti, &c. Septimo, quando cum pronominibus conſtruitur, tũ ualet Taliter. 2.Sam.11. Quia taliter & taliter abſumit gladius. 2.Sam.17. Taliter & taliter conſuluit Achithophel ipſi Abſolom, & ſenioribus Iſrael: & taliter & taliter conſului ego. 2.Sam.24. Addat Iehoua deus tuus ad populum tot & tot centum uicibus. 2.Sam.12. Si parum eſt hoc, addidiſſem etiam talia & talia.

COMPOSITA CVM ALIIS PARTICVLIS:

כְּדֵי Reperitur cum דֵּי particula expletiua. Iudic.6. Et tentoria eorũ ueniebant, ſicut locuſtæ in multitudine.

כְּמוֹ Cum particula expletiua מוֹ Ge.19. Et ſicut aurora aſcendit, id eſt quando. Iob 29. Vt quid perſequimini me ſicut deus. Ieſa.41. Sicut lutum, & ſicut figulus. Et accipit inſuper affixa punctis inuariatis. Exod.9. Non fuit ſicut ipſa. Leu.19. Et diliges ſodalem tuum, ſicut te. 1.Reg.22. Sicut ego, ita tu. Iudic.9. Sicut tu, ita ipſi. Gen.34. Si fueritis ſicut nos.

אֵיךְ Et אֵיכָה & אֵיכָכָה particulæ expletiuæ nihil ſignificantes, de quibus in uoce דָּאַב.

הֵיךְ Vide quoque ſuo in loco.

כֹּה Ita, ſic. Gen.15. Sic erit ſemen tuum. Et ca.32. Sic dicetis ſuſtentatori meo Eſau, Sic dixit ſeruus tuus. 1.Reg.5. Sic dabat Salomo ipſi Hiram annuatim, id eſt, tantum. Eſt & aduerbium loci, hic, huc, illuc, illinc, quò, hucuſq;. Gen.31. Pone huc coram fratribus. Et cap.22. Ibimus uſq; illuc. Exod.2. Reſpexit huc atq; illuc. Nu.11. Quaſi iter diei huc, & quaſi iter diei illuc.

כָּכָה Geminatũ. Exo.29. Et facies Aaron filijsq; illius ſic. Num.11. Et ſi ita tu facis mihi. 2.Sam.13. Quare es tu ita exhauſtus fili regis. Et cap.17. Quia ita cõſuluit cõtra uos Achitophel. Pſal.144. Beatus populus cui ita ei. Eccl.11. Sic neſcies opus Dei.

כִּי Vide in ſuo loco.

685

## כָּאַב

Etſi generali ſignificatione cõuenit cum uerbo דָּאַב tamen in hoc differt, quòd illud dolorem & cruciatum, דָּאַב uero minus, hoc eſt, infirmitatem, & debilitatem & languiditatem ex re aliqua ſignificet, quæ tamen eſt & accidere poteſt ſine dolore ſeu cruciatu. Iob 14. Quandiu caro eius ſuper ipſo, dolebit. Prouerb.14. Etiam in riſu dolebit cor.

Participium præſens כֹּאֵב dolens. Pſal.69. Et ego oppreſſus & dolens. Et pluraliter כֹּאֲבִים Gen.34. Quum eſſent dolentes.

In tertia cõiugatione הִכְאִיב fit tranſitiuum, dolore affecit. Ezech. 13. Et ego non dolore affeci eum. Iob 5. Quia ipſe dolore afficiet. 2. Reg. 3. Et omnem agrum bonum dolore afficietis lapidibus. Metaphora ducta eſt à dolore, quem illi ſentiunt, qui lapidibus obruuntur ad agri dilapidationem.

Participium præſens מַכְאִיב Ezech. 28. Et non erit amplius domus Iſrael ſentis pungens, & ſpina dolorem inferens.

INDE NOMINA:

כְּאֵב Dolor, cruciatus. Iob 2. Quia creuerat dolor ille ualde. Ieſaiæ 17. Et dolor deſperatus. Et cap. 65. Clamabitis præ dolore cordis. Et in ſtatu affixorum manet inuariatum. Iere. 15. Vt quid fuit dolor meus perpetuus. Pſal. 39. Et dolor meus.

מַכְאוֹב Dolor, cruciatus. Eccl. 1. Et addens ſcientiam, addet dolorem. Threno. 1. Si eſt dolor, ſicut dolor meus. Et in ſtatu affixorum nihil uariat. Ier. 51. Sumite reſinam & dolorem eius. Idem cap. 30. Dolor tuus. Et pluraliter מַכְאֹבִים Pſal. 32. Multi dolores improbo. Eccl. 2. Omnes dies eius ſunt dolores. Exod. 3. Quia noui dolores eius. Ieſa. 53. Et dolores noſtros ipſe portauit. Legitur etiã forma fœminea מַכְאֹבוֹת Ieſaiæ 53. Vir dolorum.

686 כאה

In prima coniugatione non legitur, niſi in uoce paſſiua נִכְאָה Et à uerbis בָּהָה & כָּהָה differt, quòd ſpiritui tribuatur. Dan. 11. Et uenient contra eum inſulani Cithim, & conturbabitur. Participium maſculini generis נִכְאֶה Pſal. 109. Sed perſequitur uirum & egenum, & perturbatum corde ad occidendum.

In tertia coniugatione הַכְאוֹת Ezech. 13. Propter perturbare cor iuſti mendacio, id eſt, propterea ꝙ perturbatis cor iuſti.

INDE NOMINA:

נִכְאָה Perturbatus, conturbatus, obſcuratus, cui lux gaudij adempta eſt. Prou. 17. Spiritus perturbatus, exiccat oſſa. & cap. 18. Spiritum perturbatum quis feret. Et pluraliter נִכְאִים Ieſaiæ 16. Gement tantum perturbati.

חֵלְכָאִים Videtur eſſe compoſitum ex חיל ſeu חלך & כאה, & conſtruitur cum uerbo ſingularis numeri, q. d. turba perturbatorum. Pſal. 10. Et cadet per fortitudinem eius turba perturbatorum.

687 כָּבֵד

Graue fuit, graueſcebat, aggrauatum eſt, inualeſcebat, uel duritia, uel pondere, uel honore & gloria. Importatq́ȝ ſemper eius perſonę ſeu rei, de qua dicitur intẽſionem & excellentiam, idq́ȝ uel in bonum, uel in malum. Gen. 18. Et peccatum eorum graue fuit ualde. cap. 48. Oculi Iſrael graues erant præ ſenectute. Exo. 9. Et ingrauatũ erat cor Pharaonis. 1. Sam. 4. Et grauis fuit manus Iehoua ſuper eos. pro quo paulo inferius קָשָׁה ſcriptum eſt. 2. Sam. 13. Et ne graues ſimus ſuper te. Iob 6. Præ arena marium grauis erit. Et cap. 14. Et glorioſi erunt filij eius. Ieſaiæ 66. Glorificetur Iehoua, & appareat in lætitiam ueſtram.

In uoce paſſiua נִכְבַּד habet ſignificandi modum non abſimilem quartæ coniugationi reciprocæ. Exod. 14. Glorificabor in Pharaone, & uniuerſo exercitu eius. Leui. 10. In conſpectu totius populi glorificabor. 2. Sam. 6. Quàm glorioſus factus eſt hodie rex Iſrael.

In ſecunda coniugatione כִּבֵּד Iud. 6. Quid aggrauabitis cor ueſtrum, quemadmodum aggrauauerunt Ægyptij & Pharao cor ſuum. Atq́ȝ in pleriſq́ȝ locis idẽ ualet Hebræis, quod Græcis uerbum τίω. Ieſa. 58. Et honoraueris eum, ne facias uias tuas. Iud. 13. Quod eſt nomen tuũ, ut ſi id euenerit, honoremus te. Exo. 20. Honora patrẽ tuum, & matrẽ tuã. Num. 24. Quoniã honorando honorabo te abũde. Et iterũ: Honorãdo honorabo te, ſed ecce prohibuit te Iehoua ab honore. 1. Sam. 2. Sed tu honoraſti filios tuos pluſq́ȝ me. Prou. 27. Obſeruãtẽ domini ſui ipſe honorabit.

Participium præſens מְכַבֵּד Prou. 14. Et honorat eũ, qui elargitur pauperi. Et pluraliter מְכַבְּדַי 1. Sam. 2. Honorantes me honorabo.

In tertia coniugatione הִכְבִּיד 2. Paralip. 10. Iugum noſtrum aggrauauit. Iere. 30. Honorabo eos, & non erunt parui.

Participium præſens מַכְבִּיד Habakuk 2. Et aggrauans ſuper ſe graue lutum.

In

In quarta coniugatione תִּתְכַּבֵּד Nahum 3.Grauabere uelut à brucho, & grauabere uelut à locuſta,id eſt,obruere.

INDE NOMINA:

נִכְבָּד Nomen participiale,honoratus,glorioſus,ſplendidus,excellens,pręſtans.1.Sam.9.Vir dei & honoratus in ciuitate iſta. Et pluraliter נִכְבָּדִים Num.22. Balak miſit principes,& honoratos.Pſal.149. Vt uinciant reges eorum compedibus,& honoratos uinculis ferri.Petrus Apoſtolus uertit Græcè δόξας. 2.Epiſtol.2.Qui glorias non uerentur conuicijs inceſſere, id eſt, uiros gloria & maieſtate præditos.eò ꝙ magiſtratus gloriam habent, & dij uocantur:unde læſæ maieſtatis accerſi ſolet, qui maieſtatem uiolarit.

נִכְבַּדִּים Grauitates, i.magna moles.Prou.8.Quãdo nõ eſſent fontes, grauitates aquarum.

כָּבֵד Nomen participiale,graue. Gen.13. Et Abrã grauis ualde in pecudibus argẽto & auro,i.diues.1.Reg.3.Quis poteſt iudicare hunc populũ grauem,i.multũ,grãdem. Ieſa.33. Velut umbra petræ grauis.Pſal.38.Sicut onus graue. Et in ſtatu regiminis כְּבַד Exod.4.Quia grauis ore,& grauis lingua ſum. Et pluraliter כְּבֵדִים Exod.17.Et manus Moſi erant graues. Et in ſtatu regiminis כִּבְדֵי Ezec.3.Et graues lingua. Et in genere fœminino כְּבֵדָה Iudic.20.Et bellum graue.

כָּבֵד Epar,iecur:Hebræis dicitur à grauitate.Exo.29.Et reticulũ ſuper iecinore.Ezech.21.Atq; inſpexit iecur. Et cum affixis mutat cametz in ſeua.Prou.7.Donec transfodiat ſagitta iecur eius. Threnorum 2. Effuſum eſt in terram iecur meum ſuper fractura populi mei.

כֶּבֶד Graue.Ieſaiæ 1.Populus grauis iniquitate.

כֹּבֶד Grauitas.Prou.27.Grauitas eſt lapidi,& onus arenæ.Ieſa.21.Propter grauitatẽ belli.& ca.30.Grauitas oneris eius.Nahũ 3.Et grauitas cadauerũ, i.moles, multitudo.

כְּבֵדוּת Grauitas.Exod.14.Deduxit eos in grauitatem.

כְּבוּדָּה Grauitas.Iudic.18.Et præmiſerunt paruulos,pecudes,& grauitatem,id eſt,põdus, onus,impedimenta.

כָּבוֹד Et in ſtatu regiminis ac affixorum mutat cametz in ſeua, grauitas, honor, gloria, dignitas,excellentia,ſplendor,maieſtas, claritas,quòd ſ.aliquid grauitatis illis ſubſit,ſicut Paulus Apoſtolus æternũ gloriæ pondus dicit.Gen.31. Accepit Iacob quicquid habet pater noſter,& ex illis quæ ſunt patris noſtri fecit uniuerſam hanc grauitatẽ,i.ſubſtantiã.Prou.25.Et ſcrutari grauius ſibi,eſt graue.Exo.40.Et gloria Iehoua repleuit habitaculũ.Pſal.106. Et mutauerunt gloriã ſuã in ædificium bouis comedentis fœnũ.Ieſa.3.Vt exacerbarẽt oculos gloriæ eius.Et cap.48.Et gloriam meam alteri nõ dabo.Ier.13.Date deo ueſtro gloriã.Pſal.8.Tam gloria ram decore coronabis eũ.Pſal.24.Quis eſt iſte rex gloriæ. Pſal.73. Et tandẽ cũ gloria ſuſcipies me. Zach.2. Poſt gloriã miſit me ad Gentes. putat aũt gloriam regni Iſraelitici & cultus.Pſal.112.Cornu eius exaltabit in gloria.Num.24.Et ecce ꝓhibuit te Iehoua ab honore,i.donario.Eſt & obſeruandũ,ꝙ Dauid propheta regius aliquoties hoc nomine ꝑ ſynecdochen,uel ſpiritũ ſeu animã hominis,uel linguã,uel inſtrumentũ muſicum uocat,quo deus glorificat.Gen.49.In conſiliũ eorum non ueniat anima mea,in eccleſiã eorũ non uniatur gloria mea,i.lingua.Pſ.16. Ideo lætũ eſt cor meũ, & gloria mea exultat.Pſ.30.Vt pſallat tibi gloria,& nõ ſileat.Pſal.108.Paratum eſt cor meũ Deus,cantabo & pſallã etiã gloria mea.Similiter ab Euangeliſtis,& Apoſtolis hoc nomẽ כָּבוֹד trãslatũ eſſe reperio aliquãdo nomine δόξα gloria:ut Luc.2. Et gloria dñi circũfulſit eos,i.claritas.Act.22.Et cũ nõ uiderẽ (inquit Paulus) præ gloria luminis illius per manũ deductus à comitib.ueni Damaſcũ,&c. Et cap.26. Ipſemet repetẽs,In uia,ait, uidi è cœlo ſupra ſplẽdorẽ ſolis circũfulſiſſe me lumen, &c. Itẽ 1.Cor.15. Alia quidẽ cœleſtiũ gloria,alia uero terreſtriũ,alia gloria ſolis,& alia gloria lunæ,& alia gloria ſtellarũ: ſiquidẽ ſtella differt a ſtella in gloria,&c. Ita illã irradiationẽ faciei Moſi, de quo Exo.24.ſimiliter Apoſtolus δόξαν gloriã uocat 2.Cor.3.ſic 1.Cor.11.cũ dicit, Vir nõ debet uelare caput,cũ is ſit imago & gloria dei:at mulier gloria uiri eſt. & Rom.6.dicit Chriſtũ excitatũ ex mortuis ꝑ gloriam

patris,i.maieſtatē & omnipotentiā patris.Et ad Epheſ.cap.1.In laudem gloriæ gratię dei,i.excellentiā gratię dei.Ad eūdē modū in nouo Teſtamēto uſurpat̃ paſſim uerbū clarificādi ſeu glorificādi.Aliquādo etiā uertit̃ nomine τιμή,qđ à τιμάω formatur,quod aliquoties in bonā partē ſumptū,donare ſignificat:inde honor ſeu honorariū,pro dono accipit̃.Coloſ.2.Non ad honorē aliquē ad expletionē carnis.Itē 1.

688 Ti.5.Honora uiduas.Itē q bene præſunt presbyteri, duplici honore habeant̃,&c:

כָּבָה Extinctū eſt,& de igne,lucerna aliaq; materia ardente & lucente dicit̃. Et congruit ſignificatione cū uerbo כָּבָה deinde quoq; tā ſignificatione, q̄ modo ſignificandi differt à uerbo נָבָה quod non de igne,ſed de aqua:non de extinctione, ſed fuſione dicitur.Ieſ.43.Sicut linū extincti ſunt.Leu.6.Ignis uero ſuper altari accēſus non extinguetur. In ſecūda cōiugatione כִּבָּה 2.Sam.14.Et extinguēt carbonem meum.Et cap.21.Et non extingues lucernam Iſrael. 2.Paral.29. Et extinxerunt lucernas.Ieſ.42.Et linum obſcurum non extinguet.Can.8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere dilectionem. Ezech.32.Et operiam in extinguendo te,cœlos.

Participiū præſens מְכַבָּה Ieſa.1.Et cōburentur ambo ipſi,& nō erit extinguens.

INDE NOMEN,

כֹּכָב Geminata prima ſubſtātiali litera,tametſi frequēter interponat literā uau כּוֹכָב ſtella,quæ minime extinguit̃,q.d.Lux ſeu lucerna ſemper lucens. Num.24. Proceſſit ſtella ex Iacob,& ſurget baculus ex Iſrael. Vocat aūt hoc nomine Chriſtū & regnū eius. In ſtatu regiminis כּוֹכַב Amos 5.Stellā deorū ueſtrorū, quos feciſtis nobis. Stephanus protomartyr Act.7.uertit ἄστρον,i.ſydus. Et pluraliter כּוֹכָבִים Gen.1. Et fecit deus duo luminaria magna,luminare magnū in dominiū diei,& luminare minus in dominiū noctis,& ſtellas.Et cap.37.Et ecce ſol & luna,& undecim ſtellę curuabāt ſe mihi. Deut.4.Et ne ſuſtollas oculos tuos in cœlum,& uideas ſolem,& lunam, & ſtellas. Et cap.12. Et iuſtificatores multorū ſicut ſtellæ in ſeculū & ultrà. In ſtatu regiminis כּוֹכְבֵי Gene.22. Et multiplicando multiplicabo ſemen tuū,ſicut ſtellas cœli.Iob 3.Obtenebrentur ſtellæ crepuſculi illius.Et cap.38. Cum acclamarent pariter ſtellæ matutini.Pſal.148. Laudate eū omnes ſtellæ lucis. Ieſa.14. Iuxta ſtellas dei exaltabo thronum meum. Similiter in ſtatu affixorum. Ezech.32.Et

689 operiam in extinguendo te cœlos & obfuſcabo ſtellas eorum.

כֶּבֶל Hoc nomine Hebræi uinculū,quo homo detinet̃,appellāt:ſiue à duob.foraminibus,ut cognationē habeat cū נָבַל: ſiue à uilitate,ut cognationē habeat cū כֶּלֶב canis,trāſpoſitione facta literarū. Pſ.105.Suppreſſerunt in foraminato pedes eius. Et pluraliter in ſtatu regiminis כַּבְלֵי Pſa.149.Et honoratos eius in foraminib.ferri.

כָּבוּל Regio Galilææ habēs uiginti ciuitates, quæ cū à Salomone donata eſſet Regi Tyri,eā ſua lingua Punica hoc nomine uocauit.1.Reg.9. Tunc dedit rex Salomo ipſi Hirā uiginti ciuitates in terra Galilęæ, & egreſſus Hirā ex Tyro, ut uideret ciuitates,quas dederat ei Salomo , & nō placuerunt in oculis ſuis, dixitq; quid ciuitates iſtæ,quas dediſti mihi frater mi, & uocauit eas terrā Cebul uſq; ad hodiernū diem. Etſi alij alias ac diuerſas ſignificationes adferant , tamen puto Phœnicum lingua idem nobis ſignificare,qđ uilitatem,ut congruentiam habeat cum nomine כֶּלֶב ca-

690 nis,qui ſimiliter ab indignitate ſeu uilitate appellationem ſuam habet.

כָּבַס Lauit,lauando candidauit.Gen.49.Lauit in uino ueſtem ſuam.2.Sam.19. Et ueſtimenta ſua non lauit.Pſa.51.Laua me ab iniquitate mea.Iere.4.Laua à malitia cor tuum.Et cap.2.Si laueris te nitro.

Participium præſens מְכַבְּסִים Malach.3.Et ſicut Borith lauantium.

In uoce paſſiua כֻּבַּס Leuit.13.Et lauabit̃ ſecundo,& mundū erit. Præterea in eodē capite ſcribit̃ bis הֻכַּבֵּס cōpoſitū ex cōiugatione tertia paſſiuæ uocis, & quarta cōiugatione:ut Leu.13.Poſt lauari plagā.Et iterū:Poſt lauari ipſam,i.poſtquā lota eſt plaga.

INDE NOMEN,

כּוֹבֵס Nomen participiale,lauās,lotor,fullo,cādidator.Ieſ.7.Ad uiā agri fullonis. Marci 9.ubi ſic legit̃ : Et ueſtimenta illius facta ſunt ſplendida , candida ualde uelut nix, qualiter γναφεὺς fullo ſuper terra nō ualet candidare.Et illis quidē uerbis ſignifica

tio

tio huius thematis pulchre exprimitur, atq; conſpicitur Euãgeliſtam uoluiſſe explicare כּוֹבֵס nomine ſimili uoce γναφεὺς, ein Knappe.

כָּבַע Vide in themate קָבַע.

691 כַּבִּיר Multus, multiplex, copioſus potentia & robore. Et ut אַבִּיר eſt roboris corporis ſeu opis, & חזר qualitatis & habitus, & אַדִּיר quãtitatis: ita כַּבִּיר eſt multitudinis, & copię. Iob 8. Et ſpiritus copioſus, ſermones oris tui. Et cap. 15. Eſt canus, & eſt antiquus inter nos copioſior, q̃ patres tui dierũ. & cap. 31. Aut quod multum inuenit manus mea. & 34. Aut iuſtũ copioſus cõdemnabit. & ca. 36. Ecce deus copioſum nõ abijcit, copioſum uirtute cordis. Ieſ. 16. Et reſiduũ erit modice paucũ nõ copioſum. & cap. 10. legit̃ כַּאבִּיר Et opprimebã copioſus habitatores. Et pars Grãmaticorũ dicũt, ꝙ aleph per epẽtheſin interpoſita ſit, & abũdet, alij tñ exiſtimãt rectius אַבִּיר eſſe eius thema & caph ſimilitudinis eſſe notã, nec deſũt ꝗ autumãt eſſe cõpoſitũ ex אַבִּיר & כַּבִּיר augẽdæ ſignificationis cã. Et pluraliter כַּבִּירִים Iob 31. Affligit multos ſeu copioſos abſq; inueſtigatiõe. Ieſ. 28. Sicut impet⁹ aquarũ copioſarũ.

כְּבִיר Tegumentum ex multiplicibus pilis cõtextum. 1. Sam. 19. Et ſtragulam caprarum poſuit pro capite eius.

כְּבָרָה Inſtrumentũ ex multiplicibus funiculis contextum, quod nos cribrũ, ſeu uannum appellamus. Amos 9. Quemadmodũ mouebitur in cribro. Et in ſtatu regiminis כִּבְרַת terra, quæ ſarculo ferrato apparatur: alij ſtadiũ, alij milliare, alij iugerũ interpretantur, nos funiculũ uertemus. Gen. 35. Et profecti ſunt de Bethel, & fuit adhuc funiculus terræ, ut ueniretur ad Ephrath. 2. Reg. 5. Et abijt ab eo funiculum terræ.

מַכְבֵּר Textura ex multiplicibus pilis, ſtragula. 2. Reg. 8. Et factum eſt in craſtinum, ꝙ acciperet ſtragulam, intingeretq; in aquam.

מַכְבִּיר Multiplicitas, copia. Iob 36. Et dabit eſcam in copia.

מִכְבָּר Perplexitas, multiplicitas: & hoc nomine appellant Hebræi cratẽ, ſeu craticulam. Exod. 27. Et facies ei cratem facturã retis ænei. In ſtatu regiminis מִכְבַּר Exod. 35. Altare holocauſti cratem æris, quæ ſit illi.

כְּבָר Aduerbium temporis præſentis, iam, nunc, modo: ſignificat enim connexionem prioris temporis ad præſens, & pręſentis ad futurum. Eccle. 3. Id quod fuit, iam eſt. Et mox iterum: Quod futurum eſt, nunc fuit.

כְּבָר Nomen propriũ fluuij in terra Chaldæa. Ezech. 1. In terra Chaldæorum iuxta fluuium Cebar. Forte nomen habet à copia aquarũ, ſicut Pſal. 137. ſuffragatur, in quo ſic eſt ſcriptum: Iuxta flumina Babylonis ſedimus, atq; fleuimus, &c.

692 כָּבַשׁ Quadrat ſignificatione cum uerbo שָׁבַב & ut literarũ tantum tranſpoſitione, ita quoq; ſolo ſignificãdi modo inter ſe differũt. Deinde arbitror etiam congruere cũ uerbo כָּמַשׁ Subdere enim & ſubijcere & ſubigere ſignificat. Ge. 1. Implete terrã & ſubijcite eã. Ier. 43. Et ſubijciẽt eos in ſeruos. Mich. 7. Et ſubijciet iniquitates noſtras. Zach. 9. Et ſubijciẽt lapidibus fundæ. Eſth. 8. An etiã ſubijcere uult reginam apud me in domo. Participium præſens pluralis numeri כּוֹבְשִׁים Neh. 5. Et ecce nos ſubijcimus filios noſtros. In uoce paſſiua נִכְבַּשׁ Iere. 34. Et ſubijcietur terra.
Participiũ gen. fœ. pluralis numeri נִכְבָּשִׁים Neh. 5. Et erũt ex filiabus noſtris ſubiectæ. In ſecũda cõiugatione כִּבֵּשׁ 2. Sam. 8. Ex omnibus gentibus, quas ſubiecit.

INDE NOMINA:

כֶּבֶשׁ Subiectum, ſubſelliũ. 2. Sam. 9. Sex gradus throno, & ſubiectum in auro throno.

כִּבְשָׁן Clibanus, fornax, in quo coquitur panis: ac appellationem habet à ſubiectione, quia eſt in ſubiecta parte terræ. Gene. 19. Et ecce aſcendit fumus terræ, ſicut fumus fornacis. Exod. 9. Tollite uobis plenitudinem pugillorum ueſtrorum fauillæ fornacis. Et cap. 19. Et aſcendit fumus eius, ſicut fumus fornacis.

כַּרְבֹּר Vide in uerbo לָבַד.

693 כִּידוֹר Sphæra, ſeu globus, ſ. hominũ. Arbitror aũt à uerbo דור deriuatũ eſſe per protheſin literæ caph, ſiquidẽ & דור ſphæra ſeu globum ſignificat. Legitur aũt Iob 15. Sicut rex imminet ſphæræ, i. cohorti. Aliqui exiſtimant huc referendũ eſſe כַּדּוּר quod legitur Ieſ. 22. & 29. & ꝙ caph ſimilitudinis particula propter ſubſtantialem abiecta ſit, ſed illud uidetur mihi potius referendum eſſe ad thema דור.

694 כָּהָה Obſcurus,turbidus fuit:cōgruitq́; ſignificatione cum uerbis קֵהָה & כָּאָה niſi ꝙ ut prius ad ſpiritū ſeu animū, poſterius ad dentes, ita hoc cōmuniter ad oculos ſeu uiſum referatur.Gen.27.Cum ſenuiſſet Izhak,& obſcuri eſſent oculi eius ne uidere poſſet.Deu.34.Nec obſcurauit oculus eius.Zach.11.Et oculus dexter eius obſcurando obſcurus fit.Iob 17.Et obſcurus fuit præ mœrore oculus meus.ubi he habet mappik. Et figurate ad animum transfertur Ieſa.42. Non obſcurus erit,nec erumpet,ſcilicet perturbatus,ſeu iratus.Ezech.21.Et obſcurus erit omnis ſpiritus, i.perturbatus,triſtis,non clarus,aut lætus. In ſecunda coniugatione כִּהָה legitur ſemel metaphorice.1.Sam.3.Propter iniquitatem,quam nouit, ꝙ maledicerent filijs ipſius,nec obſcurus fuit in eos,id eſt,hat ſich nicht yber ſich betrubt nō commotus eſt in eos,hat ſie finſter,oder ſaur angeſeen.

INDE NOMEN,

כֵּהָה Nomen adiectiuū.Leui.13.Et ecce obſcura plaga, nec tamen creuit plaga in cute. Et mox iterū:Et obſcura.Ieſ.42.Et linum obſcurū non extinguet,i.non lucens ſeu ſplēdens.& cap.61.Amictum glorioſum,pro ſpiritu obſcuro,i.perturbato.Et Nahum 3.abſolute legit̃ ſubſtantiue:Nō obſcuritas propter cōtritionē,i.luctus. Et
695 pluraliter כֵּהוֹת Leu.13.Et ecce in cute carnis ipſorū maculæ obſcuræ, albicantes.

כָּהַן Verbū hoc reperit̃ tantū in ſecunda coniugatione,uoce actiua,conſtitutus ſeu ordinatus eſt ad ſacra perficiēda,ut rem ſacrā operetur,miniſtret in ſacris,ſacerdotio fungatur,Greci uerbo ἱερουργεῖν reddiderūt.Similiter Paulus Ro.15.& 1.Corinth.9. Habet aūt affinitatē cū uerbo כּוּן eò ꝙ certitudinē ritus & decoris imporret.1.Para.5.Ipſe eſt,qui ſacerdotio functus eſt in domo.Exod.28. Et unges eos,& implebis manus eorū,& ſanctificabis eos,ut ſacerdotio fungātur mihi. Num.3.Et ſacerdotio functus eſt Eleazar.2.Paral.11.Quoniā repulit eos Ieroboā,& filij eius, ne ſacerdotio fungerent̃ ipſi Iehoua.Oſeæ 4.Reieci ego te ne ſacerdotio fungaris mihi.Ieſ.61.Velut ſpōſus ſacerdotabit̃ magnificētia, i.decorabit̃ ornatu ſacerdotali certo.

INDE NOMINA:

כֹּהֵן Chaldæus nūc כַּהֲנָא, nunc מְשַׁמֵּשׁ uertit.Et ſi de ſacerdote gentili dicit̃,uertit communiter per רַבָּא,ſi autē de idololatrico per כּוּמְרָא Greci talem λατρεγὸν uocant,tu uertere poteris ſacerdotis uocabulo,dum non dat̃ aliud, qui ſcilicet ad certū, idq́; ſacrū deſtinatus eſt miniſteriū. Gen.14. Et Melchizedek rex Salem protulit panē & uinū,& ipſe erat ſacerdos Altiſſimi & cap.41. Vocauit Pharao nomen Ioſeph Zaphnat Panea,& dedit ei Aſnath filiam Putiphara ſacerdotis On in uxorē.Exo. 2.Et ſacerdoti Midian erant ſeptē filiæ.Leu.4.Si ſacerdos unctus peccauerit. Leuit.21.Sacerdos uero magnus inter fratres ſuos.1.Reg.1. Et miſit cum ipſo rex Zadok ſacerdotē,& Nathan prophetam.Iere.6.A propheta uſq; ad ſacerdotē. Differunt autē inter ſe & propheta & ſacerdos.Prophetam non oportebat eſſe ex tribu Leui,ſicut ſacerdotem.Deinde ſacerdos tantum ſacrificabat,intercedebat pro populo & alia opera perficiebat legalia, ſed horū nihil faciebat propheta, ſed publice prædicebat futura & docebat, & ſimul gubernabat cōſilia regū:& ut paſtor ſeu parochus apud nos differt à prædicatore, ita ſacerdos à propheta:ſacerdos erat ex Leuitico genere natus, Propheta immediate à deo uocatus. Eſt tamē & hoc obſeruandum, ꝙ כֹּהֵן non ſit ſemper officij eccleſiaſtici, ſed etiam eorum, qui erant regi ſecretiſſimi. 2.Samu.20. Et Hira Iairitha erat ſacerdos ipſi Dauid.1.Reg 4. Et Zabud filius Nathan ſacerdos,ſocius regis. Et pluraliter כֹּהֲנִים Exod.19. Vos eritis mihi regnum Sacerdotum, & gens ſancta. 1.Sam.1. Ophni & Pinhas erant ſacerdotes Iehoua. Geneſ.47. Terram ſacerdotum non accepit. 1.Sam.6. Et uocauerunt Philiſtæi ſacerdotibus,& ariolis.Et ut paulo ante admonui, aliquādo non eſt officij eccleſiaſtici,ſed dignitatis,& honoris.2.Sam.8.Et filij Dauid erant ſacerdotes.& 1.Paral.18.exponens ſic ſcripſit: Et filij Dauid erāt primi ad manus regis, id eſt ad officia regia. 2.Reg.10. Et percuſſit Iehu omnes qui reliqui erāt de domo Achab in Iezreel, & omnes magnates eius, & propinquos eius, & ſacerdotes eius,donec nullum relinqueret ei reliquum.

כְּהֻנָּה Chaldæus כְּהוּנְּתָא, Græci ἱερατεία, id eſt ſacerdotium, Sacerdotij functio, ſeu admini-

adminiſtratio. Exo.29. Eritq́ eis ſacerdotium in ius perpetuum. Nu.16. Et poſtulatis etiã ſacerdotiũ? Eſdræ 2. Reiecti ſunt ab adminiſtratione ſacerdotij. In ſtatu regiminis כְּהֻנַּת Num.25. Fœdus ſacerdotij ꝑpetui. Ioſ.18. Quoniã ſacerdotiũ Ieho
696 ua, eſt hæreditas eius. Et cũ affixo. Num.18. Portabitis iniquitatẽ ſacerdotij ueſtri.

**כוה** Legitur tantũ in uoce paſſiua primę cõiugationis, idq́ duobus in locis, & ſignificat propriè aduri. Ieſ.43. Si trãſieris per ignẽ, nõ adureris. Prou.6. Et pedes eius nõ adurẽtur.

INDE NOMINA:

**כִּי** Aduſtio: ſicut à כוה deriuatur כִּי Ieſa.3. Et erit aduſtio pro uenuſtate.

**כְּוִיָּה** Aduſtio. Exod.21. Aduſtio pro aduſtione.

**מִכְוָה** Aduſtio. Leu.13. Lepra eſt ex aduſtione germinans. Et in ſtatu regiminis מִכְוַת Leuit.13. Vel ſi caro in cuius cute fuerit aduſtio ignis, &c.

**כַּוָּנִים** Collyridæ, tortæ, cruſtulæ, placentæ ad ignem torrefactæ: & ſcribunt nonnulli figura fuiſſe triangulari. Chaldæus כַּרְדִּיסִין tranſtulit. Et legitur tantum in Ieremia cap.7. Mulieres ſubagitant paſtam ad faciendum tortas. & cap.44. Nunquid ſine uiris fecimus ei tortas. In quem autem uſum huiuſmodi tortæ, & à quibus paratæ fuerint, ex illis duobus prophetæ locis, deinde etiam Epiphanij libro contra hæreſes 3. cognoſcere licebit.

**כִּיּוּן** Nomen idoli eſt, quale tandem id fuerit, Hebræi imaginẽ ſtellæ Saturni fuiſſe exiſtimant, eò q etiam lingua Iſmaelitarum & Perſarum Saturni ſidus כֵּיוָן uocetur, & certum eſt à torrefactione ſeu aduſtione habere appellationem. Porro Thalmudiſtæ aſſerunt in ædibus regum Iſrael cubiculum, & in eo mẽſam fortunæ, non ad ullum hominis uſum, ſed ad fortunæ auſpicia ſtrui ſolitũ. Eius aũt ſemel fit mentio Amos 5. Nunquid ſacrificia & oblationẽ obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis domus Iſrael, & nõ potius portaſtis Succoth regẽ ueſtrum, & Kijun imaginem ueſtram ſtellas deorũ ueſtrorum, quos feciſtis uobis? Hunc Prophetæ locũ Stephanus allegans Act.7. his uerbis reddidit: Obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domꝰ Iſrael, & ſuſcepiſtis tabernaculũ Moloch, & ſidus dei ueſtri Remphã, figuras, quas feciſtis ad adorãdũ eas, &c. quę uerſio ut in alijs nominib. uariat, ita uariat etiã in uoce כיון pro qua ῥεμφὰν in Actis legiẽ, oſcitãtia opinor ſcriba-
697 rũ, qui ſimilitudine K & R decepti unã pro alia ſcripſerint Rempham pro Keuan.

**כֹּחַ** Virtus, nõ ut Gręcis ἀρετὴ diciẽ, & uitio opponiẽ, ſed δύναμις hoc eſt, uirtus operatiua, & ut infirmitati contraria eſt uis, uires, potentia, uigor, facultas, quę ſe exerit foras in opere aliquo: differt enim modo tantum ſignificandi à uerbis יְכָה נכה krafft/macht, & differt à nomine חַיִל: hoc enim generoſitatem, ſtrenuitatẽ, geſta præclara, ſignificat, ſed כֹּחַ ſimpliciter potentiã, uirtutem, facultatẽ. Tertio, minus etiam ſignificat, q nomen גְּבוּרָה quod præpotentiã, ſuperioritatẽ, præualeſcẽtiam, & uictoriam notat, ſicut ex exemplis ſubſequentibus facile cognoſces. Dan.11. Et nõ obtinebit uirtutẽ brachij. In reliquis omnib. locis ſcribiẽ ſine uau, manetq́ ram in ſtatu regiminis, q affixorũ inuariatũ. Iud.16. Et inclinauit in uirtute, & corruit domus ſuper principes. 1. Sam.28. Nõ erat uirtus in eo. 1. Reg.19. Et ambulauit in uirtute cibi illius. 2. Reg.19. Et uirtus nõ ad pariendũ. 2. Para.2. Quis prohibebit uirtutẽ ædificãdi ei domũ. Iob 6. Nũ uirtus lapidũ eſt uirtus mea. cap.9. Sapiẽs corde & robuſtus uirtute Et ibidem iterũ: Si ad uirtutẽ robuſtus eſt. Ieſ.40. Robuſtus uirtute. Iob 36. Potẽs eſt uirtute cordis. Pſal.33. Fortis non eripietur in multitudine uirtutis. Pſal.65. Qui ſtabilit mõtes in uirtute ſua. Pſal.111. Virtutẽ factorũ eius annunciabit populo ſuo. Prou.14. Multum eſt prouẽtuum in uirtute bouis. Gen.31. Omni uirtute mea ſeruiui patri ueſtro. 1. Paral.29. Et in omni uirtute mea diſpoſui pro domo dei aurũ, &c. Gen.49. Virtus mea & primitiæ laboris mei. Eccl.9. Quicquid inuenerit manus tua ad faciendum in uirtute tua facito. Prou.20. Ornamentũ adoleſcentium uirtus eorum. Pſal.22. Aruit uelut teſta uirtus mea. Ieſa.40. Exalta in uirtute uocem tuam. Et ibidem iterum: Dans laſſo uirtutem. Sequuntur loci, in quibus conſtruũtur aliqua nomina ex quibus diſcrimina ipſorum ſumere licebit. Deut.8. Ne diceres in corde tuo uirtus mea, & duritia manus meæ fecit mihi חַיִל, id

eſt,præclara facta iſta.1.Paralip.26.Vir חַיִל ſtrenuitatis in uirtute ad miniſterium. 2.Paral.26.Et quinquaginta qui faciebant bellum בְּכֹחַ חָיִל in uirtute ſtrenuitatis, id eſt uirtute militari.Zachar.4.Non in חַיִל bello,neq; in כֹּחַ uirtute.1.Paralip.29. Et in manu tua eſt כֹּחַ uirtus וּגְבוּרָה & præualeſcentia,ſeu uictoria.Sequuntur loci in quibus facultatem,& opes ſignificat.Leuit.26. Conſumetur in uanum conatus ueſter,neq; dabit terra facultatem ſuam.Prouer.5. Ne ſatientur alieni facultate tua.Iob 31.Si facultatem eius comedit ſine argento.Oſeæ 7.Comederunt alieni facultatem eius.Gene.4.Si colueris humum non addet dare facultatem ſuam.Eſt & nomen reptilis immundi & prohibiti ad ueſcendum ex genere bufonum, à uirtute, quaſi dicas uiuerra. Hieronymus uertit Chamæleon, alij Rubetam, alij lacertam.Et legitur tantum Leuit.11.

698 כול

Potuit,ſuſtinuit,cōſummauit,uniuerſitauit.Cōgruit autem ſignificatione cum uerbis כָּלָא & כָּלָה כָּבַל כָּלַל יָכַל אָכַל niſi ꝙ ut forma,ita modo tantum ſignificādi inter ſe differant.Ieſaiæ 40.Et conſummauit in ternario puluerem terræ.

In ſecunda coniugatione כִּלְכֵּל ad calculum,ſeu in ſummam omnia diſpoſuit. 2. Sam.19.Et ipſe per omnia ſuſtentauit regem. Malac.3. Et quis ſuſtinebit diem aduentus eius.Prouerb.18.Spiritus uiri poterit ſuſtinere infirmitatem ipſius.Pſal.55. Proijce ſuper Iehoua onus tuum,& ipſe ſuſtinebit.Pſa.112. Poterit ſuſtinere uerba ſua in iudicio.2.Paralip.2. Cœli cœlorum non ſuſtinebunt eum.Ier.20. Delaſſatus ſum ſuſtinendo.

In uoce paſſiua כָּלְכַּל 1.Reg.20.Et filij Iſrael recenſiti ſunt,& per omnia ſuſtentati abierunt.

In tertia coniugatione הֵכִיל 1.Reg.7.Duo millia bathorum ſuſtinebat,id eſt,capere poterat.Ierc.6.Defatigatus ſum ſuſtinendo.Amos 7.Nō ſuſtinebit terra omnia uerba eius.Ioelis 2.Quis ſuſtinebit illum.Græci uerbum habent τολμάω quo aliquoties pro ſuſtinere & poſſe utuntur: ſic Apoſtolus quoq; eo utitur 2. Corinth. 10.Non enim ſuſtinemus cōferre nos cum quibuſdam,&c. & quidem uoce etiam propemodum cum eo congruit.

699 כון

In prima coniugatione actiuæ uocis non eſt uſitatum, ſed in uoce actiua tātum נָכוֹן & ſignificat confirmari, conſtitui,decerni, certificari,ratificari,perfici:congruit ſignificatione cum uerbis תָּקַן & תָּכַן כּוּן כָּנָה, niſi ꝙ ut forma,ita modo tantum ſignificandi inter ſe uarient. Gen. 41. Quoniam decretum eſt uerbum à Iehoua,& feſtinabit deus facere.Iudic.16.Fac ut attingam columnas, ſuper quibus domus firmata eſt.1.Reg.3.Et regnum cōfirmatum eſt in manu Salomonis. & eſt tertia perſona præteriti generis fœminini.1.Sam.20.Non confirmeris tu,aut regnum tuum. 1.Paral.16. Contremiſcat à facie eius omnis terra, etiamſi firmata ſit, ut non moueatur.2.Para.29.Et confirmatus eſt cultus domus Iehoua,id eſt perfectus,abſolutus eſt.Ezech.38.Sic conſtitutus,& conſtitue tibi,i. paratus. Amos 4.Diſpoſitus eſto in occurſum dei tui Iſrael. Ezech.16. Vbera perfecta fuerunt, id eſt firma.

Participium נָכוֹן quod ſolet ſæpenumero abire in naturam nominis,certū,firmum,deſtinatum,paratum,ratum.Exo.34.Et ſic paratus ad mane.Iob 12. Deſtinatus ad lapſus pedis.Pſ.38.Quoniā ego ad cōmotionem deſtinatus ſum.Deut.13.Et ecce ueritas & certum uerbū,ꝙ facta ſit abominatio. Pſ.51.Et ſpiritū firmum innoua intra me.2.Sam.7.Sedes tua erit firma in ſeculū.Ieſ.2.Firmus erit mons Iehoua. 1.Sam.26.Ad integrū. Eſt & propriū nomen uiri,cuius fit mentio 2.Sa.6. Et in ſtatu regiminis נְכוֹן pro concreto,perfectio,certitudo.Prou.4.Vſq; ad perfectionem diei,i.perfectum diem. Et pluraliter נְכֹנִים Exo.19.Sint parati in diem tertiū. Et in genere fœminino נְכוֹנָה Iob 42.Quoniā nō loquuti eſtis ad me rectū, ſicut ſeruus meus Iob.Pſal.5.Quoniam nō eſt in ore eorū rectum, firmum,uerum.

In ſecunda coniugatione כּוֹנֵן confirmauit,ratificauit,certum,firmum,ſolidum fecit,ſeu cōſtituit:& importat ſemper ſecum perfectionem,& firmitudinem. Pſal. 40.Confirmauit greſſus meos.Prouer.3.Firmauit cœlos in intelligentia.Exod.15. Sanctuarium Iehoua confirmauerunt manus tuæ. 2.Samuelis 7. Et confirmabo

ſedem

ſedem regni eius.Iob 24.Nunquid non in utero,qui fecit me,fecit etiam ipſum, & confirmauit nos in uulua una,id eſt perfecit,conſolidauit. ubi kybutz ponitur loco uau holem,ut poſſit ſequi dagges.Pſal.7.Ceſſet malitia improborum, & confirmes iuſtum.Pſal.8.Lunam & ſtellas,quas confirmaſti,id eſt certificaſti.Pſal.68.Hęreditatem laſſam tu cõfirmaſti.Pſal.11. Firmauerunt ſagittam ſuam ſuper neruum.

In tertia coniugatione כּוֹנֵן & ſignificat certò ſtatuere,decernere,recte & perfecte curare,inſtruere,parare, apparare,ordinare. Ioſue 4. Vocauit Ioſua duodecim uiros,quos conſtituerat ex filijs Iſrael,i.certo conſilio ordinauerat.1.Reg.2.Et nũc uiuit Iehoua,qui prędeſtinauit me,& collocauit me ſuper thronũ patris mei.Exo.23.Et introducat te in locũ,quem decreui. Gen.43. Macta mactationẽ,& appara. Et iterũ:Et illi apparauerunt munus,donec ueniret Ioſeph.Iud.12.Nec erat inſtructus ad loquendum ſic.Prou 24.Præpara foris opus tuũ,& cole agrum tuum, poſtea etiam ædificabis domum tuam. 2.Paral.1.In diſponere ei Dauid, i.ut Dauid ei certo proſpiceret.ubi zere poſitũ eſt loco cametz.Similiter 2.Paral.29.Lętatus eſt Ezechias ſuper perficere Deum pro populo.Iob 38.Quis diſponit coruo prædam ſuã.1.Para.22.Et ordinauit Dauid multa ante mortem ſuam.1.Sam.7.Et nunc quidem confirmaſſet Iehoua regnũ tuum ſuper Iſrael.Et mox iterũ:Præparate cor ueſtrum ad Iehoua.2.Paral.19.Et præparaſti cor tuum ad quærendũ Deum. Ezec.4. Et obfirmabis faciẽ tuam contra eam.Hanc phraſim Lucas Euangeliſta mutuatus cum de Chriſto refert cap.7.Et ipſe faciẽ ſuã obfirmauerat, ut iret Hieroſolymam. Gręco uerbo ἐστήριξε reddidit.Et idem mox iterum: Et uerſus obſidionẽ Hieroſolymam obfirmabis faciem tuam.Et cum Lamed conſtructum.Pſalm.68.Proſpicis ſeu prædeſtinas pro bonitate tua oppreſſo Deus.

Participium præſens מְכוֹנֵן Pſal.65.Qui confirmat montes uirtute ſua.

Participium præteritum מוּכָן Prouer.21.Equus paratus ad diem belli. Et pluraliter מוּכָנִים Ezech.40.Et limites palmæ unius diſpoſiti introrſus circumquaq;.

In uoce paſſiua הוּכַן Ieſ.16.Et confirmabitur in miſericordia ſolium. Et cap.30. Regi præparatus eſt.Zach.5.Confirmabitur & reponetur ibi fundamẽtum ſuum.

In quarta coniugatione תִּכּוֹנָן Prou.24.Sapiẽtia ædificabitur domus,& intelligentia cõfirmabit̃.Num.21. Venite in Hesbõ, & firmetur ciuitas Sihon. ubi thau formatiua cõiugationis ablata eſt,euphonię gratia,ut ſæpe fit in hac cõiugatione.

INDE NOMINA:

כֵּן Nomen,acſi à uerbo geminato eſſet deductũ, & in hac forma legitur tantũ in ſtatu affixorum,litera daggeſſata,ſignificatq; ſedem ſeu locum reſidẽtiæ cõſtitutum, & firmũ.Item baſim,caudicem, ſtipitẽ, truncum, quo ut re firma aliquid innititur: locũ, in quo aliquid certò cõſiſtit. Exo.3. Et facies labrũ æneũ & baſim eius æneã. Gen.40.Et reſtituet te in locum tuum ſeu conſiſtentiam tuam.Chaldæus exponit שמוש id eſt miniſterium.Deut.11.Et Deum munitionũ ſuper ſede eius honorabit. Et ibidem iterũ:Et ſtabit ſurculus in caudice radicũ eius.Et mox iterũ: Et ſtabit in ſtipite eius.Et in genere fœminino כַּנָּה Pſal.80.Sedem quã plantauit dextera tua. Etſi ſciam hanc uocẽ multiphariàm exponi(nã Chaldæus pro שִׁבְרָא opere, Hieronymus pro radice, alij pro planta ſeu propagine, aliqui pro uite ordine diſpoſita, nonnulli pro גַּנָּה horto,literarũ ſymbolicarũ cõmutatione,quidam pro uiro Iſraelita,ſeu regio Meſſia exponũt, deniq; aliqui uerbaliter,ut ſit imperatiuus ſecundæ cõiugationis cum he affixo,ſicut & ſeptuaginta,quos uulgaris translatio & multi alij ſequuti uerterunt:Perfice eam ſcilicet uitem, quam plantauit dextera tua): tamen ego,ut ſoleo ſemper in una thematis ſignificatione conſiſtere,pro מְכוֹן habitatione huic populo deſtinata, quam deus firmam baſim, ac ſedem eſſe uoluit, in qua habitaret, & regeret populum ſuum uerbo ſuo, accipio. Et quòd Propheta in Moſen reſpexerit Exod.15. ſic canentem: Introduces eos, & plantabis eos in monte hæreditatis, ſedem pro reſidentia, operatus eſt Iehoua, ſanctuarium Iehoua firmauerunt manus tuæ, &c. Atq; aliter ſentientes oro, ne ſe patiantur ſeduci uerbo plantandi, ſiquidem & hoc alijs quoq; figuratè rebus, quàm uel herbis,

uel

uel uitibus, uel hortis attribuatur: ut in loco iam ex Moſe citato uidere licet, & Daniel. 11. etiam tabernacula plantari legitur. Deinde iſta particula in collatione, uel demonſtratione, uel affirmatione quandā ſecum importat in ſermone ſimilitudinem, & Hebræis idem ualet, qđ Latinis, Ita, ſic, itē, ſimiliter, taliter. Iſtæ enim particulæ certificant atq; confirmant aliquid. Gen. 1. Et factum eſt ita. Exod. 7. Et fecerunt ſimiliter. Iud. 21. Non inuenerunt pro ſe totidem. 1. Reg. 17. Et in iuncturis ſimiliter déſuper. Pſal. 147. Non fecit ſimiliter omni genti. Prouer. 28. Propter transgreſſionem terræ multi ſunt ei principes, ſed propter hominem prudentem & doctum ſic prolōgabitur, id eſt, in tali & ſimili ſtatu. 1. Reg. 7. Et os eius rotundū opere tali, ſimili unius, ſcilicet & dimidij cubiti. Eccl. 8. Et in hoc uidi improbos ſepultos, & ingrediebantur, & alios qui de loco ſancto prodirēt, & traditi ſunt obliuioni, & tantum fecerant in ciuitate: ſed & hoc eſt uanitas. Mich. 1. Si fuerint præfecti & ſimul multi, ſimul tamen euellentur & tranſibunt. Zachar. 11. Et irritum factum eſt in die illa & cognoſcent uere, id eſt, ſic afflicti gregis qui obſeruāt me. Et quādo hanc particulam mox præcedit negatio, tum idem Hebræis ualet, quod Græcis ne my, ne gry, aut quid ſimile, & Latinis ne tantillum quidem. Ieſaię 16. Audiuimus ſuperbiam Moab, φ ſuperbus ſit ualde, ſed ne ſic quidem robur eius, id eſt, ne tantillum. Et demonſtrata re aliqua leui & nullius momenti, uel facto talitro. Ier. 8. Auſcultabā & audiebā, ſed ne tantillum loquebantur. Idem cap. 23. Curſus eorum improbus, ſed fortitudo eorū ne quidem tantillū. Et cap. 48. Ego noui, ait Iehoua, furorem eius, ſed ne tantillum robur eius. Prou. 15. Labia ſapiētum ſeminant ſcientiam, ſed cor ſtultorum ne tantillum. Item ſine negatiua particula. Ieſa. 51. Et habitatores eius uelut ſic moriētur, wie das. quemadmodum Germani dicunt, ich gebe nicht das darumb, facientes crepitum digitis.

Cōſtruitur autem iſta particula ſæpenumero, uel cum literis, uel cum articulis, uel alijs partibus indeclinabilibus: ut

אָכֵן Aduerbium affirmandi, certe, uere, profecto. Ge. 28. Certe eſt Iehoua in loco iſto. 1. Samuelis 15. Profecto receſſit amaritudo mortis. Ieſaiæ 40. Profecto fœnum eſt populus. Et cap. 53. Certe dolores noſtros ipſe tulit. Pſalm. 82. Profecto ſicut homines moriemini.

הָכֵן Recte, firmiter, ſolidè, conſtanter. Ioſue 3. Et ſtabant ſacerdotes, portantes arcam fœderis Iehoua in ſicco in medio Iordanis firmiter, ſeu conſtanter.

לָכֵן Propter. Zachar. 11. Ego paſcebam oues occiſionis propter afflictas oues, uel propterea φ eſſent afflictæ oues. Plerunq; autem ualet, propter hoc, ideo, iccirco, propterea, quando uidelicet nomen non mox ſequitur. 1. Sam. 28. Propterea cognoſces, quid facturus ſit ſeruus tuus. Et dixit Achis ad Dauid, propterea ponam te cuſtodem capitis mei. Ieſa. 16. Ideo ululabit Moabita ad Moabitam.

בְּכֵן In hoc. Eccleſ. 8. Et in hoc uidi improbos.

עַל־כֵּן Super ſic, ideo, propterea, idcirco. Gene. 2. Idcirco relinquet aliquis patrem ſuum. Ieſaiæ 16. Propterea flebo in fletu.

עַד־כֵּן Vſq; ſic, adhuc, hactenus, uſq; huc. Nehem. 2. Et reliquis, qui faciebāt opus adhuc non indicaui.

בְּמוֹ־כֵן Similiter. Ieſaiæ 51. Habitatores eius ſimiliter morientur.

מָכוֹן Forma maſculina, baſis, certa & firma ſedes præſidētiæ, ſicut מָכוֹן Exo. 15. Et plantabis eos in monte hæreditatis tuæ, ſedem pro reſidentia tua operatus es Iehoua, ubi tu habites. 1. Reg. 8. Sedem in qua tu habitas in ſecula. In ſtatu regiminis, & affixorum mutat cametz in ſeua. Ieſa. 4. Et creabit Iehoua uniuerſam baſim montis Zion. Eſdræ 2. Vt illam conſtituerent ſuper ſedem ſuam. Et pluraliter מְכוֹנִים Pſal. 104. Fundauit terram ſuper baſes ſuas. Et in forma fœminina מְכוֹנָה 1. Reg. 7. Quatuor rotulæ æneæ baſi uni. Zach. 5. Et collocabitur ibi ſuper baſim ſuam. ubi pro uau holem, habet kybutz. Et pluraliter מְכֻנוֹת 1. Reg. 7. In hunc modum fecit decem baſes. Eſdræ 3. Ordinauerunt autem altare ſuper baſes ſuas.

תְּכוּנָה Iob 23. Veniā ad ſedē eius. Item pro re parta, poſſeſſa, & fixa ſeu immobili. Nahū 2.

Diri

Diripite argentum, diripite aurum, neq́. n. finis rei partæ ſeu immobilis. Ponitur etiam pro diſpoſitione, quam res aliqua habet, aut habere debet, idea. Ezech. 43. Figuram domus, & diſpoſitionem eius.

יָכִין Vna columnarum templi Dei Hieroſolymitani hóc nomine à Salomone dicta, altera בֹּעַז 1.Reg. 7. Ad quas haud dubiè Paulus Apoſtolus alluſit 1.Timoth.3. ubi eccleſiã uocat columnã & firmamentũ ueritatis. Et quòd ueritatis addit, uult data opera diſtinguere columnas Eccleſiæ Chriſti à columnis ueteris teſtamẽti quæ fuerunt tantum umbra, non ueritas.

כִּנִּים Nomen pluralis numeri tantùm, & conſtruitur cũ uerbo ſingularis numeri, quod Chaldæus קַלְמְתָא Græcus σκνιπὶς, Hieronymus Cynephes uertit. Sũt aũt σκνιπὶς uermiculi innaſcẽtes materijs, qui eroſo ligno ſubinde locũ mutant. Origenes ſcribit hoc animal pennis quidem ſuſpendi per aera uolitans, ſed ita ſubtile eſſe & minutum, ut oculi uiſum niſi acutè cernentis effugiat, corpus tamẽ cum inſederit, acerbiſſimo terebrare ſtimulo, ita ut cum uolitantem uidere quis non ualeat, ſentiat ſtimulantem, &c. Si hæc Origenis deſcriptio uera eſt, certe Culicẽ eſſe neceſſe eſt: ſed qualecunq́ ſit animalculum, inde habet nomen, quòd firmiter innitatur & incumbat corpori: nos pediculos uertimus, ſiquidem & Iudæi etiam hodie pediculum כִּנָּה appellant. Exod. 8. Et puluis erit in pediculos. Et iterum: Et omnis puluis terræ fuit pediculi in tota terra Ægypti, q.d. pediculium.

כִּנָּם Nomen collectiuum, q.d. pediculium. Exod. 8. Et fuit pediculium tam in hominibus quàm in iumentis.

כּוֹס Vide in themate ſuo כָּסַס

700

כּוּר Fodit, perfodit, excidit: congruit ſignificatione cum uerbis כָּרָה כָּרַת & קוּר niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Sed quia uerba habentia in medio uau literam quieſcentem, eam aliquãdo ſolent cõmutare in aleph: ut pro קוּם ſcribitur קָאם Oſeæ 10. Pro לוּט ſcribitur לָאט 2.Sam.19. Et pro רוּם legitur רָאם Zach.14. Sic Pſalm.22. pro כָּרוּ ſcribitur כָּאֲרִי, niſi quòd fortaſſe propter aliquod myſterium iod ſcripta eſt pro uau כָּאֲרִי pro כָּאֲרוּ: aut certe malitia Iudęorum quod eſt uериſimilius, deprauatum eſt, ne confiteri cogantur hanc in Chriſto prophetiam impletam eſſe.

INDE NOMINA:

כִּכָּר Circularis, ſeu orbicularis aliqua portio, aut regio, quæ eſt circumciſa. Et, ut כֹּר eſt capaciſſima menſura aridorum, ita כִּכָּר eſt maxima rotunditas, uel in quãtitate in plano, uel pondere: geminat autem primam ſubſtantialem literam, & nos generali nomine orbis exponemus. Exod. 29. Et orbem panis unum. Prou. 6. Vſq́ ad orbẽ panis. Gen. 13. Viditq́ omnem orbem Iordanis. Lucę 3. legitur uerſum: Et uenit in omnem regionem Iordanis. 2.Sam. 18. Et cucurrit in uia orbis, id eſt, uia plana & compendiaria. Exo. 25. Ex orbe auri mũdi faciet illam. Et in diſtinctione ſententiæ כִּכַּר Exod. 28. Centum orbis, id eſt orbes. In forma duali כִּכָּרַיִם duo orbes, id eſt duo talenta. 2.Re. 5. Cape duos orbes. Et iterum: Et ligauit duos orbes argẽti. Et pluraliter in forma maſculina כִּכָּרִים 1.Paral. 22. Auri orbes centũ millia. 2.Paralip. 3. Orbibus ſex millibus. Et in ſtatu regiminis כִּכְּרֵי 2.Reg. 5. Decem orbes talenti. Et ſemel pluraliter in ſtatu regiminis כִּכְּרוֹת Iudic. 8. Date nũc orbes panis.

כֹּר Semper ſcribitur abſq́ uau, Corus, nomẽ menſuræ aridorum: habet autem nomen à figura foueæ, uas exciſum & capax. Et continebat Ioſepho ſcriptore libro tertio Antiquitatum Medimnos Atticos unũ & quadraginta. Epiphanius libro de menſuris & ponderibus ſcribit cõtinuiſſe triginta modios. Eius fit quoq́ mẽtio Lucæ 16. Ezech. 45. Et ſtatutum olei erat batthus olei decima ſcilicet pars batthi de Coro. 1.Reg. 4. Fuit autem panis Salomonis pro die uno triginta Cori ſimilę. 1.Reg. 5. Et Salomo dedit Hiram uiginti mille coros. Et pluraliter כֹּרִים 2. Paralip. 2. Dedi tritici contuſi pro ſeruis tuis coros uiginti mille & hordei coros uiginti mille.

כּוּר Fornax, à ſimilitudine foueæ. Deut. 4. Et eduxit uos de fornace ferrea ex Ægy-
pto. Prouer. 17. Et fornax auro. Ieſa. 48. Examinaui te, non tamen ut argentum, ele
gi te in fornace afflictionum.

מְכוּרָה Excíſio. Ezech. 29. Et reducam eos in terram Pathros, in terram exciſionis tuæ, id
eſt, ubi exciſus es ex utero matris. Et pluraliter מְכוּרוֹת cum holem. Ezech. 16 Ex
ciſiones tuæ, & natiuitates tuæ ex terra Cananæorum. uel מְכֻרוֹת Ezech. 21. Redu
cam ne in uaginam ſuã, in locum ubi creatus es in terram exciſionũ tuarũ iudica-
bo te. quanq̃ aliqui alij deriuẽt à מָכַר, alij à כור ut caph litera poſita ſit pro gimel.

כִּיּוֹר Nomen, quod definitore Moſe Exod. 30. Lutrem, hoc eſt, uas ſignificat, ex ære fa
ctum, ſuper baſi ænea, in hunc uſum, inter altare & Tabernaculum teſtimonij col
locatũ, ut immiſſa aqua Aaron & filij eius ſacra facturi lauarent manus & pedes
ſuos. Græci uerterunt λουτῆρα, id eſt lauacrum. Hieronymus nunc concham, nũc
labium uertit. Habet aũt nomen à ſimilitudine caucæ ſeu foſſæ. 1. Reg. 7. Et in qua
tuor angulis eius erant humeri ſub lutre. 2. Reg. 16. Reſecuit uerò rex Achaz clau-
ſuras baſium, & amouit ab eis & lutrem, & mare depoſuit de bobus æreis. 2. Reg.
6. Quoniã fecerat Salomo lutrem æneũ, poſueratq; illum in medio atrij, cuius lon
gitudo erat quinq; cubitorum, & latitudo quinq; cubitorũ, & altitudo triũ cubito
rum, &c. Accipitur tamen pro alio quoq; uaſe ſimili figura, quo carnes coqueban
tur ad ignem, & uel lutrem, uel lebetem interpretari licebit. 1. Sam. 2. Et uenit puer
ſacerdotis dum adhuc carnes coquerentur, habens in manu ſua fuſcinã tridentẽ,
& incutiebat eam in lebetem. Zach. 12. Ponam duces Iehuda quaſi lebetem inter
ligna, id eſt in quo eſt & fouetur ignis. Et pluraliter forma maſculea כִּיֹּרִים 2. Pa
ralip. 4. Et fecit lutres decem, poſuitq; quinq; ad dextrã, & quinq; ad ſiniſtram, ut
lauarent in eis, & quæ præparabant ad holocauſtũ intingerent in eis, & ipſum ma
re erat ut in eo lauarent ſacerdotes. Item in forma fœminea כִּיֹּרוֹת 1. Reg. 7. Et fe
cit decem lutres æneos, quorum quilibet capiebat quadraginta bathos. 2. Paral.
4. Et baſes faciebat & lutres ſuper baſes. Et in forma duali כִּירַיִם qđ Græci uertẽ
runt χυτρόποδες ſuſtentacula ollarum ad ignem poſitarum, & quidem duo fuiſſe
fulcra, intra quæ lebetes fuerunt ſuſtentati, non quidem ex ferro, ſed lapide, quo
focus erat extructus. Leuit. 11. Omne ſuper quod ceciderit cadauer illorũ immun
dum erit, tam focus quàm χυτρόποδες frangantur.

כַּר Videtur originem ducere à uerbo inuſitato כרר Et ſignificat primò locũ paſcuũ,
qui uel falce ſecatur, uel animalibus paſcendo abſcinditur. Ieſa. 30. Et depaſcet pe-
cus tuum in die illa prata ſpacioſa. Pſal. 65. Veſtiuntur prata ouibus, & ualles ope-
riuntur frumento. Et ponitur pro pabulis camelorum, uel ſtramentis defectis. Ge
neſ. 30. Sed Rachel acceperat idôla illa, & poſuerat ea in ſecta camelorũ. Et plu-
raliter כָּרִים paſcua. Pſal. 37. Precioſum pratorum. Secundo ſignificat arietẽ,
qui uel ſectus eſt, & Latinis ueruex dicitur, uel qui adultior iam eſt, & paſcua ab-
ſcindit & depaſcitur, quaſi dicas paſcualis. Ieſa. 16. Mittite arietem dominãti terræ.
ubi collectiuè ponitur. Et pluraliter כָּרִים Deut. 32. Butyro armenti, & adipe
ouium cũ adipe arietum & hircorũ. Iere. 51. Deducã eos uelut arietes, ad mactatio
nem. Dicuntur quoq; hoc nomine inſtrumẽta bellica, & machinæ quibus muri &
portæ ciuitatum diruuntur ad ſimilitudinem arietum fabricatæ, ideoq; etiam arie
tes dicuntur. Ezech. 4. Et fundes contra eam aggerẽ, & pones contra eam caſtra,
ponesq; arietes undiq; contra eam. Et cap. 21. Vt poneret arietes contra portas.

כָּרִי Nomen, quod bis ſcriptum eſt in uno capite. Et pleriq; dicunt poſitum defectiuè
pro כָּרִים ſicut Pſalm. 144. עָרֵי legitur pro עָרִים & ſignificare arietes, hoc eſt ui-
ros fortes & bellicoſos in populo, ſicut & עָרִיצִים & אֵילִים figuratè uiri dicuntur,
qui alijs fortitudine antecellũt. Sic Ionathas Chaldæus tranſtulit גִּבָּרַיָּא heroes, &
2. Paral. 23. nominantur quidam. Alij pro cohorte, ut ſit nomen collectiuum. 2. Re
gum 11. Et ſumpſit Centuriones ad Cari, id eſt, cohortem, & curſores, & introdu-
xit eos in domum Iehoua. Et mox iterum: Et ſumens Centuriones, cohortem &
curſores. Nonnulli pro Crethi & Phlethi abbreuiato nomine.

701 כּוּשׁ Proprium nomen filij Cham, à quo Æthiopia nomen ſortita eſt, quam poſſederat. Geneſ. 10. Et filij Cham, Chus, & Mitzraim. Geneſ. 2. Et nomen ſecundi fluuij Gichon, ipſe eſt, qui circuit totam terram Aethiopiæ. Inde nomen gentile כּוּשִׁי Aethiops. Ieremiæ 13. Num mutabit Aethiops pellē ſuam. Et ca. 39. Dices ad Ebedmelech Aethiopē. Et pluraliter כּוּשִׁים quos teſte Ioſepho Aſiani quoque Chuſæos, id eſt nigros, & Græcè αἰθίοπας, id eſt facie aduſtos appellāt. Amos 9. Nónne ſicut filij Aethiopū eſtis mihi filij Iſrael. Et in genere fœminino כּוּשִׁית Aethiopiſſa. Num. 12. Et loquuta eſt Miriam & Aaron cōtra Moſen propter mulierem Aethiopiſſam, quam acceperat.

702 כָּזַב Mentitus eſt. Legitur in prima coniugatione uoce actiua tantum participium præſens כֹּזֵב qđ tamē nominaliter quoq; accipi poteſt. Pſal. 116. Omnis homo mentitur, id eſt mendax eſt.

In uoce paſſiua נִכְזַב Iob 40. Ecce ſpes eius mentita eſt, id eſt fruſtrata eſt. Prou. 30. Ne arguat in te, & mendax inueniaris.

In ſecūda coniugatione כִּזֵּב Num. 23. Non eſt deus homo ut mētiatur. 2. Reg. 4. Vir dei ne mentiaris in ancillā tuā. Pſal. 76. Et lingua ſua mētient̄ illi. Ieſ. 58. Et ſicut ſcaturigo aquarū. 19. Atq; nō mētiunt̄. Ezech. 13. In mētiēdo uos populo meo.

In tertia coniugatione הִכְזִיב Iob 24. Vbi eſt, qui mendacem faciet me, id eſt arguet me mendacij.

INDE NOMINA:

כָּזָב Mendaciū. Eſt aūt mēdaciū ſpirituale & theologicū, falſa & impia opinio ſeu doctrina de deo. Pſ. 4. Quæritis mēdaciū. Pſ. 5. Perdes loquētes mendaciū. Pſ. 62. Tātum, mendaciū filij heroum. Prou. 19. Melior eſt pauper, q̄ uir mendacij. Et pluraliter כְּזָבִים Iud. 16. Et loquutus es ad me mendacia. Prouerb. 14. Et proferet mendacia teſtis falſi. Et cum affixo. Amos 2. Seduxerunt eos mendacia ſua.

אַכְזָב Mendaciū. Iere. 15. Eſſendo erit mihi tanq; mendaciū, aquæ nō certę. Mich. 1. Domus Achzib erūt in mendaciū regibus Iſrael. ibi uſus eſt propheta paronomaſia. Eſt enim אַכְזִיב nomen urbis. Ioſue 15. Et Keila & Achzib.

703 כזר Præpoſita litera aleph אַכְזָר nomen, qđ tam ſubſtantiuū quàm adiectiuū eſt, audax, ferox, immitis, ſæuus, crudelis, ἄστοργος & ἄκρατος. Iob 30. Factus eſt in crudelē mihi. & cap. 41. Nemo eſt tam audax, qui excitet eū. Deut. 32. Venenū aſpidum crudele. Thren. 4. Filia populi mei in crudelē, uelut Struthiones in deſerto. Sumit tamen ſæpenumero iod paragogicū אַכְזָרִי Prouerb. 11. Qui perturbat carnem ſuam, crudelis eſt. & cap. 17. Et nūcius crudelis mittetur in illum. Hanc phraſin imitatus Paulus Apoſtolus 2. Cor. 12. ita ſcribit: Datus eſt mihi ſtimulus p carnem, nuncius Satanæ, ut me colaphis cæderet, &c. Ieſa. 13. Ecce dies Iehoua uenie crudelis. Iere. 6. Crudelis eſt nec miſerabitur. & cap. 30. Quoniā plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudelis.

אַכְזְרִיּוּת Crudelitas. Prouerb. 27. Crudelitas eſt furor, & inundatio eſt ira, at quis ſtabit coram zelotypia.

704 כחד Significat aliquid abſconditum, ſeu ſublatum eſſe, ne uel audiatur, uel uideat̄, uel extet amplius. Et cum particula negatiua poteſt exponi uerbo abſcōdendi, cælandi: at in oratione affirmatiua uerbo ſuſtulit, ſeu excidit, ne extet eius rei aliqua ſignificatio: differtq; modo tantum ſignificandi à uerbo כָּחַשׁ Et in prima coniugatione legitur tantū in uoce paſſiua נִכְחַד Oſeæ. 5. Et Iſrael non abſconditus eſt à me. Iob 22. An non abſcō dita fuit ſubſtantia noſtra. Pſal. 139. Non abſconditum fuit os meū abs te. Pſal. 69. Et delicta mea abs te nō abſcondita ſunt. 2. Sam. 18. Omne uerbum non abſcondetur à rege. Exo. 9. Exciſus es à terra. Iob 4. Et ubi recti exciſi fuerunt.

Participiū generis fœminini נִכְחֶדֶת Zachar. 11. Et exciſiōe excidet̄. Et pluraliter נִכְחָדוֹת Zachar. 11. Quę exciſa nō uiſitabit̄. Iob 15. Et uiſitauit ciuitates exciſas.

In ſecunda coniugatione כִּחֵד 1. Sam. 3. Et non abſcondit ab eo. Pſal. 40. Nō abſcondi beneficentiam tuam à te. Ioſue 7. Ne abſcondas à me.

In tertia coniugatione חִכְחִיד Exod.23.Excidam illum.1.Reg.13.Et ad excidendum.Zachar.11.Et excidi tres paſtores.2.Paral.32. Et excidit omnem heroem. Pſal.83.Et excidamus eos de gente.

705 **כָּחַל** Colorauit rubro colore,ſeu ſtibio.Ezech.23.In cuius gratiam te lauaſti,& colòraſti oculos tuos,& apposuiſti ornatum.

INDE NOMINA:

חַכְלִיל Et cum iod paragogico חַכְלִילִי rubor,rubedo.Gen.49.Rubedo oculorum ſupra uinum,& albedo dentium ſupra lac.Eſt autem facta metatheſis literarũ & geminata litera lamed.

חַכְלִילוּת Rubor,rubedo.Prou.23.Cui rubedo oculorum:

706 **כָּחַשׁ** Congruit ſignificatione cum uerbis שָׁכַח & מָשַׁךְ כחד & ut literarum tranſpoſitione,ita modo ſolùm ſignificandi inter ſe differunt.Significat autem in prima coniugatione defectum ſeu defectionem ab aliqua re:ideoq; etiam abſolutè & cum ablatiuo conſtruitur, mediante præpoſitione à: ut Pſal.109. Genua mea nutauerunt præ ieiunio,& caro mea abnegata eſt à pinguedine,id eſt priuata ſeu deſtituta eſt.

In uoce paſſiua נִכְחַשׁ Deut.33.Et abnegati ſunt inimici tui tibi,& ſuper excelſa eorum calcabis.

In ſecũda coniugatione כִּחֵשׁ ſi abſolutè ponitur,licebit uertere negãdi, uel abnegandi,uel denegãdi uerbo.Gen.18.Et negauit Sara dicendo,nõ riſi,ſed timida erã.Leuit.19.Non furabimini,non abnegabitis,neq; falſo agetis.Prou.30.Ne forte ſatur ſtatim abnegem,& dicam,quis eſt Iehoua.Zach.13.Et non induentur pallio piloſo propter abnegare ſeu mentiri,ſeu fallere.Similiter cũ accuſatiuo tranſitiue.Habakuk 3.Denegauit fructum olea.Porrò in aliquot locis cõſtruitur cum datiuo,mediante articulo lamed, neq; cõmodius transferri poteſt,q̃ uerbo mentiendi.1.Reg.13.Mẽtitus eſt ei.Iob 31.Quia mẽtitus eſſem ipſi Deo.Pſal.66.Mentientur tibi inimici tui,id eſt fruſtrabunt̃ ſpe ſua.Similiter Pſalm.81.Oſores Iehoua mentientur illi,ſ.populo,id eſt nõ nocebũt illi,non efficient quod animo conceperant,fruſtrabuntur ſpe ſua de illo.At in illis locis,ubi poſt ſe habet prępoſitionem beth,ultra defectionem notat etiã contradictionẽ, ſicut multa alia uerba,ut ſunt חָטָא מָעַל מָרַד מָרָה סָרַר פָּשַׁע חָנַף Leuit.5.Et abnegauerit in proximum ſuum, in creditũ,aut in depoſitum. Ioſue 24.Et erit contra uos in teſtimoniũ, ne abnegetis in deum ueſtrũ. Iob 8. Et abnegauerit in te,non uidi te.Oſeæ 9.Et muſtum abnegauerit in eam.Ieſa.59.Tranſgrediendo,& abnegando in Iehoua,id eſt contra.

In quarta coniugatione הִתְכַּחֵשׁ 2.Sam.22.Filij nothi affingũt ſe mihi.quod Pſ. 18.legitur in ſecunda coniugatione:Filij nothi affingunt ſe mihi.

INDE NOMINA:

כַּחַשׁ Mendacium,abnegatio,defectio,contradictio.Oſeæ 11.Circumdederũt me cum mendacio.Nahum 1.Vę ciuitati ſanguinũ,uniuerſa illa eſt mẽdaciũ.Pſal.59.Et de maledictione,& de contradictione. In diſtinctione ſententiæ כָּחַשׁ Oſeæ 10.Comediſti fructũ mendacij. Et cum affixo præponit alteri pathah,ſeua, ut fiat uox compoſita.Iob 16.Et ſurget contra me mẽdax meus, in faciem meam reſpondet: Et pluraliter כְּחָשִׁים Oſeæ 7.Et mendacijs ſuis principes.

כֶּחָשִׁים Mendaces,defectores. Ieſaiæ 30. Quoniam populus amarus eſt, filij mendaces: Eius ſingulare כֶּחָשׁ non eſt in uſu.

707 **כִּי** Primò eſt cauſalis,ſeu rationalis,id eſt quia,quoniam.Gen.2. Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo.Exo.23.Quia nõ dimittet cũ erraueris.& ca. 34.Eat obſecro Iehoua in medio noſtri, quia populus duræ ceruicis eſt.2.Sam.18.Quaſi nos fugerimus.Pſal.51.Sana animã meã,quia deliqui tibi. Secundo ponitur ſæpe pro relatiuo אֲשֶׁר Gen.4.Poſuit mihi deus ſemẽ alterũ pro Hebel,quem interfecit eũ Kain.Exo.13.Et nõ duxit eos deus uia terræ Philiſtæorum,quæ propinqua erat.Ioſue 17.Cui currus ferri illi.Pſal.71.Os meũ recenſebit iuſtitiam tuã,& ſalua

tionum

tionum tuarum quarum non noui numeros. Prouerb. 11. Malo affligetur, qui ſpoponderit pro alieno. & cap. 20. Tolle ueſtimẽtum eius, qui ſpopondit pro alieno.

Tertio, quòd. Gen. 22. Quòd benedicendo benedicturus ſum te. 1. Samuel. 20. Quòd ſi cognoſcendo cognouero, ꝙ completa ſit malitia à patre meo. 1. Reg. 18. Hodie notũ fiet ꝙ tu es deus in Iſrael. Ieſa. 12. Celebrabo te Iehoua, ꝙ iratus fuiſti.

Quarto, eſt interdum aduerſatiua. 2. Samuelis 16. Sed quem elegit Iehoua.

Quinto, eſt nonnunquam temporis, quũ, quando, ſi. Geneſ. 4. Quando colueris terrã. Leu. 23. Quando egreſſi fueritis terrã. Deut. 7. Si dixeris in corde tuo. & cap. 4. Quando genueris filios. 2. Sam. 19. Si tu non egrederis, nõ manebit quiſꝗ tecũ. Pſal. 18. Quando præualeſcebãt mihi. Pſal. 32. Quãdo tacebã, inueteraſcebãt oſſa mea. Pſal. 142. Cum benefeceris mihi. Sexto, eſt particula exceptionis. 1. Sam. 30. Et non euaſit ex illis quiſquã, niſi quadringenti uiri, id eſt præter. Ieſa. 39. Tantummodo ſit pax & ueritas in diebus meis. Septimo, ſi inuicẽ duo in oratione ſequũtur, tũ ponũtur diſiunctiuẽ. 1. Reg. 18. Vocate uoce magna, quia deus eſt, aut colloquiũ, aut occupatio eſt illi, aut eſt iter illi. Octauo, eſt & particula negatiua. Gen. 48. Prudentificabat manus ſuas, ne Manaſſe eſſet primogenitus. Iob 36. Memẽto ne magnifacias opus eius. Ieſ. 30. Hæc eſt uia, ambulate in ea, nec dextrabitis, nec ſiniſtrabitis. & cap. 43. Neꝗ me inuocaſti Iacob, nec defatigatus es in me Iſrael. Oſeæ 5. Quia non addam amplius ut cõmiſerear domui Iſrael ne remittendo remittã eis. Nono, cum particula he הֲכִי Gen. 27. Num illi inditũ eſt nomen eius Iacob. & cap. 29. Num quia frater meus es, ſeruies mihi gratis. 2. Samuel. 9. Nunquis eſt adhuc, qui relictus eſt de domo Saul. & cap. 23. Ex tribus, nũ quis honoratior. Eſt tamen etiam quæſitiuum ſine he. Deut. 20. Num homo eſt arbor agri. Ieſa. 29. Num dicet factura factori ſuo, non fecit me. cap. 36. Et num liberauerunt Samariam de manu mea.

כִּי עַד Expletiua eſt particula. Gen. 26. Donec magnificatus eſt ualde.

כִּי אִם Gen. 32. Nõ dimittã, niſi benedixeris mihi. Valet nõnunquã idẽ qđ, quia ſi, ſed ſi. 1. Sam. 14. Quia ſi fuerit hoc in Ionathan. & cap. 20. Sed ſi cognoſcendo cognouero, ꝙ cõpleta ſit malitia à patre meo. Iere. 2. Quia ſi laueris te nitro. & cap. 37. Quia ſi percuſſiſſetis omnẽ exercitũ. Eſt tamẽ aliquoties etiã aduerſatiua. Deut. 16. Sed in loco, quem elegerit Iehoua. Pſal. 1. Sed in lege Iehoua uoluntas eius. Ieſaiæ 59. Sed iniquitates ueſtræ.

כִּי אִם Mediate poſitæ particulæ ualẽt ſi, etiã. Ieſ. 7. Si nõ credideritis, etiã nõ credemini.

כִּי אַף Quanto magis. De hoc uide in אַף.

בִּירוֹן בִּי Vide utrunꝗ in themate לְבַר.

708

כִּימָה Sidus cœleſte, quod Pleiades eſſe dicunt. Iob 9. Arcturum, Orionẽ, & pleiades, & penetralia auſtri. & cap. 38. Numquid ligabis delicias Pleiadum, aut tractiones Orionis ſolues. Amos. 5. Facientem pleiades & orionem.

כִּיס Loculus: uide in themate ſuo כִּסֵּס

709

כָּלַל Ex omi parte & in uniuerſum abſoluit, ꝑfecit, cõſummauit. Legiẽ tñ bis in prima cõiugatiõe. Cõgruit aũt ſignificatiõe cũ uerbis כּוּל כָּלָה כָּלָה אָכַל יָכֹל כָּבַל niſi ꝙ ut forma, ita modo tãtũ ſignificãdi inter ſe differãt. Ezech. 27. Ædificauerũt tui, cõſummauerũt pulchritudinẽ tuã. Et mox iterũ: Ipſi cõſummauerũt pulchritudinem tuam.

INDE NOMINA:

כָּלִיל Nomen forma maſculini generis, conſummatũ, abſolutum, perfectũ ex omni parte & in uniuerſum, q. d. uniuerſale, omnimodum, totũ, uniuerſum. Ieſaiæ 2. Et idolorum uniuerſitas immutabitur. Alij ſic legũt: Et idola in uniuerſum mutabũtur. Ezech. 16. Propter pulchritudinẽ tuã, quæ cõſummata erat. & cap. 28. Et conſummatus pulchritudine. Exod. 28. Facies ueſtem ſuperiorẽ ad Ephod totã hyacinthinã. Num. 4. Et expandent pannũ totũ hyacinthinũ ſupernẽ. Et nota ꝙ de incẽdio

ſeu incenſo multis in locis dicitur, quo ſimul omnia concremabantur. Deut. 13. Et combures ciuitatem, & omnem prædam eius combuſtione, ſcilicet totali. Iudicū 20. Et ecce aſcendet incendium ciuitatis in cœlum. ubi pro fumo incēdij ſumitur, quo conſumatio ciuitatis ſignificatur. Vtitur autem hiſtoriographus eo uocabulo, ut exprimeret uniuerſale, ſic enim Beniamitis uidebatur, incendium. Eadem ratione de ſacrificijs oblationis & holocauſti dicitur. Leuit. 6. Hic ritus erit perpetuus, ipſi Iehoua, totaliter adolebitur: omnis enim oblatio ſacerdotis totum erit, ſcilicet incenſum, nec comedetur. Deut. 33. Ponent ſuffitum naribus tuis & incēſum ſcilicet totaliter concremandum ſuper altare tuum. 1. Sam. 7. Et accepit Samuel agnum lactentem, & obtulit eum עֹלָה כָּלִיל in holocauſtū totale ipſi Iehoua. Pſal. 15. Tunc acceptabis ſacrificia iuſtitiæ עֹלָה וְכָלִיל holocauſtum & incenſum. Græci reddiderunt τιλειτώ, id eſt conſumandum, conſumationem. Puto autem eſſe diſcrimen inter כָּלִיל & עֹלָה quod illud tantū animaliū ſacrificijs, כָּלִיל etiā de מִנְחָה id eſt farina, pane, oleo, ſale, dicatur, & quòd totum concremaretur, nec ſacerdoti, neq; offerenti, quicquam inde ceſſerit: at עֹלָה non totum cremabatur, ſed pars lege definita, reliquum uero partim ſacerdoti, partim offerenti cederet. In genere fœminino כְּלִילָה Threnor. 2. Conſumata pulchritudine.

**מִכְלָל** Conſumatio, uniuerſitas. Pſal. 50. Ex Zion uniuerſitas pulchritudinis.

**מִכְלוֹל** Ezech. 23. Indutis uniuerſitate, id eſt omni ornatuū genere. Et pluraliter מַכְלֻלִים Ezech. 27. Negotiatores tui in uniuerſitatibus, id eſt omni genere mercium.

**כַּלָּה** Perinde Hebræis anceps eſt, ut Græcis νύμφη: nam ſi ad maritum referas, ſpōſam ſonat, ſi uero ad parentes ſponſi, nurum ſignificat: dicitur autē Hebræis, uel ſponſa, uel noua nupta, ſeu nurus, ab omnimoda pulchritudine & ornatu, quo tum præ cæteris decorant, & pręſtant & amantur. Exempla ubi pro ſponſa ponitur. Ieſa. 62. Et gaudium ſponſi ſuper ſpōſa. Iere. 2. Nū obliuiſcetur uirgo ornatus ſui, & ſponſa monilium ſuorum. Exempla ubi pro nuru ponitur. Gene. 11. Et Sarai nurū ſuam, uxorem Abram. & cap. 38. Meretricata eſt Thamar nurus tua. Leuit. 18. Nuditatem nurus tuæ non reuelabis.

**כְּלוּלֹת** Conſumationes, uniuerſitates, ſcilicet pulchritudinis & ornatus, quas puellę habent eo maxime tempore, quo ſponſæ ſunt: tum enim in ſponſi gratiam aut proci ornare ſeſe ſolent, ut placeant illis. Iere. 2. Amore pulchritudinis tuæ, & deſponſationis tuæ, quando conſumatiſſima, & amabiliſſima.

**כֹּל** Signum uniuerſale, quo rerum ſumma ſignificatur, id eſt omne, totum: punctatur cū holem uel cametz. Exo. 13. Sanctifica mihi omne primogenitū. Pſal. 1. Et omne quod faciet, proſperum erit. Eſt autem hoc adnotandū, quòd hæc uox nō ſemper pro ſingulis generum, ſed etiam diſtributiuè pro generibus ſingulorum uſurpetur. ut Gene. 41. Et omnis terra uenerunt in Ægyptum. & cap. 24. Omnia bona domini in manu eius. 2. Sam. 17. Ingreſſus eſt Abſolom ad cōcubinas patris ſui in cōſpectu omnis Iſrael. Et mox iterū: Et dixit Abſolom, & omnis uir Iſrael, bonū eſt conſilium Huſai. Pſal. 117. Omnes Gentes circumdederunt me. Ieſa. 2. Et cōfluent ad eum omnes Gentes, id eſt multæ Gentes, ex omnibus gētibus aliquot. In ſtatu affixorum mutat holem in kybutz, lamed litera daggeſſata, unde ceu certiſſimo ſigno deprehenditur à geminato כָּלַל eſſe deriuatum. Gen. 13. Et uidit omnē orbem Iordanis, quod totus ipſe eſſet irriguus. Ieſa. 15. Totus ipſe ululabit. 1. Reg. 22.

**כֻּלָּא** Audite populi uniuerſi ipſi. Gen. 42. Aduerſus me fuerunt omnia iſta.

**כָּלָה** Cum aleph paragogico. Ezech. 36. Et contra Ædom uniuerſum.

Idem Hebręis ualet quod Græcis παντως omnino, conſumatè, aduerbialiter. 1. Samuel. 3. Et ſuper domū eius initialiter & conſumate, ſeu omnino. 2. Reg. 13. Et percuties Syrum עַד כַּלֵּה omnino, conſumate. Et paulò pòſt iterum: Tunc percuſſiſſes Syrum omnino, ſeu totaliter. Pſalm. 74. Quare amoues manum tuam, & dextram tuam è medio ſinus tui omnino. Sic quoq; uſus eſt Chriſtus, & Lucas uertit Græcè παντως cap. 4. Omnino dicetis mihi, Medice cura teipſum, &c.

710

**כָּלָא** Omnino cohercuit, cohibuit, prohibuit, concluſit. Reperimus tamen literam

aleph

aleph ſæpe commutatam in he aut abiectam, inſtar he. Congruit ſignificatione cum uerbis כָּלַל כָּלֹה כּוֹל אָבַל יָכַל גָּבַל & גָּלָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Num. 11. Mi ſuſtentator Moſe prohibe eos. Pſal. 40. Ecce labia mea non prohibebo. Et mox iterum: Non prohibeas miſerationes tuas à me. Iere. 32. Quem cōcluſerat eum. Haggæi 1. Terra prohibuit germen ſuum. Et in ſequentibus locis uenit cum he. Gen. 23. Vir ſepulchrum ſuum non prohibebit abs te. 1. Sam. 6. Et filios eorum concluſerunt in domo. & cap. 25. Quæ prohibuiſti me hodie. Pſal. 119. Ab omni ſemita mala prohibui pedes meos. ubi licet ſcriptum ſit aleph, tamen habet hirik præcedens ac ſi eſſet he.

Participium præteritum כָּלוּא Ierem. 32. Et Ieremias propheta fuit concluſus in atrio cuſtodiæ. Pſal. 88. Concluſus ut non egrediar.

In uoce paſſiua legitur cum aleph. Geneſis 18. Et prohibita eſt pluuia è cœlo. Exod. 36. Et prohibitus eſt populus, ne afferret. Ezechielis 31. Et prohibitæ ſunt aquæ multæ.

INDE NOMINA:

כִּילַי Parcus, qui prohibet facultates ſuas ab alijs ne eroget. Ieſaiæ 32. Nō uocabitur amplius ſtultus, princeps, nec parco dicetur munificus. & paulo poſt legitur כֵּלַי Et auari uaſa eius ſunt mala.

כֶּלֶא Cella, carcer, clauſtrū. 1. Reg. 22. Ponite hunc in domū carceris. 2. Regū 25. Et mutauit ueſtimēta carceris eius. Et pluraliter כְּלָאִים Ieſa. 42. Et in domibus carcerū.

כְּלוּל Carcer. Iere. 52. Et eduxit eum de domo carceris.

מִכְלָה Caula, in qua cōcluduntur pecudes. Habakuk 3. Abſciſſum eſt à caula pecus. Et pluraliter מִכְלָאוֹת Pſal. 50. Non accipiam de domo tua iuuencum, neque de caulis tuis hircos. Pſal. 78. Et tulit eum de caulis ouium.

כִּלְאַיִם Nomen dualis numeri, duarum rerum diuerſarum mixtura prohibita, diuerſæ mixturę, duo prohibita heterogenia. Leuit. 19. Animal tuū nō coire facies diuerſemixturæ, nec agrum tuū ſeminabis diuerſemixtura, nec ueſtis diuerſemixtura aſcendet ſuper te. Deut. 22. Non ſeminabis uineam tuam diuerſemixtura, ſeu duo prohibitis. Et Paulus apoſtolus huc reſpiciens 2. Corinth. 6. ſcribit: Ne iungamini eodem iugo cum infidelibus.

711

## כֶּלֶב

Canis, à uilitate & contemptu, habetq́ affinitatem ſignificatione cum nomine כֶּבֶל Exo. 11. Et ad omnem Iſrael nō ſtringet canis linguam ſuam Deut. 23. Non adferes mercedem meretricis, aut precium canis in domum Iehoua. Iud. 7. Qui tinxerit lingua ſua de aqua, ſicut tingit canis. Pſal. 59. Intrabunt ut canis. Prouerb. 26. Sicut canis reuertitur ad uomitū ſuum. In diſtinctione ſententiæ כָּלֶב Prou. 26. Apprehendit aures canis. Et pluraliter כְּלָבִים 1. Reg. 14. Comedent eum canes. & cap. 22. Et linxerunt canes ſanguinem eius. Ieſa. 56. Omnes illi ſunt canes muti. Pſal. 22. Circumdederūt me canes. Et in ſtatu regiminis כַּלְבֵי Iob 30. Ponere cum canibus patris ouium mearum. Et cum affixo nihil uariat in primis punctis à ſtatu abſoluto. Pſal. 68. Et lingua canum tuorum.

כְּלוּב Cors, cauea, uel à fotaminibus ut communicet cum כֶּבֶל, uel à uilitate. Iere. 5. Sicut cors plena eſt auibus, ſic domus ipſorum plenæ ſunt impoſtura. Amos 8. Et ecce corbis æſtiuarum.

כָּלֵב Nomen proprium uiri, qui cum Ioſua ingreſſus eſt terram promiſſam. Deinde eſt nomen Regionis, cuius fit mentio 1. Sam. 30. Vnde כָּלִבִּי, Calibita, aliquis ex illa regione 1. Samuelis 25.

712

## כָּלָה

Omnino ceſſauit, defecit, abſolutum, conſummatum, determinatū, finitum eſt, finem habuit. In prima coniugatione neutrum & intranſitiuū. Congruit autem ſignificatione cum uerbis כָּלַל כָּלָא כּוֹל אָבַל יָכַל גָּבַל גָּלָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe uarient. Pſ. 73. Cōſumpta eſt caro mea. Ieſ. 32. Quādo conſumata fuerit uindemia. Pſalm. 90. Quia conſumpti ſumus in ira tua. 1. Samuelis 20. Quia conſumatū malum ab illo. Eſther 7. Quoniā uidit ꝙ cōſummatū eſſet cōtra ſe malum à rege. Pſal. 119. Conſumpti oculi mei ad eloquiū tuum. Iere. 14. Conſum

ſeu incenſo multis in locis dicitur, quo ſimul omnia concremabantur. Deut. 13. Et combures ciuitatem, & omnem prædam eius combuſtione, ſcilicet totali. Iudicū 20. Et ecce aſcendet incendium ciuitatis in cœlum. ubi pro fumo incēdij ſumitur, quo conſumatio ciuitatis ſignificatur. Vtitur autem hiſtoriographus eo uocabulo, ut exprimeret uniuerſale, ſic enim Beniamitis uidebatur, incendium. Eadem ratione de ſacrificijs oblationis & holocauſti dicitur. Leuit. 6. Hic ritus erit perpetuus, ipſi Iehoua, totaliter adolebitur: omnis enim oblatio ſacerdotis totum erit, ſcilicet incenſum, nec comedetur. Deut. 33. Ponent ſuffitum naribus tuis & incēſum ſcilicet totaliter concremandum ſuper altare tuum. 1. Sam. 7. Et accepit Samuel agnum lactentem, & obtulit eum עֹלָה כָּלִיל in holocauſtū totale ipſi Iehoua. Pſal. 15. Tunc acceptabis ſacrificia iuſtitiæ עֹלָה וְכָלִיל holocauſtum & incenſum. Græci reddiderunt τελειωτὴν, id eſt conſumandum, conſumationem. Puto autem eſſe diſcrimen inter כָּלִיל & עֹלָה quod illud tantū animaliū ſacrificijs, כָּלִיל etiā de מִנְחָה id eſt farina, pane, oleo, ſale, dicatur, & quòd totum concremaretur, nec ſacerdoti, neq; offerenti, quicquam inde ceſſerit: at עֹלָה non totum cremabatur, ſed pars lege definita, reliquum uero partim ſacerdoti, partim offerenti cederet. In genere fœminino כְּלִילַת Threnor. 2. Conſumata pulchritudine.

מִכְלָל Conſumatio, uniuerſitas. Pſal. 50. Ex Zion uniuerſitas pulchritudinis.

מִכְלוֹל Ezech. 23. Indutis uniuerſitate, id eſt omni ornatuū genere. Et pluraliter מַכְלֻלִים Ezech. 27. Negotiatores tui in uniuerſitatibus, id eſt omni genere mercium.

כַּלָּה Perinde Hebræis anceps eſt, ut Græcis νύμφη: nam ſi ad maritum referas, ſpōſam ſonat, ſi uero ad parentes ſponſi, nurum ſignificat: dicitur autē Hebræis, uel ſponſa, uel noua nupta, ſeu nurus, ab omnimoda pulchritudine & ornatu, quo tum præ cæteris decorant, & pręſtant & amantur. Exempla ubi pro ſponſa ponitur. Ieſa. 62. Et gaudium ſponſi ſuper ſpōſa. Iere. 2. Nū obliuiſcetur uirgo ornatus ſui, & ſponſa monilium ſuorum. Exempla ubi pro nuru ponitur. Gene. 11. Et Sarai nurū ſuam, uxorem Abram. & cap. 38. Meretricata eſt Thamar nurus tua. Leuit. 18. Nuditatem nurus tuæ non reuelabis.

כְּלוּלֹת Conſumationes, uniuerſitates, ſcilicet pulchritudinis & ornatus, quas puellę habent eo maxime tempore, quo ſponſæ ſunt: tum enim in ſponſi gratiam aut proci ornare ſeſe ſolent, ut placeant illis. Iere. 2. Amore pulchritudinis tuæ, & deſponſationis tuæ, quando conſumatiſſima, & amabiliſſima.

כֹּל Signum uniuerſale, quo rerum ſumma ſignificatur, id eſt omne, totum: punctatur cū holem uel cametz. Exo. 13. Sanctifica mihi omne primogenitū. Pſal. 1. Et omne quod faciet, proſperum erit. Eſt autem hoc adnotandū, quòd hæc uox nō ſemper pro ſingulis generum, ſed etiam diſtributiuè pro generibus ſingulorum uſurpetur. ut Gene. 41. Et omnis terra uenerunt in Ægyptum. & cap. 24. Omnia bona domini in manu eius. 2. Sam. 17. Ingreſſus eſt Abſolom ad cōcubinas patris ſui in cōſpectu omnis Iſrael. Et mox iterū: Et dixit Abſolom, & omnis uir Iſrael, bonū eſt conſilium Huſai. Pſal. 117. Omnes Gentes circumdederunt me. Ieſa. 2. Et cōfluent ad eum omnes Gentes, id eſt multæ Gentes, ex omnibus gēnbus aliquot. In ſtatu affixorum mutat holem in kybutz, lamed litera daggeſſata, unde ceu certiſſimo ſigno deprehenditur à geminato כָּלַל eſſe deriuatum. Gen. 13. Et uidit omnē orbem Iordanis, quod totus ipſe eſſet irriguus. Ieſa. 15. Totus ipſe ululabit. 1. Reg. 22.

כֻּלּוֹ Audite populi uniuerſi ipſi. Gen. 42. Aduerſus me fuerunt omnia iſta.

כֻּלֹּה Cum aleph paragogico. Ezech. 36. Et contra Ædom uniuerſum.

כָּלָה Idem Hebręis ualet quod Græcis πάντως omnino, conſumatè, aduerbialiter. 1. Samuel. 3. Et ſuper domū eius initialiter & conſumate, ſeu omnino. 2. Reg. 13. Et percuties Syrum עַד־כַּלֵּה omnino, conſumate. Et paulò pòſt iterum: Tunc percuſſiſſes Syrum omnino, ſeu totaliter. Pſalm. 74. Quare amoues manum tuam, & dextram tuam è medio ſinus tui omnino. Sic quoq; uſus eſt Christus, & Lucas uertit Græcè πάντως cap. 4. Omnino dicetis mihi, Medice cura teipſum, &c.

710

כלא Omnino cohercuit, cohibuit, prohibuit, concluſit. Reperimus tamen literam aleph

aleph ſæpe commutatam in he aut abiectam, inſtar he. Congruit ſignificatione cum uerbis כָּלַח & כָּבַל יָכֹל אָבַל בּוֹל כָּלָה כָּלַל niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Num. 11. Mi ſuſtentator Moſe prohibe eos. Pſal. 40. Ecce labia mea non prohibebo. Et mox iterum: Non prohibeas miſerationes tuas à me. Iere. 32. Quem cōcluſerat cum. Haggæi 1. Terra prohibuit germen ſuum. Et in ſequentibus locis uenit cum he. Gen. 23. Vir ſepulchrum ſuum non prohibebit abs te. 1. Sam. 6. Et filios eorum concluſerunt in domo. & cap. 25. Quæ prohibuiſti me hodie. Pſal. 119. Ab omni ſemita mala prohibui pedes meos. ubi licet ſcriptum ſit aleph, tamen habet hirik præcedens ac ſi eſſet he.

Participium præteritum כָּלוּא Ierem. 32. Et Ieremias propheta fuit concluſus in atrio cuſtodiæ. Pſal. 88. Concluſus ut non egrediar.

In uoce paſſiua legitur cum aleph. Geneſis 18. Et prohibita eſt pluuia è cœlo. Exod. 36. Et prohibitus eſt populus, ne afferret. Ezechielis 31. Et prohibitæ ſunt aquæ multæ.

INDE NOMINA:

כִּילַי Parcus, qui prohibet facultates ſuas ab alijs ne eroget. Ieſaiæ 32. Nō uocabitur amplius ſtultus, princeps, nec parco dicetur munificus. & paulo poſt legitur כֵּלַי Et auari uaſa eius ſunt mala.

כֶּלֶא Cella, carcer, clauſtrū. 1. Reg. 22. Ponite hunc in domū carceris. 2. Regū 25. Et mutauit ueſtimēta carceris eius. Et pluraliter כְּלָאִים Ieſa. 42. Et in domibus carcerū.

כְּלוּל Carcer. Iere. 52. Et eduxit eum de domo carceris.

מִכְלָה Caula, in qua cōcluduntur pecudes. Habakuk 3. Abſciſſum eſt à caula pecus. Et pluraliter מִכְלָאוֹת Pſal. 50. Non accipiam de domo tua iuuencum, neque de caulis tuis hircos. Pſal. 78. Et tulit eum de caulis ouium.

כִּלְאַיִם Nomen dualis numeri, duarum rerum diuerſarum mixtura prohibita, diuerſæ mixturę, duo prohibita heterogenia. Leuit. 19. Animal tuū nō coire facies diuerſemixturæ, nec agrum tuū ſeminabis diuerſemixtura, nec ueſtis diuerſemixtura aſcendet ſuper te. Deut. 22. Non ſeminabis uineam tuam diuerſemixtura, ſeu duo prohibitis. Et Paulus apoſtolus huc reſpiciens 2. Corinth. 6. ſcribit: Ne iungamini eodem iugo cum infidelibus.

711 כֶּלֶב Canis, à uilitate & contemptu, habetq́ affinitatem ſignificatione cum nomine כֶּבֶל Exo. 11. Et ad omnem Iſrael nō ſtringet canis linguam ſuam Deut. 23. Non adferes mercedem meretricis, aut precium canis in domum Iehoua. Iud. 7. Qui tinxerit lingua ſua de aqua, ſicut tingit canis. Pſal. 59. Intrabunt ut canis. Prouerb. 26. Sicut canis reuertitur ad uomitū ſuum. In diſtinctione ſententiæ כָּלֶב Prou. 26. Apprehendit aures canis. Et pluraliter כְּלָבִים 1. Reg. 14. Comedent eum canes. & cap. 22. Et linxerunt canes ſanguinem eius. Ieſa. 56. Omnes illi ſunt canes muti. Pſal. 22. Circumdederūt me canes. Et in ſtatu regiminis כַּלְבֵי Iob 30. Ponere cum canibus patris ouium mearum. Et cum affixo nihil uariat in primis punctis à ſtatu abſoluto. Pſal. 68. Et lingua canum tuorum.

כְּלוּב Cors, cauea, uel à foraminibus ut communicet cum כָּבַל, uel à uilitate. Iere. 5. Sicut cors plena eſt auibus, ſic domus ipſorum plenæ ſunt impoſtura. Amos 8. Et ecce corbis æſtiuarum.

כָּלֵב Nomen proprium uiri, qui cum Ioſua ingreſſus eſt terram promiſſam. Deinde eſt nomen Regionis, cuius fit mentio 1. Sam. 30. Vnde כָּלִבִּי, Calibita, aliquis ex illa regione 1. Samuelis 25.

712 כָּלָה Omnino ceſſauit, defecit, abſolutum, conſummatum, determinatū, finitum eſt, finem habuit. In prima coniugatione neutrum & intranſitiuū. Congruit autem ſignificatione cum uerbis כָּלַח כָּבַל אָבַל יָכֹל בּוֹל כָּלָא כָּלַל niſi quòd ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe uarient. Pſ. 73. Cōſumpta eſt caro mea. Ieſ. 32. Quādo conſumata fuerit uindemia. Pſalm. 90. Quia conſumpti ſumus in ira tua. 1. Samuelis 20. Quia conſumatū malum ab illo. Eſther 7. Quoniā uidit ꝙ cōſummatū eſſet cōtra ſe malum à rege. Pſal. 119. Conſumpti oculi mei ad eloquiū tuum. Iere. 14. Conſum

pti oculi eorum,ſcilicet præ deſiderio.
In ſecunda coniugatione כִּלָּה fit tranſitiuum, & ſignificat rem aliquam,uel cõſummare,ut integra & ex omni parte perfecta exiſtat:uel eam omnino conſumere & perdere,ut amplius non exiſtat. In primo modo. Gen. 2. Et conſummauit deus die ſeptima opus ſuũ.Exod.5.Conſummate operas ueſtras.1. Reg 3. Donec cõſummauit ipſe ædificare domum ſuam.1.Reg.6.Et cõſummauit domum. Prouerb.16.Conſummauit malum.2.Sam.13.Et conſummauit Dauid,id eſt, omnino decreuit egredi ad Abſolom, quia conſolatus erat ſuper Amnon, quòd mortuus eſſet.ubi ponitur tertia perſona generis fœminini,quam aliqui ad animam Dauidis referunt:ut ſit ſententia,Et conſummauit ſcilicet anima Dauidis. Alij referunt ad matrem Abſolonis,cuius inſtinctu Dauid ſit egreſſus ad filium,& iſti ſic legũt: Et perſuaſit mater Abſolonis Dauidem,ut egrederetur. Ego uero puto data opera Dauidi tanquam nũc emollito,& quodammodo effœminatiore facto (ad maternum nimirum erga liberos ſuos affectum alludẽs)tribuiſſe,ut ſit ſenſus:Et maternus affectus tetigit Dauidem omnino, ut egrederetur: quia dedoluerat mortẽ Amnon,&c. In altero modo ſignificandi. Gen. 41. Et conſumet fames terram. Deuter.7. Non poteris conſumere eos cito.Pſal.18.Et non conuertar donec conſumam eos.Iob 21.Oculos uiduæ non permiſi conſumi, ſcilicet ſuſpiciendo auxilium meum,id eſt feci eam ſtatim uoti & deſiderij compotem.
In uoce paſſiua כֻּלָּה Gen.2.Et cõſummati ſunt cœli & terra,& omnis exercitus eorum.Pſal.72.Conſummatæ ſunt orationes Dauidis filij Iſai.

INDE NOMINA:

כָּלָה Conſummatio,& conſumptio,perinde ut Gręcis τέλος nunc conſummationem, nunc conſumptionem ſonat,ſicut ſupra quoq; in ſecũda coniugatione exemplis demonſtratus eſt uterq; modus ſignificandi.Gen.18.Videbo an iuxta clamorem, qui uenit ad me cõſummationem fecerint.Sic uſus eſt quoq; Paulus apoſtolus, & uertit τέλος Rom.10.Nam finis legis Chriſtus,id eſt,conſummatio & perfectio.
In altero ſignificandi modo,ubi pro conſumptione uſurpatur.Ieſa.10. Conſumptionem, & exciſionem Suſtentator Iehoua exercituũ faciet in medio totius terræ.& cap.28.Conſumptionem & exciſionem audiui.Dan.9.Et aduſq; cõſumptionem & exciſionem.Ezech.11.Conſumptionem tu facis.Iere. 4. Conſumptionem non faciam. Zoph.1. Conſumptionem & quidem præcipitem faciet. Et pluraliter כָּלוֹת Deut.28.Oculi tui uidentes,& conſumptiones ad te.

כִּלָּיוֹן Conſumptio.Deut.28.Conſumptio oculorum.Ieſa. 10. Conſumptio deciſa inundare faciet iuſtitiam.

תִּכְלָה Vniuerſitas,uniuerſalitas,ſcilicet omnium rerum.Pſal.119.Totius uniuerſi uidi finem,at latum mandatum tuum ualde.

תַּכְלִית Conſummatio,perfectio.Pſal.139.Conſummatione odij odio habui illos. Iob 28. Et omnis uniuerſitatis ipſe inueſtigator.

כְּלִי Nomen quod in ſtatu regiminis(nam ſingulariter affixa nõ aſſumit)ſægol mutat in ſeua כְּלִי Et generaliter omne uas,uel inſtrumentum,uel ſupellectilem,uel utenſile cõplectitur,quicquid in uſum hominis paratur & conſummatur, perficiturq;. Leu.13.In omni uaſe pellis.& cap.15.Super omni uaſe in quo ſederit. 1.Reg.6. Omne uas ferri non eſt auditũ,id eſt inſtrumentũ.Deut.22.Non ſit uas uiri ſuper mulierem.1.Reg.17.Vas paſtoris.2.Reg.4.Vas muſicæ.Pſ.2. Sicut uas figuli cõfringes eos.Pſ.17.In uaſe Nebel.Ieſ.54.Omne uas,qđ fictũ eſt. Et pluraliter forma maſculina כֵּלִים Exod.30.Et fecit uaſa ſuper menſa.1. Sam. 6. Accipietis arcã Iehoua, & ponetis illam ſuper plauſtrum, & uaſa aurea, quæ retribuiſtis ei pro oblatione errati.ubi pro anis,& muribus ex auro fabrefactis ponit̃,quę Philiſtæos ceu ſymbola arcæ Domini in ſuam ipſorum ignominiam addere oportebat. Ieſaiæ 61. Et ſicut ſponſa adornabit uaſa ſua. Et Apoſtolos in nouo Teſtamẽto hac uoce ſimiliter uſos eſſe paſſim legimus. Sic Actorum 9.Paulus uas electionis dicitur, id eſt, organum,ſeu inſtrumentũ.Et Actor.10. Vidit Petrus cœlum apertum, & deſcendens

dens ad ſe uas quoddam linteum. Item Paulus Rom. 6. dicit: Ne accommodetis membra ueſtra, arma iniuſtitiæ, peccato, ſed arma iuſtitiæ Deo, id eſt inſtrumenta. Et tametſi differentiam faciant inter uas excipiendo liquori paratum, & inter uas quodcunq; ad uſum domeſticum pertinēs, Liquoris capax uas ἀγγεῖον appellent, ſed quod ad domeſticum uſum pertinet, id propriè σκεῦος dicant, tamen utrunq; Hebræi communi hoc uocabulo uocant. Et quidem latinis uetuſtioribus quoq; omnis ſupellex uaſa dicebatur, perinde ut Hebræis. Et pluraliter forma fœminea כְּלָיוֹת renes, uaſa ſeminaria, inſtrumenta ad liberorū procreationē parata. Leuitic. 3. Et duos renes. Et mox iterum: Et reticulum iecinoris cum renibus. Transſumitur autem non raro pro cupiditatibus ſeu affectibus carnalibus, eò quòd ſedes ſint affectuum. Pſal. 7. Probans corda & renes Deus. Iere. 11. Probans renes & cor. Deinde etiam tritico optimo & pinguiſſimo, eadem ratione, qua adeps illi attribuitur. Deut. 32. Cum adipe renum tritici, &c.

מְכָלוֹת Vaſa. 2. Paralip. 4. Vaſa auri.

713

בֶּלַח Senectus: & congruere arbitror ſignificatione cum לֵחַ & בָּרַח quia ea ætas frigida eſt & ſicca, & continuo allambat. Iob 5. Ingredieris in ſenectute in ſepulchrum. Et in diſtinctione ſententiæ בֶּלַח Iob 30. De quibus ablata erat ſenectus.

714

בלם Legitur in prima coniugatione tantum in uoce paſſiua נִכְלַם & ſignificat ignominia affectus eſt: & opponitur uerbo נִכְבַּד honoratus ſeu glorificatus eſt. Iere. 31. Pudefactus ſum, & ignominia affectus ſum. Ieſa. 45. Pudefacti ſunt, & ignominia affecti ſunt. Et mox iterum: Neq; ignominia afficiemini.

Participium נִכְלָם Pſal. 74. Ne auertatur cōtritus, ignominia affectus. Et pluraliter נִכְלָמִים 2. Sam. 10. Quia erant uiri ignominia affecti.

In tertia cōiugatione הִכְלִים 1. Sam. 20. Quia ignominia affecerat eū pater ſuus. Et ibidem iterum, ſed in prima cum ſegol: Et ignominia affecimus eos. Prouer. 28. Ignominia afficiet patrem ſuum. Iere. 6. Etiam ignominia afficere neſcierūt. Prou. 25. Cum ignominia affecerit te amicus tuus.

Participium præſens מַכְלִים Iudic. 18. Et non erat ignominia afficiens. Iob 11. Et ſubſannaſti, & non fuit ignominia afficiens.

In uoce paſſiua הָכְלַם Iere. 14. Pudefacti ſunt, & ignominia affecti ſunt. 1. Sam. 25. Et non ignominia affecti ſumus.

INDE NOMEN,

כְּלִמָּה Ignominia: & opponitur gloriæ, honori, famæ, celebritati nominis & honeſtati. Pſal. 4. Filij Viri uſq; quo gloria mea in ignominia. Pſalm. 69. Operuit ignominia faciem meam. Ieſa. 30. Et protectio in umbra Ægypti in ignominiam. In ſtatu regiminis כְּלִמַּת Ezech. 35. Non ferent ultra ignominiam gentium. In ſtatu affixorum כְּלִמָּתִי Pſal. 44. Quotidie ignominia mea coram me eſt. Ezech. 32. Et portauerunt ignominiam ſuam. Ierem. 3. Et operiet eos ignominia noſtra. Et pluraliter כְּלִמּוֹת Iere. 23. Et ignominias æternitatis, quarum non obliuio erit. Mich. 2. Et non apprehendet ignominia multa.

כֵּלַף Bipennis: quære in themate ſuo כָּלַף.

715

בָּמָה Totus, ſeu totalis fuit, tantus fuit, quantus eſt. Pſal. 63. Tota fuit tibi caro mea, id eſt, tota & quanta eſt caro mea, eſt tua.

INDE NOMINA:

כַּמָּה Quot, quoties, quantus. Iob 21. Quoties lucerna improborum extinguetur. Pſal. 78. Quoties exacerbauerunt eum in deſerto. Pſal. 119. Quot ſunt dies ſerui tui: uel, quanti ſunt dies ſerui tui.

כַּמּוּת In libris Rabinorum accipitur pro quātitate, ſeu magnitudine. Similiter etiam Logici uocant prędicamentum quantitatis hoc nomine.

716

במז Legitur in forma כּוּמָז & eſt ornamēti genus: alij ſubligaculum, alij fœmorale, alij murenulam, alij brachiale interpretati ſunt. Arbitror uocem eſſe peregrinā. Exod.

717 Exod.35.Annulum & brachiale.Num.31.Rotulam & brachiale.

כמן Cimminum. Ieſ.28. Nec rota plauſtri ſuper cimminum circumagitur,ſed baculo excutitur uitia,& Cimminum uirga.

718 כמס Abſconſionem ſignificat. Legitur ex iſto uerbo tantum participium præteritum, ſeu nomen participiale כָּמֻס Deut.32. Nónne hoc abſconditum eſt apud me,obſignatum in theſauris meis.

719 כמר Legitur tantum in uoce paſſiua נִכְמַר & ſignificat affici,accēdi,exardeſcere erga aliquem. Gen.33. Et accelerauit Ioſeph, quia accenſa ſunt uiſcera eius erga fratres ſuos.1.Reg.3. Quoniam aduſta erant uiſcera eius erga filium ſuū. Thre.4. Cutis noſtra ſicut clibano accenſæ ſunt:uel ſic, Sicut in clibano aduſta eſt propter aduſtionem famis.Oſeæ 11.Accenſa ſunt uiſcera mea.

INDE NOMINA:

כְּמָרִים Miniſtri ſacerdotum, æditui,ab incenſione thuris, & precibus, quas pro populo faciebant.Aliqui uolunt dictos ab atro ueſtitu, quem geſtabant, alij quòd eſſent incluſi quaſi monachi in monaſterijs,uel à ſtigmatibus quæ in facie & corpore ipſorum inuſta erāt, uel ab ardore deuotionis,quo erant accenſi in ſacris ſuis peragendis.2.Reg.23.Et ceſſare facit Camarim,quos cōſtituerāt reges Iehuda,ut adolerent in Excelſis. Zoph.1.Et excindam de loco iſto reliquias Baal,nomen Camarim cum ſacerdotibus. Et cum affixis. Oſeæ 10. Propter uitulas Bethauen metuunt habitatores Samariæ,luget ſuper eas populus eius,& Camarim eius,qui ſuper illis exultauerunt.

מִכְמָר Rete,uerriculum,eò quòd piſces trahat & complectatur. Ieſa.51. Sicut bos ſylueſtris in reti. Legitur etiam plurale cum affixo, mutato hirik in pathah, & cametz in holem.Pſal.141.Cadent in retia ſua improbi ſimul.

מִכְמֹרֶת Rete.Ieſaiæ 19.Qui expandit rete ſuper faciem aquarum,exciſi ſunt. Et cum affixo.Habakuk 1.Et congregauit illud in rete ſuum. Et mox iterum: Ideo ſuffitum faciet reti ſuo.

720 כמוש Deus ſeu idôlum Moabitarum:ut ex Num.21.item 1.Reg.11.& 2.Reg.23.& Iere.28. conſtat.Eſt autem κῶμος Grēcis,Deus temulentiæ,& eodē nomine uocatur conuiuiū procacius,& iuuenile, quin & cantiones & ſaltationes laſciuæ κῶμοι dicuntur: unde & Comœdia dicta eſt, & κωμάζειν dicuntur, qui coronati & bene poti in alienū conuiuium irruebant non ſine tibicine. Et Paulus Apoſtolus hoc nomine utitur Ro.13. Non in comeſſationibus. alludens ad illum morem comeſſantium.Et arbitror Grēcum inde traxiſſe à deo illo Moabitarum hāc uocem. Et illic deus haud dubie Bachus fuit.

721 כנה Verbum ſecundæ coniugationis,cognominauit, denominauit honoris cauſa, tribuit titulum honoris,inſigniuit aliquo cognomine à perſona inſigni, ſeu re aliqua præclarè geſta cōparato,quo certificatur & uere cognoſcitur, & diſcernitur ab alijs. Et congruit ſignificatione cum uerbis בָּחַן & כָּנָה צִין niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Ieſ.44. Et in nomine Iſrael ſe cognominabit.& cap.45. Vocabā tibi nomine tuo,cognominabam te,quando me non cognoſceres.Iob 32.Neſcio quur digner cognomine.

INDE NOMEN,

כְּנָוֹת Cognominationes dignitatis,ſeu officij, ſeu generis. Eſdræ 4. Et reliquæ cognominationes eius.

כִּנּוּי Grammatici Hebræorum partem orationis,quam Latini pronomen,uocan thac uoce,id eſt cognominatio,præſertim uero pronomina affixa.

722 כנס Collegit, collegit ad ſe, contraxit, conſtrinxit. Congruit autem ſignificatione cum כמס & שָׁכַן סָבַב כָּסָה niſi quòd ut forma & literarum trāſpoſitione, ita modo ſignificandi inter ſe parum uarient.Eccleſ.2.Collegi mihi argentum & aurum. Eſther 4. Vade,collige omnes Iudæos. Eccl.3. Et tempus colligendi lapides. ubi opponitur uerbo שָׁלַךְ 1.Paral.22.Ad colligendum peregrinos.

Parti-

Participium præſens כֹּנֵס Pſal.33.Colligens quaſi aceruum aquas maris.

In ſecunda coniugatione כִּנֵּס Ezech.22.Et colligam uos.& cap.39.Et colligam eos ſuper terram eorum.Pſal.147.Expulſos Iſrael colliget.

In quarta coniugatione הִתְכַּנֵּס Ieſa. 28. Et opertorium anguſtum eſt ſecundum colligere ſe,id eſt,quàm ut ſe colligant ſeu colligere poſſint.

INDE NOMINA:

מִכְנְסֵי Colligamenta,ligacula,colligacula,ſubligacula,conſtrictoria ſubligacula:& hoc nominant Hebræi fœmoralia, brůchgürtel. Exod.28.& Leuit.6.Et fac eis ſubligacula lini.Ezech.44.Et ſubligacula lini erunt ſuper lumbis eorum.

נְכָסִים Collectæ:ſed de hoc in loco ſuo.

נֶכֶס Tranſpoſitione literarum,cuius plurale נְכָסִים in uſu eſt,& ſignificat collectas, id eſt,res aliunde collectas, collectanea. Ioſue 22. In collectis multis reuertemini ad tabernacula ueſtra.2.Paral.1.Et non petiiſti diuitias collectas,& gloriam.

723 כנע

Generali ſignificatione congruit cum uerbo כָּרַע, curuauit,incuruauit ſe,niſi quod modo ſignificandi inter ſe differant. Refertur autem כָּנַע ad humiliationem, & ſubmiſſionem animi. Deinde etiam congruit tam ſignificatione, quàm modo ſignificandi cum uerbo צָנַע. In prima cõiugatione legitur tantũ in uoce paſſiua נִכְנַע neutraliter.1.Reg.21.Nonne uidiſti quòd humiliauerit ſe Achab à facie mea. 2.Paral.12.Et cũ uidiſſet Iehoua quòd humiliaſſent ſe, factum eſt uerbũ Iehoua ad Semiah dicẽdo, Humiliauerunt ſe,non perdã illos.Leuit.26. Vel tunc humiliabit ſe cor illorum.2.Paral.33. Et nõ humiliauit ſe coram facie Iehoua,ſecundum humiliare ſe Manaſſe pater eius.Pſal.106.Et humiliabantur ſub manu eorum.

In tertia coniugatione הִכְנִיעַ 2.Paral.28.Quia humiliauit Iehoua Iehudam.1.Paral.17.Et humiliabo inimicos tuos.Deut.9. Et ipſe humiliabit eos corã te. Iob 40. Vide omnem ſuperbum,humilia eum.Pſal.81.Inimicos eorum humiliabo. Ieſ.25. Irruptionem alienorum humiliabis.Pſal.107.Et humiliauit in labore cor eorum.

INDE NOMINA:

כְּנַעַן Canaan,filius Cham filii Noach,à quo terra illa nomẽ eſt ſortita, quam ipſe poſſedit,& poſtea à filio Iacobi patriarchæ Iehuda dicta eſt. Et quia populus huius terræ deditus erat mercaturæ & negociationi, ideo hoc nomine כְּנַעַן ſæpe nunc pro mercatore,nunc pro ipſa mercatura uſurpatur.Ezech.17.Et adduxit eum ad terrã Canaan in ciuitatẽ negociatorum.Oſeæ 12.Canaan in manu ſua habet lances imposturæ.Zophon.1.Quia extinctus eſt totus populus Canaan, id eſt,mercaturæ. Et pluraliter כְּנַעֲנִים Iob 40.Dimidiabunt eum inter mercatores. Et cum affixo כִּנְעָנֶיהָ Ieſa.23.Et mercatores eius honorati terræ.

הַכְּנַעֲנִי Cananæus:& appellatiue mercator,deditus mercaturæ.Prouerb.31. Et cingulum dat Cananæo.

כִּנְעָתֵךְ Merces.Et cum affixo.Iere.10.Aufer de terrã mercimoniam tuam.

724 כנף

Ala, angulus, cubitus,à curuitate: habetq́ cognationẽ ſignificatione cũ uerbis צָפָה & כָּפַן צָמַן כָּמַן כָּמָה כָּפָה אָכַף niſi quòd ut forma literarũ,ita modo tantùm ſignificandi inter ſe uarient.Nam ut כַּף de curuitate manuũ, pedumq́, & aliarum rerum:& כִּפָּה de ramorum curuitate, כֹּפֶן de terræ naſcentium, & כּוֹבַע de pilei: ita כָּנָף de uolucrium, ueſtimentorum, & cœlorum curuitate & extremitate dicitur: quanquam ſæpenumero pars pro toto tranſſumatur. Geneſis 1.Et omne uolucre alæ iuxta ſpeciem ſuam.& cap.7.Omne uolucre alę,quod uolat in cœlis.1.Reg.6. Alæ ad alam.Prouer.1.Fruſtra extenditur rete in oculis habentis alam. Ezech.39. Turbæ auiũ omni alę,& beſtiæ agri.Num.15.Et ponant ſuper filatura alæ. 1. Sam. 24.Et abſcidit alam,quę erat Saulis. In ſtatu regiminis כְּנַף Deut.23. Non reueles alam patris tui.1.Sam.15.Et apprehendat alam pallii eius.Ieſa.24. Ab ala terræ pſalmos audiuimus. Dan. 9. Et pro ala,abominationes, i.Cherubin. Et cũ affixo. Haggæi 2.Et tetigerit cum ala ſua panem. Et in forma duali כְּנָפַיִם Exod.25. Eruntq́ Cherubim expãdentes alas ſurſum,1.Reg.8.Et Cherubim expãdebant alas.

Eccl.

Eccl.10.Habens alas annunciat uerbum.Ieſ.6. Seraphim ſtabant ſupra ipſum, ſex alæ uni,ſex alæ alteri. Et in diſtinctione ſententiæ כְּנָפַיִם Prouer.23.Faciendo faciet ſibi alas uelut aquilæ.Ieſ.18. Væ terræ umbræ alarũ,id eſt uelorum. Et in ſtatu regiminis כַּנְפֵי Exod.19.Et portaui uos ſuper alis aquilarum. 2.Sam. 22. & Pſal. 18.Et uolabit ſuper alis uenti.Num.15.Et facient ſibi filaturam ſuper alis ueſtimen torum tuorum. Et in ſtatu affixorum.Leuit.1.Et diffindet eum in alis eius, & faciet auulſionem.Ruth 3.Et expandes alas tuas ſuper ancillã tuam. Pſal.17.In umbra alarũ tuarum abſcõdes me. Pſal. 57.Et in umbra alarum tuarum defenſionem ponam. Ezech.16. Expandam alas meas ſuper te. Et pluraliter in ſtatu regiminis כַּנְפוֹת Deut.22. Super quatuor alas tegumenti tui.Iob 37.Et lux ſuper alas terræ.Ieſaiæ 11.A quatuor alis terræ.

INDE VERBVM,

נִכְנַף Primæ coniugationis paſſiuæ uocis,neutraliter alauit.Ieſa.30. Et non alabitur amplius doctor tuus,id eſt,auolabit.

725

**כִּנּוֹר** Nomen inſtrumenti muſici,quod nos citharam uocamus.Et,ut צִנּוֹר canalis dicitur per quam aqua dilabitur, ita in cithara quædã etiam eſt canalis è qua chordæ quodammodo defluunt, quæ ſonitũ perſtrepunt. Gen. 4.Et nomen fratris eius Iubal,qui eſt pater omnis tractantis citharam,& organum. & cap.31.Et dimiſiſſem te in lętitia,& canticis,cũ tympano & cithara. 1. Sam. 16. Et accepit Dauid citharam.Ieſaiæ 16.Viſcera mea ſuper Moab ſicut cithara ſonabũt. In ſtatu affixorum manet inuariatũ. Iob 30.Et facta eſt in luctum cithara mea. Et pluraliter כִּנֹּרוֹת 1.Reg.10.Et citharas.2.Paral.20.Et in citharis.Pſal.132.Suſpẽdimus citharas noſtras.Et ſemel legit̃ forma maſculina כִּנּוֹרִים Ezech.26.Et ſonitũ cithararũ tuarũ.

כִּנֶּרֶת Nomen laci,in quem Iordanis influit,habẽs in littore pulcherrimas urbes, Capernaum, Tyberiadem(quæ poſtea nomen ſuum illi indidit,quod dictus ſit lacus Tyberiadis)aliasq́,ſed tamẽ minus celebres. Et habet fortaſſe nomẽ à figura citharę.Eius fit mentio Num.34. & aliàs ſæpiſſimè, tam in ueteri quàm nouo Teſtamento.

426

**כָּסַס** Adnumerauit, adcollegit,additionẽ fecit, addidit: quadrat ſignificatione cum uerbis כָּנַס כָּבַס סָבַךְ נָסַךְ סוּךְ סָכַךְ niſi quòd ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe diſſentiant.Et eſt contrarium modo ſignificandi cum uerbo מָכַס quod de ſumma ſeu multitudine denumerare ſeu detrahere ſignificat.Proinde hęc duo uerba duas Arithmetices ſpecies ſignificant,additionis & ſubtractionis. Exo.12.Secundum comedere ſuum adnumerabitis ſuper agnum.

INDE NOMINA:

מֶכֶס Adnumeratio,additio,collecta,accenſitio,collatio,cõtributio,acceſſio. Num.31. Et leuabis collationem ipſi Iehoua à uiris belli.Et ibidem iterũ:Et fuit collatio ipſi Iehoua de ouibus ſexcentę & ſeptuaginta quinq́. Et in ſtatu affixi mutat prius ſegol in hirik,alterũ in ſeua.Nu.31. Et cõtributio eorũ ipſi Iehoua ſexaginta unus.

מִכְסָה Adnumeratio,collatio,additio,cõtributio. Et in ſtatu regiminis מִכְסַת Exo.12. Secundum acceſſionem animarum.Num.27. Et ſupputabit ei ſacerdos adnumerationem æſtimationis tuæ.

כּוֹס Species uolucris,quæ ſtridore auiculas ad ſe alias colligit: alij bubonem, alij ſtrygem, alij Nycticoracem uertunt. Ego uero exiſtimo cõmodè uerti poſſe illicem. Leuit.11.& Deut. 14.inter uetitas aues recẽſetur. Pſ. 102.Factus ſum ſicut illex ſolitudinum. Eſt & nomen poculi rotundi in modũ roſę germinantis figuram habentis, quod colligit aliquot menſuras minores. Et ueriſimile eſt dictum calicem ſeu cotulam,ſeu congium:capit aũt Congius ſexies ſextariũ.Gen. 40.Et calix Pharaonis erat in manu mea,& accipiens uuas expreſſi in calicem Pharaonis,& dedi calicem in manum Pharaonis.Ieſ.51. Bibiſti de manu Iehoua calicem furoris eius, feces calicis titubationis.Prou.23.Ne aſpexeris uinum, quando rubeſcit, quando dederit in calice colorem ſuum. 1. Reg. 7. Et denſitas eius palmus,& labium eius factura labij calicis,germinatio lilij,&c. In ſtatu affixorum nihil mutat.Pſal. 23. Calix meus exuberans.Pſalm. 11. Pars calicis eorum. Ezechielis 23. Et dabo calicem

cem eius. Et pluraliter כּוֹסוֹת Iere.31.Et calices.

כִּיס Loculus,ſacculus,marſupium,in quod aliquid colligitur.Prou. 1. Marſupiū unū erit omnibus nobis.& ca.16.Et opus eius lapides ſacculi.Ieſa. 46. Qui prodigunt aurum ex ſacculo.Mich.6.Et in ſacculo lapides impoſturæ. Et cū affixis nihil uariat.Deut.25.Non ſit tibi in ſacculo tuo lapis & lapis,magnus & paruus.

727 כָּסָה Operuit,texit,celauit:cōgruitq́ ſignificatione cum uerbis סָכַךְ כָּסַס niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Prouer.24.Operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ.quanquam quædam exemplaria habeant כֻּסָּה ut ſit paſſiuum ſecundæ coniugationis.

Participium præſens כֹּסֶה Prou.12.Et celans ignominiam callidus eſt.Et ibidē iterum:Homo aſtutus celat ſcientiam.

Participium præteritum כְּסוּי Pſal.32.Beatus ſubleuatus tranſgreſſione,tectus errato.uide etiam inter nomina.

In ſecunda coniugatione כִּסָּה Num. 9. Operuit nubes cohabitationem. Eze. 18.Et nudū operuit ueſtimēto.Pſal.85. Operuiſti omne erratum eorum. Gen. 37. Et operuimus ſanguinē illius.Leuitic.13.Et operuit lepra omnem cutē. Oſeæ 10. Dicent montibus,operite nos.Prou.10.Et ſuper omnibus tranſgreſſionibus operiet charitas.quam ſententiam ſic reddidit Petrus apoſtolus 1.Epiſt.cap.4.Charitas operit multitudinem peccatorum.Et iterum: Os autem improborum operiet iniuria.Ier.46.Operiam terram.Ezech.18.Et nudum operiet ueſtimento.Exo.10. Et operuit faciem omnis terræ.Micheæ 7.Et operuit eū pudor.Malach. 2. Et hoc porro facitis operire lacrymis altare Iehoua.Exo.28.Ad operiendum carnem.

Participium præſens מְכַסֶּה Prouer.10.Operit odium labium mendacij.cap.17. Operiens præuaricationem,quærit dilectionem. Et pluraliter מְכַסִּים Ieſaiæ 11. Sicut aquæ mare operientes. Et in genere fœminino מְכַסּוֹת Ezech. 1. Operientes illis corpora ſua.

Participium præteritum pluralis numeri,generis fœminini מְכֻסּוֹת Ezech. 41. Feneſtræ opertæ.

In uoce paſſiua כֻּסָּה Pſal.80.Operti ſunt montes umbra eius.Prou.24. Opertæ ſunt ſuperficies eius ſpinis.ubi quædam exemplaria habent כָּסוּ quibus ego magis aſtipulor.Geneſis 7.Operti ſunt omnes montes.Eccleſiaſt. 6. Et tenebris nomen eius operietur.

In quarta coniugatione הִתְכַּסָּה 2.Reg.19.Et operuit ſe ſacco.Ieſa.59.Et nō operient ſe operibus ſuis.Ionæ 3.Et operient ſe ſaccis.

Participium præſens generis maſculini מִתְכַּסֶּה 1.Reg.11. Et ipſe operiebat ſe ueſte noua. Et pluraliter מִתְכַּסִּים 2.Reg.19.Operiunt ſe in ſaccis.

INDE NOMINA:

כְּסוּי Nomē participiale, operculū,operimentū,tegmen,tegumentū,tectum.Num. 4. Expanderunt ſuper ipſum operimentum pellis.Pſalm.32.Bene cui eſt releuamen tranſgreſſionis,tegumentum peccati. Vide ſupra in participio.

מִכְסֶה Operimentum.Exod.26.Et facies operimentum tētorio. Et in ſtatu regiminis מִכְסֵה Exod.26.Operimentum pellium taxorum ſupernè.Num.4.Et operiēt illud operimento pellis taxi.Et iterum:Operimentum eius,& operimentum taxorum.

כְּסוּת Operimentum,tegumentum,uelamen,prętextus.Gen.20.Et Saræ dixit,ecce dedi mille argenteos fratri tuo,ecce hoc ſit tibi operimentum oculorum, &c. Simili phraſi dicit Iacob.cap.32.Operiam faciem eius munere,quod me antecedit, id eſt expiabo.Et Malach.2.Si odio habes,dimitte, ait Iehoua deus Iſrael,& operiat iniuriam cum indumento ſuo,id eſt honeſte dimittet eam ueſtimento.Reſpexit etiā huc diuus Petrus 1.Epiſt.2.Et nō uelut prætextum habētes malitiæ libertatē &c. & de iſta phraſi etiam infra in כָּפַר Iob 24.Et non erat operimentū in frigore. Et cum affixis manet inuariatum.Exo.22.Quia eſt operimentum eius ſolum.Ieſ. 50. Operimentum eorum.

כְּסָתוֹת Nomen pluralis numeri tantum,tegumenta,operimenta.Ezech.13.Væ conſuen

tibus operimenta. Et cũ affixo מכסותיכם Ibidẽ iterũ: Et ecce ad operimẽta ueſtra.

כִּסֵּא Thronus, ſedes, ſ. operta tapetijs, qualis eſt regũ & iudicum: & differt à מוֹשָׁב quod quamlibet generaliter ſedem ſignificat quæ non eſt operta. 1. Sam. 1. Et Eli ſacerdos ſedebat ſuper throno. 1. Reg. 1. Et ſedit Salomo ſuper throno regni. 1. Reg. 7. Et porticum throni, ubi iudicaret, porticum iudicij fecit. 1. Reg. 8. Caput rotundũ erat throno. 1. Reg. 10. Vt poneret te ſuper thronum Iſrael. Et iterum: Et ſedit Salomo in throno elephantico. 2. Reg. 4. Et faciamus ei ibi lectum, & thronũ & lucernam. Iob 26. Retinet faciem throni, extendit ſuper illum nubem ſuam, i. faciẽ, aſpectum, formam. Ieſa. 6. Et uidebam Iehoua ſedentem ſuper throno. Secundo, tranſſumitur pro dignitate regia, & poteſtate regendi populũ. Gen. 41. Tu eris ſuper domum meam, & ad os tuum oſculabitur populus meus, tantũmodo throno magnificabor ſupra te. 1. Paralip. 29. Et ſedit Salomo ſuper thronum Iehoua in regem pro Dauid patre ſuo. In ſtatu affixorum primum punctũ non mutat. Exo. 11. A primogenito Pharaonis qui ſedebat ſuper throno eius uſq; ad primogenitũ ancillæ, quę erat poſt molã. 1. Reg. 1. Et ipſe ſedebit ſuper throno meo. Ieſa. 66. Cœlum thronus meus. Legitur tamen etiam כִּסֵּה cum he. 1. Reg. 10. Sex gradus erant throno, & ſummitas rotunda throno retrorſum. Iob 26. Tenet faciem throni, expãdit ſuper eum nubem ſuam. Deinde ſemel ſcriptũ eſt ſine litera aleph ſeu he כֵּס: Exod. 17. Quoniam manus ſuper throno Iehoua, bellũ Iehoua contra Amalek. Et pluraliter כִּסְאוֹת Pſal. 122. Quia ibi ſederunt throni ad iudicium, throni pro domo Dauid. Ieſa. 14. Suſcitauit de thronis ſuis omnes reges Gentium.

כֶּסֶא Operimentum, id eſt dies operimenti, quo populus Iſrael ſedebat ſub frondibus, id eſt feſtum tabernaculorum. Pſal. 81. Imprimite in Neomenia cornu, in operimẽto, in die ſolennitatis noſtræ. Prouer. 7. Ad diem operimenti ueniet domum, id eſt ſub feſtum tabernaculorum.

728 כסח Exciſionem ſignificat, & legitur tantũ in participio præteriti temporis כְּסוּחִים: Ieſa. 33. Spinæ exciſæ igni comburentur. Et in genere fœminino כְּסוּחָה Pſal. 80. Adusta igni exciſa.

INDE NOMEN,

כְּסוּחָה Nomen participiale, exciſum. Ieſa. 5. Et fuit cadauer eorum exciſum in medio platearum. Licet mea quidem ſententia deriuetur à radice סָחָה de quo ſuo in loco.

729 כסל Nominaliter multas uariasq; formas, deinde etiam cõtrarias habet ſignificationes ſicut ordine uidebimus: differt autem tantum metatheſi literarum à סכל.

כְּסִיל Primo hominẽ ſignificat inconſtantem, inſtabilem, mobilem, mutabilẽ, uarium, qui ſibi ipſi non conſtat, ſed ut ſtultus in horas mutatur: ideo Hieronymus reddidit ſtultus Pſal. 49. Pariter tam ſtultus q̃ brutus auferentur. Prou. 29. Totum ſpiritum ſuum effundit ſtultus. Eccl. 2. Et moritur ſapiens, ut ſtultus. Prouerb. 19. Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua, q̃ peruerſus labijs ſuis, & ipſe ſtultus. Intelligit aũt Salomo per ſtultum, id eſt inconſtantẽ, hominẽ diuitẽ, ſicut ipſe poſtea met interpretatur cap. 28. ubi eandem propemodũ ſententiam repetens pro כְּסִיל ſubſtituit עָשִׁיר. Et Iacobus in epiſtola ſua cap. 1. citans hãc Salomonis ſentẽtiã, eamq; ſuo propoſito accõmodando cauſam ſubiungit, cur diues hoc nomine כְּסִיל ſtultus ſeu inconſtans dicatur, cum eum pulcherrimo floſculo confert, qui ut cito pereat, ita etiam diues in abundantia ſua & flore diuitiarum inconſtans ſit, & ſtatim moriatur. Hæc enim ſunt uerba ipſius: Vir animo duplici, ἀκατάστατος, id eſt incõſtans eſt in omnibus uijs ſuis: glorietur autem frater qui eſt humilis in ſublimitate ſua: contrà qui diues eſt in humiliatione ſui, quoniã ueluti flos terræ præteribit: exortus eſt enim ſol cũ æſtu, & exaruit herba, & flos ille decidit, & decor aſpectus illius perijt, ſic & πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις, id eſt diues in abundãtia, &c. Similiter Chriſtus uerbis ſuis, & ſubiecta ſimilitudine de diuite auaro, naturã huius uocis explicat Lucæ 12. Videte (inquiens) & cauete ab auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam uita eius eſt ex his, quæ poſſidet. Hominis namque cuiuſdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicens, quid faciam, quod

non

non habeam quo congregem fructus meos. Et dixit, hoc faciam, deſtruam horrea mea, & maiora extruam & illuc cōgregabo omnia, quę nata ſunt mihi bona mea, & dicam animę meæ: Anima habes multa bona repoſita in annos multos, requieſce, comede, bibe, gaude. Dixit aūt illi Deus, Stulte hac nocte animā tuā repetiuit abs te, quæ uero paraſti cui cedēt? Sic qui recondit ſibi, nec eſt erga Deum diues, &c. Sic & Salomo in eandem ſententiā Prou. 11. Qui cōfidit in diuitijs ſuis ipſe cadet. Hæc ideo referre uolui, ut ſcripturę teſtimonijs probem, hanc uocem ab incōſtantia & mutabilitate habere ſuam appellationem, & nō à conſtantia, nec diuitē dici, quòd confidentiam habeat in diuitijs, quin potius, quòd in diuitijs incōſtans ſit. Et pluraliter בְּסִילִים inconſtantes, uertumni, id eſt ſtulti. Pſal. 94. Et inconſtantes, quando conſtantes eritis, id eſt ſtulti, ignaui eritis. Prou. 1. Et ſtulti oderūt ſcientiā. • Secundo בְּסִיל nomē eſt ſyderis, quod Hieronymus Oriona trāſtulit. Eſt aūt certū, quòd hoc ſydus ſeu conſtellatio ſuam quoq; appellationem habeat ab incōſtantia, ꝙ eo tēpore, quo oritur (oritur aūt circa Nouembrē) & porro cōſpicit̃, mare & terras tempeſtatibus uariè turbet, ſicut Virgilius quoq; fluctu nimboſus Orion, dixit. Amos 5. Dereliquerunt factorem pleiadum, & orionis, & uertentem tenebras in lucem matutinam. Iob 9. Qui facit arcturū oriona & pleiades, & penetralia auſtri. Et cap. 38. An ligabis amœnitates arcturi, aut attractiones orionis ſolues. Et pluraliter in ſtatu regiminis בְּסִלֵי Ieſa. 13. Quoniam ſtellæ cœlorum, & ſydera eorū nō expandent lucē ſuā. Atq; hoc in loco poſitū eſt ualde generaliter pro omnibus aſtris ſplendidis, quæ non ſunt ſingulares ſtellæ: ſicut Latini Sidus à ſtella quoq; diſcernūt. Porrò ſi quis ſucculas ſignificare diceret, huic nominis affinitas ſuffragabitur: nō enim multū nomina illa uoce abludūt בְּסִלֵי & ſuccule, ſiquidem & ſucculæ quibuſdam hyades uocent̃, quę & ipſæ à pluuia nomen habent, quòd & orientes & occidentes tempeſtates, & pluuias ciēt, niſi quòd hæ in ſeptentrionali cœli regione ſint, & in menſe Iunio exoriantur.

כִּסְלֵו Nomen menſis, qui Hebræorū ſupputatione nonus, & noſtro Nouembri reſpondet, ac haud dubie etiam בְּסִיל appellationem habet, quod eo menſe orion appareat, & magna cœli oriatur inconſtantia, & intemperies. Zach. 7. Et factū eſt uerbum Iehoua ad Zachariā in quarta menſis noni, nempe in Cisleu. Nehem. 1. Et factum eſt in menſe Kisleu anno uiceſimo, &c.

כֶּסֶל Inconſtantia, mutatio, euerſio. Pſal. 49. Hæc uia ipſorum eſt euerſio ipſis. Ec. 7. Vt cognoſcerem inquietudinem, inconſtantiam, ſtultitiam, & amētiam. Dicitur etiā hoc nomine uertebra, ſpondylus. Iob 15. Quoniam concluſit faciem ſuā adipe, & fecit omentū ſuper uertebra. Et pluraliter כְּסָלִים Leuit. 3. Sed & duos renes & adipem, qui eſt ſuper illis, qui eſt ſuper uertebris. Pſal. 38. Quoniā uertebrę meę impletæ ſunt torriditate. Eſt & hoc obſeruandum, ꝙ ſingulariter in hac forma cū affixis contrariam habeat ſignificationem, ſignificetq; conſtantiam, firmitudinē, immobilitatem animi, fiduciam, confidentiam, qua quis ſibi cōſtat. Iob 8. Quia tabeſcit conſtantia eius. Item cap. 31. Si poſui arcū conſtantiam meā. Pſ. 78. Et poſuerunt in Deo cōſtantiā ſuā, id eſt, fiduciam. Et in hoc ſignificandi modo cōgruit cū שֶׂכֶל Et in forma fœminina כִּסְלָה Iob 4. Eſt'ne hoc timor tuus, cōſtantia tua, & expectatio tua, & integritas uiarum tuarum, id eſt, fiducia tua.

כְּסִילוּת Mobilitas, leuitas, inconſtantia, mutabilitas. Prouerbior. 9. Mulier inconſtantiæ eſt tumultuaria.

INDE VERBVM,

כָּסַל Mutabilis fuit, id eſt, ſtulteſcebat, ſtulte egit. Iere. 10. Et in unum bruteſcent, & ſtulteſcent, quod diſciplina uanitatum ſit lignum.

730

כָּסַם Tondendo adæquauit. Ezech. 44. Caput ſuum non radent, cæſariem nō demittent, ſed tondēdo tondebūt capita ſua. ubi prius eſt Infinitiuus ſecundæ cōiugationis, poſterius primæ coniugationis futurum.

INDE NOMEN,

כֻּסֶּמֶת Species farris, à detonſione: uocant aūt communiter ſpeltam. Exod. 9. Et triticum

K 2 & ſpelta

& ſpelta non ſunt percuſſa, eò quòd ſerotina eſſent. Ieſaiæ 28. Et ſpeltam in termino ſuo. Et pluraliter כֻּסְּמִים Ezech. 4. Et milium & ſpeltas.

731 **כסף** Deſyderauit. Pſalm. 17. Sicut leo deſyderat rapere. Iob 14. Ad opus manuũ tuarum deſyderes.

In uoce paſſiua נִכְסַף deſyderatus eſt, id eſt, deſyderio uictus eſt. Gen. 31. Quia deſiderãdo deſideratus es erga domum patris tui, id eſt, deſiderio captus. Pſal. 84. Deſiderio capta eſt, & etiam conſumpta eſt anima mea.

Participium maſculini generis נִכְסָף Sophoniæ 2. Gens non deſiderabilis.

INDE NOMEN,

**כֶּסֶף** Argentum, quod homines illius deſyderio tenentur. 1. Reg. 20. Aut orbem argẽti ponderabis. Pſal. 12. Argentũ conflatũ in ſublimatorio terræ. Prou. 10. Argentum electũ, lingua iuſti. & cap. 26. Argentum ſcoriarum obductũ ſuper teſtã, labia ardentia, & cor malum. Eccl. 16. Argẽtum comparabit omnia. Ieſa. 60. Pro ferro adducam argentum. Zach. 13. Et conflabo eos ſicut conflatur argentũ. Pſal. 68. Alæ columbæ uerſæ ſunt ſicut argentum, ſcilicet albæ. Et quando conſtruitur cum nomine numerali, ſiue cum nomine ponderis, tum ſignificat monetã argenteã, ſeu argenteum. Deut. 22. Et multabũt eum centũ argẽteis. Iud. 17. Et ego dabo tibi decẽ argẽteos. Vel etiã cũ alio adiũcto. 2. Reg. 12. Argentũ tranſiens, i. moneta trãſiens.

Et in diſtinctione ſentẽtiæ כָּסֶף 2. Reg. 6. Et quarta pars cabi ſtercoris columbarũ pro quinq; argenteis. Prouerb. 8. Accipite caſtigationem meam, & nõ argentũ. Ieſ. 7. Mille uites pro mille argenteis. & cap. 48. Ecce conflaui te, & non in argentario. ut contentum ſit poſitum pro continente; uel ꝙ beth ſit ſcriptum pro caph: ut ſit ſententia, Ego conflaui te, ſed non ſicut argentum: nam non potuiſſes argẽti cõflaturam ferre. In ſtatu affixorum mutat prius ſegol in pathah, & alterum in ſeua. Ieſa. 1. Argẽtum tuum factum eſt in ſcoriam. Ioel. 4. Qui argentum meum & aurũ meũ accepiſtis. Et pluraliter legitur ſemel forma maſculini generis כְּסָפִים Gen. 42. Ligatos argenteos eorum.

732 **כעס** Verbo uel facto cõmotus ſeu extimulatus eſt, ſiue ad iram & indignationẽ, ſiue ad alium triſtem affectum animi. Pſal. 112. Improbus uidebit & commouebitur; dentibus ſuis frendet. 2. Paral. 16. Et cõmotus eſt Aſa in uidentem. Nehem. 4. Et exarſit illi, & cõmotus eſt multũ. Eccl. 7. Ne ſis præceps in ſpiritu tuo ad cõmoueri, ſcilicet ira. Ezech. 16. Et non commouebor ad iram amplius.

In ſecunda coniugatione כִּעֵס cõmouit ſeu extimulauit, irritauit ad iram, laceſſiuit ad irã, indignationẽ, & indolentiã, ſeu aliũ affectum triſtẽ. Deu. 23. Cõmouerũt me cũ uanitatibus ſuis. 1. Sam. 1. Et cõmouebat ſeu laceſſebat aduerſatrix eius.

In tertia coniugatione הִכְעִיס cõmouit, extimulauit, prouocauit, irritauit, laceſſiuit, ſcilicet ad iram, ſeu alium affectũ triſtem. 1. Reg. 15. Cum cõmotione ſua, qua commouerũt Iehoua. Oſeę 12. Commouit Ephraim amaritudinibus. Ier. 15. Ad cõmouendũ me in factura manuũ ueſtrarũ. Item Ezech. 32. Et commouebo cor populorum multorum, cum adduxero cõtritionem tuam in Gentibus. ubi cõmouere, ſcilicet metu ſignificat. Nehe. 4. legitur abſolute ſignificans falſam irriſionem, qua alijs dolorẽ & mœrorem, ac ſimul metũ incuterẽt: Neq; operias ſuper iniquitates eorũ, & erratũ eorũ à conſpectu tuo non deleatur, quia cõmouerunt corã ædificantibus, id eſt, uſi ſunt uerbis & geſtibus quibus ædificantes ad mœrorẽ extimularent. Deut. 32 Per gentẽ ſtultã commouebo eos. Paulus citans hanc ſententiam Rom. 10. reddidit uerbo παροργιῶ, id eſt, ad iracundiam commouebo.

Participium præſens pluralis numeri מַכְעִיסִים 1. Reg. 14. Eò ꝙ fecerunt lucos cõmouentes Iehoua. Ieſa 65. Qui commouent me in faciem meam iugiter. Ierem. 32. Tantum commouent me.

INDE NOMINA:

**כַּעַס** Accipitur nunc actiuè pro prouocatione, irritatione, extimulatione: ut Deut. 32. Niſi prouocationẽ inimici metuerẽ, id eſt, ſarcaſmum & riſum, quo inſultando irritabunt. 1. Sam. 1. Et prouocauit eã etiã prouocatione, ut cõmoueret eã. 1. Reg. 21.

Propter

Propter prouocationem, qua prouocaſtis Iſraelem. Pſal. 27. Grauis eſt lapis, & põ
deroſa arena, ſed prouocatio ſtulti grauior utroq;. Ezech. 20. Dederunt ibi prouo
cationem oblationis ſuæ. Et in diſtinctione ſententiæ כָּעַס Prouerb. 21. Quàm
cum muliere contentionũ & prouocationis. Secũdo, accipitur paſſiuè pro mœ-
rore, mœſtitia, perturbatione, moleſtia, dolore, ira, indignatiõe. Eccl. 7. Melior eſt
mœſtitia quàm riſus. cap. 12. Remoue mœſtitiã ex corde tuo. Iob 17. Obſcurata eſt à
mœrore facies mea. Pſal. 6. & 31. Corroſa eſt à mœſtitia facies mea. Pſal. 10. Laborẽ
& dolorem conſiderabis. Prou. 17. Mœſtitia eſt patri, filius ſtultus. Eccl. 2. Et mole
ſtia eſt negocium eius. & ca. 7. Et ira in ſinu ſtulti reſidet. Legitur ſemel Sin pro Sa
mech Iob 5. Quia ſtulto exitioſa erit ira. In ſtatu regiminis plerunq; alterum pa
thah mutať in ſeua. 1. Sam. 1. Quia ex multitudine meditationis meæ, & mœroris
mei loquuta ſum hactenus. Pſal. 85. Labefacito iram tuam cõtra nos. Prouerb. 12.
Stulti in die cognoſcetur ira eius. Et in Iob aliquãdo ſamech commutatur in ſin ſi
niſtrum: ut cap. 6. Vtinam appendendo appenderetur dolor meus. Et pluraliter
כְּעָסִים actiuè, prouocationes, irritationes. 2. Reg. 23. Propter cunctas prouocatio-
nes, quibus prouocauit eum Manaſſe.

עֶכֶס Literarum tranſpoſitione, compes, uinculum, quòd moleſtiam adferat. Prouer. 7.
Et quaſi compes ad caſtigationem ſtulti. Et pluraliter עֲכָסִים cõpedes, quas or-
natus cauſa mulieres pedibus adhibent, ut ſint illecebræ, & irritamenta. Græci uer
terunt περισφύρια. Ieſa. 3. In die illa auferet Iehoua ornatum compedum. Inde uer
bum ſecundæ coniugationis, quo Ieſaias in eodem capite uſus eſt, ornare pedes e-
iuſmodi corrigijs, ſeu ligaturis: Et in pedibus ſuis corrigias ponebant. Chaldæ-
us reddidit uoce מְרִזָּן quæ irritamentum ſignificat, atq; ita exponit: Et in pedibus
earum irritamenta, quibus ſcilicet iuuenes irritantur.

733 כָּפַף Græcè κάμπτω cõgruente uoce, Latinè curuauit, incuruauit, quod fit cõtractio
ne. Et congruit ſignificatione cũ uerbis אָכַף כָּפָה כָּפַן כָּבָה niſi quòd ut forma, ita
modo ſignificãdi inter ſe differant. Ieſa. 58. An incuruare ſicut iuncus caput ſuũ.
Participium præteritum כְּפוּפִים Pſal. 145. Et erector omnibus incuruatis. Pſal.
106. Iehoua erigit incuruatos.

INDE NOMINA:

כַּף Græce καμπτόν, id eſt, curuitas, cõcauitas cuiuslibet rei. Et ſi eſt in manibus, Ger-
manice dicitur gauffze: porro tam in manibus, quàm in pedibus diciť Latinis uola,
quanquàm ſæpiſsime pars pro toto accipiatur. Ezech. 21. Percute uolã ad uolam. Iud.
8. Nũ uola Zebach & Zalmuna nũc in manu tua. Gen. 8. Et nõ inuẽta eſt requies
uolæ pedis eius. Deut. 28. A uola pedis tui. 1. Reg. 18. Ecce nubes parua quaſi uola
hominis. Pſal. 18. Et de uola omnium inimicorum tuorum. Eccl. 4. Melior eſt uola
cum requie. Deinde de aliarum rerum concauitate dicitur. Geneſ. 32. Et tetigit in
concauitatem fœmoris eius, & nouit ſe concauitas fœmoris eius. Item pro
inſtrumẽto concauo ſeu cochleari. Num. 7. Cochleare unum. 1. Sam. 25. Et anima
inimicorum tuorũ circumuoluetur in medio uolæ fundæ, &c. ſcilicet in qua lapis
continetur. Hoc quoq; nomine undecima alphabeti litera à curuitate ſua dicta
eſt. Et in ſtatu affixorum fortificat literam radicis pe. Leuit. 9. Et impleuit uolam
ſuam. Iob 13. Volam tuam elonga à me. 1. Sam. 28. Ego poſui animam meam in uo
lam meam. Et in forma duali כַּפַּיִם Pſ. 24. Inculpatus uolis. Thren. 3. Extollemus
cor noſtrum cum uobis ad deum in cœlis. Et pluraliter in forma fœminina כַּפּוֹת
Ioſue 3. Cum requieuiſſent uolæ pedum ſacerdotum. 1. Sam. 5. Duæ uolę manuum
eius. Leuit. 23. Ramos palmarum. Num. 7. Cochlearia auri duodecim. Canticor. 5.
Myrrham tranſeuntem per concauitates peſſuli. Exod. 27. Et cochlearia eius.

כִּפָּה Ramus arboris, ſcilicet incuruatus. Ieſa. 9. Et ſuccidet ramum & iuncum. Iob 15. Et
ramus eius non eſt uiridis.

כֵּפִים Nomen pluralis numeri tantum, petræ, ſcilicet cauæ ſeu cõcauæ. Iob 30. In forami
na terræ & petrarum. Iere. 4. Et in petras aſcenderunt. Eſt autem כֵּיפָא ualde uſitatũ
in Chaldæo pro petra, quod etiã nomen Chriſtus Simoni filio Ioanna indidiſſe Io

annis 1.& poſtea ad ipſius de Chriſto cõfeſſionẽ accommodaſſe legitur Mat.16. ubi ad illum hæc uerba inquit: Beatus es Simõ Bariona, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam.

734 כָּפָה Hieronymus, & cæteri omnes poſt ipſum interpretes expoſuerũt uerbo extinguendi, ut idem ſignificet, quod uerbum כָּבָה: at ego arbitror eiuſdem eſſe ſignificationis cum uerbis כנף & כָּפַף כָּמַה אָכַף niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Prouerb.21. Donum in abſcondito incuruat iram, id eſt, cõprimit, & reſtinguit iram. Et in hac forma non legitur alibi.

735 כָּפַל Duplicauit. Exod.26. Et duplicabis cortinam.
Participium præteritum כָּפוּל Exod.28. Quadrum erit duplicatum.
In uoce paſſiua נִכְפַּל. Ezech.21. Percute uolam ad uolã, & duplicetur gladius.

INDE NOMINA:

כֶּפֶל Duplum, duplicitas. Iob 41. In duplicitate freni ſui.

כֵּלַף Metatheſi literarum, inſtrumẽtum duas habens acies: poteris bipennem uertere. Legitur tantùm ſemel, & pluraliter כֵּלַפּוֹת Pſalm.74. In ſecuri & bipennibus.

כִּפְלַיִם Duplicia. Iob 11. Quia duplicia ad effectum. Ieſa.40. Quia ſuſcepit de manu Iehoua duplicia pro omnibus erratis ſuis.

מַכְפֵּלָה Duplicitas. Geneſ.23. Et det ſpeluncam duplicitatis, id eſt, duplicem. Et iterum: In ſpelunca agri duplicitatis.

736 כָּפַן Curuauit, incuruauit: atq; ſignificatione congruit cum uerbis אָכַף כָּפַף כָּפָה & כָּפָה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Et legitur uerbaliter ſemel Ezech.17. Et ecce uitis illa incuruauit radices ſuas ad illam.

INDE NOMEN,

כָּפָן Incuruatio terræ naſcentium, & fructuũ, quod fit anno arido, quando herbæ, gramina, ſata, ſegetes, fruges & alij fructus flacceſcũt. Iob 5. In uaſtitate & flacciditate ridebis. & cap.30 In egeſtate & flacciditate.

737 כָּפִיס Laqueare. Habakuk 2. Quoniam lapis de pariete clamabit, & laqueare de ligneto reſpondebit ei. Chaldæus uertit שִׁיפָא.

738 כָּפַר Texit, operuit, abſcondit, obliuit, occluſit. Geneſ.6. Fac tibi arcam de lignis pineis & oblinas eam intrinſecus & extrinſecus bitumine. ubi etiam nomen כֹּפֶר ponitur, quod picem ſeu bitumen ſignificat, materiam ſcilicet qua aliquid oblinitur: de quo etiam paulo inferius.

In ſecunda coniugatione כִּפֶּר texit, operuit, abſcondit uel immundiciem uel ſordes, uel erratum, uel reatum errati, uel iram, uel offenſam amouit è conſpectu, ne amplius appareat, imputetur & offendat. Noſtri reddiderunt uerbo expiandi: poteſt etiam reddi uerbo emundandi, ſeu depurgandi. Leuitic.16. Expiabit ſacerdos unctus & conſecratus ſanctuarium ſanctitatis, & tabernaculum teſtimonij. Expiabit & altare, & expiabit ſacerdotes, & uniuerſum populum eccleſiæ. 2. Samuelis 21. Quo ego expiabo, ut benedicatis hæreditatem Iehoua. Geneſis 32. Operiam faciem eius mutiere, id eſt, expiabo. Sic Abimelech rex uocat Geneſis 20. Mille argenteos, operimentum oculorum. Et de hac phraſi ſupra in nomine כְּסוּת in themate כָּסָה Prouerbio.16. Indignatio regis nuncium mortiferũ, at uir ſapiens expiabit eã, id eſt placabit. Ezech.43. Et accipies de ſanguine eius, & pones ſuper quatuor cornua eius, expiabisq; illud, & expurgabis illud, &c. ubi hoc noſtrũ uerbum exponitur uerbo ſibi ſynonymo חִטֵּא. Eſt autem obſeruandum, quòd in his & huiuſcemodis alijs locis cùm hoc uerbum hominibus attribuitur, ſignificet actionem, & miniſterium, quo ablato peccato, aut immundicie expurgata, aut amota ira & offenſa, gratia, fauor, recõciliatio, expiatio, mundicies, quæritur. Cum

uero

uero deo attribuitur, tum ſignificat peccatum uel reatum peccati, uel iram, uel offenſam tegere, abſcondere, remittere, remouere è conſpectu, quod eſt fieri propicium, placatum, condonare, parcere, non imputare amplius aut punire. Deuteronom. 21. Propicius ſis populo Iſrael, quem redemiſti Iehoua. & cap. 32. Et propicius erit terræ, & populo ſuo. 2. Paralipom. 30. Iehoua qui bonus eſt, propicius erit populo amplius. Pſalm. 65. Iniquitates præualuerunt ſuper me, & tranſgreſſio noſtra, tu condonabis ea. Pſal. 78. Ipſe uero erat miſericors, & condonabat ſeu remittebat iniquitatem. Ezechielis 16. Cum ego propitius ero tibi in omnibus, quæ perpetraſti.

In uoce paſſiua כֻּפַּר Exod. 29. Et comedent ea, quia expiatio facta eſt pro eis. Num. 35. Et terrę non erit expiatio à ſanguine, id eſt, terra non expiabitur, ſeu expurgabit̃ à reatu ſanguinis. Prouerb. 16. Benignitate & fide expiabitur iniquitas. Ieſa. 6. Et erratum tuum expietur. & cap. 28. Et expiabitur pactum ueſtrũ cum morte, id eſt amouebitur.

In quarta coniugatione יִתְכַּפֵּר 1. Sam. 3. Idcirco iuraui domui Eli, quòd non expiabitur iniquitas domus Eli ullo ſacrificio. Deuter. 21. Et expietur ab eis ſanguis, ubi ſyncopis eſt literæ thau formatiuæ quartæ coniugationis.

INDE NOMINA:

כֹּפֶר Sine uau. Primo, ſignificat picem, bitumen, materia ſcilicet glutinoſa, qua aliquid oblinitur tegiturq́. Geneſ. 6. Et oblinas eam bitumine. Secundo, ſignificat uillam ſeu pagum, quòd tecta habeat, & ex materia glutinoſa conſtruatur. 1. Samuelis 6. A ciuitate munita uſque ad uillam nõ munitam. Et pluraliter כְּפָרִים 1. Paralip. 27. Et ſuper theſauros in agris, in oppidis, & in uillis, & in caſtellis erat Iechonathan. Ex quo loco clare conſtat Hebræis hoc uocabulũ ſignificare pagum, qui non eſt munitus muro, & tamen maior ſit, & plura tecta habeat quàm caſtellum. Cantic. 7. Veni & egrediemur in agrum, commorabimur in uillis. Legitur tamen כְּפִירִים Nehemiæ 6. Veni & conueniemus ſimul in uillis. Tertio, ſignificat precium, quo uita hominis redimitur, & Græcis λύτρον dicitur. Exod. 21. Et ſi precium ei fuerit impoſitum, dabit redemptionem animæ ſuæ, quicquid ei fuerit impoſitum. & cap. 30. Et dabunt ſinguli precium pro animabus ſuis ipſi Iehoua. Numeri 35. Non accipiatis precium, ſcilicet redemptionis pro uita homicidæ, qui mortem commeruit. Iob 33. Inueni precium, ſeu redemptionem. Pſalm. 49. Frater non poterit redimere uirum, neq; dare deo precium eius. Prouerb. 13. Precium ſcilicet redemptionis animæ uiri, diuitiæ. Quarto, munus, largitio, quæ datur ad placandum iudicem, & quia iudicis oculi obliti obcæcantur. 1. Sam. 12. Aut de cuius manu accepi munus ut eo obcęcarer. Prouer. 6. Non accipiet perſonam, propter ullum munus. Amos 6. Qui accipitis munus. Iob 36. Et magnitudo muneris non declinauerit te. Quinto, expiatio, piaculum, luſtramentũ, purgamentum, Græcè περίψημα. Prouerb. 21. Piaculum eſt pro iuſto improbus. Ieſaiæ 43. Dedi piaculum Ægyptum, Æthiopiam, & Seba pro te.

Sexto, eſt nomen arboris ferentis botrum, & Latinis Cyperus dicitur. Et poſt Plinium lib. 21. cap. 18. Lyra ſcribit eſſe arborem in Engaddi horto non procul à mari mortuo diſſito, quæ ferat fructum ſimilem uuæ grana & acinos iunctos habens. Cantic. 1. Botrus Cyperi dilectus meus mihi in uineis Engaddi, &c. Atque huc referre uolui, quæ mihi quidam honeſtus uir narrauit: In terra, ut uocant, ſancta, in qua octennium Monachus commoratus fuerat, circa Hebron botros ſeu racemos tantę magnitudinis naſci, ut unum uix duo uiri portare queant, & in una arbore tantùm unam talem naſci. Is autem cum ſiti multum premeretur ægrotus, nec eſſet quicquam quo reſtinguere poſſet, memor erga me eius racemi, tantum unum ex eo granum ſeu acinum exoptauit: poſſe enim certo affirmans, integrum diem eo ſitim reſtinguere. Nũc autem fructum illum à Saracenis eius loci incolis ipſorum lingua Muſi dici. Hactenus ille.

כְּפָרִים Cyperi,arbuſta,ſeu plantæ odoræ,quæ ut Plinius ſcribit lib.21.cap.18. odore nardum refert, & Hebræis à gratia odoris qua hominem reficit, & alios fœtores arcet,appellationem ſuam habet.Cantic.4.Cyperi cum nardo.

כִּפֻּרִים Nomen pluralis numeri tantum,luſtrationes,expurgationes,luſtramenta,purgamenta,abſterſiones,expiationes,piacula.Exo.29.Et iuuencum erratũ facies quotidie pro expiationibus. & cap.30.Et accipies argentũ expiationum à filijs Iſrael. Leuit.23.Veruntamen dies decimus menſis,dies expiationum eſt.

כְּפוֹר Pruina,quæ terram tegit. Pſal.147.Qui dat niuem ſicut lanam,& pruinam ſicut cinerem ſpargit.Legitur tamen uno in loco ſine uau.Iob 38. Et pruinã cœli quis genuit. Secundo,ſignificat Scyphum,ſcilicet tectum,habens tegumentum.1. Paralip.28.Et facies ſcyphos auri in pondere,ſcyphum & ſcyphum. ubi etiam plurale legitur.Item Eſdræ 1.Scyphi auri triginta.

כְּפִיר Leo,ſcilicet iuuenis,ſeu adoleſcens, qui deſijt eſſe catulus, nec tamen annos conſiſtentię ſeu integrã ætatẽ attigit,à latibulis,quiꝗ; intra ſpeluncas continuerit, nec multum ſit progreſſus.Iud.14.Ecce iuuenis,leonũ rugiẽs,fit ei obuiam.Et ne quis illum intelligat fuiſſe paruum catulum,mox eum uocat אַרְיֵה Pſal.17.Et uelut leunculus ſedens in latibulo.Ier.25.Dereliquit quaſi leunculus latibulum ſuũ. Et pluraliter כְּפִירִים Iob 38. Num ingluuiem leunculorum ſatiabis, qui cubant in caueis, & manẽt in latibulis,ut inſidientur.Et quia leones iuuenes maxime ſunt famelici. cupidi prædæ & ſæui, transfertur nõ raro ad eiuſmodi homines naturâ rapaces & ſæuos.Ezech.38.Seba,Dedan & mercatores Tharſis, atꝗ; omnes leunculi eius dicent tibi:nunquid ut ſpolia diripias tu aduenis? non'ne ut prędam abducas cõgregationem tuam congregaſti,aut ut tollens argentum & aurum, & abducas pecora & peculium,&c.Pſal.34.Leunculi egebunt & eſurient.Pſalm.35.Et à leunculis unicam meam.Et uidetur in hac forma alludere ſignificatione ad nomen אַבִּיר.

כַּפֹּרֶת Tegumẽtum,tectorium,operculum,tabula,qua arca erat tecta. Exo.25. Et facies operculum ex auro puriſſimo. Et mox iterũ: Et loquar tecũ deſuper operculo inter duos Cherubim. & cap.26.Et pones operculũ ſuper arcam teſtimonij. & cap. 37.De operculo fecit Cherybim in utroꝗ; latere.Ex quibus iam citatis locis colligitur primũ, quòd operculum hoc, ſeu tegumentũ non fuerit de corpore ſeu ſubſtantia arcæ,ſed aſſer totus & ſolidè aureus ſuperpoſitus arcæ, quò arca ceu operculo occluſa erat & tecta.Deinde quòd illud tegumentũ ſeu operculum aureum, fuerit tanquã pauimentũ ſeu pedamentum,ſuper quo Cherubim fixi ſteterunt ac recubuerunt,& quaſi unum tegumentũ fuerunt,eò quòd etiam nomine כַּפֹּרֶת aliquoties ueniunt etiam Cherubim:ut Exo.30.31.35.& 40.Leuit.16.In nebula apparebo ſuper operculo. Et econtra nomine כְּרֻבִים ueniat etiam operculũ: ut 2.Reg. 19.Et dixit Iehoua deus Iſrael habitator Cherybim. Pſal.80. Seſſor Cherybim appare.Nam arca illa inſtructa erat nõ aliter,quàm uehiculum,ſeu lectica tecta, qua ſedebat loquebaturꝗ; dominus,& regebat uerbo populũ ſuum:exponẽs percontanti per oracula uoluntatẽ ſuam. Hinc Hebræi etiamnum diuinam maieſtatem שְׁכִינָה uocant, quod ſuper tegumento & ceu throno cohabitaret, & ibi exaudiret orantes,& occultaret,cõdonaret, & remitteret peccata,& propitius eſſet. Et Paulus apoſtolus hoc operculum Græca uoce ἱλαστήριον,id eſt,propiciatorium,placatorium,reconciliatorium appellat Rom.3.ceu typum ad Chriſtum ueritatem referẽdo:Quem,inquiens, propoſuit Deus propiciatorium per fidem interueniente ipſius ſanguine. Nam Deus uoluit operculo arcæ hunc Chriſtum præfigurare, quod quemadmodũ operculo illo tegebatur lex,quæ,Paulo teſte, cognitio & uirtus peccati eſt,ita Chriſtus tegeret & abſcõderet peccata noſtra,& remitteret, placaretꝗ; & expiaret ea, ut lex amplius non accuſet,nec damnet, ſed deũ habeamus propitium, & placatum patrem in cœlis, propter filium. Atꝗ; huc reſpexit etiam regius ille propheta Pſal.32. Beatum illum pronuncians cui remiſſa eſt iniquitas, atꝗ; peccatum opertum ſeu tectum, neꝗ; Iehoua imputat iniquitatẽ, cui Chriſtus propiciatorium noſtrum tegit & abſcondit peccata,&c.

פָּרֹכֶת Nomen à ſuperiore themate deductum tranſpoſitis tantũ literis, & ſignificat aulæum ſeu uelum, quod cõtextum erat de hyacintho, purpura, coccino & byſſo retorta, & obtentum fuit inter ſanctum, & ſanctum ſanctorum. Hinc haud dubie à כמר Siparium eſt mutuatum, quo ueteres comici uocarunt aulæum ſeu uelum ſcenicum. Exod. 26. Et facies aulæum ſeu uelum. Et Matth. Euangeliſtæ interpres, ſimiliter autor Epiſtolę ad Hebræos cap. 9. expreſſerunt Græce καταπέτασμα, quo figurat aliquid obductũ quod arceat conſpectum. Et uetuſtiſſimi Hebræorũ Magiſtri aſſerunt denſitatẽ eius fuiſſe quatuor digitorum, tantæ uidelicet denſitatis, ut nemini potuerit eſſe perſpicuum. Hoc equidem ideo refero, quòd ad miraculi magnitudinem faciat, & eo ſciſſo ſignificatum ſit, quòd Chriſtus morte ſua patefecerit omnibus credentibus aditum ad Sanctaſanctorum, ſicut & Paulus ait Rom. 5. Iuſtificati igitur ex fide pacem habemus erga deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem aditum nacti ſumus ad gratiam hanc, in qua ſtamus, & gloriamur ſub ſpe gloriæ dei, &c. Et autor Epiſtolæ ad Hebręos cap. 4. Habemus pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Ieſum filium dei tenentes profeſſionem. Accedamus igitur cum fiducia ad thronũ gratiæ, ut conſeqtamur miſericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium. Porro fuit etiam aliud uelum in templo quod dicebatur מָסָךְ de quo ſuo in loco, ut lapſus, qui eſt in epiſtola ad Hebræos etiam emendetur.

כַּפְתֹּר Eſt & aliud nomen ab hoc themate deductum interſerta litera thau. Et ſignificat globum, ſeu pomum, ſeu ſphærulam artificioſè & fabrefactã in modum malogranati, quod intra corticem grana rubea habet latentia & emicantia, ſeu in modum ſcyphi ſeu botri effigiata. Exo. 25. Tres ſcyphos amygdalatos in calamo uno cum pomo & flore. Amos 9. Percute globum, ut moueãt poſtes. ubi ſcribitur cum uau, & ponitur pro ſuperliminari habens ornatus cauſa capitellum ſeu ſphæram, & flores fabrefactos. Et pluraliter כַּפְתֹּרִים globi, poma, ſphæræ, capitella. Exod. 25. Et poma eius, & flores eius. Zophoniæ 2. In capitellis eius mirabuntur. loquitur autem de feris uolucribus, quæ in capitellis cęlatis ſuperliminarium habitaturę ſunt. Et Germani artifices uocant quoq; huiuſmodi ſuperliminaria globis ornata *capittal*. Eſt & hîc obiter notandum, quòd כַּפְתּוֹר eſt proprium nomen inſulæ.

Et pluraliter כַּפְתֹּרִים eius inſulæ homines ſignificat, aut qui inde aliò migrarũt. Gen. 10. E quibus orti ſunt Philiſtæi & Caphthorim. Amos 9. Nũquid Iſrael eduxi è terra Ægypti, & Philiſtæos ex Caphthorim, & Syros ex Kir. Chaldaica trãslatio ſemper uertit כַּפּוֹטְקָאֵי quam ſequuti ſunt Latini interpretes pro Cappadocia, & eius incolis Cappadocibus accipientes. Certum eſt autem כַּפְתּוֹרִים non eſſe illos Cappadoces minoris Aſiæ, ſed ut ex Ieremia cap. 47. colligitur Cyprios, ex inſula Caphthor quæ haud dubie eſt Cyprus: nam adempta taph litera, quæ interpoſita eſt, reſpondet ei etiam nomen Cyprus, quod in hodiernum diem obtinet.

כַּר Campus, aries, dux: uide ſupra in themate כּוּר.

739

# כרב

Inde nomen כְּרוּב imago, aut res uel ſpiritualis uel corporalis, creata ſiue manu artificis fabrefacta, quę tanquam uolucris alis expãſis uehitur, aut propter motus celeritatem uolare ac uehi uidetur: congruit ſignificatione cum uerbo רָכַב niſi quòd ut literarũ tranſpoſitione, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Differt etiã modo ſignificãdi à uerbis רכך & ברך רחף רָחַף רָכַב Exod. 25. Cherub unus ſit in latere iſto. 2. Sam. 22. Et uehebatur ſuper Cherub, id eſt nube. Sunt enim nubes alæ dei. 2. Paralip. 3. Et ala Cherub unius. Ezech. 10. Et rota una erat iuxta unum Cherub. & cap. 28. Tu es Cherub extendens ſe & protegens. ubi prophetico more Tyrum comparat Cherub, in ſummum dignitatis faſtigium euectã, quæ ut Cherub, alas ſuas latè extendens populos multos protegat. Ezech. 4. Duæ facies uni Cherub, facies hominis iuxta palmã ex hac parte, & facies leonis iuxta palmã ex altera parte. ubi ſanè pro imagine uſurpatur habẽte duas facies, alterã hominis, alterã leonis. Et pluraliter כְּרֻבִים uel כְּרוּבִים 1. Reg. 6. Et fecit in oraculo duos Cherubim

ex ligno oleæ. Gen. 3. Et collo cauit ante hortum Eden Cherybim. ubi haud dubie ꝑ angelis accipiẽdũ erit. Exo. 25. Et facies duos Cherybim ex auro ſolido. 2. Reg. 19. Et dixit Iehoua deus Iſrael uector Cherybim. Pſal. 80. Vector Cherybim appare. Et pro ſimilitudine חֲמֶרְכָּבָה חַכְּרוּבִים Currus Cherybim. ubi appoſitione nominis Cherybim exponit ſeipſum, ꝙ per currum aliud ſignificari, ac intelligi uelit nihil, niſi ipſos Cherybim, & quòd hæ duę uoces tantũ inter ſe differãt metatheſi literarũ. Ezech. 10. Et ecce firmamentũ qđ erat ſupra caput Cherybim, &c. ubi obſeruabis primo ꝙ illa quæ in capite primo חַיּוֹת animalia dixerat, ea in decimo uocet כְּרֻבִים deinde quod in primo capite dixerat פְּנֵי שׁוֹר facies bouis, hoc dicit in decimo פְּנֵי כְרוּב facies Cherub. Atq; inde clarum eſt, ꝙ figura ſeu ſimilitudo qua-
740 tuor animalium, quia alata uehi, & uolare appareant כְּרֻבִים dicantur.

**כָּרָה**

Excidit: congruit ſignificatione cũ uerbis בּוֹר כָּרַת & כָּר niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differãt. Pſ. 7. Foueã excidit, & eruit eam. Gen. 26. Et exciderũt ibi ſerui Iſhak puteũ. Exo. 21. Aut ſi exciderit quis foueã. Pſal. 22. Canes circũdederũt me, cœtus malignãtiũ circũgyrauerũt me, foderũt manus meas, & pedes meos. ubi ſcriptũ eſt כָּאֲרִי Et ego in ea ſum ſentẽtia, ꝙ ſentiã uocẽ hãc à Iudæis mox à Chriſti paſſiõe deprauatã quãdo à Chriſtianis hic locus illis obijceretur, ac ꝓphetiã hãc in Chriſto impletã cõuincerent, ſicut plures in ſcriptura locos aut obſcuraſſe, aut omnino deprauaſſe uериſimile eſt. Sed qui aliter ſentiũt, & ita à propheta uocẽ hãc ut in textu legit, ſcriptã cõtendũt, multas uariasq; adducũt rationes, quarũ aliquot Sanctes Pagninus in Scholio ſuper hũc Pſalmum cõmemorat. Et inter illos Bernhardus Zieglerus doctor Theologiæ ac linguæ Hebraicæ in celeberrima Academia Lypſenſi ordinarius ꝓfeſſor hãc quoq; addit, ꝙ ſpiritus ſanctus iſtis literis tacitè uoluerit numerũ annorũ pręfinire, quãdo Chriſtus cruci figẽdus eſſet, uidelicet, inde ab iſta ꝓphetia poſt 1230 annos, quę ſupputatio, quũ tẽpori reſpõdeat (nã totidẽ eſſe annos à pſalmo ſcripto ad Chriſti Paſſionẽ) cõſultò ita ſcriptũ ſit, nec tamẽ cõcedit ut exponat, ſicut leo, ſed ac ſi כָּרוּ foderunt, eſſet ſcriptũ. Sed de hoc uerbo etiã in themate כּוּר, &c. Pſ. 40. Sacrificiũ & oblationem non uoluiſti, aures perfodiſti mihi, id eſt requiris à me obedientiã fidei erga uerbũ tuũ. Alludit aũt Propheta ad ritũ, q in lege obſeruabat. Deut. 15. Cũ ſeruo uolẽte manere apud herũ ſuũ, ꝙ ſubula aure perfoſſa ad ianuã affigeret, qua obediẽtiam & obſecundationem promittebat. Ita quoq; deus à nobis aliud nihil requirit, niſi fidẽ & obediẽtiã uerbi, & ut ipſius dicto auſcultemus, &c. Et 2. Sam. 7. ſimili phraſi utit, ubi Salomo inquit: Reuelaſti aurẽ ſerui tui dicẽs, Domũ ędificabo tibi, &c.

Deinde obſeruabis, ꝙ hoc uerbo Hebræus ſermo etiã utit in emptione & uẽditione, ſumpta ſignificatione à ritu ementiũ & uendentiũ, quòd illi (ut apud nos) dextras datas diſciderũt percuſſione ſiue diſciſſione, qua emptionẽ eſſe ratã & factã emptionẽ ſignificare uoluerũt. Sic quoq; in ineundis fœderibus diſſectiones animaliũ fiebãt, quibus fœdera confirmabant, ut infrà uidebimus in uerbo כָּרַת Et ſimili ratiõe uerbum שָׁבַר in emptione & uẽditione panis, uel frumẽti uel alterius eſcæ pro diſtribuere uel cõparare accipitur, &c. Veruntamen quia Latinę linguæ proprietas uerbũ ſcindendi non fert, ideo neceſſe eſt exponi uerbo emendi ſeu paciſcendi: ut Deut. 2. Et aquas ſcindetis ab eis pro argento ut bibatis, id eſt, emetis. Iob 6. Qui ſuper pupillum proijcitis, ſcilicet ſortẽ, & ſcinditis ſuper ſodalem ueſtrum. 2. Reg. 6. Et ſcidit pro eis ſciſſionem magnam, & comederunt biberuntq;. Iob 40. Scindent ſuper eum ſocij, diuident eum inter Cananęos. Oſeæ 3. Ego ſcidi eam mihi pro quindecim argenteis. & ſcribitur dagges in caph euphoniæ gratia. Similiter intelligũt & exponũt locos iſtos: Gen. 50. En morior in ſepulchro quod ego ſcidi mihi in terra Canaan, id eſt, emi. Item 2. Paral. 16. Et ſepelierũt eum in ſepulchris eius, quæ exciderat ſibi in ciuitate Dauid, id eſt, emerat.

Participium præſens כֹּרֶה Prouerb. 16. Vir Beliaal excindit ſibi malum. & cap. 26. Excindens foueam, cadet in eam.

In uoce paſſiua יִכָּרֶה Pſal. 84. Donec excindatur improbo fouea.

In

In ſecunda cõiugatione geminat priores duas literas בִּרְבֵּר, id eſt ad numeros, & inciſiones ſaltauit,ſeu choreas duxit. Legiť tantũ participiũ eius pręſens מְכַרְכֵּר 2.Sam.6.Et Dauid ſaltabat ſcilicet ad numeros totis uiribus coram Iehoua.

INDE NOMINA:

כֵּרָה Exciſio,inciſio,occiſio.2.Reg 6.Et occidit illis occiſionem magnam, & biberunt & comederunt:uel ſic,Et diſcidit illis diſciſionẽ magnam, id eſt emit illis emptionem magnam. Et pluraliter כְּרוֹת Zoph.2.Eritq́; tractus maris,habitacula exciſionum paſtorũ & caulæ ouiũ,id eſt,caſæ ſeu caueæ quas exciderũt paſtores. Niſi mauelis eſſe infinitiuũ primæ cõiugationis, qui tamẽ nominaliter accipiẽdus eſt.

מִכְרֶה Exciſio,fouea exciſa,fodina.Zoph.2.Locus urticarum & fodina ſalis.

כִּרְכָּרוֹת Equi ſaltantes,& proportione tripla incedentes. Ieſa.66.Et adducent omnes fratres ueſtros ex gentibus oblationẽ ipſi Iehoua, in equis, & in curribus, & in lecticis,& in mulis,& in gradarijs ad montem ſanctum meum.

אִכָּר Inciſor ſeu foſſor terræ,quæ ſcindit terram aratro,arator,agricola, **ackerman**. Vide ſupra ſuo in loco.

741 כְּרַךְ Verbum in lingua Chaldæa ualde frequens,uſitatumq́;,ſignificatione operire, tegere,inuoluere.

INDE NOMEN,

תַּכְרִיךְ Velum,uelamẽtum, operimentũ, inuolucrum.Eſther 8. Coronam auri magnam, & operimentum byſſi & purpuræ.

742 כָּרַם Legitur ex eo tantum participium præſens כֹּרְמִים & nominaliter, uinitores. 2.Reg. 25. Pro uinitoribus & foſſoribus. Ieſaiæ 61. Agricolæ ueſtri & uinitores ueſtri.

כֶּרֶם Vinea.Exo.22.Si depaſci fecerit aliquis agrum,aut uineam.Iere.35.Et uineam nõ plantabitis. Et in diſtinctione ſententiæ כָּרֶם Gen.9.Et cœpit Noach uir eſſe humi,& plantauit uineam. Et cum affixo mutat prius ſægol in pathah,& alterum in ſeua.Leuit.25.Et uineam tuam non putabis. Exo.22. Et bonum uineæ ſuæ perſoluet. Et pluraliter כְּרָמִים Deuter.6. Vineas & oliueta. Et in ſtatu regiminis כַּרְמֵי Iudicum 14. Vſq; ad uineas Thimnath.Canticorum 1.In uineis Engaddi. Iudicum 9.In uineis eorum.

INDE VERBVM,

כִּרְסֵם Inſerta litera ſamech,cõtrariam habet nomini ſignificationem:ſignificat enim exuineare,id eſt,uaſtare ne amplius ſit uinea. Pſal.80. Exuineauit eam aper de ſylua. Et legitur tantum hoc in loco.

743 כָּרַע Curuauit,ſcilicet crura,curuauit ſe pedibus ſeu cruribus. Et in hoc differt à uerbo הִשְׁתַּחֲוָה quod proſternere ſe in terram corpore & facie ſignificat, & eſt non pedum,ſed totius corporis & faciei. Deinde differt modo tantum ſignificandi à uerbis צָנַע & כָּנַע quæ de animi humiliatione dicuntur. Iam exempla aliquot uideamus. Gen.49.Curuauit ſe & accubuit ut leo.Num.24. Incuruauit ſe & recubuit ut leo.Ieſ.10. Vbi relinquetis gloriam ueſtrã ne curuetur ſubter uinctũ, id eſt, cadat.& cap.46.Incuruauit ſe Bel.Et iterum:Repanda incuruauerũt ſe pariter. Et cap.65.Et ad mactationem incuruabitis uos.Pſal.20.Ipſi incuruauerunt ſe & ceciderunt.Pſal.105.Proſternamus nos,& incuruemus nos coram Iehoua factore noſtro. Eſdræ 9. Et incuruauit ſe ſuper genua mea. Iud. 5. Inter pedes incuruauit ſe, cecidit,iacuit,inter pedes eius curuauit ſe,cecidit:ubi curuauit ſe,ibi cecidit uaſtatus.Et iterum:Et quicunq; curuauerit ſe ſuper genua ſua,ut bibat.1.Sam.4.Et curuauit ſe,& peperit. 2.Paral.7. Et incuruauerunt ſe facietenus ſuper pauimentũ, & proſtrauerunt ſe.2.Paral.29.Et cum conſummaſſent offerre,incuruauerunt ſe rex, & omnes præſentes cum illo, & proſtrauerunt ſe. Ieſa. 46. Quia mihi curuabit omne genu.1.Reg.8.In incuruando ſuper genua ſua.

Participiũ pręſens כֹּרֵעַ Eſther 3.Et uidit Haman q́ Mardochai non incuruaret nec proſterneret ſe. Et pluraliter כֹּרְעִים Ibidẽ iterũ: Qui erãt in porta incuruabãt & ꝓſternebant ſe. Et in gen.fœ. כֹּרְעוֹת Iob 4. Et genua incuruãtia ſe corroboras.

In

In tertia coniugatione הִכְרִיעַ incuruauit, curuum fecit. Pſal.78. Et electos Iſrael curuauit. Iudicum 11. Curuando curuaſti me. Pſalm.17. Incurua eum. Pſalm.18. Incur uabas inſurgentes meos.

INDE NOMEN,

כְּרָעַיִם Crura animaliū, à curuitate, qua ſe incuruant. Leuit.8. Inteſtina & crura lauit aqua. & cap. 11. Cui ſunt crura ſupernè pedibus eius. Amos 3. Sicut paſtor eruit ex ore leonis duo crura, aut particulam auris. In ſtatu affixorum. Leuit. 1. Et inteſtina eius, & crura eius lauabit in aqua.

744 כֶּרֶשׂ Venter interior, id eſt, quæ continentur in uentre uiſcera & inteſtina. Et arbitror Germanos mutuaſſe ab Hebræis quod uiſcera uocant Kröß. Iere.51. Repleuit uentrem ſuum delicatis meis.

745 כָּרַת Cōgruit ſignificatione cū uerbis בָּרָה & כּוּר ſignificat enim ſcindere cum ſuis cōpoſitis abſcindere, deſcindere, exſcindere, reſcindere, præſcindere, &c. niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Atq; uariè cōſtruitur. Primo regit poſt ſe accuſatiuū mediante articulo אֶת Exod. 4. Et accepit Zipora petram, & præſcidit præputium filij ſui. 1. Samuel. 17. Et abſcidit cum gladio caput eius. & cap. 24. Et præſcidit alam pallij eius. Exod. 34. Et lucos eius abſcindetis. Num. 13. Et uenerunt ad torrentē Eskol, & abſciderunt ibi palmitem. Secundo, conſtruiť ſæpe cum nomine בְּרִית accuſatiui, & ſignificat ſcindere pactū ſeu fœdus, paciſci, ferire pactū, phraſi ſumpta à uetuſtiſſimo ritu, qui circa pacta ſeruabatur, & deſcriptus eſt Gen. 15. ubi Abram iuſſu dei quædam animalia diſſecabat, uolens eo ipſo confirmare promiſſionem & fidem, ſicut mox in textu ſequitur: In die illa ſcidit Iehoua pactum cum Abram dicens, ſemini tuo dabo terrā iſtam, &c. à quo quidem ritu ſeu cerimonia, hoc uerbum in eam ſignificationem abijt. Sic illius ritus meminit quoq; Ieremias cap. 34. Et tradam uiros, qui tranſgrediuntur pactum meum, qui non firmauerunt uerba pacti quod ſciderunt coram me cùm uitulum ſcinderēt in duas partes, & trāſirent inter partes eius, &c. uolens ſcilicet deus per os prophetæ ſignificare, quòd qui pactū cum ipſo ſancitū diſciderūt, ipſi uiciſſim ad eum modum, quo uitulus diſciſſus fuit, diſcindendi ſint. Et hic quidem ritus poſtea à Gentibus receptus, ut ad confirmanda fœdera porcam cæderent ſilice, uno dicēte: Sicut porca fœdè cadat, qui fœdera ruperit. Et Virgilius libro octauo eius mentionē faciens inquit: Stabant & cæſa firmabant fœdera porca. Etiā ipſæ Gentes percutere ſeu ferire pacta pro ſancire & firmare fœdera dixerūt. Tertio, etiam ultra accuſatiuum nominis בְּרִית cōſtruitur cum ablatiuo mediāte, uel præpoſitione אֶת id eſt, cum, ut præter duos ſuprà adductos locos 2. Sam. 3. Scinde fœdus tuum mecum, & ecce manus mea erit tecum. uel עִם Gen. 26. Et ſcindemus fœdus tecum. Deut. 4. Pactum Iehoua dei tui, quod ſcidit uobiſcum. Quarto, conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed. Exo. 23. Non ſcindes illis & dijs ipſorum pactum. Exod. 34. Caue tibi ne ſcindas pactum habitatori terræ. Deuter. 7. Ne ſcindas illis fœdus, neq; ſis eis gratioſus.

Participium præſens כֹּרֵת Ieſaiæ 14. Nec aſcendit exciſor contra nos. Deut. 29. Et in iuramēto, quod Iehoua deus tuus ſcindit tecum hodie. Et mox iterum: Ego ſcindo fœdus iſtud, & iuramētum iſtud. Iſti duo loci teſtantur quòd fœdera etiam iuramento execrationis ſancita fuerūt. Et pluraliter כֹּרְתִים Nehe. 9. Et in omnibus iſtis nos ſcindimus fide, id eſt, fideliter. Et in ſtatu regiminis כֹּרְתֵי Pſalm. 50. Colligite mihi pios meos, ſcindentes pactū meum ſupra ſacrificium, id eſt, qui pluris faciunt pactum quod ſciderunt mecum, quàm ſacrificia.

Participium præteritum כָּרוּת Leuit. 22. Aut quod ſciſſum eſt, non offeretis ipſi Iehoua. Deut. 23. Non intret læſus compreſſione, aut ſciſſus fuſorio in eccleſiam Iehoua. Et pluraliter in genere fœminino כְּרֻתוֹת 1. Sam. 5. Et duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limine. 1. Reg. 6. Et uno cardine abſciſſarum cedrorum.

In uoce paſſiua נִכְרַת Num. 10. Caro adhuc erat inter dentes ipſorum, antequā conciſa eſſet. Pſalm. 37. Et ſemen improborum excindetur. Dan. 9. Et poſt hebdomadas

madas ſexaginta duas excindetur Meſiah.Ioſue 3.Aquæ Iordanis abſciſſę ſunt.Et mox iterum:Et aquę defluentes ad mare ſolitudinis,mare ſcilicet ſalis,omnino abſciſſæ ſunt.Geneſ.41.Et non excindatur terra in fame.Geneſ.9.Et non excindetur omnis caro amplius ab aquis diluuij. & cap.17. Excindetur anima illa de populo ſuo.Ruth 4.Et non excindetur nomen defuncti ex fratribus eius.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua נִכְרַת.Iud.6.Et lucus iuxta ipſum abſciſſus eſt.Item in forma alia כֹּרַת. Ezech.16.Non eſt abſciſſus umbilicus tuus.

In tertia coniugatione הִכְרִית . Exo.8.Ad excindendum ranas abs te,& à domo tua.Leuit.15.Et animam, quę comederit ſanguinem excindam eam de medio populi ſui.Ioſue 11. Et excidit Anakin de montanis. Pſalm.12. Excindet Iehoua omnia labia adulationum.

In uoce paſſiua הָכְרַת. Ioel.1.Excisa eſt oblatio,& libatio à domo Iehoua.

INDE NOMINA:

כְּרִיתֻת Et כריתות ſciſſio, reſciſſio.Deut.24.Scribat ei librum reſciſſionis. Matthæi Euangeliſtæ interpres græcus in dicto Chriſti, cap.5. Quicunque repudiauerit uxorem ſuam, det illi ἀποστάσιον. uno uerbo reddidit, id eſt, diuortionale: quãquam cap.19. ſicut & Marcus cap.10. reddiderit βιβλίον ἀποστασίου, id eſt, librum diuortij. Ieſa.50. Sic dixit Iehoua, ubi eſt liber reſciſſionis matris ueſtrę. Et pluraliter כְּרִיתֻתִים. Ierem.3.Et dedit librum reſciſſionum eius ad eam.

כְּרֵתִי וּפְלֵתִי Cum in ſacris literis ſępe amborũ nominũ fiat mẽtio, libuit huc adſcribere quæ ſaniores ſcriptores de illis ſenſerint. In hoc omnes conſentiunt milites fuiſſe, quibus regis perſona, & uita ſemper curæ fuit, cuiuſmodi imperatores, reges & principes habere ſolent quos Gallico uocabulo Guardiam uocãt. Sed de uocum etymologia inter ipſos uariat.Quidam כְּרֵתִי ab hoc uerbo כָּרַת & פְּלֵתִי à פָּלַת deriuata eſſe nomina cẽſent, q.d. cõfœderati, & egregij ſeu ſelecti milites. R.D.Kimhi illa per has duas uoces exponit אורים ותמים clari, & perſpectę integritatis. Chaldæus paraphraſtes neglecta etymologiæ ratione paſſim reddidit קַשָּׁתַיָּא וְקַלָּעַיָּא ſagittarios & fundibularios. Hieronymus in quæſtionib. Hebraicis uult Crethos & Plethos fuiſſe ſeptuaginta iudices loco eorum ſubſtitutos, quos Moſes in deſerto Domino præcipiẽte delegerat Nu.11. Porro Paulus Burgẽſis Epiſcopus acerrimi iudicij uir ſentit ſatellitibus illis indita eſſe iſta nomina ab officio quo functi ſunt כְּרֵתִי dictos ab occidendo, & adornatos eſſe ut noxios & facinoroſos occiderent, non aliter atq; apud Romanos lictores, ſed פְּלֵתִי à פָּלַט eripiẽdo & ſaluãdo, q.d. defenſores & ſaluatores, & officiũ ipſorum fuiſſe, ut innocentes eriperent & tuerentur. Proinde penes utroſq; fuiſſe exequutionem iuſtitiæ, atq; huic ſententiæ facile ſubſcriberẽ, quòd illuſtris ſit, & plauſibilis, niſi me aliò traherent alia argumenta.

Primum quòd פלט cum teth non פלת eripere ſignificat. Secundum, aliquot ſcripturæ loci teſtantur fuiſſe nomina propria familiarum in Palęſtina, quæ fuerũt bellicoſiſſimæ, ſicut Papa ex Heluetiorũ gente bellicoſiſſima cuſtodes corporis habet & alit. Sic enim legitur 1.Sam.30. Irrupimus ad meridiem Crethi, quæ eſt contra Iehudam, & contra meridiem Caleb, & Ziglag ſuccẽdimus igni. Et mox ſequitur: Bibentes & tripudiantes propter multiplicem prædam, quam tulerant de terra Philiſtim, & de terra Iehuda. Deinde 2.Sam.15. Omnes ſerui tranſibant circa eũ, & omnes Crethi, & omnes Phlethi, & omnes Gitthei ſexcenti, qui uenerant pedites ex Gath tranſeuntes ante faciem regis. Similiter Ezech.25. Extendam manum meam ſuper Philiſtęos, & excindam Crethim, & auferam reliquias portus maris. Item Zophon.cap.2. Væ habitatoribus ad tractum maris, Gẽti Crethim, &c. Quibus ſanè locis euidentiſſimum eſt, hæc duo nomina eſſe gentilitia, niſi arcano fortaſſe cõſilio Dei illa duabus his familijs ſiue gentibus indita, & à Dauide accerſitę ſint, ut illis ipſis magiſtratus admonerentur officij ſui, habeãtq; ſemper ad manum aliquot pręſtantes uiros, qui præterquam φ corporis ſui cuſtodes ſint, etiam iuſtitiæ ſint executores, puniendo nocentes, & liberando inſontes & iuſtos.

746 כשב Agnus,agniculus:& eſt nomen ſpeciei ſicut כֶּבֶשׂ Leuit.7.Omnē adipem bouis & agni,& capræ non comedetis.cap.17.Qui mactauerit bouem, aut agnū, aut capram.Num.18.Aut primogenitum agni. Et pluraliter כְּשָׂבִים Gen.30.Et omnem aduſtionē in agnis. Exo.1.Et ſi de grege oblatio eius,de agnis aut de capris. Leui.22.Maſculū in armento,in agnis,& in capris.Deut.14.Hoc eſt animal quod comedetis,bouem,pecus agnorum & pecus caprarum. Et in genere fœminino כִּשְׂבָּה agna.Leuit.5.Femellam ex grege agnam,aut hircam caprarum.

747 כשה Significatione congruit cum uerbo כָּסָה tectus,opertus,ſeu obductus eſt.Deu. 32.Pinguis,denſus es,obductus es.

748 כשל Significat propriè in perſonam aliquam aut rem deijci, delabi, impingere, illidere,offendere ut decidas.Et congruit ſignificatione cum uerbis חָלַשׁ נָשַׁל לָשַׁךְ שָׁכַל שָׁלַךְ niſi quòd ut forma,ita modo ſignificādi inter ſe uarient. Ieſaiæ 59. Quoniam impegit in platea ueritas.Oſeę 5.Impegit etiam Iehuda.Leuit.26.Et impinget quiſq; in fratrem ſuum.Pſal.27.Ipſi impegerunt,& ceciderūt.Pſal.107.Impegerunt & non eſt adiutor. Ieſaiæ 31. Et impinget adiutor, & cadet adiuuandus. Item cap.59.Impegimus in meridie.Iere.46.Iuxta ripam fluminis Euphratis impegerunt,& ceciderunt.Et cap.50.Impinget proteruus & cadet.Nehem.4.Impegit uirtus mea.Pſal.109.Genua mea impegerunt in ieiunio.

Participium præſens כּוֹשֵׁל quod nominaliter accipitur pro tali homine,qui in itinere pedem offendit. 2.Paral.28.Et duxerunt ſuper aſinis, quicunq; offenderat. Pſal.105.Eduxit eos cum argento & auro, neq; fuit in baculis eius offenſus. Ieſa.5. Non eſt ullus laſſus, neq; offenſus in eo. Iob 4. ad animum transfertur:Offenſum erexerunt ſermones tui. Et pluraliter in genere fœminino כּשְׁלוֹת Ieſaiæ 35. Genua offenſa confortate.

In uoce paſſiua נִכְשַׁל Dan.11.Et impinget,& cadet, nec inuenietur. Et iterum: Filij diripientium populum tuum extollentur, ut ſtatuant uiſionē & impingent. Pſal.9.Cum auertentur inimici tui retrorſum,impingent, & auferentur à facie tua. Prou.4.Et ſi cucurreris non impinges.Et iterum: Neq; norunt in quo impingent. Ieſa.63.Sicut equi in deſerto non impingent.Iere.31.In uia recta in qua non impingent.Prou.24.Et cum impegerit ipſe,non exultet cor tuum.

Participium נִכְשָׁל habens pathah loco cametz,ſeu eſt potius nomē participiale,offenſus,qui impegit.Zachar.12. Et erit qui impingit inter illos in die illa uelut Dauid. Et pluraliter נִכְשָׁלִים. 1.Sam.2. Arcus fortium excuſſus eſt & offenſi accincti ſunt uirtute.

In tertia coniugatione הִכְשִׁיל & fit tranſitiuum, fecit decidere,ſeu impingere,labefactauit. Thren.1. Labefactauit robur meum.2.Parali.24.Labefactabit te deus coram hoſte. 2.Paral.28. Qui offendiculum præbuerunt ei & toti Iſrael. Pſalm.64. Qui impingere fecerunt ſuper ſeipſos linguam ſuam. Prouerb.4.Si non offenſionem præbuerint.Iere.18.Impingere fecerunt eos in uijs ſuis. Malach.2. Quare declinaſtis à uia,impingere feciſtis multos in lege.

Participium præteritum מָכְשָׁלִים Iere.18.Et erunt labefactati coram te.

INDE NOMINA:

כּוֹשֵׁל Qui impegit,offenſus:uide ſupra in participio.

כַּשִּׁיל Aſcia,ſecuris,quòd ea labefactentur arbores & ligna,eaq; faciat decidere.Pſa.74. Nunc ſculpturas eius ſimul ſecuri & bipenni concuſſerunt.

כִּשָּׁלוֹן Offenſio,lapſus,ruina.Prou.16.Ante ruinam ſuperbia ſpiritus.

מִכְשׁוֹל Scandalum,offendiculū,ad quod aliquis impingit,& offenditur.Leu.19.Ante cęcū non ponas offendiculū. Ieſa.8. Et ipſe erit in ſanctuarium,& in lapidem plagæ, & in petram offendiculi. cap.57. Leuate offendiculum è uia populi mei. Pſal.119. Pax multa diligentibus legem tuam,& non eſt eis ſcandalum. 1.Sam.25. Non erit tibi iſtud in diſſolutionem,neq; in offenſionē cordis. Et pluraliter מִכְשֹׁלִים Iere. 6.Ecce ego pono populo huic offendicula,ut impingāt in ea.Ezech.21. Vt liquefiat

fiat cor,& multiplicentur offendicula in portis eorum.

מִכְשֹׁלָה Offenſio,offendiculum,labefactatio,caſus,decidentia abfall. Ieſaiæ 3. Et labefactatio iſta ſit ſub manu tua,id eſt,ſeditio,qua alterum in alterum impingit,& labefactatur ſtatus & tranquillitas Reipublicæ. Et pluraliter מַכְשֵׁלוֹת. Zophoniæ 1. Et offendicula apprehendent ſeditioſos.

749 כָּשַׁף Res ſeu creaturas aliter obiecit oculis,præſtrinxit oculos. Et ut literarum poſitu,ita modo tantùm ſignificandi uariat à uerbo כָּפַשׁ, quod mutare in aliam formam ſignificat.2.Paral.33.Et præſtigia exercebat.

Participium præſens מְכַשֵּׁף, præſtigium faciens,præſtigiator.Deut.18. Aut præſtigiator. Et pluraliter מְכַשְּׁפִים. Exod.7. Et uocauit etiam Pharao ſapientes & præſtigiatores. Habakuk 3. Et ero teſtis uelox contra præſtigiatores & mœchos.

Et in genere fœminino מְכַשֵּׁפָה. Exod.22. Præſtigiatricem ne uiuere ſinas.

INDE NOMEN,

כְּשָׁפִים Nomen pluralis numeri tātùm,præſtigiatores.Micheæ 5.Et excindam præſtigiatores de manu tua.Nahum 3.Domina præſtigiatorum. Et cum affixis. 2.Reg.9. Quandiu fornicationes Izabel matris tuæ, & præſtigia eius tam multa. Ieſaiæ 47. Et in multitudine præſtigiorum tuorum.Nahum 3. Quæ uendit gentes ſcortationibus ſuis,& cognationes præſtigijs ſuis.

750 כָּשֵׁר Significatione non multùm abludit à uerbo יָשַׁר,rectum fuit:quę enim rectè aguntur,ea ordine & tempore fiunt:ideo pro congruētia & conuenientia,& decoro & utili:item pro induſtria rectè faciendi, uſurpatur. Eſth.8. Et rectum fuit uerbum coram rege.Eccl.11.Quia tu non ſcis,num rectum fuerit hoc uel illud.

INDE NOMINA:

כִּישׁוֹר Rectitudo.Prou.31.Manus ſuas emittit in rectitudine,id eſt, rectè.quanquā nonnulli pro colo,alij pro fuſo,alij pro uerticulo,ſeu uerticillo exponunt.

כִּשְׁרוֹן Rectitudo,congruentia in rebus conuenienter agendis, induſtria. Eccleſ.4. Vidi ego omnem laborem,& induſtriam operis. Et cap.5. Et quæ conuenientia domino ſuo,niſi aſpectus oculorum ſuorum,id eſt,iucunditas.

הַכְשֵׁיר Nomē infinitū,rectitudo,induſtria.Eccl.10.Et amplior eſt induſtria, ipſa ſapiētia.

כּוֹשָׁרוֹת Congruentiæ,conuenientiæ.Pſal.68. Qui educit uinctos in congruentijs,ſeu opportunitatibus.

751 כָּתַת Contudit:& congruit ſignificatione cum uerbis נָכָה & נָכָה כָּתַשׁ, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe diſſideāt. Pſal.89. Et cōtundam à facie eius aduerſarios ipſius.Ioel.4.Contundite uomeres ueſtros in gladios.

Participium præteritum כָּתוּת. Leuit.22.Et quod eſt,uel compreſſum, uel contuſum.Ieſaiæ 30. Et contritio eius, ſicut contritio figulorum, contuſa ſine commiſeratione.

In ſecunda coniugatione כִּתֵּת. 2.Paral.34.Et ſculptilia contudit in puluerem. 2. Reg.19.Et contudit ſerpentem æreum.Ieſaiæ 2. & Micheæ 4. Et contundent gladios in uomeres.Zach.11.Et contundent terram.

In uoce paſſiua כֻּתַּת. 2.Paral.15.Et contundentur gens à gente,& ciuitas à ciuitate.Prou.4.A mane uſque ad ueſperam contundentur. Ieſa.24. Et in tumultu contundetur porta. Iere.46. Et fores eorum contundentur. Mich.1. Omnia ſculptilia ueſtra contundentur.

INDE NOMINA:

כָּתִית Contuſio,contuſum.Exod.27. Et tollent tibi oleum oleæ purum, contuſum, pro luminari.& cap.29.Et decimam partem ſimilæ mixtam oleo contuſo.

מְכִתָּה Contuſio.Ieſaiæ 30.Et non inuenietur in contuſione teſta ad fouendum ignem.

752 כָּתַב Scripſit.2.Reg.17.Præceptum quod ſcripſit uobis.Exo.32.Dele me obſecro de libro tuo,quem ſcripſiſti.Ex.17.Scribe hoc.Ezech.30.Scribe tibi nomen.Prou. 3.Scribe eas ſuper tabulam cordis tui.Deut.37.Scribite uobis canticum.Deut.10. Scribam in tabulis.Nu.17.Nomen illius ſcribes. Deut.31. Cum conſumaſſet Mo-

ſes ſcribere. Pſal.87.In ſcribendo populos.Iere.45.Cum ſcriberet ipſe uerba iſta.

Participium præſens כֹּתֵב. Iere.36.Et ego ſcribo.

Participium præteritum כָּתוּב. Pſal.40.Scriptum eſt ſuper me.2.Regum 23.Sicut ſcriptum eſt. Ieſaiæ 4. Omnis qui ſcriptus eſt. Et pluraliter כְּתוּבִים. Exod.31. Scriptæ digito dei. 1.Reg.11. Nónne ſunt ſcripta in libro, &c. Et in genere fœminino כְּתוּבָה. Ioſue 10. Nónne hoc ſcriptum eſt in libro Recti. Deuter.29. Omnis maledictio quæ ſcripta eſt. Et pluraliter כְּתוּבוֹת. 2.Paral.24. Omnes maledictiones, quæ ſcriptæ ſunt.

In uoce paſſiua יִכָּתֵב. Eſther 3.Nomine regis Achſueri ſcriptum eſt.& cap.9.Et ſcribetur in libro.Pſal.102.Scribetur hoc generationi poſteriori. Iob 19. Et ſcribentur ſermones mei.

In ſecunda coniugatione כִּתֵּב. Ieſa.10.Væ ſtatuentibus ſtatuta mendacij,& ſcribentibus,qui laborem ſcripſerunt,&c.ubi ſimul participium præſens ponitur.

INDE NOMINA:

כְּתָב Scriptio,ſcriptura.Eſther 8. Quia ſcriptura quæ ſcripta eſt.1.Paral.28. In ſcriptura. Et in ſtatu regiminis כְּתַב Eſdræ 4.Et ſcriptura epiſtolæ.Ezech.13.Et in ſcriptura domus Iſrael. Et in ſtatu affixorum recipit cametz. Eſther 1.Secundum ſcripturam illius.& cap.8.Secundum ſcripturam ſuam.

כְּתֹבֶת Scriptura.Leuit.19.Scripturam impreſſionis non ponetis in uobis.

מִכְתָּב 2.Paralip.36.Etiam per ſcripturam. Et in ſtatu regiminis מִכְתַּב Exod.33.Et ſcriptura erat ſcriptura dei.Deut.10.Secundum ſcripturam priorem.

753 כֹּתֶל Omnes interpretes unanimi conſenſu uerterunt parietem, quibus eò facilius aſſentior,quòd in lingua Chaldaica כּוֹתְלָא etiã parietẽ ſignificet,& pro Hebręo קִיר ponatur.Legitur tantùm ſemel,& quidem cum affixo,cũ quo holem commutatum eſt in hatephcametz. Cantic.2.Ecce iſte ſtat poſt parietem noſtrum.

754 כֶּתֶם Maſſa, portio, gruma, ſeu fruſtum, ſcilicet auri. Et ut multis nominibus aurum Hebræis appellatur, ita arbitror etiã hoc eſſe nomen appellatiuũ, & ſignificare maſſam auri mũdiſſimi, quale eſt uel Indicum, uel Arabicum. Et quidem uerisimile eſt uocem eſſe peregrinam. Scribunt autem hiſtorici quòd in India fruſtũ auri obrizi effoſſum ſit, quod pondo quadraginta duo cum dodrante æquauerit, frequens eſſe quod quatuor pondo habeat, & quandoq; ad ſeptem etiam accedere. Abſolutè legitur. Iob 31.Si poſui aurum ſpem meam,& maſſæ dixi fiducia mea.

Et in diſtinctione כָּתֶם Prouerb.25. Monile aureum,& ornamentum ex maſſa. Conſtruitur aliquando cum nomine אוֹפִיר quod regionem Indiæ ſignificat in qua teſte Moſe optimum aurum foditur. Iob 28.Non ſternetur cum auro Ophir. Pſal. 45.Stat coniunx ad dexteram tuam in maſſa Ophir. Ieſaiæ 13. Et precioſiorem faciam uirum, quàm aurum Ophir. Et ſemel conſtruitur cum nomine loci אוּפָז Daniel.10.Et lumbi eius accincti auro Vphaz. Legitur etiam adiunctis adiectiuis, primo cum טוֹב Thren.4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatum eſt aurum optimum. Item cum טָהוֹר Iob 28.Cum auro mundiſſimo non ſternetur. Item cum Cantic.5.Caput eius aurum ſolidiſſimum.

מִכְתָּם Denominatiuum, id eſt, clynodiũ factum ex auro puriſſimo & ſolidiſſimo:& licebit uertere, aureolum, aureum, inſigne aureum. Pſalm.16. Aureum Dauidis. Item Pſalm.56.cæteriſq; quatuor proximè ſequentibus pſalmis: Dauidis aureum. Et reperitur tantum in titulis pſalmorum.

INDE

Participium paſſiuæ uocis primæ coniugationis נִכְתָּם Ieremiæ 2. Etiam ſi laueris te nitro, & multiplicaueris tibi Borith, tamen fulgida eſt iniquitas tua coram me, ait Suſtentator Iehoua.

755 כְּתֹנֶת Id eſt, tunica. Et ueriſimile eſt Græcos uoce cõſimili χιτὼν & Latinos cõuerſione literarũ tunicam appellaſſe. Singulariter in iſta forma legitur Ge.37. Et fecit ei tunicam Polymitam. Et iterum: Cognoſce nunc an tunica filij tui ſit. 2. Sa.13. Et ſuper illa erat tunica polymita, quia ſic indutæ erant filiæ regis uirgines pallijs.

כֻּתֹּנֶת In alia forma, ſed eadem ſignificatione. Gen.37. Et tinxerũt tunicam in ſanguine. In ſtatu affixorum ſeruat duo puncta priora inuariata. Gen.37. Expoliauerunt Ioſeph tunica ipſius. 2.Sam.15. Rupta erat tunica eius. Iob 30. Sic ora tunicæ meæ accinget me. Ieſaiæ 22. Et induam illum tunica tua. Et pluraliter כֻּתֳּנֹת Exod.28. Et filijs Aaron facies tunicas. Leuit.18. Et induit eos tunicis. & cap.10. Et tulerunt eos in tunicis eorum. Legitur tamen etiã in forma in ſtatu regiminis כָּתְנוֹת Ge.3. Et fecit Iehoua deus Adę & uxoris eius tunicas pelliccas. Exod.39. Et fecerunt tunicas byſſi. Eſdræ 2. & Nehem.7. ſcribitur כָּתְנוֹת.

756 כָּתֵף Si literas tranſpoſueris, congruit cum eo nomen Latinum ſcapula: ac ſæpenumero pro latere cuiuslibet corporis ſeu ædificij ponitur. Ieſ.30. Portabunt ſuper ſcapula pullorum opes ſuas. Ioſue 18. Pergens iuxta ſcapulam Iericho, id eſt latus. 1.Reg.8. Ad latus domus. Zach.47. A latere domus dextro.

כִּתְפָה Scapula, in alia forma. Zachariæ 7. Et dederunt ſcapulam auerſam. Ieſaiæ 46. Portabunt eum ſuper ſcapula. Ezech.24. Omnem fructum bonum fecerunt & ſcapulam. Et cap.29. Et diſſecabis in cis omnem ſcapulam. Numeri 7. Quia miniſterium ſanctitatis ſuper illis in ſcapula portabunt. Exo.27. Et in ſcapula altera erunt tapetes quindecim. Ieſaiæ 11. Et uolabunt in ſcapulam Philiſtæorum. In ſtatu regiminis mutat tantùm cametz in ſeua. Iob 21. Scapula mea ab humero cadat. 1.Paralip. 15. Tulerunt filij Leuitarum arcam Dei, quemadmodum præceperat Moſes iuxta uerbum Iehoua in ſcapula ſua uectibus. Et pluraliter כְּתֵפֹת 1.Regum 7. Scapulę fuſæ. Exod.28. Duo latera cohęrentia. Et in ſtatu regiminis כִּתְפֹת Exo.28. Et facies duos annulos aureos, & pones illos ſuper duas ſcapulas Ephod. Ezech.41. Et latera oſtij. Et in forma maſculina כְּתֵפַיִם Exo.12. In duobus lateribus eius. 1.Regum 7. De baſi ſcapulæ eius, id eſt, prominentiæ. 1.Samuelis 17. Et claua ærea inter ſcapulas eius.

757 כָּתַר Cinxit, coronauit. Iudicum 20. Cinxerunt Beniamin, perſequuti ſunt eum. Pſal. 22. Tauri Baſan cinxerunt me. Iob 36. Cingere mihi modicum & patefaciam tibi, id, eſt mane circa me.

In tertia coniugatione הִכְתִּיר Pſalm.142. Circa me cingent iuſti. Prouerb.14. Et callidi cingent ſcientiam.

Participium præſens מַכְתִּיר Habakuk 1. Quia improbus cingit iuſtum.

INDE NOMINA:

כֶּתֶר Cinctura, circulus, corona, cidaris, quod cum Hebræa uoce congruit. Eſther 2. Et poſuit coronam regni in caput eius. Et iterum: Cum corona regni.

כֹּתֶרֶת Corona, cinctura. 1.Reg.7. Altitudo coronæ unius. Et pluraliter כֹּתָרֹת. 2.Reg.7. Et duas coronas fecit. Et iterum: Ad operiendum coronas. & cap.17. Catenæ pro cincturis. 2.Paralip.4. Et coronæ ſuper caput columnarum.

758 כָּתַשׁ Contudit: & cõgruit ſignificatione cum uerbis כָּתַת נָכָה נָכָא niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Prouer.27. Si contuderis fatuum in mola inter ptiſana, non recedet ab eo ſtultitia.

INDE NOMINA:

מַכְתֵּשׁ Mola, qua aliquid contunditur. Prouerb.27. Si contuderis fatuum in mola inter ptiſana, &c. Iudic.15. Et rupit molarem qui erat in maxilla. Zophoniæ 1. Vlulate habitatores molæ. Vocat autem Hieroſolymam propheta hoc nomine, quòd in ea totus cultus, & tota religio ad quæſtum erat inſtituta.

## DE DICTIONIBVS QVATVOR LITERARVM ET PEREGRINIS.

759 מִכְמַנִּים Theſauri: uox Chaldaica, nam in ea lingua כְּמַן recondere ſignificat, ſicut Hebræis טמן. Legitur in ſtatu regiminis מִכְמַנֵּי Danie.11. Et dominabitur in theſauros auri & argenti.

760 כרבל Inuoluit, circumuoluit, complicauit. Legitur ex eo participiũ præteritũ מכרבל 1.Paralip.15. Et Dauid erat circumamictus pallio lineo.

INDE NOMEN,

כרבל Amictus, operimentum. Dan.3. Et operimentis ſuis.

761 כרכב Circuitus, ambitus, reſidentia. Exo.27. Et pones ipſum ſubter circuitum altaris infernè. pro quo Chaldæus paraphraſtes סובבא poſuit. Et cum affixis mutat holem in kybutz. Exo.38. Et facies altari cribrum factura retis ex ære ſubter ambitum eius infernè. Arbitror autem deriuatum eſſe à uerbo רבב geminata media ſubſtantiali litera, q.d. uectura, reſidentia: ideoq; de hoc etiam in uerbo רבב.

762 כרכוס Crocus. Canticorum 4. Nardus & crocus. Arbitror ultimam literam debere eſſe ſamech, non mem.

763 כרמל Nomen montis, & iuxta illum uallis laudatiſſimæ fertilitatis. Ioſuæ 12. Iackneum de Carmelo unus. 1.Sam.25. Ad tondendum oues ſuas in Carmelo. 1. Reg.18. Congrega ad me omnem Iſrael ad montem Carmelum. Et iterum: Et aſcendit Eliahu in cacumen Carmeli. Cantic.7. Caput tuum ſuper te ſicut Carmelus. Iere.46. Sicut Thabor in montibus, & ſicut Carmelus ad mare ueniet. Et cap. 51. Et paſcetur Carmelum & Baſan. Amos 1. Et lugebunt paſcua paſtorum, & areſcet caput Carmeli. Et cap.9. Etſi occultati fuerint in uertice Carmeli, inde ſcrutando tollam eos, aut ſi abſconditi fuerint ab oculis meis in fundo maris, &c. Et cum he importat motum ad locum כרמלה. 1.Samuel.15. Venit Saul in Carmelum. Et in ſtatu affixorum fortificat literam lamed, mutato ſægol in hirik. 2. Reg.19. Syluã carmeli ſui. Et ponitur ſæpe appellatiuè pro qualibet terra ſeu ualle frugifera. 2.Paralip.26. Agricolæ & uinitores in montibus, & in Carmelo: quia diligens terram erat. Ieſaiæ 16. Et detrahetur lætitia, & exultatio à Carmelo, & in uineis non ouabitur. & cap.32. Et erit deſertum in Carmelum, & Carmelus in ſyluam reputabitur. Tertiò accipitur pro ſegete ſeu frumẽto recenti, & pingui, quale primum in Carmelo matureſcit. Leuit.2. Expulſionem frumenti, id eſt, frumentũ excuſſum è folliculis. & cap.14. Et panem, & toſtum & Carmel non comedetis uſq; ad diem illum. 2.Regum 4. Et portauit ad uirum dei panem primitiarum, uiginti panes hordeaceos, & Carmel in thecis ſeu folliculis.

כרמיל Coccinum, Carmeſinum: arbitror nomen eſſe Tyrium. 2.Paralip.2. Et in purpura, & in carmeſino.

764 כרסם Exuineauit, porcorum more eruit, eradicauit. Vide in themate כרם.

765 כרפס Color, quem nos quoque Carbaſinum uocamus. Eſther 1. Album carbaſinum, id eſt, roſinrot.

# ל

Prouerb.16.

לִפְנֵי שֶׁבֶר גָּאוֹן וְלִפְנֵי כִשָּׁלוֹן גֹּבַהּ רוּחַ׃

766 **ל** Litera eſt Alphabeti, quæ in numerando notat triginta. Eſt & articulus genitiui caſus proprijs nominibus præpoſitus, at nominibus appellatiuis datiui caſus.

Secũdo, ſæpenumero notat motum ad perſonam, ſeu ad locũ, ſicut אֶל Deut.12. Et non requiras ad Idola earum, id eſt non requiras eundo ad idola. 2.Paralip.17. Non quæſiuit ad Baalim. Pſal.143. Et contriuit ad terram uitam meam, id eſt, proijciendo in terram. Ieſaiæ 14. Confractus ad terram.

Tertio contrario modo præcedenti, ſæpe idem ualet quod præpoſitio ablatiui caſus à, ab, de, hoc eſt, à perſona ſeu loco. Geneſis 9. Sanguinem ueſtrum de animabus ueſtris requirã. & cap.20. Dic ita de me, frater meus eſt. 1.Reg.10. Audiens famã Salomonis de nomine Iehoua. Iob 30. Vt quæras de iniquitate mea. Pſal.36. Sententia tranſgreſſionis de Improbo.

Quarto, idem ualet, quod תַּחַת id eſt, pro. Prouerb.21. Redemptio pro iuſto erit Improbus, & pro rectis inuaſor.

767 **לֹא** Legitur ſemper, & ubiq; abſq; uau Rabinorum obſeruatione, exceptis triginta quinq; ſcripturæ locis, in quibus interſerta uau litera לוֹא ſcribitur. Eſt & hoc notatu dignum, quòd ut אֶל protendit ſe ad ſequentia affirmatiuè, ita iſta particula לא extendit ſe ad ſequentia negatiuè: unde Logici de negatione dixerũt, quòd malignantis ſit naturæ, deſtruens quicquid poſt ſe inuenit. Deinde ꝙ differat à particula negatiua אַל non natura ipſa, ſed quòd hæc inter cætera mutet uerba indicatiui modi in imperatiuum ſeu ſubiunctiuum, illa uerò plerunq; cum uerbis conſtruitur indicatiui modi. Exod.21. Si diſplicuerit in oculis ſuſtentatoris ſui, qui non deſponſauit eam. 1.Samu.2. Et non ſtabiliuntur conſilia. Pſal.1. Beatus uir qui non abijt in cõſilium improborum. Ieſaiæ 9. Non magnificaſti lætitiam. & cap.49. Et Iſrael non diſgregabitur, id eſt, ſimul auferetur. Eſdræ 4. Neque nos ſacrificamus à diebus, &c.

Secundo idem ualet, quod ſine, abſq;, ſi cum nomine conſtruitur. 2.Samuel.23. Et ſicut lux matutina, quando exoritur ſol mane abſq; nubibus. Exo.3. Quoniam non permittet uos rex Ægypti abire, niſi in manu ualida. quanquam alij ſimpliciter ita reddunt: Et ne in manu ualida quidem.

Tertio quandoq; interrogatiuè ponitur, includẽs affirmationem. Exod.8. Ecce ſi ſacrificaremus abominationem Ægyptiorum in oculis eorum, non lapidarent nos? id eſt, nónne. Iob 3. Non fœlix eram, & non tranquillus eram, & non quietus eram? Et tamen uenit inquietudo. Ezech.32. Et non iacebũt cum fortibus qui ceciderunt ex præputiatis, id eſt, nónne iacebunt? uel, certè iacebunt. Threnorum 1. Nihil'ne ad uos omnes tranſeuntes uia? reſpicite & uidete, id eſt, omnium maxime ueſtra intereſt.

Quarto, eſt & hoc obſeruandum, ꝙ aliquoties ſcribitur לא pro לו pronomine datiui caſus. Leuitic.25. In ciuitate cui ei murus. 2.Reg.8. Abi dic ei uiuendo uiues. Iob 13. Si occiderit me, ei ſuſtinebo. 1.Paralip.11. Et ei nomen inter tres. Ieſaiæ 63. In omni anguſtia eorum ipſi erat anguſtia.

**הֲלֹא** Particula interrogatiua, an non, nónne. Ioſ.10. Nónne eſt ſcriptũ in libro Recti. 1.Reg.1. An nõ audiſtis ꝙ regnauit Adoniahu. 2.Reg.24. Nónne adiuraui te per Iehoua.

boua. Ruth 2. An non audiſti filia mea, ne uaderes ad colligendū in agrum alium. Et ſcriptum eſt ſemel cū he הֲלֹה Deut. 3. Nónne ille adhuc eſt in Rabath filiorum Ammon. Legitur præterea ſemel poſitum הֲלֹא pro הֲלֹם Iud. 14. An ad occupandum nos uocaſtis nos huc?

בְּלֹא In non, ſine, abſque. Num. 35. In non inimicitia. Et iterum: In non inſidijs. Et mox iterum: Abſque uidere. Deut. 32. Ipſi ad æmulationem prouocauerunt me in non deo, ad iracundiam prouocauerūt me in uanitatibus ſuis, & ego ad æmulationem prouocabo eos in non populo, in gente ſtulta ad iracundiam prouocabo eos. Ieſaiæ 54. Emite abſque argento, & abſq; precio. Iere. 5. Abſq; deo.

כְּלוֹא Sicut non. Abdiæ 1. Et erunt quaſi non eſſent.

לְלֹא Cui non, quibus non. Et lamed eſt articulus datiui caſus. 2. Paralipo. 15. Et per dies multos Iſraelis cui nō deus ueritatis, & cui non doctor, & cui non lex. Ieſaiæ 65. Quæſitus ſum quibus nō interrogauerunt, inuentus ſum quibus nō quæſiuerunt me. Iob 26. Cui auxilium præbes, cui non uirtus. Et iterum: Cui conſulis, cui non ſapientia.

לאב Inde תַּלְאֻבוֹת. Vide in themate אָבַל.

768

לאה Defeſſus, defatigatus fuit. Et ut ſignificatione congruit cum לָהָה & לֹא, ita diſcordat à uerbis יָאַל & אָלָה. Geneſis 19. Et defeſſi ſunt ad inueniendum ianuam. Iob 4. Nónne ſi tentauerit aliquis loqui ad te, defeſſus eris. Et mox iterum: Quia nunc euenit tibi, ſtatim defeſſus eris.

In uoce paſſiua נִלְאָה Exod. 7. Et defeſſi facti ſunt Ægyptij bibere aquam de flumine. Ieſaiæ 1. Defeſſus factus ſum ferendo. Et cap. 47. Defeſſus factus es multitudine conſiliorum tuorum. Ieremiæ 9. Inique agendo defeſſi facti ſunt. Prouer. 16. Defeſſus fiet, ut reducat ea ad os ſuum. Pſal. 68. Hæreditatem tuam, quæ etiam defeſſa erat, tu confirmaſti. Hoc uerbo uſus eſt Paulus Rom. 8. ubi inquit, Quod impoſſibile erat legi propter carnem debilitatā, ſcilicet per præuaricationem Adæ, eam ut præſtare non poſſet.

In tertia coniugatione הֶלְאָה Iob 16. Veruntamen nunc defatigauit me. Ieſaiæ 7. Num parum eſt uobis defatigare homines, quia defatigatis etiam deum meum? Ieremiæ 12. Si cum peditibus cucurriſti, & defatigauerunt te, quomodo prouocabis equos? Micheæ 6. Et quid defatigauit te. Ezechielis 5. Laboribus defatigata eſt, neque tamen egredietur ab ea multitudo aduſtionis. ubi ſcribitur thau loco he.

INDE NOMINA:

תְּלָאָה Defatigatio, moleſtia, quæ tandem defatigat. Exod. 18. Et omnem defatigationem, quæ inuenit eos in uia. Thren. 3. Circumdedit felle & defatigatione.

מַתְּלָאָה Defatigatio. Malachiæ 1. Ecce defatigatio eſt, & in uentum flauiſtis iſtud. quanquam aliqui ſint, qui putent ſcriptum pro מִתְּלָאָה, id eſt ex defatigatione eſt.

נִהְלָאָה Defeſſa. Mich. 4. Et ponam claudum in reliquias, & defeſſam in gentē robuſtam.

769

לאט Si regit poſt ſe accuſatiuum, tum eſt tranſitiuum, & ſignificat inuoluere, uelare, abſcondere. 2. Samuelis 19. Et rex inuoluit faciem ſuam. Et abſolutè. Iob 15. An modicum apud te ſunt conſolationes dei, ſed uerbum inuolutum eſt apud te.

INDE NOMINA:

לָאט Arcanum, abſconditum, uelatum: & aſſumit à fronte literam beth ſubiecta uoce pathah, & daggeſſata litera lamed: & quia uerbis apponitur, ſolet aduerbiaſcere. Iudic. 4. Et uenit ad eum in abſcondito, id eſt, abſconditè, clàm, tectè. Et legitur etiam ſine aleph בַּלָּט Ruth 3. Et uenit in abſcondito, & aperuit pedes eius. 1. Sa. 18. Loquimini in abſcondito ad Dauidem, id eſt clàm, tacite. Et pluraliter in ſtatu regiminis & affixorum לָטֵי arcana, abſcondita, quæ norunt tantum incantatores &

& magni, uel ipſa uerba & inſuſurrationes. Exod. 7. Et fecerunt quoq; ſic incantatores cum arcanis ſuis.

לְטָאָה Literarum tranſpoſitione, nomen reptilis immundi, cuius Moſes mentionem facit Leui. 11. Quidam ſtellionem, alij lacertam, alij limacem eſſe uolũt. Eſt tamen certum deſcendere ab iſto themate, & habere appellationem ſuam à proprietate, quòd uidelicet uel latebras amet, uel à tardo inceſſu, uel à ſuſurratione.

אַט Per aphæreſin literæ lamed, & uerbo alio conſtructum, aduerbiaſcit, abſcondité, clàm, leniter, paulatim, abſq; ſtrepitu, pro לָאט. 2. Sam. 18. Leniter propter me cum puero, cum Abſolome. Ieſaiæ 8. Quia reiecit populus iſte aquas Siloah, quę uadũt eum abſcondito, id eſt, inſenſibiliter, placidè, ſine ſtrepitu & impetu. Et in ſtatu affixi mutat pathah in hirik daggeſſata litera thet. Geneſ. 33. Ego uero incedam ad abſconditum mei, id eſt, ſine ſtrepitu, qui celeritate actus excitatur. Et pluraliter אִטִּים arcani, ſecreti, abſconditi, id eſt, incantatores, qui ſecreta uerba ſuſurrant in exercenda ſua arte. Ieſaiæ 19. Conſulite apud idola & apud arcanos.

לאך Inde nomina מַלְאָךְ מְלָאכָה. Vide in uerbo הָלַךְ.

לְאֹם Vide in themate אמן.

770 לֵבָב Primo & principaliter ſignificat membrũ illud in corpore quod eſt fundamentum uitæ, & Latinè cor dicitur. Deinde etiam figuratè pro cogitatione, conſilio, uoluntate, animo, mente, intellectu, ſapientia, ſtudijs, & alijs motibus operationibusq; ſpiritualibus, quæ in corde ſuam ſedem habẽt & perficiũtur, uſurpatur.

Tertio, quia cor medium eſt in corpore, tranſſumitur quoq; pro cuiuslibet rei medietate. Deut. 20. Tener corde. & cap. 28. Et ſtupore cordis. 1. Sam. 16. Iehoua autem uidet in cor. Iob 12. Etiam mihi eſt cor ſicut uobis. 1. Para. 29. Da mihi cor perfectum. Et iterum: Tu probas cor. Et in ſtatu regiminis לְבַב Pſal. 104. Et uinum lætificat cor hominis. Ionæ 2. Proieciſti me in profunditatẽ, in cor marium. Iuxta hanc phraſin Chriſtus etiam de ſe dicit Matth. 12. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Et cum affixis. Deut. 6. Diliges ipſum Iehoua deum tuum in toto corde tuo. cap. 8. Et dicas in corde tuo. Et pluraliter forma maſculea לְבָבִים Nahum 2. Supra corda eorum. Item forma fœminea לְבָבוֹת 1. Paralip. 28. Quia omnia corda inquirit Iehoua.

לֵב Per ſyncopen literæ geminatæ: ideo in acceſſione literarum, ut fit cum affixa aſſumit, & in numero multitudinis tranſponitur punctulus de zere in literam, ut ſignificetur defectus geminatæ literæ. Cæterùm quod ad ſignificationem, & ſignificãdi rationem attinet, eandem per omnia habet cum integro. Geneſis 8. Nam figmentum cordis hominis malum à pueritia ſua. Et cap. 31. Et furatus eſt Iacob cor Laban Aramæi, eò quòd non indicauit illi quòd fugeret. 2. Samuelis 15. Et furabatur Abſolom cor uirorum Iſrael, id eſt, alienabat animum. Geneſis 34. Et loquebatur ſuper cor puellæ. Exod. 28. Et tu loqueris ad omnes ſapientes corde. Et iterum: Et erunt ſuper corde Aaronis. 1. Samuelis 24. Et factum eſt poſtea, ut feriret cor Dauidis ipſum, id eſt, conſcientia. Similiter 2. Samuelis 24. Et ferijt cor Dauidis ipſum poſtquam numeraſſet populum. 2. Reg. 12. Omne argẽtum quod aſcenderit ſuper cor uiri, ut adferat ad domum Iehoua. Ieſaiæ 65. Et non aſcendent ſuper cor. Ieremiæ 3. Neque aſcendet ſuper cor. 2. Samuelis 7. Et quicquid uenit ſuper cor Salomonis, ut faceret. Et iterum: Et erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Prouerbiorum 8. Diſcite ſimplices aſtutiam, & ſtulti cor, id eſt ſapientiam. & cap. 12. Qui ſectatur ocia, deficiens eſt corde. cap. 15. Bonum cor, conuiuium perpetuum. & cap. 19. Habẽs cor, diligit animam ſuam, id eſt, habens ſapientiam. Ieſaiæ 57. Non eſt quiſquam, qui ponat ſuper cor. Ieremiæ 32. Et dabo illis cor unum. Oſeæ 4. Vinum & muſtũ auferunt cor. Et quando hoc nomen geminatur, importat diſtributionem. 1. Paralip. 12. Et congregati abſque corde & corde. Et poſtea exponit לֵב אֶחָד & לֵב שָׁלֵם Pſal. 12. Labia blanditiarum in corde & corde loquuntur. Deuter. 4. Et mons ille ardebat in igne uſque ad cor cœli. 2. Samuel. 18.

Et

Et accipiẽs tres lanceas in manum ſuam transfixit in cor Abſolom, cũ ipſe adhuc uiueret in corde quercus. Ier. 51. Et contra habitatores cordis inſurrectores meos. Ezech. 27. In corde marium terminus tuus. Ionæ 2. Proieciſti me in profunditatem, in cor marium. Prouerb. 23. Et eris quaſi cubans in corde maris. Et cap. 30. Et uia nauis in corde maris. In ſtatu affixorum transfert alterum punctum de zere in literam beth. Thren. 1. Conuerſum eſt cor meum intra me. Geneſ. 6. Et omne figmentum cogitationum cordis eius tantum malum. cap. 28. Et accipiam bucellam panis, ut corroboretis cor ueſtrum. & cap. 42. Et egreſſum eſt cor eorum, id eſt animus. Exo. 4. Et ego detinebo cor eius, & non dimittat populum. cap. 7. Et non appoſuit cor ſuum etiam ad hoc, id eſt, animum. cap. 9. Ego mittam omnes plagas meas in cor tuum, & in ſeruos tuos, id eſt, ut tu ſentias. Iudic. 16. Quoniam indicauerat illi totum cor ſuum. 2. Sam. 7. Propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum, ut oraret ad te, id eſt, apud ſe conſilium iſtud. Et in genere fœminino לִבָּה quod in ſtatu affixi ſcribitur לִבַּת. Ezech. 16. Quàm exitioſum eſt cor tuũ. Et pluraliter לִבּוֹת Pſal. 7. Et probat corda & renes deus iuſtus. Prouer. 15. Infernus & perditio coram Iehoua. Pſal. 125. In cordibus ſuis.

לָבִיא Leo, **ein lew**, conſentiẽte Latino & Germanico uocabulo. Habet Hebræis appellationem à corde, quaſi dicas cordatus, iuxta hoc 2. Samuelis 17. Cuius cor eſt ſicut leonis. Dicitur igitur ab animoſitate & generoſitate ſeu fortitudine animi. Geneſ. 49. Et ſicut leo, quis ſuſcitabit eum. Ieſaiæ 5. Rugitus illi inſtar leonis. Oſeæ 13. Deuorabo eos ibi, ſicut leo. Ioelis 1. Et mandibulæ leonis illi. Et pluraliter לְבָאִים Pſal. 57. Anima mea in medio leonum. Et in genere fœminino Ezech. 19. Quare mater tua leæna inter leones accubuit. Et pluraliter לְבָאוֹת Nahum 2. Et ſtrangulabat leænis ſuis.

לְבִיבוֹת Paſtilli: ſic dicti, quòd fuerint confortantia cor, uel cordis habuerint formam. 2. Samuel. 13. Et cordifica in oculis meis duo cordialia. Et iterum: Et coxit cordialia.

INDE VERBVM,

נִלְבַּב Primæ coniugationis, & uocis paſſiuæ, cordatus factus eſt. Iob 11. Vir uacuus cor dabitur, id eſt, acquiret cor, id eſt ſapientiam.

In ſecunda coniugatione לִבֵּב contrariam nomini habet ſignificationem, excordificauit, uecordem fecit. Canticorum 4. Ademiſti cor meum ſoror mea ſponſa, ademiſti cor meum uno oculorũ tuorum, id eſt exanimaſti me. Deinde etiam ſignificat cordificare, id eſt, corda ſeu cordialia facere, id eſt, confortantia cor, uel facere corda, id eſt paſtillos habentia figuram cordis. 2. Sam. 13. Veniat nunc Thamar ſoror mea, & cordificet in oculis meis duo cordialia, quæ comedam de manu eius. Et mox iterum: Et accepit farinam, & ſubagitauit & cordialia fecit in oculis

771 eius, & coxit cordialia.

לבט Legitur tantũ in uoce paſſiua נִלְבַּט & ſignificat impingere, offendi: congruitq́ ſignificatione cum uerbis בָּטַל סָבַל niſi quòd ut poſitu literarum, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Prou. 10. At ſtultus labijs impinget. Oſeæ 4. Et popu

772 lus qui non intellexerit, impinget, id eſt uapulabit.

לָבָן Nomen tam ſubſtantiuum, quàm adiectiuum, maſculini generis, album, albus. Et Latinum ferè reſpondet Hebræo. Geneſis 30. Omne in quo fuerit album. Et mox iterum: Denudans album, quod erat in uirgis. Exo. 16. Et erat ſicut ſemen coriandri album. Leuit. 13. Et pilus in plaga effectus eſt albus. Et iterum: Et uerſa fuerit in album. Et in ſtatu regiminis לְבַן Geneſis 49. Albus dentibus. Et pluraliter לְבָנִים Zach. 1. Et albi. Et in genere fœminino לְבָנָה. Leuit. 13. Ruffa uel alba. Et in ſtatu regiminis לִבְנַת Exod. 24. Et factura albedinis Saphiri, id eſt ſicut candicans ſaphirus **weiß vnd blaw.** Et pluraliter לְבָנוֹת Geneſis 30. Et decorticauit cortices albos.

לְבָנָה Luna, ab albedine. Ieſa. 24. Et erubeſcet luna. Et cap. 30. Et erit lumen lunę ſicut ſolis. Cantic. 6. Pulchra ſicut luna.

לִבְנֶה Arboris nomen, quam populum eſſe uolunt ab albedine corticis. Sicut hoc Vergilij

gilij teſtatur: Hic candida populus antro imminet. Gen. 30. Et tulit ſibi Iacob baculum populi recentem. Oſeæ 4. Sub quercu & populo.

לְבוֹנָה Thus, à candore. Exod. 30. Thus mundum. Leuit. 2. Et ponet ſuper illam thus. Numeri 4. Et non ponet ſuper illud thus. Cantic. 4. Cum omnibus arbuſtis thuris. Eſt & nomen ciuitatis, cuius fit mentio Iudicum 21.

לְבָנוֹן Libanus mõs, à thure, qđ in eo naſcitur: cõmendatus quoq; à Cedrorũ ꝓceritate.

INDE VERBVM,

הִלְבִּין Tertiæ coniugationis, quod tamẽ neutraliter ſignificat albefieri, albeſcere. Ioel. 1. Albuerunt rami eius. Pſal. 51. Et præ niue albefiam. Ieſaiæ 1. Et ſicut nix albefient. Dan. 11. Et ut albeſcant uſque ad tempus finis. ubi characteriſtica tertiæ coniugationis ablata eſt.

In quarta coniugatione הִתְלַבֵּן Dan. 12. Mundabuntur & dealbabuntur.

לְבֵנָה Later, ab albedine: albefiunt enim lateres in fornace cocti. Geneſis 11. Et fuit eis later pro lapide. Ezech. 4. Accipe tibi laterem. Et pluraliter לְבֵנִים Geneſ. 11. Laterificemus lateres. Ieſaiæ 9. Lateres ceciderunt. Et cum affixo. Exod. 5. Non diminuetis de lateribus ueſtris.

INDE VERBVM,

לָבַן Laterifico, id eſt, lateres facio. Gen. 11. Laterificemus lateres. Exo. 5. Non amplius detis paleam populo, ad laterificandum lateres.

INDE NOMEN,

מַלְבֵּן Nomẽ participiale, laterificina. 2. Sam. 12. Et traduxit eos per laterificinam. Ier. 43. Accipe manu tua lapides magnos, & abſconde eos in luto in laterificina laterum. Nahum 3. Et calca lutum, & perfice laterificinam.

773 לָבַשׁ Induit. Leu. 16. Et exuet ueſtes lineas, quas induerat. Iob 7. Induet caro mea uermem. Eſther 7. Et afferent ueſtem regni, qua induit ſe cum ea rex. quanquã ſcribatur etiam לָבֵשׁ neutraliter. Pſal. 93. Magnificentia indutus eſt, indutus eſt Iehoua potentia. Leuit. 16. Et induet eas. Pſal. 65. Induta ſunt paſcua ouibus. 2. Reg. 22. Et tu indue ueſtes tuas. Ieremiæ 47. Induite uos loricas. Geneſis 28. Et ueſtem ad induendum.

Participium præſens לֹבְשִׁים. Zophoniæ 1. Et ſuper omnes, qui induunt indumentum ignotum.

Participium præteritum לָבוּשׁ 1. Sam. 17. Et lorica ſquamarum erat indutus. Zachariæ 3. Indutus ueſtibus ſordidis. Legitur tamen ſępe cum kybutz לָבֻשׁ Prou. 31. Omnis domus eius induta duplicibus. Ezech. 9. Ad uirum qui indutus erat lineis. Et in ſtatu regiminis לְבֻשׁ Ezech. 9. Et ecce uir indutus lineis.

In ſecunda coniugatione legitur tantùm participiũ præteriti temporis מְלֻבָּשִׁים Eſdræ 2. Et ſtatuerunt ſacerdotes indutos.

In tertia coniugatione הִלְבִּישׁ Gen. 27. Et pelles hœdorum induit ſuper manus eius. Ieſaiæ 61. Induit me ueſtibus ſalutis. Exod. 28. Et indues eos Aaroni. Num. 20. Et indues eos Eleazari. 2. Paral. 28. Et nudos ſuos induerunt de ſpolio, & induerũt eos. Ieſaiæ 50. Induam cœlos nigredine. Prou. 23. Et laceras induet mutatio. Zach. 3. Et induent te mutatorijs.

Participium præſens מַלְבִּישׁ 2. Sam. 1. Qui induebat uos coccino.

INDE NOMINA:

לְבוּשׁ Indumentum. Eſther 6. Adducerent indumentum regni. Pſal. 102. Sicut indumentum mutabis eos. Et in ſtatu affixorum ſeruat plerunq; ſchurek. Pſal. 22. Et ſuper indumentum meum miſerunt ſortem. Iere. 20. Indumentum eorum. Pſal. 45. Indumentum eius. Legitur ſemel ſchurek mutatũ in kybutz Gen. 49. Lauit in uino indumentum ſuum. Et pluraliter in ſtatu regiminis & affixorum לְבֻשֵׁי Ezech. 26. Indumenta hyacinthi. Thren. 4. In indumentis ſuis.

מַלְבּוּשׁ Indumentum. 2. Regum 10. Et protulit illis indumentum. Iob 27. Parabit indumentum. Et pluraliter מַלְבּוּשִׁים 1. Reg. 10. Et indumenta eorum. Ieſaiæ 63. Indumenta mea.

תַּלְבֻּשֶׁת Indumentum.Ieſa.59.Et induit ueſtes ultionis pro indumento.

774 **לַהַב** Flamma ſplendens, ſicut לָהַט: & apparet habere quandam cognationem cum uoce לאב. Iudic.13. Quum aſcendiſſet flamma de altari in cœlum, aſcẽdit etiam angelus Iehoua in flamma altaris. Ioel.2. Sicut uox flammæ ignis deuorantis quiſquiliam. Ieſaiæ 29. Et flamma ignis deuorantis. Deinde trãsfertur etiam ad laminam gladij, quæ polita ſplendet inſtar flammæ. Iudicum 3. Et ingreſſus eſt capulus poſt laminam, & clauſit adeps poſt laminã. Iob 39. Cõtra ipſum ſonabit pharetra, lamina haſtæ, & ſcutum. Et pluraliter לְהָבִים Ieſ.13. Facies flammarum, facies eorum. Et in ſtatu regiminis לַהֲבֵי Ieſ.66. Et increpationem ſuã in flammis ignis.

לֶהָבָה Flamma, forma fœminea. Num.21. Flamma de ciuitate Sichon. Ieſa.4. Et ſplendorem ignis flammæ per noctem, id eſt, flammantis. Sic in nouo teſtamento ſæpenumero legimis uſurpatum: 2.Theſſal.1. Quum reuelabitur Dominus Ieſus de cœlo cum angelis potentię ſuæ in igne flammę. Pſal.83. Et ſicut flamma aduret montes. Et in ſtatu regiminis לַהֶבֶת. 1.Sam.17. Et flãma lanceæ eius. Et per ſyncopẽ לַבַּת, Exod.3. Et uiſus eſt angelus Iehoua ad eum in flamma ignis. Ezech.21. Non extinguetur flamma flammæ. Et pluraliter לְהָבוֹת. Pſal.105. Ignem flammarum in terra ipſorum. Et in ſtatu regiminis לַהֲבוֹת. Pſal.29. Vox Iehoua ſecat flãmas ignis.

שַׁלְהֶבֶת Per protheſin literæ ſchin, flamma, perinde ut שַׁאֲנָן. Canti.8. Ardores eius ardores ignis, flamma Iehoua. Ezech.21. Non extinguetur flamma flammæ. Et in diſtinctione ſententiæ שַׁלְהָבֶת. Iob 15. Et ſurculum eius arefaciet flamma.

תַּלְאֻבוֹת Nomen pluralis numeri tantùm, ſignificatq́ loca aprica, & ardore ſolis inflammata. Oſeæ 13. Ego noui te in deſerto, in terra flammarum, id eſt aduſta.

לַהַג Vide in themate ſuo הָגָה.

775 **לָהָה** Quadrat ſignificatione cum uerbo לָאָה, & diſcordat cum uerbis יָאַל & אָלָה: ſignificat enim defeſſum eſſe. Et ut Latini terram illam laborare dicunt, quæ non fert fructus, ita Hebræi ſimili figura defeſſam eſſe dicunt, quæ effœta eſt. Gen.47. Et panis non erat in tota terra: nam grauis erat ualde, & defeſſa erat terra Ægypti. In quarta coniugatione participium legitur geminatum מִתְלַהְלֵהַּ. Proue.26. Sicut defeſſum ſe ſimulans, & iaculatur flammas, ſagittas & mortem.

776 **לָהַט** Legitur in prima cõiugatione tantùm in participio præſenti לֹהֵט flammãs: congruitq́ ſignificatione cum uerbo לָהַב Pſalm.104. Facit angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem flammantem. quod autor epiſtolæ ad Hebr. cap.1. πυρὸς φλόγα flammã ignis uertit. Et pluraliter לֹהֲטִים. Pſa.57. Iaceo in medio flãmantiũ. In ſecunda coniugatione לִהֵט inflammauit. Malach.4. Et inflammabit eos dies ueniens. Ioel.1. Et flamma inflammauit omnia ligna agri. Deut.32. Et inflammauit fundamenta montium. Iob 41. Halitus eius carbones inflammabit. Pſal.83. Et flamma inflammabit montes.

INDE NOMEN,

לַהַט Flamma, ſeu lamina polita, & fulgens. Gen.3. Et laminam gladij uerſatilis.

777 **לָהַם** Congruit ſignificatione cũ uerbo הָלַם percuſſit. Legitur ex iſto themate tãtùm participium quartæ coniugationis, quod tamen nominaliter ſumitur, uerbera, pulſationes: pro quo alibi ſcribitur מִתְלַהֲמִים. Prou.18. & 26. Verba delatoris ſunt ſicut uerbera, & ipſa deſcendunt ad penetralia uentris.

לָהֶקֶת Vide in themate קהל.

778 **לוּא** Vtinam. Ieſa.48. Vtinam attendiſſes præceptis meis. Et cap.63. Vtinam rumperes cœlos, & deſcenderes.

לֻא Si. 2.Sam.18. Et ſi ego appendentem haberem ſuper manus meas mille argenteos, non miſiſſem manum meam in filium regis. 2.Sam.19. Quod ſi Abſolõm uiueret

לוּ Si,utinam,coniunctio,& aduerbium.Geneſ.50.Ne aduerſetur nobis Ioſeph. Iud. 8.Si ſeruaſſetis eos,nõ occiderem uos.& cap.13. Si uoluiſſet Iehoua occidere nos. Ezech.14.Si beſtiam malam trãſire fecero per terram.Micheę 2.Si eſſet uir. Gen. 17.Vtinam Iſmael uiuat coram te.Et cap.30.Vtinam fiat ſecũdum uerbum tuum. Numeri 22.Vtinam gladius eſſet in manu mea.& ca.20. Vtinam mortui eſſemus.

לוּלֵא Vox cõpoſita ex לוּ id eſt, ſi, & לֹא id eſt,non.Et ualet,ſi non,niſi.Gen.43.Quia niſi retardati fuiſſemus.Iudic.14.Niſi araſſetis in uitula mea.1. Samuel. 25. Niſi feſtinaſſes.2.Sam.2.Viuit deus niſi loquutus fuiſſes.Pſal.27.Niſi credidiſſem uidere in bono Iehoua.Quanquã ſæpe ſcribatur לוּלֵי Deut.32.Niſi iram inimici timerem.Ieſaiæ 1.Niſi Iehoua exercitum reliquiſſet nobis reſiduum.

779 לוֹג Menſura parua olei,quam Hebræi ſex oua continere ſcribunt, & communiter pro ſextario exponitur.Leuit.14.Et tres decimas ſimilæ pro oblatione mixtæ oleo,& Log unam olei.

780 לָוָה Additum,adiunctum fuit.Eccl.8.Laudaui ego lætitiã, quòd non ſit melius homini ſub ſole,quàm edere & bibere, & lætari, & hoc addetur ei in labore ſuo dieb. uitæ ſuæ. Deinde ſciendum eſt,quod hoc uerbo Hebræi ſæpiſſimè utantur pro eo quod Latini dicunt accommodato,ſeu mutuo accipere: quoniam ille,qui mutuo accipit,addit ſeu deuincit,& obligat ſe fidemq́; ſuã alteri, qui mutuo dedit, & fit quaſi ipſius ſeruus.Deu.28.Et obligabis gẽtes multas,& tu nõ obligaberis. Nehe.5.Nos mutuo accepimus in mẽſura regis ſup agros noſtros & uineas noſtras.

Participium præſens לֹוֶה id eſt,qui mutuo accipit.Pſ.37.Mutuo accipit improbus & non ſoluit.Prou.22.Et ſeruus eſt,qui mutuo accipit uiri mutuo dantis. Ieſa. 24.Et erit mutuo dans,ſicut mutuo accipiens.

In uoce paſſiua נִלְוָה Pſal.83.Etiam Aſſur adiunctus eſt cum illis.Ieſa.14. Et adiungetur aduena ſuper illis.Ieſaiæ 56.Et ne dicat filius alieni,qui adiunctus fuit ad Iehoua,ſeparãdo ſeparabit me Iehoua à populo ſuo.Geneſ.29.Et Lea peperit filium,nunc age adiungetur uir meus ad me,quoniam peperi ei tres filios : unde uocabitur nomen eius Leui.Num.18.Et dixit Iehoua ad Aaron, fratres quoq; tuos, tribum Leui, tribum patris tui aſſumas tecũ,ut adiungantur ſuper te,& miniſtrẽt tibi,tu autem & filij tui tecum ſitis coram tabernaculo teſtimonij.Ier. 50. Venient & adiungentur ad Iehoua fœdere perpetuo.

Participium pluralis numeri נִלְוִים Eſther 9. Atq; ſuper cunctos,qui adiunguntur ſuper eos.Ieſa.56.Filij alieni,qui adiuncti ſunt ſuper Iehoua ut miniſtrent ei.

In tertia coniugatione הִלְוָה & ſignificationem habet actiuam,& conſtruitur cũ accuſatiuo,obligauit,obſtrinxit alium : pro quo Latini dicũt mutuo dedit.Exod. 22.Si argento obligaueris popularem tuum,id eſt,ſi mutuo dederis argentum populari tuo.Deut.28.Et obligabis gentes multas, & tu non obligaberis.Ibidem iterum:Ipſe obligabit te,& tu non obligabis eum.

Participium præſens מַלְוֶה Pſalm.112. Vir bonus miſeretur,& dat mutuo.Prou. 22.Et ſeruus eſt mutuo accipiens uiri mutuo dantis. Et in ſtatu regiminis מַלְוֵה Prouerb.19.Mutuo dat ipſi Iehoua,qui miſeretur pauperis.

INDE NOMINA:

לֵוִי Nomen proprium filij Iacob patriarchę,ſic appellati,quòd Iacob adiunctus ſit uxori ſuę Leæ,& illa coniunctione natus ſit ille filius. Geneſ.29.Nunc age adiungetur mihi maritus meus,quoniam peperi ei tres filios:hinc uocatum eſt nomẽ eius Leui.Et poſt hunc Leui,poſtea multi hoc nomine uocati ſunt,etiã extra ipſius ſucceſſionẽ.Sed deinde ab eo tota poſteritas ſeu tribus Leui,ſeu Leuitarũ appellatiuè dicta eſt,quia Aaroni ſummo pontifici & filijs eius ſacerdotibus debebant adiuncti eſſe in miniſterio templi,& illi miniſtrare,ac inſeruire. Num.18. Et dixit Iehoua ad Aaron,&c.etiam fratres tuos tribum Leui,tribum patris tui aſſumes tibi, & adiungentur ſuper te,& miniſtrent tibi:tu autem & filij tui ſitis coram tabernaculo teſtimonij,& cuſtodiẽt cuſtodiam tuam,& cuſtodiam totius tabernaculi:attamen ad uaſa ſanctitatis,& altare nõ accedent,ne moriantur tam ipſi,quàm tu,et

adiungentur ſuper te, & cuſtodient cuſtodiam tabernaculi fœderis in omni miniſterio tabernaculi. Et pluraliter לְוִיִּם Num.3. Et pones Leuitas ad Aaron, & ad filios eius datos, datos ei de filijs Iſrael.

לִוְיַת Additamētum, corollarium, appendix, appendiculum, ornamentum, quod capiti additur ornatus gratia. Prou.1. Erunt inſtar corollarij capiti tuo. Item cap.4. Dabit capiti tuo corollarium gratioſum.

לֹיוֹת Additamenta, corollaria, quædam ornamenta dicta ſunt, quę ornatus cauſa addūtur. 1.Reg.7. Subter leones & boues erant corollaria.

לִוְיָתָן Cete, draco marinus, ſic dictus, quòd mēbra corporis, & ſquamæ, quibus tegitur, cohæreant. Iob 3. Qui parati ſunt excitare Leuiathan. & cap. 40. Nunquid extrahes Leuiathan hamo, &c. ubi totam eius deſcriptionem leges. Pſa. 104. Ibi naues uadunt, & Leuiathan ille, quem formaſti, ut ludat in eo. Eſt & typus Satanę & Antichriſti eiusq; regni, quod in mundo habet. Deinde ut ſcriptura allegoricè mundum, maris, ſic et principes mundi magnorum piſcium nomine uocat. Sic Dauid Pſa.74. Tu cōculcaſti capita Leuiathan. proceres Pharaonis regis Ægypti uocat. & Ieſa. cap.27. In die illa uiſitabit Iehoua gladio ſuo duro magno & forti ſuper Leuiathan ſerpentē uectem, & ſuper Leuiathan, ſerpentē tortuoſum, & occidet draconem, qui eſt in mari, &c. deſcribit utrunq; regem Aſſyrium & Ægyptium, quorum alter ad Euphratem, alter ad Nilum imperabat.

781 לוז

Congruit ſignificatione cum uerbo אזל niſi quòd ut literarum tranſpoſitione, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepēt. Significat enim diuertere, deficere, deflectere ab inſtituto, negligētia, ſeu faſtidio. Pro.3. Fili mi ne deflectāt ab oculis tuis.

In uoce paſſiua legitur participium נָלוֹז quod tamē nominaliter uſurpatur, peruerſus, defector, derelictor, deſertor. Prou.3. Quoniam abominatio eſt ipſius Iehouæ, peruerſus, ſed cum rectis arcanum eius. Et in ſtatu regiminis נְלוֹז Prouer. 14. Qui ambulat in rectitudine ſua, timet ipſum Iehoua, ſed peruerſus uiarū eius contemnit eum. Et legitur etiam in abſtracto. Ieſa.30. Propterea quòd reprobaſtis uos uerbum iſtud, & confiſi eſtis in calumnia & peruerſitate, & innixi eſtis ſuper illis.

Et pluraliter נְלוֹזִים Prou.2. Quorū uiæ ſunt tortuoſæ, & deflectores in uijs ſuis.

In tertia coniugatione יַלִּזוּ neutraliter. Prou. 4. Ne deflectant ab oculis tuis, ſed cuſtodi ea in medio cordis tui.

INDE NOMINA:

לוּז Nomen arboris, quam pleriq; Corylum eſſe ſentiunt. Geneſ.30. Et accepit ſibi Iacob uirgas populi uiridis, & Coryli.

לְזוּת Peruerſitas: quanquam uerius à forma לָזָה deriuatum uideatur. Prouer.4. Remoue abs te peruerſitatem oris.

לָז Pronomē, hic, ille, iſte, qui, ſcilicet eſt diuerſus, et abſtractus ab alijs. Zophonię 2. Loquere ad puerum illum. Iudic.6. Pone ſuper petram illam. 1.Sam.17. Quid fiet uiro, qui percuſſerit Philiſtęum hunc. 2.Reg.4. Ecce Sunamith illa. Et cum he paragogico לָזֶה Geneſ.24. Quis eſt uir iſte, qui ambulat per agrum. Item cum paragogico uau הַלֵּזוּ Ezech.36. Terra iſta deſolata, fuit ſicut hortus paradiſi.

782 לוּחַ

Tabula, à leuitate. Prou.3. Scribe ea ſuper tabulā cordis tui. Cant.8. Super eam tabulam cedri. Ieſa.30. Et nunc ueni, ſcribe ea ſuper tabulā corā eis. Et dualiter לֻחֹתַיִם Ezech.27. Ex abietibus de Senir ædificauerunt tibi tabulas. Et pluraliter לוּחוֹת & ſæpiſſime cum kybutz לֻחֹת Deut.9. Et dedit mihi duas tabulas lapidum tabulas pacti. Exod.32. Et tabulas factura dei.

783 לוט

Conuenit ſignificatione cum uerbo לָאַט licet tantùm in tertia coniugatione ſit uſitatum. Et ſignificat quoq; tegere, operire, inuoluere, obuoluere. 1.Reg.19. Et inuoluit faciem ſuam cum pallio ſuo.

INDE NOMEN,

לוֹט Inuolucrum. Ieſa.25. Et deuorabit in monte iſto faciem inuolucri, inuolucri ſuper omnibus populis. Eſt & nomen liquoris aromatici & precioſi, quē Stacten uocant, & ex Myrrha arbore ſpōte ſudat priuſquam incidatur, ſicut Plinius teſtatur

libro

784 libro 12.cap.16.Geneſ.37.Et reſinam & ſtacten. & cap.43.Aromata & Stacten.

לולים Nomen pluralis numeri tantùm,cochlea,quæ conſtat aliquot in circuitu gradibus,quibus alternatim aſcenditur & deſcenditur.1.Regum 6.Et per cochleas aſcendent ad medium.

ללאות Funiculi,ſeu laqueoli retorti in modum cochleæ.Exo.26.Quinquaginta laqueolos facies in extremitate cortinæ,quæ eſt in cōſociatione ſecunda,complectentes laqueolos unum ad alterū ſuum. Et in ſtatu regiminis ללאת Ibidē:Et facies laqueolos hyacinthi.

785 לון & לין In priore forma legitur in præterito & infinitiuo: in altera in Imperatiuo & futuro.Et ſignificat pernoctare,id eſt, per noctē manere: nam ſignificatione congruit cum uoce ליל ſicut & literæ,lamed & nun, eiuſdem ſunt inſtrumenti & commutabiles: atq; non actum dormiendi, quin potius inſomnia,& opera noctis facere importat.Gene.31.Et ipſe pernoctauit nocte illa in caſtris.2.Samuelis 12.Et pernoctabat,& cubabat ſuper terram.Ieſaiæ 10.In Gibea diuerſorio pernoctarunt.Iud.19.Et pernoctemus in Gibea.Zachariç 5.Et pernoctabit in medio domus eius. ubi ſægol ſcriptum eſt pro cametz.Et iterum:Pernocta hic.Et iterum:Pernoctate obſecro.Ruth 3.Pernocta. Pſ.55.Pernoctabo in deſerto.Ruth 1.Vbi pernoctaueris,pernoctabo.Exod.32.Et non pernoctabit adeps ſolēnitatis meæ uſq; ad mane.Deut.16.Et nō pernoctabit de carne, quā immolabis in ueſpera.2.Samuelis 17.Et non pernoctabit cum populo.Leuit.19.Nō pernoctabit opus mercenarij tecum uſq; ad mane.Gen.19.In platea pernoctabimus.Pſ.30.In ueſpera pernoctabit fletus.Scribitur etiā cum ſægol loco hirik.Iud.19.Tantum in platea ne pernoctes.Item cū pathah.Iob 17.Et in irritationibus eorū pernoctabit oculus meus.Et in cæteris omnibus perſonis futuri legitur iod hirik.Iob 41.In collo eius pernoctabit potentia. Geneſ.24.Etiam locus ad pernoctandum.Iudic.19.Et noluit uir pernoctare.

Participium præſens pluralis numeri לנים Nehemiæ 13.Quare uos pernoctatis è regione muri.

In uoce paſſiua נלון cōſtruitur cum על & ſignificat idem quod ילל hoc eſt,more animalium feralium eiulare,quod noctu in uaſtis,ac deſertis locis,cum fame & ſiti premuntur,faciunt.Hieronymus & reliqui uerbo murmurandi reddiderūt.Ego uerbo querulandi uertam.Exo.15.Et queruli fuerunt populus contra Moſen.Num.14.Et queruli fuerunt contra Moſen.Ioſue 9.Et queruli fuerunt tota congregatio contra principes.

In tertia coniugatione הלין Iob 24.Nudum pernoctare ſiuerunt abſq; indumēto.Numeri 14.Qui queruli fuiſtis contra me.Pſalm.59.Si nō ſaturi fuerint, ſtatim querulabuntur.

Participium præſens pluralis numeri irregulare מלינים Exod.16.Quibus querulamini contra eum.Num.14.Qui ſunt querulantes contra me.

In quarta coniugatione יתלונן Iob 39.In petra habitabit,& pernoctabit.Pſalm.91.In umbra omnipotentis pernoctabit.

INDE NOMINA:

מלון Forma maſculini generis,pernoctatio,locus pernoctationis,diuerſorium, pernoctatorium.Geneſ.42.Cum ueniſſemus in pernoctatorium.Exod.4.Et fuit in uia in pernoctatorio. Et in ſtatu regiminis מלון 2.Reg.19.Et ingrediar in pernoctatorium finis eius. Et in forma fœminea מלונה Ieſaiæ 1.Sicut pernoctatorium in cucumerario.& cap.24.Et mouebitur ſicut pernoctatorium.

תלונות Eiulatus,querelæ,querimoniæ.Exod.16.Audiui querelas filiorum Iſrael.Numeri 14.Querelas filiorum Iſrael,quas ipſi querulantur contra me, audiui.Et legitur תלנת Exod.16.Cum audiuerit ille querelas ueſtras contra Iehoua.

786 לוע Significatione cōuenit cum uerbis בלע ילע לעע לחח תלע niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Significat enim præcipitari,deglutiri,abſorberi.Iob 6.Ideo uerba mea præcipitata ſunt, id eſt,temere effutiuntur.

INDE NOMEN,

לוֹעַ Pars colli, cuius miniſterio eſculenta deglutiuntur der ſchlund. Prouer. 23. Et pones cultellum in gula, ſeu palato tuo.

787 לוּץ Illuſit: & cõgruit ſignificatione cum uerbis מָאַץ & מָלַץ אָלַץ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Prouerb. 9. Si ſapuiſti, ſapuiſti tibi, & ſi illuſiſti ſolus tu portabis, id eſt, non me doctorem, ſed te deluſeris ipſum.

In tertia coniugatione הֵלִיץ Pſalm. 119. Superbi deluſerunt me uehemẽter. Prouerbiorum 14. Stultorum multitudo illudent culpam. & cap. 19. Teſtis improbitatis illudet auditum.

Participium pręſens, ſeu nomen participiale מֵלִיץ: de quo uide inter nomina.

In quarta coniugatione תִּתְלוֹצָצוּ Ieſaiæ 28. Et nunc ne illudatis uos ipſos, ne inualeſcant caſtigationes ueſtræ.

INDE NOMINA:

לֵץ Nomen participiale primæ cõiugationis, illuſor, qui uerbum, aut factum aliter interpretatur. Prouerbiorum 9. Caſtigans illuſorem acquirit ſibi ignominiam. cap. 21. In damno illuſoris ſapiet ſimplex. Et iterum: Superbus præceps illuſor nomen eius. Et pluraliter לֵצִים Prouerbiorum 3. Cum illuſoribus ipſe illudet, at humilibus dat gratiam. cap. 19. Parata ſunt illuſoribus iudicia. Pſalm. 1. Et in cathedra illuſorum non ſedit.

לֹצְצִים Illuſores, nomen pluralis numeri tantùm, geminata ſubſtantiali litera. Oſeę 7. Traxit manu ſua illuſores.

מֵלִיץ Nomen participiale tertiæ coniugationis, & eſt medium, id eſt, accipitur tam in bonam partem, quàm in malam, hoc eſt, nunc pro interprete linguarum, nunc pro illuſore, id eſt, cauillatore, qui uel uerba, uel facta alterius falſò interpretatur. Geneſis 42. Et ipſi non ſciebant, quòd audiſſet Ioſeph: nam interpres inter ipſos erat. Iob 33. Si eſt ad eum angelus interpres unus ex mille, ad annunciandum homini rectitudinem ipſius. Et pluraliter in ſtatu regiminis מְלִיצֵי 2. Paralipom. 33. Et ſic propter interpretes principum Babylonis. Et in ſtatu affixorum. Iob 16. Illuſores mei ſunt ſodales mei. Ieſaiæ 43. Interpretes tui præuaricati ſunt in me.

מְלִיצָה Interpretatio. Prouerbiorum 1. Ad intelligendũ parabolam, & interpretationem. Habakuk 2. Nónne illi uniuerſi contra eum parabolam ſument, & interpretationem ænigmata de eo.

לָצוֹן Illuſio. Prouerbiorum 1. Vſquequo ſimplices diligetis ſimplicitatẽ, & illuſores illuſionem deſiderauerunt ſibi. & cap. 29. Viri illuſionis ſufflant ciuitatem. Ieſaię 28. Audite uerbum Iehoua, uiri illuſionis, dominatores populi.

788 לוּשׁ Subegit, ſcilicet paſtam. Geneſ. 18. Subige & fac uſtulatas. 1. Samuelis 28. Et accepit farinam & ſubegit. 2. Samuelis 13. Et accepit paſtã & ſubegit. Oſeę 7. Poſt ſubigere paſtam uſq; ad fermentationem eius.

Participium præſens pluralis numeri, fœminini generis לָשׁוֹת Ieremiæ 7. Et mulieres ſubigentes paſtam.

INDE NOMEN,

לַיִשׁ Leo, ſic dictus quòd ſubigat prædam. Iob 4. Leo perit abſq; pręda. Prouerbiorum 30. Leo præualidiſſimus inter animalia. Ieſaiæ 30. Leo & leęna. ubi duo genera leonum ſimul ponuntur, nec amplius in ſcriptura legitur hæc uox.

789 לַח Viridis, uiride, ut non ſit coloris, ſed ut opponitur arido. Geneſis 30. Et accepit Iacob baculum populi uiridẽ. Ezech. 21. Et deuorabit in te omne lignum uiride, & omne lignum aridum. Et in diſtinctione ſententiæ לָח Ezech. 17. Arefeci lignum uiride. Et pluraliter לַחִים Numeri 6. Et uuas uirides aut aridas nõ comedes. Iudicum 16. Si ligauerint me ſeptem funibus uiridibus, id eſt, recẽtibus, humidis, qui non arefacti ſunt.

לֵחַ Viror, humor, ſeu ſuccus naturalis, humidum naturale. Deu. 34. Nõ caligauit oculus eius, neq; fugit uiror eius.

Gena

לְחִי Gena, à uirore ſeu humore: quanquam ſæpe pro tota mandibula, ſeu maxilla trãſſumatur. 1. Reg. 22. Et percuſſit Micheam ſuper genam. Pſalm. 3. Quia percuſſiſti omnes inimicos tuos ſuper genam. Mich. 5. Baculo percutient ſuper genã. Iud. 15. Et inuenit mandibulam aſini. Et iterum: Et proiecit mandibulam è manu ſua.

Et in ſtatu affixorũ aſſumit ſub prima litera ſægol, & ſub altera hatephſęgol. Iob 40. Nunquid ſpina perforabis maxillam eius. Et in duali numero לְחָיַיִם Deut. 18. Et dabunt ſacerdoti brachium & ambas maxillas, & ſtomachum. Et in ſtatu regiminis לְחָיֵי Ieſ. 30. Et frenum erroris in maxillis populorum. Et in ſtatu affixorum. Cantico. 1. Genæ tuæ ſicut turturum. Ieſaiæ 50. Et genas meas uellentibus.

790 לָחַךְ Significatione cõuenit cum uerbis לָפַת & לָקַק חָבָה חָכַךְ niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant. Significat autem lãbendo depaſcere, ſeu abſumere. Num. 22. Quemadmodum lãbendo depaſcitur bos gramen agri.

In ſecunda coniugatione לִחֵךְ 1. Regum 18. Sed & aquam, quæ erat in aquęductu lãbendo abſumpſit. Num. 22. Nunc lambendo depaſcent cõgregatio illa omnes, quotquot in circuitu noſtro ſunt, ſicut lambendo depaſcitur bos gramẽ agri. Pſal. 72. Et inimici eius puluerem lambendo depaſcentur. Ieſaiæ 49. Et puluerem pedum tuorum lambendo depaſcentur. Micheæ 7. Lambendo depaſcentur puluerem uelut ſerpens.

INDE NOMEN,

חֵלְכָה Pauper, tenuis fortunæ homo, qui lambendo ſe & uitam ſuam ſuſtentat. Pſal. 10. Oculi eius in pauperem reſpicient. Et in diſtinctione ſententiæ חֵלְכָה Pſalm. 10. Super te relinquit ſe pauper. Et ibidem iterum pluraliter חֵלְכָאִים Et cadat in robore ſuo multo pauperum multitudo. Vide etiam in באה & חלל.

791 לָחַם Incidit uel ore & dentibus, uel ore cultri cibarij, & tum Latini uerbo comedendi reddiderũt, uel ore gladij quo caro ſeu corpora hominũ in bello inciduntur, & tum uerbo bellandi ſeu pugnandi uerterũt, ac rectiùs uerteretur uerbo cædendi. Pſ. 104. Non incidam in ſuauia eorum. Prouerbiorum 4. Inciderunt panem improbitatis. & cap. 9. Venite incidemus in panem meum. & cap. 23. Ne incidas panẽ oculi mali. Et mox iterum: Quãdo ſederis ad incidendum cũ dominatore. Ex iſtis iam allegatis locis intelligimus, quòd non proprie comedere, ſeu deuorare, ſignificat, ſicut uerbum אָכַל: ſed cædere, incidere, concidere, ſcilicet uel panem ſeu cibum aliũ. Iud. 5. Elegit deus noua, concidit portas, quum clypeus nõ uidebatur.

Participium præſens לֹחֵם Pſalm. 56. Tota die incidens premet me. Et pluraliter לֹחֲמִים Pſal. 56. Quoniam multi incidentes mihi ſunt. Et in ſtatu affixi. Pſal. 35. Cæde cædentes me.

Participium præteritum לָחוּם, quod nunc participialiter, nunc nominaliter ponitur. Iob 20. Et pluet ſuper ipſum in inciſione ſua, id eſt, bello. Zophoniæ 1. Et effundetur ſanguis eorum, ut puluis: & inciſum eorum, ſicut ſtercora. Vocat autem ita cibum maſticatum, qui conciſus in nutrimentũ cõuertitur. Et in plurali ſtatus regiminis לְחֻמֵי Deut. 32. Et cæſi ardore.

In uoce paſſiua נִלְחַם ſignificationem actiuã habet, & ſignificat ſemper cædere ſeu incidere ore gladij in bello, id eſt, bellare, belligerari, pugnare, pręliari: atq; hũc ſignificãdi modum ex priore habet, & cõſtruit cũ iſtis particulis עַל & אֶל עִם אֵת: deinde quoq; cũ nomine ſeu pronomine datiui caſus, & tũ ſignificat pugnare pro aliquo. Numeri 21. Et ipſe pugnauit cum rege Moab. 2. Par. 27. Et ipſe pugnauit cum rege filiorum Ammon. 2. Samuelis 12. Et pugnauit contra eam, & cepit eam. 1. Regum 22. Non pugnabitis cum paruo. Ieremiæ 1. Et pugnabunt aduerſum ciuitatem hanc. 1. Samuelis 17. Si potuerit pugnare mecum. 1. Samuelis 13. Et Philiſtęi congregati ſunt pugnare cum Iſrael. Zachariæ 14. Secũdum diem pugnare ipſum in die belli. Exod. 14. Quia Iehoua pugnabit pro uobis.

Participium maſculini generis נִלְחָם Exod. 14. Quia Iehoua pugnat pro eis. Ioſue 1. Quia Iehoua pugnat pro Iſrael. 2. Regum 6. Rex Syriæ erat pugnans cum Iſ-

raele.2.Regum 19.Et inuenit regem Aſſur pugnantem contra Libna. Et pluraliter נִלְחָמִים 1.Sam.23.Ecce Philiſtæi pugnant Cheila.Ieremiæ 34.Et omnes populi pugnant contra Ieruſalem.

## INDE NOMINA:

לֶחֶם Et in diſtinctione לָחֶם Et generaliter omne id ſignificat, quod inciditur. Et quia panis eſt communiſſimus cibus, ideo illius appellatione omnis eſca intelligitur, perinde ut aquæ appellatione quilibet potus, & nomine paſſeris quælibet parua auicula. Attamen quædam diſcrimina ponemus.

Primo, quandoq; generaliter pro eſca ſeu cibo ponitur. Geneſis 3.In ſudore uultus tui ueſceris cibo. Exod.18.Et uenit Aaron, & omnes ſeniores Iſrael ad comedendum cibum cum ſocero Moſi.1.Samuelis 14. Maledictus uir, qui comederit cibum hodie.2.Samuelis 9.Et tu comedes cibum in menſa mea. Pſalm.136. Qui dat cibum omni carni. Prouerbiorum 30. Nutri me cibo demenſi mei. Malachiæ 1.Affertis ſuper altare meum cibum pollutum, &c. ubi pro uictimis ponitur.

Secundo, In quibuſdam locis pro pane cocto ponitur. Geneſis 14. Rex Salem protulit panem & uinum. capite 25. Et Iacob dedit ipſi Eſau panem, & cocturam lentium. & capite 45. Portantes frumentum & panem, & cibum. Exod.25.Et pones ſuper menſam panem facierum coram me iugiter, & erit pro pane in recordationem, ignitum Iehoua.2. Samuelis 6. Vnicuique placentam panis unam. Prouerbiorum 6.Euſque mulier meretrix, quouſque eſt maſſa panis. & capite 28.Si propter fruſtum panis tranſgredietur uir. Ieſaiæ 44. Et ſuper prunis eius coxi panem. Ieremiæ 37.Et dare ei maſſam panis in diem. Ezechielis 4. Et panem comedent in pondere.

Tertio, interdum ponitur pro pane nondum cocto, id eſt, frumento, uel ſtante adhuc in agro, uel demeſſo & congregato. Geneſis 41. In uniuerſa autem terra Ægypti erat panis. Et mox iterum: Et cœpit eſurire uniuerſa terra Ægypti, & clamauit populus pro pane. & ca. 47. Et dedit illis Ioſeph panem pro equis, &c. Iob 28. De terra egredietur panis. Pſalm.104. Vt educat panem è terra. Prouerbiorum 28. Et uelut pluuia trahens, ut non ſit panis. Ieſaiæ 36. Terra panis & uinearum, id eſt, frumenti.

Quarto, legitur in ſcriptura pro Manna poſitum, ex qua etiam alia edulia fiebant, quæ neque ex terra ut frumentum prouenit, neq; ut panis erat igni excocta. Exod.16.Ecce ego pluam uobis panem de cœlo. Et iterum: Inter ueſperas comedetis carnem, & mane ſatiabimini pane. Pſal.78. Panem fortium comedit homo. Pſal.105. Et pane cœli ſatiabat eos.

Quinto, inuenitur nonnunquam pro uictimis poſitum. Leuitic.3. Et incendet illud ſacerdos ſuper altari cibum, ignitum ipſi Iehoua. Et iterum: In cibum igniti in odorem ſuauitatis, omnis adeps Iehoua. Malachiæ 1. Afferentis ſuper altare meum cibum pollutum, &c.

Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, alterum in ſeua. Leuitic.22. Et poſtea comedet de ſacris, quoniam cibus eius eſt, id eſt, uictus, ſeine narung. Iob 3. Quoniam ante cibum meum, ſuſpirium meum uenit. & cap.6. Quæcunque renuit attingere anima mea, iſta in dolore meo ſunt cibus meus. & cap.20. Cibus eius in uiſceribus conuertitur. & capite 30. Et radix iuniperorum cibus ipſorum. Pſalm.147. Dans iumento cibum eius. Prouerbiorum 6. Formica parat in æſtate cibum ſuum. & cap.27. Et ſatis eſt lactis caprarum pro cibo tuo, pro cibo domus tuæ. & cap.31. Ex longinquo acquirit uictũ ſuum. Ieremiæ 11. Perdamus arborem cum cibo ſuo, id eſt, fructu. Ieſaiæ 65. Et ſerpentis puluis erit cibus illius.

מִלְחָמָה Cædes, inciſio, quæ fit ore gladij in bello: quare communiter bellum tranſtulerunt interpretes. Geneſis 14. Fecerunt bellum cum Bera rege Sodomæ. Deuteron.2. Omnis generatio uiri belli. 2. Samuelis 18. Et egreſſus eſt populus in agrum, ob-

obuiam Iſrael, & factum eſt bellum in ſylua Ephraim, & corruit ibi populus Iſrael ante ſeruos Dauid, & facta eſt ibi clades magna in die illa uiginti millium, & fuit ibi bellum diſperſum in ſuperficie uniuerſæ terræ, & auxit ſylua ad deuorandum in populo plus quàm deuorauit gladius. Et legitur quoque in forma מִלְחֶמֶת. 1. Samuelis 13. Et factum eſt in die belli, ut non inuentus ſit gladius. Et in ſtatu affixorum. 1. Samuelis 8. Vaſa belli eius. Ieſaiæ 41. Vir belli tui. 2. Paralipom. 22. Ad diem belli mei. Et pluraliter מִלְחָמוֹת. 1. Paralipom. 22. Et bella magna feciſti. & cap. 26. De bellis & de ſpolijs ſanctificauerunt. Et in ſtatu regiminis, ac affixorum מִלְחֲמוֹת. 2. Samuelis 17. Vir bellorum Thoi. 1. Sam. 8. Et pugnet bella noſtra. Ieſaiæ 30. In bellis leuandæ.

792 **לָחַץ** Congruit ſignificatione cum uerbis צָלָה & אָלַץ חָלַץ חָלַשׁ, niſi quòd ut quædam literarum tantùm poſitu, alia literarum ſymbolicarum commutatione, ita quoque modo ſignificandi inter ſe differant. Significat autem premere, arctare, coartare, cõprimere, urgere, redigere in anguſtiam Iudic. 4. Et ipſe preſſit filios Iſrael. Exo. 22. Et peregrinũ nõ affligas, neq; premas eum. Num. 22. Et preſſit pedem Bileam ad parietem. 1. Reg. 6. Et premite eum in oſtio. Amos 6. Et premẽt uos ab introitu Hemath.

Participium præſens לֹחֵץ, cuius plurale eſt uſitatum לֹחֲצִים. Exod. 3. Atq; etiam uidi preſſuram, qua Ægyptij premunt eos. 1. Sam. 10. Et de manu omnium regnorum, quæ premunt uos. Ieſaiæ 19. Clamabunt ad Iehoua propter prementes.

Et cum affixis. Iudic. 2. A facie prementium eos, & propellentium eos.

In uoce paſſiua נִלְחַץ. Num. 22. Et preſſa eſt ad parietem.

INDE NOMEN,

לַחַץ Preſſura. Exod. 3. Atque etiam uidi preſſuram. 1. Reg. 22. Et cibate eum pane preſſuræ, & aqua preſſuræ. 2. Reg. 13. Quoniam uidit preſſuram Iſraelis. Iob 36. Et aperiet in preſſura aurem ſuam. Deut. 26. Et uidit afflictionem noſtram, & laborẽ noſtrum, & preſſuram noſtram.

793 **לָחַשׁ** Verbum eſt defectiuum: nam in prima coniugatione tantùm in uſu eſt participium præſens לוֹחֵשׁ, id eſt, qui conceptis uerbis ea arte cauſam agit, ut quod animo conceperat euincat & obtineat, ut ſolent facere oratores, incantatores, exorciſtæ, aut qui alioqui cauſam arte aliqua proponere ſtudent, ut perſuadeant, periti & exercitati in re & arte aliqua. Congruit enim ſignificatione cum uerbis נָחַשׁ & חָשַׁל חָלַשׁ niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi parum uarient. Nehemiæ 3. Iuxta illum inſtaurauit Sallum filius Oratoris. quo in loco omnes Grammatici aſſerunt nomẽ eſſe appellatiuum & non proprium, ea propter quòd nomina propria non admittãt he notificatiuum, niſi he litera eſſet de corpore nominis: ut ex cap. 10. propemodum apparet.

In ſecunda coniugatione legitur participium, quod tamen nominaliter accipitur מְלַחֲשִׁים, incantatores, qui arte ſua & uerbis efficacibus ſerpentes coniurant. Pſal. 58. Qui non intendit ad uocem incantantium.

In quarta coniugatione הִתְלַחֵשׁ. Pſal. 41. Pariter aduerſum me rhetoricabantur. pro quo Chaldæus מְמַלְלִין.

Participium præſens מִתְלַחֲשִׁים 2. Reg. 12. Et uidit Dauid ſeruos ſuos diſſerẽtes inuicem, ſeu tractantes inuicem, qua ſcilicet arte, & quibus uerbis mortem filij regi ſuo proponerent, dolorem ipſius ut mitigarent.

INDE NOMEN,

לַחַשׁ Incantatio, oratoria, oratio. Eccl. 10. Si mordeat ſerpens abſque incantatione. Ieremiæ 8. Ecce ego mitto in uos ſerpentes baſiliſcos, contra quos nulla incantatio. Ieſaiæ 3. Et intelligentem oratoriæ. cap. 26. Iehoua in anguſtia uiſitant te, & tum effundunt oratoriam, quando caſtigatio tua eſt ſuper illis. Et pluraliter

לְחָשִׁים inaures, ornamenta aurium, quibus ſignificare uoluerunt oratoriam ad aures permulcendas accommodandam eſſe, uel quòd fœminæ illis contra imprecationum ac incantamentorum præſtigia aures non modò ornarint, ſed etiam præmunierunt.

794 לטשׁ Significat arma ſeu inſtrumenta, ſiue ferrea, ſiue ærea diſtendere, producere, qđ fit cudendo, acuendo: congruitq́; ſignificatione cum uerbis נָטַשׁ טוּשׁ יָשַׁשׁ נָחַשׁ שׁטשׁ niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. 1. Samuel. 13. Et deſcenderunt omnes Iſraelitæ ad Philiſtæos, ad acuendum quiſque uomerem ſuum. Pſalm. 7. Niſi conuertatur, gladium ſuum acuet. Et figuratè ſemel ab armis ad oculos & oculorum aciem, quos ut gladium hoſtis in alterum acuit, & uibrat, uel à gladij expoliti coruſcatione ad oculorũ irati hominis ſcintillationem, transfertur. Iob 16. Aduerſarius meus acuit oculos ſuos in me, &c. quaſi ſcilicet uelit me transfigere: uel ſic, Irradiat oculos ſuos in me: uel, Emittit radios oculorum ſuorum in me.

Participium præſens ſeu nomen participiale לֹטֵשׁ Gen. 4. Qui cudebat omne fabrile æris & ferri.

In ſecunda coniugatione legitur tantùm participium preteritum מְלֻטָּשׁ Pſalm. 52. Sicut nouacula acuata, ſeu acuta, faciens impoſturam.

795 ליל Et appellationem ſuam habet à ילל & לין, id eſt, ululatu, eò quòd tempore noctis audiantur ululatus beſtiarum in locis uaſtis, & deſertis. Ieſ. 16. Pone ſicut noctem umbram tuam. Et in ſtatu regiminis לֵיל Exo. 12. Nox obſeruationum eſt ipſi Iehoua. Ieſ. 30. Sicut in nocte ſanctitatis feſti. Legitur tamen in hac forma etiam in ſtatu abſoluto. Ieſaię 15. In nocte uaſtata eſt Ar Moab, & deleta eſt, in nocte uaſtata eſt Kir Moab, &c. Et cap. 21. Cuſtos quid de nocte? Legitur tamẽ frequentius in forma fœminina לַיְלָה Pſ. 18. Et nox nocti indicat ſcientiam. Et in diſtinctione ſententię לָיְלָה Gen. 1. Et obſcuritatem uocauit noctem. Et iterum: Vt diuiderent inter diem & inter noctẽ. Et pluraliter לֵילוֹת 1. Sam. 30. Et tribus noctibus. Iob 2. Et ſeptem noctibus. Pſal. 134. Qui ſtatis in domo Iehoua noctibus.

לִילִית Noctua, ſeu Nycticorax, ſeu nocturnum quoddam animal, quod noctu uerſatur, & ululat: alij lamiam, alij ſtrigem, alij dæmonium eſſe dicunt. Ieſa. 34. Quin & noctua ibi quieſcet, & inueniet ſibi quietem.

לַיִשׁ Leo: uide in themate לוּשׁ.

796 לכד Cepit, apprehendit, comprehendit, occupauit. Ioſue 10. Quia cepit Ioſue, Hai. cap. 11. Et omnes reges eorum cepit. Pſal. 35. Et rete eius capiet ipſum. Ioſue 7. Baculus quem ceperit eum Iehoua acceder per familias, & familia, quam ceperit eam Iehoua. Prouerb. 5. Iniquitates ipſius capient improbum. ubi holem pro ſchurek eſt ſcriptum extrito dagges. Iudic. 7. Et capite aquas, id eſt, occupate. Iere. 18. Foderunt foueam ad capiendum me. Amos 3. Capiendo non capiet.

Participium præſens לֹכֵד Iob 5. Capiens ſapientes in aſtutia ipſorum. Paulus citans hoc dictum 1. Corinth. 3. uerbo Græco δρασσόμενος uertit. Item Prou. 16. Qui dominatur ſpiritui ſuo, quàm capiens urbem.

In uoce paſſiua נִלְכַּד Thren. 4. Vnctus Iehoua captus eſt. Prouer. 6. Captus fuiſti ſermonibus oris tui. 2. Reg. 18. Capta eſt Samaria. Ioſue 7. Et captus eſt baculus Iehuda. Pſal. 59. Et capientur in ſuperbia.

Participium נִלְכָּד Ioſue 6. Qui captus fuerit.

In quarta coniugatione יִתְלַכְּדוּ Iob 41. Vnus alteri adhæreſcit, capient ſe, & non diſrumpentur. & cap. 38. Et ſuperficies abyſſi capient ſe.

INDE NOMINA:

לֶכֶד Captura. Et in diſtinctione ſententiæ לָכֶד Prouerb. 3. Et cuſtodiet pedem tuum à captura.

מַלְכֹּדֶת Captura. Iob 18. Et captura eius apud uiam.

כדכד Per aphęreſin literę lamed, & geminatione ultimarum literarum, nomen de cuius interpretatione multum uariarunt doctores cùm Hebræi, tum Chriſtiani: placet accipi pro bitumine pellucido, quod Gagates conueniente ipſi uocabulo, & alioqui ſuccinum ſeu gleſſum, & Germanis agſtein dicitur, eò quòd in maris littore reticulis capiatur. Ieſaiæ 54. Et ponam Gagatem ſolaria tua, id eſt, feneſtras tuas, per quas ſcilicet ſplendor ſolis penetrat. Meminit quoque huius Gagatis Ezech. cap. 27.

כד Per aphæreſin lamed, nomen uaſis à capiendo, retinens etiamnum in alijs linguis ſuam appellationem, retinet'que ubique & ſemper pathah inuariatum. Ezech. 12. Et frangetur cadus ſuper ſcaturigine. 1. Regum 17. Cadus farinæ non deficiet. Et mox iterum: Sed plenitudo uolæ farinę in cado. Et in ſtatu affixorum fortificat daleth. Gen. 24. Inclina obſecro cadum tuum. Et mox iterum: Et impleuit cadum ſuum. Et pluraliter כדים Iud. 7. Et cados uacuos, & faces in medio cadorum. 1. Regum 18. Implete quatuor cados aqua.

כידודי Nomen pluralis numeri tantùm, Inſtrumēta ſeu uaſa in quibus capitur ignis. Et legitur in hac forma tantum ſemel Iob 41. Ex ore eius faces egrediuntur, lampades ignis euadent.

כיד Captura. Iob 21. Videbunt oculi eius capturam ipſius.

כידון Nomen inſtrumenti militaris, quod alij lanceam, alij haſtam, alij telum, alij ſcutum, alij aliter interpretantur. Nicolao Lyrano eſt lamina, quæ deſcēdit à caſſide, procedens in acutum inter ſcapulas ut protegeret collum & iuncturam armorū capitis & corporis, negatq́ fuiſſe clypeum aut parmam, ex eo nimirum argumento, quòd armiger Goliath geſtauerit clypeum. Ego arbitror fuiſſe ſimile quiddam pilæ, ſeu clauę, non quo corpus muniretur, ſed quo uſi ſunt capiendo & feriendo, Ioſue 8. Non reduxit manum ſuam, quam extenderat cum claua. 1. Sam. 17. Et claua ærea inter ſcapulas eius. Et iterum: Tu ueniſti ad me cū gladio & cum lancea, & cum claua. Iob 39. Cuſpis, lancea, & claua. & cap. 41. Et ridebit ad ſonitū clauæ. Iere. 6. & 50. Arcum & clauam apprehendent.

797

למד Exercendo didicit. Ieſa. 26. Non didicit iuſtitiam. Prou. 30. Et non didici ſapientiam. Pſal. 119. Vt diſcā ſtatuta tua. Ieſ. 1. Diſcite bene facere. Deut. 17. Vt diſcat timere Iehoua. Iere. 10. Ad uiam gentium ne aſſueſcatis: uel, Viam Gentiū ne diſcatis. & cap. 12. Si diſcendo didicerint uias meas.

Participium præteritum למודים, quod in ſtatu regiminis למודי legitur. 1. Paral. 5. Exercitati bello.

In ſecunda coniugatione למד docuit exercendo, & aſſuefaciendo. Eccl. 12. Docuit ſcientiam populum. Deuteron. 4. Docui uos præcepta. Pſal. 71. Deus docuiſti me à pueritia mea. Deuteron. 31. Doce illud filios Iſrael. Pſalm. 25. Semitas tuas doce me. Pſalm. 51. Docebo tranſgreſſores uias tuas. Iob 21. Docebit ſcientiam. Ierem. 32. Et cum docerem eos mane ſurgendo & docendo. 2. Samuelis 1. Vt doceret filios Iehuda arcu.

Participium pręſens מלמד Deuter. 4. Iudicijs, quæ ego doceo uos. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Docet manus meas ad bellum. Et pluraliter cum affixo. Pſal. 119. Prę omnibus docentibus me, intelligens fui.

Participium pręteritum in genere maſcuiino מלמדי. Canticorum 3. Docti bello. 1. Paral. 25. Doctis cantico. Et in genere fœminino מלמדה Ieſ. 29. Sicut pręceptum hominum edoctum. Oſeæ 10. Et Ephraim uitula edocta.

In uoce paſſiua למד Iere. 31. Sicut uitulus non edoctus.

INDE NOMINA:

למוד Doctus, edoctus, aſſuetus. Iere. 2. Onager aſſuetus in deſerto. Et pluraliter למודים Ieſa. 50. Dedit mihi linguam doctorū. Et iterū: Et excitabit mihi aurem ad audiendū, ſicut doctis. Et in ſtatu regiminis למודי Ieſa. 54. Et omnes filios tuos doctos Iehoua

Iehoua. Iere. 13. Docti malefacere. Et cum affixo mutat ſchurek in kybutz. Ieſ. 8. Obſigna legem in doctis meis.

לִמֻּד Doctus, peritus. Et in ſtatu regiminis לִמֻּדֵי Ezech. 27. Aſſur ſicut doctus negociationis tuæ.

תַּלְמִיד Diſcipulus. 1. Paral. 25. Intelligens cum diſcipulo.

מַלְמַד Stimulus, quo ruſticus boues arare docet. Et in ſtatu regiminis מַלְמַד Iud. 4. Et percuſſit de Philiſtæis ſexcentos uiros ſtimulo bouis.

798 לָעַב Magnam habet cognationem ſignificatione cum uerbo בָּלַע niſi quòd ut literarum tranſpoſitione, ita quoque modo ſignificandi inter ſe uarient. Significat enim præcipitem ferri, licet participium ex eo tantùm legatur tertię cōiugationis מַלְעִבִים 2. Paralipom. 36. Et erant præcipites in nuncios Dei, & contemnebant uerba eius.

799 לָעַג Cōuenit ſignificatione cum uerbis עָגַל עָלַג עָקַל קָלַע לָעַז niſi quòd ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe uarient. Significat autem ſubſannare, & eſt geſtus. Et conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed. 2. Reg. 19. & Ieſa. 36. Subſannauit tibi uirgo filia Zion. Pſal. 2. Iehoua ſubſannabit illis. Prouer. 30. Oculum qui ſubſannat patri. Pſal. 80. Et inimici noſtri ſubſannabunt ſibi, id eſt, inter ſe, apud ſe.

Participium præſens לֹעֵג Prouer. 17. Subſannans pauperi. Ierem. 20. Vniuerſus ille ſubſannat mihi.

In tertia coniugatione הִלְעִיג Pſalm. 22. Omnes uidētes me ſubſannabant mihi. Iob 21. Et poſtquam locutus fuero ſubſannes. Et legitur ſemel cum Nehe. 4. Et ſubſannauit ſuper Iudæos.

Participium pręſens מַלְעִגִים & conſtruitur cum beth. 2. Paral. 30. Et ſubſannāt in eos, id eſt ſannis inuehuntur in eos.

INDE NOMINA:

נִלְעַג Subſannabilis propter balbutiem, abſurdus lingua, blęſus. Ieſ. 33. Populum barbarum non uidebis, populum profundi labij ne percipere queas, balbutientem lingua ſine intelligentia.

עִלְּגִים Per metatheſim literarum, ſubſannabiles propter lingue abſurditatē: nos aut blæſos aut balbutientes dicimus. Ieſaię 32. Et lingua balborū expedite loquetur clara.

לַעַג Sanna, ſubſannatio, ironia, obliqua locutio, ſarcaſmus. Pſal. 79. Subſannatio & cōtemptus illis, qui circum nos ſunt. Iob 34. Bibet ſubſannationē tanquam aquam. Et cum affixo. Oſeæ 7. Hæc ſubſannatio eorum. Et in plurali ſtatus regiminis לַעֲגֵי uſurpatur pro concreto. Pſal. 35. Cum hypocritis ſubſannatoribus uſtulatæ, id eſt qui ſubſannant propter uſtulatam. Ieſ. 28. paſſiuè uſurpatur: Sed per ſubſannationes labij, & per linguam aliam loquetur ad populum iſtum, id eſt, per balbutiones labijs, quos alij ſubſannabunt. Loquit̄ de ſtulta prædicatione Euāgelij, quam ſapientes huius ſeculi ſubſannabunt. 1. Corinth. 1.

800 לָעַז Generali ſignificatione non multùm abludit à uocibus עלז & לעג. Et ut uox illa Hebræa Hebręorum auribus blæſa eſt, obliquè & abſurdè ſonat, ita quoque omnes alias peregrinas linguas tanquam blęſas & abſurdas hoc nomine quaſi per inſultationem appellarunt, ſicut poſtea eadem propemodum ratione Græci illi Hellenes dicti, cæteros omnes βαρβάρους appellauerunt. Et Homerus Caras ob peregrinum & abſurdum lingue ſonum βαρβαροφώνους uocat. Legitur autem iſta uox Hebręa tantum uno in loco Pſalm. 114. Cum egrederetur Iſrael ex Ægypto, domus Iacob de populo barbaro, id eſt, blæſę lingue. Videtur autem quibuſdam cum nomine לַעַג magnam quoque habere cognationem: de quo ſupra in themate לָעַג.

801 לָעַט Et in tertia cōiugatione הִלְעִיט crepuſculauit. Gen. 25. Crepuſcula me obſecro de ruffo, id eſt, refice me in crepuſculo de ruffo, &c. quanquam hoc non ſit thema, ſed עָשָׂה de quo ſuo in loco.

802 לַעֲנָה Abſinthium. Deut. 29. Radix germinās fel & abſinthium. Ad hoc dictū alludit Petrus Act. 8. & autor epiſtolę ad Hebręos cap. 12. Prouerb. 5. Et nouiſſimum

eius

eius amarum uelut abſinthium.Iere.9.Cibabo populum iſtum abſinthio,& potabo eos aqua fellis.

803 **לַפִּיד** Idem propemodum ſignificat, quod פלד id eſt, teda, literarum facta tranſpoſitione.Gręci ſimile habent λαμπάς,id eſt fax,ſeu facula, teda.Iudic.15. Et poſuit facem unam inter duas caudas.Ieſaiæ 62.Et ſalus eius ut fax ardeat. Gen. 15. Et fax ignis.Zach.12.Et ſicut fax ignis. Et pluraliter לַפִּידִים Iudic.7.Et faces in medio cadorum.& cap.15.Et accēdit ignem in facibus.Iob 41.Ex ore eius faces. In ſtatu regiminis לַפִּידֵי Dan.10.Sicut faces ignis.

**לַפִּידוֹת** Nomen proprium uiri,qui maritus fuit Debboræ,quem arbitrantur fuiſſe בָּרָק.

804 **לָפַת** Apprehendit quadam concuſſione eius rei quę apprehenditur,perculit.Et ut literarum tranſpoſitione, ita modo ſignificandi parum uariat à uerbo פָּלַץ Iud.16.Et perculit Simſon duas columnas.

In uoce paſſiua נִלְפַּת perculſus eſt.Ruth 3.Et perterritus eſt uir, atq; perculſus eſt.Iob 6.Percelluntur à ſemitis uiæ ipſorum.

INDE NOMEN,

**יַלֶּפֶת** Impetigo,qua quis mordicus corripitᷣ,& quę proxima quęq; corripit & occupat. Leuit.21.Vel ſcabies,uel impetigo.& cap.22. Vel ſcabioſum,uel impetiginoſum.

805 **לָקַק** Congruit ſignificatione cum uerbis לָקַח & לָחַךְ חָבַךְ חָבָה niſi q; modo ſignificādi inter ſe uarient. Tribuitur aūt hoc canibus, qui lambendo potum accipiunt. 1.Reg.21.In loco in quo lambuerunt canes ſanguinē tuū. Iud.7.Omnis qui lābuerit lingua ſua ex aqua,ſicut lābit canis.1. Reg.22. Et lābuerūt canes ſanguinē eius.

In ſecunda coniugatione legitur tantum participium præſens, pluralis numeri מְלַקְקִים Iudic.7.Et fuit numerus lambentium manu ſua ad os ſuum,trecenti.

INDE NOMEN,

**יֶלֶק** Species quędam locuſtarum,quæ aculeo tanquam lingua utunᷣ allambendis herbis,& frugibus accommodo, magnaq; copia uolat:ideo ſemper eſt collectiuum. Eſt autē iuxta Hieronymū ἀττέλαβος quem Aquila comeſorē interpretatᷣ,& Apocalypſis cuiuſdam ſpeciei locuſtarū meminit, quæ huic ſpeciei propemodū conuenit.Iere.51.Adducite equitatum quaſi locuſtam aculeatam. Pſal. 105. Et locuſta abſq; numero: Iere. 51. Niſi impleuero de hominibus, quaſi locuſtis. Et in diſtinctione ſententię יֶלֶק Nahum 3.Deuorabit te gladius quaſi locuſta.

806 **לָקַח** Accepit,ſumpſit,tulit.Congruit ſignificatione cum uerbis חָבָה & לָחַךְ לָקַק לָבַה niſi quòd ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe uarient: quem hoc latiſſimum habet,nec uno uerbo apud Latinos reddi poteſt, & tam in bonā quàm malam partem accipitur. Etſi in coniugando ſequatur rationem uerborum à Nun exordientium, tamē in tertia perſona præteriti maſculini generis interdum literam initialem abijcit,& legitur קַח. Adducemus autem exempla,in quibus & coniugandi & ſignificandi ratio cognoſci poteſt.Geneſis 2. Et ædificauit coſtam,quam accepit ex Adā. & cap.5. Quia aſſumpſerat eum Deus. cap. 36. Eſau accepit uxores ſuas. Leuit. 8. Accepit placentam. Iob 1.Iehoua dedit, Iehoua abſtulit. Ezech. 17. Tulit ſuper aquas multas.Ieremię 28.Nō accepit ea Nebucadnezar.Oſeæ 10. Tulit eos ſuper brachia ſua.Numeri 19. Vt aſſumant ad te iuuencam ruffam,id eſt adducant.Sic Numeri 23.Et tulit illum in agrum. Deuteron. 30. Et accepit illam nobis, id eſt, adduxit. 1. Samuelis 30. Et acceperunr eum ad Dauidem, id eſt, adduxerunt.Sic Oſeæ 14.Accipite uobiſcum uerba,id eſt,adducite ſcilicet iuuencos labiorum. Prouerb. 6. Non concupiſcas pulchritudinem eius in corde tuo, neque accipiat te in palpebris ſuis, id eſt, capiat te. Iob 15. Quid capiet te cor tuum, ſcilicet faſcino.Iob 3. Noctem illam capiat eam caligo. Prouerbiorum 31. Conſiderat agrum,& accipit eum.Ioſue 11. Et occupauit Ioſue omnem terram. Deuter.31. Accipe librum legis.Ezechielis 24.Electum pecoris accipe. Zachariæ 6. Accipe à captiuitate.Prouerbiorum 20.Tolle ueſtimentum eius. Ierem. 5.Renuerunt accipere diſciplinam.Ieſaiæ 47. Vindictam ſumam. Geneſis 34. Et filias ueſtras accipiemus nobis.

Parti-

Participium preſens לֹקֵחַ Gen.44.Si accipit Iacob uxorem.Deuter.27.Maledictus accipiens munus.Prouerb.11.Suſcipit animas ſapiens,capit,deuincit. Et pluraliter לֹקְחִים. Iere.23.Ecce ego contra prophetas ait Iehoua,qui accipiunt linguam ſuam,& aiunt,ait. Et in ſtatu regiminis לֹקְחֵי. 2.Sam.4.Venerunt uſq; ad accipientes frumenta.

Participium præteritum pluralis numeri לְקֻחִים.Prou.24.Eripe ereptos ad mortem,id eſt pertractos ad ſupplicium.

In uoce paſſiua נִלְקַח 1.Sam.4.Quia capta eſt arca Dei. Ezech.33.In iniquitate ſua captus eſt.1.Sam.4.Propter capi arcam dei,id eſt,propter captã arcã.2.Reg.2. Antequam tollar abs te.Eſther 2.Et accepta eſt Eſther in domum regis.

In ſecunda cõiugatione uoce paſſiua לֻקַּח. Gen.3.Vt coleret terram è qua ſumptus fuerat.Ieſaiæ 53.Ex anguſtia & iudicio eſt.Gen.2.Quia ex uiro ſumpta eſt.Ieſaiæ 49.Num tolletur à forti prȩda.

In quarta coniugatione legitur tantùm participium fœminini generis מִתְלַקַּחַת. Exo.9.Et ignis ſumptus erat in medio grandinis.Ezech.1.Nubes magna,& ignis aſſumptus,id eſt ſimul mixtus.

INDE NOMINA:

לֶקַח Doctrina accepta, ſeu accipienda,& qua quis capitur.Prouerb.1.Audiet ſapiens, & addet doctrinam.& cap.4. Quia doctrinam bonam dedi uobis. Et in ſtatu affixorum mutat primam uocem ſægol in hirik,& alteram in ſeua.Deut.32.Stillabit tanquam pluuia doctrina mea.Iob 11.Et dixiſti,clara eſt doctrina mea.Prouer.7.Inclinauit eum multitudine doctrinæ ſuæ.

מִקָּח Acceptio,acceptatio,ſumptio.2.Paralip.19.Et acceptio muneris,id eſt,cupiditas.

מַלְקוֹחַ Actiuè,faux qua quis cibaria lambendo ſumit:& legitur pluraliter.Pſal.22.Et lingua mea adhæſit faucibus meis. Deinde ſingulariter,& paſſiuè uſurpatur pro captura,id eſt,prȩda,quæ capitur.Num.31.Et adduxerunt ad Moſen,&c. captiuitatem & prȩdam.Ieſa.49.Nunquid auferetur à forti prȩda?

מַקָּחוֹת Nomen pluralis numeri:dicitur de rebus,quæ dantur,& accipiuntur in cõtractibus,ut ſunt merces,& alia uenalia.Nehemiȩ 10.Et populi terræ afferebant accipienda,id eſt merces.

מַלְקָחַיִם Inſtrumenta,quibus aliquid accipitur:& duabus laminis cõſtant,qualia ſunt forcipes,& emunctoria.1.Reg.4.Et forcipes ex auro.Ieſaiȩ 6.Et in manu eius carbo,quem forcipe tulerat ab altari. Et cum affixis mutat ſægol in pathah. Exod.25. Et forcipes eius.

קַלַּחַת Nomen uaſis in quod carnes coquendæ recipiebantur,inuerſione tantùm literarum,& caldare uerterunt,calathus.1.Sam.2.Et percutiebat eam uel in caldare.Micheæ 3.Et quaſi carnem in medio caldaris.

807 לָקַט

Collegit,aufleſen:& differt à קלט modo tantùm ſignificandi.Exo.16.Collegerunt cibum duplicem.Gen.31.Colligite lapides.Cant.6. Ad colligẽdum roſas.

In ſecunda cõiugatione לִקֵּט.Ruth 2.Et uidit ſocrus eius illud quod collegerat. Et mox iterum:Vbi collegiſti hodie?1.Sam.20.Et collegit puer Ionathæ ſagittas.

Participium prȩſens מְלַקֵּט Ieſ.17.Sicut colligẽs ſpinas. Et pluraliter מְלַקְּטִים. Iudic.1.Et fuerunt colligentes ſub menſa mea.

In quarta coniugatione הִתְלַקֵּט. Iud.11.Et collegerũt ſe ad Iephthah uiri uacui.

INDE NOMINA:

לֶקֶט Collectio.Leuit.9.Et collectionem meſſis tuæ non colliges.

יַלְקוּט Capſula,in quam lapides colliguntur.1.Samu.17.Et poſuit eos in uas paſtorum, quod erat illi,& in capſulam. Etſi aliqui uelint ſignificare thecam in funda,in quã reponebatur lapis ad torquendum,tamen ego arbitror fuiſſe ſingularẽ capſulam, qua fundibularij pro lapidibus utebantur,quodq; in utranq; Dauid lapides collegerit,tam peram paſtoralem,quàm alteram,quæ colligendis lapidibus ad iaciendum funda deſtinata erat.

808 לָקַשׁ

Et in diſtinctione ſententiȩ לֶקֶשׁ nomẽ quod propriè ſignificat ſegetem illam, quæ

quæ poſt primam graminis luxuriantis defalcationē iam in culmos & ſpicas ſuccreuit, nondum tamen maturuit: atq; in utraq; forma legitur. Amos 7. Et ecce plaſtes locuſtarum in initio, quando aſcendit ſeges, & ecce ſeges poſt detonſiones regis. V.D. quòd locuſtas in ſomnis uiderit eo tempore formatas, quãdo poſt luxuriantis graminis detonſionem (quæ regi ad alenda pecora cedebat) ſeges iam ariſtas & ſpicas emiſerat, & maximum damnum frugibus dare poterant.

מַלְקוֹשׁ Denominatiuum, tempus illud, quo ſata in culmos & ſpicas ſuccreuerunt, & iam opus habēt pluuia, ut grana turgeſcant & grandeſcant. Poteris uertere ſerum ſeu ſerotinum, reſpectu prioris temporis. Zachariæ 10. Poſtulate à Iehoua pluuiam in tēpore ſegetis. Prou. 16. Et gratia illius uelut nubes ſegetis. Deinde ſæpius ponitū pro pluuia, quæ illo tēpore, quo ſegetes ante maturitatē maximè opus habent, decidit, & ſera dici poteſt, ſicut מוֹרֶה & יוֹרֶה præproperã illam pluuiã ſignificat quæ paulò poſt ſementis tempus decidit, ut ſata proueniant. Deu. 11. Et dabo pluuiam terræ ueſtræ in tempore ſuo præproperam, & ſeram. Iob 29. Os ſuum aperuerunt tanquam ad ſeram, ſcilicet pluuiam. Diuus Iacobus in Epiſtolæ ſuæ cap. 5. alludēs ad hanc pluuiam ſic reddidit: Ecce agricola expectat precioſum fructum terræ, patienter expectans illum, donec accipiat pluuiã ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον, id eſt, pluuiam præproperam, & ſeram.

INDE VERBVM,

לָקַשׁ Quod ſignificat ſegetem ante maturitatem demetere. Iob 24. In agro non ſuo metent, & uineam ſerotinabunt, id eſt, ante maturitatem uindemiabunt.

לְשַׁד Humor, ſuccus. Vide in themate שָׁדַד.

809

לִשְׁכָּה Conclaue ad templũ domini, pro reponendis ueſtibus, ſacrificijs, donarijs, uaſis & inſtrumētis ſacris foris & infernè adiectum. Vulgaris editio ſatis cōmodè uertit Exedra, eò quòd foris ad tēplum erãt extructę eiuſmodi thecę. Eſtq; eiuſdem ſignificationis cum nomine נִשְׁכָּה, commutatis tantùm literis eiuſdem inſtrumēti. Arbitror aũt ꝙ ut נִשְׁכָּה à נָשַׁךְ, ita לִשְׁכָּה deriuatum ſit à uerbo שָׁלַךְ, eò quòd in illas exedras donaria deijciebãtur. Ezech. 40. Et Exedra & ianua eius. Nehem. 3. Et fecerat ei exedram magnam. Et mox iterũ: Et proieci omnia uaſa domus Tobiæ foràs extra exedram. In ſtatu regiminis לִשְׁכַּת. 2. Reg. 23. Introitu domus Iehoua ad exedram Nethan Melech. Eſdræ 10. Et abijt ad exedram Iehochanã. Et cũ he importãte motũ ad locum לִשְׁכָּתָה. 1. Samuelis 9. Et introduxit eos in exedrã.

Et pluraliter לְשָׁכוֹת. Ezec. 40. Triginta exedras ſuper pauimēto. 1. Para. 9. Qui erant ſuper exedras, & ſuper theſaurum domus dei. Nehemiæ 3. Et mundauerunt exedras. Et in ſtatu regiminis לִשְׁכוֹת. Eſd. 8. In exedris domus Iehoua. Ezech. 42. Exedræ aquilonis, & exedræ meridiei.

810

לֶשֶׁם Nomen lapidis precioſi, quem Ioſephus, et poſt eum Hieronymus uocat Ligurium. Exo. 28. Et ordo tertius, Ligurius, &c. Chaldæus autē uertit קַנְבִּירֵי. Pli. lib. 37. cap. 4. uocat lyncurium, & dicit inde gemmæ nomen eſſe quòd è lyncis urina coagmentetur.

811

לָשׁוֹן Nomen tam appoſitione, quàm declinatione generis fœminini: & tam in ſtatu regiminis, quàm affixorũ mutat cametz in ſeua, ultima uocali inuariata. Atq; principaliter, & propriè ſignificat membrum corporis, quod Latini linguam, Germani Zunge appellant. Et apparet à uerbo בָּשַׁל deductũ, facta literarũ tranſpoſitione. Exod. 4. Quoniam uir ſum graui ore & graui lingua. Pſalm. 12. Excidet Iehoua cuncta labia adulationum, linguam loquentem magnifica. Pſalm. 10. Sub lingua eius labor & dolor. Canticor. 4. Mel & lac ſub lingua tua. Pſalm. 34. Cuſtodi linguã tuam à malo. Deinde ut nomina שְׂפָתַיִם & פֶּה os & labia figuratè ad loquelam ſeu ſermonem transferuntur, ita ſimili ratione etiam hoc nomen pro ſermone ſeu idiomate ſermonis tranſumitur. Prouerb. 10. Sicut argentum electũ, eſt lingua iuſti. & cap. 25. Lingua mollis conteret oſſa. Ieſaiæ 28. Et lingua alia loquetur. Ieremiæ 14. Percutiamus eum lingua. Eſther 1. Secundũ linguam populi. Ne-

N hemiæ

hemiæ 13. In lingua populi, & populi. Et in cõmentarijs Hebræorum expoſitiuè accipitur pro, id eſt. Tertiò de re qualibet dicitur, quæ linguam ſimilitudine refert. Et ſic de Clynodio, ſeu ornamento dicitũ aureo, inſtar linguæ formato. Ioſue 7. Et linguam auream unã. Item de flamma quæ forma ſimilis eſt linguę: aut certè, ut animal lingua eſcã lambit, ita ignis flãma ſua allambit ac deuorat res combuſtibiles. Ieſa. 5. Sicut deuorat ſtipulam lingua ignis, &c. Sic pro oſtio, ſeu ſinu maris, qui excurrit in terras, uſurpatur, formã habente linguę ſimilem, ſicut Latini brachium, partẽ maris uel fluminis excurrentem appellant. Ioſue 15. A lingua quę reſpicit uerſus meridiem. Chaldæus כֵּיפָא petram, ſeu promontoriũ uertit. & ea. 18. Et ad linguam maris ſalis. Ieſaiæ 11. Et excommunicabit Iehoua linguam maris Ægypti. Et pluraliter לְשֹׁנוֹת. Pſal. 31. A contentione linguarum. Ieſa. 66. Vt congregem omnes Gentes, & linguas.

INDE VERBVM,

הִלְשִׁין Tertiæ cõiugationis, linguauit, id eſt, lingua detulit verſchwetzen, ſicut הִרְגִּיל. Prouerb. 30. Ne lingua deferas ſeruum ad ſuſtentatorem ſuum.

INDE NOMEN,

מְלָשְׁנִי Nomen participiale, delator, qui lingua defert. Pſal. 101. Qui lingua defert clàm ſodalem ſuum, iſtum perdam.

לתח Inde nomen מֶלְתָּחָה: Vide in themate תָּחַל.

812 לֶתֶךְ Nomen menſuræ, continens dimidium corum. Et tantùm uno in loco legitur Oſeæ 3. Et Coro hordei, & Lethec hordei.

813 לתע Non legitur uerbaliter niſi ſemel, & in uoce paſſiua נִתַּע, comminutum eſt, demolitum eſt. Iob 4. Et dentes catulorum comminuti ſunt.

INDE NOMEN;

מַלְתְּעוֹת Pluralis numeri, quod ſignificat dentes molares, ſeu maxillares, quibus prædã catuli leonum comminuunt. Pſal. 58. Molares catulorũ confringe Iehoua. Vide מָלַל.

DE NOMINIBVS QVADRILITERIS ET PEREGRINIS.

814 אַלְמֻגִּים Ligna precioſa, quibus uſus eſt Salomo in ædificando templo, & domo ſua, & fabricandis inſtrumẽtis muſicis. Fortè illa ſunt quæ Apocalypſis 18. ξύλον θύϊνον lignum Thyinum dicit. 1. Reg. 10. Sed & claſſis Hirã, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna Almygim multa ualde, et lapidẽ precioſum, & fecit rex ligna Almygim fulcra pro domo Iehoua, & pro domo regis, & citharas, & Nabla pro cantoribus: non uenerunt talia ligna Almygim, neq; uiſa ſunt uſq; in hunc diẽ. Legitur etiam per metatheſim literarum אַלְגּוּמִּים. 2. Paralip. 2. Mitte mihi ligna cedrorum & fraxinorum ligna Algymmim et lapidũ precioſorum. 2. Paralip. 9. Attulerunt ligna Algymmim. Et iterũ: Et fecit rex ex lignis Algymmim ſtratas pro domo Iehoua.

מ Ieſaiæ 32.

מַעֲשֵׂה הַצְּדָקָה שָׁלוֹם׃

815 מ Conſtituit pronomen demonſtratiuum ſeparatum, pluralis numeri, præpoſita litera he: ſic הֵם de quo in themate הֵמָּה. Quando autem à fronte aliarum partiũ adhibetur, eſt prępoſitio, eiusq; modos ſignificãdi uide in uerbo מִנָּה. At quando eſt affixum à tergo, notat perſonam multitudinis.

816 מְאֹד Validum,uehemens,nomen adiectiuum:uſurpatur tamen plerunq; aduerbialiter pro ualidè,ualde, uehementer. Iudi. 12. Et dixit Iephta ad eos, uir litis fui ego cũ populo meo,& cum filijs Ammon ualidè,id eſt,fuit mihi lis ualida.2.Parali.24.Et Iehoua tradidit in manũ eorum exercitũ in multitudine ualidiſſimum. Pſal.31.Inter omnes aduerſarios meos fui opprobriũ etiã uicinis ualidiſſimum.

Eſt & obſeruãdum,quòd hæc dictio nomini adiectiuo apposita,etſi aduerbialiter transferatur,tamen ex poſitiuo faciat ſuperlatiuum. Ge. 1.Et ecce bonũ ualde,id eſt optimũ. Geminatè poſitũ conſtituit quoq; ſuperlatiuũ,ſeu ſuperſuperlatiuum.Exod.1.Et fructificauerunt & multiplicati ſunt in ualde,ualde, id eſt ualidiſſimè. Et cum עַד. Pſalm.119. Ne derelinquas me uſqueadeo.Et iterum:Non eripias ex ore meo uerbum ueritatis uſqueadeo. Et in ſtatu affixorum nominaliter ponitur.Deut.6.Et diliges Iehoua deum tuum,toto corde tuo, & tota anima tua,& tota ualiditate tua,id eſt omnibus uiribus tuis.2.Reg. 23. In toto corde ſuo, & in tota anima ſua,atq; in tota ualiditate ſua.

817 מֵאָה Nomen numerale,centum:& ſub iſta forma eſt generis cõmunis.Gen. 50.Erat Ioſeph centum & decem annorum.Eſther 1.Centum prouincias.2.Paral.25.Et mercede conduxit de Iſrael centũ millia,fortes uiribus,pro centũ talentis.2. Paralip.5.Cum eis ſacerdotes circiter centum. Et in ſtatu regiminis מְאַת.Gen.5.Et uixit Adam triginta & centũ annis. Et dualiter מָאתַיִם generis cõmunis. Gen. 32.Capras ducentas,oues ducentas.Ezech.48.Quinquaginta,& ducenti. Et pluraliter מֵאוֹת, communis generis.Gen.5.Octo centum anni, id eſt octingenti anni.Num.21.Et à principibus centum,id eſt centurionum.2.Reg.11.Et accipit principes centuriarum.ubi tamen ſcriptum eſt מֵאיוֹת.

818 מֵאֵן Noluit,renuit,recuſauit,excuſauit.Exod.7.Renuit dimittere populum. Num. 22.Renuit Iehoua permittere mihi,ut irem uobiſcũ.Et mox iterũ: Et renuit Bileam uenire nobiſcum.Ieremiæ 15.Renuit ſanari.Exod.10. Vſquequo renuiſti humiliari à facie mea.Ieremię 5.Renuerunt accipere diſciplinã.Gen.37.Et renuit cõſolari.Exod.4.Et renuiſti dimittere illum.Ieſaiæ 1.Et ſi renueritis.Exo.22.Si renuendo renuerit pater eius.

Participium præſens מָאֵן.Exod.9. Si renuis tu dimittere. Ieremiæ 38. Et ſi renuis tu egredi. Et pluraliter מֵאֲנִים.Ieremiæ 13.Qui renuũt obtẽperare uerbis.

INDE PARTICVLA,

אַיִן Non,particula negatiua:iungitur nominibus ſubſtãtiuis & adiectiuis,alijsq; partibus indeclinabilibus,exceptis uerbis pręteriti & futuri temporis,quibus nõ iungitur. Et in continuitate ſententiæ ſemper habet ſubſcriptum zere, at in diſtinctione ſententiæ אָיִן uel אַיִן. Gen.11. Sara erat ſterilis,nõ ei natus.Num.21.Non panis & nõ aqua.Ioſue 6.Non egrediens & nõ ingrediens.2.Paralip.5.Nihil in arca,niſi duæ tabulæ.Gen.30.Aut ſi nõ mortua ſum.Exod.17. Vtrũ ſit Iehoua in medio noſtri,an non.Num.13.Vtrùm ſit in ea arbor,an non.Iob 3. Expectabit lucẽ, & non.Ieſ.41.Pauperes quærũt aquas. Legitur ſemel per apocopẽ literæ nun אֵי. Prouerb.31.Et principibus non ſicera. Et ſubſcripto hirik אִי־כָבוֹת, id eſt nõ gloria,inglorius.1.Samuelis 4.Et uocauit puerum Icabod,translata eſt gloria ab Iſrael,&c. Et à fronte literas ſeruiles.

בְּאֵין In non,id eſt dum non.Prouer.8.In non abyſſis.cap.26.In non ſuſurrone. Ieſa.57. In non intelligente.

הַאֵין Non,negatiuè.1.Reg.22.Num hic propheta?

לְאֵין Ad non,id eſt abſq;.1.Paralip.22.Ligna cedrina ad non numerum.

כְּאַיִן Quaſi non,quaſi,penè,nihil propemodum.Pſal.39.Et tempus meum tanquam nihil apud te.Ieſaiæ 41. Erunt quaſi non. Pſal. 73. Propemodum effuſi ſunt greſſus mei,id eſt parum abfuit.

מֵאֵין Abſq;.Ieſaiæ 5.A non habitatore.Ieremiæ 19.Abſq; loco ad ſepeliendum.& cap. 33.Abſq; homine & abſq; iumento.Ieſaiæ 41.Ecce uos ex nihilo. Cæterũ quando מֵאַיִן conſtruitur cum uerbo,tum eſt quæſitiuũ loci, & referendum ad אַיֵּה.

819 מאס Variè conſtruitur,& ad illas conſtructiones neceſſe eſt etiam ipſius interpretationem accommodare. Quando poſt ſe regit accuſatiuū,idem propemodum ualet,quod uerbum נָטַשׁ:ſicut ex Ieremiæ cap.7.perſpicuum eſt,etſi hoc magis ſit reale.Et opponitur uerbo בָּחַר,ut indicant loci Ieſaię 7.& 41.& Ieremiæ 33. Significat autem faſtidio quodam rem aliquam aut perſonam tanquam uilem & cōtemptam reijcere.Hieronymus communiter uertit uerbo reprobādi, habetq́ quādam in ſignificatione cognationem cū uerbo מָסַס. Sequuntur nunc loci in quibus accuſatiuum regit mediante articulo אֶת.Ieſaiæ 8.Pro eo quòd reiecit populus iſte aquas Siloach.Num.11.Et fiet uobis in nauſeā, eò quòd reieciſtis Iehoua, qui in medio ueſtri eſt.1.Sam.8.Quoniam nō te reiecerunt,ſed me reiecerunt, ut non regnem ſuper eos.1.Samuelis 10.Et uos hodie reieciſtis deum ueſtrum. & cap. 15. Propterea quòd reieciſtis uerbum Iehoua, ideo reiecit te, ne ſis rex.2.Reg.23.Et reijciam ciuitatem hanc, quam elegeram, Ieruſalem. Vel conſtruitur quidem cum accuſatiuo,ſed tamen ſine אֶת.Ieſaiæ 33.Reiecit ciuitates.Iob 5.Et diſciplinam omnipotentis ne reijcias.Iob 8.Ecce deus non reijcit integrum,neq́ retinet manu malignos.cap.30.Quorum reieci patres ipſorum. Amos 5. Reieci feſtiuitates ueſtras.Pſalm.118.Lapidem quem reiecerunt ædificantes,factus eſt in caput anguli. Marcus Euangeliſta cap.12.Lapidem quem ἀπεδοκίμασαν reiecerūt ædificantes: uerbo Græco reddidit ἀποδοκιμάζω,quod reijcere ſeu reprobare ſignificat.Similiter Petrus 1.Epiſt.2. Sed Lucas tamē Act.4.Participio ἐξουθενηθεὶς reddidit,id eſt, qui contemptus fuit,ſiue pro nihilo habitus. Vel conſtruitur cū affixis,quæ etiā ſunt accuſatiui.Leuit.26.Non reijciam eos,neq́ execrabor eos,ut omnino conſumam eos.Pſalm.53.Quoniam deus reiecit eos.Ieſaiæ 41.Elegi te, & non reieci te. Oſeæ 4.Quoniam tu ſcientiam reieciſti,reijciam te & ego.ubi ultima litera aleph per epentheſin interpoſita eſt,ut augeat ſignificationem. Vel conſtruitur cum ablatiuo,mediante præpoſitione beth In,& refertur ad animum,quem ſatietas alicuius perſonæ uel rei cepit,eam ut faſtidiat & cum faſtidio reijciat. Nos interpretabimur,faſtidium habuit.Ieremiæ 2.Quoniam faſtidium habuit Iehoua in fiducijs tuis.Leuit.26.Et ſi in ſtatutis meis faſtidiū habebitis.Nume.14. Et ipſi approbabant terram,in qua uos faſtidium habuiſtis in ea.Iudic.9. Nónne hic eſt populus,quo faſtidium habebas in eo.2.Reg.17.Et faſtidium habuit Iehoua in uniuerſo ſemine Iſrael & afflixit eos.Iob 19.Etiam ſtulti faſtidiū habent in me.Pſal.78.Et faſtidiū habuit uehemens in Iſraele.Pſal.106.Faſtidium habuerunt in terra.Ieſa.7. Vt ipſe ſciat faſtidium habere in malo,& electionem habere in bono. In aliquot locis abſolutè ponitur,& ſignificationem habet neutralem,& ſimiliter ad animum refertur abiectū.Iob 7.Faſtidium mei habeo,ut nō perpetuò uiuā, cede à me,quoniā uanitas ſunt dies mei.cap.34.Quòd faſtidium tui habes, hoc tu elegiſti,nō ego.& cap.42.Ideo faſtidiū mei habebo,& doleo ſuper puluere & cinere.

Participium præſens מֹאֵס. Prouerb. 15.Qui liber eſt à diſciplina,reijcit animā ſuā. Et ſine uau.Ieſa.33.Qui faſtidium habet in auaritia. Et in genere fœmino מֹאֶסֶת.Ezech.21.Reijciens omne lignum.

In uoce paſſiua נִמְאַס. Ieſaiæ 54.Quoniam ſicut mulierem derelictam & derelictam ſpiritu uocauit te Iehoua,& mulierem adoleſcentiæ,quæ reiecta eſt,ait Iehoua,id eſt repudiata.Iob 7.Cutis mea precioſa eſt,& reiecta eſt, id eſt faſtidita. Pſal. 58.Reijcientur ſicut aquæ.

Participium נִמְאָס. Pſalm.15.Contemptus in oculis ſuis,& reiectus.Ieremię 4: Argentum reiectum uocauerunt eos,quoniam faſtidium habuit Iehoua in eis.

INDE NOMEN,

מָאוֹס Nomen Infinitum,reiectamentum.Threnor. 3. Purgamentum & reiectamentū poſuiſti nos in medio populorum.Paulus pluraliter reddidit περικαθάρματα;propterea quòd Infinitiuus eſt,1.Corinth.4.Conuitijs affecti obſecramus, ueluti reiectamēta mundi facti ſumus,omniū purgamentū. Altera uox eſt סְחִי, id eſt, περίψημα,id eſt,purgamentum:de qua infrà in themate סָחָה.

Congruit

820 מאר Congruit ſignificatione cum uerbis ארר ארח אור באר ביר ראה מרר מרח & מיר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient: & ſignificat arroſionem ſeu corroſionem, hoc eſt mutationem de ſtatu meliore in deteriorē. De iſto themate legitur tantū participium præſens tertiæ coniugationis מַמְאִיר, corrodens, corroſiuum. Ezech. 28. Spina corrodens ſeu corroſiua. Et in genere fœminino מַמְאֶרֶת. Leuit. 13. Lepra corrodens.

INDE NOMEN,

מְאֵרָה Corroſio, ablatio boni, infortunium. Prouerbiorum 28. Mittet Iehoua in te corroſionem. Malachiæ 3. In corroſione eſtis maledicti. In ſtatu regiminis מְאֵרַת. Prouerb. 3. Corroſio Iehoua in domo improbi. Et pluraliter מְאֵרוֹת. Prouer. 28. Multitudo corroſionum.

821 מגד Aroma, aromaticum, odorum, cuius fragrantia in longum & latum ſeu tranſuerſum, id eſt circumquaque diffunditur. Et ut בֶּגֶד ueſtis dicitur quæ texta eſt & cōſtat ſtamine & ſubtegmine, ita hoc dicitur de aromate cuius odor paſſim ſpirat & penetrat. Sunt enim beth & mem literæ eiuſdem inſtrumenti, & ſymbolicæ: ideo uoces modo tantùm differentes ſignificandi, non ipſa ſignificatione. Legitur autem Deuter. 33. Benedicta à Iehoua terra eius ab odore cœli, à rore, & ab abyſſo cubante infernè, & ab odore prouentuum Solis, & ab odore expulſionis Lunarum, è cacumine montium Orientis, & ab odore colliū ſeculi, & ab odore terræ & plenitudinis eius. Et pluraliter מְגָדִים. Cantic. 4. Cum fructu odorū. & cap. 7. Iuxta oſtia noſtra omnia odora noua & uetera. Et cum affixo. Cantic. 4. Et comedet fructum odorum eius.

מִגְדָּנוֹת Voluptuaria, uoluptuoſa, oblectamenta, bellaria, deliciæ: & de fructibus delicioſis intelligitur. Nō autem deriuatur à pręcedente nomine מֶגֶד, neq; habet aliquid cum ipſo commune ſignificatione, ſed congruit ſignificatione cum nomine עֵדֶן & cum ipſius denominatiuis מַעֲדַנּוֹת & מַעֲדַנִּים: quia ut literas habent gimel & aain eiuſdem poteſtatis ac prolationis, ita etiam eiuſdem ſunt ſignificationis. Geneſ. 24. Et uoluptuaria dedit fratri ipſius, & matri ipſius. 2. Paralipom. 21. Et dedit illis pater ipſorum munera multa de argento, & de auro, & de uoluptuarijs. & ca. 32. Et multi adferebant ipſi Iehoua munus Hieroſolymam, & uoluptuaria Ezechiæ regi Iehuda, &c.

מַגָּל Falx: uide in themate גָּלַל.

822 מגן Congruit ſignificatione cum uerbo גָּנַן, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi differant. Significat enim concludere, cingere, circumdare. Geneſis 14. Et benedictus deus Excelſus, qui concluſit hoſtes in manum tuam. Oſeæ 11. Quomodo tradam te Ephraim, cōcludam te Iſrael. Prouerbiorum 4. Corona decora cingam te.

823 מגר Verbum ſecundæ coniugationis, traxit: congruit autem ſignificatione cū uerbis אָגַר גּוּר גָּרַר חָרַג יָגַר & נָגַר Et in iſta forma legitur tantùm ſemel Pſal. 89. Et thronum eius in terram detraxit.

INDE NOMEN,

מוֹרַג Metatheſi literarum, traha, ſerra. Ieſaię 41. Ecce poſui te in traham dentatam nouam, habētem undiq; roſtra. Et pluraliter מוֹרִגִּים. 2. Samuelis 4. Ecce boues pro holocauſto, & trahæ & inſtrumenra boum pro lignis.

824 מדד Menſurauit, ſeu menſus eſt, ſcilicet continua. Ieſaiæ 40. Qui menſus eſt pugillo ſuo aquas. Ezechielis 40. Menſus eſt longitudinem eius. Ieſaiæ 65. Et mēſus ſum opus eorum. Numeri 35. Et mēſurabitis extra urbem angulum Orientalē. Ezechielis 43. Et à menſura iſta metieris longitudinem. & cap. 40. Et menſus eſt latitudinem ædificij.

In uoce paſſiua מֻדַּד. Iere.33.Et non menſurabitur arena.Oſeę 2.Sicut arena maris,quæ non menſurabitur.Iere.31.Si menſurabuntur cœli.

In ſecunda coniugatione מִדֵּד. Iob 7.Et menſurabat ueſperam.Pſalm.60.Et uallem Succoth menſurabo.2.Samuel.8.Et menſurauit duos funiculos.Et iterum:Et menſurauit eos fune.

In uoce paſſiua מֹודַד.Habakuk 3.Stetit & menſurauit terram.

In quarta coniugatione הִתְמֹדֵד. 1.Regum.17.Menſus eſt ſe ſuper puerum.

INDE NOMINA:

מִדָּה Menſura,ſcilicet continuorum,ſeu quantitatis continuæ,ſicut מְשׂוּרָה eſt menſura quantitatis diſcretæ.Ezechielis 40.Et in manu eius calamus menſuræ.1.Paralipom.11.Percuſſit Ægyptium,uirum menſuræ.& 1.Paralipo.23.Et in omni menſura & quantitate.ubi מְשׂוּרָה eſt diſcretorum,& מִדָּה menſura cõtinuorum. Hebræi prouerbiali figura utuntur מִדָּה כְּמִדָּה, quando uiciſſitudinem ſignificare uolunt,ſicut Germani **Korn vmb ſaltz**. In ſtatu regiminis מִדַּת. Pſalm.39. Menſura dierum meorum quæ eſt: Ezechielis 40. Secundum menſuram portæ. Porrò Nehemiæ 5.Mutuo accepimus argentum in menſuram regis, id eſt in tributum regi.poſitũ eſt pro מִנְדָּה, ſicut Eſdræ 4. etiam legitur. In ſtatu affixorum.Iob 11. Longior terra mẽſura eius. Et pluraliter מִדּוֹת. Ezechiel.40. Secundũ mẽſuras iſtas.Iere.22.Ædificabo mihi domũ mẽſurarũ. Et legitur ſemel forma maſculea Iere.13.Pars menſurarum tuarum.

מַדַּד Menſura,ſicut מַדָּה. Iob 38.Quis poſuit menſuras eius.

מָדוֹן Menſura.2.Samuelis 21.Et fuit uir menſuræ.

מַדּוֹ Veſtis,commenſurata corpori.Leuitic.6.Et induet ſacerdos ueſtem lini. 2.Sam.20.Et Ioab accinctus ueſte indumenti ſui,& ſuper ea accinctus erat gladio. Et in ſtatu affixorum mutat hirik in pathah.Pſalm.109.Et induit maledictionem,uelut ueſtem ſuam. Similiter in plurali ſtatus affixorum.Iudicum 4.Et accinxit eũ ſubter ueſtes ſuas ſuper fœmore dextro ſuo.1.Samuelis 4.Et ueſtes eius erant ſciſſæ. & capit.17.Et induit Saul Dauidem ueſtibus ſuis. Legitur tamen in duobus locis,ubi uau ſeruat מַדְוֵי:2.Samuelis 10.& 1.Samuelis 19. Et præſcidit ueſtes eorũ in medio eorum,uſq; ad nates eorum.Sed de hoc quoq; in themate דָּוָה.

מְרִיבַּת Quære in themate ſuo דִּין.

מַדּוּעַ Quære in themate ſuo יָדַע.

825 מהמה Significatione quadrat cum uerbis תָּמַה & חָמַם הָמָה, & modo tantũ ab ipſis uariat:ſignificat aũt turbari,tumultuari, diſtrahi negotijs. Eſt aũt eius uſus tantùm in quarta coniugatione הִתְמַהְמַהּ. Geneſ.43.Quoniam niſi interturbati fuiſſemus,iam reuerſi fuiſſemus.Iudicum 19. Fulci obſecro cor tuum, & interturbati fuerunt donec declinaret dies.Pſalm.119. Feſtinaui & non interturbatus. Geneſis 19.Et interturbatus eſt,& apprehenderunt uiri manum eius.Exod.12.Et non potuerunt adturbari, id eſt dum turbarentur.Iudicum 4. Et Eliud euaſit donec turbari ipſos,id eſt dum turbarentur ipſi.Ieſaiæ 29.Interturbemini & obſtupeſcite.prius eſt negotij & moræ,alterum admirationis.Habakuk 2.Si interturbata fuerit,inhia illi. Ex iſtis igitur locis omnibus conſtat non eſſe dubitãtis, ſed deliberantis & diſputantis, & occupati animi, & diſtracti in re aliqua. Et credo eſſe uerbũ quo Lucas Euangeliſta eſt uſus ca.10.Martha autem περιεσπᾶτο, id eſt diſtrahebatur circa multa.

Participium מִתְמַהְמֵהַּ. 2. Samuelis 15.Videte ergo,diſtrahor in campeſtribus deſerti.

INDE PARTICVLAE:

מָה Particula eſt,qua diſtractus animus de re aliqua ſignificatur,id eſt,quàm,quid.

Pſalm.8.Quàm magnificum eſt nomen tuum. Ezechielis 16. Quàm infirmatū eſt cor meum.& cap.19.Quàm mater tua leæna inter leones cubauit. Iudicū 18. Et dixerunt ad eos fratres ipſorum, quid uos? Pſalm.8. Quid homo, quòd memor es illius.2.Samuelis 21.Quid faciam uobis? Numeri 24. Vſquequo Aſſur te captiuum abduxerit. Et in membro aut diſtinctione orationis, quando nulla alia uox ſequitur, ualet quicquid, quodcunque. 2. Samuelis 18. Et dixit ad Ioab, & fiat quicquid, curram quoq; & ego poſt Cuſchi.Iob 13.Et tranſeat ſuper me quicquid, ſcilicet ſit. Deinde ſæpenumero accipit à fronte literas aliquas, quæ nonnihil addunt ſignificationi, aut eam parum deflectunt.

בַּמָּה Geneſis 15. In quo ſciam, quòd poſſeſſurus ſum eam. Iudicum 16. In quo ſeruabo Iſrael?

כַּמָּה Tot, quot, quoties. 2. Samuelis 19. Et dixit Barzilai ad regem, tot ſunt dies annorum uitæ meæ. Gen. 47. Quot ſunt dies annorum uitę meæ? Iob 13. Quot ſunt mihi iniquitates. Pſal.119. Quot dies ſerui tui. Iob 21. Quoties lucerna improborum extinguetur. Pſal.78. Quoties amaricauerunt eum in deſerto.

לָמָּה Litera mem daggeſſata, uel raphata, ſecundum quod in eam incidit accentus, ad quid, propter quid, cur, quare. Geneſis 12. Ad quid non indicaſti mihi, quòd uxor tua eſſet. Et iterum: Quare dixiſti, ſoror mea eſt. Pſalm.2. Quare tumultuantur Gentes, &c.

עַל־מָה Ad quid. Iob 13. Ad quid porto carnem meam dentibus meis?

לָמָּה־זֶּה Et altera uocula nullius eſt ſignificationis. Gen.25. Ad quid mihi primogenitura? Exod.5. Quare miſiſti me? Ioſue 7. Quare tu cadis ſuper faciem?

שַׁלָּמָּה Quare. Cantic.1. Quare ero ſicut operta circa greges ſodalium tuorum.

מַה Cum patha eiuſdem eſt cum מָה ſignificationis: & legitur ſic ſcriptum, quando ſequenti uoci combinatur uirgula, quam Grammatici מַקֵּף uocant, ut ſit, quaſi in regimine poneretur. Geneſis 2. Vt uideret, quid uocaret illud. Prouerbiorum 31. Quid fili mi, quid fili uteri mei, & quid fili uotorum meorum. Geneſis 31. Quæ tranſgreſſio mea, quod erratum meum? Iudicum 11. Quid mihi & tibi. & cap. 15. Et quid hoc feciſti nobis? 1. Samuelis 28. Quæ forma eius. Ieſaiæ 40. Et quam ſimilitudinem proportionabitis? Eſther 5. Quæ petitio tua. Pſalm. 36. Quàm precioſa miſericordia tua. Pſalm. 84. Quàm dilecta tabernacula tua. Pſal. 133. Quàm bonum, & quàm iucundum. Et ut מָה, ita etiam מַה aliquoties habet poſtpoſitum זֶה, coniunctum tamen uirgula מַקֵּף. Gen.27. Quomodo feſtinaſti, ut inuenires fili mi. 2.Reg.1. Cur reuerſi eſtis.

מַזֶּה Pro מַה־זֶּה. Exod.4. Quid eſt in uia tua. Sicut & ſemel affixo לָכֶם eſt combinatū מַלָּכֶם pro מַה־לָּכֶם Ieſaiæ 3. Quid uobis, ut atteratis populum meum.

מֶה Et in hac forma eiuſdem eſt modi ſignificandi cum מָה & מַה. Exod. 32. Non nouimus, quid fuerit illi. 1. Samuelis 4. Quæ uox clamoris magni huius. Et iterum: Quæ fuit res, fili mi. 2. Samuelis 19. Quid eſt ſeruus tuus. 2. Regum 1. Quæ diſpoſitio uiri? 2. Regum 4. Quid faciendum tibi. Ieremiæ 11. Quid dilecto meo. Iob 7. Et quid non parces tranſgreſſioni meæ. Pſalmo 89. Recordare, ego quantum temporis?

בַּמֶּה In hoc. Exod.22. Eſt ueſtimentum eius pro cute ſua in qua cubat. 1. Samuelis 29. Et in quo complacebit iſte. Ieſaiæ 2. In quo reputandus eſt iſte, id eſt, in hoc reputabilis eſt.

כַּמֶּה Zachariæ 7. Quemadmodum feci iam tot annis.

לָמֶּה 1.Samuelis 1. Ad quid fles, & ad quid non comedis, & ad quid aduerſatur cor tuū?

עַל־מֶה Ieſaiæ 1. Super quo percutiemini ultrà, id eſt, quamobrem, propter quid. Pſalm.10. Quare blaſphemat improbus Deum.

עַד־מֶה Pſal.4. Vſquequo gloria mea ad ignominiam.

מִי Quis:ut מֶה & מַה מָה ſunt realia,ita מִי eſt perſonale,quis,quę,quiſquis,quicũq;, & eſt communis generis, numeri & caſus, quanquam etiam articulos admittat. Geneſis 21.Quis dixit ad Abraham.cap.27.Quis tu es fili mi. Deuter.20. Quis eſt homo.1.Samuelis 25.Quis eſt Dauid,& quis eſt filius Iſai.Ruth 3.Quæ tu es? Iob 9.Et quis reſpondebit ei. 1. Samuelis 12 Bouem cuius accepi,& aſinum cui accepi,& quem oppreſſi.Micheæ 1.Cuius tranſgreſſio Iacob, nónne Samariæ? & cuius Excelſa Iehuda,nónne Ieruſalem? Gen.32.Et ſi non interrogauerit te dicendo, Cuius es,& quò uadis? & cuius hæc ſunt ante te? Iob 12.Cum quo non ſunt ſicut hæc.Pſal.27.A' quo timebo.Gen.33.Qui iſti tibi.Ieſa.60. Qui iſti,qui ut nubes uolant Exo.10.Et qui,& qui ſunt ituri. Aliquando tamen quęſitiue ponitur de rebus perſonaliter.Iud.13.Et dixit Manoha ad angelum Iehoua, quis nómen tuum, ut ſi uenerit uerbum tuum,honoremus te: uel ſic,Quis nomine tuo.

אֶל־מִי Ezech.31.Ad quem ſimilis es magnitudine tua.

עַל־מִי 1.Samuelis 17.Super quo commiſiſti paucas oues.

826 מהל

Legitur de iſto themate tantùm participium præteritum מָהוּל,id eſt,perfuſum. Videtur autem habere cognationem quandam ſignificatione cum uerbo חָלַל, quod expandere ſignificat.Ieſa.1.Et uinum tuum eſt perfuſum aqua.

827 מָהַר

Feſtinauit,accelerauit:congruit ſignificatione cũ uerbis חָרָה חָרַר יָחַר יָרָה בָּחַר, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant. Pſalm.16. Multiplicabunt dolores ſuos,qui aliò feſtinauerunt. Exod. 22. Si quis perſuaſerit uirginem,quæ nondum deſponſata eſt,& concubuerit cum ea,feſtinando feſtinet eam ſibi in uxorem,id eſt,dotando dotet eam.quia quod Latini dotare,ſeu dotem dare dicunt,id Hebræi hoc ùerbo feſtinandi efferunt, quòd dos feſtinãter & promittatur deſponſatis,& detur nuptis.

In uoce paſſiua legitur participiũ נִמְהָר: ſed quia trãſit in naturã nominis,ideo inter nomina collocandum eſſe duximus.

In ſecunda coniugatione מִהֵר. 1.Samuelis 4.Et uir feſtinauit.Ieſaiæ 51.Feſtinauit, uolutans ſe ut ſolueretur. Geneſis 27. Quomodo feſtinaſti ut inuenires. & cap.45.Et feſtinabitis & adducetis patrem meum huc.Ieſaiæ 49. Feſtinauerũt ædificatores tui.Pſalm.106. Feſtinauerunt,obliti ſunt factorum eius:non expectauerunt conſilium eius.Ieſaiæ 5.Qui dicunt feſtinet,acceleret opus ſuum.Ieremiæ 48. Et malum eius feſtinauit ualde.2.Paralip.24.Et non feſtinauerunt Leuitæ.

Et quando poſt ſe accuſatiuũ regit,tum uerbo arripiendi ſeu corripiendi transferẽdum eſt.Gen.18.Arripe tria ſata.1. Reg. 22. Et dixit, Arripe Micham filium Iimala.Nahum 2.Impingent ingreſſu ſuo,arripient aurũ eius.Eſther 5.Arripite Hamon,ut faciat uerbum Eſther.

INDE NOMINA:

מָהִיר Feſtinus,celer:& ſumitur ſemper in bonum.Eſdræ 7.Et ipſe erat ſcriba feſtinus in lege Moſi.Pſal.45.Lingua mea ſtylus ſcribæ feſtini. Prou. 22. Vidiſti uirum feſtinum in opere ſuo,is coram regibus ſtabit. Et in ſtatu regiminis מְהִיר. Ieſaiæ 16. Et feſtinus iuſtitiæ.

יָהִיר Feſtinus.Et in iſta forma accipitur in malum, pro præcipiti & temerario. Prouer. 21.Superbus feſtinus,deriſor eſt nomen eius.Habakuk 2.Veruntamen uinum ſeducit uirum feſtinum,& non habitabit tuguriolum.

נִמְהָר Feſtinus,nomen participiale. Habakuk 1. Gens amara & feſtina. Et pluraliter נִמְהָרִים. Ieſaiæ 34.Et cor feſtinorum obſeruabit ſcientiam. Et in ſtatu regiminis נִמְהֲרֵי. Ieſaiæ 35.Dicite ad feſtinos corde,confortamini,ne timeatis. Et in genere fœminino נִמְהָרָה. Iob 5.Et conſilium peruerſorum,feſtinum.

מַהֵר Nomen forma maſculini generis.Zopho.1.Propinquus eſt dies Iehoua magnus, propinquus & feſtinus ualde. Et quãdo iungitur uerbo,tum aduerbiaſcit.Exo.

32.Receſſerunt feſtinanter. Deuteron. 4. Quia auferendo auferemini feſtinanter deſuper terra.cap.7.Et poteris abſumere eos feſtinãter. Sic in forma fœminina מְהֵרָה. Num.16.Et uadens feſtinanter deſuper terra.Ioſue 8.Surrexit feſtinanter de loco ſuo.Pſal.37.Sicut fœnum feſtinanter ſuccidentur.Pſal.147.Vſq; feſtinanter currit uerbum eius.

מַהַר Feſtinantia:& hoc nomine ſolent Hebręi uocare dotem, quia feſtinanter ſolet dari in deſponſatione. Germani etiam eadem ratione uocant Morgengab. Geneſ. 34. Multiplicate ſuper me ualde dotem & donum, & dabo, ſicut dixeritis ad me. Exod.22.Argẽtum pendat iuxta dotem uirginitatis.1.Samuelis 18.Non eſt complacentia regi in dote.

מַהֲמֹרוֹת Nomen pluralis numeri tantùm, geminatum habens mem, præcipitia. Pſal. 140.
828 In ignem conijciat eos,in præcipitia,ne reſurgant.

מוּג Id quod durum & compactum erat,reſolutum ſeu liquefactum eſt:& congruit ſignificatione cum uerbo מוֹג, eò quòd primę literę eiuſdẽ ſint inſtrumẽti: ideo inter ſe modo tantùm ſignificandi differunt: habet enim quandam cõgruentiam cũ uerbo גָּמָא & nomine גֹּמֶא, eò quòd ſcirpus in humida terra immerſus excreſcat.Pſal.46.Reſoluetur terra. Amos 9. Qui tangit terrã,ut reſoluatur. Ezech. 21. Vt reſoluatur cor. Et cum affixo legitur ſemel actiuè Ieſa. 64. Et reſoluiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.

In uoce paſſiua נָמוֹג.1.Sam.14.Et ecce multitudo reſoluta eſt.Ieſaiæ 5.Reſoluta eſt Palęſtina. Nahum 1.Et templum reſolutum eſt.Exod. 15. Reſoluti ſunt omnes habitatores Canaan.

Participium pluralis numeri נְמֹגִים. Pſalm.75. Reſoluuntur terra & omnes habitatores eius.

In ſecunda coniugatione מוֹגֵג. Pſalm.65.Guttulis reſolues eam.Iob 30.Et reſolues me in efficaciam.

In quarta coniugatione הִתְמוֹגֵג. Pſal.107.Anima eorum in malo reſoluetur. A-
829 mos 9.Et omnes colles reſoluentur.Nahum 3.Et colles reſoluti ſunt.

מוּחַ Legitur ab iſto uerbo tantùm participium pręſens,ſeu nomen participiale,pluralis numeri מֵחִים, ſicut à מֵת deriuatur מֵתִים. Pſal.66.Holocauſta medullantium offeram tibi. Ieſaiæ 5.Et paſcent agnos iuxta ordinem eorũ, & ſiccitates medullantium aduenæ comedent.

INDE NOMINA:

מוֹחַ Medulla.Iob 21.Et medulla oſſium eius irrigabitur. Iudæi cerebrum hoc nomine uocant.

מְמֻחָיִם Nomen participiale,forma dualis numeri, & tamẽ irregulare.Ieſa.25.Conuiuium
830 fecium,pinguium,medullatorum,ſcilicet tam uini,quàm panis & eduliorum.

מוּט Amotus eſt loco ſuo ui,& cum rei motæ damno ſeu malo. Et conguit ſignificatione cum uerbis נָטָה & מָטַט נוּט, niſi quòd modo ſignificãdi inter ſe uariẽt; habet etiam cum eo congruentiam cùm uoce tum ſignificatione uerbũ Latinum, motus eſt,ut uideątur ab Hebræa lingua mutuatum eſſe. Leui.25.Et ſi attenuatus fuerit frater tuus,& amota fuerit manus eius apud te,tum ſuſtentabis in eo. Deut. 32.In tempore amouebitur pes eorũ.Pſal.46.Amota ſunt regna.Pſal.60.Sana contritiones eius,quia amota eſt. Ieſ. 54. Et colles amouebuntur, at miſericordia mea abs te non diſcedet,& pactum meum nõ amouebitur. Pſal. 38. In amoueri pedem meum,contra me magnificati ſunt.Pſal.46.In amouendo montes in cor maris.

Participium מָט, Prouerb.25. Fons expanſus,& uena corrupta, iuſtus amotus coram improbo. Et pluraliter מָטִים. Prou. 24. Eripe pertractos ad mortem,& amotos ad necem,ſi prohibere poteris.

In uoce paſſiua נִמּוֹט. Pſal.10.Ego dixi in corde meo,nõ amouebor.Pſ.21.Quoniã rex cõfidit in Iehoua,& in miſericordia Excelſi,nõ amouebit̃.Pſal.82.Amouebunt̃ omnia fundamenta terrę.Pſ.140.Amoueant̃ ſuper eos carbones.Prouer.12. Radix iuſtorũ non amouebit̃. Ieſ. 41 .Et firmauit illud cum clauis, ne amoueatur.

In

In tertia coniugatione הֵמִיש. Pſal. 55. Quoniã amouebunt ſuper me iniquitatẽ.
In quarta coniugatione הִתְמוֹטֵט. Ieſaiæ 24. Amouendo amouit ſe terra.

INDE NOMINA:

מוֹט Nomen infinitum, amotio, remotio, exilium. Pſal. 55. Non dabit amotionem iuſto in æternum. Pſal. 121. Non det in amotionem pedem tuum. Deinde purè nominaliter ſignificat Hebræis, inſtrumentum, quo aliquod onus amouetur. Latini uerterunt uectem. Num. 4. Et ponent ſuper uecte. & cap. 14. Et ſucciderũt ibi palmitem, & botrum uuarum unum, & portauerunt eum in uecte cum duobus, ſcilicet uiris. Et in genere fœminino מוֹטָה, ſignificat etiam inſtrumẽtum, quo onus aliquod amouetur, uectis ſeu pertica: poſtea per metalepſin pro iugo, & onere iugi accipitur. Ieſaiæ 58. Soluere faſciculos iugi, dimittere conculcatos, liberos, & omne iugum diſrumpatis. Et mox iterũ: Si remoueris è medio tui iugum. Et pluraliter מוֹטוֹת, uectes in iugo. Leuit. 26. Et fregi uectes iugi ueſtri, & incedere feci uos erectè. Ezech. 34. Cum fregero uectes iugi ueſtri. 1. Paralip. 15. In humeris ſuis uectibus ſuper illis. Ieremię 27. Fac tibi lora & uectes, & pones ea ſuper collo tuo. & cap. 28. Vectes ligni fregiſti, & facies eis uectes ferri. Ezech. 30. Cũ ego frangerem ibi uectes Ægypti.

831 מוּךְ Oppreſſus, depreſſus eſt, ſcilicet paupertate & inopia ſeu ære alieno. Et differt tantùm ſignificandi modo à מָכַךְ. Leuit. 25. Et oppreſſus fuerit paupertate frater tuus. Et ibidem iterum: Quando oppreſſus fuerit paupertate frater tuus, & uendiderit de poſſeſſione ſua.

INDE NOMEN,

מָךְ Nomen participiale, oppreſſus, ſcilicet paupertate, ſeu debitis. Leuit. 25. Et ſi oppreſſior fuerit ipſe ab æſtimatione tua.

832 מוּל Generaliter ſignificat cædere, ſecare, cum ſuis compoſitis: ut ſunt, omnino & perfectè circumcidere, circumſecare, reſecare, ſuccidere. Congruit enim ſignificatione cũ uerbis נָמַל & אָמַלַל מָלָא מָלַל, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Ioſue 5. Hæc eſt cauſa, qua circumcîdit Ioſua omnem populum. Deut. 30. Et circumcidet Iehoua deus tuus cor tuum. Gen. 17. Et circumcidit carnem præputij eorum. Ioſue 5. Et iterum circumcide filios Iſrael ſecũdò. Ezech. 16. Quomodo circumcidam cor tuum.

In uoce paſſiua נִמּוֹל. Gen. 17. Et circumciſus eſt Abraham. Et iterum: Et empti argento à filio alienigena circumciſi ſunt ab ipſo.

Participium pluralis numeri נִמֹּלִים. Gen. 34. Sicut ipſi circumciſi ſunt.

In ſecunda cõiugatione uoce paſſiua מוּלַל. Pſal. 90. Mane floret, & creſcit, ueſperi autem reſecatur & areſcit.

In tertia coniugatione הֵמִיל. Pſal. 118. Sed in nomine Iehuda ſuccidam eos.

In quarta coniugatione הִתְמוֹלֵל. Pſal. 58. Vt cum tendet ſagittas ſuas, uelut ſuccidantur.

INDE NOMINA:

מוּל Circumciſus, uel, ut Suetonius in uita Domitiani Iudæum uocat, Circumſectus. Ieremiæ 9. Et uiſitabo omnem circumciſum præputio. Et pluraliter מֻלִים. Ioſue 5. Circumciſi erant omnes in populo.

מוּלוֹת Nomen pluralis numeri, id eſt, Circumciſiones: quo uſa eſt uxor Moſi Midianitis lingua ſua. Exod. 4. Sponſus ſanguinũ propter circumciſiones. Alioqui Hebręi uulgari ſua lingua opus circumciſionis uocãt nomine מִלָה, & illum qui hoc opus perficit מֹהֵל. Eſt autem circumciſio, carnalis pelliculæ, qua uirgæ glans obtegitur, amputatio. Et quia promiſſio Abrahæ facta erat de ſemine, ideo circumciſio fieri debebat in loco genitali, ut promiſſi ſeminis iſto ſigno externo circumciſionis, admoneretur. Deinde circũciſio maſculino generi tantùm erat mandata, ut Iudæi illa admonerentur peccati originis, omnes ſemine uirili propagatos eſſe peccatores, & obnoxios iræ dei, & æternæ damnationis. Sed ideo parſum eſt generi fœminino, quòd quidam naſcendus eſſet ex muliere ſine uirili ſemine

ne,filius nimirũ Dei,Dominus noſter Ieſus Chriſtus conceptus de ſpiritu ſancto, natus ex Maria uirgine,benedictum illud ſemen, in quo benedicendæ erant omnes gẽtes,& cognationes terræ,&c. Paulus apoſtolus aliquoties Iudæos uocat in abſtracto περιτομὴν,id eſt,Circumciſionem,ſicut gentes uocat ἀκροβυστίαν.

מוּל Vox, quæ loci circumſtantiam circumſcribit & determinat, ſimulatq; importans reſpectum,id eſt,circum,circa,erga,antè,è regione.Exod.18.Eſto tu populo erga deum.1.Reg.7.Et è regione feneſtra cõtra feneſtram. Et cum affixo mutat ſchurek in kybutz daggeſſato lamed.Num.22.Et ipſe manet è regione mei.

אֶל מוּל Iuxta,contra,aduerſus.Ioſue 9.Hi quoq; qui habitabant.

מִמּוּל E regione,contra,erga.Exod.28.E regione faciei illius.Micheæ 2. Vltra tunicam, pallium ſuſtuliſtis.

מוֹל Cum holem.Deut.1.In deſerto in campeſtribus contra Suph.

מוּאל Interpoſita litera aleph.Nehe 12.Et chorus ſecundus ambulabat ex aduerſo.

תְּמוֹל Conſtructum cum nomine הַיּוֹם hodie, tum reſpectum importat:ut מוּל loci,ita hoc temporis,heſternum,heſternus dies,heri.Exod.5.Sicut heri,ita hodie.1.Sam.20.Quare non uenit filius Iſai,nec heri,nec hodie ad panem.2.Sam.15. Heri ueniebas tu,& hodie transferam te. At quando non ponitur reſpectiuè, tum ſumitur pro tempore paulò antè prẹterito.Iob 8.Heri nos,& nihil norimus.

אֶתְמוֹל Appoſita priori litera aleph,Heſternus,heſterna,heſternũ,heri.Pſal.90.Quoniam mille anni in oculis tuis,ſicut dies heſternus. Et cũ ſchurek אֶתְמוּל.Ieſ.30.Quoniam ordinata eſt ab heri Thophte, id eſt, iam olim.Itẽ Amos 2. At heri populus meus ſicut inimicus conſurgebat, è contra ueſtem & pallium detrahebat .ubi apparet idem ſignificare,quod מוּל, id eſt,ecõtra reſpectiuè,ut ſic legas:Econtra uerò populus meus,ſicut inimicus inſurgebat,&c. Porrò quãdo אֶתְמוֹל uel תְּמוֹל cum nomine שִׁלְשׁוֹם conſtruitur mediatè,tum uertendũ erit aduerbio heri. Exod.4.Non ſum uerborũ ego,etiam ab heri,etiam à nudiuſtertius.2. Sam.5. Tam heri, quàm nudiuſtertius,cùm regnaret Saul ſuper nos. Vel immediatè, & tum uertendũ erit aduerbio nudius. Gen. 31. Et ecce nõ erat erga eum ſicut nudiuſtertius, id eſt,antea.Ex.5.Et demẽſum laterũ,quod faciebãt nudiuſtertius imponetis illis.

מוּם Vide in themate ſuo אמן.

מוּן Vide in themate ſuo מָנָה.

833

# מִיץ uel מוּץ

Cõgruit ſignificatione cum uerbis מָצָא מָצַץ מָצָה צוּץ, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe diſcrepẽt. Legitur tamẽ ab hac forma tantùm participium præſens, ſeu nomen participiale מֵץ, emulſor,qui emulget.Eſa.16.Defecit emulſor,emulgens.

INDE NOMINA:

מִיץ Emulſor,expreſſor,emunctor. Prouerb.30. Emunctor lactis educet butyrum, & emunctor naris educet ſanguinem.

מוֹץ Gluma,hoc eſt,folliculus triturando decuſſus de granis frumenti, palea, quiſquilia:quanquã poſtea generaliter pro minutijs quarumlibet rerum accipiatur. Pſal. 1. Non ſic improbi, ſed tanquam gluma, quam propellit uentus . Ieſaiæ 17. Tanquam gluma montium ante uentum . Zophoniæ 2. Tanquã gluma tranſiuit dies. Iob 21. Et ſicut gluma, quam abripuit turbo. Oſeæ 13. Tanquam gluma turbine rapta de area.

מוֹר Myrrha:uide in themate מָרַר.

834

# מוּשׁ

Significationẽ omnino contrariã habet cũ uerbis מָשַׁשׁ מָשָׁה נָשַׁשׁ נָגַשׁ, cũ quibus tamẽ ſcriptura aliquo modo cõgruit. Cõuenit aũt ferè cũ uerbo מָאַס. Significat aũt diſceſſionẽ,ſeu remotionem:nõ acceſſionẽ,ſeu cõtrectationẽ. Zach. 14. Et diſcedet medietas montis ad Aquilonẽ, & medietas eius ad Meridiẽ . Ieſa. 54. Quoniam montes diſcedent,& colles nutabũt,ſed miſericordia mea nõ diſcedet. & ca.22.Diſcedet clauus fixus in loco firmo. Cõſtruiẽ aũt ſępiùs cũ ablatiuo mediante

E.

diante præpoſitione mem. Num. 14. Arca fœderis Iehoua, & Moſe non diſceſſerunt è medio caſtrorum. Ioſue 5. Non diſcedet liber legis ab ore tuo. Prouerb. 17. Non diſcedet malum à domo eius. Iere. 31. Si diſceſſerint ſtatuta à conſpectu tuo. Iudicum 6. Ne obſecro diſcedas hinc. Legitur tamen ſemel regens poſt ſe accuſatiuum mediante articulo אֶת, actiuè ſeu tranſitiuè. Zach. 3. Et diſcedere faciã iniquitates terræ illius in die una, id eſt amouebo.

In tertia coniugatione הֵמִישׁ, legiturq́ quandoq́ tranſitiuè ſequente accuſatiuo. Mich. 2. Non ſubducetis inde colla ueſtra. Et ibidẽ iterum: Quomodo quod ſubduxerat mihi, redderet agros noſtros, quos diſtribuit. Iob 23. Præceptum labiorum eius etiam non remoui. At quando non ponitur in regimine, ſed conſtruitur cum ablatiuo mediante præpoſiione mem, tum neutraliter, & intrãſitiuè uſurpatur. Exod. 33. Et puer non diſcedebat de medio tabernaculi. Ieſaiæ 46. Et è loco ſuo non diſcedet, neq́ diſcedet à faciendo fructum, id eſt, non ceſſabit facere fructum. Exod. 13. Non diſcedet columna nubis interdiu, & columna ignis noctu à conſpectu populi.

835 מוּת uel מִית Abſumptus eſt morte, obijt, defunctus eſt, mortuus eſt morte uel naturali, uel uiolẽta. Et ut ſola literarũ trãſpoſitione, ita modo ſignificãdi differt à uerbo תּוּם. Et nota q́ in tertia perſona utriuſq́ numeri pręteriti tẽporis, & in participio pręſenti tranſponit̃ iod litera media ad hirik, & legitur מֵת, pluraliter מֵתוּ. Cęterùm in reliquis omnibus perſonis, modis, tẽporibus ac coniugationibus referunt formam מוּת. Gen. 50. Et uidentes fratres Ioſeph, quòd mortuus eſſet pater ipſorũ. Ioſue 1. Ecce Moſes ſeruus meus mortuus eſt. 2. Sam. 12. Eſt'ne puer mortuus? & reſponderunt, mortuus eſt. Gen. 7. Et cuncta quæ fuerant in arida, mortua erant. cap. 19. Ne apprehendat me malum, & moriar. Iud. 4. Laſſusq́ mortuus eſt. 1. Sam. 14. Propter paululũ mellis, ego moriar. 1. Sam. 25. Et emortuum eſt cor eius intra ipſum. Eſt autẽ hîc obſeruatione dignũ, primò, quòd quemadmodum uerbum חָיָה nonnũquam ex uehemẽti ægritudine reuiuiſcere, ac ſanitatẽ recuperare, ita hoc uerbum מוּת contrario modo, à ſanitate in morbum recidere, priſtinam ſanitatẽ ac uitã amittere ſignificat. Gen. 2. Quacunq́ die comederis tu ex ea, moriẽdo morieris, id eſt, eris mortalis, & morti obnoxius, uitã ſtatim amittes. 1. Sam. 25. Et emortuum eſt cor eius intra ipſum.

Participium pręſens מֵת. Gen. 30. Da mihi filios, ſi nõ dederis, morior ego. Et pluraliter מֵתִים. Exod. 12. Et dicebant omnes, nos morimur. In genere fœminino מֵתָה. Gen. 30. Et ſi non morior ego. Zach. 11. Quæ moritur, moriatur. Migrãt tamen iſta participia in nomina uerbalia, ut paulò inferiùs uidebitur.

In ſecunda coniugatione מוֹתֵת, morte affecit, occidit. Iudicum 9. Euagina gladium tuũ, & occide me. 1. Sam. 14. Et armiger eius occidebat à tergo eius. 2. Sam. 1. Ego occidi unctum Iehoua. Pſal. 34. Occidet improbum malitia.

In tertia coniugatione הֵמִית, morte affecit, occidit. Iudic. 16. Et fuerunt mortui, quos occidit morte ſua plures, quàm quos occiderat in uita ſua. 2. Sam. 3. Propterea quòd occidiſſet Azachelem. 2. Reg. 16. Et Rezin ipſum occidit.

Participiũ præſens מֵמִית. 1. Sam. 2. Iehoua occidit, & uiuificat. Et pluraliter מְמִיתִים. 2. Reg. 17. Et miſit inter eos leones, & ecce ipſi erãt occidẽtes eos. Iob 33. Et appropinquat anima eius ſepulchro, & uita eius occiſoribus. Iere. 26. Veruntamen ſciendo ſcitote, quòd ſi occiſores uos mei fueritis.

In uoce paſſiua הוּמַת, occiſus eſt. Deut. 22. Et ſi erit in aliquo peccatum iudicij mortis, occidat̃. 2. Sam. 21. Et ipſi occiſi ſunt tempore meſſis. Exo. 21. Qui percuſſerit patrem ſuum, aut matrem ſuam, occiſione occidetur, id eſt, morte multetur.

Participium maſculini generis מוּמָת. 1. Samu. 19. Si non liberas animam tuam hac nocte, cras es occiſus. Et pluraliter מוּמָתִים. 2. Paral. 22. Et furata eſt eum de medio filiorum regis occiſorum.

INDE NOMINA:

מֵת Nomen participiale, mortuus, corpus mortuũ, cadauer. Gen. 23. Et ſurrexit Abraham

ham à mortuo ſuo. Et ibidem iterum: Vt ſepeliam mortuũ meum ẽ cõſpectu meo.
Exod.12. Et non erat domus in qua non eſſet mortuus. Numė.6. Omnibus diebus
eſt Hazareus Iehoua, ad corpus mortuum non ingrediatur. ubi adiectiuè ponitur.
Et nota, quòd non ſemper pro mortuo ſeu cadauere mortuo, ſeu corpore mor-
tuo, ſed etiã pro homine occidendo, & reo mortis, & morti deſtinato uſurpetur.
Gen.20. Ecce tu mortuus, du biſt des todes. Deut.17. In ore duorum aut trium te
ſtium occidat̃ occidẽdus, id eſt, reus mortis. Et pluraliter מֵתִים in prima ſemper
cum zere, tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis & affixorum. Pſal.88. Inter mor-
tuos libere. In ſtatu regiminis מֵתֵי. Ieſ.22. Et non mortui bello. Thren.2. In tene
bris collocauit me ſicut mortuos mundi. Eſt autẽ non indignũ ſcitu, quòd aliud
& in alia parum forma (quod ad primã uocem attinet) nomen pluralis numeri tã-
tùm habẽs, ſcilicet ſub prima litera ſeua, ut מְתִים, aliquoties legat̃, quod ſignificat
uiros, homines, mortales. Et ut Latini à conditione ſua homines uocanr morta-
les: ita Hebræi uocant eos ſimiliter מְתִים, niſi quòd Hebræi, quantum ex ſacris li-
teris deprehẽditur, paulò arctiùs hoc uocabulo utantur pro uiris ſeu hominibus,
ſeu mortalibus eiuſdem familiæ, tribus, ſortis, ſocietatis ſeu ciuitatis & reipublicę.
Deut.2. Et anathematizauimus omnia oppida, uiros & mulieres, & paruulos. pro
quo Chaldæus uertit גַּבְרַיָּא uiros. Iob 11. Soli tibi uiri tacebunt. & cap.24. In ciui-
tate uiri gemunt. Et Dauid Propheta addidit huic nomini ab initio literã mem
מִמְתִים. Pſal.17. Mortales manus tuæ Iehoua, mortales de mundo, quorum portio
eſt hæc uita. Et quanquam alij exiſtiment literam mem eſſe præpoſitionem, ut
præcedenti proximè uerſui cohæreat, tamen ſi ſtaret ipſorum ſententia, debebat
altera mem litera ſubſtantialis punctari dagges. Deinde ſuffragatur meæ ſenten
tiæ, quòd ut paulò pòſt apparebit, hæc uox per protheſin etiã cùm hanc literam,
tum quoq; beth accerſit. In ſtatu regiminis מְתֵי. Iob 11. Ipſe nouit homines uani
tatis. cap.19. Abominati ſunt me omnes uiri conſilij mei. & cap.31. An non dixerūt
uiri tabernaculi mei. Et cum affixo. Ieſa.3. Viri tui gladio cadent. Eſt pręterea
& hoc non prætereundum ſilentio, quòd quando hoc nomẽ pluralis numeri מְתֵי
cõſtruitur cùm nomine מִסְפָּר, uel aduerbio מְעַט, tum ſignificet paruam manum,
exiguum, infirmum & puſillum cœtum, qui collatione alterius rei, uel partis ual-
de eſt puſillus, infirmus, imbecillis, imò uelut mortuus, & uelut oues ad mactatio-
nem expoſitus. Gen.34. Dixit Iacob ad Simeon & Leui, turbaſtis me: fœtere enim
feciſtis me coram habitatore huius terræ, coram Cananęo, & Phereſæo. Ego uerò
paucus numero, & congregabuntur aduerſus me, & percutiẽt me, & delebor ego,
& domus mea, &c. Deut.4. Et diſperget uos Iehoua in populos, & ſuperſtites eri-
tis pauci numero inter Gentes. & cap.33. Viuat Ruben, & non moriatur, & tribus
eius ſit puſilla numero. Item cũ aduerbio מְעָט. Deut.26. Deſcendẽs in Ægyptũ,
peregrinatus eſt ibi cœtu modico. & ca.28. Et eritis reliqui in cœtu modico, pro ijs
qui fuiſtis quaſi ſtellæ cœli præ multitudine. Et 1.Paral.16. cum utroq; cõſtructum
legitur, quibus ſuperſuperlatiuum ſignificare uoluit: Cùm eſſetis מְתֵי מִסְפָּר כִּמְעַט
pauciſſimi numero. Reperitur tamẽ uno in loco cum nomine alio conſtructum,
ubi quoq; puſillum, infirmum, & imbecillum ſignificat. Ieſa.41. Ne timeas uermis
Iacob מְתֵי יִשְׂרָאֵל puſille Iſrael. quam phraſin nedũ imitatus, uerùm etiam mutua-
tus eſt Chriſtus, cùm Lucæ 12. diſcipulos ſuos ijſdem uerbis conſolatur: Noli, in-
quiens, timere puſille grex, &c.

מָוֶת Mors. 2.Sam.22. Circundederũt me procellæ mortis. Deut.19. Et ei non iudicium
mortis. Paulus 2.Corinth.1. uertit *ἀπόκριμα τοῦ θανάτου* ſententiã mortis, uelut ipſis
periculis nihil aliud denunciantibus, quàm mortem. Sumitur autem non rarò
pro morbo aliquo lætali, pro peſte ſeu lue aliqua. Thren.1. Foris gladius orbabat,
& domi quaſi mors. Item pro pernicie, afflictione, calamitate. Exod.10. Rogate
Iehoua ut auferat à me mortem iſtam. Prouerb.26. Sicut abſcondit ſe, qui iaculatur
ignes, ſagittas & mortem. Sic Paulus uidetur uſus eſſe Rom.7. Quis liberabit me
à corpore mortis, id eſt, obnoxio multis afflictionibus, morbis, malis. In ſtatu

regiminis & affixorum מוֹת. Num.23. Moriatur anima mea morte iuſtorũ. Iud.16. Et erant mortui, quos occidit morte ſua. In plurali legitur in ſtatu regiminis & affixorum מוֹתֵי, cruciatus lętales. Ezech.28. Mortibus incircumciſorum morieris.

Sic ſæpiſſimè ſcriptura utitur pro ingentibus diſcriminibus, grauibus afflictionibus, luctis & agonibus, morti proximis & uehemẽtiſſimis paſſionibus, ſicut & Paulus facit 2. Corinth.11. cùm inquit: In mortibus frequenter. Item 2. Corinth.1. Quin ipſi in nobis ſententiã mortis acceperamus, ne confideremus in nobis ipſis, ſed in deo, qui ad uitam ſuſcitat mortuos, de tanta morte eripuit nos. pro quo uetus translatio habet de tantis periculis: Ambroſius de tantis mortibus, quemadmodum etiam legit Chryſoſtomus, oſtendens ὑπερβολικῶς ingentia diſcrimina dictas eſſe mortes. Aſciſcit autem ſemel à fronte literam mem מְמוֹתֵי. Ier.16. Mortibus incircumciſorum morientur.

מוֹתָה Mors: ſicut à nomine עַוְל fit denominatiuũ עַוְלָה. Pſ.116. Precioſa mors ſãctorũ eius

תְּמוּתָה Mors. Pſal.79. Fac reſiduos filios mortis. & Pſal.102. Ad ſoluendum filios mortis, id eſt, adiudicatos morti.

836 מזג Et in diſtinctione ſententię מֶזֶג, infuſio, liquor qui in craterem infunditur, ſicut מֶסֶךְ. Can.7. Vmbilicus tuus ſicut crater rotundus, qui nõ deficiet liquore. Arbitror autem affinitatem habere ſignificatione cum מָסַךְ.

837 מזי Nomẽ pluralis numeri tãtùm, ſtatus regiminis, id eſt, aduſtiones. Deu.32. Aduſtiones famis, &c. Verbũ אזא frequẽs eſt in hac ſignificatione apud Chaldæos.

838 מזח Nomen, quod propriè obfirmationem ſignificat ſeu firmamentum, & per tranſlationem cingulũ, quo homo firmatur, & quod roboret lumbos. Ieſa.23. Tranſi terram tuã, tanquã flumen filia Tharſis, non eſt obfirmatio amplius, i. cingulum. In ſtatu regiminis mutat ſægol in zere מְזַח. Pſal.109. Sit ei uelut ueſtimentum, quo inuoluitur, & in obfirmationẽ perpetuitatis, qua cingetur illa. Iob 12. uſus eſt forma מְזִיחַ: Effundet contemptũ ſuper principes & obfirmationem torrentium debilitat, id eſt, baltheum ſeu potentiam tyrannorum. pro quo Hieronymus uertit: Et cingulum regum diſſoluit.

839 מחה Abſterſit, deleuit, abſtergendo deleuit, amouit aliquid loco, ne amplius appareat. Et hæc eſt amplior & communior ſignificatio. 2. Reg.21. Et abſtergã Ieruſalem, quemadmodũ aliquis abſtergeret caldare abſterſione, & uerteret ſuper faciem ſuam, ut ſcilicet in eo amplius nihil ſit. Gene.7. Et delebo omnem ſubſtantiam. Prouer.30. Et abſterget os ſuum. Ieſ.25. Abſterget Iehoua deus lacrymam ab omni facie. Pſal.51. Et omnes iniquitates meas abſterge. Exo.32. Dele me ex libro tuo. Deut.25. Delebis memoriam Amalek. Gen.7. Et deleuit omnem ſubſtãtiam. Exod.17. Delendo delebo memoriam Amalek. 2. Reg.14. Et non loquutus eſt Iehoua ad delendum nomen Iſrael.

Participium præſens מוֹחֶה. Ieſ.43. Ego, ego ipſe, inquam, deleo tranſgreſſiones tuas propter me. Eſt & obſeruãdum, quod in quibuſdam locis ſignificationem priori habet contrariam, & ſignificat admouere alicui rei, ut percellatur. Ad differentiam alterius ſæpius ſcribitur cum aleph loco he, & exponitur uerbo plaudendi. Ieſaiæ 55. Et omnia ligna agri plaudent manu. Pſal.98. Flumina plaudent manu.

Legitur tamen ſemel cum he. Num.34. Et pertinget ad latus maris Cinnereth.

In uoce paſſiua נִמְחָה. Ezech.6. Et delebuntur opera ueſtra. Deut.25. Et non delebitur nomen eius. Nehe.4. Et peccatum eorum à facie tua ne deleatur. Pſal.109. Deleatur nomen eius.

In tertia coniugatione תֶּמַח. Nehe.13. Et ne deleas miſericordias meas. Iere.18. Et erratum eorũ à facie tua ne deleas. ubi iod eſt loco he. Prou.31. Ne des mulieribus ſubſtãtiam tuam, & uias tuas ad delendum reges. ubi abiecta eſt he litera characteriſtica tertiæ coniugationis euphoniæ gratia.

INDE NOMINA:

מַחֶה Abſterſio. 2. Reg.21. Quemadmodum aliquis abſtergit caldare abſterſione.

Aries

מְחִי Aries, machina bellica, quæ applicatur muris, ut eos plaudendo frangat. Ieſaiæ 26. Et arietem contra eam ponet contra muros tuos.

840 **מחץ** Infecit, ſcilicet ſanguine, cruentauit. Conuenit ſignificatione cum uerbo חָמַץ, niſi quòd hoc de infectione fermēti, illud uerò de infectione ſanguinis dicatur. Acutuntur Hebræi iſto uerbo non aliter atq; Latini utuntur uerbo uulnerādi, ſeu ſauciandi. Pſal. 110. Suſtentator ad dexterā tuam cruentauit in die iræ ſuæ reges. Et mox iterum: Cruentauit caput in terra multa. Iob 26. Et in intelligentia ſua cruētauit ſuperbiā, ſcilicet maris ſeu Ægypti. Alludit enim tacitè ad interitū Pharaonis in mari iuncoſo. Num. 24. Et cruentabit terminos Moab. Et mox iterū: Et ſagittas ſuas cruentabit. Deut. 32. Cruentaui, & ego ſanabo. & cap. 33. Cruenta lumbos inſurgentium contra te. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Et conſumam eos, & cruentabo eos. Iudic. 5. Attrectauit caput eius, & cruentauit. Iob 5. Cruentabit, & manus eius ſanabunt. Pſal. 68. Et quidē deus cruentabit caput inimicorū ſuorū. Et mox iterum: Vt cruentes pedē tuum in ſanguine. Habakuk 3. Cruentaſti caput de domo improbi.

INDE NOMEN,

מַחַץ Cruentatio. Ieſ. 30. Et cruentationem ſeu cruorē plagæ eius ſanabit, id eſt, uulnus.

841 **מחק** Vertit, adaptando uertit ſeu uoluit. Congruit ſignificatione cum uerbo חָמַק, niſi quòd ut poſitu literarum, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Iudic. 5. Et uertebat caput eius, & cruentabat.

842 **מְחִיר** Reciprocatio, commutatio, precium quod datur pro re uendita. Et ut à מֶכֶר nō niſi litera differt, eadem tamen quod ad pronunciationem attinet affini, & commutabili, ita ſignificatione non multùm diſcrepat. Nam ut מֶכֶר uēditionem ſignificat, ita hoc notat cōmutationem ſeu precium, pro quo fit uenditio: itaq; ſeſe erga inuicem habent tanquam correlatiua, uideturq; præterea nonnihil cōmune habere ſignificatione cum uerbo מָהַר. Deut. 23. Non inferes mercedes meretricis, neq; precium canis in domum Iehoua. 2. Sam. 24. Emendo emā abs te pro precio. 1. Reg. 21. Dabo tibi argenti precium pro ea. Prou. 17. Quid eſt precium in manu ſtulti. Prou. 27. Et precium agri ſunt hirci. Ieſaiæ 45. Et captiuitatem meam dimittam, neq; pro precio, neq; pro munere. cap. 55. Emite abſq; argento, & abſq; commutatione uinum & lac. Dan. 11. Et terram diuidet pro precio. Micheæ 3. Et ſacerdotes eius pro precio docebant. In ſtatu affixorum nihil uariat. Iob 28. Et pōderabitur argentum pro precio eius. Et pluraliter מְחִירִים. Pſa. 44. Neq; auxiſti precia eorum. Ex his iam citatis locis clarum eſt, ſignificare rem aut pecuniam, quę pro alia re datur, & quæ ſequitur & ſuperuenit, ut fiat commutatio.

מָחָר Aliud nomen ſubſtātiuum, quod cōmutationem tēporis ſignificat. Et ut מְחִיר eſt commutatio rerum, ita מָחָר eſt commutatio temporis. Latini uerterū cras: nec habent aliud, quo propriùs reddere poſſint. Eſt autem cras, dies quæ ſequitur heſternum, & ſuperuenit priori. Exod. 8. Et recedet mixtura à Pharaone & à ſeruis eius, & à populo eius cras. cap. 9. Cras faciet Iehoua uerbū iſtud. cap. 19. Et ſanctificabis eos hodie & cras, lauentq; ueſtimenta ſua, ſintq; parati in diem tertiū: quoniā die tertio deſcēdet Iehoua in oculis totius populi. Num. 14. Cras reſpicite, & proficiſcimini in deſertum. Ioſue 11. Ne timeas à cōſpectu eorum, quia cras iuxta tempus iſtud tradā eos. Ieſaiæ 22. Comedendo & bibendo: cras enim moriemur. Accipitur tamen aliquādo non præciſè pro die craſtino, ſeu proximè poſtero, ſed pro tempore ſubſequēte, ſeu ſuperueniente. Deut. 6. Si interrogauerit te filius tuus cras dicens, id eſt, aliquādo, **heut oder morgen**. Ioſ. 4. Et cum interrogauerint filij ueſtri cras patres ſuos, quid ſint lapides iſti. Ioſue 22. Quòd ſi uoluerit ſic dicere ad nos, & ad generationes ueſtras cras. Quandoq; aſſumit ab initio literā lamed לְמָחָר, in craſtino, ſeu aduerbialiter craſtinò. Ex. 8. Et dixit, in craſtino: & dixit, fiat iuxta uerbum tuum. Et mox iterū: Craſtinò erit ſignum iſtud. At quando conſtruitur cum nomine יוֹם, tum eſt adiectiuum. Gene. 30. Et reſpondebit mihi iuſtitia mea in die craſtino, id eſt, aliquando, ſuo tēpore, quandocunq; opus erit, iuſtitia mea pro me

ſatisfaciet. Prou. 27. Ne glorieris in diem craſtinum. Sic quoq; quando coniungitur nomini עֵת. Exod. 9. Ecce ego pluam iuxta tempus craſtinum. 1. Sam. 9. Iuxta tempus craſtinum, id eſt, cras iuxta hoc tempus.

מָחֳרָת Cras. Num. 11. Et ſurgens populus tota die, & tota nocte, & tota altera die collegerunt coturnices. Et aſſumit plerũq; ab initio literam mem מִמָּחֳרָת, id eſt, in craſtinum: uel aduerbialiter, cras, craſtino. Ge. 19. Et factum eſt craſtinò. Exo. 9. Et facit Iehoua uerbum iſtud craſtinò, & mortuum eſt omne pecus Ægypti. Leu. 19. In die ſacrificij ueſtri comedetur, atq; in die craſtino, & ſi quid reſidui manſerit in diẽ tertium, igni cõburetur. 1. Sam. 5. Et cùm manicaret mane poſtridiè. Habet tamẽ in iſta forma ſemel à frõte lamed, & in fine paragogicã literam mem לְמָחֳרָתָם. 1. Sam. 30. Et percuſſit eos Dauid à matutino crepuſculo uſq; ad ueſperam craſtini diei.

843 מָטַט

Congruit ſignificatione cum uerbo מוֹט. Significat enim motionem de loco, cum damno ſeu malo rei amotæ. Legitur autem in hac forma tantùm ſemel, & quidem in uoce paſſiua נָמוֹט, Pſal. 17. Non amota ſunt ueſtigia mea.

INDE NOMEN,

טִיט Per aphæreſin mem, lutum, quòd in eo amouentur pedes. Ieſa. 41. Sicut figulus calcabit lutum. Iob 41. Et ſternit ſe ſuper aſperitate, tanquam ſuper luto. Iere. 38. Et in lacum ſine aqua, ſed lutum, & demerſus eſt Ieremias in lutum. Pſal. 18. Sicut lutum platearum euacuabo eos. Pſalm. 40. Et eduxit me de lacu præcipiti, de luto cœni. Habakuk 2. Et aggrauat ſuper ſe denſum lutum.

מִטָּה Reclinatorium, lectus, cubile. Vide in themate ſuo נָטָה.

844 מָטִיל

Vide in themate ſuo טִיל.

845 מָטָר

Nomen ſubſtantiuum, & generaliter pluuiam ſignificat, quæ humectat, liquefacit, & diſſoluit dura: nam cognationem habere arbitror, ut forma, ita ſignificatione cum uoce טרח. Deut. 11. Et non erit pluuia. 1. Reg. 17. Si erit his annis ros & pluuia. Ieſaiæ 4. Et in abſconſionem à tempeſtate, & à pluuia. Pſal. 135. Fulgura in pluuiam fecit. Et in ſtatu regiminis מְטַר. Deut. 11. Et dabo pluuiam terræ ueſtræ in tempore ſuo. Ieſaiæ 30. Et dabit pluuiam ſeminis tui. Zach. 10. Petite à Iehoua pluuiam in tempore ſerotino, & Iehoua faciet illuſtres, & pluuiam imbris dabit illis cuiq; herbæ in agro. Et pluraliter in ſtatu regiminis מִטְרוֹת. Iob 37. Et imbri pluuiarum potentiæ ſuæ.

INDE VERBVM,

נִמְטַר Pluit. Amos 4. Pars una pluetur.

In tertia coniugatione הִמְטִיר. Gen. 2. Quia non pluerat Iehoua deus ſuper terram. Et cap. 19. Et Iehoua pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem, ab ipſo Iehoua è cœlo. Exod. 9. Et pluit Iehoua grandinem ſuper terram Ægypti. Amos 4. Et pluam ſuper ciuitatem unam, & ſuper ciuitatem alteram non pluam. Pſal. 11. Pluet ſuper improbos, carbones. & Pſal. 78. Et pluit ſuper eos Man. Iob 38. Ad pluendum ſuper terram. Ieſa. 5. Et nubibus præcipiam, ne pluant ſuper terram.

Participium præſens מַמְטִיר. Gen. 7. Ego pluo ſuper terram. Exod. 16. Ecce ego pluo uobis panem.

מִי Quis. Vide in themate ſuo מהמה.

846 מַיִם מָיִם

Cũ cametz & pathah: & eſt nomen forma dualis numeri, quia duplices ſunt aquę, ſuperiores & inferiores, inter quas firmamentũ diuidit. Dein de iſta forma eſt tam ſingularis, quàm pluralis numeri, ſecundum quod conſtruitur cũ nomine adiectiuo, uel uerbo ſingularis ſiue pluralis numeri, uel aliàs ex circumſtantia deprehendi poteſt. Habet autem appellationem ſuam à copia, ſeu multitudine: cõmunicat enim ut forma, ita ſignificatione cum uerbo מהה, & nomine מַי. Et dicitr̃ primò illa tota materia liquida, quæ primo die crata fuit.

Gen.

Gen.1.Et ſpiritus dei agitabatur ſuper facie aquarũ.Item,Fiat firmamentum in medio aquarum,& diſtinguat inter aquas & aquas,& fecit deus firmamentum,& diuiſit inter aquas,quę ſunt ſub firmamẽro,& inter aquas quę ſunt ſupra firmamẽtũ.

Secũdò,de aquis ſimul rarioribus,& ſpiſſioribus,id eſt,aere & aqua. Ge.1.Et dixit deus,motitẽt aquæ motabile animæ uiuẽtis,& uolatile quod uolet ſupra terrã.

Tertiò,pro nubibus denſioribus & obſcurioribus.Pſal.18.Obſcuritatẽ aquarũ, denſitates nubium.Pſal.104.Qui cõtingat in aquis ſolariũ ſuum.Et iterum:Supra montes ſtabunt aquæ. Quartò,de aqua elementari ſeparata ab aere & aquis ſuperioribus. Gene.1. Et collectionem aquarum uocauit maria.Gen.7. Et multiplicatæ ſunt aquæ,& eleuauerunt arcam.Canticor.8.Aquæ multæ non potuerunt extinguere dilectionem.Num.24. Stillabit aqua de hauſtro eius.Exod.12.Et coctũ in aqua.& cap.34.Et aquã non bibit. Quintò,ſicut panis pro quolibet cibo,ita מַיִם pro quolibet potu ſępe ponitur.1.Reg.13.Neq; comedam panem neq; bibam aquam in loco iſto.Ieſ.3.Omnem baculum panis, & omnem baculũ aquæ. Oſeæ 2.Dant panem meum & aquam meam. Sextò,metaphoricè pro potu ſpirituali,id eſt,promiſſionibus Euangelij de Chriſto,quibus animæ fide recreantur.Ieſaię 55. O ſitientes uenite ad aquas,&c.Pſa.23.Ad aquas quietis deduxit me.

Septimò,ut ſuprà dixi,copiæ habet ſymbolon,& ſignificationẽ.Iob 3.Et effundebantur uelut aquæ rugitus mei.Pſal.22.Sicut aqua effuſus ſum. Pſal.79. Effuderunt ſanguinem eorum,quaſi aquam.Ieſaiæ 8. Propterea ꝙ ſpreuit populus aquas Siloah ambulantes ſenſim.& cap.17.Et impetus plebium, ſicut impetus aquarum ualidarum frement. Oſeæ 5. Effundam ſicut aquas furorem meum. Octauò, de malorum ſeu calamitatum copia,& impetu,quibus circundati cum uitę periculo innatamus, fluctuamur, & angimur.2.Sam.22.& Pſalm.18. Traxit me de aquis multis. Pſal.32. In inundatione aquarum multarum ad te non pertingent. Pſal.66. Intrauimus per ignem,& per aquas.Pſal.69. Ne inundet me curſus aquarum. Et in ſtatu regiminis מֵי . Gen.7.Et ingreſſus eſt Noach & filij eius & uxor eius,& uxores filiorum eius cum ipſo in arcam propter aquas diluuij. Et iterum: Et aquæ diluuij fuerunt ſuper terra.Exod.15.Et reduxit Iehoua ſuper eos aquas maris. Et geminatur aliquando מֵימֵי . Exo.4.Et accipies de aquis fluminis.& cap.7. Et extende manum tuã ſuper aquas Ægypti.Ioſue 4.Exciſę ſunt aquę Iordanis.Iob 24. Rapiunt aquas niuis. Et in ſtatu affixorum ſemper legitur geminatum in forma ſtatus regiminis מֵימֵי . Exo.23.Et benedicet panem tuum,& aquã tuam.Num.20. Et dabit illa aquas ſuas. Pſal.105. Conuertit aquam eorum in ſanguinem. Pſal.46. Fremant & turbentur aquæ eius,id eſt,populi.

מִין Species. Vide מִנָּה.

847

מִיץ Vide ſuprà in themate ſuo מוֹץ.

848

מִיק Fœtuit. Legitur in tertia coniugatione ſemel Pſalm.73. Fœtere fecerunt, & loquuti ſunt ad malum iniuriam.Congruit autem ſignificatione cum uerbo מָסַס, quod frequentiore in uſu eſt.

849

מִיר Significatione conſentit cũ uerbis בִּיר & מָאַר מָהָה מוּר: omnia enim mutationem in peius ſignificãt.Eius uſus eſt tantùm in tertia coniugatione הֵמִיר. Ier.2. Num mutauit gens aliqua deos ? ſed populus meus mutauit gloriam ſuam. ubi tamen iod interpoſita eſt,acſi thema eſſet יָמַר. Leui.27.Neq; commutet ipſum bonũ in malum.Et mox iterum: Et ſi commutando commutauerit iumentum pro iumẽto. Pſal.46. Propterea non timebimus in mutando terrã,id eſt,ſi mutetur terra.

INDE NOMEN,

תְּמוּרָה Cõmutatio.Ruth 4.Et hoc erat antea in Iſrael ſup redẽptione, & ſup cõmutatiõe. In ſtatu affixorũ תְּמוּרָתוֹ. Leu.27.Et erit tam illud,ꝙ cõmutatio eius,ſanctũ,i.res

850 cõmutata. Iob 15. Nõ credit, in temeritate errat: nã temeritas erit cõmutatio eius.

מָכַךְ Oppreſſus eſt: & ut forma, ita modo tãtùm ſignificãdi differt à uerbo מוּךְ. Pſal. 106. Et opprimetur in iniquitate ſua.

In uoce paſſiua יִמַּךְ. Eccleſ. 10. In pigricijs opprimetur contignatio.

In tertia coniugatione uoce paſſiua הֻמַּךְ. Iob 24. Et tolluntur modicum, & non

851 ipſi, & opprimentur.

מָכַר Dedit pro re alia, in alterius rei uicẽ dedit, dedit pro precio, cõmutauit, emendũ tradidit, uendidit, uenum dedit. Et ut una litera eadẽq; eiuſdẽ pronunciationis differt à מָחַר, ita non ſignificatione, ſed modo tantũ ſignificandi inter ſe uariãt, & habent ſe inuicẽ correlatiuè. Leuit. 25. Et reſtituat quod ſupereſt uiro cui uẽdidit, & reuertatur ad poſſeſſionẽ ſuã. Gen. 25. Vende mihi hodie primogeniturã tuam. Et mox iterũ: Vendiditq; primogeniturã ſuam ipſi Iacob. Id autor epiſtolę ad Hebræos ca. 12. uerbo ἀπέδοτο reddidit, quod ſignificat ꝓpriè in alterius rei uicẽ dare aliquid. Ieſ. 50. Cui creditorũ meorũ uendidi uos? Et quãdo cõſtruitur cũ nomine יַד, tum ſignificat tradere in manũ ſeu poteſtatem alterius. Iud. 3. Et tradidit eos in manum Cuſan regis Syriæ. & cap. 4. In manum mulieris tradidit Iehoua Siſeram.

Participiũ præſens מֹכֵר. Leu. 25. Quia numerum prouentuum ipſe uendit tibi. Ieſ. 24. Sicut emens, ſic uendens. Ezech. 7. Acceſſit dies, ut emens non lætetur, nec uendens contriſtetur. Et pluraliter מֹכְרִים. Neh. 13. Et uendebant in ſabbatho filij Iehuda. In ſtatu regiminis מֹכְרֵי. Nehem. 13. Et uenditores omnium mercium. Similiter in ſtatu affixorum. Zach. 11. Et qui uendebant eas. In genere fœminino מֹכֶרֶת. Nahum 3. Quæ uendit gentes per meretricationes.

In uoce paſſiua נִמְכַּר. Leu. 25. Poſtq̃ uenditus eſt ille. Pſ. 105. In ſeruũ uẽditus fuit Ioſeph. Ex. 22. Et uẽdat̃ ꝓ furto ſuo. Eſth. 7. Nã uẽditi ſumus ego & populus meus. Participium pluralis numeri נִמְכָּרִים. Nehe. 5. Nos emimus fratres noſtros, qui uenditi ſunt gentibus.

In quarta coniugatione הִתְמַכֵּר. 1. Reg. 21. Veruntamen non fuit ſimilis Achaz, qui uenundatus eſt, ut faceret malum in oculis Iehoua. Hanc phraſin imitatus Paulus Rom. 7. At ego carnalis ſum, uenundatus ſub peccatum, i. ſub ſeruitutẽ & iugum peccati. Deut. 28. Sed uenundaberis ibi hoſtibus tuis in ſeruos & ancillas. 1. Reg. 21. Et dixi, quòd uenundatus ſis, ut faceres malum.

INDE NOMINA:

מֶכֶר Venditio, i. res uenalis, merx. Nehe. 13. Et Tyrij habitabãt in ea afferentes piſcem, & omne uenale, i. omne quod uenditur. Et in ſtatu affixorũ mutat ſægol prius in hirik, & poſterius in ſeua. Num. 20. Et dabo uẽditionem eorum, id eſt, mercem. Prou. 31. Et procul ſupra margaritas merx eius.

מִמְכָּר Venditio, paſſiuè, uenale. Leu. 26. Et ſi uẽdideritis uenditionẽ proximo tuo, i. rem uenalẽ ſeu mercẽ. Nehe. 13. Et uenditores omnis uenditionis, i. mercis. Ezech. 7. Vendens ad uenditionẽ non redibit, i. rẽ uenditã. In ſtatu regiminis מִמְכַּר. Leu. 25. Et egredietur uenditio domus in Iobileo, id eſt, domus uendita. Et in ſtatu affixorũ nihil uariat à ſtatu abſoluto. Leu. 25. Et ſupputet annos uẽditionis ſuæ. Et pluraliter מִמְכָּרִים. Deut. 18. Præter uenditiones eius à patribus, id eſt, res uenditas.

מִמְכֶּרֶת Venditio. Leuit. 25. Non uendetur uenditione ſerui.

מְכֵרוֹת Nomen pluralis numeri tantùm, uenditiones, commutationes. Gen. 49. Simeõ & Leui fratres, uaſa iniurię commutationes ipſorum: ſpolia enim abſtulerunt gladio iniuriæ. quanquam alij habitationes eorũ, alij machæras legunt, putantes iſti Græco μάχαιρα congruere, quod gladium ſignificat.

מְכוּרָה Ab hoc themate non deducitur: quin potius à כּוּר: ibi inuenies.

852 מָלַל Legitur in prima coniugatione tantùm in uoce paſſiua, & congruit ſignificatione cum uerbis נָמַל & מָלֵא מוּל אמלל. Significat autem omnino & plenè pręcidi, ſuccidi, reſecari. Iob 13. Sicut flos egreditur & reſecatur. & cap. 18. Infernè radices eius creſcent, & ſupernè reſecabitur ramus eius. & cap. 24. Et ſicut caput ariſtæ reſecabuntur. Pſal. 37. Et ſicut gramen uelociter reſecabuntur.

In

In ſecunda coniugatione מִלֵּל, ad ſermonem transfertur, & ſignificat precidere, circumſcribere, ſeu determinare ſermonem, ſicut זִמֵּר conciſè cãtare ſignificat. Et ut Latini nõ habent quo זִמֵּר reddere poſſint, ita nec habẽt quo מִלֵּל ſignificationẽ exprimere poſſint. Ge. 21. Et Sara dicebat, quis dixiſſet Abrahæ, lactat filios Sara, quodq́ genuiſſem filium in ſenectute illius? Iob 8. Quouſq; dices iſta, & uentus ualidus ſermones tui. & cap. 33. Rectitudo cordis mei ſermones mei, & ſcientiã labia mea purè dicent. Pſal. 106. Quis dicet præpotentias Iehoua.

INDE NOMINA:

מְלִילוֹת Spicæ: dictæ à reſectione. Deut. 23. Si ueneris in ſegetem proximi tui, euellas ſpicas manu tua, falcem autem ne immittas in ſegetem proximi tui.

מוֹלֵל Dicens, dictor, qui dicit, nomen participiale. Prou. 6. Annuit oculis ſuis, dicit pedibus ſuis, monſtrat digitis ſuis.

מִלָּה Dictio conciſa, dictũ breue, dicteriũ. Iob 30. Et nunc muſica ipſorũ factus ſum, factus ſum, inquã, illis dicteriũ. Pſa. 139. Quoniam nõ eſt dictum in lingua mea, ecce Iehoua noſti totum illud. Et Grammatici Hebræi uocãt uoces encliticas, quas Latini partes indeclinabiles appellant nomine מִלָּה, i. dictio conciſa, ꝙ ſ conciſæ ſint, ſimulatq; determinent dictiones & ſententias circunſtantijs. Eſt & hoc obſeruandum in Grãmatica, quòd תֵּיבָה etiam dictionem ſignificet, ſed ſcriptam ſeu formatã literis: מִלָּה autem dictionem notet ore prolatam. Porrò in ſtatu affixorum mutat he in thau. Iob 13. Audite audiẽdo dictum meum. 2. Sam. 23. Loquutus eſt per me, & dictum eius ſuper lingua mea. Et pluraliter מִלִּים. Iob 15. Arguétne uerbo, quòd nihil proficit? aut, dictis, in quibus nulla eſt utilitas? & cap. 30. Plenus ſum dictorum. Pſal. 19. Et in uniuerſum orbem terrarum dicta eorũ. Legitur tamen ſæpe מִלִּין in Iob, ut cap. 4. Et cohibere ſe in dictis quis poterit? & ca. 12. Num quid auris dicta probabit? & alijs locis complurimis.

חֲמַלָּה Pro חמאה poſitum: ideo uide in themate חָמַן.

853 מָלֵא Quando regit poſt ſe accuſatiuũ mediante articulo אֵת, ſignificat actiuè Plere, cũ omnibus ſuis compoſitis, ut ſunt cõplere, explere, implere, adimplere, replere, ſupplere. Et ſignificatione cõgruit cũ uerbis מִלֵּל & מלל אֻמְלַל, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Exod. 40. Et gloria Iehoua impleuit tabernaculum. 1. Reg. 8. Et nubes impleuit domũ Iehoua. Gene. 1. Et replete aquas in maribus. At quando abſolutè extra regimẽ uſuuenit, tũ neutraliter & intrãſitiuè uſurpatur. Exod. 10. Et plenæ erũt domus tuę. Deut. 34. Ioſua uerò plenus erat ſpiritu ſapientiæ. 1. Reg. 8. Sint pleni quatuor cadi aquæ. Pſal. 26. Et dextera eorum plena eſt muneribus. Iob 32. Quoniam plenus ſum dictorum. Iob 36. Cauſa improborũ plenus es. Eſther 7. Quis eſt ille, & ubi eſt ille, cui plenũ eſt ei cor ſuũ. Gen. 25. Quia pleni ſunt dięs mei. 1. Sam. 18. Sed nondũ pleni erant dies. Ieſaiæ 2. Quia pleni erant pluſquàm orientales, ſcilicet idololatria. Et ſcribitur מָלוּ pro מָלְאוּ Ezec. 28. Propter copiam negociationis tuæ, plena ſunt interiora tua iniuria.

Participium præſens ſeu nomẽ participiale מָלֵא. Iere. 23. Cœlum & terram ego impleo, ait Iehoua. Gen. 23. Pro argento pleno dabit eam mihi. Deut. 33. Et plenus benedictione Iehoua. 2. Reg. 4. Et quod plenum eſt transferes. Prouer. 17. Quàm domus plena cum iurgijs. Et interdũ ponitur aduerbialiter, quando ſcilicet cum alio uerbo conſtruitur. Iere. 12. Etiam ipſi clamabunt poſt te plenè. Nahum 1. Conſumentur ſicut ſtipula arida plenè. Et pluraliter מְלֵאִים. Ieſ. 6. Fimbriæ eius implebãt regiam. Num. 7. Duo illi pleni ſimila oleo mixta. Deut. 6. Domos plenas omni bono. Pſal. 144. Prõptuaria noſtra plena. Et in genere fœminino מְלֵאָה. Num. 7. Plenum Thymiamate. Ruth 1. Plena abij. Et legitur cum iod paragogico מְלֵאֲתִי. Ieſaiæ 1. Plena iudicij. Et abſolutè ponitur pro concreto. Num. 18. Aut plenitudo de lacu. Deut. 22. Ne ſanctifices plenitudinem ſeminis, quod ſeminas. Et cum affixo. Exod. 22. Plenitudinem tuam & lacrymam tuam ne differas. uocat autem eo nomine omnes fructus aridos. Et pluraliter מְלֵאוֹת. Gen. 41. Deuorabũt

ſpicæ tenues ſeptem ſpicas craſſas & plenas.

In uoce paſſiua נִמְלָא. Cantic.5.Quia caput meum oppletum eſt rore. 2.Sam.23. Et qui attigerit eos,replebitur ferro & haſta. 1.Reg.7.Et replebitur cum ſapientia & intelligentia.2.Reg.3.Et alueus ille implebitur aqua.Eſther 6.Et replebatur Hamon ſuper Mardochaï furore.Iob 15.In nō die ſuo complebitur, id eſt,ſuccidetur, & dum rhamnus eius nondum eſt uiridis, id eſt, ante tempus ſuum conſumetur. Etſi ſciam alios ſentire,ꝙ hoc in loco תִּמָּלֵא poſitum ſit pro תִּמָּלֵל, tamen illis non aſſentior,quanquam communicet cum eo ſignificatione.

In ſecunda coniugatione מִלֵּא ſemper eſt tranſitiuum, atq; intendit ſignificationem repletionis.Gene.21.Et impleuit lagenam aqua,ſcilicet, totaliter.Exod.31.In artificio lapides implendi,id eſt,includendi in capſulas. & cap.39. Et impleuerunt in illud quatuor ordines lapidū. 1.Sam.18. Et ſuppleuit ea regi, ſ.pleno numero. 1. Reg.1.Ingrediar ego poſt te,& implebo ſermones tuos,id eſt,perficiā.Iob 38. Aut ingluuiem leunculorum explebis.Pſalm.20. Vt impleat Iehoua omnes petitiones tuas,id eſt perficiat.Iere.31.Ego omnē animā fame labefactatā replebo. Et ſcribitur cū he pro aleph.Iob 8.Donec repleat riſus os tuū. Iob 40. An implebis in palis cutem eius,i. plenè & totaliter ſuſpendes in palis ſeu ſudibus:uel, num ſudes ſufficient ut in ijs ſuſpendi poſſit cutis eius.putat autē illos ſudes, quibus piſcatores retia ſuſpendunt & ſiccant. Et quādo cōſtruitur cum præpoſitione אַחֲרֵי, tum ſingulari phraſi plenitudinem ſimulatq; ſequelam ſeu obſequentiā importat,id eſt ſignificat plenè & perfectè obſequi uolūtati ſeu mandatis alterius.Num.14.Seruus meus Caleb,quia eſt alius ſpiritus in eo & impleuit poſt me, id eſt, plenè & perfectè eſt me ſequutus:ideo introducam eum in terram.& cap.31.Quoniam impleuerunt poſt Iehoua.Deut.1.Propterea ꝙ plenè impleuit poſt Iehoua.Ioſ.14.Ego impleui poſt Iehoua. 1.Reg.11. Et non impleuit poſt Iehoua, ſicut Dauid pater eius.

Item alia phraſi de arcu dicit̃:ſignificat enim implere manū uel arcu,uel ſagittis. 2.Reg.9.Porrò Iehu impleuit manū ſuam arcu,& percuſſit Iorā, faſſet den bogē. Zachar.9.Quoniam extendi mihi Iehudam uelut arcum,impleui Ephraim. Præterea in lege ritus & ceremonia erat, ut ſacerdotibus, quibus ſacrificandi munus committeretur, manus implerentur partibus ſacrificiorum. Et nemini licebat ſibi ſumere officium ſacrificandi, nedum ex tribu Leui, niſi priùs hac ceremonia eſſet initiatus:ſicut poſtea καθολικὴ Romana eccleſia initiandis ſacrificulis in cōſecratione manus implere ſolet, dato libro & calice, quibus ſimul illis tribuit ius & poteſtatem miſſas legendi & celebrandi.Exod.18. Et unges eos & implebis manum eorum,ſanctificabiſq; eos, & ſacerdotio fungentur mihi. & ca.29. Implebis manū Aaronis, & manum filiorum eius.Iudic.17. Qui fecit Ephod & ſimulachra, & impleuit manum uni de filijs ſuis, & factus eſt ei ſacerdos. Et mox iterū: Et impleuit Micha manum Leuitæ, & factus eſt ei adoleſcens ille in ſacerdotem.1.Reg.13. Et quicunq; placebat, impleuit manum eius, ut fieret ſacerdos Excelſorum.2.Paral. 29.Nunc impleuiſtis manū ueſtram, accedite & offerte ſacrificia & celebrationes in domum Iehoua.2.Para.13.Nunquid abieciſtis ſacerdotes Iehoua, filios Aaron, & Leuitas, & feciſtis uobis ſacerdotes uelut populi terrarum, ut omnis qui uenit ad implendum manum ſuam iuuēco, filio bouis & arietibus ſeptem, fiat ſacerdos illorum, qui ſunt dij. Attamen ſemel tantùm de prophana impletione manus legitur, de oblatione, ſcilicet donorū, 1.Para.29.Et quis uoluntariū ſe præbet ad implendum manū ſuam hodie ipſi Iehoua? Poſtremò legitur & in alio orationis genere, ubi Hebræis idem ualet quod Latinis uerbum perficiendi ſeu præſtandi: ut 1.Reg.2. Eiecit itaque Salomo Abiathar, ne eſſet ſacerdos Iehoua, ut impleret uerbum Iehoua, quod loquutus fuerat ſuper domum Eli. 1.Regum 8.Benedictus Iehoua deus Iſrael, qui loquutus eſt ore ſuo cum Dauide patre meo & manu ſua compleuit. Et mox iterum: Loquutus es ore tuo, & manu tua compleuiſti. 2.Paralip.36.Ad complendum uerbum Iehoua iuxta os Ieremiæ.Iere.44. Vos & uxores ueſtræ loquuti eſtis, & manibus ueſtris compleuiſtis. Hanc phraſim aliquoties

ties imitati ſunt & retinuerunt Euangeliſtæ: Matthæi 1. Vt impleretur quod dictum erat à Domino per os prophetę. & cap. 2. Vt impleretur quod dictũ erat per Prophetam. Et Paulus Rom. 15. Vt ab Hieroſolymis, & circumiacentibus regionibus uſq; ad Illyricum implcuetim Euangelium Chriſti, id eſt, perfecerim munus prædicandi Euangelij.

Participium præſens מְמַלֵּא. Ierem. 13. Ecce ego repleo omnes habitatores terræ ebrietate. Et pluraliter מְמַלְאִים. Ieſa. 65. Et qui impletis Mercurio poculum.

Participium præteritum pluralis numeri מְמֻלָּאִים. Canti. 5. Manus eius tornatiles, repletæ Chryſolito.

In quarta coniugatione הִתְמַלֵּא. Iob 16. Simul ſuper me expleuerũt animũ ſuum.

INDE NOMINA:

מִלֵּאת Plenitudo. Canti. 5. Oculi eius uelut columbarum iuxta riuos aquarum, loti lacte, ſedentes in plenitudine.

מִלֻּאִים Impletiones. Exod. 25. Lapides impletionum pro Ephod & pectorale, id eſt lapides implendi, quibus impleri debebat Ephod & pectorale. Et ca. 29. eſt etiã aries impletionum, quo ſcilicet implebatur manus initiandi. Vel cum ſchurek מִלּוּאִים. Leuit. 7. Hæc eſt lex holocauſti, & oblationis, & errati, & reatus & impletionum:

Et in forma fœminea מִלּוּאת. Exod. 28. Onychus & Iaſpis incluſi auro, erunt in impletionibus ſuis.

מִלֻּאַת Nomen generis fœminini, ſtatus regiminis, impletio. Exod. 28. Implebis quoq; in eo impletionem lapidis.

מְלֹא Plenitudo, id eſt, abundantia, copia, multitudo, uniuerſitas. Gen. 48. Et ſemen eius erit plenitudo gentiũ. Sic etiam Paulus Apoſtolus uſus eſt Rom. 11. Excæcatio ex parte Iſraeli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit, & ſic totus Iſrael ſaluus erit. Galat. 4. At ubi uenit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, &c. Ieſaiæ 31. Quando uociferabitur contra eum plenitudo paſtorum. Exod. 16. Da inde plenitudinem Gomer, id eſt, plenum Gomer. Sic Leu. 2. Et tollet inde plenitudinem pugilli ſui. Num. 22. Si daret mihi Balak plenitudinem domus ſuæ. 1. Sam. 28. Et cecidit plenitudine ſtaturæ ſuæ in terram. 1. Reg. 16. Eſt mihi tantùm plenitudo manus farinę in cado. Pſalm. 24. Ipſius Iehoua eſt terra & plenitudo eius. Scribitur מְלוֹ uau loco aleph. Ezech. 41. Plenitudine calami.

מִלּוֹא Quantum ex ſcripturæ locis, deinde ex Lyra & alijs cùm Hebræis, tum Latinis ſcriptoribus colligere poſſum, fuit inter arcem Dauidis, quæ collocata fuit in uertice montis Zion, & Moria collem, in quo fuit area Araphne Iebuſæi, cuius 2. Samuelis 23. mẽtio fit, & poſtea templum à Salomone eſt ædificatum, foſſa quædam ſeu uorago, quæ montem Zion ſeiunxit à colle Moria, in qua tempore Dauidis hoſpites amore religionis peregrè aduentantes hoſpitia ſua habebant inter arcem & ciuitatem. Verùm Salomon tandem extructa non procul inde domo pro uxore ſua Pharaonis filia, & eius famulitio illam uoraginẽ terra oppleuit, adęquauitq; atq; plures ædes pro ſeruis & ancillis exædificauit: unde poſtea huic loco nomen hoc מִלּוֹא inditum eſt, q. d. uallis terra oppleta. 2. Sam. 5. Et manſit Dauid in arce, & uocauit eam ciuitatem Dauid, & ædificauit circumquaq; à Millo & intrinſecus. 1. Reg. 9. Et hæc eſt ſumma tributi, quam impoſuit Rex Salomo ad ędificandum domum Iehoua, & domum ſuam, & Millo & muros Ieruſalẽm. Et mox iterum: Porrò filia Pharaonis aſcendit de ciuitate Dauid ad domum ſuam, quam Salomo ædificauerat ei: tunc etiã ædificauit Millo, clauſitq; rupturam ciuitatis Dauid patris ſui. 2. Paral. 32. Et inſtaurauit Millo, ciuitatem Dauid, fecitq; miſſilia in copia & ſcuta.

Eſt & מִלּוֹא nomen proptium uiri, cuius fit mentio Iudic. 9. & 2. Reg. 12.

854 מָלַח Propriè ſalire ſignificat, hoc eſt condire ſale. Exod. 2. Omne munus oblationis tuæ ſale condies, nec omittas ſal pacti dei tui de oblatione tua.

In uoce paſſiua trãsferẽ ad liquefactos ſeu diſſolutos cœlos, eoſq; ſignificat euaneſcere. Ieſ. 51. Quoniã cœli ſicut fumus diſſoluẽtur. Petrus Apoſtolus ita reddidit 2. Epi. 3. Veniet dies dñi, ſicut fur in nocte, quo cœli procellę in morẽ trãſibũt, elementa

menta uerò æſtuantia ſoluentur,&c. Et iterũ:Et accelerantes aduentum diei Dei, per quem cœli incenſi ſoluentur,& elementa æſtuantia liqueſcent.

In tertia coniugatione uoce paſſiua הָמְלֵחַ. Ezech.16. Et ſaliendo non ſalita es, & inuoluendo non inuoluta es.

INDE NOMINA:

מֶלַח Sal,qui eam habet naturam,ut res condiat, & conditas propter acrimoniã ſuã,uel conſeruet à putrefactione,uel etiã ſteriles & infrugiferas reddat. Num.18. Omnes leuandas ſanctorum,quas leuant filiј Iſrael ipſi Iehoua dedi tibi,& filiјs tuis,& filiabus tuis,quæ ſunt apud te pro iure perpetuo, pactũ ſalis perpetuũ ſit corã Iehoua, & tibi & ſemini tuo. Vocat pactũ ſalis,qđ debebat eſſe inuiolabile. Nam ſal olim erat ſymbolũ amicitiæ & pactorũ.Ezech.43. Et proiјcient ſacerdotes ſuper eos ſalem.2.Re.2.Afferte mihi phialam nouam,& ponite in eam ſalem,&c.Iob 6. Num comeditur inconditum ſine ſale. Gen.19. Et facta eſt ſtatua ſalis.Deut.29.Sulphur & ſal adurens,uniuerſa terra eius: nõ ſeminabitur,neq; germinabit, neq; creſcet in ea omnis herba, uelut locus euerſionis Sodomæ & Amorræ,Admas, & Seboim, &c.Zoph.2.Filiј Ammon,ſicut Amorra, tractus urticarũ & fodina ſalis,& ſolitudo perpetua.Ezech.47.Paludes eius & lacunæ eius non ſanabuntur, ſed in ſalem ponentur,id eſt ſalſuginẽ.Iudic.9.Et euertens ciuitatem ſeminauit eam ſale. Hinc mare ſalis,quod aliàs mare mortuũ, à ſterilitate & ſalſugine, & lacus Aſphaltis dictũ ab igne mirabili.Gen.14.Omnes illi cõiuncti ſunt in ualle Siddim, ipſa eſt mare ſalis. Num,34. Et deſcendet terminus ad Iordanẽ, & erũt exitus eius mare ſalis.

מְלֵחָה Salſugo.Iob 39.Qui poſui campeſtria domum eius,& manſiones eius ſalſuginem. Pſal.107. Terram frugiferam in ſalſuginem propter malitiam habitantium in ea. Iere.17.Sed habitabitis in aridis, in deſerto, in terra ſalſuginis, quæ non habitatur.

מַלּוּחַ Herbæ nomen à ſalſugine.Iob 30.Qui abripiunt ſalſam iuxta frutices.

מְמֻלָּח Participium ſecundæ coniugationis præteritum,quod in naturam nominis trãſit, id eſt,conditura,exhalatio,ſuffitus. Exo.30.Sume tibi Stacten, & Schecheleth,& Helbena,aromatica, & thus mundum in æquali pondere: facies ex eis thymiama apothecariũ,opere apothecariј,condituram mundam & ſanctam.

מַלָּחִים Nautæ,à ſalo,id eſt mari,quòd in eo perpetuò nauigant,q.d.ſalſariј,ſeu marini.Ionę 1.Et timuerũt nautæ.Ezech.27.Nautæ & cuncti gubernatores maris. Et mox iterum in ſtatu affixi:Omnes naues maris,& nautæ earum.

מְלָחִים Nomen pluralis numeri,quod uariè interpretantur magiſtri Hebræorũ, & ipſorũ ſequaces. Arbitror autem ſic dictos pannos uetuſtate reſolutos & corruptos.Iere. 38.Et tulerunt inde uetuſtates pannorum,& dimiſerunt ea ad Ieremiam cum funibus.Et mox iterum: Pone nunc uetuſtates pannorum & ueſtimentorũ ſub axillas manuum tuarum ſubter funes.

855

## מלט

Eundem habet modum ſignificandi cum uerbo מָלַט: ſunt enim primæ utriuſq; uerbi, eiuſdem prolationis: ideo etiam commutabiles,niſi ꝙ hoc noſtrum non legitur in uoce actiua ſicut alterũ, ſed in uoce paſſiua נִמְלַט, & ſignificationem obtinet neutralem: ſignificat autem ex aliquo periculo ſeu malo euadere ſaluum. Iudic.3.Et Eliud euaſit.Et iterum:Et non euaſit quiſquam. 2.Sam.1. E caſtris Iſrael euaſi.Pſal.124.Et anima noſtra ſicut paſſer euaſit.1.Sam.27.Euadendo euadam ad terram Philiſtinorum.2.Sam.19. Et Dauid fugit & euaſit.Zach.2.O Zion euade. Dan.11.Et iſti euadent de manu illius.

Participium pręſens maſculini generis נִמְלָט. 1.Reg.19.Qui euadit à gladio Haſael. Et in genere fœminino נִמְלָטָה. Iere.48.Et illam,quæ euadit.

In ſecunda cõiugatione מִלֵּט & מַלֵּט, fecit euadere.Ezech.33.Animã ſuam euadere fecit.Eccl.9.Et euadere fecit ipſe ciuitatem ſapientia ſua.2.Samuel.19. Et ipſe euadere fecit nos de manu Philiſtæorum. Iere.39. Liberando liberabo te. Ieſa.46. Non potuerunt facere euadere onus. Pſal.116. Obſecro Iehoua libera animã meã. Ieſaiæ 34. Ibi nidulabitur Eritius, & euadere faciet & rumpet, & perfodiet in umbra eius,id eſt pariet ouã.

Parti-

Participium præſens מְמַלֵּט. 1.Sa.19. Si tu non euadere facis animam tuam. Et
pluraliter מְמַלְּטִים. 2.Sam.19.Qui euadere faciunt animam tuam.
In tertia coniugatione הִמְלִיט. Ieſaiæ 31.Et eripiet inſiliendo, & euadere faciet.
Idem cap.66.Antequam ueniet dolor ei, ſtatim euadere faciet maſculinū, i.pariet.
In quarta coniugatione הִתְמַלֵּט. Iob 19.Et euaſi cum cute dentium meorum. Et
iterum cap.41.Ex ore eius faces procedunt, ſcintillæ ignis euadunt.

INDE NOMEN,

מֶלֶט Locus in officina laterum, unde lateres euadunt. Hieronymus Cryptam uertit, alij
856 lutum ex quo lateres fiunt. Iere.43. Et abſcondes eos in crypta, in laterificina.
מָלַךְ Regnauit, ſcilicet cōſilio, prudentia, & legibus, præiuit conſilio & legibus, ad-
miniſtrauit ſeu moderauit ſeu gubernauit Rempublicā legitimè: & uidetur nō
multū abludere ut forma, ita ſignificatione à uerbo הָלַךְ, & nominibus מלאך &
מלאכה. Pſal.93. Iehoua regnauit. 1.Sam.12. Atq; etiam rex, qui regnauit ſuper uos.
Gen.36. Iſti ſunt reges, qui regnauerūt. Iud.9. Regna ſuper nos. 1.Reg.1. Ego regna
bo. Exod.15. Iehoua regnabit in æternum. Prou.8. Per me reges regnabunt. 1.Reg.
24. Regnando regnabis. Gen.36. Antequam regnaret rex.
Participium præſens מוֹלֵךְ. Iere.33. Regnans ſuper ſolio ſuo. Et in genere fœ-
minino מוֹלֶכֶת. 2.Reg.11. Et Hatalia regnabat ſuper terram.
In uoce paſſiua legitur tantū in illis ſcriptoribus, qui ſimul uſi ſunt lingua Chal-
daica in qua ſignificat cogitationem, conſultationem. Nehe.5. Et conſultauit cor
meum in me. In tertia coniugatione הִמְלִיךְ regnare fecit, id eſt, cōſtituit regem,
præfecit regno. 1.Reg.1. Rex Dauid regnare fecit Salomonem. 1.Reg.3. Iehoua tu
regnare feciſti ſeruum tuum. 1.Sam.8. Præficias eis regem. Oſeæ 8. Conſtituerunt
reges, ſed non ex me. 1.Sam.12. Et regnare feci ſuper uos regem. 2.Reg.10. Non re-
gnare faciemus quenquam. 1.Reg.12. Vt regnare facerent illum.
Participium præſens מַמְלִיךְ. Ezech.17. Qui regnare facit illum.
In uoce paſſiua הָמְלַךְ. Dan.9. Conſtitutus fuit rex ſuper regnum Chaldæorum.

INDE NOMINA:

מֶלֶךְ Tam in continuitate, q̃ in diſtinctione ſententiæ manet inuariatum. Et ſignificat
talem perſonā, quæ ad regnū legitimè eſt uocata, & nō effreni ſua dominatione &
libidine tyrannidem aut latrocinia exercet, ſed certis legibus populū gubernat. 2.
Sam.2. Et unxerūt ibi Dauidē in regem ſuper domum Iehuda. Ge.14. Et factū eſt
in diebus Amraphel regis Sinear, Arioch regis Arlaſar, Kedarlaomer regis Elam,
& Thidal regis gentium, &c. Prouer.14. In multitudine populi decor regis. & cap.
24. Time Iehoua fili mi, & regem. 1.Sam.24. Omnia dedit Arauna rex regi. Et in
ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, alterū in ſeua. Pſal.2. Et ego conſtitui
regē meū ſuper Zion. Deut.28. Et regem tuū. 2.Sam.12. Et tulit coronā regis eorū.
Et pluraliter מְלָכִים. 2.Sam.10. Videntes autem uniuerſi reges, ſerui Hadarezer.
Pſal.2. Et nunc reges intelligite. Pſal.144. Qui das ſalutē regibus. Et in ſtatu regi
minis מַלְכֵי. Pſ.2. Reſiſtūt reges terræ. Et in ſtatu affixorū. Deut.7. Et dabit reges
eorum in manū tuam. Ier.44. Reges ueſtri. Et ibidē: Reges noſtri. Et in gen. fœ.
מַלְכָּה. Eſth.1. Etiā Vaſthi regina. Et in ſtatu regiminis מַלְכַּת. 1.Re.10. Regina Saba.
מַלְכוּת Regnū. Eſth.1. Vinū regni. Dan.11. Regnū Græciæ. Et in ſtatu affixorū manet in-
uariatū. 2.Par.33. In regnū eius. Eſther 1. Vt oſtēderet diuitias gloriæ regni ſui. Pſal.
45. Sceptrū rectitudinis, ſceptrū regni tui. Et plur. מַלְכֻיּוֹת. Dan.8. Quatuor regna.
מְלוּכָה & מְלֻכָה Regnum. 1.Sam.10. Et loquutus eſt Samuel ad populū ius regni. 2.Reg.
25. De ſemine regni. Ezech.16. Et in regnum.
מַמְלָכָה Regnum. Ioſue 10. In una urbium regni. Ieſaiæ 19. Ciuitas cōtra ciuitatem, regnum
contra regnum. Et in ſtatu regiminis מַמְלֶכֶת. Exo.19. Eritis mihi regnum ſacer-
dotū, i. ſacerdotale. Deut.3. Regni Og in Baſan. Et in ſtatu affixorū mutat prius
ſægol in pathah, & alterū in ſeua. Gen.10. Et fuit principiū regni eius. 1.Sam.13. Re
gnum tuū. Gen.20. Regnū meū. Et pluraliter מַמְלָכוֹת. Ioſ.11. Omnia regna iſta.
Et in ſtatu regiminis מַמְלְכוֹת. Pſal.68. Regna terræ. Ieſa.10. Regnis uanitatis.

Regnum

מַמְלָכוּת Regnum.1.Sam.15.Scidit Iehoua regnum Iſrael à te.

מֹלֶךְ Deus Ammonitarum,qui putatur fuiſſe Saturnus, cui parentes liberos ſuos per ignem traduxerunt, q.d.Rex ſeu deus regius,ſeu aſtrum regium, & habẽs regnum & dominiũ. Et alio nomine pluraliter שֵׁדִים dicitur,à uaſtatione.Pſal.106.Sacrificauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs. 1.Reg.11. Tunc ædificauit Salomon Excelſum ipſi Chemos,abominationi Moabitarum in monte, qui eſt contra Ieruſalem,& ipſi Molech abominationi filiorum Amnon.Leuit.18.De ſemine tuo nõ dabis ipſi Molech.& cap.20.Qui dederit de ſemine ſuo ipſi Molech,morte moriatur. 2.Reg.23. Et contaminauit Thopheth, quod eſt in ualle filij Hinnon, ne quis traduceret filium ſuum,aut filiam ſuam per ignem ipſi Molech. Legitur etiam in forma מַלְכָּם. 1.Reg.11.Et abijt Salomo poſt Aſthoreth deum Zidoniorum, & poſt Milchom abominationem Ammonitarum.

857 מלץ Congruit ſignificatione cum uerbo לוּץ, & legitur tãtùm ſemel in uoce paſſiua נִמְלְצוּ. Pſal.119.Quàm dulcuerunt palato meo ſermones tui.

858 מלק Rupit ſeu uellicauit tenuiter ungue:& congruit ſignificatione cum uerbo מָרַק. Leuit.1.Et rumpet caput eius. & cap.5. Et rumpet caput eius è regione ceruicis eius,& non diuidat, ſcilicet caput à corpore.

859 מנה In prima coniugatione ſignificat rem aliquam per partes,ſeu numeros ſubducere,& ut Arithmetici uocant ſubtrahere,ut fit numerando,quando de ſumma & uniuerſitate ſingularum partium fit detractio.Et eſt ſpecies Arithmeticę,quam ſubtractionem appellant. Hieronymus & alij cõmuniter uerterunt uerbo numerandi.Num.23. Quis ſubtraxit puluerem Iacob.Ieſaiæ 65. Et ſubtrahã uos gladio. 2.Sam.24.Vade,ſubtrahe Iſraelem & Iehudam.1.Reg.20.Et tu ſubduces tibi exercitum ſecundum exercitum,qui cecidit à te.

Participium præſens מוֹנֶה. Pſal.147.Qui ſubtrahit numerum ſtellarum.Ier.33. Tranſibunt oues ſub manibus ſubducentis.

In uoce paſſiua נִמְנָה, ſubtractus eſt.Ieſaiæ 53.Et cum trãſgreſſoribus ſubtractus eſt.Marcus allegans hunc locũ cap.15.uertit:Et cum iniquis ἐλογίσθη,id eſt,deputatus eſt.Similiter Lucas ca.22.Si poterit quiſquã ſubtrahere puluerẽ terræ, etiam ſemen tuum ſubducetur.2.Paral.5.Offerebant oues & boues, qui nõ recenſebantur,neq; ſubtrahebantur præ multitudine.Eccl.1.Defectus non poteſt ſubtrahi.

In ſecunda cõiugatione מִנָּה, ſequeſtrauit,decreuit,deſtinauit,deputauit,ſcilicet ſeorſum.Et nõ eſt numeri,ſed ordinationis,& diſpoſitionis.Da.1.Et deſtinauit eis rex demẽſum diei in ſingulos dies. Et iterum:Timeo ego Suſtẽtatorẽ meũ regem, qui deſtinauit cibũ ueſtrũ,& potũ ueſtrũ.Et mox iterum:Et dixit Daniel ad Meltzar,quẽ deſtinauerat princeps Eunuchorũ ſuper Danielẽ.Iob 7.Et noctes laboris deſtinauerũt mihi.Pſ.61.Miſericordiã & ueritatẽ deſtina,quæ cõſeruẽt eũ.Ionæ 2. Et deſtinauit Iehoua piſcem grandem.& cap.4. Et deſtinauit Iehoua cucurbitam. Item:Et deſtinauit deus uermem.Item:Et deſtinauit deus uentum Orientalem.

Participium præteritum מְמֻנִּים. 1.Paralip.9.Et ex illis deſtinati erant ſuper uaſa.

INDE NOMINA:

מָן Man,id eſt,deſtinatum:ſic enim rorem illum cœleſtem,tãquam ſingulare donum à deo ipſis deſtinatũ in cibum Iſraelitæ uocabãt. Chaldæus uertit מַנָּא, quẽ Hieronymus ſequutus Manna tranſtulit.Exod.16.Et mane fuit ſtratum roris circumcirca caſtra & cum ſuſtolleretur ſtratum roris, ecce in ſuperficie deſerti erat tenue quiddam rotundum,tenue ſicut pruina ſuper terra:uidentes autem filij Iſrael,dixerunt alter ad alterum,deſtinatum hoc:non enim nouerant,quid eſſet: dixitq; Moſes ad ipſos, hic eſt panis quem dedit uobis Iehoua in cibum. Et ibidem iterum: Appellauit uerò domus Iſrael nomen eius Man, & erat quaſi ſemen Coriandri album, & guſtus eius quaſi placenta cum melle. Num.11. Et Man erat uelut ſemen Coriandri, & aſpectus eius uelut aſpectus Bdellij, & ſparſim colligebat populus,

& molebat mola,uel contundebat in mortario,& coquebat in olla, & faciebat ipſum placentas,& erat guſtus eius uelut guſtus paſtæ olei,& quando deſcēderet ros ſupra caſtra noctu,deſcendit etiam Man ſuper ipſum. Ioſue 5. Manſerunt filij Iſrael in Gilgal,& fecerunt peſach 14.die menſis ad ueſperam,in campeſtribus Iericho,& comederũt de frumento terræ in craſtinum Peſach azimas & toſtas ſpicas ipſa eadē die:nã ceſſauit Man in craſtinum,poſtquam comedere cœpiſſent de frumento terræ,nec fuit amplius filijs Iſrael Man,ſed comederunt de frugibus terræ Canaan in anno illo.Pſal.78.Et pluit ſuper eos Man,ut comederent,& frumentum cœlorum dedit eis,panem glorioſorum comedit homo,uiaticum miſit eis ad ſatietatē. Et in ſtatu affixi accipit dagges.Nehemiæ 9.Et Man tuum non prohibuiſti ab ore eorũ. Eſt autem obſeruãdum,quòd in quibuſdã Germanię regionibus cadit mane cum rore,ſimilis materia, quam Medici etiam Manna uocant, & Germani ſchwaden,& ubi cecidit cribro,uel ſimili uaſe colligitur, & de ramuſculis uirga aut bacillo decutitur,impatientiſſimum tactus,orizo ſimile.

מָנָה Portio,pars,particula,ab alijs ſcilicet detracta.Exod.29.Et accipies pectuſculum de ariete plenitudinum,quæ ipſius eſt Aaronis,' & mouebis illud mouenda corã Iehoua,& ſit tibi in partem.Leuit.7. Et erit ei armus dexter in portionē. 1.Sam.1. Et Hannæ dabat partē unam triſtis. In ſtatu regiminis מְנַת. 2.Paralip.31.Vt darēt partē ſacerdotibus & Leuitis.Pſal.11.Et uentus tempeſtatũ pars calicis eorũ. Pſal.63.Pars uulpiũ erunt. Hanc phraſin Chriſtus imitatus eſt Lucæ 12.Diſſecabit eũ,partemq́ eius cum infidis ponet,&c.Iere.13.Hæc eſt ſors tua, & pars menſuræ tuæ. Legitur tamen in duobus locis ſcriptũ cũ cametz מְנָת. 2.Paralip.31. Et pars Regis de ſubſtãtia eius.Pſ.16.Iehoua pars hæreditatis meæ,& calicis mei.
Et pluraliter מָנוֹת. 1.Sam.1.Deditq́ Pheninnę uxori ſuæ,& cunctis filijs eius,& filiabus eius,partes.Nehe.8.Et mittite partes,cui nõ eſt paratũ quicquam.Eſth.9. Et miſſio partiũ quiſq́ proximo ſuo. Et in ſtatu regiminis מְנָאוֹת. Nehe.12.Partes cõſtitutionis pro ſacerdotibus & Leuitis. Itē forma מְנָיוֹת. Nehem.12.Et dabant partes cantoribus.&cap.13.Et cognoui quòd partes Leuitarũ non eſſent datæ. Porrò in ſtatu affixorũ à ſtatu abſoluto nihil uariat.Eſther 2.Ille ſategit dari ei ornamenta & partes eius. Legitᷣ etiã pluraliter in forma maſculina מֹנִים. Geneſ.31.Pater ueſter fefellit me & mutauit mercedem meam decem partibus.Chaldęus paraphraſtes pro eo uertit זִימְנִין,id eſt uicibus.Septuaginta δέκα μνᾶς,id eſt decem minis,id eſt numeris: pro quo librarij neſcientes uocis peregrinæ μνᾶς ſignificationē ſubſtituerũt ἀμνᾶς ab initio alpha addentes,quo errore poſtea etiam alij decepti aſſeruerunt decem agnis conueniſſe inter Laban & Iacob. Aquila δέκα ἀριθμοὺς decem numeros.Symmachus δεκάκις ἀριθμῷ decies numero. Hieronymus ſecutus Chaldæum,decem uicibus uertit.

מָנֶה Mna,ſeu Mina.Ezech.45.Decem & quinq́ ſicli erũt uobis Mna.Et ſecundũ hãc Ezechielis definitionē,Mna eſt pondus continens ſexaginta ſiclos.Alioqui iuxta Budæi ſupputationem reſpondet Mina libræ Romanæ,& centum drachmarũ ſumma eſt.Et pluraliter מָנִים.1.Reg.10.Tres minæ auri obducebãtur ſuper ſcuto uno.Eſdræ 2.Et argenti minas quinq́ mille.

מְנִי Stella quędam,cui à numeratione nomen idololatrę indiderunt, libantes ei ut in negociationibus eò fœliciores eſſent. Veriſimile eſt eſſe eum planetã,quē Aſtrologi Mercurium appellant.Nam eidem etiam hodie in illos,qui eo in horoſcopo ſeu aſcendente,aut alia duodecim domorum fœliciter poſito,naſcũtur,uim ac diuinã quandam potentiam adſcribunt,quòd ſint in negociationibus,cæteris multò fœliciores.Ieſaiæ 55.Qui inſtruitis Gad menſam,& impletis Meni libamen.

מִין Cõditio,qua res aliqua ab alijs generibus diſtinguitur, quam Dialectici ſpeciem uocant.Geneſ.1.Faciens fructum ſecundũ ſpeciem ſuã. Inſuper Iudæi omnes religiones & ſectas extra ſuam מִינִים uocant. Eſt præterea מִנִּים nomen pluralis numeri,Inſtrumentum muſicum ſignificans,forte à uarijs,& inter ſe diſtinctis chordis,& ſemel legitur Pſal.150.Laudate eum in chordis & organo.

מִן Sine iod: pars eſt indeclinabilis, quam Latini præpoſitionem uocãt, particula ſcilicet uel diſiunctiua, uel excluſiua, uel negatiua ſeu priuatiua, à, ab, de, è, ex, ne. Geneſis 2. Et uapor aſcendebat à terra. Iudic. 10. Et de filijs Hammon. Deut. 33. Percute lumbos eorũ, qui inſurgunt cõtra eũ, & oſores eius reſurgent, id eſt ne reſurgẽt.

Accipit autẽ à fronte nonnunquã literam lamed לְמִן. 2. Sam. 18. Ab illa die qua egreſſus erat rex. Ierem. 10. A ſeculo. Itẽ interdũ à tergo accipit iod literam ſubſcripto zere מִנֵּי. Ieſaiæ 30. Diſcedite à uia, declinate à ſemita. Itẽ ſubſcripto hirik מִנִּי. Iud. 5. Ex Ephraim deleui eos. Pſal. 44. Conuertiſti nos retrorſum ab hoſte. Pſal. 78. Ex Ephraim. Iob 9. Ex mille. Ieſaiæ 46. Qui portamini à uulua. Et ſi duarum rerum inter ſe fit collatio, idem ualet quod, præ, magis, plus, quàm. Iob 7. Dies mei leues ſunt pluſq̃ radius textoris. & cap. 9. Dies mei leues ſunt, pluſquàm curſor. Itẽ ſuperaddita à fronte litera lamed לְמִנִּי. Ier. 7. A ſeculo uſq; in ſeculum. Micheæ 7. A die illa uſq; ad te ueniet ab Aſſur, & ciuitatibus Ægypti, & ab Ægypto uſq; ad flumẽ. Eſt & hoc obſeruandũ, quòd in compoſitione ſemper abijcit literam nun, & in ipſius locum in ſequenti litera (ſi eſt litera daggeſſabilis) ſubſtituatur punctulus dagges. Gen. 3. De fructu arboris in horto comedemus. Prou. 3. Ne timeas à terrore repẽtino. Inſuper eſt & ſæpenumero excluſiua, ſeu negatiua, maximè ſi infinitiuo præponitũ. Gen. 31. Caue tibi à loquẽdo. 1. Sam. 15. Et repulit te Iehoua ab eſſendo regẽ, id eſt ne ſis rex. Ieſaiæ 49. Nunquid obliuiſcetur mulier infantis ſui, à cõmiſerando filij uteri ſui. Pſal. 62. Tantũ ab exaltando eũ, id eſt tantũ ne exaltetur ipſe. 1. Reg. 15. Et amouit eam ab eſſendo dominã. Ieſ. 43. Etiã à die ipſe, id eſt quando nõ eſſet dies. Iere. 48. Subſtiterũt fugiẽtes à uiribus, quòd non eſſent uires. Thren. 4. Ne prouentus agri. Eandẽ uim habet in cõparationibus, ſeu collationibus. 1. Sam. 15. Ecce obedire eſt magis, q̃ ſacrificiũ bonũ: & auſcultare eſt magis, q̃ adeps arietũ. 1. Sam. 24. Iuſtus es magis, q̃ ego. Hac phraſi uſus eſt Chriſtus Luc. 15. Ita gaudiũ erit in cœlo ſuper uno peccatore, ſupra nonaginta nouem iuſtos, qui non indigent pœnitentia. Itẽ cap 18. Dico uobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam magis, q̃ ille, id eſt ille nõ deſcẽdit iuſtificatus.

Itẽ ualet interdum idẽ, quod Pro. Iudicũ 5. Pro uoce ſagittariorũ inter puteos, ibi loquẽtur iuſtitias Iehoua Pſal. 106. Stulti pro uia præuaricationis ſuæ humiliabuntur. Itẽ idẽ quod Cum. Ieſaiæ 57. Pepegiſti pactũ cum eis. Itẽ idẽ quod In, inter. Leuit. 7. Et in craſtinũ & reliquũ ex illo comedetur. ca. 19. In die ſacrificij ueſtri comedetur, & in craſtino. Ezech. 7. Iã in propinquo effundã iram meã. Pſal. 31. Inter omnes inimicos meos fui opprobrium. Et quando præponitur nomini tempus denotãti, ſignificat poſt. Gen. 16. A fine. Iudicũ 11. A diebus, id eſt poſt dies. Sic cap. 15. Exo. 12. & 2. Sa. 24. Et præpoſita duobus nominibus immediatè ſequẽtibus, prius etiã ualet, poſt. 2. Sam. 23. A ſplẽdore poſt pluuiam. Eſt nonnunquam, cauſalis, Propter. Pſal. 12. Propter uaſtationem oppreſſorũ, & propter gemitum egenorum ſurgam. Pſal. 54. Propter uocẽ exprobrãtis. Pſal. 68. Propter templum tuum, propter Ieruſalẽ adducent Reges munera. Ieſaiæ 49. Quoniam iã anguſtia erit propter habitatorem. Prouer. 20. Propter frigus piger nõ arat. & ca. 27. Sed dulcior amicus propter conſilium, id eſt conſolationem, recreationem. Præterea legitur quoq; in cõpoſitione adiecta ab initio litera lamed. Iob 39. A lõginquo. 2. Paralip. 25. A filio uiginti annorũ. Item cum lamed ab initio, & mem proximè ſequente. 1. Paralip. 15. A principio nõ uos. Poſtremò & hoc eſt obſeruandum, ꝙ quando præpoſitio iſta componitur cum pronominibus affixis, tum geminatur plerunq; מִמֶּ. Gen. 22. Non prohibuiſti filium tuum, unicum tuũ à me. Pſal. 18. Carbones accenſi ſunt ab eo.

תְּמוּנָה Imago, quæ ab alia re deducta eſt, Cõiectura, ſpecies, figura, ſimilitudo: & dicitur de rebus tã corporalibus, quàm ſpiritualibus: tã de his quæ per ſenſus percipiũtur, quàm de illis quæ per ſenſus nõ intelliguntur. Exo. 20. Nõ facies tibi ſculptile, nec ullã imaginẽ eorũ, quæ ſunt supernè in cœlis, &c. Deut. 5. Nõ uidiſtis omnẽ imaginẽ in die qua loquutus eſt Iehoua ad uos. In ſtatu regiminis תְּמוּנַת. Nu. 12.

Et imaginem Iehoua aſpiciet. In ſtatu affixorum תְּמוּנָתֶךָ. Pſal.17. Satiabor cum euigilauero ad imaginem tuam.

860 מָנַע Generali ſignificatione magnam habet cognationē cū uerbo נוּעַ, modo tamē ſignificandi ab eo differt:nam etſi utrunq; motionē ſignificet, tamē uerbū מָנַע ſuperaddita litera mem,amotionē ſeu remotionē ſignificat: neq; etiam multū diſcrepat à uerbo נָזַר, de quo ſuo in loco.Hieronymus nunc uerbo prohibendi, nunc priuandi uertit.Nos ſeruabimus uerbū Remouendi,ut propria uerbi ſignificatio cognoſcatur.Gen.30.Remouit abs te fructū uentris.Prou.3.Ne remoueas bonū à domino ſuo.Ier.2.Remoue pedem tuū à diſcalceatione.Et cap.42.Nō remouebo à uobis quicquā.Iob 22.A famelico remouebas panē. Et cum affixis. 1.Sam.25.Qui remouit te ne uenires.Iob 20.Et remouebit eā.Pſal.21.Et labia eius non remouiſti.2.Sam.13.Non remouebit me abs te.

Participium præſens מוֹנֵעַ.Iere.42.Qui remouet gladium ſuum à ſanguine.

In uoce paſſiua נִמְנַע.Ioel.1.Amota eſt à domo dei ueſtri oblatio.Num.22.Ne obſecro amouearis à ueniēdo ad me.Iere.3.Et amotæ ſunt ſtillę.Iob 38.Et amouebitur ab improbis lux.

861 מָנוֹר Lignum teres & oblongum,quo ſtamen textorium circumuoluitur.Chaldęus אַכְסָן uertit. Et Hieronymus liciatorium.Arbitror autem nomē eſſe Aegyptiacum,ſiquidē Aegyptij,unde Iſraelitæ migrarūt,celebres fuerūt in arte textoria, atq; inde eam quoq; ſecū in terrā promiſſam cū nomine iſto deportarūt.1.Sam.17. & 2.Sam.21.Itē 1.Paral.11.& 20.Et lignū lanceæ eius uelut liciatoriū texentium.

862 מָסַס Liquefecit,ut defluat ſeu decedat multitudini.Et habet ſignificatiōe cognationē cum uerbis מָאַס מָסָה חָמַס, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificādi inter ſe uarient.Iob 6.Ad liquefaciendū à proximo ſuo beneficium, id eſt qui langueſiet in benefaciendo proximo.

In uoce paſſiua נָמַס, & in diſtinctione ſententiæ נָמָס, liquefactū eſt. Exod.16. Et cū incaleſceret ſol,ſtatim liqueſiebat.Pſa.112.Dētes ſuos ſtringet, ſed liqueſiet. Pſal.22.Cor meū uelut cera,liquefactū eſt in medio uiſcerū meorum.Ieſaiæ 34.Et liqueſient montes à ſanguine eorum.2.Sam.17.Et cuius cor eſt,quaſi cor leonis liqueſiendo liqueſiet.Iudic.15. Et liquefacta ſunt uincula illius, i. diffluxerunt,ſeu diſſoluta ſunt.

In tertia coniugatione הֵמֵס. Deut.1.Fratres noſtri liquefecerunt cor noſtrum.

INDE NOMINA:

תֶּמֶס Fluor,liquor.Pſal.58.Limax liquoris abibit.

נָמֵס Liquidum,id eſt languidum,flaccidum.1.Sam.15.Et omne pecus uile, & liquidū anathematizauerunt.

מָסוֹס Liqueſcentia,liquidum, quod euaneſcit.Ieſaiæ 10. Et erit uobis liquidum quoddam,quod aufugit.

מַס Perſona,aut pars,quæ de multitudine ſeu facultatibus in ſubſidium contribuitur, cōtributio perſonalis,ſeu realis.Et Græcè dicitur λειτουργία,Germanicè ein auſzhus oder fron.Gen.49.Et factus eſt in cōtributione ſeruiēs.Deut.20. Erunt tibi tributū,& ſeruiēt tibi.1.Reg.5.Et impoſuit rex Salomo cōtributionē ex omni Iſrael,& fuit cōtributio triginta millia uirorū.Eſth.10.Et poſuit rex Achaſuerus tributū ſuper terrā.Ieſ.31.Et electi tui in contributionē erūt. Et in diſtinctione ſententiæ מָס.1.Reg.5.Et Adoniram erat ſuper tributū.1.Reg.9.Et hæc fuit res cōtributionis.Thren.1.Et principatus meus factus eſt in prouincijs in tributum.

מִסָּה Cōtributio,tributū. Et in ſtatu regiminis מִסַּת. Deut.16.Et facies ſolennitatem hebdomadarum Iehoua deo tuo,cōtributionē ſpontaneitatis manus tuæ, quā dabis ſecundū qui benedixerit te Iehoua deus tuus. Et pluraliter forma maſculea מִסִּים. Exod.1.Et poſuerunt ſuper eum principes tributorum, ut opprimerent eū cum oneribus ſuis.

863 מָסָה Congruit ſignificatione cū uerbo מָסַס, & legitur in tertia cōiugatione הִמְסָה. Pſal.6.In lacryma mea grabbatum meum liquefaciebam. Ioſ.14. Liquefecerūt

864 cor populi.ubi ſcriptum eſt forma Chaldaica pro חִמִּיסר.

מָסַךְ Infudit è ſupernis, è uaſe in uas inferius: & congruit ſignificatione cum uerbis סָכַךְ יָסַךְ נָסַךְ סוּךְ שׂוּךְ סבך סְבָכָה, niſi quòd ut literarũ poſitu,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Ieſaiæ 19.Iehoua infudit in medio eius ſpiritum peruerſum. Pſal.102.Et potum meum cum fletu infundebam.Prou.9.Et infudit uinũ ſuum.Et mox iterũ:Et bibite de uino meo,quod infudi.Ieſa.5. Ad infundendum ſiceram.

INDE NOMINA:

מֶסֶךְ Fuſio,infuſio,id eſt liquor infuſus.Pſal.75.Calix in manu Iehoua,& uinum turbidum eſt,plenus infuſione.Et Cantic.7.legitur מֶזֶג, umbilicus tuus ſicut crater rotundus,qui non deficiet infuſione.

מִמְסָךְ Infuſio,liquor infuſus.Prouerbi.23.Qui moram trahunt apud uinum, & ueniunt explorare infuſionem.Ieſaiæ 65.Qui præparatis ipſi Gad menſam,& impletis ipſi Meni infuſionem.

מָסָךְ Tegumentum:uide in themate סָכַךְ:

865

מָסַר In hac forma legitur bis tantùm in ſacra ſcriptura,& ſignificat tradere uel perſonam,uel conſtitutionem ſingularem in caſtigationem ſeu diſciplinam:habetq́ ſignificatione congruentiam cũ uerbis יָסַר & אָסַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differãt:ſignificat enim eiuſmodi traditionem ſeu diſciplinam quæ diſciplinæ cauſa traditur.Et in forma iſta uſitatior eſt in lingua Chaldaica, q̃ Hebræa.Numeri 31. Ecce iſtæ fuerunt filijs Iſrael iuxta conſilium Bileam,ad tradendum tranſgreſſionem contra Iehoua,iuxta ritum Peor,id eſt ad inſtituendum idolatriam.

In uoce paſſiua נִמְסַר. Numeri 31.Et traditi ſunt ex millibus Iſrael, mille de tribu qualibet, ſcilicet ad caſtigationem,qui ſcilicet caſtigarent Midianitas,&c.

INDE NOMEN,

מָסֹרֶת Traditio,correctio.Ezech.20.Et adducam uos in traditione fœderis,id eſt in fœdere,quod uobis ad diſciplinam eſt traditũ. Porrò Hebræorũ Magiſtri legem à Deo Moſi,& à Moſe deinceps populo Iſraelitico traditam,hoc quoq́ nomine uocarunt:ut teſtes illi Actor.6.contra Stephanum cõducti:Nazaræus iſte demolietur locum hunc,& mutabit inſtituta quæ tradidit nobis Moſes,&c. Deinde uocant quoq́ hoc nomine Maiorum ſuorum traditionem.Et ueriſimile eſt eam eſſe uocem, quæ cùm ab Euangeliſtis,tum etiam à Paulo Græcè παράδοσις translata eſt,Matth.15.Marci 7.& rem ſeu opus per eam ſignificatũ Chriſtus, ut cultum fruſtrancum reijcit.Et Petrus 1.Epiſt.1. Vanitatem,quæ nõ debeat laqueum inijcere conſcientijs,ut ea demereamur gratiam & remiſſionẽ peccatorum apud Deum, ſed tantũ ut diſciplina ſit corporalis.Id quod & uox ipſa etiam ſignificat, Traditionem ſcilicet,quæ conſtituta eſt diſciplinæ retinendæ cauſa,ſicut nec lex ipſa Dei quidem alia de cauſa tradita eſt,in quantum politica eſt,& politicũ eius uſum ſpectaueris,niſi ut uinculum ſit humanæ ſocietatis. Tertiò, magiſtri Hebræorũ uocant etiam hoc nomine Rabinorum ueterum caſtigationem, quam uel ſuo arbitrio,uel grammatica obſeruatione paſſim in Biblijs ſacris textui in margine ap-

866 poſuerunt,quam appellare licebit caſtigationem Magiſtrorum.

מָעַד Contrariæ eſt ſignificationis uerbis עָמַד יָעַשׁ: nam ut hæc ſtare,conſiſtere ſignificãt,ita econtra מָעַד notat inconſtantiam,motionem,mutationem ſeu uacillationem,titubationem.2.Sam.22.& Pſal.18.Et non nutauerunt tali mei.Pſal.26: In Iehoua confido,non nutabo.Pſal. 37. Lex dei in corde ipſius,nõ nutabũt greſſus eius. In tertia coniugatione הִמְעִיד, nutare fecit. Pſal. 69. Et lumbos eorum ſemper nutare facies.

Participium præteritum fœminini generis מוּעָדֶת.Prouerb.25.Dens malus, & pes nutans,fiducia contemptoris in die anguſtiæ.

INDE NOMEN,

מוֹעֲדִים Nomẽ participiale.Iob 12.Cõſtitutus ad nutationes pedis. Similis phraſis legitũ etiam

etiam Pſal.38.Ego autem ad lapſum ordinatus ſum,&c.

מְעִי Require in themate עָוָה.

867 מעט

Paucum,parum,minutum,modicum fuit.Exod.12.Et ſi paucior fuerit domus. Prou.13.Copia ex uanitate diminuetur.Ieſ.21.Fortes filiorũ Kedar pauci erũt. In ſecunda coniugatione מִעֵט. Eccl.10.Et ceſſabunt molares,quia pauci ſunt. In tertia coniugatione הִמְעִיט. Leuit.26.Et paucos faciet uos.Ezech.29.Et paucos faciã eos.Num.26. Modico modicã facies hæreditatem eius. 2.Reg.4.Vaſa uacua,& non pauca accipias.Pſal.107.Et animalia eorum non pauca faciet.

Participium præſens מַמְעִיט. Exo.16.Multiplicans & diminuens.Num.11. Modicum faciens collegit decem Homer.

INDE NOMEN,

מְעַט Parũ,paucũ,modicũ.Num.26.Inter multũ & parum.2.Sam.12.Et ſi parũ eſt hoc. Haggei 1.Seminaſtis multũ,& intuliſtis parũ. Et quãdo cũ uerbo conſtruitur, plerunq; aduerbiaſcit.Pſal.8.Deficere feciſti eũ modicũ à deo.Oſeæ 8.Et dolebũt paululũ propter onus regis.Zach.1.Ego iratus ſum paululũ. Itẽ abſtractiuè legitᷣ.Deut.28.Et remanebitis cũ uiris paucitatis. Deinde ſemel adiectiuè Ezec. 11.Et ero eis in ſanctuarium modicum. Et in ſtatu regiminis מְעַט. Gen.18.Accipiatur obſecro parũ aquæ.& cap.43.Parũ reſinæ,& parũ mellis.Dan.11.Et corroborabitur in gente pauca. Similiter extra regimẽ.Deut.7.Quoniam uos paucitas præ omnibus populis.& cap.28.Et parũ colliges. Num.13. Vtrũ paucus ſit uel multus. Et ſi geminatur,importat continuationem diminutionis.Exod.23. Paulatim,paulatim,eijciã eum. Et quando præponitur ei caph ſimilitudinis, tũ idẽ ualet,qđ Latinis propemodũ,nihil,quaſi nihil,ferè,parũ abfuit.Geneſ.26.Ferè concubuiſſet unus de populo cum uxore tua.Pſ.73. Ferè inclinati eſſent pedes mei.Pſ.81.Ferè inimicos eorũ ſubiugaſſem.Ieſa.1.Niſi Iehoua exercituũ reliquiſſet nobis reſiduum propemodum nullum,ſicut Sodoma facti fuiſſemus. Prouer. 10.Ferè fui in omni malo.Et iterum:Cor improborũ propemodum nullum. Et

868 pluraliter מְעַטִּים. Pſal.109.Sint dies eius pauci.Eccl.5.Sint uerba tua pauca.

מעך

Ex eo leguntur in prima cõiugatione tantùm participia præteriti temporis, & generali ſignificatione quandã affinitatẽ habẽt cũ uerbis דָּעַךְ זָעַךְ דּוּךְ דָּכָה דָּכָא, niſi q̃ ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Significant aũt hęc participia cõpreſſionem.Leuit.22.Et compreſſum ſeu contuſum. Et in genere fœminino מְעוּכָה. 1.Sam.26.Et lancea eius erat compreſſa in terram,id eſt compreſſione defixa in terram.

In ſecunda cõiugatione legitur tantùm ſemel in uoce paſſiua מֹעֲכוּ. Ezech.23.

869 Ibi compreſſa ſunt ubera earum.

מעל

Tranſcendit,trãſgreſſus eſt contemptu & cõtumacia, oppoſuit ſe illi cui debebat eſſe inferior ac obediens:cõgruit ſignificatione cũ uerbis עָלָה עָלַל יָעַל עָמַל בָּעַל עוֹל, niſi q̃ ut forma parũ,ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepẽt.Leuit.5.Anima cũ tranſgreſſa fuerit tranſgreſſione,aut errauerit ignorãter.Nume.5. Vir cuius uxor declinauerit,& tranſgreſſa fuerit in eum tranſgreſſione. Et mox iterum: Si polluta eſt,& trãſgreſſa eſt trãſgreſſione in uirũ ſuũ.Ioſue 22.Quæ eſt iſta tranſgreſſio,qua tranſgreſſi eſtis in deum Iſrael.Prouerb.6.Contra ius nõ tranſgrediatur ſeu tranſcedat os Regis.

INDE NOMINA:

מַעַל Tranſgreſſio,præuaricatio,tranſcenſio uolens,& cõtra conſcientiã,ex cõtemptu & contumacia & temeritate.Et eſt inferioris erga ſuperiorem,regis contra leges, uxoris contra maritum,hominis contra deum & uerbum eius, ſerui contra dominũ ſuũ trãſgreſſio.Eſdrę 9.Propter tranſgreſſionẽ migrationis. Et in diſtinctione ſententiæ מָעַל. Iob 21.Et in reſponſionibus ueſtris relicta eſt tranſgreſſio.

מְעִיל Veſtimenti genus,quo ſuperinduebantur reges,prophetæ,& honoratiores,& ea non ſuperinduti nudi dicebantur,ueſtis ſumma,nos pallium uocamus. Exod. 28.

Rationale & Ephod & palliũ.1.Sa.24.Et abſcidit alã pallij eius clã.& cap.28.Ipſe amictus erat pallio.Ieſ.59.Et operuit ſe ſicut pallio, zelo. Et pluraliter מְעִילִים.2.Sam.13.Nam ſic ueſtiuntur filiæ regis uirgines palleis. Euangeliſtæ hoc ueſtimẽti genus Græco uocabulo ἱμάτιον reddiderunt,qđ ſonat ueſtis ſuperior:Mat.5.Et ei qui te uelit in ius trahere,permitte illi & palliũ.Lucæ 6.Et ab eo qui aufert tibi pallium,etiam tunicã noli prohibere.ubi equidẽ ueſtimẽtorũ genera duo ponuntur χιτὼν,id eſt tunica ueſtis eſt interior,ἱμάτιον exterior,qualis Romanis fuit toga,Græcis pallium,& Hebræis hoc noſtrum מְעִיל. Et Plautus his quoqꝫ uerbis diſtinguit,Tunica inquiens pallio propior.Sic Ioannis 13.legitur:Surgit à cœna,& ponit ἱμάτια,id eſt ſummas ueſtes.ne quis Ieſum plane nudum fuiſſe putet,cum pedes lauaret diſcipulis. Idem nomẽ cap.19.repetitur:Portans ſpineam coronã,& purpureum ueſtimentum,haud dubiè palliũ regiũ ſignificãs.Itẽ Matthæi 21.Et impoſuerunt ſuper aſinos ueſtimenta ſua.ubi rurſum liquet de ſuperioribus ueſtibus loquutum eſſe. Itẽ Matthæi 24.Qui eſt in agro non reuertatur ut tollat ueſtes ſuas,ſcilicet honoratiores,quas in agrum egreſſuri ad opus faciendum domi relinquebant. Hinc phraſis iſta intelligi poteſt 1.Sam.19.Et exuens etiam ipſe ueſtimenta ſua prophetauit & ipſe coram Samuele & cecidit nudus tota die illa & tota nocte.Et 2.Samuelis 6.Et egreſſa filia Saul in occurſum Dauid, dixit ꝙ glorioſus fuit hodie rex Iſrael,qui hodie diſcoopertus in oculis ancillarum ſeruorum ſuorum,quaſi diſcooperiretur diſcoopertionibus unus ex uacuis,&c.

מַעַן Præpoſita litera lamed לְמַעַן: require in עָנָה.

מְעָר Spelunca:uide in themate ערה.

870 מָצַץ Venire fecit extrà,fecit exire,emulſit,exſuxit,emũxit,expreſſit,extraxit,elicuit.Cõgruit enim ſignificatione cũ uerbis מָצָה & מוּץ יָצָא מָצָא,niſi ꝙ ut forma,ita modo tantùm ſignificandi inter ſe uarient. Legiẽ in iſta forma tantũ ſemel Ieſaiæ 66.Propterea exſugeris & ſatiemini ab ubere conſolationũ eius,& exprimetis & deliciemini ab immenſa gloria eius.

INDE NOMEN,

מַצָּה Placenta non fermentata,quã Græcè ἄζυμα uerterũt.Et dicta eſt farina puriſſima extracta & educta ex uiliore,ſicut eadẽ ratione גִּיר calcem ſeu gypſum ſignificat,quòd extractus ſit ex lapidibus.Num.6.Et placentam tuam unã ex caniſtro. Pluraliter מַצּוֹת.Exod.12.Septem diebus azyma comederis.

871 מָצָא Hebræis propriè ſignificat uenire ad,uel in aliquid,idqꝫ uel ſtudio, uel opportunè,uel caſu & fortuitu:nã ſignificatione cõgruit cũ uerbis יָצָא מָצַץ מוּץ מָצָה. Latina editio ubiqꝫ uerbo inueniẽdi uertit.Licebit aũt uertere uerbis inueniendi,reperire,contingere,apprehẽdere,comprehendere,nanciſci,aſſequi,pro circumſtantia ſententiæ.Gen.2.Et non inuenit adiutorium.cap.8.Et non inuenit columba,ubi quieſceret.Ieſaiæ 41.Quæres eos & non inuenies.Gen.44.Ecce argentũ,quod inuenimus.Gen.19.Ecce nũc inuenit ſeruus tuus gratiam,id eſt uenit in gratiam,iniјt gratiã. Sic Lucæ 1.Angelus ad uirginẽ Mariã,Inueniſti enim gratiam apud Deum.Geneſ.26.Seminauit autem Izhak in terra illa,& inuenit eo ipſo anno centuplũ. Sic iſto uerbo uſus uideẽ Paulus Rom.4.Quid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem,id eſt,aſſequutũ. Gen.44. Deus inuenit iniquitatẽ ſeruorũ tuorum.2.Reg.17.Et inuenit rex Aſſur in Hoſea coniurationem,id eſt deprehendit,comperit.Exod.22.Si egredietur ignis & inuenerit ſpinetũ,i.uenerit in ſpinetũ.1.Reg.13.Et abijt & inuenit eũ leo, i. uenit ad eũ leo:uel,deprehendit eum leo.Geneſ.32.Iuxta hunc ſermonem loquimini cum Eſau,cum inueneritis eum,id eſt cum ueneritis ad eum.ubi tamen irregulariter holem pro hatephcametz ſcriptum eſt.Deuter.32.Inuenit eum in terra deſerti,id eſt uenit ad eũ. Et legiẽ ſingulari phraſi 2.Sa.7.Quoniã tu Iehoua Zeboath deus Iſrael aperuiſti aurẽ ſeruo tuo dicẽ:,ædificabo tibi:ideo inuenit ſeruus tuus cor ſuũ,ut oraret orationẽ hãc ad te,i.iniјt cõſiliũ,ſeu rationẽ,decreuit apud ſe.1.Paral.17.

Ideo

Ideo inuenit ſeruus tuus ut oraret. Aliquoties rei inanimatæ attribuitur, idemq́ ualet quod Latinis euenire, accidere, contingere. Gen. 44. Niſi fortè uidere uelim malum, quod inueniet patrem meum, id eſt ueniet ad patrē meum. Exod. 18. Retulit Moſes ſocero ſuo omnē moleſtiam, quę inuenit eos in uia. Num. 23. Et cognoſcetis erratum ueſtrum, quod inuenerit uos. Deuter. 4. Quando in anguſtia fueris, & inuenerint te omnia, quę hîc dicuntur. Pſalm. 117. Anguſtiæ inferni inuenerunt me. Item alia phraſi cum de manu dicitur, qua interdū occaſionem & opportunitatem cauſæ ſeu negocij oblati importat: ut lucidū 9. Et facies cum eo quemadmodum inuenerit manus tua. 1. Samuel. 10. Fac pro te, quicquid inuenerit manus tua, id eſt, quicquid uenerit in manū tuam: uel, quicquid ſe tibi obtulerit, ut facias.

Interdum etiam libertatē, ſufficientiam, copiam, facultatem, potentiam, præcipuè uerò ſi cum pronomine datiui caſus cōſtruitur. Pſalm. 21. Inueniat manus tua pro omnibus inimicis tuis, id eſt, ſufficiat, ſit potentior ac ualidior omnibus inimicis tuis. Num. 11. Nunquid oues & boues mactabuntur pro eis ut conueniat pro eis, id eſt, ut ſufficiat eis, ut ſit ſufficientia illis. Iudicum 21. Sed non inuenerunt ſibi totidem. Num. 31. Offerimus itaq; ſacrificium ipſi Iehoua, unuſquiſq; quod inuenit, uaſa aurea, &c. Iudic. 17. Abijt uir ille de ciuitate Bethlehem Iehuda ut peregrinaretur, ubi inueniret, id eſt, quò ueniret. Et paulò pòſt: Vado peregrinādum ubi inuenero, id eſt, quocunq; uenero. Pſal. 32. Orabit omnis pius ad te in tempore inueniendi, id eſt, opportuno, cōmodo. Pſal. 36. Ad inueniendum iniquitatē ſuam, id eſt, ut promoueat commodè iniquitatem ſuam ad odium alijs, id eſt, ut alij fiant odibiles: uel, ut alios exoſos faciat. In Imperatiuo conatū & ſtudium importat inueniendi ſeu acquirēdi aliquid. 1. Sam. 20. Vade, inueni ſagittas, id eſt, quære ſagittas. Prouerb. 3. Inueni gratiā & intellectum bonum. Iere. 6. Inuenite requiem pro animabus ueſtris. Hanc phraſin mutuatus Chriſtus Matth. 11. ita uertit: Et inuenietis requiē animabus ueſtris. Imperatiuū in promiſſionis uerbum uertēdo.

Participium præſens מֹצֵא. Eccl. 7. Et inueniebam ego amariorem morte mulierē. Gen. 4. Omnis inueniens eum. Et pluraliter in ſtatu regiminis & affixorū מֹצְאֵי. Prou. 4. Vita ſunt inuenientibus ea. Et in genere fœminino מֹצֵאת. 2. Sam. 18. Non erit euangelion conueniens, id eſt, contingens. Cantic. 8. Sicut inueniens pacem. Et pluraliter מֹצְאוֹת, nomē participiale, caſus, accidentia. Ioſue 2. Et recenſuerunt ei omnia accidentia, id eſt, quæcunq; ſibi euenerant, ſeu acciderant.

In uoce paſſiua נִמְצָא. Gen. 41. An inueniē ſicut iſte uir, in quo eſt ſpiritus Dei. Exo. 9. Omnis homo & omne iumētum quod inuenietur in agro. cap. 21. Si in effoſſione inuenietur fur. Ieſaiæ 55. Quęrite Iehoua, dum inuenietur. Et cum articulo datiui caſus facultatem & ſufficientiā importat, quemadmodū in actiua uoce. Deut. 21. Dabit ei portionem duplicem de omni quod inuenietur apud illū. Ioſue 7. Nō inuenieē pro nobis mons, id eſt, nō continget nobis, nō potientur montanis iſtis. Zach. 10. Ad terram Gilead & Libanon adducā eos, & nō inuenietur illis, id eſt nō ſufficiet illis. Participium maſculini generis נִמְצָא. 1. Samu. 9. Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli. Et pluraliter נִמְצָאִים. 1. Sam. 13. Inuentos apud ſe. Eſther 4. Qui inuēti in Suſan. Et in genere fœminino נִמְצָאוֹת. Gen. 19. Surge, tolle uxorē tuam, & duas filias tuas inuentas. Iud. 20. Percuſſerunt eos in ore gladij ab homine uſq; ad pecus, omne inuentū, etiam omnes ciuitates inuētas miſerūt in ignem. In tertia coniugatione הִמְצִיא. Venire fecit ad aliquē, hoc eſt, porrexit, obtulit, attribuit, tradidit. Leuit. 9. Mactauit quoq; hoſtiā, & uenire fecerunt filij Aharon ad eum ſanguinē, id eſt porrexerunt. 2. Sam. 3. Et non uenire feci te in manum Dauidis, id eſt, non tradidi te. ubi tamē legitur forma uerbi מָצָא. Iob 34. Et iuxta uiam unuſquiſq; inuenire faciet eum, id eſt, obuenire faciet ei.

Participium præſens מַמְצִיא. Zach. 11. Ecce ego uenire facio homines, unumquenq; in manus proximi ſui, id eſt trado.

872 **מצד** Verbum eſt inuſitatū: deducuntur tamē ab eo nomina diuerſarū formarū, quæ omnia uenationē ſignificāt. Itaq; cognationē habet cum uerbis צד & צָדָה צוּד.

מְצָד Receptus, id eſt locus naturâ munitus, uel arte, in quē tempore uenationis, id eſt perſequutionis homines profugi ſeſe recipiunt: ut in Iudęa plerunq; fuerũt cauernæ in rupibus. 1. Paral. 11. Et manſit Dauid in receptu. & cap. 12. Et de Gadithis diuiſerunt ſe ad Dauidē in receptũ, in deſertum. Et pluraliter מְּצָדוֹת. Iud. 6. Caueas & receptus. 1. Sam. 23. Et manſit Dauid in deſerto, in receptibus. Ieſa. 33. Receptus rupium releuamen eius. Ezech. 19. Et introduxerunt eum in receptus.

מָצוֹד Nomen participiale, uenatio. Et in ſtatu affixi. Iob 13. Et uenationē ſuam contra me circumduxit. Et in genere fœminino מְצוּדָה, receptus, uenatio. 1. Sam. 22. Habitauerunt cum ipſo omnibus diebus, quibus fuit Dauid in receptu, ſeu uenatione, ſeu perſecutione. Et mox iterum: Ne maneas in receptu. 2. Samuel. 5. Et audiens Dauid ſtatim deſcendit in receptum. 2. Paral. 14. Et ædificauit ciuitates receptus in Iehuda, in quas ſe tempore belli recipiebant. Iob 39. Super dente rupis & receptu. Accipitur etiã pro receptu ſeu cuſtodia & carcere, qui eſt in arce. Pſal. 66. Introduxiſti nos in receptũ, id eſt, carcerem receptus, poſuiſti ſtridorē in lumbis noſtris. Item cõmutata uau uocali in kybutz מְצֻדָה, & aſſumpta lamed ab initio, infinitè ſeu gerundialiter accipitur. Ezech. 13. Et non erũt ultra in manu ueſtra ad uenandum, id eſt capiendum, ut capiatis. Et in ſtatu regiminis מְצֻדַת. 2. Sam. 5. Et cœpit Dauid receptũ Zion. Et in ſtatu affixorũ מְצֻדָתִי & מְצוּדָתִי. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Iehoua rupes mea, & receptus meus. Ezech. 12. Expandam rete meum ſuper eum, & comprehendetur in uenatione mea. Et pluraliter מְצוּדוֹת. Pſal. 31. Sis mihi in petram roboris in domum receptuum, ut ſalues me.

מְצוֹדָה Venatio actiuè, id eſt, rete, ſagena. Eccl. 9. Sicut piſces comprehenduntur in ſagena. Et cum affixo. Ieſaiæ 29. Et receptus eius & preſſuram facientium ei, id eſt, contra eam. Loquitur autem de munitione, in quam ſe milites recipiunt, & ex illa urbem oppugnant.

מְצוֹדִים Nomen adiectiuum pluralis numeri tantùm, cuius ſingulare מְצוֹד non eſt in uſu. Eccl. 7. Et inueniebam ego amariorem morte mulierem, cuius cor receptus & ſagenæ. Et cap. 9. Et ædificabit contra eam receptus magnos, id eſt munitiones, quę multos milites in obſidione capere poterant.

873 מָצָה Exire fecit, emulſit, expreſſit, exſuxit. Congruit ſignificatione cum uerbis יָצָא, מוּץ & מָצָא מָצַץ, niſi quòd ut forma, ita modo tãtùm ſignificãdi inter ſe diſcrepent. Iud. 6. Et expreſſit rorē ex uellere. Pſal. 75. Veruntamen feces eius exugēt. Ieſaiæ 51. Bibiſti, exſuxiſti.

In uoce paſſiua נִמְצָה. Leuit. 1. Et exprimatur ſanguis eius iuxta parietē altaris. Pſal. 73. Exprimentur illis.

מֵצַח Frons, à caluicie, quia glabra & clara eſt: habet enim cognationem ſignificatione cum uerbis צָרַח & צָחַח, & quidē uidetur à geminato eſſe deductũ. Ezec. 3. Pertinaces fronte, & duri corde ipſi. Exod. 28. Et erit ſuper fronte Aaron. Iere. 3. Et frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti ignominia affici. Et in ſtatu affixorum mutat zere in hirik, & pathah in ſeua. Exo. 28. Et erit ſuper fronte eius. Ieſ. 48. Frons tua ærea. Ezech. 3. Et frontem tuam duram contra frontem eorum. Et pluraliter מִצְחוֹת. Ezech. 9. Et ſigna ſignum ſuper frontes uirorum gementium.

מִצְחָה Frons factitia & artificialis, quæ eſt ante crura, Latinis ocrea dicitur: & dicta eſt, quòd ſit polita, & in parte anteriore crurium. Et legitur ſemel in ſtatu regiminis מִצְחַת 1. Sam. 17. Et frons æris in pedibus eius.

מֵצַר Anguſtia. Quære infrà in themate צָרַר.

874 מָקַק Legiť tãtùm in uoce paſſiua primę cõiugatiõis נָמַק, & ſignificat ꝓpriè tabeſcere, cõtabeſcere, atq; per metalepſin fœtere, fœtidũ fieri, ꝙ illa quę corrũpuntur, fiãt tãdē fœtida: & cõgruit ſignificatione cũ uerbo מוּס. Leu. 26. Et qui ſuperſtites mãſerint, tabeſcēt in iniqtate ſua in terra inimicorũ ueſtrorũ: qnimo in iniqtatib. patrũ ſuorũ, & cũ ipſis tabeſcēt. Ieſ. 34. Et tabeſcet omĩs exercitus cœlorũ, & inuoluenť ſicut liber. Ioan. in ſua Apoc. ca. 6. ita reddidit: Et cœlũ receſſit ſicut liber, qui circũuoluiť. Ezec. 24. Nõ lugebitis neq; plorabitis, ſed tabeſcetis in iniqtatib.

ueſtris

ueſtris.& cap.33.Et iniquitates & errata noſtra ſuper nos ſunt,& in eis nos tabeſci mus:& quomodo uiuemus? Zachariæ 14. Tabeſcēdo carnē eius etiam ipſo ſtante ſuper pedibus ſuis,oculi eius tabeſcent in foraminibus ſuis, & lingua eius tabeſcet in ore ipſorum . ubi tamen primum eſt Infinitiuus tertiæ coniugationis . Pſal. 38.Computruerunt & fœtuerunt ulcera mea à facie ſtultitiæ meæ.

INDE NOMEN,

מַק Fœtor, putredo. Ieſaiæ 3. Et erit pro odore, fœtor. & cap. 5.Et radix eorum quaſi putredo erit.

מַקֵּל Baculus. Vide in themate קָלַל.

875

מָרַר Quemadmodum uerba מָרָה מָאַר מִיר & מָמַר generaliter mutationē ſignificāt boni in malum,ita hoc mutationem dulcis in amarū,& figuratè lætitię in triſticiam notat,& plerunq; pro termino ad quē,& effectu poſitū eſt, id eſt, pro ipſa amaritudine:unde amaricari,ſeu amarum fieri uerbis,transferēdum erit,quanquā Hebręo nō ſatis reſpōdeant.1.Sam.30.Quia amaricauerat anima uniuerſi populi.

In uoce paſſiua נִמַּר. Ier.48.Et odor eius non mutatus eſt,ſcilicet in amaritudinem.Ieſ.24.Cum cantico non bibent uinū, amaricabitur ſicera bibentibus ipſam.

In ſecunda coniugatione,quando poſt ſe regit accuſatiuū, tum eſt tranſitiuum. Exod.1.Et amaricabant uitam eorum, id eſt, faciebant uitam eorū amarā & triſtē. Gen.49.Et amaricauerunt eum & multiplicati ſunt. Quando uerò abſolutè pōnit̄,uſurpat̄ neutraliter.Ieſ.22.Propterea dixi,diuertite à me,amaricabo in fletu.

In tertia coniugatione הֵמַר. Et ut in ſecunda coniugatione, ita & in hac tertia, quādo poſt ſe regit accuſatiuū,tum accipit̄ actiuè.Iob 27.Et omnipotēs amaricauit animā meā.Sic quoq; in Apocalypſi eſt uſurpatū cap. 10. Accipe libellū & deuora illū,& faciet amaricari uentrē tuū,ſed in ore tuo erit dulcis tāquā mel. Porrò quādo abſolutè ponit̄,ſumit̄ neutraliter.Ruth 1. Quia amarus fuit Omnipotēs mihi ualde.Zach.12.Et amaricari ſuper eum,ſicut amaricari ſuper primogenitū.

In quarta coniugatione הִתְמַרְמַר. Daniel.8.Et uidebam eum appropinquantē ad arietem,& amaricabat ſe contra eum,& percutiebat arietē.& cap.11. Et amaricabit ſe rex Auſtri & egreſſus pugnabit cum eo.

INDE NOMINA:

מַר Hoc nomen Hebræi primò pro gutta uſurpant, quòd mutet locū & quaſi à corpore aquæ ſeu hauſtri deficiat.Ieſaię 40.Ecce gētes quaſi gutta de hauſtro,& quaſi ſcrupulus trutinæ reputantur. Secundò,amarum,amaritudo : quanquam interdum etiam adiectiuè uſurpetur.1.Samuelis 15.Verè receſſit amaritudo mortis.Eccleſ.7.Et inueni ego amaritudinem ſupra mortem, ſcilicet mulierem. Ieſaiæ 5.Ponentes amarum pro dulci,& dulce pro amaro. Iob 7. Meditabor in amaritudine animæ meæ.Prouerb.27.Et animæ famelicæ omne amarum eſt dulce. Ieſaiæ 38.Ecce pro incolumitate amara mihi amaritudo.Amos 8.Et nouiſſimum eius ſicut dies amarus.Pſal. 64. Emittunt ſagittam ſuam,uerbum amarum . Habakuk 1. Gens amara. Et adiunctum uerbo aduerbiaſcit . Ieſaiæ 33. Et nuncij amaritudinem flebunt,id eſt,amarè. Ezech. 3. Et ibam amarus, id eſt,amarè. Et pluraliter מָרִים. Num. 5. Et in manu ſacerdotis erūt aquæ amaritudinū.Et ibidem iterum:Et intrabunt in eam aquæ maledictæ in amaritudines.Ex. 15. Non potuerunt bibere aquas,quia erant amarę. Et in ſtatu regiminis מָרֵי. Iudicum 18. Viri amari anima.2.Sam.17.Et amari anima ſunt. Et in genere fœminino מָרָה, amarum,amaritudo.2. Samu.2. Non noſti quòd amaritudo ſit in nouiſſimo.2. Regum 4. Quia animæ eius amaritudo ei.Prouerbiorum 5.Et nouiſſimum eius amarum, ſicut abſinthium. Et ſæpe adiectiuè quoq; legitur poſitum. Gen.27.Et clamauit clamore magno & amaro. Et adiūctū uerbo aduerbiaſcit.Ezech.27.Et clamabūt amarè. Et ſemel mutata eſt litera he in aleph,Ruth 1. Vocate me מָרָא, id eſt,amaram.

Eſt & מָרָה nomē loci in deſerto ab aquis amaris ſic dictus.Exo.15.Et uenerūt in Mara. Et in ſtatu regiminis מָרַת.1.Sa.1.Et ipſa amara anima. Et pluraliter מְרוֹת.

Iob

Iob 17.Et in amaritudinibus eorum morabitur oculus meus.

מֹור Cum uau,uel abſq; uau,Myrrha,ab amaritudine.Cantic.5. Et manus meæ ſtillaue rũt Myrrhã.Et iterũ:Labia eius ſicut roſę,ſtillãtia Myrrhã.Pſ.45.Myrrha et Aloe, & Caſſia,omnia ueſtimẽta tua.Prou.7.Fluere feci cubile meũ Myrrha, Aloe,et Ci namomo.Eſth.2.In unguẽto Myrrhę.Cãt.1.Faſciculus myrrhæ dilectus meus mi hi.& ca.3.Suffitus Myrrhę & thuris. In ſtatu regiminis מָר. Ex.30.Sume tibi aromata precipua Myrrhę libertatis,id eſt,liberè fluentis. Et cũ affixo ſeruat holẽ. Cant.5.Decerpſi Myrrhã meã. Et in forma fœminina מֹרָה, amaritudo. Et in ſtatu regiminis מֹרַת. Gen.26.Et fuerũt amaritudo ſpiritus ipſi Izhak & Rebeccæ. Et cũ hatephcametz loco holẽ מָרַּת. Prou.14.Cor ſentiẽs amaritudinẽ animę ſuę.

מֶמֶר Amaritudo.Prou.17.Indignatio patri ſuo,filius ſtultus,et amaritudo genitrici ſuę

מְרִירִי Amaror,amaritudo.Deut.32. Atq; euulſione amaritudinis. Et pluraliter in ſtatu regiminis מְרִירֵי. Iob 3.Et terreant eum ſicut amaritudines diei, id eſt,illius temporis,quo amariſſima mors homines occupat.

מְרֹרִים Nomen pluralis numeri tantùm,herbę ſeu lactucæ amarę,ſicut אֹורֹת dicuntur olera à luciditate.Exod. 12. Cum amaris comedent illum. Num. 9. Cum azymis & amaris comedẽt illum. Et ad has lactucas agreſtes reſpiciens uir ille dicit Thre. 3.Saturauit me amaris.

מְרֹרֹת Nomen pluralis numeri tantùm,amaritudines.Deut.32.Botri amaritudinum eis. Iob 13.Scribis contra me amaritudines.

מַמְרֹרִים Nomen pluralis numeri tantùm, amaritudines. Iob 9. Saturabit me amaritudinibus,ſiue amaris.

מְרִירוּת Amaritudo.Ezech.21.In contritionibus lumborum,& in amaritudine.

תַּמְרוּרִים Amaritudines,nomen pluralis numeri tãtùm.Iere.31.Fletus amaritudinũ.Et mox iterum: Conſtitue tibi ſigna,pone tibi amaritudines,id eſt,ſtatuas amaritudinum. Oſeę 12.Ad indignationem prouocat Ephraim, cum amaritudinibus, id eſt, idôlis,idolatrijs,quibus cultoribus infert amaritudines.

מְרוֹרָה Fel,ab amaritudine. Et in ſtatu regiminis מְרוֹרַת. Iob 20.Fel aſpidũ in medio eius. Et in ſtatu affixi מְרֹרָתוֹ. Iob 20. Denudat & egreditur è uagina, & fulgur à felle eius ibit ſuper ipſum terribiliter, id eſt amarulentia eius. Legitur tamen ſemel uox zere pro holem מְרֵרָתִי. Iob 16.Et effundet in terram fel meum.

נָמֵר Pardus animal,quod Græcè pardalis,etiam aliàs panthera dicitur, cutẽ habẽs maculoſam,& uariegatam, ab amarulentia & ſæuitia. Eius animalis deſcriptio extat in Plinio naturalis hiſtorię lib,8.cap.17.Legitur Ieſaię 11.Et pardus cũ hœdo accubabit.Iere.13.Num mutabit Æthiops cutẽ ſuam,& pardus maculas ſuas.Oſeæ 13. Sicut pardus iuxta uiam Aſſur. Et pluraliter נְמֵרִים. Cantic.4.A montibus pardorum.Habakuk 1.Et leuiores ſunt quàm pardi,equi eius.

תָּמָר Palma arbor,uel ab amaritudine:quia,ut teſtantur ſcriptores,ſumma caudicis parte ubi loro folia iunguntur & rami mollis eſt, & amputata non ſolùm mandit̃, ſed etiam habetur in delicijs,ſapore tamẽ inſipido & ſubamaro: uel à renitentia & rebellione,in diuerſum enim fornicatur & curuatur onus. Pſ.92.Iuſtus ut palma germinabit. Cant.7.Statura tua ſimilis eſt palmæ.Et iterũ:Aſcendã in palmam.Ioel.1. Malogranatus & palma. Eſt & nomen loci fortaſſe à palmis. Ezech. 47. Thamar uſq; ad aquas contentionum.

תֹּמֶר In alia forma,palma.Iud.4.Et ipſa habitabat ſub palma. Iere.10. Quaſi palma perplexa ipſi,& nõ loquunt̃. Et pluraliter תְּמָרִים, palmę arbores.Exo.15.Et ſeptuaginta palmas. Leuit.23.Frondes palmarum.Deut.34.Et regionẽ uallis Iericho ciuitatis palmarũ.2. Paral.28. Et adduxerunt eos in Iericho in ciuitatem palmarum.

תִּמֹּרָה Palma factitia & artificialis.Ezech.41.Et palma erat inter Cherub & Cherub. Et pluraliter in forma fœminea תִּמֹּרוֹת.1.Regum 16.Et rotabat Cherubim & palmas. Ezech.40.Ad frontem eius erant palmę. & cap.41. Cherubim & palmę erant factæ. Et in forma maſculea תִּמֹּרִים.Eze.40.Et palmæ eius iuxta menſuram portę.

תִּמְרוֹת Palmę,i.figuræ palmæ.Cantic.3.Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ex deſerto,ſicut palma fumi

fumi. Similiter Ioelis 3. Sanguinem & ignem, & palmos fumi, &c.

Ab iſto nomine תָּמָר, palma, deriuatur uerbum

**התמריא** Tertiæ coniugationis, quod ſignificat in modum palmę ſe erigere. Iob 39. In tempore quo in altum erigit ſe, ridebit equum & uectorem eius, id eſt, in modum palmæ ramos, ita ipſe pennas ſuas erigit.

876 **מריא** Vt nomen בריא ſignificat corpus ſiue hominis, ſiue pecoris recreatum, ut eniteat, quod fit, quando eſt pinguefactum, ita מריא ſignificat pecus mutatũ è macilentia in pinguedinem ſaginatione: unde altile ſeu ſaginatum uertere licebit, ſiue pingue. 2. Sam. 6 Et ſacrificauit bouem & altile. 1. Reg. 1. Et ſacrificauit boues, & altilia, & oues in copia. Ieſ. 11. Vitulus, & leunculus, & altile ſimul. Et pluraliter מריאים. Ieſa. 1. Et adipe altilium. Et in ſtatu regiminis מריאי. Ezech. 39. Arietum, agnorum, & hircorum, iuuencorum altilium ueſtrorum non reſpiciam.

INDE VERBVM,

**התמריא** Erexit, eleuauit ſe: de hoc quære in themate מרר.

**מרג** Traha. Vide in themate מגר.

877 **מרד** Vt ab עלה deriuari מעל, ita à uerbo ירד deduci exiſtimo uerbũ hoc מרד: & ut illud, ita hoc quoq; in malam partẽ accipitur, ſignificatq; à ſuperiore deſcendere, hoc eſt, diſcedere, recedere, deficere, ſeſe ſubducere, excutere ſeu abijcere dominationem ſuperioris, deficere à ſuo autore, domino, principe, & rebellare. Habetq; congruentiã ſignificatione cum uerbis רדם & ירד מרט רדד רוד, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe differant: habetq; uariã conſtructionẽ. Aliquando abſolutè ponitur. Gen. 14. Duodecim annis ſeruierunt Kodorlaomer, & decimotertio defecerunt. Dan. 9. Improbè egimus, & defecimus. Nehe. 6. Tu & Iudæi cogitatis deficere. Conſtruitur interdum cum præpoſitione beth. Num. 14. Tantùm aduerſus Iehoua nõ rebelletis. Ioſue 22. Vt defectionẽ paretis contra Iehoua. 2. Reg. 18. Et rebellauit contra regem Aſſur, & nõ ſeruiuit ei. Tertiò, regit accuſatiuum. Ioſue 22. Et nos ne deficere faciatis, dum ędificare uolueritis altare, pręter altare Iehoua dei noſtri, id eſt, nos non irritetis. Quartò, cõſtruitur cum על. 2. Paral. 13. Et parauit defectionem contra ſuſtentatorẽ ſuum. Nehe. 2. An contra regem uos paratis defectionem. Paulus Apoſtolus reddidit uerbo Græco ἀποστατέω, 1. Timoth. 4. Deſciſcent quidam à fide.

Participium præſens מורד, quod tamen nominaliter uſurpatur, defector, deſertor, inobediens, rebellis, apoſtata: cuius plurale מורדים legitur Ezech. 2. Ad gẽtes deſertores. Et in ſtatu regiminis מרדי. Iob 24. Ipſi ſunt inter deſertores luminis, id eſt, qui lumini aduerſantur.

Participium præteritum מרודים, eiecti, expulſi, exules. Ieſ. 58. Afflictos & exules introducito in domũ tuã. Et in cõcreto, exiliũ. Thr. 1. Recordata eſt Ieruſalem afflictionis ſuæ, & exilij ſui. & cap. 3. Recordare afflictionis meæ, & exilij mei.

INDE NOMINA:

**מרד** Defectio, deſertio. Ioſ. 22. Et ipſe Iſrael cognoſcet in defectione, aut trãſgreſſione cõtra Iehoua. Et Paulus uocat ἀποστασίαν defectionẽ, nẽpe quãdo aliquis deſciſcit à ſuo autore ſeu principe, 2. Theſſ. 2. Nõ adueniet Dñs, niſi uenerit defectio priùs.

**מרדות** Defectio. 1. Samuelis 20. Filij peruerſæ defectionis.

**נמרד** Nomen uiri proprium, qui fuit ex poſteritate Ham. Gen. 10. Et Cuſch genuit Nimrod, ipſe cœpit eſſe præualidus in terra. Ipſe fuit præualidus uenator corã Iehoua: quapropter dicitur: Quaſi Nimrod pręualidus uenator corã Iehoua, &c. Hic primus ſibi in orbe terrarum monarchiam conſtituit.

878 **מרה** Quando regit poſt ſe accuſatiuũ, tum eſt tranſitiuũ, & ſignificat mutare, cõmutare, immutare, ſcilicet in deterius, aliud facere, quàm quod debebat: eſtq; inobediẽtiæ. Quadrat aũt ſignificatione cum uerbis מרר מרה מאר ארר ארה מיר אור ביר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe differãt. 1. Re. 13. Qui mutauit os Iehoua, id eſt, nõ fecit ut præceperat. Pſal. 105. Et nõ mutauerũt uerba eius. Iere. 4. Quia

me

me mutauit. Et abſolutè poſitum ſumitur neutraliter, mutabilis fuit. Thren. 1. Mutando mutabilis fui. Pſal. 5. Quia mutabiles fuerunt contra te. Ieſaiæ 3. Ad mutandum oculos gloriæ eius. Pſal. 78. Ad mutandum Altiſſimum.

Participium præſens maſculini generis מוֹרֶה. 2. Reg. 14. Quia uidit Iehoua oppreſſionem Iſraelis mutabilem ualde, id eſt, quòd mutaret ſe in deterius. Deut. 21. Cũ fuerit alicui filius deſertor, & mutabilis, id eſt, qui indies mutetur in deterius. Iere. 9. Cor deficiens, & mutabile. Et in genere fœminino ſtatus regiminis מֹרַת. Gen. 26. Et erant mutabiles ſpiritu.

In tertia coniugatione הִמְרָה. Ezech. 5. Et mutauit iudicia mea in improbitatem præ gentibus. Pſal. 106. Quia mutauerũt ſpiritum eius, ut lubricè loqueretur labijs ſuis. Ezech. 55. Et mutauerunt Deum Altiſſimum. Ioſue 1. Omnis uir qui mutauerit os tuum. Exo. 23. Ne mutabilis ſis in eũ. Pſal. 106. Et mutabiles fuerunt ad mare.

INDE NOMINA:

מְרִי Mutatio, immutatio, mutabilitas. Ezech. 2. Quia domus mutabilitatis ſunt, id eſt, defectionis. Iob 23. Etiam hodie mutatio eſt eloquium meum. In ſtatu affixorũ habet in prima uel ſægol, Deut. 31. Ego noui mutationem tuam. uel hirik. Neh. 9. Vt redirent ad ſeruitutem ſuam in mutatione ſua.

מְרָתַיִם Nomen forma dualis numeri. Iere. 50. Super terram mutationum aſcende.

מוֹרָה Nouacula, culter raſorius, à mutatione, & quia abradit. Iudicum 13. & 1. Samuel. 1. Et nouacula non aſcendet ſuper caput eius.

879

מָרַח Contudit, compreſſit. Ieſaiæ 38. Tollant maſſam ficorum, & contuſam applicẽt ſuper uulnus, & conualeſcet. Et propriè non ſignificat cataplaſmare, ut alij uolunt, ſed ut dixi, contundere: & cũ præpoſitione עַל ſignificat cõtuſam maſſam ficorum imponere ſeu applicare, ſicut חָשַׁךְ quo paulò antè eſt uſus Propheta, nõ ſignificat liberare, ſed conſtructum cum præpoſitione mem, cum deſiderio eripere ſeu extrahere ex fouea, quaſi dicat, exdeſiderare.

INDE NOMEN,

מְרוֹחַ Contuſus, compreſſus. Et in ſtatu regiminis מְרוֹחַ. Leuit. 21. Contuſus teſticulo.

רָמַח Vide ſuo in loco.

880

מָרַט Euulſit, exterſit, expoliuit, expilauit. Congruit enim ſignificatione cum uerbis מָרַט יָרַט רָחַט רָסַח, niſi quòd ut forma, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe uariẽt. Significat enim actiuè efficere, ut aliquid curſim ſeu celeriter excurrat aut elabatur: ideo conſtruitur cum præpoſitione mem. Legitur aũt de pilis, bonis, ferrugine, ſeu etiam hirſutia, & aſperitate cutis. Eſdræ 9. Et euulſi de pilis capitis mei, & barbæ meæ. Nehemiæ 13. Et percuſſi ex eis uiros, & depilaui eos, id eſt, euulſi crines eorum.

Participium, ſeu nomen participiale מֹרְטִים. Ieſ. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas depilantibus.

Participium pręteritum מָרוּט. Ezech. 21. Dic gladius gladius acutus, atq; etiam expolitus. & cap. 29. Et omnis humerus politus eſt, id eſt, dorſum propter onera ferenda factum eſt glabrum, & leue ſeu terſum.

In uoce paſſiua נִמְרַט. Leuit. 13. Et uir cùm depilatum fuerit caput eius, tum caluus ipſe & mundus eſt, id eſt, de cuius capite exciderunt pili.

In ſecunda coniugatione, uſuuenit participiũ præteritum מְמֹרָט. 1. Reg. 7. Omnia uaſa, quæ fecit Hiram regi Salomoni, pro domo Iehoua ex ære polito fuerũt.

In uoce paſſiua legitur participium מוֹרָט. Ieſaiæ 18. Ite nuncij ad Gentem diſtractam, & expilatam. Et mox iterum: Populus diſtractus, & expilatus. Ezech. 21. Vt iugulet uictimam acutus eſt, utq; ſit ei fulgor politus eſt.

881

מָרַץ In uoce actiua non legitur, ſed in uoce paſſiua נִמְרַץ & ſignificat uelociter rumpi, diſrumpi: cõgruitq; ſignificatione cũ uerbis רוּץ & מָרַס רָצַץ פָּרַץ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differãt. Iob 6. Cur diſrumpũtur ſermones rectitudinis:

Parti-

Participium ממרץ. Micheæ 2. Surgite & abite, hæc non eſt requies, propter im mūdiciem diſrumperis, & quidē dolore auulſionis. Et generis fœminini נמרצת. 1. Reg. 2. Et ecce eſt quoq; tecū Simei filius Gera, qui maledixit mihi maledictio- ne diſruptionis, in die quando ibam ad Machanaim.

882 מרק Abſterſit, defricuit, emundauit: differtq; modo tantū ſignificandi à uerbis מלט מרט מרץ מרס מרש. Ieremiæ 46. Expolite lanceas.

Participium præteritum maſculini generis מרוק. 2. Paral. 4. Et omnia uaſa iſta fecit Hiram pater eius regi Salomoni pro domo Iehoua ex ære polito.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua מרק. Leuit. 6. Aut ſi in uaſe æreo cocta fuerit, tum defricabitur & lauabitur aqua.

INDE NOMINA:

מרק Ius, iuſculum, quod defecatur à carnibus. Iudic. 6. Et ius poſuit in ollam. In ſtatu regiminis מרק. Ieſ. 63. Qui comedunt carnem ſuillam, & defecatio abominationū in uaſis eorum, id eſt ius. quanquam aliqui legant פרק.

תמרוק Abſterſio, mūdicia. Prouer. 20. Liuores uulneris abſterſio ſunt in malicioſo, & plagæ penetralium uentris. Et pluraliter תמרוקים, abſterſiones, mundiciæ. Eſther 2. Et ſex menſes pro aromatibus, & pro abſterſionibus mulierum, id eſt mundicijs. Et iterum: Et dando mundicies illis. Et feſtinauit mundicies eius, & partes eius da re illi. quanquam ibidem etiam legatur מרוקים.

883 משש Verbum defectiuum, attrectauit, contrectauit manu tētandi gratia: & magnā habet cognationē cū uerbis משה & נשש מש. Gen. 27. Fortaſſe attrectabit me pater meus, & ero in oculis eius quaſi deceptor. Et mox iterum: Accede huc, & attrectabo te fili mi.

In ſecunda cōiugatione משש, & coniugatur perfectè. Gen. 31. Cōtrectaſti om nia uaſa mea. Et ibidem iterum: Et contrectauit Laban totum tabernaculū, & nō inuenit. Deut. 28. Sicut palpat cæcus in caligine. Iob 5. Et ſicut nocte palpabunt in meridie. & cap. 12. Palpabunt tenebras abſq; luce.

Participium præſens ממשש. Deut. 28. Et eris palpans in meridie.

In tertia cōiugatione legitur irregulariter המיש, more uerborum defectiuorū medij. Iudi. 16. Fac me contrectare columnas, quibus ſuſtentatur domus. Pſal. 115. Manus habent, & non palpabunt. Gen. 27. Accede obſecro, & palpabo te fili mi. Exo. 10. Et erunt tenebræ ſupra terrā Ægypti, palpabiſis erit obſcuritas. ubi ponit intranſitiuè, eò q; nō ſequitur accuſatiuus. Arbitror aūt idem eſſe uerbū, quo Chriſtus eſt uſus Lucæ 24. Contrectate & uidete, ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Et Ioannes Euāg. 1. Epi. 1. Et manus noſtræ cōtrectauerūt.

INDE NOMEN,

אמש Significat tempus noctis obſcurum & opacū, quo in ſomnijs res ſenſibus obuerſantur, & quaſi in obſcuro attrectandas ſeſe offerunt. Eſtq; ſemper de tali tempore intelligendū qđ paulò ante craſtinū diſceſſit: quare compoſitū eſſe arbitror ex uerbis מוש & משש, iſt eſt tēpus palpabile, quod diſceſſit, id eſt tēpus quo palpatione opus fuit. Hieronymus uertit aduerbio heri, neq; potuit propter linguę egeſtatē cōmodiore reddere. Gen. 19. Factumq; eſt craſtino, & dixit primogenita ad minorē natu, ecce cōcubui heri cū patre meo: potabimus eū uino etiā hac nocte. Ex quo textu licebit elicere differentiā inter לילה & אמש. Itē ibidem cap. 31. Sed deus patris ueſtri dixit heri ad me, id eſt nocte præterita. nam in textu præcedente legitur: Et uenit deus ad Laban Arameū in ſomnio noctis, &c. 2. Reg. 9. Certè ſanguines Naboth & ſanguines filiorū eius uidi heri, id eſt nocte præterita in ſomnijs. Iob 30. Quibus heri calamitas & oppreſſio, id eſt præterita nocte. Et in diſtinctionę ſententiæ mutat prius ſægol in cametz אמש. Gen. 31. Et arguit heri, id eſt nocte præterita. pro quo paulò ſuperiùs, In ſomnio noctis.

884 משה Attraxit, ſcilicet attrectando: cōgruit ſignificatione cū uerbo משש, & pugnat cum uerbo מוש, quod eſt cōtrariæ ſignificationis. Dicitur aūt tantū de attrectatione ex aquis. Exod. 2. Et uocauit nomen eius Moſe, quia de aqua attraxi eum.

In tertia cõiugatione הִמְשָׁה.2.Sam.22.& Pſal.18.Attrahet me ex aquis multis.

INDE NOMINA:

מֹשֶׁה Moſe,nomen proprium ducis populi Iſraelitici,ab euẽtu ipſi inditum, ſicut Exo. 2.legitur:Et uocauit nomen eius Moſe,quia ex aqua artraxi eum.

מֶשִׁי Nomen materiæ precioſæ,ex qua ueſtes conficiebantur.Et arbitror ex tali materia factas,quæ ex Conchis marinis attracta eſt.Chaldæus tranſtulit צבעונין, aliqui ſericum eſſe dixerunt. Hieronymus ſubtile tranſtulit.Septuaginta Interpretes τρὶ χαπτον,quod Suidas ſcribit eſſe pannum bombycinum, ſeu ueſtem precioſam. Quod ſanè uocabulum Hieronymus poſt diligentem inquiſitionem cùm in nullo Græcorum libro etymologiam eius inueniſſet,aſſeuerat ipſos Septuaginta Interpretes pro nouitate rei nouum cõpoſuiſſe.Ezech.16.Operui te ſerico. Et mox iterum:Et ueſtes tuæ byſſus,& ſericum.

885 מָשַׁח Vnxit,ſcilicet oleo.Nume.35.Et habitabit in ea uſq; ad mortem ſacerdotis magni,quẽ unxit cum oleo ſanctitatis.Exod.40.Et unges eos', quemadmodũ unxiſti patrem eorum. 1. Sam. 9.Et unges eũ in ducem populi. 1. Reg.1. Et unget eũ ibi Zadok Sacerdos,& Nathan Propheta in regem ſuper Iſrael.1.Reg.9.Et Iehu filiũ Nimſi unges in regẽ ſuper Iſrael,& Eliſſeum filiũ Saphat de Abel Mehola unges in prophetam pro te.Ieſa.61.Eò ꝙ unxit Iehoua me.Gene.31. Vnxiſti ibi ſtatuam.2.Sam.1.Clypeus Saul abſq; ungere cũ oleo,id eſt,ac ſi non fuiſſet unctus oleo.ubi nomen מָשִׁיחַ ponitur pro Infinitiuo,quod ſæpe fieri ſolet.Ieſa.21.Vngite clypeũ.Leuit.8.Et unxit tabernaculũ,&c.Num. 7. Factum eſt aũt in die illa,cũ cõſumaſſet Moſes erigere cohabitaculũ,& unxiſſet ipſum, & ſanctificaſſet illud & omnia uaſa eius,altare quoq; & uaſa eius,& unxiſſet ea & ſanctificaſſet ea, &c.

Participium præteritum מָשׁוּחַ.2.Sam.3.Ego autem hodie tener ſum,& unctus rex. Legitur tamẽ ſemel מָשׁוֹחַ, ad diſcrimen alterius unctionis.Iere.22. Et unctũ Sinopide,id eſt pictum,pigmentatum.Sunt enim colores,quibus pingitur etiam oleo mixti & conditi. Et pluraliter מְשֻׁחִים. Exod. 29. Et placentæ azimorum unctæ oleo.Num.3.Iſta ſunt nomina filiorum Aaron,qui ſacerdotes uncti erant.

In uoce paſſiua נִמְשַׁח.1.Paral.14.Et audierũt Philiſtæi,ꝙ unctus eſſet Dauid in regem.Num.7.In die ungi ipſum,id eſt quo unctum erat ipſum,ſcilicet altare.

INDE NOMINA:

מָשִׁיחַ Græcè χριστός, Latinis unctus dicitur. Et quia tam Reges ꝙ̃ ſacerdotes oleis ſingularibus ungebantur,ſicut de oleo regum 1.Reg.1.extat. & de oleo ſacerdotum Exod.30,ideo illi,adeoq; etiam omnes deo ſacri Meſſiæ dicebantur,& Chriſti.Erantq; autem reges & ſacerdotes uncti typus,& figura ueri & unici Chriſti Saluatoris noſtri ſummi Monarchæ,& ſacerdotis,qui debebat eſſe propugnator & rex omnium noſtrum contra Satanam:Et uictor mortis,mundi & inferorum: Et Sacerdos ſummus,qui ſe obtulit uictimam pro peccatis totius mũdi,& docet Eccleſiam ſuam,& interpellat pro ea apud patrẽ & reconciliat nos apud patrem.Leu. 4.Si ſacerdos unctus ille errauerit.2. Sam. 1. Clypeus Saulis abſq; uncto cũ oleo. ubi hoc nomen מָשִׁיחַ, pro Infinitiuo ponitur: Abſq; ungere cum oleo,id eſt ac ſi non eſſet unctus oleo.Dan.9. Vſq; ad Meſſiah ducem.Et mox iterum:Et poſt ſeptimanas ſexaginta duas excidetur Meſſiah. In ſtatu regiminis & affixorum מְשִׁיחַ. 1.Sam.24.Quia Chriſtus ipſius Iehoua eſt. Ieſ. 45.Sic dixit Iehoua Chriſto ſuo Cyro.1.Samuel.2.Ambulabit corã Chriſto meo cunctis diebus,id eſt Salomone.Pſal.2.Cõtra Iehoua,& contra Chriſtum eius. Et pluraliter מְשִׁיחִים. Pſal.105. Ne tangatis Chriſtos meos.

מִשְׁחָה Vnctio,unguentũ.Exod.25.Aromata pro oleo unctionis. Et in ſtatu regiminis מִשְׁחַת. Leuit.7.Hæc eſt unctio Aaronis.Exod.30.Oleum unctionis ſanctitatis.

מָשְׁחָה Vnctio. Et cum affixo.Exo.40.Vt ſit eis unctio eorũ in ſacerdotiũ perpetuum.

מִמְשַׁח Vnctus,expictus,pigmentatus,coloratus,clarus,illuſtris.Ezech. 28. Tu Cherub pigmentatus,obtegens.

886 מָשַׁךְ Traxit,protraxit,perrexit,profectus eſt.Ac perinde Hebræis ualet,ut Germanis

nis uerbum zichen cum ſuis compoſitis. Primò, legitur intranſitiuè & neutraliter, quando ſcilicet non regit poſt ſe accuſatiuum. Geneſis 37. Et tranſierũt uiri Midianitæ, & profecti ſunt, & tulerunt Ioſeph ex ciſterna. Exod. 12. Proficiſcimini, & accipite ouiculam. Iud. 4. Nónne præcepit tibi Iehoua deus Iſrael, ut proficiſcaris in montem. Et mox iterum: Et proficiſcor ad te in uallem. & cap. 20. Et profectus eſt inſidiator & percuſſit totam ciuitatem. Iob 21. Et poſt ipſum proficiſcetur omnis homo. Exod. 9. Cum protrahetur Iubilus, aſcendant ipſi in montem. Ioſue 6. Et cum prolixi erunt cum cornu iubili. Secundò, quando poſt ſe regit accuſatiuum, uel nominis, uel pronominis, uſurpatur actiuè ſeu trãſitiuè. Nehem. 9. Et protraxiſti ſuper nos annos multos. Pſal. 36. Protrahe beneficentiã tuã agnoſcentibus te. Pſal. 85. An protrahes iram tuã. Iere. 31. Ideo traxi te miſericordia. Cantic. 1. Trahe me, poſt te curremus. Pſal. 29. Non trahes me cum improbis. Ezech. 32. Gladius datus eſt, protrahite eam, & totã multitudinẽ eius. Chriſtus haud dubiè uſus eſt iſto uerbo, cũ dicit Ioan. 6. Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eũ. Item cap. 12. Omnia trahã ad me ipſum. Tertiò, quãdo poſt accuſatiuum ſequitur nomen inſtrumẽti, tũ eidem præponitur præpoſitio beth, quæ Latinis etiã conſtituit caſum ſeptimũ. Deut. 21. Vitula quę non traxit iugo. 1. Reg. 22. Et uir traxit arcu. Iob 40. Trahéſne Leuiathan hamo. Pſ. 10. Rapit afflictũ, cum traxerit ipſum reti ſuo. Oſeæ 11. Funibus hominis trahã uos. Ier. 38. Extraxerũt Ieremiam funibus. Iob 29. Traxit robuſtos uirtute ſua. Eccl. 2. Deliberaui in corde meo, ut protraherem uino carnem meam.

Participiũ præſens מוֹשֵׁךְ. Amos 9. Et accedet arator cũ meſſore, & calcator uuarũ cũ tractore ſeminis, i. cum eo qui proijcit ſemẽ. ſolẽt enim agricolæ tractim proijcere ſemina in agrũ, & quaſi manu trahere ſemen. Iſte etiã locus intelligitur ex Leu. 26. Itẽ Pſ. 109. Ne ſit ei protrahens beneficiũ, ſ. in poſteritatẽ eius. Et pluraliter מוֹשְׁכִים. Iud. 5. Trahẽtes calamo ſcribæ, i. faciẽtes tractus ſeu ductus calamo ſcriptorio, ſicut ſcribæ calamũ tardiùs trahũt formãdis characteribus. In ſtatu regiminis מוֹשְׁכֵי. Ieſ. 5. Væ tractorib. iniquitatis, i. qui trahũt iniquitatẽ funib. temeritatis. & cap. 66. Phul & Lud tractores arcus, i. qui trahunt arcum. Et in genere fœminino מוֹשְׁכוֹת. Iob 38. Aut tractus Orionis ſolues, i. q attrahũt nubes & pluuias.

In uoce paſſiua נִמְשַׁךְ. Ieſ. 14. Et dies eius non protrahentur. Ezech. 12. Quodcunq; loquutus fuero uerbum, illud fiet, non protrahetur diuiùs.

In ſecunda coniugatione actiuæ uocis legiẽ participiũ præteriti tẽporis מְמֻשָּׁךְ. Ieſa. 18. Ad gentem diſtractam & expilatam. Et in genere fœminino מְמֻשָּׁכָה. Prouerb. 13. Expectatio protracta, infirmitas cordis eſt.

INDE NOMEN,

מֶשֶׁךְ Tractus, ut eſt motus ſeminantis, qui tractim ſemẽ in terrã proijcit. Pſ. 126. Eundo ibit, & flẽdo tollet tractũ ſeminis, i. ſemẽ tractim proijciẽdũ in terrã. ꝙ aũt hæc ſit huius nominis hoc in loco ſignificatio, & ea ſit ſentẽtia, confirmat locus Amos 9. ſuprà citatus. Itẽ Iob 28. Ramoth & Gabis nulla ſit recordatio, & tractus ſapiẽtiæ ſupra margaritas, ſeu ſupra margaritarũ, ſcilicet tractũ. Alludit aũt ad tractũ, quo uel conchæ, quibus margaritæ incluſæ ſunt, retibus extrahũtur in littus, ſicut Plin. teſtaẽ lib. 9. cap. 35. ſiquidẽ etiã hoc uerbũ retiũ capturæ tribuitur: ut Pſal. 10. Rapit afflictũ cũ traxerit ipſum reti ſuo. Et בֹּרַכ Gagates à reticuli captura etiã nomẽ habet, ut ſit ſenſus, Tractus ſeu captura ſapiẽtiæ præſtantior eſt, ꝙ̃ captura concharũ. Vel de illo tractu, qui fit quãdo cõmutator collatione merciũ facta, alterã ad ſe trahit, quã ducit eſſe altera precioſiorem. Quòd aũt talis collatio merciũ olim uſitata fuerit, teſtantur uerba סָלַל & עָרַךְ, quæ de merciũ ad inuicẽ ordinatione dicunẽ, Iob 28. & 36. Eſt & nomen ꝓpriũ filij à Iapheth geniti, Geneſ. 10. à quo Moſchi (quos hodie Moſchobitas uocamus, antiquũ retinẽtes nomẽ) originẽ & nomẽ traxerũt. Et adhuc utunẽ arcubus, quaſi tractores, ſ. arcuũ dicas, Eze. 27. & 38. Quãuis Dauid hãc appellationẽ poſtea ꝑ metonymiã trãsferre uideaẽ ad ſuũ populũ, Pſ. 120. Heu mihi, inquiẽs, q peregrinor apud Meſech, ipſi et Eccle

ſiæ Dei non minus infeſtum, quàm illos ſeptentrionales Scythas.

מִשְׁבָּח Nomen participiale, tractus, regio, portio terrę. Prouerb. 15. Sicut tractus palyuri. pro eo ponitur Zophoniæ 2. nomen מִמְשַׁק.

887 מָשַׁל Duos habet modos ſignificandi. Primo, notat authenticum eſſe, in eminẽtia & autoritate cõſtitutũ eſſe, antecellere, dominationẽ & poteſtatẽ habere publicã, uel in perſonã uel in ditionẽ, ſemperq́ importat reſpectũ alterius. Et legit̃ aliquãdo abſolutè. Exod. 21. Populo externo nõ habebit poteſtatẽ ſeu ius uendẽdi eam. Prouer. 6. Manus ſedulorũ dominabitur, ſed doloſa erit ſub tributo. Zach. 6. Dominabitur ſuper throno ſuo. Pſal. 19. A temerarijs ſerua ſeruum tuum, ne dominẽtur. Iob 41. Non eſt ſuper puluere prædominari ei, i. qui in illum dominetur.

Conſtruitur uerò aliàs ſæpiſſimè in iſto ſignificandi modo cũ nomine mediante præpoſitione beth, quæ nunc accuſatiuo ſeruit, nunc ablatiuo, ſicut & apud Latinos præpoſitio, in. Geneſ. 1. Ad dominandũ in die & in nocte, i. ut dominaretur in die & in nocte. & cap. 3. Ad uirũ tuũ acclinatio tua, & ipſe habebit poteſtatẽ in te. Paulus Apoſtolus inde ſuæ materiæ accõmodãs 1. Timoth. 2. cũ ſcribit, Mulieri docere nõ permitto, neq́ autoritatẽ uſurpare in uiros, ſed eſſe in ſilentio, Grę co uerbo αὐθεντεῖν reddidit. Gen. 4. Et tu dominaberis in illud. Et Paulus in hunc quoq́ reſpiciẽs ad Rom. 6. reddidit uerbo κυριεύσαι peccatum in uobis non dominabitur, quod Græcis non tantùm dominari ſignificat, ſed etiã ius habere & autoritatẽ. Gen. 37. Et dixerũt fratres eius ad ipſum, nunquid regnando regnabis ſuper nos, aut dominãdo dominaberis in nos, i. ſumes tibi in nos ius & autoritatem. Deut. 15. Dominaberis in gẽtes multas, & in te non dominabuntur. Ioſue 12. Dominare in nos tã tu, q̃ filij tui. Pſ. 103. Iehoua in cœlis cõfirmauit ſedẽ ſuã, & regnũ in omnia dominabitur. Prou. 19. Quãtò minùs decet ſeruũ dominari in principes.

Participiũ præſens מֹשֵׁל, quod tamẽ aliquando ſine uau ſcribitur, trãſitq́ ſæpe in naturã nominis: itaq́ cũ alijs quoq́ caſibus conſtruitur, & eſt potius officij, & adminiſtrationis, q̃ dignitatis. Chaldæus reddidit שַׁלִּיט. Gen. 24. Et dixit Abraham ad ſeruũ ſuũ ſeniorẽ domus ſuæ & dominationẽ habebat in omnibus, quę erant ipſius. Ioſue 12. Qui dominabatur ab Aroer uſq́ ad Iabok. Et mox iterum: Et dominabatur in mõte Hermon. 1. Reg. 4. Et dominabatur Salomo in omnibus regnis. Gen. 45. Sed Deus qui poſuit me patrẽ Pharaonis, & ſuſtẽtatorẽ in tota terra Ægypti. 2. Par. 7. Nõ excidetur tibi uir dominator in Iſrael. Prouer. 24. Leo rugiens, & urſus excurrẽs dominator improbus ſuper populo paupere. Pſal. 59. Deus dominator eſt in Iacob. Pſ. 66. Qui dominat̃ in fortitudine ſua mũdo. Mich. 5. Et tu Bethlehẽ Ephrata modicũ eſt, ut ſis inter principes Iehuda: ex te egrediet̃, qui ſit dominator in Iſrael. Septuaginta Interpretes uerterũt ἄρχον. Sed Græcus Mat. Interpres, qui hunc prophetæ locum citauit, reddidit ἡγούμενος, id eſt dux, ductor.

Et pluraliter מֹשְׁלִים. Ioſue 14. Philiſtæi dominabãtur in Iſrael. cap. 15. Dominantur in nos Philiſtæi. 2. Paral. 23. Et accepit principes Centuriarũ, & magnificos & dominos in populo. Nehe. 9. Et ſuper corpora noſtra dominant̃. ubi cũ עַל cõſtructũ eſt. Et in genere fœminino מֹשְׁלָה. Ieſa. 40. Et brachium eius dominatur ex ſe.

In uoce paſſiua נִמְשַׁל. Et quia Hebræi utunt̃ in rerũ collatione, ideo Latini uerterũt uerbo cõparandi. Pſ. 49. Et homo in precio non manet, ſed quando eſt in dominatione conſtitutus, ſicut iumẽta, quæ extinguuntur. Pſ. 28. In eminẽtia cõſtitutus cum deſcendentibus in lacum. Ieſa. 14. Ad nos in eminentia conſtitutus es.

In tertia coniugatione הִמְשִׁיל. Pſal. 8. Conſtitues eum dominatorem in opera manuum tuarum, omnia ſubiecciſti ſubter pedes eius, oues & boues, &c. Dan. 11. Et cõſtituet eos dominatores in multos. Ieſaiæ 46. Cui aſſimilatis me, & æquatis, & conſtituitis me in dominatorem. Iob 25. Dominari & metus apud eum, ipſe facit pacem inter ſublimes ſuos.

In quarta cõiugatiõe הִתְמַשֵּׁל. Iob 30. Et quãdo in eminẽtia ſumma erat cõſtitutus, ſicut puluis & cinis.

INDE NOMINA:

מִמְשָׁל Poteſtas, dominiũ, dominatio. Dan. 11. Magna poteſtas eius. Et pluraliter מִמְשָׁלִים 1. Paralip.

1.Paralip.26.Et de Semaia filio ipſius nati ſunt filij poteſtatum in domo patris ſui: erant enim uiri ſtrenui.

ממשלה Dominatio,poteſtas,dominium.Mich.4.Veniet poteſtas priſtina filiæ Ieruſalē. Et in ſtatu regiminis מֶמְשֶׁלֶת. Gen.1.Et fecit deus duo luminaria, luminare maius ad dominiū diei,& luminare minus ad dominium noctis.Iere.34.Et omnia regna terræ poteſtas manus eius,id eſt potentia. Legitur tamē etiā in ſtatu abſoluto in iſta forma.Pſ.136.Qui fecit ſolem ad dominiū in die. Et in ſtatu affixorū. 1.Reg.9.Atq; in uniuerſa terra dominationis ſuæ.2.Reg.20.In tota domo ſua, & in uniuerſa poteſtate ſua.2.Paral.32. Ipſe uerò manſit iuxta Lachis, & tota dominatio eius ſecum,id eſt,potentia.Pſal.103.In omnibus locis dominij eius. Et pluraliter מֶמְשָׁלוֹת. Pſal.136.Qui fecit lunam & ſtellas ad dominia in nocte. Et cum affixo מַמְשְׁלוֹתָיו. Pſal.114.Et factus eſt Iehuda ſanctuariū eius,Iſrael dominia eius.

משל A uerbo ſuperiore in ſignificatione minimè diſcerno, ſed modo tantū ſignificandi:ut enim ſuperius, quod plerunq; cū beth conſtruitur,& notat habere dominium & poteſtatem,autoritatem,& eminētiam in adminiſtratione publica in ſubditos,ita hoc quando regit poſt ſe accuſatiuū, ſignificat habere autoritatem, eminentiā,dominiū in ſermone,dicere axiomata,dignitates,& authenticā aliquā ſententiā,quæ rē aliquā nō uulgarē adminiſtrat,cuius generis ſunt γνῶμαι,Adagia, Prouerbia,Similia,Diſſimilia,Metaphoræ,& alia ſcitè dicta,quæ ſententiā aliquā, & autoritatē habent,& populū ſeu uulgū tanquā captiuū detinēt. Et licet reſpectū ſuperioris erga inferiorem,ſeu relationē importet,propriè tamen non ſignificat comparare,ſicut in ſuperiore quoq; modo ſignificandi uidimus.Ezech.12. Et non prouerbiabunt illud amplius in Iſrael.& cap.16.Ecce omnis prouerbiator ſuper te prouerbiabit,dicendo,ſicut mater, ita filia eius. & cap. 17. Et prouerbiabis prouerbium ad domum Iſrael,& dicas,Aquila grandis,&c.& cap.24.Prouerbiabo ad domum rebellem prouerbium,& dicas ad eam,pone ollam,pone,inquam, & funde in eam aquam,&c.

Participium præſens ſeu nomen participiale מֹשֵׁל, figurator, ſententionarius, adagiator.Ezech.16.Ecce omnis prouerbiator ſuper te prouerbiabit. Et pluraliter מֹשְׁלִים. Num.21.Inde dicūt ꝓuerbiarij,uenite in Heſbon.Ezech.18.Vos prouerbiatis ꝓuerbiū iſtud,patres comederūt labruſcā, & dētes filiorū obſtupuerūt.

In ſecunda cōiugatione legitur participiū præſens מְמַשֵּׁל. Ezech.21. Ah Iehoua deus,ipſi dicunt mihi,nunquid prouerbificator prouerbiorū eſt iſte,id eſt, qui facit prouerbia.

INDE NOMEN,

משל γνώμη,ſententia,dictum,dicterium,prouerbium,ἀξίωμα,dignitas,metaphora, figurata oratio,ſcitè dictum aliquam egregiā ſententiam ſeu doctrinā continens,quæ in ſermone dominatur & præcellit, & uelut ſol in cœlo, ſic illa in oratione dominatur & poteſtatē ſuam habet,eam illuſtrat,quocunq; nomine appellaueris: licebit enim uertere,utcunq; res poſtulauerit,de qua dicitur.Chaldæus ubiq; tranſtulit מַתְלָא & מְתַל. 1.Sam.10.Ideo abijt in prouerbium, Nunquid Saul inter prophetas?Pſal.78.Aperiam cū ſententia os meum.Prou.1. Ad intelligendū parabolā & interpretationē.cap.26.Extracta crura de claudo,parabola in ore ſtultorū.Nu. 23.Et protulit ſententiā ſuā,& dixit.1.Reg.4.Et loquutus eſt Salomo triginta millia ſententiarū.Ezech.12.Fili hominis,quod eſt dicterium iſtud.Deut.28.Eriſq; in flatum,dicterium, & fabulam in omnibus populis. In ſtatu regiminis מְשַׁל.1.Samuel.24.Sicut dicitur prouerbium prioris, ſ. ſeculi. Et pluraliter מְשָׁלִים. Eccl. 12.Et cōpoſuit dicteria multa.Ezech.14.Et ponam eum in ſignū, & in prouerbia. Et in ſtatu regiminis מִשְׁלֵי. Prouer. 1. Dicta Salomonis filij Dauid.Iob 13.Memoriæ ſunt recordationes ueſtræ erūt dicteria cineris,i.ꝓuerbia de cinere. Ex his ſcripturæ locis perſpicuū fit,ꝙ hæc uox nō ſignificet propriè cōparationē ſeu ſimilitudinē,ſed ſententiā,ſiue parabolā,ſeu figurā ſermonis,quæ dominiū,poteſtatē, & authoritatē obtinet,& uulgū ceu attonitū & captiuū detinet,ut quę energiā & emphaſin,uel metaphorā admixtā habēt & egent interpretatione. Hinc intelligitur

Q 3 etiam

etiam uox parabola hinc inde paſſim in euangelio, quòd non ſemper de comparationibus, ſeu ſimilitudinibus ſit intelligenda, ſed de figurato ſermonis genere à rebus publicis & publicè notis, tranſſumpto, quod expoſitione opus habet, & homines uulgares latet: ut de parabolis, quas Chriſtus propoſuit Mat. 13. Mar. 4. Ioan. 10. & 16. Et Mat. 5. & 6. & 7. de quibus, ut Matthæus teſtatur, turbæ obſtupuerunt, dixerintq; ꝙ docuerit uelut habens autoritatem, non ſicut ſcribæ, &c.

משש Quære in themate שָׁשַׁשׁ.

888 מֶתֶג

Habena, retinaculum, quo eques quocunq; uult, animal pertrahit, ne ferat̃ ꝓ libidine. Alij frenũ, alij capiſtrum, alij chamũ transferũt: arbitror tamẽ propriè ſignificare habenã ſeu lorũ, & tantũ etymologia differre à nomine רֶסֶן, habere cognationẽ cum uerbo נָשָׂא. Pſ. 32. Non ſitis ſicut equus & mulus ſine intellectu hobena & freno os eorũ obturãdo, nõ accedẽdo ad te. Prou. 26. Flagellũ equo, habena aſino, & baculus tergo ſtultorũ. Et metaphoricè pro gubernatione ſumit̃. 2. Sam. 8. Et accepit Dauid habenã tributi de manu Philiſtæorum. pro quo ſcriptor Chronicæ 1. Paral. 18. ita poſuit: Et accepit Dauid Gath & filias eius de manu Philiſtæorũ. In ſtatu affixorũ mutat prius ſegol in hirik, alterũ in ſeua. 2. Reg. 19. & Ieſa. 37. Et ponam hamum meum, in naſum tuum, & habenam meam in labia tua.

889 מָתַח

Aperuit, aperiẽdo expãdit. Et ſignificatiõ equadrat cũ uerbis מָתַח מָתַח פָּצָה פָּשַׂק niſi ꝙ ut forma, ita modo tantũ ſignificandi inter ſe differãt. Ieſa. 40. Qui extendit uelut pellem, cœlos, & expandit eos uelut tabernaculum ad habitandum.

INDE NOMEN,

אַמְתַּחַת Saccus, ꝗ aperiẽdo expãdit̃, licet tm̃ in ſtatu regiminis & affixorũ legat̃. Gen. 44. In ore ſacci iunioris. Et iterũ: Et inuẽtus eſt calix in ſacco Beniamin. Et cũ affixis. Ge. 42. Et ecce ipſe erat in ore ſacci ſui. & ca. 44. Et aperuerũt quiſq; ſaccũ ſuũ. & ca. 42. In ſacco meo. Et pluraliter tã in ſtatu regiminis ꝙ affixorũ אַמְתְּחוֹת. Gen. 44. Imple ſaccos uirorũ. Et iterũ: In ore ſaccorũ noſtrorũ. Et iterũ: In ſaccis ueſtris.

890 מָתַי

Quãdo ſeorſum ponit̃ ſine adiuncta uocula, tũ eſt interrogatiuũ tẽporis. Iob 7. Quando ſurgã? Pſ. 41. Quãdo morietur. Neh. 2. Et qñ reuerteris. Et cũ lamed לְמָתַי, ſine interrogatione. Exo. 8. Quãdo deprecer ꝓ te. Accipit ſæpe ante ſe particulã עַד, quouſq;, uſq; quo, quandiu. Pſ. 6. Et tu Iehoua uſq; quo. & Pſ. 80. Vſq; quo fumaſti in oratione populi tui. Oſeæ 8. Vſquequo non poterunt impunitas, id eſt non diu poterit abeſſe impunitas. Et ſemel præponitur ei אַחֲרֵי & poſtponitur עוֹד. Iere. 13. Poſtquam adhuc es immunda.

891 מָתְנַיִם

Lumbi, nomẽ dualis numeri, quia homini ſunt duo lũbi. Exo. 28. Fac tibi ſubligacula linea, ut operiat carnẽ nuditatis à lũbis uſq; ad fœmora. Deu. 33. Cruenta lumbos inſurgentiũ cõtra te. Prouer. 30. Pardus lumborum. Nah. 2. Corrobora lumbos. Et in diſtinctione ſententiæ מָתְנָיִם. Ezech. 47. Et traduxit me per aquas uſq; ad lumbos. Et in ſtatu regiminis מָתְנֵי. 1. Reg. 12. Paruus meus dẽſior eſt, ꝙ lumbi patris mei. Et in ſtatu affixorũ nihil uariat in primis uocibus. Gen. 37. Et poſuit ſaccum in lumbos ſuos. Exod. 12. Lumbi ueſtri accincti. Iob 40. Virtus eius eſt in lumbis ipſius. Pſal. 66. Poſuiſti ſtridorem in lumbis noſtris. Pſal. 69. Et lumbos eorum iugiter fac nutare. Prou. 31. Accingit in fortitudine lumbos ſuos. Ieſaiæ 21. Ideo pleni ſunt lumbi mei infirmitate.

892 מָתַק

Congruit ſignificatione cũ uerbis מָתַח מָתַח פָּצָה פָּשַׂק, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differãt. Nam ut alia apertionẽ, & aperiendo expanſionem ſignificant, ita hoc quoq; expanſionẽ ſignificat, ſeu effuſionẽ dulcis rei. Nã ut amara ſunt ſtiptica & conſtringẽtia, ita dulcia ſunt calida, aperitiua & laxantia: quare Latini reddiderunt uerbo dulcorãdi. Et opponitur uerbo מָרַר. Iob 24. Dulcuit ipſe uermi. & ca. 21. Et dulcuerũt ei limoſa torrẽtis. Exo. 15. Et dulcuerũt aquæ. Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ dulceſcunt. Participiũ præteritũ pluralis numeri, quod tamen nominaliter accipitur מְתוּקִים. Pſal. 19. Dulciora præ melle & ſtillantia fauorum. Et in genere fœminino מְתוּקָה. Eccleſ. 5. Dulcis ſomnus operanti.

In tertia coniugatione חִמְתִּיק. Iob 20. Cum dulceſceret in ore eius malũ: uel ſic, cum

cũ dulce faceret in ore ſuo malũ. Pſal. 55. Qui ſimul dulceſcere faciebamus ſecretũ.

INDE NOMINA:

מַמְתּוֹק Dulce, dulcedo. Iudic. 14. Et de forti egreſſa eſt dulcedo. & cap. 14. Quid dulcius melle? Prou. 27. Et animę eſurienti omne amarũ dulce. Ieſa. 5. Ponentium amarum in dulce, & dulce in amarũ. Eccl. 11. Dulcis eſt lux, & bonum oculis uidere ſolem.

מֶתֶק Dulcedo. Prou. 27. At dulcedo ſodalis ſui, eſt ſupra conſilium animæ.

מֹתֶק Dulcedo. Legitur cum affixo, uerſo holem in hatephcametz. Iudic. 9. Num relinquam dulcedinem meam, &c.

מַמְתַקִּים Nomen pluralis numeri tantùm, dulcia. Nehe. 8. Comedite pinguia, & bibite dulcia. Cantic. 5. Palatus eius dulcedines, & uniuerſus ipſe appetitiones.

## נ    Pſal. 109.

נֵר לְרַגְלִי דְבָרֶךָ יְהוָה וְאוֹר לִנְתִיבָתִי׃

893 נָא Similiter motũ animi ſignificat, quo deſideriũ cordis noſtri indicamus erga ſuperiorẽ, eum ut flectamus, ut אָנָּא. Et utrũq; eſt obſecrãtis. Gen. 18. Ne obſecro iraſcaẽ ſuſtentator meus. Num. 12. Ne obſecro ponas ſuper nos erratũ. Et iterũ: Deus obſecro, ſana obſecro eã. Pſ. 7. Diminuaẽ obſecro malũ improborũ. Pſ. 118. Obſecro Iehoua, ſalua obſecro, obſecro Iehoua, ꝓſperè age obſecro. Ex iſto loco perſpicuũ eſt eiuſdẽ eſſe ſignificationis נָא & אָנָּא, & differre tantùm poſitione, nẽpe ꝙ אָנָּא ſit prępoſitiua, at נָא poſtpoſitiua. Deinde interdũ eſt adhortãtis, quãdo ſcilicet nõ eſt inferioris ad ſuperiorẽ, ſed uel ad ſemetipſum, uel ad alium æqualẽ, ad aliquid operis faciendũ. Gen. 18. Ecce euge cœpi loqui. Cant. 3. Surgam euge & circuibo in ciuitate. Exod. 11. Loquere euge ad aures populi.

894 נֹא Nomẽ ꝓpriũ urbis Ægypti, quã Chaldęus paraphraſtes, deinde Hieronymus & poſt eũ omnes ferè doctores ſenſerũt eſſe Alexandriã, quę tamẽ non ita uetuſta eſt: quare potius uel Mẽphis eſt, uel Syene. Arbitror ego fuiſſe Thebas quæ uetuſtiſſimũ fuit emporiũ ad mare & Nilum ſitũ, celebre à centũ portis, quas habuiſſe diciẽ. Ier. 46. Ecce ego uiſitãdo uenio ad adminiſtratorẽ ex No, & ſup Pharaonẽ, & ſuper Ægyptũ. Nahum 3. Num melius habebis, ꝙ̃ No adminiſtratoris, quę habitat in riuis aquarũ undiq; illi, cuius munitio, mare, à mari murus eius, &c.

895 נָאַם Certũ dixit, certò affirmauit ſeu aſſeruit, ait. Iere. 23. Ecce ego aduerſor illis prophetis, ait Iehoua, qui linguam ſuam uſurpantes & aiunt, ait.

INDE VOX,

נְאֻם Quã aliqui nomẽ eſſe perhibẽt ad formã זְבוּל, alij tamen cẽſent eſſe participium præteriti tẽporis, ego autumo nomẽ eſſe participiale, Sermo certus, dictũ indubitatũ, ſermo fidelis, ſermo fide & acceptione dignus: quãquã Chaldęa trãslatio uerbaliter per אֲמַר reddiderit. Et quia Latina lingua ita cogit, Hieronymus & alij etiã uerbaliter uerbo Dixit, trãſtulerũt, etſi non ſimpliciter ſignificet Dixit, ſed potiùs certũ ſeu uerũ dixit, certũ aſſeruit ſeu aſſeuerauit, certò affirmauit, certò ꝓmiſit. Et nõ niſi deo attribuiẽ, qui ſolus uerax eſt, & ueritatẽ loquiẽ, q cũ neq; mẽtiẽ neq; fallit (ſicut Christus patri ſuo dicit, Sermo tuus eſt ueritas) indubitata fide amplectẽdũ eſt qcquid ꝓmittit & loquiẽ. Gen. 22. Per memetipſum iuraui, ait Iehoua, qa feciſti hoc, nec peperciſti filio tuo, unico tuo, ꝙ benedicturus ſim te. Ezech. 33. Viuo ego ait Suſtẽtator Iehoua, nequaquã cõplacẽtiã habeo in morte improbi. Pſ. 110. Ait Iehoua ſuſtẽtatori meo, ſede ad dexterã meã. Poſtea etiã prophetis & Apoſtolis immediatè à Deo uocatis adſcribiẽ, q, ut Petrus 2. Epiſt. 1. teſtaẽ, nõ humana uoluntate, ſed à ſpũ ſancto impulſi loquuti ſunt ſancti dei homines, & de qb. filius dei dicit: Qui uos audit, me audit, neq; errare poſſũt. Nu. 24. Et factus eſt ſpũs dei ſup eũ, & aſſumpſit ſententiã ſuã, & dixit: Ait Bileã filius Peor, & ait uir, cuius ocu

ſi clauſi erant, Ait auditor eloquiorū Dei,&c.2.Sam.23. Hęc ſunt uerba poſtrema Dauidis: Ait Dauid filius Iſai, & ait uir fundatus ſuper Meſſia. Pſal.36. Sermo certus de tranſgreſſione improbi in corde meo: Non eſt timor dei coram oculis eius. Prouer. 30. Verba Agur filij Iacke doctrina. Sermo certus uiri Ieiſielis, Ieiſielis inquā,& Vehelis. Iere.23. Ecce ego aduerſor prophetis, ait Iehoua, qui linguā ſuam uſurpantes, certò affirmant, ſermo certus. Hāc uocem Paulus Apoſtolus reddidit πιστὸς ὁ λόγος, 1.Timoth.3. Certus ſermo, ſi quis epiſcopi munus appetit honeſtū opus deſiderat. Item 2.Timoth.2. Certus ſermo, quòd ſi cōmorimur cum Chriſto,& conuiuemus: ſi ſufferimus,& conregnabimus,&c. Et iterum longiore periphraſi uocis huius ſignificationē ſatagit exprimere, cùm 1.Timot.1. ſic ſcribit: Certus ſermo,& dignus quem modis omnibus amplectamur, quòd Chriſtus uenit in mundum, ut peccatores ſaluos faceret, quorū primus ſum ego,&c. Item ad Titū cap.3. At poſtquā bonitas, & erga homines amor apparuit ſeruatoris noſtri Dei, non ex operibus, quæ ſunt in iuſtitia, quæ faciebamus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiā, ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti, quē effudit in nos opulentè per Ieſum Chriſtū ſeruatorē noſtrū, ut iuſtificati illius gratia, hęredes efficeremur iuxta ſpem uitæ æternæ, CERTVS SERMO.

Et obſeruandum eſt, quòd perinde ut Hebręi uocem נאם, ita Paulus hęc uerba πιστὸς ὁ λόγος, uel pręmittit, dicturus rem certā & indubitatā, uel ſubijcit uelut aſſeueratione cōfirmans, quod dixit. Præterea & hoc Theologum cumprimis ſcire refert, quid in ſcriptura credendi ſeu fidei uox propriè ſignificet, quod equidē nō poteſt, niſi harū duarū uocū נאם & הֶאֱמִין cognitione, quæ magna ex parte ex hac collatione ſumit. Nā ut uerbū נאם ſignificat certa & indubitata loqui, ueritatē dicere, id quod eſt ſolius Dei loquētis: mox prophetarū & Apoſtolorū certò uerbū dei loquentiū, quiq; à Deo immediatè uocati teſtimoniū habent, quòd errare non poſſunt, ita rurſum uerbum הֶאֱמִין propriè ſignificat fidem certò adhibere illi uerbo dei, credere, acquieſcere illi, alioqui non eſſet fides, ſed uel incerta opinio, ſiuè ſimplex noticia, uel uana ſuperſtitio, qualis eſt Iudęorū, Turcarū, Impiorū, Diabolorū, adeoq; omnium aliarum Gentiū. Igitur ut נאם ſignificat certū ſermonē Dei, uerbum dei indubitatum: ita אֱמוּנָה fidei uocabulum ſignificat nō niſi uerbo Dei aſſentiri,& fide ſibi applicare quæ in uerbo dei, & promiſſionibus proponuntur. Et extra uerbum dei non eſſe fidem, ſed uanam ſuperſtitionē, qualis eſt Iudæorum & Turcarum,& omnium impiorum, qui ſibi alium deum, alios cultus, aliam religionem, alias deniq; ceremonias comminiſcuntur, quàm ut in uerbo dei præſcripta,& patefacta ſunt. Nam hæc duo uerba correlatiuè ſe habent, & æquali modo ſignificandi ſeſe mutuò reſpiciunt, ſicut & nun litera in illis correlatiuè ſe habet in altero initialis, in altero finalis exiſtens. Et ut prius eſt uerum dicentis, ita alterum eſt certò credentis,& fide indubitata apprehendentis,& ſibi applicantis.

896 נאף Propriè, agitauit, ſubagitauit, mouit illicito motu, & ſubagitatione uiri extra coniugiū. Græcè uerſum eſt uerbo μοιχεύω, Latinè mœchatus eſt, adulterauit. Congruit ſignificatione cum uerbo זנה, niſi quòd modo tantùm ſignificādi ab eo uariet. Et regit poſt ſe accuſatiuum mediante articulo אֶת, teſtāte etiam Matthæo Euangeliſta, qui quoq; articulum accuſatiuū appoſuit. Leuit.20. Et erit qui adulterabit uxorem uiri, qui, inquam, adulterabit uxorem ſodalis ſui. Legitur tamen ſæpe abſolutè,& neutraliter. Exod.20. & Deut.5. Non cōmittes adulterium. Iere.23. Adulterādo & ambulando in falſitate. Ezech.5. Et ſaturaui eos, & adulterium commiſerunt. Oſeæ 4. Et furando & adulterium committēdo. Inſuper figuratè de ſpirituali agitatione ſeu adulterio dicitur. Ezech.3. Et adulterauit lapidem, &c.

Participium præſens, quod nominaliter accipit̃ נֹאֵף. Iob 24. Et oculus adulteri cuſtodit crepuſculū. Leu.20. Moriēdo morieт̃ adulter,& adultera. ubi ſimul legit̃ fœmininū נֹאֶפֶת, cuius plurale eſt נֹאֲפוֹת. Ezech.16. Iudicabo te iudicijs adulterarū.

In ſecunda cōiugatione נִאֵף. Ezech.23. Quia adulteriū cōmiſerunt, & ſanguis eſt in manu earum,& ſordes earū adulterauerūt. Iere.3. Adulteriū cōmiſit rebellis

Iſrael

Iſrael.cap.29.Et adulterauerunt uxores proximorũ ſuorũ.Oſeę 4. Et ſpõſæ ueſtrę adulteria cõmittent. Participiũ præſens מְנָאֵף. Ieſa. 57. Semẽ adulterãs. Et pluraliter מְנָאֲפִים. Pſal.50. Et cũ adulteris pars tua. Iere. 23. Et adulteris plena eſt terra. Et in genere fœminino מְנָאָפֶת. Prouer.30.Sic eſt uia mulieris adulteræ.

INDE NOMINA:

נִאֻפִים Adulteria.Ezech.23.Et dixi ad inueteratam adulterijs. Ierem. 13.Adulteria tua, & hinnitus tuos.

נַאֲפוּפִים Adulteria.Oſeæ 2.Remoue adulteria tua ẽ medio uberum tuorum.

897 נאץ Cõtumelijs,conuicijs,uerbis maledicis inceſſit,ſeu inſectatus eſt, inuexit,ſnuo lauit in aliquẽ ardore animi.Cõgruit ſignificatione cum uerbis אוּץ אָלַץ בּוּץ יָצָא, לוּץ בָּזָא בָּזָה, niſi quòd modo ſignificãdi inter ſe uarient. Et eſt contrariũ uerbo בֵּרֵךְ. Pſal.107.Et conſilium Altiſſimi inceſſerũt. Prou. 5. Quare odit caſtigationẽ, & correptionẽ inſectatum eſt cor meũ.Iere.33.Et populum meum inceſſant,quaſi nõ ſit amplius gens corã ipſis.Thren.2. Et inceſſit in indignatione iræ ſuæ regẽ & ſacerdotẽ. Et ſi de deo dicit̃,tũ ſignificat irritari,prouocari,cõcitari,ſ. cõtumelijs ad pœnã.Deut.32.Et uidit Iehoua & laceſſitus eſt.Ier.14.Ne laceſſeris propter nomẽ tuũ. In ſecũda cõiugatione נִאֵץ auget ſignificationẽ.Nu.14.Et dixit Iehoua ad Moſen,uſq; quo inceſſit me populus iſte,& quãdiu nõ credis mihi.2. Sa.12. Inceſſendo inceſſere feciſti inimicos Iehoua. Pſal.10. Auarus quando benedixit, inceſſit ipſum Iehoua: uel ſic,Auarus nũc benedicit, nũc inſectat̃ ipſum Iehoua. Et mox iterũ:Quare inceſſet improbus deũ,dicẽs in corde ſuo,ꝙ hęc tu nõ requiras. Pſal.74. Quouſq; deus cõuiciabit̃ hoſtis,inceſſet inimicus, nomẽ tuũ uſqueadeo. Ieſa.1.Inceſſerunt deum Iſrael.& cap.5.Et eloquium ſancti Iſrael inceſſerunt.

Participium præſens,ſeu nomẽ participiale מְנַאֵץ. Num.14.Et omnes maledici in me,nõ uidebunt eam.Ieſ. 60. Et proſternentur ad plantas pedum tuorũ omnes inſectatores tui.Iere.23.Dicunt illis inſectatoribus meis,loquutus eſt Iehoua.

In quarta coniugatione legitur participiũ מִנֹּאָץ irregulare,pro מְנֹאָץ. Ieſa. 22. Et iugiter tota die nomẽ meũ inceſſitur. Paulus apoſtolus ita reddidit Rom.2. Nam nomen dei propter uos βλασφημεῖται, id eſt, blaſphematur. Et in altera ſua Epiſtola cap.2.Petrus,Per quos uia ueritatis βλασφημηθήσεται,inceſſetur.

INDE NOMEN,

נְאָצָה Laceſſio,inſectatio,blaſphemia.2.Reg.19.& Ieſ.37. Dies anguſtiæ increpationis, inſectationis dies iſte. Et pluraliter נֶאָצוֹת. Nehe.9.Et fecerũt inſectationes magnas. Item in forma נָאָצוֹת. Ezech.35.Audiui omnes inſectationes tuas.

898 נאק Gemuit,gemibundam uocem edidit: cõgruit ſignificatione cũ uerbis אָנַח אָנַק, חָנַן קָנָא קָנַן, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uariẽt.Ezech.30. Et gemet gemitibus uulnerati coram ipſo.Iob 24.Vt ex ciuitate uiri gement.

INDE NOMEN,

נְאָקָה Gemitus. Et in ſtatu regiminis נַאֲקַת. Exo.6.Atq; ego audiui gemitum filiorum Iſrael. Et cum affixo.Exo.2.Et audiuit deus gemitum eorum. Et pluraliter in ſtatu regiminis נַאֲקוֹת. Ezech.30.Et gemet gemitibus uulnerati.

899 נאר Diſcerpſit,dilacerauit,diſſoluẽdo abſtulit,attenuauit. Congruit ſignificatione cum uerbis אָרַר אָרָה אוּר מָרַר בָּרָה בּוּר & נִיר, niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe uarient.Thren.2. Repulit Iehoua altare ſuum, diſcerpſit ſanctuarium ſuum.Pſal.89.Dilacerasti pactum ſerui tui.

900 נבב Legit̃ ex eo tm̃ participiũ præter. tẽporis, ſeu nomẽ participiale,uacuus. Eſtq; cõtrarię ſignificationis cũ אָב אָבִיב נוּב & יָבַב,quę fœcũditatẽ ſignificãt.Iob 11. Vir uacuus cordabit̃.Ier.52.Et denſitas eius quatuor erat digitorũ uacua. Et in ſtatu regiminis נְבוּב. Exo.27.Vacuũ tabularũ fecit illud, i.ut eſſent tabulæ uacuæ.

נָבָא Vide in themate בוא.

901 נבח Allatrauit:& uidetur habere cognationem cum uerbo יָבַח & נבה, quæ ſignificant coràm arguere ſeu increpare:nam allatratus,canum eſt increpatio. Legitur ſemel Ieſaiæ 56.Canes muti,qui non poſſunt latrare.

Quidam

902 נבט

Quidam arbitrant̃ eſſe paſſiuum primę cõiugationis, ut ſunt multa uerba, quæ in uoce paſſiua ſignificationem habent actiuã. Alij uerò uerbum eſſe actiuum ſecundæ coniugationis cenſent. Et ſignificat luſtrationẽ oculorũ cũ geſtu, aſpicere, reſpicere, proſpicere, circũſpicere, ſecundũ quod cũ præpoſitione ſeu aduerbio conſtruitur, idq; ex circũſtantia loci accipi poteſt. Legitur autẽ in hac forma tantùm ſemel Ieſa.5. Et reſpiciet in terram, & ecce obſcuritas anguſtiæ.

In tertia coniugatione tantùm eſt uſitatum הִבִּיט, & uariè conſtruitur.

Primò ſæpe conſtruit̃ cũ uerbo ſequẽte רָאָה, & ex hac cõſtructione eius ſignificatio propria intelligi poteſt. 1.Sam.17. Cum circũſpexiſſet Philiſtęus & uidiſſet Dauidẽ. 2.Reg.3. Niſi faciẽ Ioſaphat regis Iehuda reuererer, nõ aſpicerẽ te, neq; uiderẽ te. 1.Paral.21. Et cum ueniſſet ad Ornan, reſpexit Ornan, & uidit Dauidẽ. Iob 35. Circũſpice cœlũ & uide. Pſal.22. Ipſi reſpiciẽtes, uidebãt in me. Pſal.8. Proſpice è cœlo, & uide. Pſal.91. Vtiq; oculis tuis aſpicies, & retributionẽ improborũ uidebis. Pſal.142. Reſpice ad dexterã, & uide. Ieſ.42. Surdi audite, & cęci reſpicite ut uideatis. Thre.1. Circũſpicite, & uidete, ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Quandoq; tamen præponitur ei uerbum רָאָה, & tum ad animi conſiderationẽ refertur. Pſal.84. Scutum noſtrum uide deus, reſpice faciem uncti tui, id eſt cõſidera. Thren.1. Vide Iehoua, & reſpice, quoniã uilis facta ſum. Habakuk 1. Videte inter gẽtes & aſpicite, id eſt, cõſiderate. Secundò, aliquãdo cum lamed præpoſitione, quæ ualet אֶל. Iob 28. Ipſe enim reſpicit ad extremitates terræ. Pſal.74. Reſpice ad pactum.

Tertiò, cum אֶל. Exo.3. Et timuit reſpicere ad Deũ. Num.21. Et factũ eſt cũ momordiſſet ſerpẽs aliquẽ, & reſpiceret ad ſerpentẽ æreũ, tum ſanabat̃. 1.Sam.16. Ne reſpicias ad formã eius. Pſal.102. Iehoua è cœlis proſpexit ad terrã. Ieſaiæ 22. Et nõ reſpexiſtis ad factorẽ eius. Zach.12. Et reſpiciẽt ad me quẽ trãsfixerũt. Et Maria mater Domini haud dubiè uſa eſt hoc uerbo, cùm Luc.1. ait: Et reſpexit ad humilitatem ancillæ ſuæ. Quartò, cum nomine in accuſatiuo poſito, ſine tamẽ articulo אֶת. Num.12. Et uiſione & nõ ænigmatibus, aut ſimilitudine Iehoua aſpiciet. & cap.23. Nõ reſpexit iniquitatẽ in Iacob. 1.Sam.2. Et adſpicies aduerſarium habitaculi. 1.Reg.18. Aſcẽde obſecro, reſpice uiam maris, & aſcẽdit & aſpexit, dixitq;, non eſt quicquã. Quintò, cum beth eadem phraſi, qua uerbũ רָאָה conſtruitur, & ſignificat cũ uoluptate aſpicere, capere uoluptatẽ ex aſpectu. Pſ.92. Et aſpiciet oculus meus in obſeruatores meos. Sextò, cum mem motũ de loco importãte, & tum uertẽdũ erit uerbo proſpiciẽdi. Pſal.33. & Pſal.102. Iehoua è cœlis proſpexit, &c. Septimò, cum he aduerbio motũ ad locũ denotante. Gen.15. Suſpice nũc in cœlũ, & numera ſtellas. Octauò, cũ אַחֲרֵי. Gen.19. Ne reſpicias poſt te. Exo.33. Et reſpiciebãt poſt Moſen, donec ingrederetur tabernaculũ.

Participium pręſens מַבִּיט. Pſal.104. Qui cum aſpicit in terrã, mox cõtremiſcit.

INDE NOMEN,

מַבָּט Reſpectus animi & oculorũ, quẽ quis cũ fiducia habet ad perſonã, ſeu rẽ aliquã, ut ab ea adiuuet̃. Hieronymus, q; uel ſignificatione nõ multũ abludat, uel literarũ fortè ſimilitudine deceptus, ſpes trãſtulit, quaſi eſſet מִבְטָח. Ieſ.20. Et cõſternati pudefient ab Æthiopia reſpectu ſuo, & ab Ægypto gloriatione ſua. Et mox iterũ: Et dicet habitator inſulæ huius in die illa, Hiccine reſpectus noſter, qui confugimus eò pro auxilio? Legitur etiã ſemel מֶבָּט Zach.9. Et Gaza dolebit uehemẽter, & Ekron: quoniam pudefactus eſt reſpectus eius, & ablatus eſt rex ab Gaza.

903 נבל

Deſtitutũ eſt humido naturali, emarcuit, flacceſcebat, clanguit, deſipuit, deſijt eſſe humidũ & ſanũ, ſapidũ, uiuũ, uegetũ, corruptioni factũ eſt obnoxiũ, excidit ſua cõditione ſeu ſtatu, in quo erat meliore. Et ut litera, ita modo tantũ ſignificandi differt à uerbo נָפַל, & contrariæ eſt ſignificationis cũ uerbo יָבַל. Ieſ.40. Aruit fœnũ, emarcuit flos, uerbũ autẽ Dei cõſiſtit perpetuò. & cap.24. Emarcuit terra, exciſus eſt, & emarcuit orbis. ubi uſus eſt paronomaſia ſeu uocum alluſione. ca.34. Omnis exercitus eorũ marceſcet, ſicut marceſcit foliũ. Pſ.1. Et foliũ eius nõ marceſcet. Pſ.37. Et ſicut uiror herbæ marceſcẽt. Iob 14. Et quidẽ mõs cadẽs emarceſcet

ceſcet. De homine. Exo. 18. Marceſcẽdo marceſces, & tu & populus iſte: uel ſic, Langueſcendo langueſces. Pſal. 18. & 2. Paral. 22. Filij hypocritę elangueſcẽt. Prouerb 30. Si deſipuiſti cum extolleres te.

Participium præſens נָבֵל. Ieſa. 24. Et flos marceſcens ſeu marcidus. Et generis fœminini נֹבֶלֶת. Ieſ. 1. Et eritis ſicut quercus, cuius folium eſt marcidũ. & cap. 38. Et totus exercitus eorũ marcidus, ſicut marceſcit de ficu, id eſt, ſicut folium marcidum cadens de ficu. Ioãnes alludens ad hũc locũ ita reddidit: Sicut ficus abijcit groſſos ſuos, cùm à uento mouetur.

In uoce paſſiua ſemel legitur Ieſ. 64. Et emarcuimus, ſicut folium nos uniuerſi. ubi litera nun cum uoce ſua characteriſtica futuri abiecta eſt euphoniæ cauſa, uel certè eſt tertiæ coniugationis à forma בּוֹל.

In ſecunda coniugatione נִבֵּל, infatuauit aliquem, pro fatuo habuit, cõtumelia affecit. Deut. 32. Et abiecit Deum, & contumelia affecit petram ſalutis ſuæ. Ierem. 14. Neq; cõtumelia afficias thronũ gloriæ tuę. Nahũ 3. Et contumelia afficiam te.

Participium præſens מְנַבֵּל. Mich. 7. Filius contumelia afficit patrem, filia inſurgit contra matrem ſuam.

INDE NOMINA:

נָבָל Fatuus, inſipiẽs, inſipidus, inſulſus, carẽs & deſtitutus ratiõe, cerebro, uigore ingenij, acredine, ſapore, uirtute, intellectu, ſapientia ſiue humana, ſiue ſpirituali, quiq; aliquid loquit̃, ſeu facit uitio aut morbo quodã deprauatus cõtra publicã honeſtatem, uel manifeſtũ uerbũ dei. Prou. 17. Nõ competit fatuo labiũ ſuperfluitatis. Et iterũ: Et nõ lętabit̃ pater fatui. Ieſ. 32. Non uocabit̃ amplius fatuus princeps. Deu. 32. Populus fatuus & nõ ſapiẽs. Et mox iterũ: In populo fatuo irritabo eos. Paulus citãs hoc dictũ Rom. 10. Græcè reddidit ἀσύνετος. 2. Sam. 3. Nũquid ut morit̃ fatuus, moritur Abner, id eſt, ignauus. Pſalm. 74. Et populus fatuus blaſphemauit nomen tuum. Pſal. 14. Dixit fatuus in corde ſuo, nõ eſt Deus. Eſt & nomẽ proprium uiri, mariti Abigail Carmelitæ, 1. Sam. 25. quod ipſa apud Dauidem ex eo appellatiuũ facit, & addit rationem nominis, quia, inquiẽs, ſtultitia eſt cum eo. Et quia nomen eſt cõtumelioſum, opinor eo uſum Chriſtum, cùm Matth. 5. ait: Qui dixerit proximo ſuo, fatue, &c. Et pluraliter נְבָלִים. Sam. 13. Quò enim ego trãſferam opprobriũ meum, & tu eris uelut unus fatuorum in Iſrael. Ezech. 13. Væ ſuper prophetas fatuos, qui ambulant poſt ſpiritũ ſuum. Et in genere fœminino נְבָלוֹת. Iob 2. Dixitq; ad eam, ut loquitur una fatuarum, ita loqueris.

נְבָלָה Fatuitas, inſipientia. Sic autem uocat ſcriptura factum contra publicam honeſtatem, uel contra mandatum dei, uel contra naturam, & ſimul illud factum ignominia, ſeu turpitudo comitatur. Iob 42. Vt nõ faciam uobiſcum ſecundũ fatuitatem.

De ſtupro uirgini illato. Gen. 34. Et diſplicuit ipſis uehementer, quòd fatuitatẽ feciſſet in Iſrael. Deut. 22. Quia fecit fatuitatẽ in Iſrael. Item de fornicatione, & adulterio. Iere. 29. Et fecerũt fatuitatem in Iſrael, & meretricati ſunt cum uxoribus ſodalium ſuorum. Item de inconceſſa libidine ratione ſanguinis. 2. Sam. 13. Noli mi frater, noli comprimere me, ne facias fatuitatẽ hanc. De furto anathematis. Ioſue 7. Et quia fecit fatuitatem in Iſrael.

נַבְלוּת Fatuitas, inſipientia. Oſeæ 2. Et nunc reuelabo fatuitatem eius coram oculis amatorum eius. ubi tamen propter affixum mutauit ſchurek in kybutz.

נְבֵלָה Corpus, ſcilicet fatuum, inſipiens, id eſt exanime, extinctum, deſtitutum anima & uitę munijs. Quidam morticinum uerterunt, alij cadauer, quanquam cadauer Latinis à cadendo deriuatum & dictum ſit, quod tamen hoc thema propriè, ut ſuprà diximus, non ſignificat. Eſt autẽ hoc primum ſcitu dignum, quòd tam de animalium brutorum, quàm hominum corporibus dicatur. Deinde, quòd ſi de animalium mundorum, & lege ad ueſcendum conceſſorum dicitur, quæ tamen lex uetat, ne aut tangantur, aut edantur, de illis corporibus intelligi debeat, quæ uel morbo, uel alia læſione extincta ſunt, & non de his, quæ uel Deo offerenda erant, uel alioqui edebantur. Deuteron. 14. Ne comedatis omne cadauer.

Leuit.

Leuit. 7. Vel adeps cadaueris. & cap. 22. Cadauer, aut laceratum non comedet. In ſtatu regiminis נִבְלַת. Leuit. 5. Si anima tetigerit rem aliquã immundam, ſiue in cadauere beſtiæ immundæ, ſiue in cadauere iumenti immũdi, ſiue in cadauere reptilis immundi. Pſal. 79. Dederunt cadauer ſeruorum tuorum uolatili in eſcam, &c.

Sic in ſtatu affixorum, niſi quòd pathah mutetur in cametz. Leuit. 11. Et cadauer illorum non tangetis de immundis animalibus. Et hominis corpore mortuo. Deuter. 21. Non manebit per noctem cadauer eius ſuper ligno. & cap. 28. Et erit cadauer tuũ in eſcã omni uolucri. Ioſ. 8. Iuſſit Ioſua ut deponeret cadauer eius de ligno. Item Ieſaiæ 26. Viuent mortui tui, corpus meum reſurgẽt. Et nota hîc נְבֵלָתִי corpus meum nomen ſingularis numeri, ponitur collectiuè cum uerbo pluralis numeri, reſurgent: ſignificans primò, quòd omnia corpora credentium ſint unum corpus cum corpore Chriſti, & capitis Chriſti, & cum eo etiam ſint reſurrectura, quod & factum eſt iuxta hiſtoriam Mathæi Euangeliſtę cap. 27. Nam multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt, & egreſſi è monumentis poſt reſurrectionem Chriſti, uenerunt in ſanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis. Deinde quòd nomen nõ in ſimili forma hîc ſcribitur, qua alioqui in alijs omnibus ſcripturę locis in ſtatu regiminis legitur, haud dubiè ideo eſt factũ, ut Propheta ſignificaret, ꝙ hoc corpus Chriſti in ſepulchro non emarcuerit, ſeu (ut regius Propheta Dauid ait) uiderit corruptionem, ut alia omnium hominũ corpora, ſed ante putrefactionem ſurrexerit, atq; ita quies eius, ut alibi propheta dicit, fuerit glorioſa. Atq; hæc ſimul myſteria uoluit Propheta hoc nomine ſingularis numeri, & hac ſingulari punctorũ ratione ſignificare, ne quis exiſtimet temerè ſic ſcriptum, aut deprauatum eſſe à ſcribis.

נֵבֶל Vas ſiue coreaceum, ſiue teſtaceum, ſic dictum, quòd ſit uacuum, ſicut נָבָל fatuum ſignificat, eò quòd uacet ſapientia & uirtutibus. Poteris autẽ uertere utrem, ſi ex pellibus factum intelligitur: ſi uerò adiunctum habet nomen teſtæ, aut aliam uocem, ex qua figuli opus eſſe ex terra factum intelligis, & ſit cõtritioni facilè obnoxium, tum uel lagenam, uel urceum, uel amphoram, uel alio nomine uertere licebit: quanquam præſtaret habere in lingua Latina aliquod nomen, quo propriè exprimeretur uocabuli etymon, & ſignificatio. Chaldæus uertit גַּרְבָּא. 1. Samu. 1. Et laguncula uini. 1. Sam. 10. Portans lagunculam uini. Ieſa. 30. Et contritio eius ſicut contritio uaſis figulorũ. Iere. 13. Omnis lagena implebitur uino. quod tamen cum quinq; punctis eſt ſcriptũ. Et pluraliter in ſtatu regiminis נִבְלֵי. Thren. 4. Quomodo reputati ſunt uelut uaſa teſtæ, quæ facta ſunt manibus figuli. Iere. 49. Et uaſa eius euacuabunt, & lagunculas eorum confringent. 1. Sam. 25. Et duos utres uini. Iob 38. Et utres cœli quis faciet quieſcere. Vocat autẽ nubes cœli hoc nomine quæ aquas uelut utres continent & fundunt.

נֶבֶל Similiter cum ſex punctis ſcriptum, uas ſeu inſtrumẽtum muſicũ, habens formam utris ſeu lagenę, quocũq; nomine appellaueris, modò ſcias à uacuitate habere nomen. Suidas ſcribit Nabla organi eſſe ſpeciem, & alibi inquit: Pſalteriũ organum eſt muſicum, quod Naula etiam uocatur. Vnde quidam pro Pſalterio, aliqui pro lyra, nonnulli pro Choro, alij pro fiſtula utriculari interpretãtur. Ioſephus lib. Antiquit. 7. cap. 12. ſcribit כִּנּוֹר citharam decẽ habuiſſe chordas, & plectro percuti ſolitum, נֶבֶל uerò duodecim chordas, & tangi cõſueuiſſe digitis: unde ueriſimile eſt fuiſſe uas ſeu Inſtrumentũ noſtrę Cheli ſeu teſtudini non diſſimile. Pſal. 33. & 144. Celebrate Iehoua in Cithara, in Nabla, decachordo pſallite ei. Pſ. 51. Excitare Nabla, & cithara. Pſal. 71. Ego celebrabo te in inſtrumento Nabla. Pſal. 92. Super decachordo & ſuper Nabla. Ieſ. 5. Et erit Cithara & Nabla, & tympanum & tibia, & uinum in conuiuijs eorũ. Amos 5. Qui carpunt ſuper oſtio ſeu foramine Nablam.

Et pluraliter נְבָלִים. 2. Samuelis 6. In Citharis & in Nablis, & in tympanis. Ieſaiæ 22. A uaſis craterarum uſque ad uaſa Nablorum. Et cum affixis. Ieſaiæ 14. Abiecta eſt in infernum magnificentia tua cum ſonitu Nablorũ tuorum. Amos 5. Aufer à me ſonitum canticorũ tuorũ, & modulationẽ nablarum tuarũ non audiam.

Scatu-

904 נָבַע Scaturiuit, exundauit, emanauit, ut fontis aquæ ſcaturiũt, exundãt, & emanant. Et ut forma, ita modo tantùm ſignificãdi differt à uerbo נָבָא. Legitur autem in prima coniugatione tantùm participium præſens נֹבֵעַ. Prou.18. Torrens exundans, fons ſapientiæ.

In tertia coniugatione הִבִּיעַ, refertur ad talem eloquutionem, quæ inſtar ſcaturiginis in fonte, ex ore ſcaturit, & ſuperfluè emanat. Pſal.8. Dies ad diem eructat ſermonem. Pſa.59. Ecce eructant ore ſuo, gladij in ore ipſorum. Pſal.88. Eructabo ęnigmata ab iniquo. Prouer.1. Eructabo uobis ſpiritum meum. cap.15. Os ſtultorum eructat ſtultitiam. Et Eccl.10. de exhalante fœtore dicitur: Quemadmodũ muſca mortua putreſcere, & exhalare ſcilicet fœtorem facit unguentum pigmentarij, ita aliquid precioſum præ ſapientia & honore, ſtultitia modica.

INDE NOMEN,

מַבּוּעַ Scaturigo. Eccl.12. Cõfringitur cadus ſuper ſcaturigine. Et pluraliter in ſtatu regiminis מַבּוּעֵי. Ieſaiæ 35. Factum eſt torridum in ſtagnũ, & ſiccum in ſcaturiginem aquarum. & cap.49. Et iuxta ſcaturigines aquarum deducet eos.

905 נֶגֶב Meridies, ſeu pars cœli aut terræ meridionalis, quę feritur ardore ſolis. Videtur enim cognationẽ habere ſignificatione cum uerbis נָגַה & נָגַע. Gen.24. Et ipſe habitabat in terra meridiei. 1.Sam.27. Ad meridiem. Aſſumit aliquãdo in fine literam he motum ad locũ importantem נֶגְבָּה. Gen.13. Et ad meridiem. Dan.8. Et ad meridiem. Legitur tamen ſemel בַּנֶּגְבָּה Ioſue 15. Verſus meridiẽ. Vſurpatur tamen נֶגֶב interdum per metalepſin pro terra torrida, deſerta, & ſterili, propter nimios æſtus ſolis, ut eſt terra uerſus meridiem, quę caret aquis. Iudic.1. Quia terram meridiei dediſti mihi, des mihi ſcaturigines quoq; aquarum. Pſal.126. Conuerte Ie houa captiuitatem noſtram, ſicut fluctus in meridie. Ieſaiæ 21. Onus deſerti, maris, ſicut turbines in terram meridiei, id eſt, deſerti. Zach.7. Et meridiei & uallium habitator. Dicitur etiam pars illa meridionalis alio nomine תֵּימָן, eò quod terræ Iehuda meridies ſit uerſus dexteram ſita. Item דָּרוֹם ab altitudine.

906 נָגַד Non eſt uſitatum niſi in tertia cõiugatione הִגִּיד, & ſignificat aliquid uerbis adferre, coràm nunciare, annunciare, indicare, referre. Et ut uoce, ita ſignificatione magnam habet cum uerbo הִגִּישׁ cognationem: nam utrunq; aliquid adferre ſeu adducere ſignificat: illud ore ſermonem ſeu rem commiſſam, alterum perſonã ſeu rem aliam. Gen.3. Quis indicauit tibi quòd nudus eſſes. 1.Sam.10. Annunciando annunciauit nobis, quòd inuentæ eſſent aſinę, ſed cauſam regni non annunciauit. Iud.16. Et uidit Dalila, quòd indicaſſet ei totum cor ſuum. Et in Imperatiuo, infinitiuo, & futuro, interdum loco iod hirik habet zere, id eſt, tranſponit iod ad ſubſcriptum hirik. Ieſaiæ 58. Indica populo meo præuaricationem ipſorum. Iud.14. Si indicando indicaueritis illud. Porrò ſi ſequitur uel uirgula makaph, uel dictio enclitica, tum loco zere habet ſægol. 2.Sam.1. Annuncia obſecro mihi. Gene.44. Et indicauimus ei. Iudic.14. Et indicauit patri ſuo. Legitur tamen ſemel non de ſermone, ſed de geſtibus dici, & talibus quidem, qui tam certò rem coràm indicãt, ac ſi quis ore & ſermone ſignificaret, 2.Sam.19. Quia indicaſti hodie, quòd nõ ſint tibi curæ principes & ſerui.

Participium præſens מַגִּיד. Gene.41. Non eſt indicans mihi. Ieſaiæ 42. Et noua ego annuncio. Et pluraliter ſtatus regiminis מַגִּידֵי. Iudic.14. His qui indicauerant ænigma. Et in genere fœminino מַגֶּדֶת. Eſther 2. Non indicauerat Eſther cognationem ſuam.

In uoce paſſiua הֻגַּד. 1.Sam.23. Et ipſi Saul indicatum eſt. 1.Reg.18. Nónne indicatum fuit ſuſtentatori meo? Gen.22. Et indicatum eſt ipſi Abraham.

INDE NOMINA:

נֶגֶד Nomen, quod tamẽ ſemper prępoſitionis officium ſubit, ante, coram, pręſto, iuxta, prope. Gen.31. Non uiuat ille coram fratribus noſtris. 2.Reg.12. Coram uniuerſo Iſraele, & corã ſole. Et quando accipit affixa, ſeruat prius ſægol, alterum mutat in ſeua. Pſal.38. Coram te omne deſiderium meum, &c. Legitur tamen ſemel

cum he paragogico נֶגְדָּה. Pſal.116.Coram nunc omni populo eius. Et quãdo ab initio recipit lamed לְנֶגֶד, tum notat motum ad perſonã, quæ eſt coràm. 2.Reg. 1. Et incuruauit ſe ſuper genua ſua erga Heliam.Prou.21. Non eſt conſilium contra Iehoua.Pſal.18.Omnia iudicia eius erga me ſunt,id eſt,ob oculos poſita. At quãdo pręponitur ei litera mem מִנֶּגֶד, tum idem eſt quod מֵרָחוֹק, id eſt,procul,remotè, longè:& habet contrariam ſignificationem ipſi לְנֶגֶד, hoc eſt, notat motum à perſona,uel re alia. Ge.21.Et decedit ei procul.2.Reg.18.Et tu ſiſtes te procul.Pſal.38. Amici mei & ſodales mei longè à plaga mea ſiſtebant ſe. 2.Reg.2. Et ſiſterunt ſe procul,procul. Semel tamen ab initio ſuſcipit caph,ut כְּנֶגְדּוֹ, quaſi coram ipſo. Gen.2. Faciam ei adiutorium,quaſi coram ipſo:uel ſic, quod coram ipſo. Et nõ eſt intelligendum de ſubiectione, ſed cohabitatione, quòd mulier coram marito ſuo ſemper, & indiuidua conſuetudine uiuat.

נָגִיד Dicitur is, qui præſtat populo ſeu uulgo in rebus tam politicis, quàm Eccleſiaſticis, princeps, dux, præſul, antiſtes. Vulgaris editio aliàs ducem, aliàs principem uertit.2.Samuelis 7. Et ungas eum ducem ſuper populum meum. Prouerbior. 28. Vbi eſt dux defectum patiens prudentiarum, ſtatim multiplicat iniurias. Iere.22. Audiuit Paſſur filius Immer, qui erat antiſtes in domo Iehoua, Ieremiam prophetantem uerba iſta. Et in ſtatu regiminis נְגִיד. 2.Reg.20. Et dices ad Hiskijahu ducem populi mei. Ezech.28. Et dices ad ducem Tyri. Et pluraliter נְגִידִים. Iob 25. Vox ducum occultabatur.Pſalm.76. Ipſe cohibet ſpiritum ducum. Et transfertur ſemel ad res præſtantes,Prouer.8. Audite,quoniam præſtantia loquar,id eſt non uulgaria.

907 נָגַהּ Iſta uox perpetuò retinet punctulũ in litera finali,qui Hebræis dicitur mappik. Oſtendit autem eſſe pronunciandum,deinde quod inter cõiugandũ, & in aliꝫs deriuatis non abijciatur. Arbitror aũt modo tantùm ſignificandi differre à uerbis נָגַן & נָגָה נָגַהּ, & ſignificare uerbaliter in prima coniugatione mouere,promouere ſplendorem ſeu fulgorem, ſeu lucem,emicare,extendere ſplendorẽ: & tantùm dicitur de ſplendore lucis.Nos uno uerbo ſplendendi uertere poſſumus. Et conſtruitur cum præpoſitione עַל. Iob 22.Et ſuper uiam tuam ſplenduit lux.Ieſ.9. Lux ſplenduit ſuper eos. Iob 18.Et non ſplendebit ſcintilla ignis.

In tertia coniugatione הִגִּיהַּ. 2.Sam.22.Tu es lucerna mea Iehoua,& Iehoua illuminabit obſcuritatem meam.Ieſa.13.Et luna non emicare ſinet lumen ſuum.

INDE NOMINA:

נֹגַהּ Splendor,fulgor,emicantia.2.Sam.22.A ſplendore coram ipſo incenſi ſunt carbones ignis.2.Sam.23.A ſplendore,à pluuia, id eſt à ſplendore poſt pluuiam herba è terra.Ieſ.4.Et ſplendorem ignis,flammam noctu. Prou.18. Semita iuſtorum uelut lux ſplendoris. quanquam magiſtri Hebræorum cenſeant hoc loco poſitum pro Venere, ſeu Lucifero,ab excellentia ſplendoris. Et cum affixo mutat holem in hatephcametz.Ioel.2. Et ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.

נְגֹהוֹת Splendores. Ieſa.59. Expectantes ſuſpiciebamus ad lucem, & ecce obſcuritas, ad ſplendores,& in caligine ambulabamus.

908 נָגַח Modo tantùm ſignificandi à uerbo נוּחַ, neque etiam multùm differt à uerbo נָגַף, licet hoc aliquãto ſit generalius. Significat enim ferire cornibus, ut boues cornibus homines petunt,impetum in ipſos faciunt:conſtruiturque ſemper cum accuſatiuo mediante articulo אֶת, uel etiam abſque eo. Exod.21.Et ſi ferierit bos uirũ, uel mulierem & moritur.

In ſecunda coniugatione נִגַּח. Deu.33.Primogeniti bouis decor eius,& cornua unicornis cornua eius,cum ipſis populos feriet pariter uſque ad terminos terræ. 1. Reg.22.& 2.Paralip.10.Fecit ſibi Zidkijahu cornua ferrea, dixitque, cum iſtis feries Syros donec conſumpſeris eos.Pſal.44. In te aduerſarios noſtros feriemus. Ezec. 34.Et cornibus ueſtris feritis omnes infirmos.

Participium præſens מְנַגֵּחַ. Dan.8. Vidi hircum ferientem contra meridiem.

In quarta coniugatione יִתְנַגַּח. Dan.11.Et in tempore finali feriet cum eo rex.

INDE NOMEN,

נַגָּח Cornupeta, qui ferit cornibus. Exod. 21. Et ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius.

909 נגן Multis coniecturis adducor, ut credam ſignificatione parum abludere à uerbis נָגָה & נָגַח: nam ut prius de ſermone & ſtudio, poſterius de ſplendore, ita hoc de ſono ſeu ſymphonia dicitur: licet autem uertere, ſonare in inſtrumento muſico, excitare ſonũ, mouere chordas manu ſeu digitis ut ſonũ ſeu cõcentum edant.

Et in prima cõiugatione legitur tantùm participium præſens pluralis numeri, quod tamen nominaliter accipi poteſt נֹגְנִים, muſici, ludentes inſtrumentis. Pſal. 68. Præcedunt cantores, pòſt ludentes ſeu muſici inſtrumentales.

In ſecunda coniugatione נִגֵּן, mouit artificioſè inſtrumentum muſicum, luſit ingenioſè inſtrumento muſico, ſonauit inſtrumento. 1. Samuelis 16. Et quãdo fuerit ſuper te ſpiritus dei malus ut ludat manu ſua. Et mox iterum: Proſpicite mihi uirũ, qui bene ſciat ludere. Et iterum: Scientem ludere, ſeu gnarum ludendi. Pſal. 33. Bene ludite cum triumphatione. Ieſaiæ 23. Accipe citharam, & circuito ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita pulchrè ludendo. & cap. 38. Et inſtrumenta noſtra tractabimus cunctis diebus uitæ noſtræ.

Participium prꝫſens, ſeu nomen participiale מְנַגֵּן, ludens, ſonãs, muſicus inſtrumentalis. 1. Samuelis 18. Et Dauid ſonabat manu ſua. 2. Reg. 3. Afferte mihi ludentem, & cùm luderet ille ludens, facta eſt ſuper ipſum manus Iehoua. Eſt autẽ hoc ſcitu dignum, quòd ut מְנַגֵּן participium ſecundæ coniugationis aliquoties pro Infinitiuo ponitur præpoſita litera lamed, ita מְנַגֵּן ſimiliter pro Infinitiuo ſeu gerundio uſurpatur: ut 1. Sam. 16. Vt quærant uirum ſcientem ludere. ſicut & Chaldæus per Infinitiuum tranſtulit, & mox ſequitur Infinitiuus appoſitus huic uoci, Scientem ludere. Item mox iterum cum litera gerundiua: Proſpicite mihi uirũ, qui bonus ſit ad ludendum. ut non ſit dubium, quin participium in eo loco ſit uſurpatum pro Infinitiuo ſeu gerundio.

INDE NOMINA:

נְגִינָה Symphonia, concentus, harmonia, conſonantia. Iob 30. Et nunc muſica ipſorum factus ſum. Item נְגִינָה abſolutè ponitur. Pſal. 61. Ad triumphandum ſuper ſymphonia. Et cum affixis. Pſalm. 77. Recordor muſicæ meæ in nocte. Thren. 3: Factus ſum riſus toti populo meo, & muſica eorũ quotidie. & cap. 4. Seniores è porta defecerunt, iuuenes à muſica ſua. Et pluraliter נְגִינוֹת, pro inſtrumentis muſicalibus, & ſymphonijs. Pſal. 4. Ad triumphandum in ſymphonijs. Pſal. 69. Proferunt dicteria in me ſedentes in porta, & ſymphonias bibentes ſiceram. Habak. 3. Ad triumphandum in ſymphonijs meis.

מַנְגִּינָה Muſica, ſymphonia. Thren. 3. Ego ſum muſica ipſorum.

910 נגע Significat generaliter tangere, ſed per compoſita eius poteſt commodiùs exponi, ſecundum quod cum particulis conſtruitur. Et non multùm differt ſignificatione à uerbis נָגַשׁ & נָגַח נָגַע יָגַע: ſumitur autẽ tam in bonã partem, quàm malam.

Primò conſtruitur cum affixis. Gen. 26. Quemadmodum tetigimus te. Ruth 2. Vt non tangant te. Secundò cum præpoſitione עַל. Iudic. 20. Quia uidit quòd pertigerat ſuper eum malum. Ieſaiæ 6. Tetigit hic ſuper labia tua. Iere. 4. Qui tetigit ſuper cor tuum. Tertiò cum præpoſitione אֶל. Ieremiæ 51. Quia pertigit ad cœlum iudicium tuum. Geneſis 20. Non permiſi tibi ut attingeres ad eam. Haggei 2. Vt pertingant ora ſua ad panem. Iob 2. Et tange ad os eius. Quartò cum עַד. Mich. 1. Et pertigit uſq; ad portã populi mei. Iob 4. Pertinget uſq; ad te. Quintò cum aduerbio רִיק mediante articulo lamed datiui caſus. Ieſa. 65. Non attingent in uanum, neq; parient in præcipitantia. Alij tamen ſic interpretantur: Non laborant in uanum. ut ſit à יָגַע, quod tamen non eſt, quia uerbum יָגַע perfectè coniugatur, illud uerò non: deinde loquitur propheta de attrectatione coniugali, de quá coniuges norunt, Quam, inquit propheta, non fore ſterilem, aut infœcundam.

Sextò, ſæpiſſimè conſtruitur cum præpoſitione beth. Gen. 32. Et attigit in concauitatem fœmoris. 1. Sam. 10. Quos tetigerat deus in cordibus ipſorum. Pſal. 144. Tange in montes & fumigabunt. Iob 19. Quia manus dei tetigit in me. 1. Sam. 14. Et non addet amplius attingere in te. Ezech. 17. Cùm tetigerit in eam uentus anterior, marceſcet marceſcendo.

Participium præſens נֹגֵעַ. Num. 31. Omnis attingens in uulneratum. 1. Reg. 19. Tangens in eum. Et pluraliter נֹגְעִים. Iere. 12. Qui tangunt hæreditatem. Et in genere fœminino נֹגַעַת. 1. Reg. 6. Tangebat parietem ſecũdum. Num. 19. Et anima quæ tangit. Et pluraliter נֹגְעוֹת. 1. Reg. 6. Tangentes.

Participium præteritum נָגוּעַ, tactus, percuſſus. Ieſaię 53. Percuſſum dei. Pſal. 73. Percuſſus tota die.

In uoce paſſiua נִנְגַּע. Ioſ. 8. Et percuſſi ſunt Ioſua, & om̃is Iſrael ante eũ & fugerũt.

In ſecunda cõiugatione נִגַּע, deo attribuitur, & conſtruitur cum accuſatiuo mediante articulo אֵת, & ſignificationẽ intẽdit. Gen. 12. Et percuſſit Iehoua Pharaonem. 2. Reg. 15. Et percuſſit Iehoua regem.

In tertia coniugatione הִגִּיעַ, quãdo poſt ſe regit accuſatiuum nominis, ſiue pronominis, tum eſt tranſitiuum. Exod. 4. Et attingere fecit pedibus eius, id eſt, adhibuit ſeu applicauit. Leuit. 5. Et ſi non attingere faciet manus eius ſufficientiam pecudis. Ezech. 13. Et attingere faciam eum ad terram. Sed quando abſolutè ponitur extra regimen, tum eſt intranſitiuum. Ezech. 7. Aduenit tempus, attigit dies, ut emptor non lætetur. Ieſaiæ 6. Et pertigit ſuper os meum.

In uoce paſſiua יְנֻגָּע. Pſalm. 73. Et cum hominibus non percutientur, id eſt, plagis afficientur.

INDE NOMEN,

נֶגַע Maſculini generis, quod in malam partem quamlibet læſionem ſeu percuſſuram uel animi, uel corporis, uel alterius rei etiã inanimatæ ſignificat. Hieronymus plagæ uocabulo reddidit. Exo. 11. Adhuc plagam unam adducam ſuper Pharaonem. Leui. 13. Plaga lepræ cùm fuerit in homine. Et mox iterum: Et erit plaga flaua cap. 14. Velut plaga apparet mihi in domo. Deut. 17. Inter plagam & plagam. Pſal. 91. Et plaga nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Et in diſtinctione ſententię mutat ſægol in cametz נָגַע. Leuit. 13. Quum fuerit in eo plaga. Et in ſtatu affixorum mutat idem ſægol in hirik, & pathah in ſeua. Pſalm. 38. Procul à plaga mea ſtabunt. Pſal. 39. Amoue à me plagam tuam. Et pluraliter נְגָעִים. Gen. 12. Et percuſſit Iehoua Pharaonem plagis magnis. Et in ſtatu regiminis נִגְעֵי. 2. Sam. 7. Et in plagis filiorum hominum.

911 נגף

Significat quamlibet conſternationẽ, quæ fit cum impetu, & impulſione. Et cõgruit ſignificatione cum uerbo נָגַע, niſi ꝙ hoc ſępius ſignificet attingere leuiùs, & ſine impetu, & læſione rei tactæ: at נָגַף ſignificationem habeat uehemẽtiorem, ſicut & pe litera eſt uehemẽtior & ſpiritus impulſu effertur. Licebit autem uertere ſecundum eius rei proprietatem, de qua dicitur. 2. Paral. 13. Et deus conſternauit Ieroboam. & cap. 21. Conſternauit eum Iehoua in uiſceribus eius morbo abſq; ſanatione. Ieſaiæ 19. Et conſternauit Iehoua Ægyptum conſternãdo & ſanando. Exo. 21. Si contenderint uiri, & cõſternauerint mulierem grauidam, zu boden ſchlegt, vnd das ſie lagerhafft wird. Exod. 31. Et ſi conſternauerit bos uiri, bouẽ ſodalis ſui, & morietur. Iud. 20. Et conſternauit Iehoua Beniamin coram Iſraele. 1. Sam. 4. Quare conſternauit nos Iehoua coram Philiſtæis. 1. Sam. 25. Et conſternauit Iehoua Nabal, & mortuus eſt, lagerhafft machen. 2. Sam. 12. Et conſternauit Iehoua puerum, quem pepererat uxor Vriæ Dauidi, & òpprimebatur ægritudine. Pſalm. 88. Et oſores eius conſternabo. Pſal. 91. Super manibus portabunt te, ne cõſternes in lapidem pedem tuum. Prou. 3. Et pes tuus non conſternetur.

Participiũ præſens נֹגֵף. Exod. 8. Ecce etiam conſterno terminum tuum ranis. 2. Paral. 21. Ecce Iehoua conſternat ſtragem magnam in populo tuo.

In uoce paſſiua נִגַּף. 2. Sam. 10. Et uidit Syrius, quòd conſternatus eſſet coram

Iſraele

Iſraele.Num.14.Ne conſternamini corã inimicis ueſtris.Iud.20. Vtiq; conſternando cõſternabitur ipſe corã uobis.ubi Infinitiuus defectiuè & irregulariter נָגוֹף pro נָגֹף, poſitus eſt.1.Reg.8.Cum conſternatus fuerit populus tuus coram inimico.

Participium נִגָּף. Deut.28.Dabit te Iehoua conſternatum coram inimicis tuis. Iud.20.Vtiq; conſternando conſternatur corã nobis. Et pluraliter נִגָּפִים. Deut. 28.Dabit Iehoua inimicos tuos,qui inſurgunt contra me conſternatos coram te.

In quarta coniugatione יִתְנַגְּפוּ. Ierem.13.Priuſquàm conſternentur pedes ueſtri ſuper montibus crepuſculi.

INDE NOMINA:

נֶגֶף Conſternatio,ſtrages.Exod.12.Et non erit in uobis ſtrages ad interitum. Ioſue 22. Et facta eſt ſtrages in cœtu Iehoua.Ieſaiæ 8.Et erit in ſanctuarium,& in lapidẽ conſternationis,& in petram offenſionis. Et in diſtinctione ſententiæ נָגֶף.Num.14. Et cœpit ſtrages.

מַגֵּפָה Conſternatio,ſtrages. Et à נֶגֶף tantùm forma differt. Num.14. In ſtrage coram Iehoua.Num.17. Et ſtrages illa cohibita eſt. Num.25. Quæ percuſſa eſt in die ſtragis.1.Sam.4.Atque etiam ſtrages magna facta eſt in populo.Pſal.106. Et erupit in eis ſtrages.Ezech.24. Aufero à te deſiderium oculorum tuorum in ſtrage. Et in ſtatu regiminis מַגֵּפַת. Zachar.14. Et erit ſtrages equorum. Et pluraliter מַגֵּפוֹת.

912 Exod.9.Ego mitto omnes ſtrages meas ad cor tuum,i.intra ædes tuas.

נגר Attraxit: congruit ſignificatione cum uerbis אָסַר עוּר גָּרַר גָּרָה מָשַׁךְ, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Leuit.11. Etiamſi ſus diuidit ungulam,tamen non attrahit ad os,id eſt,non ruminat.Eſt enim ruminare attrahere cibum nondũm concoctum,& eum denuò maſticare.

In uoce paſſiua נִגַּר. Pſal.77.Plaga mea noctu tracta eſt,id eſt, defluxit. Thre.3. Oculus meus extractus eſt,& non ceſſauit.

Participium pluralis numeri נִגָּרִים. Sam.14.Et uelut aquæ tractę in terram,quę non colliguntur, id eſt, abſorptæ. Et in fœminino genere נִגָּרוֹת. Iob 20.Migrabit prouentus de domo eius, & contracta in die iræ eius, i. quæcunq; in horreum tracta ſeu uecta ſunt plauſtris.

In tertia coniugatione הִגִּיר actiuè. Micheæ 1.Et traham in uallem lapides eius. Ezech.35. Voluiſtis inimicitiã perpetuam,& traxiſtis filios ſuper acies gladij. Et neutraliter extra regimen. Pſalm.63. Et trahentur ſuper acies gladij,pars uulpium erunt.Iere.18.Et trahe eos ſuper acies gladij.Pſal.75.Et extrahere faciet ex eo.

Participium præteritum מֻגָּרִים. Micheæ 1.Sicut aquæ extractæ in præceps.

INDE NOMEN,

נָגַר Tractus,id eſt,riuus,unde trahitur flumen.Iob 28.Erupit flumen ex tractu.

913

נגשׁ Cum dextro puncto, acceſſit: & magnã habet cognationẽ ſignificatione cum uerbis מוּשׁ מָשַׁשׁ & גָּשַׁשׁ נָגַע נָגָה נָקַשׁ מָגַשׁ, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.Et ut nõ per omnia apud Latinos uerba illa duo, appropinquo & accedo ſunt ſynonyma,ita ſimiliter apud Hebræos ſe habent קָרַב & נָגַשׁ, quòd prius appropinquare,poſterius uerò accedere ſignificet. Et in uoce actiua uſitatum eſt tantùm in Imperatiuo, futuro, & Infinitiuo, quibus in uoce paſſiua caret: enimuero præteritum, & participium præſens mutuatur à uoce paſſiua. Conſtruitur autem quandoq; cum aduerbio הָלְאָה, huc. Geneſis 18.Accede huc. Interdum cum aduerbio הֵנָּה. Ioſue 3.Accedite huc.Gene.33. Et acceſſerunt ancillæ huc & nati eorum. ubi tamen per apocopen he legitur. Interdum conſtruitur cum lamed,id eſt,ad. Ierem.46.Et accedite ad bellum.Iudic.20.Non addam accedere ad bellum. Legitur tamen ſemel,ubi aliò accedere ſignificat,pro quo Latinus ſermo utitur uerbo cedo,quia nõ aliter fert.Ieſaię 49.Eſt anguſtus mihi locus, cede mihi,ut habitare queam. In tali ſignificandi modo uſurpatur etiam uerbum קָרַב, de quo ſuo in loco. Interdum conſtruitur cum אֶל. Geneſis 27.Et acceſſit Iacob ad Izhak. Exod.19. Ne accedite ad uxorem. Semel conſtruitur cum præ-

poſitione beth, Ieſaiæ 65. Ne accedas in me, id eſt, attingas in me.

In uoce paſſiua נִגַּשׁ, ſignificationem habet neutralem, & legitur tantùm in præterito & participio, quibus in uoce actiua caret. Cæterùm Imperatiuo, futuro, & Infinitiuo, quæ in uoce actiua habet, caret. Ge. 33. Poſtea acceſſit Ioſeph. 1. Reg. 20. Ecce propheta unus acceſſit ad Achab. Deut. 25. Accedet cognata eius. 2. Sam. 11. Cur acceſſiſtis ad urbem.

Participium pluralis numeri נִגָּשִׁים. Exod. 19. Etiam ſacerdotes, qui accedunt ad Iehoua, ſanctificabunt ſe.

In tertia coniugatione הִגִּישׁ, accedere fecit, id eſt, attulit, adduxit, ſcilicet perſonam, uel rem. Et ita differt à uerbo tertiæ coniugationis הִגִּיד, quòd illud de allatione rei, alterū de allatione ſermonis intelligi debeat, & ſimul coniunctim leguntur. Ieſaiæ 45. Annunciate & adducite. Gen. 48. Et adduxit illos ad eum. Exod. 21. Et accedere faciet eum herus ſuus ad iudices, id eſt, adducet. Amos 6. Sacrificia & oblationem adduxiſtis mihi. Iob 40. Et factor eius accedere faciet gladium ſuum, id eſt, admouebit ſeu applicabit gladium ſuum illi. Exod. 32. Et adduxerunt retributiones. Malachiæ 1. Si attuleritis cæcum. Amos 6. Et accedere molimini ſedem iniuriæ.

Participium pręſens מַגִּישׁ. Malachię 2. Et adferens oblationem ipſi Iehoua. Et pluraliter מַגִּישִׁים. 2. Regum 4. Ipſi adducebant ei. Et in regimine מַגִּישֵׁי. Mich. 3. Et erunt ipſi Iehoua adducentes munus in iuſtitia.

Participium præteritum מֻגָּשׁ. Malachiæ 1. Et in omni loco ſuffitus adfertur nomini meo.

In uoce paſſiua הֻגַּשׁ. 2. Sam. 3. Et pedes tui non in æra applicati.

In quarta coniugatione הִתְנַגָּשׁ. Ieſaiæ 45. Congregamini & uenite, accedite pariter.

914 נגשׂ

Cum ſiniſtro puncto, propriè adegit: congruit ſignificatione cum uerbo נָגַשׁ, differuntq; tantùm ſignificandi modo: nam ut נָגַשׁ neutraliter accedere ſignificat, ita hoc cum ſiniſtro, ſignificat actiuè adigere ad ſolutionem debiti, uel ad aliquid aliud operis faciendum, ſimulatq; uim quandam importat. Et reſpondet Latino uerbo exigere, quanquam uerbum adigendi Hebræo eſſet uicinius.

In nouo Teſtamento ſępe eſt uerſum uerbo Græco ἀγγαρεύω, quod uetus tranſlatio uerbo angario tranſtulit, & magis propriè Latino adigendi (id quod ſignificat) tranſtuliſſet. Sed primùm locos ueteris Teſtamenti uidebimus. 2. Reg. 23. Ab unoquoque ſecundum æſtimationem ſuam exegit argentum. Deut. 15. Non adiget ſodalem ſuum, ſcilicet ad ſolutionem. Ieſa. 58 Ecce in die ieiunij ueſtri quæritis quidlibet, & omnes labores ueſtrorū adigitis ſeu exigitis. Nunc noui Teſtamenti locos adducam, ubi Chriſtus & Euāgeliſtæ haud dubiè uſi ſunt, aut illud uerterunt. Matthæi 5. Quicunque te angariauerit ad milliarium unum, abito cum illo, duo. Item cap. 27. & Marci 15. Angariauerunt Simeonem quempiam ut tolleret crucem eius, id eſt, adegerunt. Sic & Chriſtum Ieſaias uaticinatur angariatum iri, ut infrà in uoce paſſiua uidebimus.

Participium præſens, quo etiam Hebræi nominaliter utuntur נֹגֵשׂ. Ieſaiæ 9. Virgam qua adigit cum ea. Iob 3. Non audiuerunt uocem adactoris. & cap. 39. Et oppreſſionem adactoris non audiet. Et interpoſita litera uau נוֹגֵשׂ. Dan. 11. Et ſtabit ſuper loco ſuo quæſtor, & exactor. Zachariæ 10. Ex ipſo egredietur omnis adactor pariter. Et pluraliter נֹגְשִׂים. Exo. 5. Et præcepit Pharao in illo die cum exactoribus in populo. Et in ſtatu regiminis נֹגְשֵׂי. Exod. 5. Et egreſſi ſunt exactores populi. In ſtatu affixorum nihil mutat, niſi poſtremam ſyllabā more participiorum. Exod. 3. Clamorem ipſorum audiui propter exactores eius. Ieſaiæ 3. Populi mei exactores puerilitas ſunt. & cap. 60. Et ponam præfecturam tui pacem, & adactores tui in iuſtitia.

In uoce paſſiua נִגַּשׂ. 1. Samuelis 13. Et uir Iſrael uidit, quoniam anguſtia ſibi: nam adactus erat populus, &c. Ieſaiæ 3. Et adigetur populus. & cap. 29. Eò quòd ada-

ctus

ctus eſt populus iſte, ore ſuo & labijs ſuis honorauerũt me, ſed cor ſuum remouerunt à me, id eſt, aus ſwang. & cap. 53. Adactus eſt & oppreſſus, & tamen non aperuit os ſuum.

INDE NOMEN,

נָגַשׂ Nomen participiale: de quo ſuprà in participio.

915 נדד
— ־ Generaliter ſignificat motum celerem, commotionem celerem, fugam, agitationem, nec poteſt uno uerbo reddi: congruit autem ſignificatione cum uerbis נוּד & נָדַח יָדַד, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Ieſa. 22. Omnes duces tui aufugerunt ſimul. & cap. 33. A uoce tumultus aufugerunt populi. Ierem. 4. Omnes aues cœli aufugerunt. Pſalm. 31. Videntes me aufugerunt à me. Eſther 6. In nocte illa ablatus eſt ſomnus regi, & iuſſit adferri librum. Ieſaię 10. Ablata eſt Madmena. Pſalm. 55. Ecce uolebam procul diſcedere aufugiendo. Nahum 3. Et erit, quicunque uiderit te, fugiet à te. Pſal. 68. Reges exercituum fugient fugient, & amœnitas domus diuidet, ſcilicet ſpolia. Eſt autem uerbum hoc non intelligendum de hoſtibus, quòd illi alios fugaturi ſint, ſed de regio exercitu Apoſtolorum & eccleſiæ, quòd illi celeriter pergent, & pergendo occupabunt multa lòca Euangelij propagatione. Et eſt uerbum Caſtrenſe hoc loco de exercitu dictum, qui felices ſucceſſus habet, & de loco in locum celeriter caſtra promouet, & hoſtem uincit, & translatum hîc ad Euangelij propagationem, quæ celeri motu ſeu curſu per Apoſtolos fieri debebat, ſicut certè factum & in omnem terram celeriter cucurrit regula ipſorum. Eſt igitur non paſſiuè intelligendum hoc uerbum hoc in lòco, ſed actiuè, quaſi dicas: Reges exercituum promouebunt promouebunt, &c.

Participium præſens cum uau נוֹדֵד, uel abſque uau נֹדֵד. Iob 15. Agitatur hinc inde pro pane. Prouerb. 27. Sic eſt uir migrans è loco ſuo. Ieſaiæ 10. Non fuit motor alæ. cap. 16. Et erit uelut auis uagabunda. Et ibidem iterum: Vagabundum ne prodas. Ieſaiæ 61. Pane ſuo præuenerunt profugum. Ierem. 49. Et non eſt qui colligat uagabundum. Et pluraliter נוֹדְדִים. Oſeæ 9. Et erunt uagi inter gentes.

Et in genere fœminino נוֹדֵדָה. Prouer. 27. Sicut auis aufugiens de nido ſuo: uel ſic, ſicut auis uaga à nido ſuo.

Participium præteritum נְדֻדִים, quod tamen nominaliter accipitur. Iob 7. Et ſatiabor commotionibus uſq; ad crepuſculum.

In tertia coniugatione uoce paſſiua יֻדַּד. Iob 20. Quaſi ſomnium auolabit, & non inuenient eum, ſcilicet hypocritam, & amouebitur, id eſt, euaneſcet ſicut uiſio noctis.

Participium præteritum מֻנָד. 2. Sam. 23. Sicut ſpina emota, id eſt, euulſa.

INDE NOMEN,

נִדָּח Vide in themate נָדַח.

916 נדב
— ־ Spontaneus, ultroneus, liberalis, munificus fuit in conferendo, uel ad ſacrificia & cultus, uel extra ſacrificia ad pios uſus, ſiue Deo ſiue hominibus: & includit ſimul quandam hilaritatem ſeu alacritatem, & quodammodo heroicam munificentiam & elargitionem: differtq; à uerbo נָדַר modo tantùm ſignificandi. Exod. 35. Omnis uir aut mulier, quorum ſpontaneum eſt cor eorum, eos conferendi pro cuncto ſupellectili. Et iterum: Et omnis quem ſpontaneũ fecit ſpiritus ſuus, ipſum contulerunt leuandam Iehoua. & cap. 25. Ab omni uiro cuius ſpontaneum fuerit cor illius, accipietis leuandam.

In quarta coniugatione הִתְנַדֵּב accipitur actiuè, ſi poſt ſe regit accuſatiuum: ſin uerò abſolutè ponitur, eſt neutrum. 1. Paralipo. 29. Ego in rectitudine cordis mei ſpontè contuli omnia iſta. Et mox iterum: Et ſpontaneos exhibuerunt ſe principes patrum, &c. Et iterum: Et lætatus eſt populus ſuper ſpontaneos conferre eos,

quia corde perfecto ſpontaneos ſe exhibuerunt ipſi Iehoua. Eſdræ 2. Spontaneos exhibuerunt ſe pro domo dei ut conſtituerent in loco ſuo.

Participium מִתְנַדֵּב, ſpontaneus, liberalis, munificus. 1. Paral. 29. Et quicunq; eſt liberalis, ut impleat manum ſuam hodie ipſi Iehoua. 2. Parali. 17. Qui ſpontaneum ſe præbuerat ipſi Iehoua. Eſdræ 3. Et pro omni munifico conferente ſpontaneam ipſi Iehoua. Et pluraliter מִתְנַדְּבִים. Iud. 5. Qui munifici ſunt in populo. Nehe. 11. Qui ſpontaneos ſe exhibuerunt ad habitandum in Ieruſalem.

INDE NOMINA:

נָדִיב Spontaneus, liberalis, munificus, beneficus, habens animum heroicum ad benefaciendum. Vocantur autem communiter magiſtratus & principes; qui à Deo excitati & multis heroicis uirtutibus ornati, ut in ſubditos ſe illis uirtutibus beneficos & liberales exhibeant. 1. Paral. 28. Cum omni munifico in ſapientia. Prou. 17. Non eſt decorum ſtulto labium excellentiæ, quantò minùs munifico labium falſitatis. & cap. 19. Multi anxiè expectant faciem magnifici. Et arbitror Paulum Apoſtolum uoluiſſe huius nominis exprimere ſignificationem 2. Corinth. 9. Hilarem datorem diligit Dominus. In ſtatu regiminis נְדִיב. Exod. 35. Quiſq; ſpontaneus in corde ſuo conferat eam. 2. Paralip. 29. Et omnis ſpontaneus corde holocauſta. Et pluraliter נְדִיבִים, hoc nomine dicuntur, ut paulò ſuperiùs dixi, principes, heroes, qui magnifica faciunt. 1. Samuelis 2. Erigit de puluere exhauſtum, de ſtercore releuat egenum, ut collocet eum cum magnificis. Iob 12. & Pſalm. 107. Effundens deſpectionem ſuper magnificos. Iob 34. Num dices regi Belial, improbus ad magnificos. Pſalm. 118. Melius eſt protectionem quærere in Iehoua, quàm confidere in magnificis. Pſalm. 113. Qui ſedere facit cum magnificis, cum magnificis populi ſui. Prou. 8. Per me principes principatus adminiſtrant, & magnifici ſunt omnes iudices terræ. Et Chriſtum credo uſum hac uoce Luc. 22. Reges gentiũ dominantur eis, & qui poteſtatem habent ſuper eas, εὐεργέται, id eſt, benefici uocantur. In ſtatu regiminis נְדִיבֵי. Num. 21. Foderũt eum magnifici populi. Pſal. 47. Magnifici populorum congregantur populo Dei Abraham. Pſal. 83. Pones eos magnificos eorum ſicut Oreb, &c. ubi iod pluralis numeri abſorpta eſt. Et in genere fœminino נְדִיבָה. Pſal. 51. Et ſpiritus magnificus ſuſtentet me. Et cum affixo נְדִבָתִי. Iob 30. Et perſequitur uelut uentus magnificentiam meam. Et pluraliter נְדִיבוֹת. Ieſaiæ 32. Magnificus magnifica cogitat, & ipſe ſuper magnificentijs ſubſiſtet.

נְדָבָה Nomen ſubſtantiuum generis fœminini, ſpontanea, id eſt, donum ſpontaneum, quod confertur uel in ſacrificium, uel aliàs in pium & ſacrum uſum, nulla obligatione legis, neq; uoto aliquo, ſed mera liberalitate, & munificentia animi. Exo. 35. Contulerunt filij Iſrael ſpontaneam ipſi Iehoua. & cap. 36. Et ipſum attulerunt ad illum adhuc ſpontaneam ſingulis mane. Leuitic. 7. Et ſi uotum, uel ſpontanea ſacrificium oblationis eius. Et cap. 22. Et uir qui obtulerit ſacrificium retributionum ipſi Iehoua ad faciens excellens uotũ, ſiue in ſpõtanea, ſiue in pecude, ſiue in oue. Et iterum: Spontaneam facere licebit illam, ſed pro uoto non acceptabitur. Eſdræ 8. Argentum & aurum ſpontanea Iehoua deo patrum ueſtrorum. Porrò quando cum uerbo conſtruitur, tum aduerbiaſcit. Deu. 23. Quemadmodum uouiſti Iehoua deo tuo ſpontè, quod loquutus es ore tuo. Pſalm. 54. Spontè ſacrificabo tibi. Ezech. 46. Et ſi fecerit ſpontè holocauſtum aut retributiones ſpontè ipſi Iehoua. Oſeæ 14. Diligam eos ſpontè. In ſtatu regiminis נִדְבַת. Deuter. 16. Contributio ſpontaneæ manus tuæ, quam dabis. Et pluraliter נְדָבוֹת. Pſal. 68. Pluuia magnificentiarum aſperges hæreditatem tuam. Pſalm. 110. Populus tuus ſpontanearum in die uictoriæ tuæ. Amos 4. Prędicate ſpontaneas. In ſtatu regiminis & affixorum נִדְבוֹת. 2. Paral. 31. Erat ſuper ſpontaneas dei. Pſ. 119. Spontaneas oris mei accepta obſecro Iehoua. Leuit. 22. Pro cunctis uotis ſuis, & ſpontaneis ſuis, quas attulerunt ipſi Iehoua in holocauſtum.

917

נדה Ex iſto uerbo tantùm unum participiũ ſecundæ coniugationis in uſu eſt מְנַדִּים, idq; duobus in locis: quantum autem ex illis locis & nomine uerbali נִדָּה colligi poteſt

poteſt,ſignificat remouere aliquid immundi & polluti.Ieſaiæ 66. Fratres ueſtri oderunt uos,& remouent uos propter nomen meũ. Chriſtus hanc prophetæ prædictionem ſuis diſcipulis renouans Ioannis 16. aut ſanè Ioannes ipſe ucriùs uertit ἀποσυναγώγυς alienos à ſynagogis facient uos.Sic cap.9.Iam enim conſpirauerãt Iudæi, ut ſiquis confiteretur eum eſſe Chriſtum, ἀποσυνάγωγος extra ſynagogam eſſet.& cap.12.Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum,ſed propter Phariſæos non confitebantur,ne è ſynagoga eijcerentur,&c.quanquam hoc Græcum non ſatis exprimat uocis ſignificationem. Alterum ſcribitur Amos 6.Qui minitamini remotionẽ diei malo,& accedere iubetis ſedem iniuriç,&c.Eſt autem geſtus illorum qui indignatione moti cum deteſtatione rem tanquam execrãdam abominantur geſtu.

INDE NOMINA:

נִדָּה Remotio,amotio,reiectio,remouenda, reiectamentum, factum aliquod ſiue res, quæ propter immundiciem remouetur:hinc Hieronymus immundiciam uertit 2. Para.29.Et efferte remotionẽ à ſancto. Thren.1. Facta eſt Ieruſalem in remotionẽ.

Sed paulò tamẽ pòſt ſcribit̃ cum iod & ſine dagges נִידָה: Erratũ errauit Ieruſalẽ, ideo in remotionem facta eſt.Ezech.7.Argentũ ſuum in plateas proijcient,& aurum ipſorum in remotionem erit.Et mox iterũ:Ideo ponã illũ eis in remotionem. Eſd.9. Terra remotionis eſt propter remotionẽ populorum, regionum. Zach 13. In die illa erit fons apertus domui Dauid, & habitatoribus Ieruſalẽ pro errato, & pro remotione. Et Petrum in hunc locũ reſpexiſſe arbitror, & uſum hoc nomine, quo,inquiens,non ſordes carnis abijciuntur,&c. Ezec.18. Et ad mulierẽ remotionis non acceſſerit. & cap.22.Nuditatẽ patris reuelauit in te,immũdam remotionis compreſſerunt in te. Vocat propheta mulierem remotionis, ſicut & Moſes,quæ tempore menſtruorum & fluxus ſanguinis tanquam immunda remouẽda erat,ut neq; uir eam attingeret,neq; aliud uas.Leuit.20. Vir ſi acceperit uxorem fratris ſui remotio eſt, nuditatem fratris ſui reuelauit, orbi erunt, id eſt,factum immundum. Num.19. Et erit cœtui filiorum Iſrael in cuſtodiam pro aqua remotionis. Et mox iterum: Et qui attigerit aquã remotionis, immũdus erit uſq; ad ueſperam.Dicitur autem aqua remotionis,quia erat de cineribus uaccæ ruffæ, qui extra caſtra debebant in locum peculiarẽ remoueri. In ſtatu regiminis נִדַּת. Leu.12. Mulier ſi ſemine conceperit,& pepererit maſculum, tum immũda erit ſeptem diebus iuxta dies remotionis fluxus ſui,immũda erit.Leu.18.Et ad mulierem in remotione immundiciei ſuæ non appropinques, ut reueles nuditatem eius. Et in ſtatu affixorum נִדָּתָהּ. Leuit.12. Si uerò fœmellam pepererit, tum immunda erit duabus ſeptimanis ſecundum remotionem ſuam.& cap.15.Et mulier ſi fuerit fluida,ſanguis ipſius fuerit fluens ei in carne ſua,ſeptem diebus erit in remotione ſua,&c.

נֵדֶה Meretriciũ, id eſt, merces quæ datur meretrici,à remotione,quia non licebat dare in templum pro oblatione, eò quòd ex opere immundo erat partum.Ezechie.16. Omnibus meretricibus dabunt remouendam,id eſt meretricium.

נָדָן Hoc nomine Hebræi primò uaginam uocârunt ſimili ratione, quòd gladius ſanguine humano pollutus in ea recondebatur,q.d.remouenda.1.Paralip.21.Et dixit Iehoua angelo:Et conuertit gladium ſuum ad uaginam ſuam. Deinde pluraliter נְדָנַיִךְ, mercedẽ quę à meretricibus dabatur amatoribus.Ezech.16.Et dediſti remo

918 uẽdas tuas omnibus amatoribus tuis. Dicitur etiã alio nomine אֶתְנַן,de quo alibi.

## נָדַח

Impulit, expulit, & notat impetum. Congruit ſignificatione cum uerbis נדה דָּחָה & דָּחַף, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Deut. 20.Non perdas lignum eius ad impellendum ſuper illud ſecurim.2.Sam.14.Vt non depellat ab ipſo depulſum.

In uoce paſſiua נִדַּח. Deuter.4.Et impelleris & incurues te eis,& colas ea.ca.19. Et impellatur manus eius in ſecuri ad ſuccidendum lignum. Prouer.14. In malum ſuum impelletur improbus.Iere.23.Impellentur & cadent in eam.& cap.40.Ex omnibus locis ad quæ impulſi ſunt.& cap.49.Et propellemini quiſq; ante ſe.

Parti

Participiũ נִדָּח. 2.Sam.14.Vt non expellat à ſe expulſum. Et mox iterũ:Et ut reducat rex expulſum ſuum.Iob 6.Et efficacia expulſa eſt a me. Et pluraliter נִדָּחִים. Deut.22.Nõ uideas bouem fratris tui,uel ouem eius depulſatos,& abſcõdes te ab illis.Ieſ.16.Abſconde expulſos.Et iterũ:Peregrinabunt in te expulſi mei. Et in genere fœ. נִדָּחָה. Ier.30.Quoniã depulſam uocabũt te. Mich.4. Et depulſam colligã.

נִדַּחַת Expulſa.Ezech.34.Expulſam non reduxiſtis.

In ſecunda coniugatione נִדַּח, cuius participium preteritum מְנֻדָּח, quod tamen nominaliter legitur in abſtracto, pro impulſu ſeu lapſu.Ieſa 8. Et caligo impulſus.

In tertia coniugatione הִדִּיחַ. Deu.30.Apud cunctas gẽtes ad quas expulit te Iehoua deus tuus.2.Sam.15.Et impellat ſuper nos malũ.2.Paral.13.An non depuliſti ſacerdotes Iehoua. Pſal.5. In multitudine tranſgreſſionum ſuarũ depelle eos.Iere. 24.In omĩb.locis in quę impuli eos.Deut.13.Ad depellẽdũ te de uia.Et mox iterũ: Quia quęſiuit depellere te à Iehoua deo tuo.Et iterũ:Et impulerint habitatores Ciuitatis ſuæ dicẽtes, Eamus & ſeruiamus dijs alijs.2. Reg.17. Et impulit Ierobeã Iſraelẽ poſt Iehoua. Participiũ pręteritũ מֻדָּח. Ieſ.13.Et erit ſicut hinnulus impulſus.

INDE NOMINA:

נִדְּחֵי Nomen pluralis numeri,ſtatus regiminis,depulſi,extorres.Pſal.147.Ædificans Ieruſalem Iehoua,depulſos Iſrael congregabit.Ieſaiæ 11. Et colliget depulſos Iſrael. Et cum dagges נִדְּחֵי. Iere.49.Quò non uenient depulſi Elam.

נִדָּח Depulſio,exilium.Deut.30.& Nehe.1.Si erit depulſio tua in extremo cœlorum.

מַדּוּחִים Depulſiones,exilia.Thren.2.Et uiderunt tibi onera uanitatis & depulſiones.

919 נדף Propulit,propulſauit.Congruit ſignificatione cum uerbis דָּחָה הָדַף נדב נָגַף, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differãt.Iob 32.Deus propellet eũ, non uir.Pſal.1.Sed ut ſtipulam,quam propellet eam uentus.

In uoce paſſiua נִדַּף. Ieſa.19.Et omne ſementum riui exaruit, propulſum eſt, & non ipſum.Pſal.68. Iuxta propelli fumum propelles,id eſt,ut impellitur fumus.Et eſt in iſto loco compoſitum ex uoce paſſiua & actiua.

Participium נִדָּף. Leuit.26. Proſequetur eos ſonus filij propulſi.Iob 13 An non folium propulſum præualebis?Prouer.21.Operans theſauros lingua fallaci, uanitas propulſata.Ieſa.41.Et ſicut ſtipula propulſa.

920 נדר Vouit:& non eſt debiti,ſed liberę uoluntatis,ideoq́ magnam habet cognationem cum נָדִיב & נדב, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant.Fiebant autem uota pro impetratione alicuius beneficij à Deo. 2.Sam.15. Votum uouit ſeruus tuus. Pſal.132. Vouit forti Iacob. Pſal.76. Vouete & reddite. Num.30. Vir cum uouerit uotum.

Participium pręſens נֹדֵר. Malach.1.Et uouet & ſacrificat.Leuit.27.Secundum quod apprehenderit manus uouentis.

INDE NOMEN,

נֶדֶר Votum,communiter cum ſex punctis,quanquam quinquies cum quinq́ punctis ſcribatr.Leu.7.Si uerò uotũ, uel ſpontanea fuerit ſacrificiũ oblationis ipſius.Num. 30.Mulier cũ uouerit uotũ.Et iterũ: Votũ uiduæ.1.Sam.1.Et uouit uotũ. In ſtatu affixorũ mutat primã uocem in hirik,& alteram in ſeua.Iud.11.Et fecit ei uotum ſuum,quod uouit.Num.30.Et audiuerit pater ipſius uotũ eius. Et pluraliter נְדָרִים. Prouer.20.Et poſtea uota repetere.Ionę 1.Et uouerunt uota. In ſtatu affixorum. Deut.12.Et omnia uota tua, quæ uoueris. Prou.30. Et quid fili uotorum meorum. Iere.44.Fecimus uota noſtra.Deut.12. Vota ueſtra,& ſpontaneas ueſtras.

921 נהה Lamentatus eſt,edidit talem uocem,ut uerbum ſonat.Et eſt ſignificatio interni doloris. 1.Sam.7. Et lamentati ſunt omnis domus Iſrael poſt Iehoua.Ezech.32. Fili hominis lamentare ſuper multitudine Ægypti. Micheæ 2. Et lamentabitur lamentum lamentabile.

INDE NOMINA:

נֹהּ Lamentum.Ezech.7. Et non erit lamentum inter eos. tametſi quidam malint eſſe partici-

participium præſens, ſic legentes: Et non erit lamentator inter ipſos.
נִי Lamentum. Ezech. 27. Et leuabunt ſuper te in lamentatione ſua planctum.
נְהִי Lamentum, lamentatio. Ier. 9. Quia uox lamenti audita eſt. Et iterum: Et aſſument ſuper nos lamentum. Et in diſtinctione ſententiæ נֶהִי. Iere. 9. Et docete filias ueſtras lamẽtũ Amos 5. Et uocabũt agricolã ad luctũ, & planctũ, & ſciẽtes lamentũ.
נִהְיָה Nomen participiale, lamentabile. Mich. 2. Et lamentabitur lamentũ lamentabile.
הָהּ Ablata nun litera, uocula qua dolor animi ſignificatur. Ezech. 30. Vlulate, ha diei, id eſt, heu. quanquam ſæpiſſimè ſoleat à fronte accerſere literam he אֲהָהּ aha, ha. Ioſue 7. Aha Suſtentator Iehoua. Iud. 11. Aha filia mea. Iere. 1. Aha Suſtẽtator Iehoua deus, ecce non ſcio loqui. Ioelis 1. Aha diei.
הוֹ Particula dolentis. Amos 3. Et in omnibus plateis dicent ho, ho.
הוֹי O, hoi, heu. 1. Reg. 13. Et planxerunt ſuper eum, hoi frater mi. Ieſ. 1. Hoi gens peccatrix. & cap. 55. Hoi omnis ſitiens. Zach. 2. Hoi fugite è terra Aquilonis. Et iterum: O Zion erue te. Et aliquoties eſt uocula dolentis, ſicut אוֹי. Ieſaiæ 5. Væ attingere facienti domum domui, &c.
הִי Lamentũ, lamẽtatio. Ezech. 2. Et ſcripta erãt in eo planctus, gemitus, & lamẽtatio.
אוֹי Vocula dolẽtis, hoi, heu. Num. 21. Heu tibi Moab. Et cũ he paragogico אוֹיָה. Pſ. 120. Heu mihi, qui peregrinor in Meſech. Sed de hac uoce ſuprà in themate אוה.
אִי O: ſed de hac uoce ſuprà in themate אוה.

922 נָהַג In prima cõiugatione abduxit, abegit. Thren. 3. Me abduxit & abegit in obſcuritatem, & non in lucem. Ge. 31. Et abduxit peculiũ ſuum. Et iterũ: Et abduxiſti omnes filias meas, quaſi captiuas gladio. 1. Sam. 30. Et abduxerunt & abierũt in uiam ſuam. 2. Reg. 4. Abduc & abi. 2. Reg. 9. Quia in furore abducet. 1. Paral. 20. Et abduxit Ioab robur exercitus. Iob 24. Aſinum pupillorum abigunt. Cantic. 8. Abducerem te, & introducerem te in domum matris meæ. Ieſaiæ 20. Ita abducet rex Aſſur captiuitatem Ægypti.

Participium præſens נֹהֵג. Pſal. 80. Paſtor Iſraelis auſcuta, abducẽs uelut oues Ioſeph. Eccleſ. 2. Et cor meum abducerem in ſapientia. Ieſ. 11. Vitulus & leunculus & bos ſimul, & puer paruus abducet in eis. Et pluraliter נֹהֲגִים. 2. Sam. 6. Et Vza & Achio de domo Aminadab abduxerunt plauſtrum illud nouum.

Participium præteritum נְהוּגִים. Ieſa. 60. Et reges earum abducti.

In ſecunda cõiugatione נִהֵג, & non modò eandem ſignificationẽ, uerumetiam eundem modum ſignificandi habet cũ uerbo נִהֵל: ſignificat enim utrunque adducere, adigere. Exo. 10. Et Iehoua adduxit uentum interiorem ſuper terram. cap. 14. Et ſuſtulit rotas curruum eius, & adduxit eum grauiſſimè. Deut. 4. Ad quas adducet uos Iehoua illuc. Pſal. 48. Ipſe adducet nos uelut iumentũ. Pſal. 78. Et adduxit in robore ſuo Aphricum. Et iterum: Et tranſtulit uelut oues populum ſuum, & adduxit eos ſicut greges per deſertum. Ieſaiæ 49. Quoniam miſerator eorum adducet eos. & cap. 63. Ita adduxiſti populum tuum, ut faceres tibi nomen.

Participium prǽſens generis fœminini pluralis numeri מְנַהֲגוֹת. Nah. 2. Et ancillæ eius adducũt inſtar uocis columbarũ, i. reducũt uocẽ uelut colũbę, i. ingemiſcũt.

INDE NOMEN,

מִנְהָג Ductus, actus. 2. Reg. 9. Et ductus ille ſicut ductus Iehu. Et hoc nomine uulgari ſua lingua Iudæi uocant morem, ſeu cõſuetudinem longo tempore introductam.

923 נָהַל In ſecunda coniugatione ſignificat adducere, ſicut uerbum נִהֵג in ſecunda coniugatione, atque eundem quoque modum habet ſignificandi. Exo. 15. Adduxiſti in potentia tua ad habitaculum ſanctitatis tuæ. Gen. 47. Et adduxit eos pro pane. 2. Paral. 28 Et adduxerunt eos in aſinis. 2. Paral. 32. Et adduxit eos undequaque. Pſal. 23. Iuxta aquas refrigerationum adducet me. Pſal. 31. Propter nomen tuum duces me, & adduces me. Ieſa. 40. Fœtas adducet. Et cap. 49. Et miſerator adducet eos, & ſuper ſcaturigines aquarum adducet eos.

Participiũ præſens מְנַהֵל. Ieſ. 51. Non eſt adductor ex omnib' filijs, quos genuit.

In

In quarta coniugatione אֶתְנַהֲלָה. Gen.33.Et ego adducam ſenſim ad pedem operis, quod eſt ante me.

INDE NOMEN,

נַהֲלֹלִים Vide thema נָהַל.

924 נָהַם

Fremuit:congruit ſignificatione cum uerbis הוּם הָמַם הָמָה הָמַן מחמה & הָמָה, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant. Prou.5.Et fremas in nouiſſimo tuo.Ezech.24.Et fremetis unuſquiſqꝫ ad fratrem ſuum.Ieſa.5.Et fremet,& capiet prædam.Et iterum:Et fremet ſuper eum in die illa.

Participium præſens נֹהֵם. Prouer.28.Leo fremens.

INDE NOMINA:

נַהַם Fremitus.Prouer.19.Quaſi fremitus leonis.

נְהָמָה Fremitus.Et in ſtatu regiminis נַהֲמַת. Pſal.38.Rugiui præ fremitu cordis mei. Ieſa.5.Sicut fremitus maris.

925 נָהַק

Duxit, eduxit, produxit,ſcilicet clamorem,ſicut aſini, & onagri faciunt.Et differt modo tantum ſignificãdi à uerbo גָּעָה. Iob 6.An rudet onager ſuper gramine?cap.30.Inter arbuſta rudebant, ſubter urticas iacebant,ſcilicet ſicut onagri.

926 נָהַר

Etſi hoc uerbum uideatur deductum eſſe à nomine נָהָר, tamẽ propter ordinem illi præponere uolui:ſignificat autem uel flumen,uel lumen prolabi ſeu procurrere,ſicut quoqꝫ eiuſdem naturę eſt cum lumine & fons ex quo aqua ſcaturit,& profluit.Et notat hoc uerbum ſiue de flumine ſiue lumine dicatur,copiam & affluentiam cum celeritate ac lubentia & pronitate: habetqꝫ quandam affinitatem ſignificatione cum uerbis חָרַר חָרָה יָהִיר מָהַר אוֹר & בִּיר, niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant. Ieſaię 2.Et confluent ad eum omnes gentes.Iere.31.Et confluent ad bonitatem Iehoua. & cap.51. Et non confluent ad eum omnes gentes.Pſal.34.Qui reſpiciunt ad eum,& confluunt, etiã facies eorum non erubeſcẽt. Ieſaiæ 60.Tunc uidebis,& difflues:miraberis,& dilatabitur cor tuum.

INDE NOMINA:

נָהָר Flumen,fluuius,cuius alueus naturalis,nõ manufactus,aut ductus,ut יְאֹר: deinde perennis eſt, nec exiccatur æſtate, ut נַחַל torrẽs. Gen.2.Et fluuius egrediebatur ex Æden.Num.24.Sicut horti iuxta fluuiũ.Iob 40.Ecce uim facit fluuio,& non trepidat.Pſal.46.Fluuij riuuli eius exhilarant ciuitatem Dei.Ieſa.48.Et fuiſſet uelut fluuius pax tua.& cap.59.Et uenit uelut flumẽ hoſtis.Ionæ 2. Proieciſti me in profundum in cor mariũ,& fluuius circumdedit me,id eſt curſus aquarũ. Et quãdo abſolutè ponitur,tum intelligitur uel de Euphrate, uel Iordane:poteris autem id ipſe ex circumſtantia coniÿcere, utrum ex illis notet. Gen.31. Et ſurgẽs trãſiuit flumen. Exo.23.Et inde à deſerto uſqꝫ ad flumen. Ieſ.24.Trans fluuium habitauerũt patres ueſtri.Et iterum:Et aſſumpſi patrem ueſtrũ Abraham trãs fluuium,& deduxi eum in uniuerſam terram Chanaan.2.Sam.10. Et eduxit Syrum, qui erat trans flumen. 1.Reg.4.A fluuio terrę Paleſtinorũ uſqꝫ ad terminũ Ægypti. In omnibus illis locis pro Euphrate accipitur per antonomaſian. In reliquis ſequẽtibus locis pro Iordane.Pſal.72.Et ſubÿciet ſibi à mari uſqꝫ ad mare,& à fluuio uſqꝫ ad fines terræ.Zachar.9.Et dominatio eius à mari uſqꝫ ad mare,& à fluuio uſqꝫ ad fines terræ. Et in ſtatu regiminis נְהַר. Gen.15.Semini tuo dedi terram iſtam à fluuio Ægypti uſqꝫ ad fluuium magnum Euphratem.2.Reg.17.Et in Habor fluuio Gozan.Iere.46.Qui fuit ad fluuium Euphratis in Carchemis.Ezech.1.Iuxta fluuium Chebar. In duali numero נַהֲרַיִם.Gen.24.Et ſurgẽs abÿt in Syriam duorum fluuiorum.Deut.23.De Pethor Syriæ duorum fluuiorum.Iudic.3.Et uendidit eos in manu Chuſan Riſchaſaim regis Syriæ duorũ fluuiorũ.Pſal.60.Cũ contẽderet cũ Syria duorũ fluuiorum & Syria Zobã. Porrò Syriã duorũ fluuiorũ,Græci uocarũt μεσοποταμίαν,i.interamnem. Et pluraliter forma maſculea נְהָרִים. Ieſ.18.Diripuerunt flumina terram eius.quanquã ibi metaphoricè pro hoſtibus Ægyptijs ponitur.Habakuk 3.Nunquid in fluuÿs exarſit Iehoua,aut in fluuÿs ira tua, id eſt, imbribus. In ſtatu regiminis

minis נְהָרֵי. Iob 20. Non uidebit riuos fluuios alueorum. Ieſaiæ 18. Quæ eſt trans fluuios Æthiopiæ. Scribitur etiam forma fœminea נְהָרוֹת. Iob 28. De fletu flumina colligit, id eſt de guttis. Pſal. 24. Iuxta flumina firmauit eam. Pſ. 93. Eleuauerunt flumina uocem ſuam, eleuauerunt flumina illiſionem ſuam. Pſal. 107. Ponit flumina in deſertum. Nahum 2. Portæ fluminum apertæ ſunt. Habakuk 3. Fluminibus ſindebas terram. In ſtatu regiminis & affixorum נַהֲרוֹת. 2. Reg. 5. Nunquid non meliores ſunt Abana & Parpet fluuij Damaſci prę omnibus aquis Iſrael. Pſal. 74. Tu arefacis fluuios perēnes. Pſ. 137. Ad flumina Babylonis ſedimus. Ieſ. 44. Et flumina tua arefaciā. Ezech. 31. Et flumina eius alluunt circūquaq; plantationē eius.

נְהָרָה Influxus, ſcilicet lucis, influentia luminis. Iob 3. Neq; ſplendeſcat ſuper eum influentia, ſcilicet luminis.

מִנְהָרוֹת Speluncæ, contraria ſignificatione, quòd influentia luminis careāt, ut litera mem priuatiua ſit, ſicut in מְעָרָה מִדְבָּר contrariam habent ſignificationem ſuo primogenio. Item אֹרִים אֹרוֹת אֻרוֹת &c. quanquā aliqui alij dictas malint propter feneſtrā, per quam influat lumen ſolis. Iudicum 6. Propter Midian fecerunt ſibi filij Iſrael ſpeluncas, quæ erant in montibus.

927

נוא In prima coniugatione non eſt uſitatum, nec in ſecunda aut quarta, ſed ſolū in tertia הֵנִיא: & ſignificat frangere, infringere, & transfertur plerunq; ad animū, ut ſi perſuadendo frangitur. Num. 30. Sed Iehoua parcet ei, eò quòd fregit pater eius eam. Et mox iterū: Si autem ille tacuerit, nec fregerit eam, tunc ſtabūt omnia uota eius. Num. 32. Vt quid frangitis cor filiorum Iſrael, ne tranſeant ad terrā. Pſal. 33. Iehoua labefactat conſilium gentium, frangit cogitationes populorum. Pſal. 141. Percutiat me Iuſtus clementia, & reprehendat me, uelut oleum præcipuum minimè franget caput meum. u. d. Cùm me arguit, uidetur eſſe fractura, ſed nō eſt, imo potius eſt ſolatium & gaudium. Et in eo loco deficit aleph.

INDE NOMEN,

תְּנוּאָה Fractio, fractura, ruptura, auulſio, diſtractio. Num. 14. Et cognoſcetis auulſionem meam. Et pluraliter תְּנוּאוֹת. Iob 33. Ecce auulſiones contra me inueniet, reputabit me pro inimico ſibi.

נָא Vide ſuprà in loco ſuo.

928

נוב Cognationem habet ſignificatione cum אב אביב יבב יאב בוא & אֵבֶה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Significat aūt, fructificare, producere fructus, propagare. Et quando regit poſt ſe accuſatiuum, eſt tranſitiuum, aliàs extra regimen eſt neutrum. Prouerb. 10. Os iuſti propagabit ſapientiam. Pſ. 62. Facultas ſi prouenerit, ne apponatis cor. Pſal. 92. Adhuc prouentum facient in ſenio, id eſt procreabunt & fœcundæ erunt.

In ſecunda coniugatione נוֹבֵב. Zachariæ 9. Frumentum iuuenes, & muſtum procreabit uirgines.

INDE NOMINA:

נִיב Prouentus, fructus, fœcūditas. Ieſ. 57. Creo fructum labiorum. quis autem & qualis ſit fructus labiorum, de quo propheta loquitur, autor epiſtolæ ad Hebræos ca. 13. his uerbis declarat: Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, hoc eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius. Et in ſtatu affixi manet inuariatum. Malach. 1. Et fructus eius deſpectus, ut comedat ipſum.

תְּנוּבָה Fructus, prouētus è terra progenitus. Ieſa. 27. Radicem aget Iacob, florebit & germinabit, & replebuntur ſuperficies orbis prouentu. Et in ſtatu regiminis תְּנוּבַת. Ezech. 36. Et multiplicabo fructum arborum, & prouentum agri. Et cū affixo תְּנוּבָתִי. Iudic. 9. Dulcedinem meam, & prouentum optimū. Et pluraliter תְּנוּבוֹת. Deut. 32. Et comedit prouentus agri. Thren. 4. Qui ipſi diffluxerūt perfoſſi abſq; prouentibus agri.

929

נוד Generaliter commotionem, agitationem celerem, & fugam de loco in locū ſignificat, nec poteſt commodè uno uerbo Latino reddi: habet aūt congruentiā

ſignificatione cum uerbis נוע & נדח נדה נָדַד נוד, niſi ꝙ ut forma, ita modo tantũ ſignificandi inter ſe differant. Et quomodo differant inter ſe נוע & נוד, in poſteriore uide. Ierem. 50. Ab homine uſq; ad iumentum aufugerunt, abierũt. 1. Reg. 14. Et percutiet Iehoua Iſraelem ſicut agitatur arundo in aquis. Pſal. 11. Fuge in montem ueſtrum, ſicut auis. Prou. 26. Sicut auis ad mouendũ, ſicut hirundo ad uolandũ. Ier. 4. Si abſtuleris abominationes tuas à facie mea, etiam non amoueberis. Iere. 49 Fugite, amouemini uehemẽter. & ca. 50. Amouemini è medio Babylonis.

Et quãdo cõſtruitur cũ pronomine ſeparato datiui caſus, tum notat motionẽ capitis, i. geſtũ illũ compatientiũ, & condolentiũ. Et talis geſtus non poteſt aliquo uerbo Latino exprimi, ideo uerbo uel cõdoleo, uel cõpatior reddere licebit. Latini dicunt moueor commiſeratione. Iob 2. Et decreuerunt ſimul ut uenirẽt ad commouendum illi & ad conſolandum eum, i. ad condolendum illi. Iere. 15. Quis cõmouebitur tibi. Nahum 3. Vaſtata eſt Niniue, quis commouebitur ei. Ier. 48. Commouemini ei omnes. Legitur tamen ſemel abſolutè Pſal. 69. Et cũ expectatione reſpiciebam, ut commoueretur aliquis, ſed nemo erat.

In ſecunda coniugatione paſſiuæ uocis נוֹדַד. Nahum 3. Sole exorto amouetur & non cognoſcitur locus eius.

In tertia coniugatione הֵנִיד. 2. Reg. 21. Neq; addam ad mouẽdum pedem Iſraelem de humo, i. ut Iſrael mouear pedem ſuum. Pſal. 36. Et manus improborum nõ amoueat me. Iob 18. Ex orbe amouebunt eum. ubi iod litera characteriſtica futuri tranſpoſita, & transformata eſt in dagges. Iere. 18. Omnis trãſiens ſuper eam ſtabit & mouebit cum capite ſuo.

In quarta coniugatione הִתְנוֹדֵד. Ieſ. 24. Et amouebitur ſicut tuguriolum. Pſ. 64. Mouebunt ſe, quicunq; aſpexerit in eos. Et eſt ſarcaſmus ſubſannantium.

Participiũ מִתְנוֹדֵד. Ier. 31. Audiẽdo audiui Ephraim mouentẽ ſe, i. condolẽtem.

INDE NOMINA:

נָד Nomen participiale, profugus. Geneſ. 4. Mobilis & profugus eris in terra.

נֵד Cumulus, aceruus, moles, uel arenæ, uel aquarũ, quæ hinc inde deq; loco in locũ mouetur. Exod. 15. Conſtiterunt quaſi cumulus aquæ. Ioſue 3. Aquæ defluẽtes ſupernè etiam ſtabant, quaſi cumulus aliquis. Pſal. 33. Colligens uelut cumulum aquas maris. Pſal. 78. Et conſtituit aquas uelut cumulum. Ieſaiæ 17. Aceruus meſſis in die hæreditatis.

נוֹד Fuga, commotio, uagatio. Pſal. 56. Fugam meam numeraſti. Eſt & terræ illi & regioni hoc quoq; nomen inditum, quam Kain pulſus ex domo paterna inhabitauit. Gen. 4. Et habitauit in terra Nod in anteriore parte Æden.

מָנוֹד Commotio, geſtus ſubſannantium. Pſal. 44. Ponis me prouerbium inter Gentes, commotionem capitis inter plebes.

נִיד Forma maſculina, motio, commotio. Iob 16. Et commotio labiorum meorũ parceret. Et in genere fœminino נִידָה. Thren. 1. Errore errauit Iſrael, ideo in commotionem facta eſt.

נֹאד Scribitur aleph pro uau, & ſignificat utrem, quo liquores continentur, & erãt ex pellibus conſuti, ut poſſent de loco in locum moueri ſeu tranſportari. Pſal. 119. Factus ſum uelut uter in fumo. Et in ſtatu regiminis manet inuariatũ. Iudic. 4. Et ſoluit utrem lactis, & potauit eũ. 1. Sam. 16. Et tollens Iſai aſinũ panis, & utrem uini. In ſtatu affixorum etiam nihil uariat. Pſ. 56. Pone lacrymas meas in utrem tuum. Et pluraliter נֹאדוֹת. Ioſue 9. Et utres uini inueteratos. Et mox iterum: Iſtos utres uini, quos impleuimus nouos.

930 נוה

Verbũ eſt defectiuũ & irregulare, & ſignificatione non multũ abludit à uerbo אָוָה: ut enim uerbum אָוָה deſiderare, ſeu concupiſcere, ita hoc uerbũ נוה ſignificat eſſe amœnũ, iucundũ, decorũ, formoſum, pulchrũ, uolupe, gratioſum, quodq; inuitat & adblanditur, allubeſcit, & inuitat ad concupiſcendũ. Proinde recipit ſæpe literã aleph, ut ſignificetur iſta relatio, & mutua beneuolẽtia, qua inuicem exoſculantur. Haba. 2. Sed uinũ imponit uiro ſuperbo, ut non decorus fiat, id eſt ut co

gatur

gatur euomere & præbere ſe turpem.Can.1.Formoſæ ſeu gratioſæ ſunt genæ tuæ in montibus.Similiter Ieſaiæ 52.Quàm formoſi ſunt ſuper montibus pedes Euangelizantis pacem.

Participium ſeu nomen participiale, maſculini generis נָאוֶה, decẽs, decorus, formoſus,amœnus.Prou.26.Non decet ſtultũ gloria:uel ſic,Nõ eſt decens ſtulto gloria.Can.2.Aſpectus tuus decorus.cap.4.Et eloquutio tua decora. Et in genere fœminino נָאוָה.Pſ.33.Rectos decet laudatio:uel ſic, Rectorũ decora eſt laudatio.Prouer.17.Nõ decet ſtultũ labiũ eminẽtiæ,i.non eſt decorũ. Cant.1.Nigra ſum,ſed decora.& cap.6.Tu pulchra es ſocia mea uelut Tirtza,decora ut Ieruſalẽ. Scribitᷣ tñ נַאֲוָה.Pſ.93.Teſtimonia tua certa ſunt ualde domui tuę decora ſanctitas.

INDE NOMINA:

נָוֶה Generis maſculini,locus amœnus,graminoſus,& paſcuoſus,in quo eſt uilla, aut tugurium,rus ein ſchöne aw.2.Samu.7.Et ſumpſi te de paſcuo,ſequentẽ greges. Ieſaiæ 27.Ciuitas munita erit ſolitaria,paſcuum dimiſſum & derelictum. Oſeæ 9. Plantata in paſcuo. In ſtatu regiminis נְוֵה. Exod.15.Perduxiſti in fortitudine tua ad paſcuũ ſanctitatis tuæ,i.ubi homines ceu oues paſcuntur uerbo dei. Prouer.3. Corroſio Iehoua in domo improbi,ſed paſcuũ iuſtorũ benedicet.Opponit hîc paſcuũ ſeu mapale in paſcuo ædibus improborũ.Ier.33.Paſcuũ paſtorũ ubi faciet habitare oues.Ieſa.34.Et erit paſcuũ draconũ.Ezech.25.Et redigã Rabba in paſcuũ camelorum. In ſtatu affixorum ſeruat in prima cametz,ſi ſine præpoſitione ponitur.Iob 18.Et ſpargetur ſuper paſcuũ eius ſulphur. Pſal. 79. Nam deuorauerunt Iacob,& paſcuum eius uaſtarunt. At ſi aſſumpſerit à fronte lamed uel beth, tũ ſeruat ſeu a ſtatus regiminis.Ieſa.65.Et erit Saron in paſcuũ gregum.& cap.32. Et habitabit populus meus in paſcuo pacis. Et pluraliter נָוִים Iere.23. Et reducam eos in paſcua ſua,& fructificabunt & multiplicabunt. Et in forma fœminea נָוָה. Ier.6.Paſcuo & delicijs aſſimilaui filiã Zion. Et in ſtatu regiminis נְוַת. Pſal. 68. Et decor domus diuidet ſpolia.Iob 8.Et reſtituet tuguriũ iuſtitiæ meæ. Et pluraliter נְוֹת. Zophon.2.Et erit tractus maris paſcua,& caulæ gregis. Quanquam aliàs ſemper interponat aleph נְאוֹת.Pſ.23.In paſcuis graminoſis faciet cubare me. Pſal.65.Stillabunt paſcua deſerti.Pſal.74.Et paſcua plena ſunt rapina.Ioel.2.Quoniã uiruerunt paſcua deſerti.Amos 1.Lugebunt paſcua paſtorũ.Pſal.38. Qui dixerunt,accipiamus in hæreditatẽ nobis paſcua Dei. Porrò Epiphanius lib.1.cõtra hæreſes Tomo 2.ſecta 24.ſcribit Ægyptios paſcua circa ciuitates ſuas uocare lingua ſua Nomos,& licet νόμος Græcũ & paſcua ſignificet, tamẽ nõ puto eum de Græco dixiſſe,quin potius נְאוֹת, ꝙ uel ipſe Hebraicè nõ admodũ peritus corruptè pronunciauit,uel per ſcribas deprauatè nomos pro נְאוֹת ſcriptum ſit.

בָּיוֹת Nomẽ loci in Rama,ubi Saul & ſerui ipſius unà cũ prophetantibus prophetauit, 1.Sam.19.Pro quo Chaldæus בֵּית אוּלְפָנָא uertit,i.domus doctrinæ. Exiſtimo autẽ ab amœnitate nomen ſortitũ eſſe,quòd fortaſſe ſacellũ fuerit in paſcuis collocatũ.

931 נוּחַ Conſedit,quieuit,requieuit,pauſauit,à uerbo παύσομαι quo ſæpe à Septuaginta Interpretibus uerſum eſt.Cõgruit aũt ſignificatiõe cũ uerbis חָנַן חָנָה נָוָה נוּחַ & נָחָה niſi ꝙ ut forma ita modo ſignificãdi inter ſe differãt.Gen.8.Et cõſedit arca, mẽſe ſeptimo,decimaſeptima die mẽſis ſuper mõtanis Ararat.Exodi 10.Et aſcendit locuſta ſuper uniuerſam terram Ægypti,& quieuit in omnibus terminis Ægypti.2.Regum 2.Et conſedit ſpiritus Heliæ ſuper Heliſæum. Num.11.Et factũ eſt cum concideret ſuper eos ſpiritus,ſtatim prophetabant.Ieſaiæ 7.Cõſedit Syria ſuper Ephraim.Exod.20.Et quieuit die ſeptima.& cap. 23. Vt quieſcat bos tuus, & aſinus tuus.1.Sam.25.Et loquuti ſunt omnia uerba iſta cũ Nabal,& quieuerunt,id eſt tacuerunt.Pſal.125.Non quieſcet ſceptrum improbitatis ſuper ſorte iuſtorum.

In tertia coniugatione הֵנִיחַ, demiſit,remiſit,repoſuit,quietẽ fecit ſeu dedit.Ex. 17.Quando autem demitteret manum ſuam,incipiebat præualeſcere Amalek.Ezech.44.Et reponas benedictionem in domo tua.Zachariæ 6. Vide qui egrediuntur ad terrã Aquilonis, dimiſerunt ſpiritũ meum in terra Aquilonis. Exod.33.

Facies mea ibit, & quietem dabo tibi. Deut. 3. Donec quietem fecerit Iehoua fratribus ueſtris ſicut uobis. Et cap. 12. Et requiem dederit uobis ab omnibus ueſtris. Ieſa. 63. Spiritus Iehoua quietat illud. Prou. 29. Caſtiga filium tuũ & faciet tibi quietem, id eſt, erit tibi conſolationi & gaudio.

Participium præſens מֵנִיחַ. Ioſue 1. Iehoua deus ueſter dat uobis quietem hanc. Et haud dubiè Chriſtus uſus eſt hoc uerbo Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo ſeu recreabo uos, &c. quod Interpres Græcè ἀναπαύσω reddidit, ſicut mox ſequit̃: Et inuenietis requiẽ animab. ueſtris. Et propriũ eſt eius qui laborauit & fatigatus eſt, & poſtea requie refocillatur, &c.

INDE NOMINA:

נֹחַ Nomen propriũ patriarchæ, cui à Lamech patre inditum eſt: Quia is, inquit Gen. 5. conſolabitur nos ab opere noſtro & à labore manuum noſtrarũ de terra, cui maledixit Deus. Imo etiam, ꝙ in ipſo ira dei diluuio ſuperfuſa mortalium generi quieuerat, quem poſtea Græci οἰνότριον, & Latini Ianum dixerunt, eò ꝙ primus mortalium uini uſum repererit, de quo Gen. 5. & 9.

נוֹחַ Locus quietis, requies, reſidentia, nomen Infinitũ. 2. Paral. 6. Et nunc ſurge Iehoua deus in requiem tuam tu, & arca fortitudinis tuæ.

מָנוֹחַ Reſidentia, locus, ſedes, qua aliquid quieſcit. Gene. 8. Et non inuenit columba reſidentiã pro planta pedis ſui. Deut. 28. Et non erit reſidentia plãtę pedis tui. Et in ſtatu regiminis mutat cametz in ſeua מְנוֹחַ. 1. Paral. 6. A reſidentia arcę, id eſt, inde ab eo tempore, quo reſedit arca. Et in genere fœminino מְנוּחָה. Num. 10. Vt exploraret ſibi reſidentiam. Deuter. 12. Non ueniſtis hactenus ad locum reſidentiæ, & ad hæreditatem. Ruth 1. Det Iehoua ut inueniatis reſidentiam. 1. Paralip. 28. Vt ædificarem domum reſidẽtiæ pro arca fœderis Iehoua, & pro ſcabello pedum dei noſtri. 1. Paralip. 22. Ipſe erit uir quietis, ego nanque faciam ei quietem ab omnibus hoſtibus ſuis. Eſt & nomẽ proprium loci, cuius fit mentio Iudicũ 20. Conculcauerunt eos à Menucha uſq; ad ipſam Gibea. Habet tamen in aliquot locis kybutz pro ſchurek. Geneſis 49. Et uidit reſidentiam, quòd eſſet bona. 2. Samuelis 14. Erit nunc uerbum Suſtentatoris mei regis in quietem, id eſt conſolationem.

In ſtatu affixorum habet alicubi ſchurek. Pſal. 95. Iuraui in ira mea, non uenient in requiem meam, id eſt, reſidentiam meam. Pſal. 116. Reuertere anima mea in requiem tuam. Alicubi kybutz. Ieſa. 11. Et erit requies eius gloria. Et pluraliter מְנוּחוֹת. Pſal. 23. Iuxta aquas recreationum deducet me. Ieſa. 32. Et habitabit populus meus in habitaculo pacis, & in reſidentijs ſecuris.

הֲנָחָה Remiſſio, ſupportatio. Eſther 2. Et remiſſionem prouincijs fecit.

נִיחוֹחַ Quies, requies, refocillatio, recreatio. Gen. 8. Et ædificauit Noach altare ipſi Iehoua, & accepit de omni animali mundo, & de omni uolatili mundo, & obtulit holocauſta in altari, & odoratus eſt Iehoua odorem refocillationis. Exod. 29. Holocauſtum ſit Iehoua odor refocillationis. Paulus Apoſtolus ſæpe Græco nomine εὐωδία reddidit: Epheſ. 5. Et tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem ac uictimam deo in odorem bonæ fragrantię. Item 2. Corinth. 2. Quoniã Chriſti bona fragrãtia ſumus deo. Philip. 4. Expletus ſum, accepi ab Epaphrodito, quę à uobis miſſa fuerant odorem bonæ fragrantiæ, hoſtiam acceptam, gratamq; deo, &c.

932 נוּט

Significatione quadrat cũ uerbis מָטַט מוֹט בָּסָה נד, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Significat autem motionem ſimplicem. Et legitur in prima coniugatione. Pſal. 99. Iehoua regnat, contremiſcunt populi, habitator Cherubim, mouebitur terra, &c.

933 נוּם

Legitur tantùm in prima coniugatione, & uoce actiua, qua ſignificationem habet neutralem, & ſignificat dormiturire, uel indormire: nam eſt aut inchoatiuæ formæ, aut deſideratiuę. Et eſt differe[illegible]a inter hoc uerbum, quod dormiturire ſeu indomire, & inter יָשֵׁן quod dormire, & inter רָדַם quod ſopore, id eſt, graui ſomno opprimi ſignificat: differunt igitur gradibus ſuis. Pſal. 21. Non dabit ad nutandum pedem tuum, neq; dormituriet cuſtos tuus, ecce nõ dormituriet, neque dormiet

miet cuſtos Iſrael.Ieſ.5.Nõ erit laſſus,neq; qui impingat, nullus dormituriet, neq; dormiet.& cap.56.Videntes qui cubant,diligentes dormiturire. Nahum 3. Dormiturierunt paſtores tui ô rex Aſſur.Pſalm.76.Deſpoliati ſunt robuſti corde, indormierunt ſomnum ſuum.

INDE NOMINA:

נוּמָה Nomen deſideratiuæ ſeu frequentatiuæ formæ.Prou. 23. Quoniam compotator & comeſſator exuetur bonis,& laceras ueſtes induet dormitatio.

תְּנוּמָה Indormitio,ſeu nutatio.Pſal.132.Si dedero ſomnũ oculis meis & palpebris meis indormitionẽ. Prou.6.Ne dederis ſomnũ oculis tuis,neq; indormitionem palpebris tuis. Et pluraliter תְּנוּמוֹת. Prouerb.6.Modicũ ſomnorũ,modicũ indormitionum,modicum complicationis manuum ad cubandũ.Iob 33.In ſomnio uiſionis nocturnæ,cũ ſopor irruit ſuper homines in indormitionibus ſuper cubili.

934 נוּס Fugit,aufugit eleuando ſe:fugiens enim leuat ſe. Congruit igitur ſignificatione cũ uerbis סִית & נָסָה נָסָה. 1.Samue. 4.Fugit Iſrael à facie Philiſtæorũ.Deut. 34.Non caligauit oculus eius,neq; fugit uiror eius. Ieſaiæ 35. Et fugient dolor & gemitus.Zachariæ 14.Et fugietis per uallem montium,ſicut fugiſtis à terremotu in diebus Vzia.Ieremiæ 49.Fugite.Exo.14.Fugiam à facie Iſrael.2.Samuel.18. Quia fugiendo fugerimus,non apponent nobis cor.Exo.4.Et fugit Moſe.Ieſaiæ 20.Ecce talis eſt reſpectus noſter,quò confugimus pro auxilio.& cap.30. Sed ſuper equo fugiemus,ideo fugietis.

Participium præſens נָס. Ioſue 8.Et populus qui fugerat.Iere.49.Interrogate fugientem. Et pluraliter נָסִים. Exo.14.Et Ægyptij fugiebant.

In ſecunda coniugatione נוֹסֵס. Ieſaiæ 10.Et erit uelut euaneſcentia, quæ aufugit.Pſal.59.Quando ueniet uelut flumen arctum in quod uentus Iehoua fugat illud,id eſt impellit.

In tertia coniugatione הֵנִיס, fugere fecit,fugauit.Exod.9.Et timens uerbũ Iehoua ex ſeruis Pharaonis fugere iuſſit ſeruos ſuos, & pecus ſuũ in domos. Deut. 32.Et duo fugauerũt decem millia.Iudicum 7.Et cucurrit uniuerſa caſtrametatio, & triumphauerunt & fugauerunt.

In quarta coniugatione הִתְנוֹסֵס.Pſalm.60.Dediſti timẽtibus te uexillum ad agitandum ſe propter ſecuritatem,id eſt ad uexillum quod expanſum uẽto fugatur.

Participium pluralis numeri generis fœminini מִתְנוֹסְסוֹת. Zac.9. Quia lapides Nazareitatis agitantur ſuper terra.

INDE NOMINA:

נֵס Signũ,uexillũ,quod eleuatũ in altũ à uẽto fugatur,ein außgericht fliegent fenlin,trophæum,exemplum alijs præfixũ,ut aut imitẽtur,aut quo admoneantur, ſibi ut caueant.Ieſaiæ 5. Et leuabit ſignum ad Gentes è longinquo.& cap.11.Et in die illa erit radix Iſai,quæ ſtabit in ſignum populorum,ad eam Gentes inquirent. Ieremiæ 51.Eleuate ſignum in terra. Ezechiel.27.Byſſus in uariegatura ex Ægyto fuit expanſio tua,ut eſſet tibi in ſignum,id eſt uelum.Num.21.Fac tibi urentem & pone ipſum ſuper ſignũ,& futurũ eſt,ut omnis qui eſt morſus & inſpexerit ipſum,ſtatim uiuet.Et cap.26.Quãdo ignis deuorabit ducentos & quinquaginta uiros,qui facti ſunt in ſignũ:hoc eſt,ut Paulus 1.Corint.10.interpretatur:Hęc autem omnia figuræ contigerũt illis,ſcripta uerò ſunt propter admonitionẽ noſtri, &c.

Et in ſtatu affixorum tranſponit alterum punctulum de zere in ſequentẽ literã ſamech,ut ſit ſignũ literæ abiectæ.Exod.15.Et ædificauit Moſe altare, & uocauit nomen eius Iehoua uexillum meũ.Ieſa. 49. Et ad populos exaltabo ſignũ meum.

סוּס Equus:quia ſe,caput & uocem in altum extollit,& agilis eſt in bello, atq; nomen eſt non tam indiuidui quàm ſpeciei.Geneſis 49.Mordẽs calcaneos equi. Pſalm. 32.Nolite fieri ſicut equus & mulus.Pſal.33.Fallax equus ad ſalutẽ.Ioſue 11.Equũ & currum multum ualde,id eſt equitatum. Et pluraliter סוּסִים. Deuter.17.Non multiplicabit ſibi equos.1.Regum 10.Et exitum equorum.2.Regum 10.Et penes uos ſunt currus & equi. Legitur etiam סֻסִים. 2.Samuelis 15.Et fecit ſibi Abſolon

quadrigam & equos. In ſtatu regiminis & affixorum סוּסֵי. 2. Regum 2. Et equi ignis, id eſt ignei. 1. Regum 22. Sicut equi mei, ſic equi tui. Ioſue 11. Equos eorum ſu●ides. Legitur & in forma fœminina סוּסָה. Canticorum 1. Equabus cū curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea. Eſt & סוּס nomen auis proceritate, ſtatura, uoce ſimilis equo, quam nos gruem uocamus. Ieſaiæ 38. Sicut grus & hirundo, ita garriebant. Iere. 8. Turtur & grus, & hirundo cuſtodiūt tempus aduētus ſui.

מָנוֹס Fuga. Pſalm. 142. Sublata eſt fuga à me. Ieremię 25. Et auferetur fuga à paſtoribus. & cap. 46. Et fuga fugerunt. Et in ſtatu affixorum mutat holem in ſchurek. 2. Sa
935 muelis 22. Et refugium meum. Et in forma fœminea מְנוּסָה. Ieſaię 52. Et cū fuga non ibitis. In ſtatu regiminis מְנֻסַת. Leuit. 26. Et fugient fugam gladij.

נוּעַ Etſi generaliter motionem ſignificet, & in hac generali ſignificatione cum uerbo נוּד conueniat, tamen modo ſignificandi alijsq́ proprietatibus inter ſe non omnino conueniunt, ſicut & ſi ea conferas uidere licet: nam ut cętera prętereā, נוּד plerunq́ celeriorē & crebriorē motionē & agitationē ſignificat, quàm נוּעַ. Habet item magnā cognationē cū uerbo מָנַע, quod ratione literæ mem ab initio, amotionē, & remotionē ſignificat. Itē cū uerbo נָסַע, de quibus ſuo in loco. Iob 28. Ab hominibus moti ſunt. Prouerbiorū 5. Mouentur greſſus eius. Threnorū 4. Moti ſunt cæci in plateis. Pſalm. 107. Mouentur ſicut ebrius. Ieſaiæ 24. Et mouendo mouebitur terra uelut ebrius. Et mox iterum: Quoniam auolauerunt & moti ſunt. Amos 4. Et mouebuntur duodecim ciuitates ad unam ciuitatem ut bibant aquam. & cap. 8. Et mouebūtur à mari uſq́ ad mare. Exod. 20. Et ut uidit populus, ſtatim moti ſunt, & ſteterūt à longe. Iudicum 9. Et abibo ad mouendū ſuper arboribus, id eſt ut mouear ſuper arboribus. Pſalm. 109. Mouendo moueantur filij eius ut mendicent. Ieſaiæ 6. Mouebantur ſuper luminaria à uoce clamantis. cap. 7. Et motum eſt cor eius, & cor populi eius ſicut mouentur ligna ſyluæ. Ieremię 14. Sic uoluerunt moueri.

Participium præſens נָע, mouens, mobilis: de quo infrà inter nomina. Et in genere fœminino pluraliter נָעוֹת. 1. Samuelis 1. Tantùm labia eius mouebantur.

In uoce paſſiua נָע. Amos 9. Et mouebo in omnibus gētibus domū Iſrael, quēadmodum mouerentur in cribro, ut non cadat lapillus in terram. Nahum 3. Si mouentur, ſtatim cadunt ſuper os comedentis.

In tertia coniugatione הֵנִיעַ. 2. Reg. 19. & Ieſaiæ 37. Poſt te mouit caput filia Ieruſalem. Iob 16. Et mouerē ſuper uos capite meo. Pſal. 22. Omnes uidentes me, ſubſannabant mihi, aperiebant in labio, mouebant caput. Et hęc equidem prophetia in Chriſto adimpleta eſt in cruce pendente, ut Matthæus teſtatur cap. 27. Prætereuntes autem conuicia conijciebant in eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Tu ille qui deſtruis templū, &c. Pſal. 109. Videntes me mouebant caput ſuum. Thren. 2. Sibilauerunt & mouerunt caput ſuum. Et ex phraſi cognoſcitur differētia inter hoc uerbum, & inter uerbum נוּד, quod ſi cum pronomine datiui caſus cōſtruit, ſignificat mouere alicui ex condolentia, & commiſeratione, & eſt geſtus commiſerantium: ſed הֵנִיעַ cum nomine caput conſtructum, ſignificat motionem ſeu geſtum capitis ſubſannantium. & illudentium. Sic etiam illud intelligendum eſt Zophoniæ 2. Omnis tranſiens per eam ſibilabit & mouebit manum ſuam. Nūc alia exempla adducam extra hanc phraſin. Num. 32. Et moueri fecit eos in deſerto quadraginta annis. 2. Sam. 15. Et hodie moueri faciam te nobiſcū ad ambulandū. Pſal. 59. Mouere facias eos potentia tua. Et mox iterum: Ipſi moueantur ad comedendum. Danielis 10. Et ecce manus attigit in me & mouere fecit me ſuper genua mea, & uolas manuum mearum. Amos 9. Ecce ego mādo & mouere faciā in omnibus gentibus domum Iſrael.

INDE NOMINA:

נָע Nomen participiale, mouens, ſeu mobilis. Gen. 4. Mobilis & profugus eris in terra. Et mox iterum: Et factus ſum mobilis, & profugus in terra.

מְנַעַנְעִים Nomen participiale ſecundæ coniugationis geminatum, quod Chaldæus מְנַעַנְעִין,

&

& Hieronymus Siſtrum uertit: habet autem appellationē ſuam à motione, & ge-
936 minatur eò quòd crebrius concutiatur. 2. Sam. 6. In tympanis & in Siſtris.

נוּף Agitauit circumquaque aliquid. Et differt modo tantùm ſignificandi à uerbis נוּעַ & נוּד. Prouerb. 7. Agitaui ſuffiendo cubile meum myrrha.

In ſecunda coniugatione נוֹפֵף. Ieſaię 10. Agitabit manum ſuam ad mortem filię Zion. In tertia coniugatione הֵנִיף. Exod. 20. Si cultrum tuum agitaueris ſuper ipſum. Deut. 27. Et ædificabis ibi altare ipſi Iehoua deo tuo, altare lapideū, non agitabis ſuper eos ferrum. & cap. 23. At falcem non agites ſuper ſegetem proximi tui. 2. Reg. 5. Et agitabit manū ſuam ad locum. Iob 31. Si agitaui ſuper pupillum manū meam. Ieſaię 10. Aut gloriabitur ſerra cōtra agitantem eam, ſicut agitat aliquis baculum. Pſal. 68. Pluuiam munificentiarum agitabis deus ſuper hæreditatem tuam. Exod. 35. Et omnis uir qui agitabit agitandam auri ipſi Iehoua. Leuit. 8. Et agitabit ea agitandam ipſi Iehoua. Num. 8. Et agitabit Aaron Leuitas agitandam coram Iehoua à filijs Iſrael, ut ſeruiant ſeruitium Iehoua. Et ex iſto loco intelligitur ſignificatio huius ceremoniæ. Leu. 23. Et facietis in die illa agitare uos manipulum.

Participium præſens מֵנִיף. Ieſa. 19. Et expaueſcet ab agitatione manus Iehoua exercituum, quam ipſe agitat cōtra eam. Zach. 2. Ecce ego agito manum meam. Ieſa. 10. Aut gloriabitur ſerra contra agitantem eam.

In uoce paſſiua הוּנַף. Exod. 29. Et armum agitandæ, qui agitatus eſt.

INDE NOMINA:

נוֹף Surculus, qui hinc inde, & in omnes terræ partes agitatur uento, & figuratè ſumitur pro doctrina Euangelij in omnem terram agitatione Spiritus ſancti propaganda. Pſal. 48. Pulcher ſurculo, gaudium totius terrę eſt mōs Zion. Eſt & nomen urbis in Ægypto celeberrimę, quam quidam putāt eſſe מֹף Memphin. Iere. 2. Etiam filij Noph. & cap. 44. Qui habitant in Migdol, & in Tachpanches, & in Noph. & capite 46. Vaſa tranſmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti, quia Noph in ſolitudinem erit.

נָפָה Inſtrumentum, in quo aliquid agitatur, & quod aliquid agitat. Latini uocant cribrum ſeu uannum. Et legitur in ſtatu regiminis נָפַת. Ieſ. 30. Ad agitandum gentes in agitaculo, id eſt, cribro.

הֲנָפָה Agitatio. Et uſurpatur pro Infinitiuo. Ieſaiæ 30. Ad agitandum Gentes in agitaculo, id eſt, cribro.

נֹפֶת Fauus, qui agitatione mel ſpargit. Pſal. 19. Et dulciora melle, & fauo fluorum. Cantic. 4. Fauum diſtillant labia tua.

נָפֶת Nomen regionis in tribu Manaſſe, cuius fit mentio Ioſue 17.

תְּנוּפָה Agitatio, agitanda, mouenda, ſeu oblatio, quæ hinc inde in ſublimi agitabatur in ſacrificijs. Exod. 29. Et agitabis ea, agitandam coram Iehoua. Loquitur ibi de uarijs eſcis, quę tali ceremonia Deo offerebantur. Et ibidem iterum: Et ſanctificabis pectus agitationis. Ieſ. 30. Et bellis agitationis pugnabit contra eam. Et in ſtatu regiminis תְּנוּפַת. Ieſ. 19. Et pauebit ab agitatione manus Iehoua exercituum. Et
937 pluraliter תְּנוּפוֹת. Num. 18. De omnibus agitandis filiorum Iſrael.

נוּץ Erupit ad uolatum, euolauit. Et ut נָאַץ maledictis in aliquem inuehere, & inceſſere, ita נוּץ forma parum mutata prorumpere, prouolare ſignificat. Cōgruit autem cum uerbis טוּס & נָד אוּץ נָצָה יָצָא נָאַץ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Thren. 4. Euolauerunt & receſſerunt.

In tertia coniugatione הֵנֵץ, de florum eruptione intelligitur. Significat efflorere, eﬄoreſcere, pullulare, germinare. Cant. 6. An floruerint malogranata. Ezech. 12. Et florebit amigdalus. ubi in medio pro uau habet aleph, perinde הֵנֵאץ.

INDE NOMINA:

נֵץ Nomen generale auium, ſummo niſu ad prędam euolātium, & quę pernici quodam impetu ferūtur. Vox Latina Niſus Hebrææ uoci reſpondet, niſi quòd Niſus Latinis ſpecies ſit, Hebræis uerò complectatur multas ſpecies rapacium auium quæ prędę inhiāt, & uenationi. Leu. 11. Et Niſum cū ſpeciebus ſuis. Secūdò ſigni

ſtat etiam florem, gemmam, folliculum. Gen. 40. Aſcendit flos eius. Ieſ. 18. Antequam uuæ immaturę fuerit flos ſuus. Et in forma fœminea נִצָּה. Iob 15. Proijciet ſicut olea florem ſuum.

נוֹצָה Pennæ, pluma, quæ excreſcit, & quodãmodo effloreſcit ex corpore auiũ, aut quã aues uolant & ferũtur. Leuit. 1. Tolles ueſiculam eius, & plumam eius. Ezech. 17. Aquila magnis alis, & multa pluma.

נִצָּנִים Flores, accerſita nun litera. Cantic. 2. Folliculi apparuerunt.

נִיצוֹץ Scintilla, eruptio flammæ, ſeu ignis, ut à נצץ deducitur נִיצוֹץ. Ieſa. 1. Præſidium eius erit in ſtuppam, & factor eius in ſcintillam, id eſt, eruptionem ignis.

נוֹצְצִים Nomẽ participiale. Ezec. 1. Exſplendeſcẽtes ſeu emicãtes, ſicut color æris politi.

נור Vide infrà in נִיר.

938 נזה

Aſperſit. Leuit. 26. Qui aſperget ſuper eam. 2. Regum 9. Et aſperſit de ſanguine eius in parietem.

In tertia cõiugatione הִזָּה. Leu. 4. Et aſperget de ſanguine eius. Exo. 29. Et aſperges ſuper Aaron. Num. 8. Aſperge ſuper eos aquam. Leuit. 16. Aſperget ſeptem uicibus. Item cap. 8. Et aſperſit ex eo ſuper altare. Ieſ. 52. Sic aſperget Gentes multas, ſcilicet, prædicatione Euangelij, cuius aſperſio in ueteri Teſtamento figura erat. Et cap. 63. Et aſperſit excellentiam ſuam ſuper ueſtem meam.

Participium præſens, maſculini generis מַזֶּה, & in ſtatu regiminis מַזֵּה. Nu. 19. Et aſpergens aquas remotionis lauabit ueſtimenta ſua.

939 נזל

Fluxit, defluxit, decurrit: & ſemper de aquis dicitur. Cõuenit ſignificatione cũ uerbis לוז & זלל זול אָזַל, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe diſſentiãt. Num. 24. Fluet aqua de hauſtro eius. Deut. 32. Fluat ut ros ſermo meus. Et quando regit poſt ſe accuſatiuũ, tum fit tranſitiuũ, & licebit uertere uerbo effundendi. Ieſ. 45. Et nubes effundent iuſtitiam. Iere. 9. Et palpebræ noſtrę effundent aquas.

Participium præſens, ſeu nomen participiale נֹזְלִים, fluctus, fluenta. Exod. 15. Et ſteterunt ſicut cumulus fluxus. Pſal. 78. Et eduxit fluenta ex petra. Ieſaiæ 44. Et fluenta ſuper aridam. Et cum affixo. Pſal. 78. Et fluenta ipſorum ne biberent.

In tertia coniugatione הִזִּיל. Ieſa. 48. Et aquam de petra effudit eis. Vide locum Thren. 1. in themate זול.

INDE NOMEN,

מַזָּלוֹת Nomen, quo Iudæi idolatræ appellauerũt planetas, ſeu ut Hieronymus exponit, duodecim ſigna Zodiaci, ab influentia quã illis in hæc inferiora tribuerũt, ideoq́ etiam illis ſuffitum fecerunt & ſacrificârunt. 2. Regum 23. Suffitum facientes ipſi Baal, ſoli & lunæ, & planetis.

נֶזֶם Vide in themate נָזַם.

940 נזק

Vox eſt Chaldaica, & uerbaliter ſignificat nocere, damnoſum eſſe. Eſdræ 4. Et mãdatum regibus damnoſum erit. Et mox iterũ: Ad damnũ adferẽdũ regibus.

Participium præſens. Eſdræ 4. Vrbs rebellis, & damnoſa regibus.

INDE NOMINA:

נֵזֶק Damnum. Eſther 4. Quia aduerſarius perpendit in damnum regis.

נָזִק Damnum. Daniel. 6. Et regi non futurum eſſet damnum.

941 נזר

In prima coniugatione uſuuenit tantùm in uoce paſſiua נִזַּר, & ſignificat deuotione ſiue religione, ſanctimonia, aut uoto ſingulari, uel reuerentia & dignitate ſeparari ab alijs. Leuitic. 22. Loquere ad Aaron, & ad filios eius, ut ſeparentur à ſanctis filiorum Iſrael. Zachariæ 7. Nunquid flebo in menſe quinto ſeparari, id eſt, ut ſeparer: uel, ut ſim ſeparatus. Ezechielis 14. Quicunque de domo Iſrael, & de peregrina manente in Iſrael, qui ſeparatus fuerit poſt me, & reduxerit idôla in cor ſuum. Oſeæ 9. Ipſi uenerunt ad Baal Peor, & ſeparati ſunt ad ignominiam.

In tertia coniugatione הִזִּיר. Leuitic.15. Et ſeparabitis filios Iſrael ab immundicia eorum, ut non moriantur. Numeri 6. Vir ſiue mulier, quando ſingulare uotum Nazarei uouere uoluerit, ut ſint ſeparati ipſi Iehoua, à uino & ſicera ſeparent ſe, id eſt, abſtineant.

INDE NOMINA:

נָזִיר Nazireus, ſeparatus. Numeri 6. Si uir aut mulier ſingulare aliquod uotum Nazirei uouere uoluerit. Iud.13. Quoniã Nazireus Dei erit puer iſte. Quæ autem & qualis lex fuerit Nazireorum, ex Num.6. cognoſces. Sumitur tamen etiam pro ſeculari Nazireo, id eſt, ſeparato à uulgo dignitate, qui etiã geſtabat diadema ſeu coronam, aut alia ornamenta quibus diſcernebatur à plebeis. Gen.49. Benedictiones patris tui præualuerunt benedictionibus parẽtum meorum iuxta optata collium ſeculi, eruntq; ſuper caput Ioſeph, & uerticem Nazirei fratrum ſuorum. Et Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum multi exiſtimant hoc nomine dictum. Et pluraliter נְזִירִים. Amos 2. Et de iuuenibus eius Nazireos. Thren.4. Candidiores fuerũt Nazirei eius niue. Deinde etiam in abſtracto uſurpatur pro ſeparatione, ſicut יְלָדִים וְנְעָרִים & id genus alia nomina, & ad uuas transfertur, quæ deuotione ac pietate ſeparatæ erant pauperibus. Leuit.25. Et uuas ſeparationis eius non uindemiabis. Et mox iterum: Neq; uindemiabis ſeparationes eius.

מִנְּזָרִים Nomen pluralis numeri, ſeparati. Nahum 3. Separati tui ſunt quaſi locuſtæ, & duces tui, quaſi locuſtæ locuſtarum.

נֵזֶר Nomen abſtractum, quod aliquando cum quinq; punctis ſcriptum legitur, Diadema, corona, quæ conſecrata erat regi, & ſacerdoti, & qua uel rex, uel ſacerdos ſummus ab alijs diſcernebatur, dignitas, conſecratio. Exo.29. Et pones uittam ſuper caput eius, & coronam ſanctitatis ſuper uittam. Leuit.21. Quia conſecratio olei unctionis Dei ſuper ipſum. 2.Sam.1. Et accepi diadema, quod erat ſuper capite eius, & armillam, quæ erat ſuper brachio eius. Exod.39. Et fecerunt laminam pro corona ſanctitatis. Num.6. Quoniam conſecratio Dei ſui ſuper capite eius. 2.Regum 11. Et educens filium regis impoſuit ei diadema, & teſtimonium. In ſtatu affixorum mutat primam uocem in hirik, & alteram in ſeua. Num.6. Omnibus diebus Naziriatus eius. Et mox iterum: Prophanabitur caput Naziriatus ſui. Pſal.89. Prophanaſti in terram deijciendo coronam eius. Pſal.132. Super ipſum florebit corona eius. Iere.7. Tonde Naziriatum tuum, & abijce, id eſt, capillitium.

942 נָחָה Significat placidè & ſenſim ducere, deducere, quemadmodum paſtor gregem, aut pater puerum ſuũ manu ducit. Et differt modo tantùm ſignificandi à uerbis נָחָה & נָהַג נָהַל. Gen.24. Ego cùm eſſem in uia, deduxit me Iehoua uſq; ad domum fratrum Suſtentatoris mei. Exod.13. Et non duxit eos Deus per uiam terræ Philiſtæorum. Et mox iterum: Et Iehoua ibat ante illos interdiu in columna nubis, ut duceret eos in uia, &c. Pſal.5. Iehoua deduc me in iuſtitia tua. Pſal.77. Duxiſti uelut oues populum tuum per manum Moſe & Aaron.

In tertia cõiugatione הִנְחָה. Gen.24. Et benedixi Iehoua deo Suſtentatoris mei Abrahæ, qui deduxit me in uia ueritatis. Num.23.. Ex Syria duxit me Balak. Prou.6. Cum ambulaueris deducet te, & cum ibis cubitum cuſtodiet te.

INDE NOMEN,

מִנְחָה Primò, quodlibet donarium ſeu donum cuiuſcunq; rei prophanum, quod homini honoris cauſa offertur, ſignificat, eò quòd ſenſim, & cũ pompa quadam portetur aut ducatur. Gen.32. Et accepit ex eo quod ueniebat in manum donarium pro Eſau fratre ſuo, capras ducentas, hircos uiginti, & arietes uiginti, &c. & cap.43. Tollite de fructibus terræ in uaſa ueſtra, & deferte uiro illi, donarium. Iud.4. Et miſerunt filij Iſrael per manum eius donarium ipſi Æglon regi Moab. Secundò, ſignificat oblationem quæ Deo offertur. Geneſis 4. Et adduxit Kain de frugibus terræ oblationem ipſi Iehoua, ſed & Abel adduxit de primitijs ouium ſuarum, & de adipe earum. Et reſpexit Iehoua ad Abel, & oblationem eius. Ad Cain uerò, & ad oblationem eius non reſpexit. Tertiò, in lege Moſi de farreo ſeu

adoreo

adoreo duntaxat ſacrificio dicitur, cuius Leuit. 2. quinque ſpecies cõmemorantur.

Prima ſpecies erat farina ſimilę,ſuperfuſo oleo, & thure ſuperpoſito. Secunda ſpecies erat uel placenta ſimilaginea azyma mixta oleo, uel cruſtula ſimilaginea azyma uncta oleo,utraque cocta in clibano. Tertia ſpecies erat ſimila azyma mixta oleo, & cocta in forcipe,poſtea in particulas fracta ſuperfuſo oleo. Quarta ſpecies erat ſimila azyma in cacabo & oleo cocta. Quinta ſpecies erant ſpicæ de primitijs frugum ad ignem toſtæ & contuſæ, oleo,& thure ſuper his poſitis. Et Leuit.7.legitur quibus illę oblationum ſpecies ceſſerint, ſimiliter etiam ritus ſacrificandi. Habes iam ex illis enumeratis ſpeciebus oblationũ,differentiã quoque inter קָרְבָּן & מִנְחָה, quòd קָרְבָּן generalius ſit quàm מִנְחָה: quia dicitur etiam de pecoribus ut clarè habetur Leuit.1, ſed מִנְחָה dicitur tantùm de frugibus terræ ut Leuitic.2.Nunc aliquot exempla uidebimus.Leuitic.6.Hæc eſt lex oblationis,quam offerent filij Aaron coram Iehoua. & cap.23. Iſtæ ſunt ſolennitates Iehoua, quas uocabitis conuocationes ſanctas, ut offeratis ignitas Iehoua,holocauſtum, oblationem, ſacrificium, ſcilicet retributionum & libamina, ſuo quolibet tempore. Dan. 9. Et corroborauit pactum multorum hebdomada una, & dimidia hebdomada faciet ceſſare ſacrificium & oblationem. Et pluraliter מִנְחוֹת. Pſalm. 20. Sit memor omnium oblationum tuarum & holocauſtum tuum incineret. Amos 5. Et cum obtuleritis,holocauſta ueſtra, & oblationes ueſtras non acceptabo.

943 **נחל** Hæreditauit,hęreditatẽ accepit,hæreditariò accepit:& includit ſimul proprietatem,ac illius rei proprię ſucceſſionem in familia.Exo.23.Et hęreditabit terrã. & cap.34.Et hæreditabis nos,ut ſimus hæreditas tua. Pſal.119. Hæreditariò accepi teſtimonia tua.Pſal.82.Et tu hæreditatem accipies in omnibus Gentibus.

In ſecunda coniugatione נִחֵל, hæreditare fecit,appropriauit.Ioſue 13. Hęc ſunt quæ hæreditare fecit Moſe in campeſtribus Moab.& cap.14.Quæ hæreditare fecerunt eos Eleazar & Moſes.Num.34.Hęc ſunt quæ præcepit Iehoua ad hæreditandum facere filios Iſrael in terra Canaan.

In tertia coniugatione הִנְחִיל, hæreditare fecit,hęreditatem dedit.Iere.18.Super terrã,quã hæreditare feci patres ueſtros.Ioſue 1.Et hæreditare facies populum iſtũ terram.1.Paralip.28.Et hæreditariò tribuatis filijs ueſtris poſt uos perpetuò.

Participiũ præſens מַנְחִיל. Deu.12.In terra quã Iehoua deus ueſter hæreditare fecit uos. In uoce paſſiua הָנְחַל. Iob 7.Sic hæreditate dati ſunt mihi mẽſes uanitatis.

In quarta coniugatione הִתְנַחֵל, hæreditariò diſtribuit ſibi.Leu.25.Et hæreditariò appropriabitis uobis illos præ filijs ueſtris.Num.33.Et hęreditariò appropriabitis terram per ſortem.Et mox iterum: Pro tribubus patrum ueſtrorum hæreditariò appropriabitis. Ezech. 47. Hic eſt terminus in quo hæreditariò approbriabitis uobis terram ſecundum duodecim tribus Iſrael.

INDE NOMINA:

**נַחֲלָה** Hæreditas propria,quæ iure ſucceſſionis in aliquẽ deriuatur ac manat, ceu alueo torrens defertur,nec aliò extra lineam transfertur. Gen.31. Adhuc partitio & hæreditas in domo patris noſtri.Deut.12.Et hæreditatẽ, quã Iehoua deus dat tibi. & cap.18.Et hæreditas non erit ei.Ioſue 17.Filiæ Manaſſe hæreditauerunt hæreditatem. Legit̃ tamen in ſtatu abſoluto ſemel נַחֲלָת Pſal.16.Hęreditas pulchra ſuper me. In ſtatu regiminis נַחֲלַת. Num.16. Dediſti nobis hęreditatẽ agri. Iob 27. Et hęreditas tyrannorũ,quã ab Omnipotẽte accepturi ſunt.Pſal.127.Ecce hęreditas Iehoua liberi ſunt,id eſt,donum dei, quod in aliquos cõfert, & deriuat Dominus.

In ſtatu affixorum.Deut.18.Iehoua eſt hęreditas eius.Exo.15.In monte hęreditatis tuæ.Pſal.119.Hæreditas mea,teſtimonia tua in perpetuum.

**נְחִילוֹת** Nomẽ plur.num.tãtũ,& ſemel legit̃ in titulo Pſ.5.Ad triũphandũ de hæreditatib. ſ.populi dei. Quidã tamẽ pro Inſtrumẽto muſico, alij pro melodię gñe accipiunt.

**נַחַל** Vallis anguſta, alueum habens in quo tempore pluuiæ torrens raptim defertur, ac per ſynecdochen ſæpe pro ipſo torrente accipitur. Et differt ab אָפִיק, quæ

latior

latior eſt,& quędam planicies, & fieri poteſt ut neque torrentem, neque fluuium habeat. Differ ꝗ etiam à נהר fluuio, qui perennis eſt,nec ceſſat,nec æſtate exiccatur. Scribitur autem tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis utrinq; cum pathah, at in diſtinctione ſententiæ prior uox pathah mutatur in cametz. Num. 13. Et uenerunt uſq; ad uallem Eſcol,& præciderunt ibi palmitem,& botrum uuarum unum, & hunc locum uocauerunt uallem Eſcol propter botrum, quem deciderunt filij Iſrael. Gen. 26. Et caſtrametatus eſt in ualle Gerar & habitauit ibi. Et mox iterum: Et foderunt ſerui Izhak in ualle & inuenerunt ibi puteum aquarum uiuentium. Deut. 2. Et ciuitatem, quę erat in ualle. Ioſue 13. Et à ciuitate, quæ eſt in medio uallis. Iud. 6. Et dilexit mulierē, quę eſt in ualle Schorek. 1. Sam. 15. Et uenit Saul ad ciuitatē Amalek & rixatus eſt in ualle. Pro alueo in quo torrēs delabitur. Leu. 13. Et ſalices torrentis. Ioſue 13. Ab Aroer, quę eſt iuxta ripam aluei torrentis Arnon. 2. Reg. 3. Et alueus replebitur aquis. Pro torrente ſeu aquis torrentis. 1. Reg. 17. Et erit ut de iſto torrente bibas. Pſal. 110. De torrēte in uia bibet. Ieſa. 30. Et ſpiritus eius ſicut torrēs inundans. & cap. 66. Et ſicut torrens inundans gloria Gentiū.

In duali numero נחלים. Ezec. 47. Ad quęcunq; uenerit ibi duplex torrēs, uiuet.

Et pluraliter נחלים. Pſalm. 104. Qui emittit fontes in uallibus, ut inter montes fluant. Ieſ. 52. Mactantes pueros in uallibus ſub prominētijs rupium. Num. 24. Sicut torrentes, ita extenta ſunt. Pſal. 78. Torrētes inundabunt. Et in ſtatu regiminis נחלי. Deut. 8. Terram torrentium aquarū. Iob 20. Non uidebit in riuos, flumina, torrentes mellis & butyri. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Torrentes Beliaal. Et in ſtatu affixorum. Ieſa. 34. Et uertentur torrentes eius in picem. Et in forma fœminina נחלה. Num. 34. Ab Haſmon torrente Ægypti. Pſa. 124. Torrens trāſiuit ſuper animam noſtram. Ezech. 47. Et torrens uſq; ad mare magnum.

944 נחם Verbum primæ coniugationis uocis paſſiuę, pro נחם. Atq; generaliter ſignificat mutationem animi ſeu affectus, qualis eſt quādo aliquem dicti, uel facti ſui pœnitet, & dolet dictum eſſe uel factum, illudq; ipſum mutat, uel quæ fit cōdolentia & commiſeratione, uel quæ fit cōſolatione, in eo qui priùs cōturbatus erat: cōgruit ſignificatione cū uerbis יחם חמה חמם, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe differāt: nā & huius uerbi ſignificatio calorē importat. Exēpla ubi pœnitudinē ſeu indolentiā ſignificat. 1. Sam. 15. Et Iehoua pœnituit, ꝙ Saulē cōſtituiſſet regē. Gen. 6. Et pœnituit Iehoua ꝙ feciſſet hominē ſuper terra. 1. Sam. 15. Triūphator Iſrael nō mētief, neq; pœnitebit: ſiquidē nō eſt homo, ut pœnitudine duci poſſit. Pſ. 110. Iurauit Iehoua, & nō pœnitebit. Zach. 8. Sic dixit Iehoua exercituū, ſicut cogitaui malum inferre uobis cū ad iracūdiam prouocarēt me patres ueſtri, & non pœnituit. Exod. 13. Ne pœniteat populū cum uiderit bellum, & reuertatur in Ægyptum. Iob 42. Ideo reijcior & doleo ſuper puluere & cinere. Exempla ſecundi, ubi talem pœnitudinem ſignificat, quę flectit ad cōmiſerationem. Iud. 2. Quoniam mouebatur Iehoua cōmiſeratione ſuper ſuſpirijs eorum. Iud. 21. Quoniam condoluęrunt filij Iſrael ſuper Beniamin. Et mox iterum: Et populus condoluit ipſi Beniamin. Exo. 32. Et condoleas ſuper malo populi tui. 2. Sam. 24. Et condoluit Iehoua ſuper malo. Iere. 18. Et pœnitebo ſuper bono, quod promiſi ei benefacere. Pſal. 106. Et memor fuit erga illos fœderis ſui, & pœnitudine ductus eſt ſecūdum multitudinē miſericordię ſuæ. Iere. 15. Defatigatus ſum condolere, id eſt, commiſereri. Ioelis & Ionæ 2. Quis ſcit, conuertetur & cōdolebit, id eſt, commiſerebitur. Pſal. 90. Conuertere Iehoua aliquando & commiſerere ſuper ſeruo tuo.

Exempla tertij, admiſſa cōſolatione mutatur animus & fit lętus, qui triſtabatur antea & lugebat. Gen. 24. Facta eſt ei uxor & dilexit eam, & conſolatus eſt Izhak poſt matrem ſuam. Gen. 38. Et mortua eſt filia ſua, uxor Iehuda, & conſolatus eſt, & aſcendit ad tonſores ouium ſuarum. 1. Sam. 13. Propterea quòd conſolatus eſſet ſuper Amnon, quòd mortuus eſſet. Pſal. 67. Renuit cōſolari anima mea. Ieſ. 1. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis & uindicabor de inimicis meis. & cap. 57. Fudiſti eis libamen, & obtuliſti hoſtiam: an ſuper illis ſolatium accipiam?

Parti-

Participium præſens primi modi נִחָם. Iere.8. Non eſt quiſquam pœnitẽs ſuper malo ſuo, dicens, quid feci.

In ſecunda coniugatione נִחַם, affecit aliquẽ uerbis ut mutet animũ, ut fit quando commiſeretur ipſius, & condoleat ei, fecit ſeu iuſſit dedolere, ut in conſolationibus: unde conſolari aliquẽ ſignificat, ſemperq́ accipitur actiuè. Ieſa. 49. Quoniam Iehoua conſolatus eſt populum ſuum. & cap.14. Auertatur ira tua, & conſoleris me. cap. 51. Quis cõſolabitur te. ubi aleph prima futuri ponitur pro iod tertia futuri. Gen.5. Et uocauit nomẽ eius Noah, dicens, Iſte conſolabitur nos ab opere noſtro. & cap.37. Surrexerunt omnes filij eius, & omnes filiæ eius, ut conſolarẽtur eum. cap.50. Et conſolatus eſt eos. Ruth 2. Quem ego tibi proponam, ut conſoler te uirgo filia Zion. 2. Sam.10. Et miſit Dauid ut conſolaretur eum per ſeruos ſuos. 2. Samu. 12. Et conſolatus eſt Dauid Bathſeba uxorem ſuam, & ingreſſus ad eam concubuit cum ea. Iob 29. Lugentes conſolabitur. Iere.31. Et uertam luctum eorũ in gaudium, & conſolabor eos, & exhilarabo eos à triſtitia eorum.

Participium præſens מְנַחֵם, quod tamen etiam nominaliter uſurpatur. Eccl. 4. Vidi lacrymas oppreſſorum, & non erat conſolator. Thren.1. Non eſt ei conſolator. Et pluraliter מְנַחֲמִים. 2. Sam.10. Quoniã miſit tibi cõſolatores. Pſal.69. Expectabam conſolatores, ſed non inueni. Nahum 3. Vbi quæram cõſolatores. Et in ſtatu regiminis מְנַחֲמֵי. Iob 16. Conſolatores moleſtiæ eſtis uos mihi.

In uoce paſſiua נֻחָם. Ieſa. 54. Afflicta, tempeſtate obruta, non conſolata, id eſt, deſolatione deſtituta. & cap.66. Et in Ieruſalem conſolationem accipietis.

In quarta coniugatione הִתְנַחֵם. Num.23. Deus non eſt homo ut mentiatur, aut filius hominis ut pœnitẽtia ducatur. Deu.32. & Pſal.119. Quoniã iudicabit Iehoua populum ſuum, & ſuper ſeruis ſuis cõpatientia afficietur. Chriſtus uſus eſt iſta ſententia, & Luc.cap.18. uertit Græcè μακροθυμῶ, cõmutata tãtùm orationis forma, cũ inquit: Deus aũt nõ faciet uindictã electorũ ſuorũ clamantiũ die ac nocte, & patiens erit ſuper illis? dico uobis ꝙ faciet uindictã illorũ citò, id cõpaſſione afficietur ſuper illis, wirdt mitliden über ſie haben / wirdt ſich über ſie erbarmen. Sic & uoce illa μακροθυμία uſus eſt Petrus apoſtolus 2. Epiſt.2. Haud tardat Dominus qui promiſit, quemadmodum nonnulli tarditatem exiſtimant: uerùm μακροθυμεῖ εἰς ὑμᾶς patiens eſt erga uos, dum nõ uult ullos perire, ſed omnes ad pœnitentiam recipere, id eſt, clemens eſt. Et Paulus 1. Timoth.1. Verùm ideo miſericordiã ſum adeptus, ut in me primò oſtenderet Ieſus Chriſtus omnem patientiam, id eſt, clementiam, &c. Gen.37. Sed noluit conſolationem accipere. Pſal. 119. Recordatus ſum iudiciorum tuorũ à ſeculo, Iehoua, & ſolatium accepi. Ezech.5. Et quieſcere faciam furorem meum in eis, ut ſolatio afficiar.

Participium מִתְנַחֵם. Gen.27. Ecce Eſau frater tuus ſolatur ſe de te, ut occidat te.

INDE NOMINA:

נֹחַם Conſolatio. Oſeæ 13. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis.

נֶחָמָה Conſolatio. Iob 6. Et eſſet adhuc conſolatio mihi. Pſal. 119. Hæc eſt conſolatio in afflictione, quòd ſermo tuus uiuificet me.

נִחֻמִים Nomen pluralis numeri tantùm. Ieſ.57. Adhibui cõſolationes ei. Zach.1. Reſpondit Iehoua angelo loquenti mecum uerba bona, uerba conſolatoria. Et in ſtatu affixi habet ſchurek loco kybutz. Oſeæ 11. Inuerſum eſt cor meum, accenſa ſunt ſimul uiſcera mea, id eſt commiſerationes meæ.

תַּנְחוּמִים Nomen pluralis numeri tantùm. Iere.16. Nec potabunt eos calice cõſolationum. Pſal.94. Conſolationes tuæ oblectauerunt animam meam. Ieſa. 66. Vt ſugatis & ſatiemini ab ubere conſolationum eius.

תַּנְחוּמוֹת Conſolationes. Iob 15. An exiguum apud te conſolationes Dei?

945

נחץ Ab iſto uerbo tantùm participium præteriti tẽporis legitur נָחוּץ, & cognationem habet cũ uerbis נצח נצר צלח חוץ חוש, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe differant. Significat autẽ properare foràs, urgere ad finem. 1. Samuel. 21.

Quia

946 Quia erat ſermo regis acceleratus ſeu feſtinus, ſcilicet, foràs, id eſt urgens.

## נחר

Verbum, quod in prima coniugatione tantū legitur in uoce paſſiua, aduſtum, combuſtum eſt: & dicitur de rebus corporalibus. Ieremiæ 6. Combuſtus eſt follis ab igne. Ezechielis 15. Et medium eius combuſtum eſt. quãquam aliqui malint eſſe participium. Legitur etiam in forma נִחַר. Pſal. 69. Defatigatus ſum clamando, aduſtum eſt guttur meum. Pſalm. 102. Et oſſa mea ſicut focus aduſta ſunt. Ezech. 15. Quantò minùs cùm ignis deuorauit ipſum, & aduſtum eſt. Item ca. 24. Et oſſa mea adurentur.

In ſecunda coniugatione נִחַר, exarſit: congruitq́; tã ſignificatione, q̃ modo ſignificandi cum uerbo חָרָה, quando ad animum transfertur: & regit quoq; poſt ſe accuſatiuū mediante prępoſitione beth. Et legitur Canticorum 1. Filij matris meę exarſerunt in me.

INDE NOMINA:

נְחִירַיִם Naſus, nares, nomen dualis numeri à calore ſeu furore & fremitu qui per nares efflatur. Iob 41. Ex naribus eius egreditur fumus.

נַחַר Forma maſculini generis, fremitus, qui in accenſis ira è naribus egreditur. Iob 39. An tremere facies eum quaſi locuſtam, decor fremitus eius formido.

נַחֲרָה Forma fœminini generis, fremitus. Ieremiæ 8. A Dan auditus eſt fremitus equorū eius.

947

## נחש

Legitur tantùm in ſecunda coniugatione. Et ſignificat curioſè & callidè obſeruare, obſeruatione, tētatione & experiētia diſcere artē ſeu rē aliquã, experiri, experimentari, Germanicè merckẽn / erfaren: habetq́; cognationē cū uerbo לָחַשׁ. 2. Reg. 21. & 2. Paral. 33. Et obſeruabat, & exercebat magiã. Gen. 30. Obſeruaui ſeu expertus ſum, q̄ benedixerit me Iehoua propter te. & cap. 44. Nunquid is es ex quo bibit ſuſtētator meus, & ipſe obſeruãdo obſeruabit in eo. Et mox iterū: Et dixit Ioſeph, quale eſt hoc factū, qđ feciſtis? an non ſcitis, q̄ obſeruãdo obſeruet aliquis, qui eſt, qualis ego ſum? Leu. 19. Non comedetis ſuper ſanguine, nec obſeruabitis, neq; oracula dicetis. 1. Reg. 20. Et uiri obſeruabãt & feſtinabãt hoc rapere ab eo. 2. Reg. 17. Et uſi diuinationibus obſeruabant.

Participium, ſeu nomen participiale מְנַחֵשׁ. Deut. 18. Obſeruator & magus.

INDE NOMINA:

נַחַשׁ Obſeruatio, auguriū, omen. Num. 23. Non eſt obſeruatio in Iacob. Et pluraliter נְחָשִׁים. Num. 24. Et nõ perrexit ſicut prioribus duabus uicibus in occurſum obſeruationū. Et arbitror artes ſuperſtitioſas hoc nomine dictas, quarū fit mētio Act. 19. Multi credentiū ueniebant cõfitentes, & annūciantes actus ſuos, multi aūt ex eis, qui fuerant curioſa ſectati cõtulerunt libros, & combuſſerunt eos.

נָחָשׁ Serpens ſeu coluber, à curioſa obſeruatione, tentatione, inſidijs, & experientia ita dictus, ſicut legitur Gen. 3. Et ſerpens erat callidior omni beſtiæ agri. Et mox iterū: Et dixit mulier, ſerpens ille ſeduxit me: & dixit Iehoua deus ad ſerpētē, quia feciſti hoc, maledictus es præ omni iumento, & præ omni beſtia agri, ſuper pectore tuo gradieris, &c. cap. 49. Erit Dan ſerpens ſuper uia, & aſpis in ſemita mordens calcaneos equi. Ieſ. 65. Et ſerpētis cibus erit puluis. Mich. 7. Lingent puluerē ſicut ſerpēs. Deu. 8. In deſerto magno & terribili, in quo erat ſerpēs urēs. Iob 26. Formauit manus eius ſerpentē uectē. Ieſa. 27. Super Leuiathã ſerpentē uectē, & ſuper Leuiathan ſerpentē tortuoſum. Pſal. 58. Furor illis ſimilis furori ſerpentis. Pſ. 140. Exacuerunt linguã ſuam ſicut ſerpēs. Eccl. 10. Qui diruit ſepē, mordebit eū ſerpens. Et mox iterum: Si momorderit ſerpens ſine incantatione. Et in ſtatu regiminis נְחַשׁ. Num. 21. Et fecit Moſes ſerpentē æris, & poſuit eū ſuper ſignū, & factū eſt cū momordiſſet ſerpēs aliquē, aſpiciebat ad ſerpentē æris, & uiuebat. 2. Reg. 18. Et cõminuit ſerpentē æris, quē fecerat Moſes. Et pluraliter נְחָשִׁים. Num. 21. Et miſit Iehoua in populum ſerpentes urentes, qui mordebant populum.

נְחֹשֶׁת In forma iſta ſignificat etiã æs, eò q̄ ex ſono eius aliquid obſeruari poteſt, & in uarios uſus practicetur. Iere. 46. Sonus eius uelut æris, quia cum exercitu ueniunt, id

eſt,ſtrepitus ſeu fragor armorum eius ex ære.

נְחֹשֶׁת Æs,ĕris.Exod.25.Aurum & argentũ & æs.Num.31. Verũtamẽ aurũ & argentũ, æs,& ferrum,ſtannum & plumbũ.1.Reg.16.Eratq́ galea æris ſuper capite eius,& lorica ſquamata erat indutus:pondus aũt loricæ habuit quinq́ millia ſiclorũ æris, & ocrea æris ſuper pedibus eius.2.Paral.4.Et ualuas obduxit ære.Ezech.22.Congregatio argẽti & æris,& ferri,& plumbi,& ſtanni in medio fornacis, ut conflẽt.

In ſtatu affixorum mutat holẽ in hatephcametz.Thren.3.Circumſepſit me ne egrederer,aggrauauit æs meum,id eſt uincula mea ex ære, ſcilicet facta.

נָחוּשׁ Nomen participiale maſculini generis.Iob 6.Nũ uirtus lapidũ uirtus mea,aut caro mea eſt ærea. Et in genere fœminino נְחוּשָׁה adiectiuè.2.Sam.22.Et excuſſus eſt arcus æreus brachijs meis.Iob 20.Aut ſauciabit eũ arcus æreus. Vel ſubſtantiuè in concreto.Iob 28. Ferrũ de puluere ſumitur, & ex lapide funditur æs. & cap. 40.Oſſa eius fluxus æris.& cap. 41.Reputabit pro ſtramine ferrũ,& pro ligno putrido, æs.Ieſ. 45.Ego ianuas æris cõfringã. Scribit̃ etiã ꝑ ſchurek,kybutz נְחֻשָׁה. Leu.26.Dabo cœlum ueſtrum uelut ferrũ,& terrã ueſtrã uelut æs.Mich.4. Et ungulas tuas ponã uelut æs. Et cũ affixis.2.Reg.25.& Ezech.52. Omne æs ipſorũ abduxerunt in Babel.Ezech.16.Propter effundi æs tuum,id eſt, pecuniam tuam ex ære.& cap.24.Et ardore ſoluetur æs eius.

נְחֻשְׁתַּיִם Nomẽ forma dualis numeri,ſignificat æs ſeu inſtrumẽtũ æreũ,qđ duas habet anſas,quibus duæ manus,uel duo pedes uinciuntur:alij cõpedes,alij uincula, alij catenas æreas uocant.Iud.16.Et uinciuerunt eum ęre.2. Sam. 3. Manus tuæ nõ ſunt in æs adductæ.2.Reg.25.Et uinciuit eum ære,& abduxit eum in Babel.

נְחֻשְׁתָּן 2.Reg.18.Et comminuit ſerpentem æris,quem fecerat Moſes:nam uſq́ ad illud tẽpus filij Iſrael adoleuerant ei,uocauitq́ ipſum Nehyſtan,id eſt æneum,quòd ſcilicet nihil habet numinis ſeu diuinitatis.

948
## נחת

Demiſit ſe ſenſim quietis gratia,deſcendit ſenſim, incubuit:congruitq́ ſignificatione cũ uerbis חָתַת & נוּחַ נָחָה יָנַח נָחַת : & quantũ ad cõiugationes ipſius attinet,eſt irregulare.Pſalm.38.Et incubuit ſuper me manus tua.Iere.21.Quis deſcendet ſuper nos.

Participium pluralis numeri,tamen irregulare נְחִתִּים.2. Reg.6. Caue ne tranſeas ad locum illum,quoniam Syri illic demiſerunt ſe.

In uoce paſſiua נִחֲתוּ. Pſal.38.Et ſagittæ tuę impreſſæ ſunt in me.2.Sam.22.Et deprimitur arcus æreus brachijs meis.

In ſecunda coniugatione נַחֵת. Pſ.65.Sulcos tuos irriga,deprime cumulos eius.

In tertia coniugatione.Ioelis 4.Ibi proſternet Iehoua heroes tuos.

INDE NOMEN,

נַחַת Demiſſio,remiſſio,quies,requies.Ieſ 30.Et demiſſionẽ brachij ſui oſtẽdet in excãdeſcentia iræ ſuæ.Prou.29.Siue iraſcatur, ſiue rideat, non tamen eſt remiſſio. Iob 36.Et accubatio menſæ tuæ plena pinguedine.Iob 17.Num pariter ſuper puluere erit accubatio.Eccleſ.7.Melior eſt pugillus cum requie.Ieſaiæ 30. In conuerſione

949 & quiete,ſeu remiſſione ſaluabimini.

## נטה

Quadrat ſignificatione cũ uerbis מָטַט & מוּט נוּט , quæ generaliter motionẽ ſignificãt,differũtq́ modo tantũ ſignificãdi ita uidelicet inter ſe:נוּט ſimplicem motionẽ,מָטַט & מוּט amotionẽ de loco,at נָטָה motionẽ ad omnẽ dimẽſionem ſignificat.Latini Interpretes,uerbis inclinãdi,declinãdi,reclinãdi,diuertẽdi,extẽdendi uerterũt.Eſtq́ uerbũ μέσον,& ſi regit poſt ſe accuſatiuũ,ponit̃ actiuè & trãſitiuè:ſin aũt nõ ſequit̃ accuſatiuus,tũ neutraliter uſurpat̃.Gen.33.Et extẽdit ibi tẽtoriũ ſuũ.Exo.13.Extẽdiſti dexterã tuã.Ieſ.45.Manus meæ extẽderũt cœlos. Nu.21.Et ſcaturigo torrẽtiũ,quæ ꝑtẽditur ad habitationẽ Ar.Pſal.21. Quoniã admouerũt ſuper me malũ.Pſ.73.Ego uerò,propemodũ moti ſunt pedes mei. ubi tertia perſona perfectè ſcribitur.Exod.7.Et extẽde manum tuam.2.Sam.2.Declina tibi ad dextrã tuam.Iob 15.Et extẽdetur in terra profectio eorũ. & cap. 31. Si declinabit greſſus meus à uia.Num.20.Et non declinabimus ad dexterã.Gen.39.Et inclinauit

nauit ad eum miſericordiam.1.Sam.8.Et declinauerunt poſt auaritiā.Exo.23.Neque reſpōdebis in cauſa ad declinandū poſt multos.Pſ.17.Oculos ſuos poſuerūt ad declinandum in terram.Ier.14.Et ſicut uiator, qui declinauit ad pernoctandū.

Participium præſens maſculini generis נוֹטֶה.Ieſ.40.Qui extendit uelut pellē, cœlos.& ca.66.Ecce ego promoueo ad eū uelut flumē,pacē.Ezech.25.Ecce ego extēdo manū meā ſuper Philiſtæos. Et pluraliter in ſtatu affixi.Ieſ.42.Creās cœlos,& extendentes eos.ubi participio ſingularis numeri ſignificatur una eſſentia diuina,quæ creauit,& altero participio exprimitur trinitas perſonarum.

Participium præteritum maſculini generis נָטוּי.Pſal.62.Sicut paries inclinatus.& Pſ.102.Dies mei ſicut umbra inclinata. Et in genere fœminino נְטוּיָה.Exo.6.In brachio extento.Ieſaiæ 5.Et adhuc manus tua extenta. Et pluraliter נְטוּיוֹת.Ieſ.3.Extentæ gutture.

In uoce paſſiua נִטָּה.Num.24.Sicut torrentes extenſa ſunt.Ierem.6.Quia inclinabuntur umbrę ueſperè.Zach.1.Et amuſſis extendetur ſuper Ieruſalem.

In tertia coniugatione הִטָּה, & eſt tranſitiuum in ſecundū uel tertiū.Pſal.116.Quia inclinauit aurem ſuam mihi.Eſdræ 7.Et ſuper me inclinauit miſericordiam.Ier.5.Iniquitates ueſtræ declinauerunt iſta.1.Reg.4.Vxores eius declinauerunt cor eius.Prouerb.7.Inclinauit eum multitudine dulcedinis ſermonis ſui.Pſal.17.Inclina aurem tuam mihi.Ieſa.55.Inclinate aurem ueſtram mihi.Gene.24.Inclina quæſo cadum tuum.Iere.6.Extende manum tuā ſuper habitatores terræ.Exo.23.Non inclines iudiciū egeni tui.Prouerb.2.Inclinabis cor tuū intelligentiæ.Oſeæ 11.Et inclinabam ad eum cibum.Pſal.27.Et ne declines in ira ſeruum tuum.Pſal.141.Non declinare ſinas cor meū ad rem malā.2.Sam.21.Et tulit Riſpa filia Aiah ſaccum,& extendit illū ſuper petram.Amos 2.Et ſuper ueſtes oppignoratas recli nabunt iuxta omne altare.Exod.23.Vt declines poſt multos ad inclinandū, ſcilicet iudicium.Ieſaiæ 10.Ad inclinandum ſententiam exhauſtorum.

Participiū pręſens מַטֶּה,& in ſtatu regiminis מַטֵּה.Deut.27.Maledictus inclinās iudiciū peregrini. Et pluraliter מַטִּים.Pſ.125.Et declinātes in prauitates ſuas.

Et in ſtatu regiminis מַטֵּי.Malach.3.Inclinantes peregrinum.

INDE NOMINA:

מִטָּה Reclinatorium,ſtratum,lectus ſuper quo homo reclinat,& ſeſe extendit.2.Regū 4.Et ponemus ei ibi lectū & menſam,&c.Gen.47.Et curuauit ſe Iſrael ad caput lecti.Hunc locū perperàm uertit autor epiſtolæ ad Hebræos, ideo multas quoque peperit quæſtiones.1.Sam.19.Et accepit Michal imagines,& poſuit in lectū.2.Samuelis 3.Et rex Dauid ibat poſt lectū,id eſt feretrū. Ac metaphoricè uſurpatur pro loco Idololatriæ,ubi ſcortatores cubāt,& ſcortātur cum idolis.Ezech.23.Et ſedebas ſuper lecto glorioſe,& menſa erat inſtructa corā te.Amos 3.Sic liberabūtur filij Iſrael qui ſedent in Samaria in angulo lecti, & in Damaſco in grabbato. Hinc illud intelligi poteſt,quod Apocalypſis 2.legitur:Et dedi illi tempus, ut reſipiſceret à ſcortatione ſua,nec reſipuit,ecce ego mittam eam in lectum,& qui adulterio miſcentur cum ea in afflictionē maximā, &c. Et in ſtatu regiminis מִטַּת.2.Reg.4.Et cubarę fecit eū ſuper lecto uiri dei. Et in ſtatu affixorū מִטָּתְ.Exo.8.Et in penetrali cubiculi tui,& ſuper lecto tuo.ubi ponitur differentia inter חֶדֶר מִשְׁכָּב & מִטָּה, id eſt,penetrale,cubiculum & lectum.Similiter 2.Samuel.4.Et ipſe iacuit ſuper lecto ſuo in penetrali cubiculi ſui.Pſal.6.Humectabam per totam noctem lectū meum. Et pluraliter מִטּוֹת.2.Reg.11.In penètrali lectorum.Eſther 1.Lecti aurei,& argēti ſup pauimēto Parij.Amos 6.Qui cubāt ſuper lectis eboris.

מַטֶּה Baculus,cui inclinamus,& quem extendimus aliquid indicando.Interpretes cōmuniter uerterūt uirga.Exo.4.Et dixit ad eum Iehoua,quid eſt iſtud in manu tua: & dixit,eſt baculus.1.Samuelis 17.Guſtando guſtaui in extremitate baculi,qui in manu mea,parū mellis. Et ſæpe uſurpatur per Synecdochē pro familia illius baculi,in quo nomen ſuum inſcriptum erat. Et ut duodecim erant baculi,ita ſecundum illos erant etiam duodecim familiæ filiorum Iſrael.Tranſtulit autem pro tali

baculo Hieronymus,& poſt ipſum omnes Latini interpretes Tribum, Romano nimirum & gẽtili uocabulo. Num. 17. Loquere ad filios Iſrael,& accipe ab illis baculum,baculum,iuxta domum patris,à cunctis principibus eorum,ſecundum domum patrum ſuorum,duodecim nempe baculos,uniuſcuiuſq; nomen ſcribes ſuper baculo ſuo,& nomen Aaronis ſcribes ſuper baculũ Leui, quoniã unuſquiſq; baculus eſt pro domo patrum ſuorum:repones autem illos in tabernaculum conſtitutionis coram teſtimonio,ubi teſtificabor uobis. Num. 1. Et erunt apud uos uiri de unoquoq; baculo,quorum quiſq; caput ſit domus patrum ſuorum. Et ca. 31. Mille per baculum,& mille per baculũ. Et in ſtatu regiminis מַטֵּה. Exo. 4. Et accepit Moſe baculũ dei in manũ ſuam. & cap. 7. Et deglutiuit baculus Aaron baculos eorũ. Atq; etiam figuratè ſæpè uſurpatur pro poteſtate & regno ſeu gubernaculo. Pſal. 110. Baculum potentiæ tuæ emittet Iehoua ex Zion. Ieſaiæ 9. Baculũ humeri eius,ſceptrũ exactoris cum ipſo. & cap. 14. Fregit Iehoua baculum impiorum,ſceptrum dominantiũ. Et cap. 30. Et erit pertranſiens baculus fundamenti. Leuit. 26. Cum fregero uobis baculum panis. Pſal. 105. Omnem baculum panis confregit. Ezech. 4. Ecce ego frango baculum panis,quo ſcilicet homo nititur,& ſuſtentatur. Num. 2. Et caſtrametati ſunt iuxta eũ baculus Iſachar. At in ſtatu affixorum abijcit literam he radicalem. Exod. 8. Extende baculum tuum. Et pluraliter מַטּוֹת. Num. 17. Duodecim baculos. Ezech. 19. Et fuerunt ei baculi potentiæ cum ſceptris dominanntium. Ioſue 21. Et ad capita patrum baculorum filiorũ Iſrael. Legitur ſemel in forma maſculea מַטִּים. Habakuk 3. Perforaſti baculis eius caput uillanorum eius.

מֻטֶּה Nomẽ participiale, Apoſtaſia, declinatio, auerſio. Ezec. 9. Et ciuitas plena eſt declinatione: quia dixerũt, dereliquit Iehoua terram,& Iehoua non uidet. Et in genere fœminino pluraliter מֻטּוֹת. Ieſa. 8. Et erit, extenſiones alarum eius repletio latitudinis terræ eius.

לְמַטָּה Aduerbium loci, id eſt deorſum,& opponitur aduerbio לְמַעְלָה. Ezech. 1. Ab aſpectu lũborũ eius ut ſurſum, et ab aſpectu lũborũ eius & deorſum uidi uiſionẽ ignis:

950 נטע Significatione generali cõgruit cum uerbis תָּקַע & שׂוּם יָצַג, niſi q; modo tantũ ſignificãdi inter ſe differãt. Notat enim infigere in terrã ſiue plãtas, ſiue arbores ſiue uites & oleas,& illis eã tanquã ueſte operire, uel figere homines, ut maneant in terra,& terra ſit illis operta, uel clauos figere in pariete, uel terra, infigerè paxillis tentoriũ. Num. 24. Velut aloes quas plantauit Iehoua, uelut cedros iuxta aquas. Deu. 20. Quis eſt uir q plantauit uineã. Pſ. 104. Cedri Libani, quas plãtauit. Prou. 31. De fructu manuũ ſuarũ plantauit uineã. Gene. 2. Et plãtauit Iehoua deus hortũ ab Oriẽte. Et cap. 9. Et plantauit uineã. & ca. 21. Et plãtauit Tiliacũ in Beerſeba. Leu. 19. Quando ueneritis in terram,& plantaueritis omne lignũ eſus. Deu. 6. Vineas & oleas, quas nõ plantaſti. Ieſ. 17. In die plantare te, id eſt, quo tu plãtas.

Et de hominib. metaphoricè. Exo. 15. Introduces eos & plantabis eos in mõte hęreditatis tuę. 2. Sam. 7. & 1. Paral. 17. Et cõſtituã populo meo locũ & plãtabo eũ, i. infigã. Pſ. 44. Et manu tua Gẽtes expuliſti,& plãtaſti iſtos. Ezech. 36. Et plãtaui deuaſtata. De tẽtorio. Dan. 11. Et infiget tabernacula ornamẽti ſui inter maria: Ieſ. 51. Et in umbra manus meæ protexi te, ut figã cœlos & fundã terrã, i. figã cœlos tanq; tentorium. Participiũ præſens נֹטֵעַ. Iere. 11. Et Iehoua exercituum, qui plantabam te. Et in regimine נֹטַע. Pſal. 94. An plãtator auris nõ audiret. Et pluraliter נֹטְעִים. Ierem. 31. Plantabunt plantatores & prophanabunt.

Participium præteritum נָטוּעַ. Eccl. 3. Eſt tempus extirpandi plantatũ. Et pluraliter נְטוּעִים. Eccl. 12. Verba ſapientum ſunt ſicut ſtimuli infixi.

In uoce paſſiua נֻטָּעוּ. Ieſa. 40. Etiam non plantati fuerunt.

INDE NOMINA:

נֶטַע Plãta, plãtatio. Et in ſtatu regiminis נְטַע. Ieſ. 5. Et uir Iehuda eſt plãta delectationũ eius. Et pluraliter נְטָעִים. 1. Paral. 4. Ipſi ſunt figuli,& habitatores plantationũ & ſepiũ. Et in ſtatu regiminis נִטְעֵי. Ieſ. 17. Idcirco plãtabis plãtatiões iucũditatũ.

Plan-

נטיעים Plantæ.Pſal.44.Vt filij noſtri ſicut plantulæ educati in iuuenture.

מַטַּע Planta,plantatio.Ezech.34.Et ſuſcitabo eis plantationē in nomē. Et in ſtatu regiminis מַטַּע. Ieſ.61.Plantationē Iehoua ad ornamentū. Et pluraliter in ſtatu affixorū מַטָּעֵי. Micheæ 1. Et ponam Samariam in aceruum agri circa plantationes
951 uineæ. Et cum affixo.Ieſa.60.Surculus plantationum mearum.

**נטף** In prima coniugatione & genuina ſignificatione,guttauit,ſtillauit.Iud.5.Cœli & nubes ſtillauerunt aquas.Pſal.68.Cœli ſtillauerūt à facie dei huius. Ioel.3.In die illa ſtillabūt montes muſtū.Cant.5.Manus meæ ſtillauerūt myrrhā. Et tranſumitur ſæpe ad ſermonē.Iob 29.Et ſuper eos ſtillabat ſermo meus. Prouer.5.Fauū ſtillant labia alienæ.Cantic.4.Fauum ſtillant labia tua.

In tertia coniugatione הִטִּיף, ubi metaphoricè legiť de prædicatione.Ezec.20. Fili hominis pone faciē tuā in uiā Auſtri,& ſtilla uerſus meridiē.Et iterū: Stilla ſuper ſanctuaria,& uaticinare ſuper terrā Iſrael. Amos 6. Non ꝓphetabis contra Iſrael,neq; ſtillabis cōtra domū Izhak.& ca.9.Et ſtillabūt mōtes muſtū.qđ ſimiliter intelligēdū eſt de prædicatiōe euāgelij.Mich.2.Ne ſtilletis,ꝗ ſtillāt nō ſtillēt illis.

Participiū præſens מַטִּיף,qđ nominaliter ſumiť.Mich.2.Et erit ipſe ſtillator populi huius.

INDE NOMINA:

נָטָף Gutta,ſcilicet balſami ſua ſponte è ligno ſtillantis,& Græcis σακτὰ,itē ὀποβάλσαμον,id eſt,ſuccus balſami dicitur.Exo.30.Sume tibi aromata,Guttā, Onycham & Galbanum.ubi Chaldæus uertit נְטוֹפָא. Et pluraliter in ſtatu regiminis נִטְפֵי. Iob 36.Ipſe quidem minuit guttas aquarum.

נְטִיפוֹת Ornamēta,& uaſcula aurea,quibus cōtinebatur gutta,q.d.guttatoria, ſtillatoria. Legitur tantū duobus in locis:Iudic.8.Fuit pondus monilium aureorū,quæ petierat,mille & ſeptingenti aurei,exceptis lunulis & guttatorijs,&c.Ieſaiæ 3.Guttatoria & catenæ.

נַפְטָא Eſt genus quoddā bituminis admirādæ naturæ,naſcentis in Babylone,cuius mētionem facit Strabo lib.16.& Ammianus Marcellinus libro Rerum geſtarum 23.

952 **נטר** Obſeruauit circumquaq;:ſumitur tam in bonam partem,ꝙ in malam.Et in lingua Chaldaica eſt uſitatū pro uerbo Hebræo שָׁמַר, ac habet cognationem ſignificatione cum uerbo נָצַר, item cū uerbo שׁוּר.Cantic.1.Vineam meā quæ mihi nō obſeruaui. Sumitur tamē plerunq; in malū,ꝓ obſeruare aliquē,ut in eum effundas irā & uindictam.Leuit.19.Non ulciſceris,neq; obſerues filios populi tui. Pſal.103.Non perpetuò rixabitur,neq; in æternū obſeruabit.Ier.3.Nunquid obſeruabit perpetuò.Et mox iterum:Non obſeruabo perpetuò.

Participiū præſens נוֹטֵר.Nahum 1.Non eſt obſeruans ipſe ad inimicos ſuos. Et pluraliter נוֹטְרִים. Cantic.8.Dedit uineam obſeruatoribus. Et in genere fœminino נוֹטֵרָה.Cantic.1.Poſuerunt in obſeruantem uineas.

INDE NOMINA:

מַטָּרָה Obſeruantia,locus captiuorum,ubi habentur in obſeruatione, ne effugiant. Nehemiæ 3.Quæ erat ad atrium obſeruantię.Ier.38.Et extraxerūt Ieremiā funibus,& eduxerunt eum è lacu & ſedit Ieremias in atrio obſeruantiæ.Ex his locis clarè perſpicitur,ꝙ non ſignificet locū ſubterraneū,aut in lacu ſeu turri anguſtum,aut compedem,ſeu uinculum,ſed locum ſub dio,concluſum tamen muris,ſicut fuerunt atria in quibus deambulare poterāt liberè. Sumiť deinde pro ſigno ſeu ſcopo,quī eſt in obſeruatione,& in quem diriguntur iacula.1.Samuelis 20. Quaſi mittēdum mihi eſſet ad obſeruationem,i.ſcopum. Iob 16. Et erexit me ſibi in obſeruationē. Thren.3.Et conſtituit me uelut obſeruationem ad ſagittam.

טוּר Ordo,diſpoſitio,ab obſeruatione:& congruit ut uoce, ita ſignificatione cum שׁוּר. Exod.28.Ordo unus,& ordo.Ezechielis 46.Et ordo ſeu obſeruatio,id eſt, paries circumquaq;. Et pluraliter טוּרִים.Exo.28.Et quatuor ordines. Et in ſtatu regiminis טוּרֵי.1.Reg.7.Quatuor ordines columnarum.

טִירָה Similiter per aphæreſin primæ literę ſubſtātialis,qđ legiť in ſtatu regiminis טִירַת, ædificiū,qđ parietes,ſeries & ordines habet,caſtrum, caſtellum. Cant.8.Si murus

eſt, ædificabimus ſuper eum caſtellum argenti. Et cum affixo. Pſal. 69. Sit caſtellum eorum deſolatum. Et pluraliter טִירוֹת. Ezech. 46. Subter caſtella illa circumquaque. Gen. 25. Per uillas ſuas, & caſtella ſua.

953 נטש

Significat perſonam ſiue rem aliquam, quæ uel lege, uel loco aſtricta erat, liberè dimittere: tàm in bonum, quàm in malum accipitur: differtque modo tantū ſignificandi à uerbis נָתַשׁ נָטַשׁ שׁוּט שׁוּט לָטַשׁ: omnia enim iſta miſſionem generaliter ſignificant. Et נָתַשׁ ui auellere loco, at נָטַשׁ dimiſſionem liberam notat. 1. Samuel. 10. Et ecce dimiſit pater tuus res aſinarum, id eſt nō uerba fecit de aſinabus, ſed ſolicitus eſt de uobis. 1. Sam. 17. Et cui dimiſiſti parum ouium. Gen. 31. Et non dimiſiſti me oſculari filios meos. Iudic. 6. Et nunc dimiſit nos Iehoua. Num. 11. Et abripuit coturnices de mari, & dimiſit iuxta caſtra. Prou. 1. Et ne dimittas legem matris tuæ. Iere. 23. Propterea ecce ego quoque euellam uos ferendo, & dimittā uos & ciuitatem quam dedi uobis. ubi uſus eſt uenuſtiſſima paronomaſia in uerbis נָטַשׁ & נָתַשׁ. Et quando poſt ſe non regit accuſatiuum, tum neutraliter uſurpatur. 1. Sam. 4. Et dimiſſum eſt prælium, & proſtratus Iſrael. Prouerb. 17. Et antequā miſceatur lis, dimitte. Oſeæ 12. Et ſanguis eius ſuper eo dimittetur.

Participium præteritum נְטוּשִׁים. 1. Sam. 30. Ecce dimiſſi erant ſuper faciem uniuerſæ terræ. Et in genere fœminino נְטוּשָׁה. Ieſaiæ 21. A facie gladij dimiſſi.

In uoce paſſiua נִטַּשׁ. Ieſaiæ 16. Propagines eius dimiſſæ ſunt, & tranſierunt mare. & cap. 33. Dimiſſi ſunt funes tui, id eſt laxati. Amos 6. Dimiſſa eſt ſuper terram. Iudic. 15. Et dimiſerunt ſe in Iehuda, & dimiſſi ſunt in Lechi. 2. Samuelis 5. Et Philiſtæi uenerunt, & dimiſſi ſunt in ualle Rephaim. pro quo autor Chronicæ 1. Paralip. 14. uertit פָּשַׁט.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua נֻטַּשׁ. Ieſaiæ 32. Palatium dimiſſum eſt.

INDE NOMEN,

נְטִישׁוֹת Propagines, ſeu palmites, qui ex uite dimittuntur. Ieſaię 18. Et propagines amouebit reſecando. Ieremiæ 5. Remouete propagines eius. Vocat autem hoc nomine poſteritatem, ſeu propagationem liberorum. & cap. 48. Propagines tuæ tranſierunt à mari, uſque ad mare Iaezer pertigerunt.

954 נין

Et בֵּן magnam inter ſe habent affinitatem tam uoce & ſcriptura, quàm ſignificatione. Et ut thema nominis בָּנָה extructionem & incrementū ſignificat, quod fit filiorum ædificatione & procreatione, ita quoque נִין filiationem, hoc eſt prolificationem, & propagationē notat: differt tamē à בֵּן; quòd hoc ſit perſonale, & ſingulariter filium ſignificet, & habeat pluralem numerum בָּנִים, ſed נִין ſit collectiuum. Iob 18. Non eſt filius, neque nepos in populo eius, nec ullus reſiduus in habitationibus eius. Ieſa. 14. Et exterminabo ex Babel nomen, & reliquias, & filium & nepotem. In ſtatu affixi nihil mutat. Gen. 21. Et nūc iura mihi in Deo hîc, ut nō fallaciam intendas mihi, & filio meo, & nepoti meo.

מָנוֹן Denominatiuū, filiusfamiliâs, qui ius filiorum ſibi uendicat. Prou. 29. Qui delicatè educat à pueritia ſeruum ſuum, tunc poſtea erit filiusfamiliâs; id eſt, uult eſſe.

INDE VERBVM,

יִנּוֹן Primæ coniugationis uocis paſſiuæ. Pſal. 72. Erit nomen eius in ęternum, corā ſole filiabitur nomen eius, hoc eſt, de filijs in filios perpetuò prædicabitur & propagabitur, & manebit etiam in poſteris, quando anteceſſores moriuntur.

955 ניק

Legitur in hac uoce tantùm in tertia coniugatione הֵינִיק: congruitque ſignificatione cū uerbo יָנַק, lactauit. Gen. 21. Lactauit filios Sara. Thren. 4. Lactauerūt catulos ſuos. Exod. 2. Et accepit mulier infantem & lactauit eum.

Participium præſens generis fœminini מֵינִיקוֹת. Geneſ. 32. Camelos lactantes.

956 ניר

Magnam habet cognationē cum uerbis נָהַר & אוֹר, quia ſignificat quoque profluuiū, ſeu ꝓpagationē luminis, ſeu fluminis, i. ſeminis & ſucceſſiōis. 2. Reg. 11. Et filio ſuo dabo tribū unā ut ſit lucerna Dauidi ſeruo meo cūctis diebus ante faciē meā in Ieruſalē. & ca. 15. Propter Dauid dedit Iehoua deus ipſius ei lucernā in Iſrael, ut excitaret filiū eius poſt ipſum & ſtabiliret Ieruſalē ꝓpter Dauid ſeruū

ſuum

ſuum, quemadmodũ promiſerat ei, ꝙ daturus eſſet ei lucernam de filijs ſuis omnibus diebus. 2. Paralip. 21. Et non uoluit Iehoua delere domum Dauid propter pactũ, quod pepigerat ipſi Dauidi & promiſerat illi daturum lucernam, & filijs eius cunctis diebus. Et cum affixo nihil uariat. Num. 21. Et lucerna eorum auferetur Hesbon uſq; ad Dibon, id eſt, gloria. Et accipitur aliquando pro agro ſeu aruo, eò quòd ut flumen alueo, ita aratrum nouali ſeu lyra procurrit. Prouer. 13. Multum cibi in aruo pauperum. Inde uerbum, quod arare ſeu ſulcare ſignificat. Ierem. 8. & Oſeæ 10. Arate uobis aruum, ſeu ſulcate uobis ſulcum.

נֵר Lucerna, in qua propagatur lumen, capſula in qua ſunt lychni ardentes. Prouerb. 6. Quoniam lucerna mandatum, & lex lux. Iere. 25. Vocem molæ, & lucem lucernæ. Exod. 27. Et adferent ad te pinguedinem olei mundi, contuſi ad luminare, ut infundas ſupernè in lucernam iugiter. Et in ſtatu regiminis manet inuariatũ. 1. Samuelis 13. Et lucerna dei antequam extingueretur. 2. Sam. 21. Ne extinguas lucernam Iſrael. Pſal. 119. Lucerna pedi meo uerbum tuũ Iehoua. Pſal. 132. Ordinaui lucernam Chriſto meo. Prou. 20. Lucerna Iehoua anima hominis. Similiter cũ affixis ſeruat zere. Pſal. 18. Quoniam tu illuminabis lucernam meam. 2. Samu. 22. Quoniam tu es lucerna mea Iehoua. Et pluraliter נֵרוֹת. Exod. 25. Et facies lucernas eius ſeptẽ & imponas lucernas eius. & cap. 35. Et lucibulum luminaris, & inſtrumẽta eius, & lucernas eius, & oleum luminaris. & cap. 40. Et ſublimauit lucernas coram Iehoua. Leuit. 24. Super lucibulum mundum ordinabit lucernas corã Iehoua iugiter. Num. 8. Cum impoſueris ſupernè lucernas, ex aduerſo faciei lucibuli luceant ſeptem lucernæ. 2. Paralip. 4. Et lucibula & lucernas eorum. Zophoniæ 1. Et erit in die illa, perſcrutabor Ieruſalem lucernis.

מְנוֹרָה Lucibulum, aliàs candelabrum: & habet ſe ad נֵר, ſicut totum ad ſuam partẽ. Exo. 25. Integro opere fiat lucibulum, latus eius, & calamus eius, ſcyphi eius, ſphærulæ eius, & flores eius ex eo erunt. Et iterum: Tres calami lucibuli ex latere eius uno.

In ſtatu regiminis מְנֹרַת. Exo. 25. Et facies lucibulũ auri mũdi. & cap. 35. Et lucibulum luminaris. Et pluraliter מְנֹרוֹת. 2. Paralip. 4. Et fecit lucibula auri. Et iterum: Et lucibula & lucernas.

תַּנּוּר Furnus, fornax, clibanus, qui lucet igni. Geneſis 15. Et ecce furnus fumi, & lampas ignis. Leuit. 2. Cocturam furni. & cap. 11. Furnus & focus deſtruentur. Pſal. 21. Pones eos ſicut furnum ignis. Et pluraliter תַּנּוּרִים. Nehe. 3. Atq; turrim furnorum.

957 Et cum affixo. Exod. 8. Et in furnos tuos, & in cibos tuos.

נֶכֶד Nepos. Iob 18. Non eſt filius ei, neq; nepos. Ieſa. 14. Et filium & nepotem. Et cum affixo ſeruat prius ſegol, altero mutato in ſeua. Gen. 21. Vt non fallaciam intendas mihi, & filio meo, & nepoti meo.

958

נכה In uoce actiua primę cõiugationis nõ eſt uſitatum, ſed in eius uoce paſſiua נִכָּה legitur bis, ſignificatq; cædi, percuti. Et differt modo tantùm ſignificandi à uerbo נָכָה, item à uerbo כּוּן: importat enim certitudinem, cui ſtudet percutiens, ne deerret, ſed certò feriat. 2. Samu. 11. Et retrocedite ab eo ut percutiatur, & moriatur. Iob 30. Filij fatui etiam filij ſine nomine percuſſi ſunt de terra, id eſt, ut percuſſi non eſſent amplius in terra.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua נֻכָּה. Exod. 9. Hordeum non eſt percuſſum. Et mox iterum: Triticum & frumentum non ſunt percuſſa.

In tertia coniugatione הִכָּה frequenti eſt in uſu, percuſſit, uerberauit, pulſauit, ferijt, affecit plagis, cecîdit, occîdit. Et eſt generalis ac latæ ſignificationis, multiſq; rebus etiam inanimatis attribuitur. Exod. 9. Omnem herbam agri percuſſit grando. cap. 12. Percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti. Pſal. 121. Per diem ſol non percutiet te, neq; luna per noctem. Ezech. 21. Percute manũ ad manũ. Ionę 4. Qui percuſſit cucurbitã. Malach. 3. Et percutiã terrã anathemate. Ioſue 12. Hi ſunt reges, quos percuſſit Ioſua. 1. Sam. 17. Percuſſi eũ & occidi eũ. Iob 16. Cõuitijs percuſſerũt maxillas meas. Ge. 4. Et poſuit deus ſignũ in Kain nõ percutere eũ omnis inueniẽs ipſum, i. ne occideret. ca. 8. Nõ addã amplius percutere omne uiuẽs, ſicut

fécí,id eſt,occidere.cap.14.Poſtquam reuerſus eſt à percutiendo. Autor Epiſtolæ ad Hebręos ſic reddidit:Reuertenti ἀπὸ τῆς κοπῆς,id eſt à cęde. Num.22. Si uerò potero percutere in eo.ubi נַכֶּה ponitur pro הַכֵּה Infinitiuo. Deut.25. Si filius percutere ſeu percutiēdi improbus.ubi Infinitiuus nominaliter ſcribiť, pro filius plagarum ſiue percutiendus.1.Reg.20. Et percuſſit eum uir percutiendo & uulnerando.ubi הַכֵּה legitur.2.Reg.3.Et percuſſerunt in ea percutiendo. ubi uerbum hoc וַיַּכּוּ deprauatū eſt, & ſcribitur pro וַיַּכּוּ, ſicut etiam Chaldæus tranſtulit וּמְחוֹ, & percuſſerunt. quanquā aliqui poſitum eſſe contendant pro וַיָּבֹאוּ, & ita quoq; uertant:Et uenerunt in caſtra. ſicut & uulgaris editio. Orta eſt autem occaſio deprauandi ex uoce בָּהּ, neſcientes quò referenda eſſet,nec intelligentes phraſin,quę & Germanis familiaris eſt, vnd ſie ſchlűgen drein/ia eins ſchlagen Moab.Et Latinè utcunq; his uerbis reddenda eſt: Et incutiebant percutiendo, ſcilicet Moabitas.Sicut & in ſimili phraſi legitur 1. Samuel. 2. Et fuſcinula tridens in manu eius, & incuſſit in lebetem.quemadmodum econtra pro excutere accipitur Ezech.39. Et excutiam arcum tuum de manu ſiniſtra tua.Et Oſeæ 14.Ero ſicut ros Iſraeli, floreſcet ut roſa,& excutiet radices ſuas uelut Libanus. ubi Propheta radicibus attribuit, quę ſeſe extendūt,auß ſchlagen. 2.Reg.6.ſcribitur אַכֶּה הַאַכֶּה, an percutiam, percutiam pater. pro quo quidam legūt,An percutiendo percutiam mi pater. Sicut quoq; Chaldæus uertit, & tum prioris thema eſſet אֲכָה, à quo Infinitiuus אֲכָה, niſi fortè cēſeas aleph ſcriptū pro he euphoniæ cauſa. Aut ſanè uoluit iſto lapſu ſignificare linguæ celeritatem, ut ſanè ſolemus in celeritate præcipitare linguam, aut ſolœciſmum committere ſiue barbariſmum. Vel ſic exponendū erit: An percutiam? percutiam pater. ut primum ſit interrogantis, alterū reſpondentis ſeu aſſerentis, quo ſibiipſi reſpondet & annuit. Conſtruitur autē duobus in locis cum nomine נֶפֶשׁ ſingulari phraſi. Gen.37.Non percutiemus eum anima. Item Iere.40. Quare enim ille percutiet te anima.

Participium præſens maſculini generis מַכֶּה, quod nominaliter etiam uſurpatur, percutiens, percuſſor, cædens, cæſor, occiſor. Exo.2.Et cum uideret uirum Ægyptium percutientem quendam Hebræum. Exo.21. Et uacabit culpa percuſſor. 2.Reg.6. Eorū quos cepiſti gladio & arcu tuo, tu ſis percuſſor. Et in ſtatu regiminis mutat ſægol in zere מַכֵּה. Exod.21.Percuſſor uiri. Pſal.136. Cōfitemini percuſſori Ægypti. Et pluraliter מַכִּים.1.Sam.4.Iſti ſunt dii percutiētes Ægyptum tot plagis.2.Reg.14.Filios percuſſorum non occidit.

Participium pręteritum maſculini generis מֻכֶּה, cęſus, percuſſus, occiſus. Num. 25.Nomen uiri Iſraelitæ cęſi. Et in ſtatu regiminis מֻכֵּה, cum zere. Ieſaiæ 53.Percuſſus Dei & oppreſſus. Eius plurale מֻכִּים. Exo.5.Serui tui percuſſi. Et in ſtatu regiminis מֻכֵּי. Iere.18.Iuuenes eorū cæſi gladio. Et in genere fœminino מֻכָּה. Num.25.Nomen mulieris occiſæ.

In uoce paſſiua הֻכָּה. Exo.22.Et percuſſus fuerit ut moriatur. Num.25.Nomen uiri Iſraelitę occiſi,qui occiſus eſt cum Mitianitide.1.Sam.5. Percuſſi ſunt in parte ſecretiore.Ezech.33.Percuſſa eſt ciuitas. Exod.5.Et percuſſi ſunt præfecti filiorū Iſrael. Scribitur tamē הוּכָּה pręteritum cum ſchurek.Pſal.102.Percuſſum eſt uelut herba,& exaruit cor meum.

INDE NOMINA:

נָכֵה Lęſus, ſaucius, afflictus. 2.Sam.4. Et Ionathæ filio Saulis erat filius afflictus pedibus. Ieſ.66.Reſpiciā ad oppreſſum & læſum ſpiritu, & tremētem ad uerbū meum. Et pluraliter נְכֵים. Pſal.35.Congregati ſunt contra me claudi, læſi.

מַכָּה Plaga, lęſio, percuſſura, flagellum. Chaldęus uertit מַחָא. Leui.26.Et addam ſuper uos plagam ſeptempliciter iuxta errata ueſtra. Num.11.Et percuſſit Iehoua in populo plaga magna. Ioſue 10.Et cecîdit eos plaga magna. Ieſa.1.Plaga ſanioſa. In ſtatu regiminis מַכַּת. Ier.30.Plaga inimici percuſſi te. Ieſ.14.Plaga inceſſatiōis, i. inceſſabilis. Marcus Euāgeliſta ca.5.reddidit μάστιξ. Et pluraliter מַכּוֹת. Deu.28.Et mirificabis Iehoua plagas tuas, & plagas ſeminis tui, & plagas magnas, & perdurantes

rantes.Prou.20.Et plagæ interiorum uentris.2.Paral.2. Cæſoribus lignorum dedi
959 triticorum excuſſorum pro ſeruis tuis coros uiginti millia.

נכח Significatione congruit cum uerbis נָכָה & נָכַח יָכַח כּוּחַ, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant:non eſt autem uſitatum uerbaliter.

INDE NOMINA:

נָכֹחַ Rectum,directum,præſens.Et legitur tantùm ſemel,& in ſtatu affixi.Ieſa.57.Veniet in pacem, quieſcet in cubili ſuo, ambulans in rectitudine ſua. Et pluraliter נְכֹחִים, recta,obuia,prõpta,quę ſcilicet ſunt coràm.2. Sam.15. Ecce cauſæ tuæ ſunt bonæ & rectę,ſed audiens nõ eſt tibi.Prou.8. Vniuerſi illi(ſermones)recti intelligenti.& cap.24.Labijs oſculabitur qui reſpondet uerba recta. Et in genere fœminino נְכֹחָה. Ieſ.59.Quoniam corruit in platea ueritas,& rectum non poterit ingredi.Amos 3.Neſcierunt facere rectum. Et pluraliter נְכֹחוֹת. Ieſa.26.In terra rectitudinum iniuſtè aget.& cap.30.Et uidentibus non uideatis nobis recta.

נֹכַח Legitur tãtùm in ſtatu affixi,& induit naturã prępoſitionis,ſeu aduerbij. Exo.14. Cõtra ipſum caſtrametabunt̃ iuxta mare. Ezech.46. Quia ante ipſum egredient̃.

נֹכַח Rectum,ſeu aduerbialiter rectà,coram,ante,contra,è regione,pro, propter. Germanicè für.Num.19.Et ſparget ad rectum conſpectus tentorij conſtitutionis.Ioſue 15. Et uerſus ſeptentrionẽ reſpicit ad Gilgal,quæ eſt oppoſita aſcenſui Adymmim.Iud.19.Et abiens uenit ad oppoſitũ Iebus. Exo. 26. Et lucernã ante menſam. Iud.18.Ite in pace corã Iehoua uia ueſtra,in qua ambulatis.1.Reg.20. Et caſtrametati ſunt iſti contra illos ſeptem diebus.Prouerb.5. Quia coram oculis Iehoua uiæ uiri. Eſther 5. Et ſtaret in atrio domus regis interiore contra domum regis, & rex ſederet ſuper throno regni ſui,contra oſtium domus.Iere.17. Enũciatio labiorum meorum coram facie tua Iehoua. Et cum præpoſitione lamed לְנֹכַח. Prouer. 4. Oculi tui in rectum reſpiciant,& palpebræ tuæ rectum teneãt ante te, id eſt, rectà reſpiciant.Geneſ.25.Et orauit Izhak ad Iehoua pro uxore ſua, quia ſterilis erat. & cap.30.Pro ouibus,id eſt,ante oues.

960

נכל Conſummauit,perfecit animo,ſeu apud ſe, ſcilicet malum, machinatus eſt malum,cõcepit in animo malum,excogitauit malum,inſidias ſtruxit. Congruitq́ ſignificatione cum uerbis כָּלָה & אָכַל יָכֹל כּוּל כָּלַל כָּלָא, niſi quòd ut forma literarũ parum,ita modo ſignificandi inter ſe differant,& ſemper ac ubiq; in malum ad inſidias,fraudes,dolos,machinationes,technas ſumitur.

In prima coniugatione legitur tantùm participium præſens נוֹכֵל. Malach.1. Et maledictus conſummator, id eſt,qui fraudem excogitat.

In ſecunda coniugatione נִכֵּל, perfecit,cõſummauit animo malum. Num.25. In dolis quos conſummauerunt uobis.

In quarta coniugatione הִתְנַכֵּל. Gen. 37. Et conſummauerunt eum ad occidendum eum,id eſt cogitauerunt eum occidere,ſeu concluſerũt,ut occiderent ipſum. Pſal.105. Vt conſummarent mala in ſeruos eius.

INDE NOMEN,

נְכָלִים Doli,inſidiæ.Num.25.In dolis ſuis,quos ſtruxerunt uobis.

961

נכס Nomẽ,cuius pluralis numerus in uſu eſt נְכָסִים, & ſignificat collectas,id eſt,res aliunde partas, & acquiſitas,'collectanea. Ioſ. 22. In collectis multis reuertemini ad tabernacula ueſtra.2.Paral.1.Et nõ petijſti diuitias collectas & gloriam,&c. Et deriuatur à uerbo כָּנַס, tranſpoſitione literarum facta.

962

נכר Verbum primæ coniugationis,uocis paſſiuæ, eandemq́; habet ſignificationẽ, quam habet uerbum חָכַר: ſignificat enim agnoſci, quod fit perfoſſione oculorum:nam tantùm modo ſignificandi differt à uerbis כָּרָה & כּוּר כָּרָה. Iob 34.Et nõ agnitus eſt opitulator præ exhauſto. Thren.4.Non fuerunt agniti in plateis. Prouerb.26.Labijs ſuis agnoſcetur oſor.

In ſecunda coniugatione נִכֵּר, ſignificationem habet contrariam priori, occultauit,celauit,abſcondit,ne appareat aut extet,quod fit foſſione.1. Samu. 23. Et dixit Saul,occultauit eum Deus in manu mea,id eſt,tradidit.Deuteron.32.Niſi iram

inimi-

inimici auerſarer, ne occultarent hoſtes eorum & dicerent, id eſt, ne abnegarẽt. Iere. 19. Propterea quòd dereliquerunt me, & occultauerunt locum iſtum, id eſt, negauerunt. Iob 21. Et ſigna eorum non occultabitis, id eſt, negabitis.

In tertia coniugatione הִכִּיר, obtinet ſignificationẽ primæ coniugationis. Deut. 33. Fratres ſuos non agnouit. Gen. 27. Et non agnouit eum. Iud. 18. Et ipſi agnouerunt uocem pueri. & cap. 37. Agnoſce nunc, an tunica filij tui ſit. Deut. 16. Non agnoſces faciem. Prouer. 24. Agnoſcere faciem in iudicio, non eſt bonum.

Participium præſens מַכִּיר. Pſalm. 142. Et non erat mihi agnoſcens. Ruth 2. Sit agnoſcens te benedictus. Et pluraliter מַכִּירִים. Eſdræ 3. Et non erant populus agnoſcentes uocem clamoris lætitiæ.

In quarta cõiugatione הִתְנַכֵּר, habet interdum ſignificationem primæ & tertiæ coniugationis, exhibuit ſe cognoſcendum, prodidit ſe. Prouer. 20. Etiam in ſtudijs ſuis agnoſcendum ſe prębet puer. Interdũ habet contrariã ſignificationẽ, quàm habet in ſecunda cõiugatione, & ſignificat occultare ſe & animũ, geſtus & mores fingere alios, ne agnoſcat̃, diſſimulauit ſe aliũ. Gen. 42. Et occultauit ſe erga eos.

Participium præſens generis fœminini מִתְנַכֵּרָה. 1. Reg. 14. Statim ipſa occultabat ſe, id eſt, mores & geſtus. Et mox iterum: Quare ita tu occultas te.

INDE NOMINA:

מַכָּר Notus: & eſt cõtrarium nomini נֵכָר nothus. 2. Regum 12. Accipiant ſibi ſacerdotes, quiſque à noto ſuo. Et pluraliter מַכָּרִים. 2. Regum 12. Ne accipiatis argentum à notis ueſtris.

הַכָּרָה Agnitio, notitia, iuxta formam חֶמְלָה, à uerbo נָכַל. Ieſ. 3. Agnitio faciei ſuæ reſpondet contra ipſos.

נֵכָר Vt מַכָּר notum aliquẽ ſignificat, qui ſcilicet eſt unius & eiuſdem ſeminis, generis, nationis, religionis, earundemq́ legum, ita è contra נֵכָר ſignificat nothum, id eſt, talem perſonam aut rem, quæ non eſt unius & eiuſdem ſeminis, nationis, religionis, earundemq́ legum, ſed illegitima, aliena, extranea à proprietate & ueritate. Quare ut, apud Hebræos differentia eſt inter נֵכָר & מַכָּר, ita apud Latinos inter notũ & nothum, nobilem & ignobilem. Nunc aliquot ſcripturæ locos huius rei adducam. Geneſ. 17. Ab omni filio notho, qui non eſt de ſemine tuo. Exod. 12. Omnis filius nothus non comedet ex eo. Deuter. 32. Iehoua ſolus duxit eum, & non fuit ipſi deus nothus. 2. Samuel. 22. & Pſalm. 18. Filij nothi affingunt ſe mihi. 2. Paralip. 14. Et abſtulit altaria Nothi, & excelſa. Nehe. 9. Et ſeparati ſunt ſemen Iſrael ab omni notho. Ieſaiæ 56. Et ne dicat filius nothus qui applicatus eſt ad Iehoua, ſeparando ſeparabit me Iehoua à populo ſuo. Iere. 8. Quare prouocauerunt me in ſculptilibus ſuis in uanitatibus Nothi, ſcilicet dei. Ezech. 44. Propterea introducitis filios nothos, præputiatos corde, & præputiatos carne. Deu. 31. Et meretricabitur poſt deos nothæ terræ. Pſal. 137. Quomodo cantabimus canticũ ipſi Iehoua ſuper terra notha.

נָכְרִי Nomen maſculini generis, Nothus. Exod. 21. Populo notho non dominabitur ad uendendum eam. Deut. 15. Nothum angariabis, & qui fuerit frater tuus, hunc liberũ dimittat manus tua. & cap. 17. Nõ poteris ponere ſuper te uirũ nothum, qui nõ eſt frater tuus. Et cap. 29. Nothum, qui ueniet de terra longinqua. Iud. 19. Nõ declinabimus ad ciuitatẽ notham, quæ non ſit de filijs Iſrael. 2. Paral. 6. Et etiam ad nothũ, qui nõ eſt de populo tuo Iſrael. Pſ. 69. Et nothus filijs matris meę. Prou. 5. Et labores tuos in domo nothi. & cap. 27. Laudet te alienus, nõ os tuũ: nothus, & nõ labia tua. Zoph. 1. Et ſuper omnes indutos indumẽto notho. Et pluraliter נָכְרִים. Ieſa. 2. Et in filijs Nothorum ſatisfaciunt, id eſt, gignunt nothos ſufficiẽter. Thren. 4. Hæreditas noſtra uerſa eſt ad alienos, & domus noſtra ad nothos. Abdiæ 1. Et nothi ingreſſi ſunt per portas eius. Et in genere fœminino נָכְרִיָּה. Exod. 2. Aduena fui in terra notha. Ruth 2. Et ego notha. Prou. 5. Et quare errabis fili mi in aliena, & amplecteris ſinum nothæ. Ieſaiæ 28. Et ad ſeruiẽdum ſeruitium ſuum notho ſeruitio ſuo. Iere. 2. Et quomodo conuerſa es mihi in faſtidia uitis nothæ. Et pluraliter

raliter נָכְרִיּוֹת. Gen.31. Et reſpondit Rachel & Lea, & dixerũt illi, nunquid adhuc eſt nobis pars & hereditas in domo patris noſtri, nónne nothę reputatę ſumus ei? nam uendidit nos,&c.1.Regum 11. Et rex Salomo dilexit mulieres nothas. Eſdræ 10. Mulieres nothas.

נֵכָר Abalienatio, translatio in terram notham, exilium. Iob 31. An non calamitas iniuſto, & abalienatio operantibus deſiderium.

נֹכֶר Abalienatio, translatio in terram notham, exilium. Et cum affixo mutat holem in hatephcametz. Abdię 1. Et ne rideas in die fratris tui, in die abalienationis eius, id eſt exilij.

963

נְכֹאת Vox eſt peregrina, & omnes Interpretes aromata ſignificare aſſerunt. Gen. 37. Camelos portantes aromata, & reſinam, & lotũ. & cap.43. Parum reſinæ, & parum mellis, aromata, & lotum. Et cum affixo reijcit literam aleph. 2. Reg.20. & Ieſa.39. Et fecit uidere eos totam domum aromatum ſuorum.

964

נָלָה Conſummauit: congruitq́ ſignificatione cũ uerbis אָבַל יָכַל כּוּל בָּלַל בָּלָה & נָבַל, niſi quòd ut forma, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differant. Ieſa.33. Cum conſummaueris tu tranſgredi.

INDE NOMEN,

מִנְלָה Conſummatio. Iob 15. Nec extendet in terram conſummationẽ ſuam, id eſt, facultarem quam comparſit.

965

נָמַל Circumcidit, pręcidit, amputauit. Congruit ſignificatione cũ uerbis אָמַלַל מוּל & מָלַל. Gen.17. Circumcidetis autem carnem præputij ueſtri.

INDE NOMEN,

נְמָלָה Formica, à pręſcindẽdo, ſeu pręcidendo ſic dicta, quòd etiam, Plinio teſte, ſemina arroſa tondat, ne rurſus in fruges exeant è terra. Prouerb.6. Vade ad formicam piger. Et pluraliter נְמָלוֹת. Prouerb.30. Formicę populus inualidus.

נָמֵר Pardus. Vide in themate מָרַר.

966

נָסַג Retroceſſit: congruit ſignificatione cum uerbo סוּג, & contrariam habet ſignificatiõnẽ uerbis נָסַע & נָשָׂא. Ieſ.59. Præuaricando & mentiendo in Iehoua, & retrocedendo poſt deum noſtrum. Mich.2. Non retroaget ignominia multa.

In tertia coniugatione הִסִּיג, retrocedere fecit, tranſtulit retrorſum, retroegit. Deut.19. Non transferas retrorſum terminum proximi tui. Prou.22. Non transferas retrorſum terminum antiquum, quem poſuerunt patres tui.

In uoce paſſiua הֻסַּג. Ieſaiæ 59. Retroactum eſt iudicium.

967

נָסָה Leuauit, eleuauit. Et ſignificatione congruit cũ uerbis נָסַע נָשָׂא סִיס נָסַס נוּס & סוּס, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differãt. Pſal.4. Eleua ſuper nos lumen uultus tui. Iob 4. Nunquid ſi eleuauerimus uerbum ad te, ægrè feres?

In ſecunda coniugatione, eleuare ad altiora, petere ſeu affectare altiora, tentare in altum. Atq; importat auſum, niſum, & conatũ. Vnde uerbo tentandi Hieronymus uertit, ac interdũ ualet idẽ, qđ periculũ facere, experiri. Gen.22. Et Deus tẽtauit Abrahã, i. petijt altiora & maiora ab eo, ſcilicet fidei ꝓbationẽ mactatione filij. Deu.4. Nũ tẽtauit deus ſumere ſibi gentẽ. & cap.6. Nõ tẽtetis Iehoua deũ ueſtrũ, queadmodũ tentaſtis in Maſſa. & cap.28. Quę nõ tentauit plãtã pedis ſui ſtatuere ſuper terrã. 1.Samu.17. Et accinxit Dauid gladiũ ſuũ ſuper ueſtimẽta ſua, & cœpit abire, ſed nõ tẽtauerat, dixitq; Dauid ad Saul, nõ poſſum incedere in illis, quia nõ tentaui, & depoſuit ea à ſe. Dan.1. Tenta nũc ſeruos tuos. Pſ.26. Proba me Iehoua, & tenta me. Iud.6. Tentabo nũc tãtùm ſemel in tonſura. Exo.20. Ne timeatis, quia tentare uos uenit Deus. 1.Reg.10. Et uenit ad tentandum te, ut cognoſceret quid eſſet in corde tuo. 2.Par.32. Ad tentandũ ut cognoſceret, quæ eſſent in corde eius.

Participium præſens מְנַסֶּה. Exo.20. Quia tentat Iehoua deus ueſter uos.

INDE NOMEN,

מַסָּה Tentatio, ſ. rei altioris. Eſt etenim tẽtatio preſentis boni faſtidiũ, & appetitio melioris. Pſ.95. Ne induretis cor ueſtrũ, ſicut in Meriba ſecũdũ tentationẽ in deſerto.

Et

Et inde hoc nomine dictus eſt locus in deſerto, ubi Iſraelitæ tentauerũt Dominũ. Exo.7. Et uocauit nomen eius Maſſa. Et in ſtatu regiminis מַסַּת. Iob 9. In tentationem inculpatotũ ſubſannabit. Et pluraliter מַסּוֹת. Deut. 4. Per tentationes. & cap.7. Tentationes magnas, quas uiderunt oculi tui, id eſt, miracula.

968 נסח Si regit poſt ſe accuſatiuũ, tum actiuè ſignificat uerrere, euerrere, expurgare ſcopis, aut alio inſtrumento. Congruitq; ſignificatione cum uerbo סָחָה, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi inter ipſa eſt differentia. Ieſ.52. Et euerret te de tentorio. Prouerb.15. Domum ſuperborum euerret Iehoua. Sed ſi nullũ poſt ſe regit accuſatiuum, & abſolutè ponitur, tum neutraliter accipitur. Prouer.2. Improbi autem de terra excidentur, & facientes excurſiones euerrentur.

In uoce paſſiua נִסַּח, euerſus eſt ſcopis. Deu.28. Et euerremini de terra, in quam ueniſtis.

INDE NOMEN,

מַסָּח Aliqui pro proprio nomine uiri, nonnulli alij pro domo cinerum qui erãt ex templo expurgati, alij pro domo in qua ſcopę erant depoſitæ & alia inſtrumẽta, alij pro domo Baal accipiunt, quę mox ita deſtruenda erat, ut ſcopis uerri potuerit. 2. Reg.22. Et cuſtodietis cuſtodiam domus Maſſach.

969 נסך Fudit, effudit, libauit: & dicitur nõ tantùm de liquidis, uerùm etiam de aridis rebus. Et cõgruit ſignificatione cum uerbis נָתַךְ מָסַךְ יָסַךְ סוּךְ שׂוּךְ סָכַךְ סכסך כָּסָה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Ieſ.29. Quoniam effudit ſuper uos Iehoua ſpiritum ſoporis. & cap.40. Et ſculptile fudit faber. Exo.30. Et fuſionem non fundetis ſuper illud. Item ordinauit, cõſtituit, prępoſuit, quod ſcilicet fiebat olei ſeu unguenti infuſione. Pſal.2. Ego autẽ ordinaui regem meum. ubi Chaldęus tranſtulit רַבֵּית, id eſt inautoraui.

Participium præteritum generis fœminini נְסוּכָה. Ieſaię 25. Et tegumentũ quod expanſum eſt ſuper omnes Gentes.

In uoce paſſiua נִסַּךְ, conſtitutus, ordinatus, ſuperordinatus fuit. Prouerb.8. Ab æterno ordinata eram.

In ſecunda coniugatione נִסֵּךְ. 1. Paralip.11. Et fudit eam ipſi Iehoua.

In tertia coniugatione הִסִּיךְ. Gen.35. Et fudit ſuper eam fuſionẽ. Num.28. In ſanctuario iube fundi ſiceram ipſi Iehoua. Pſal.16. Non fundam fuſiones eorum cum ſanguine. In uoce paſſiua יֻסַּךְ. Exod.25. Et pelues quibus funditur.

INDE NOMINA:

נֶסֶךְ Fuſio, libamen ex uino. Gen.25. Et fudit ſuper ipſam fuſionem. Num.15. Et uinum ad fuſionẽ. Legitur etiam cum quinq; punctis נֵסֶךְ. Exo.29. Et fuſionẽ quartarium hin uini. & cap. 30. Et fuſionem non fundetis ſuper illud. Obſerua autem quòd ut מִנְחָה eſt aridorum, ita נסך eſt liquidorum: ut ex Ioele cap.1. alijsq; cõplurimis in locis cognibile eſt. Et in ſtatu affixorũ mutat primam uocem in hirik, alteram in ſeua. Iere.20. Quia mendax eſt fuſile eius: nam ſpiritus nõ eſt in eo. Et pluraliter נְסָכִים. Leuit.23. & 2. Paral.29. item Iere. 7. Et in ſtatu affixorum נִסְכֵּי. Num.6. Et fuſiones ipſorum. Ieſa.41. Ventus & res inanis fuſilia eorum.

נָסִיךְ Fuſio, libamen. Deu.32. Vbi dij eorum, quorum adipem in ſacrificijs comederunt & biberunt uinum fuſionis eorum. Et pluraliter in ſtatu regiminis ac affixorũ נְסִיכֵי. Ioſue 13. Præordinati Sichem. Pſal.83. Pone eos præordinatos eorum ſicut Oreb, & ſicut Zeeb. Ezechiel.32. Ibi præordinati Aquilonis. Mich.5. Et ſuſcitabimus ſuper eos octo pręordinatos hominis, id eſt, ex uulgo.

מַסֵּכָה Fuſio uel aridorum, uel liquidorum: Aridorum poteris uertere opertorium, operimentum, protectionẽ, protectorium, tutelam. Ieſ.30. Et ad protegendum protectorio. & cap.28. Operimentum ſtrictum, dum colligitur. cap.25. Et operimẽtum quod opertum eſt ſuper omnes Gentes. Liquidorũ, fuſio, ſeu opus ab artifice fuſum. Exo.32. Et fecerunt uitulum fuſionis. & cap.34. Deos fuſionis non facies tibi. Deut.9. Fecerunt ſibi fuſionem, id eſt, fuſile. Iudic.17. Ad faciendum ſculptile & fuſile. Et pluraliter מַסֵּכוֹת. 1. Reg.14. Et feciſti tibi deos alios, & fuſilia. 2. Paral.28. Et fuſiones fecerunt Baalim, id eſt, fuſilia.

מסכה

מַסֶּכֶת Licium,ſeu liciatorium,inſtrumentum textorum,per quod fila fluunt: nos pectinem uocamus. Iud.16. Si texueris ſeptem cincinnos capitis mei cum liciatorio.

970 נסע Mouit ſe loco,promouit ſe aliò,profectus eſt aliò. Et ipſius ſignificatio complectitur utrunq; terminum,à quo,& ad quem. Gene.33. Profectus eſt in Succoth. Num.11. Et uētus profectus eſt à Iehoua. Et cap.9. Et eleuata nube proficiſcebantur. Gen.12. Et profectus eſt Abrā eundo & proficiſcendo meridiē uerſus. & ca.33. Proficiſcamur,& eamus. Legitur tamen actiuè ſequente accuſatiuo. Iudic.16. Et amouit clauū texturæ. Et mox iterū: Et apprehēdit ualuas portæ ciuitatis, & duos poſtes,& amouit eas unà cū uecte. Ieſa.33. Nemo amouebit clauos eius in æternū.

Participium præſens נֹסֵעַ. Num.10. Et arca conſtitutionis proficiſcebatur ante eos. Et pluraliter נֹסְעִים. Num.10. Proficiſcimur nos ad locum.

In uoce paſſiua נִסַּע, amotus,ablatus,translatus eſt. Iob 4. Nónne ablata eſt excellentia ipſorum in eis. Ieſa.38. Ætas mea ablata eſt.

In tertia coniugatione הִסִּיעַ. Exod.15. Et tranſtulit Moſe filios Iſrael à mari ſuncꝫ. 1.Reg.5. Et tranſtulerunt lapides magnos. Pſ.80. Vitē ex Ægypto tranſtuliſti.

Participium præſens מַסִּיעַ. Eccl.10. Transferens lapides, dolore afficietur illis.

INDE NOMINA:

מַסָּע Translatio, amotio, tranſmiſſio. 1.Reg.6. Lapis integer ad translationem ædificatus. Iob 41. Attingēs eum gladio nō figetur, lanceam propulſationē & loricam, id eſt,eiaculationem. Vſurpatur tamē interdum loco infinitiui. Deut.10. Surge uade ad proficiſcendum ante populum. Similiter actiuè. Num.10. Et ad transferendum caſtra. Et pluraliter in ſtatu regiminis מַסְעֵי, profectiones. Num.10. Iſte ſunt profectiones filiorum Iſrael. Et cum affixis. Ge.13. Et iuit per profectiones ſuas. Exod.40. In omnibus profectionibus ſuis. Num.33. Per profectiones ſuas. ubi tamen ſine dagges ſcribitur.

סֹעָה Nomen,ablata litera nun,id eſt promotio,profectio,proiectio,propulſio. Pſa.55. A uento propulſionis,à tempeſtate.

971 נסק Modo tantùm ſignificandi differt à uerbo נָשַׂק, quod de ſuccenſione ignis in altum, נָסַק autē de ſcanſione in altum quæ ſurſum fit, dicitur: ſimiliter congruit cum uerbo נשג, quod applicare,attingere,& apprehendere ſignificat, ſicut etiā in aſcenſione applicantur manus ſcalis. Opponitur autem ſignificatione uerbis נְסַק סלק. Pſal.39. Si aſcendero in cœlum, tu illic es. In lingua Chaldaica ualde eſt uſitatum pro uerbo עָלָה.

972 נעל Congruit ſignificatione cum uerbis עָלָה עָלַל עול & מָעַל מעל, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant: ſignificat autem aſcendere fecit, id eſt obſtrinxit, obſerauit ſupernè uel ſera,uel cōpede, uel corrigia. Iud.3. Clauſit ianuas habitaculi poſt ſe, & obſerauit. 2. Sam.13. Et obſcrabit oſtium. Et iterum: Et obſera oſtium. Ezech.16. Et obſtrinxi te taxo.

Participium præteritum נָעוּל. Canti.4. Hortus obſeratus. Et in genere fœmi nino pluraliter נְעֻלוֹת. Iudic.3. Et ecce oſtia cœnaculi obſerata.

In tertia coniugatione הִנְעִיל. 2.Paral.28. Et calceare fecerunt eos.

INDE NOMINA:

נַעַל Calceamentum, ſeu ſolea, quæ pedi inducitur, & ſupernè corrigia obfirmatꝰ. Gen. 14. Vſq; ad corrigiam calceamenti. Deut.25. Domus illius, cuius detractum eſt calceamentum. In numero duali נַעֲלַיִם. Amos 2. Eò ꝙ uendiderunt argēto iuſtum, & egenum pro calceis, ſcilicet duobus. Et pluraliter נְעָלִים. Ieſ.11. Et faciet ambulare in calceis. Et in forma fœminea נְעָלוֹת. Ioſue 9. Et calcei ueteres.

מַנְעוּל Sera, qua aliquid obſtringitur. Cant.5. Et myrrham tranſeuntem ad cardines ſeræ. Et pluraliter מַנְעֻלִים. Nehemiæ 3. Seras eius.

מִנְעָל Compes. Deut.33. Ferrum & æs, compes tuus.

973 נעם Iucundum fuit, gratum fuit, acceptum fuit. Et ut literarum tranſpoſitione, ita ſignificatione differt à uerbo מָנַע. Geneſ.49. Et terram ꝙ iucunda eſſet. 2.Sam.1.

V Iucun-

Iucundus fuiſti mihi uehementer. Pſal.141. Audient ſermones meos, quia iucundi
ſunt. Prouer.2. Et ſcientia animæ tuæ iucunda erit. Canti.7. Quàm pulchra fuiſti, &
quàm accepta fuiſti. Ezech.32. A quo iucunditatem habebis.

INDE NOMINA:

נָעִים Iucundum, gratum, acceptum, lieblich. Pſal.81. Citharam iucundam cum Nablo.
Pſal.133. Ecce quàm bonum, & quàm iucũdum. Pſal.135. Pſallite nomini eius, quia
iucũdum. Pſal.147. Laudate Ia, quia iucundus, grata laudatio. Prou.22. Quoniam
iucundus eris ſi cuſtodieris ea in uentre tuo. & cap.24. Omnis copia precioſa, & iu
cunda. Can.1. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & iucundus. In ſtatu regiminis נְעִים.
2. Sam.23. Iucundiſſimus pſalmorum. Et pluraliter נְעִימִים. 2. Sam.1. Saul & Io-
nathan dilecti, & iucundi in uita ſua. Iob 36. Et anni eorũ in iucũdis. Pſal.16. Funes
ceciderunt mihi in iucunda. Prou.23. Et effundes uerba tua iucunda. Et in gene-
re fœminino נְעִימָה, cuius plurale eſt in uſu. Pſal.16. Iucunditates in dextera tua.
נֹעַם Iucunditas. Pſal.27. Vt uideam iucunditatem ipſius Iehoua. Pſal.90. Et ſit iucundi-
tas Iehoua dei noſtri ſuper nos. Prou.3. Viæ eius uiæ iucunditatis. Zach.11. Alte-
rum uocaui iucunditatem, & alterum dolores.
נַעֲמָנִים Iucunditates. Ieſa.17. Propterea plantabis plantas iucunditatum.
מַנְעַמִּים Iucunda, accepta. Pſalm.141. Vt non comedam in iucundis eorum, id eſt, quæ illis
iucunda ſunt.
נעץ Hinc deducunt multi נַעֲצוּץ. Vide in themate צץ.

974
נָעַר
Excuſſum eſt, neutraliter, ſi nullus ſequatur obliquus. Ier.51. Pariter ut leunculi
rugient, excutientur ut catuli leænarum. Vel ſi ſequitur caſus, ſumitur actiuè.
Nehem.5. Etiam excuſſi ſinum meum.
Participium præſens נֹעֵר. Ieſaiæ 33. Qui excutit manus ſuas, ne ſuſtentet in mu-
nere. Et ibidem iterum: Excutiens Baſan & Carmelum.
Participium præteritum נָעוּר. Nehem.5. Sic erit excuſſus, & uacuus.
In uoce paſſiua נִנְעַר. Pſalm.109. Excuſſus ſum uelut locuſtæ. Iud.16. Et euigila-
uit è ſomno ſuo, & dixit, Egrediar hac uice ſicut alia uice, & excutiar. Iob 38. Vt ap
prehendat alas terræ, & excutiantur improbi ex ea.
In ſecunda coniugatione נִעֵר, excuſſit. Pſal.136. Et excuſſit Pharaonem & exer-
citum eius in mare iunci. Exo.14. Et excuſſit Iehoua Ægyptios in medium maris.
Nehem.5. Sic excutiet deus omnem uirum, qui non ſtabiliuerit uerbum iſtud.
In quarta coniugatione הִתְנַעֲרִי. Ieſaiæ 52. Excute te de puluere.

INDE NOMINA:

נַעַר Excuſſus. Hebræi autem iſto nomine puerum ſeu iuuenem appellant eius ætatis,
qua iam è molliore parentum cura foras excuſſus eſt, aut excutiendus ad aliquod
mjniſterium, ut aliquid operis faciendi aſſuefiat, & exerceatur. Quare ſæpe mini-
ſtri ita appellantur, ꝙ ea ætas ad quotidianas functiones & miniſteria adhiberi ſo
leat. Et dicitur hoc nomine, quouſq; ad eam conditionem peruenit, ut incipiat eſſe
iuris ſui: quanquam per catachreſin interdum etiam largiùs uſurpent, uel pro iu-
niore, uel rudiore, ſeu ineptiore. Græci νήπιος, Germani uerò nunc ein kind, nunc
ein knaben, nunc ein iunger oder iungling uocãt. Nunc exemplis uidebimus.
Gen.19. A iuuene uſq; ad ſenẽm totus populus undequaq;. Ierem.51. Colliſi per te
uirum & mulierem, colliſi per te ſenem & iuuenẽ, & colliſi per te electum & uirgi
nem. Deut.21. Non aſſumet perſonã ſenis, neq; iuuenis miſerebitur. Gen.21. Non
diſpliceat in oculis tuis ſuper iuuene. Gen.37. Ioſeph filius ſeptendecim annorum
erat paſcens cum fratribus ſuis oues, & ipſe iuuenis erat cum filijs Bilha. & cap.41.
Et erat nobiſcum iuuenis Hebræus ſeruus principis mactatorum. 2. Paralip.34. Et
cum adhuc eſſet iuuenis, &c. Erat autem natus ſedecim annorum. 1. Samue.17. Et
dixit Saul ad Dauid, quia iuuenis es, & ipſe eſt uir belli à iuuentute ſua. Et iterum:
Et reſpexit Philiſtæus, & uidit Dauidem, & ſpreuit eum, quia erat iuuenis & ruf-
fus. 1. Sam.18. Eſt'ne pax iuueni Abſolom. Exod.33. Miniſter eius Ioſue filius Nun,
iuuenis

iuuenis. 1. Regum 11. Et uir ille Ierobeam erat potens bello, uidensq́ Salomo iuuenem, quòd facere poſſet opus, præfecit eum ſuper tributū domus Ioſeph. 1. Parali. 12. Et Zadok iuuenis, potens bello. Pſal. 37. Iuuenis fui & ſenui. Iudicum 17. Et erat iuuenis de Bethlehem Iehuda. Geneſis 18. Et accepit filium bouis tenerum & bonum, & dedit iuueni. Iudicū 8. Et non extraxit iuuenis gladium ſuum. Ruth 2. Et dixit Booz iuueni, qui præerat meſſoribus. 2. Regum 5. Dixit Gahazi iuuenis, uir dei. 1. Samuel. 2. Et uenit iuuenis ſacerdotis. & cap. 14. Et dixit Ionathan filius Saul ad iuuenem portantem arma ſua. 2. Sam. 16. Et ecce Siba iuuenis Mephiboſeth. 2. Regum 9. Et abijt iuuenis, iuuenis, inquam, Prophetæ. 1. Samuelis 20. Eratq́ puer paruus cum eo. 1. Regum 3. Ego autem ſum puer paruus ignorans egredi & ingredi. Iudicū 8. Qui timebat, erat enim adhuc iuuenis. 1. Paral. 22. Salomo filius meus eſt iuuenis & tener. & cap. 29. Et dixit Dauid rex congregationi, Salomonem unicum meum elegit Deus iuuenem & tenerum, opus uerò magnum eſt. 2. Paralip. 13. Rechabeam erat iuuenis & tener corde. Eſt & aliquando adiectiuum & ætatis, ſignificatq́ iuuenem. 1. Samuelis 1. Et puer erat iuuenis. 1. Samuelis 30. Præter quadringentos uir iuuenis, id eſt, uiros iuuenes. ſimili ſcilicet ratione qua Pſal. 69. פַּר שׁוֹר, bos iuuenis dicitur. Item Iudicum 13. Quoniam Nazireus dei erit puer ille ab utero. Et mox iterum: Quid faciemus puero, qui naſcetur? Ieſaiæ 7. Antequam ſciat puer iſte reprobare malum, & eligere bonum. Exod. 2. Et aperiens uidit eum eſſe infantem, & ecce puer flebat. Zachariæ 11. Ecce ego ſuſcito paſtorem in terra, qui læſa non uiſitabit, iuuenem non requiret. Eſt nōnunquā intellectus ſeu ſenſus. Ierem. 1. Ecce ego non noui loqui, quia puer ſum ego, id eſt, imperitus. Eccl. 10. Væ tibi terra, cuius rex puer eſt, id eſt, rerum imperitus. Ieſaiæ 65. Puer filius centū annorum morietur. Iuxta illud etiā Paulus uſurpauit 1. Corint. 14. Ne ſitis pueri ſenſibus, ſed malitia puerī ſitis, ſenſibus uerò perfecti ſitis. Et pluraliter נְעָרִים, pueri, iuuenes. Geneſ. 25. Et creuerunt pueri, ſeu iuuenes. 1. Sam. 2. Et erat delictū iuuenum magnum ualde coram Iehoua. 2. Regum 2. Pueri parui egrediebātur de ciuitate. Pſalm. 148. Senes cum iuuenibus laudent nomen Iehoua. Geneſ. 14. Exceptis tantùm, quæ comederunt iuuenes. Ioſ. 6. Ingreſſi ſunt iuuenes exploratores eduxerunt Rahab. 1. Samuel. 9. Sume unum de pueris. 1. Sam. 21. Si iuuenes cauerunt à muliere. Et in ſtatu regiminis נַעֲרֵי. Exod. 24. Et miſit iuuenes filiorum Iſrael. 1. Samuel. 25. Et uenerunt iuuenes Dauid. Et in ſtatu affixorum נְעָרֵינוּ. Exod. 10. Cum iuuenibus noſtris, & cum ſenibus noſtris abibimus. Et ſemel legitur de ſenſu pueris pluraliter, Ieſaiæ 3. Dabo pueros principes eorum. Et in genere fœminino נַעֲרָה, puella, iuuencula. Et eſt ætatis, etiā ſi non ſit uirgo. Deut. 22. Et dabunt patri puellæ. Et eſt obſeruandum, quòd bis & uigeſies ſcribatur in libris Moſi ſine he נַעַר. Geneſ. 24. Puella cui dixero. Et iterum: Vocemus puellam.

Sed extra libros Moſis ſcribitur integrè cum he. Iudic. 19. Pater puellæ. Ruth 2. Cuius eſt puella iſta. Amos 2. Et uir & pater ipſius ibant ad puellam. Iudicum 21. Quadringentas puellam uirginem, id eſt, puellas uirgines. Eſther 2. Omnem puellam uirginem pulchri aſpectus. 1. Reg. 1. Quærant ſuſtentatori meo regi puellam uirginem, id eſt, iuuenculam, quæ ſit uirgo, uel iuuenem uirginem. Nam ut poteſt eſſe בְּתוּלָה uirgo, quæ non ſit iuuenis ætate, ita poteſt eſſe נַעֲרָה puella, quæ non ſit uirgo. Et pluraliter in ſtatu abſoluto נְעָרוֹת. 1. Sam. 9. Et ipſi inuenerunt puellas egredientes. In ſtatu regiminis & affixorū נַעֲרוֹת. Eſther 4. Puellæ Eſther. Ruth 2. Cum puellis Booz. Gen. 24. Et puellæ eius. Eſther 4. Et puellæ meæ.

נֹעַר Pueritia, iuuentus. Iob 36. Morietur in iuuentute anima eorum. Pſalm. 88. Oppreſſus ſum ego, & expirans à iuuentute. Prouerbiorum 29. Delicatè nutriens à iuuentute ſeruum ſuum.

נְעוּרִים. Nomen pluralis numeri tantùm, dies ſeu tempus excuſſionis ex curatione molliore ad miniſterium œconomicum, & nos Latinè iuuentutem dicimus. Pſal. 127. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij iuuentutis. Ieſaiæ 54. Et uxorem iuuentutis repudiatam. Et cum affixis. Geneſis 8. Quoniam figmentum hominis malum à

iuuentute ſua.Numeri 30.Atque inter patrem erga filiam eius,in iuuentute ipſius. Pſal.25.Errata iuuentutis meæ,& tranſgreſſionis meæ ne recorderis.Pſal.103. Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua.Ezech.23.In iuuentute ſua fornicatæ ſunt. Et iterum: Propter ubera iuuentutis tuæ. Legitur tamen ſemel in forma fœminina נְעוּרֹת Ieremiæ 32.A iuuentute tua.

נְעֹרֶת Stuppa,excuſſa ſcilicet ex lino.Iudic.16.Quemadmodum rumpitur filum tortum ſtuppæ,quando ipſum olfacit ignem.Ieſaię 1.Et erit præſidium eius in ſtuppam,et opus eius in ſcintillam.

975 נָפַח Flauit,ſpirauit.Et congruit ſignificatione cum uerbis יָפַח & פּוּחַ, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Gene.2.Et ſpirauit in naſum eius anhelitum uitarum.Ieremiæ 15.Expirauit anima eius.Ezech.22.Et colligã uos, & ſufflabo cõtra uos in igne furoris mei.Ezech.37.Et fla in interfectos. Haggei 1. Et quod inferetis in domum etiam ſufflabo in illud,ſcilicet ut rem nullius momenti.Ezech.22.In medium fornacis ad ſufflandum ſuper illam ignem.

Participium præſens נֹפֵחַ. Ieſaiæ 54. Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in ignem carbonem.

Participium præteritum נָפוּחַ. Ierem.1.Ollam ſufflatam ego uideo.Iob 41.E naribus eius egreditur fumus,ſicut ex olla ſufflata.

In ſecunda coniugatione,uoce paſſiua נֻפַּח, cuius participium נֻפָּח legitur Iob 20.Deuorabit eum ignis non ſufflatus.

In tertia coniugatione הִפִּיחַ. Iob 31.Si facultatem eius comedi abſq; argento, & animam dominorum eius ſuſpirare feci.Malachiæ 1. Et dixiſtis, ecce defatigatio, & expiraſtis illud,id eſt,ſpiritu ſeu flatu ex ore emiſſo contempſiſtis illud.

INDE NOMINA:

מַפָּח Suſpirium,gemitus,ſuſpiratio,expiratio. Et in ſtatu regiminis מַפַּח.Iob 11.Et expectatio eorum,ſuſpirium animæ.

מַפֻּחַ Inſtrumentum,quo ſufflatur ignis,ſufflatorium,follis.Ierem.6.Exuſtum eſt ſufflatorium ab igne.

נֹפֶךְ De hoc nomine uide in themate אָנַךְ,& deriuato eius פּוּךְ.

976 נָפַל Cecidit,ruit,lapſus eſt.Germanicũ partim reſpõdet ei, fallen,abfallen:cõgruitq; ſignificatione etiam cũ uerbis תִּפְלָה & תָּמַל מָלַל נָבַל, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant.Iudicũ 5.Incuruauit ſe,& cecidit.2.Regum 5.Et ferrum cecidit in aquam.Exod.19.Et cadat ex eo multus.Geneſis 25. Coram omnibus fratribus ſuis cecidit.Ieremiæ 9.Et cadet cadauer hominis.Gen.17.Et cecidit Abram ſuper faciem ſuam.Ezech.24.Non cecidit ſuper eam ſors. & cap.48. Et cadet terra iſta uobis in hęreditatem.Iob 4.Cum caderet ſopor ſuper homines. Ezech.8.Et cecidit ſuper me ibi manus ſuſtẽtatoris Iehoua. & cap.11.Et cecidit ſuper me ſpiritus Iehoua.2.Sam. 11. Et cecidit à populo, à ſeruis Dauid abgefallen. 2.Regum 7.Et cadamus ad caſtra Syriorum. 1. Parali.12.Et de Manaſſe ceciderũt ad ſuſtentatorem ſuum Saul.Pſal.5.Decidant à conſultationibus ſuis. 1. Samuelis 29.Et non inueni in eo quicquam à die,quo cecidit ipſe ad diem hunc,id eſt, defecit.Ioſue 21.Non cecidit quicquam de omni uerbo bono,quod loquutus fuerat Iehoua,id eſt,intercidit. Et ſecundum iſtam phraſin etiam Chriſtus dixit Matthæi 10.Nónne duo paſſeres minuto aſſe ueneunt,& unus ex illis non cadet in terrã ſine patre ueſtro? Lucæ 16.Facilius eſt cœlum & terram tranſire, quàm legis unum apicem cadere,&c.1.Samuelis 26.Et nunc cadat ſanguis meus in terram. Geneſis 4.Et exarſit Kain ualde,& conciderunt facies eius.1.Samuelis 7. Non cõcidat cor ullius hominis propter illum.Nehem.6.Et conciderunt ualde in oculis ſuis. Eſth. 6.Ante quem cœpiſti cadere coram ipſo,non pręualebis ei,ſed cadendo cades coram eo.Ieſaiæ 3.Et Iehuda cecidit.& cap.16.Et celeuſma cecidit. Et in aliquot locis accipitur actiuè.Ioſue 11.Et irruerũt in eos.Iob 1.Et irruit Seba, & abſtulit eos. Pſalm.10.Et contundet opprimendo,& proijcit robore ſuo multos pauperes,&c.

quan-

quanquam etiam ſic legi poſſet: Et pulſat incuruando, ut cadat robore eius magno pauper.

Participiũ præſens נֹפֵל. Deut.21. Cadens in agro. Ioſue 7. Et tu quid cadis ſuper faciem tuam. 2.Sam.3. Et cadens gladio. Iob 12. Non cado ego à uobis, id eſt, non cedo uobis, non ſum uobis inferior. & cap.14. Equidem mons cadẽs emarceſcet. Ieremiæ 37. Ad Chaldæos tu cadis, id eſt, deficis. Et pluraliter נֹפְלִים. 1.Sam.31. Et inuenerunt Saul, & filios eius lapſos in monte Gilboa. 2.Paralip.20. Et ecce illi cadauera collapſa in terra. Pſal.145. Suſtentator eſt Iehoua omnibus lapſis. Ierem.6. Cadent cum cadentibus. & cap.39. Cadentes, qui ceciderunt ad eos, id eſt, defecerunt. Ezech.32. Omnes iſti interfecti, qui cadebant gladio. Et in genere fœminino נֹפֶלֶת. Gen.15. Obſcuritas magna cadens ſuper eum. Amos 9. Erigam tabernaculum Dauid collapſum.

In tertia cõiugatione הִפִּיל, cadere fecit. Ieſaię 34. Cadere fecit eis ſortẽ. 1.Sam.3. Et nõ cadere fecit ex omnibus uerbis ſuis ſuper terram. Eſther 6. Ne cadere facias quicquam de omnibus, quę loquutus es. Deut.25. Et cadere faciet eum Iudex. Iud.2. Non cadere fecerunt ex omnibus operibus ſuis. Iob 6. Etiam ſuper pupillum cadere facitis, id eſt, irruitis. & cap.29. Et lucem faciei meæ non cadere faciebant, id eſt, labefactabant. Pſal.37. Vt cadere faciant afflictum & egenum. 1.Sam.10. Saul cogitabat obijcere Dauidem in manũ Philiſtæorum. Iere.3. Non cadere faciam faciem meam in uos, i. non mutabo, ut irati ſolent mutare formam & geſtum faciei.

Participium præſens מַפִּיל. Dan.9. Proſternes precationẽ meam coram Iehoua.

Et pluraliter מַפִּילִים. Dan.9. Nos proſternimus precationes noſtras coram te.

In quarta coniugatione הִתְנַפַּל. Deut.9. Et proſtraui me coram Iehoua quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus proſtraui me.

Participium מִתְנַפֵּל. Eſdræ 10. Et proſtratus coram domo dei.

INDE NOMINA:

נֵפֶל Fœtus, ſcilicet eiectus, quicq; ante tẽpus ex materno utero excidit mortuus, Latini abortiuũ uocant. Iob 3. Aut ſicut abortiuus abſconditus nõ fui. Pſal.58. Abortiuus mulieris, qui non uidit ſolem. Ad hũc locum alludẽs Paulus uocat ſe arbortiuum, 1.Cor.15. Et in diſtinctione ſententiæ נָפֶל. Eccl.6. Melior eſt illo abortiuus.

מַפָּל Aliquid deciduũ. Et in ſtatu regiminis מַפַּל. Amos 8. Et deciduũ frumenti uendamus, id eſt, glumam, quiſquilias, quæ de frumento cadunt, dum cribratur aut uẽtilatur. Et in ſtatu regiminis pluraliter מַפְּלֵי. Iob 41. Decidua carnis eius adhærent, id eſt, caro eius non eſt flaccida ſeu pendula.

מַפֶּלֶת Caſus, ruina. Ieſaiæ 23. Poſuit eam in ruinam. cap.25. Vrbem munitam in ruinam. Legitur tamen ſemel מַפָּלָה Ieſ.17. Et erit tumulus ruinæ. Et in regmine מַפֶּלֶת. Iudic.14. Vt uideret cadauer Leonis. Et cum affixis. Prou.29. Et iuſti in ruinam illorum uidebunt. Ezech.26. A uoce ruinæ tuæ. Et cap.31. Super ruina eius habitabunt omne uolatile cœli.

נְפִילִים Vetus tranſlatio uertit Gigantes, & dicti ſunt, quaſi oppreſſores, tyranni, ab irruendo & opprimendo: aliàs in ſcriptura dicti אֵימִים עֲנָקִים זַמְזֻמִּים רְפָאִים, ut Deu.2. & alibi. Gene.6. Et Nephilim erant in terra. Num.13. Et ibi uidimus Nephilim filios Enak de Nephilim.

תָּפֵל Caducum, deciduum. Hieronymus & alij tranſtulerunt fatuum, inſulſum, quòd ſ. facilè rurſum de muro à pluuia ſeu grandine deijcitur. Sed de hoc uide ſuo in loco.

977 נִבְלַל Legitur ſemel, & eſt eiuſdem cum נָפַל ſignificationis, Ezechielis 28. Et cadet uulneratus.

978 נָפַץ Diſperſum eſt: eſtq; uerbum neutri generis, ac generali ſignificatione congruit cum uerbis פּוּץ & פָּזַר. 1.Sam.13. Vidi q diſpergeretur populus à me. Gene.9. Tres iſti ſunt filij Noach, & ab illis diſperſa eſt uniuerſa terra. Iud.7. Et impreſſerunt in tubas, etiam diſpergendo cados, qui in manibus eorum.

Participium præteritũ נָפוּץ. Ier.22. Nunquid ſculptile contẽptum diſperſus eſt.

uir ille Canaiahu. Et fœmininum, pluralis numeri נְפֻצוֹת. Ieſaiæ 11. Et diſperſiones Iehoua congregabit.

In ſecunda coniugatione נִפֵּץ, collidendo diſperſit. Pſal. 137. Beatus qui apprehenderit, & diſperſerit infantes tuos ad rupem, i. collidendo diſperſerit. 1. Reg. 5. Et diſpergam eas ibi, & tu tolles, ſ. rates. Pſa. 2. Sicut uas figuli diſperges eos. Ier. 13. Et diſpergam eos unumquenque ad fratrem ſuum. & ca. 48. Et lagenas diſpergent. Ierem. 51. Et diſpergam per te Gentes.

Participium præteritum generis fœminini, pluralis numeri מְנֻפָּצוֹת. Ieſaiæ 27. Sicut lapides calcis diſperſos.

In tertia cõiugatione legitur tantùm participium præſens מְפַץ, & accipitur nominaliter, ſicut מְפַץ, malleus. Iere. 51. Malleus tu mihi es, uaſa belli.

INDE NOMINA:

מַפֵּץ Nomen participiale, diſperſor: & eo appellant malleum, quo concutiendo diſperguntur res. Iere. 51. Malleus tu mihi es, uaſa belli.

מַפָּץ Eadem ratione Hebræis Malleus dicitur, ſicut præcedens מַפֵּץ, & legitur Ezech. 9. Et unicuique uas diſperſionis ſuæ in manu ſua, id eſt, malleus in manu ſua.

נֶפֶץ Diſperſio: uocant autem Hebræi hoc nomine fulgetrum, quia diſpergit. Ieſaiæ 30. Flamma ignis deuorantis fulgetro & inundatione.

נַפֵּץ Diſperſio. Dan. 12. Et in conſummando diſperſionem populi ſanctitatis.

979

נֶפֶשׁ Congruit ſignificatione cum uerbis שׁוֹף שָׁפָה שָׁמַם שׂוּם נָשַׁם יָשַׁם נשף נשב, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Proinde nominaliter נֶפֶשׁ propriè ſignificat animã, ut animę quoque uocabulum tam Gręcis quàm Latinis pro uento, flatu, halitu ſeu anhelitu accipitur. Imo anima re ipſa aliud nihil eſt niſi flatus ſeu ſpiritus uitalis: unde & Lactantius de opificio Dei ſcribit animam, alios ſanguinẽ dixiſſe, alios ignẽ, alios uentũ: unde anima uel animus nomẽ acceperit, quod Græcè uentus ἄνεμος dicatur, &c. Gen. 1. Sed & omni beſtiæ terræ, & omni uolatili cœlorum, & omni motabili ſuper terra, in quo eſt anhelitus uiuens. Iob 11. Oculi improborum conſumẽtur, & refugium adimetur ab eis, & expectatio ipſorum uelut anhelitus animæ. & cap. 41. Et anhelitus eius carbones inflãmat. Ier. 15. Infirma tanquam genitrix ſeptem liberorum ſpirans anhelitum ſuum. Ieſaiæ 3. Et domunculas animæ, id eſt, fragrantię. Secundò dicitur de anima quę eſt altera & principalior pars hominis, quæ nihil aliud eſt niſi ſpiritus uitalis. Geneſis 27. Vt benedicat tibi anima mea priuſquàm moriar. & cap. 35. Et factum eſt cùm egrederetur anima eius (moriebatur enim), uocauit nomen eius BenOni. 1. Sam. 1. Mi Suſtentator uiuit anima tua mi Suſtẽtator. 1. Sam. 25. Erit anima ſuſtentatoris mei ligata quaſi in faſciculo uitę, apud Iehoua deum tuum. Iob 9. Etſi integer ſim, tamẽ non ſum abſolutus in anima mea. Iob 24. Anima interfector uociferatur. Pſal. 13. Ponã conſilia in anima mea. Pſal. 119. Viuat anima mea, & laudabit te. Ier. 38. Viuit Iehoua, qui fecit nobis animam hanc. 2. Sam. 1. Tota adhuc anima mea in me eſt. 1. Reg. 17. Reuertatur quęſo anima pueri huius intra ipſum. Et mox iterũ: Et reuerſa eſt anima pueri intra ipſum, & uixit. Thren. 2. Cùm effunderẽt animã ſuam in ſinu matrum ſuarum. Iob 12. In cuius manu eſt anima omnis uiuentis & ſpiritus omnis carnis. Tertiò dicitur de potentia animæ, quam uocamus appetitiuũ, ſeu concupiſcibilem, id eſt, pro appetitu, affectu, uoluntate, ingenio, animo, mente, deſiderio, concupiſcentia, anhelatione, aſpiratione. Exo. 23. Ne opprimas peregrinũ: uos enim noſtis animam peregrini, i. mentem. Gen. 23. Si eſt cum anima ueſtra, ut ſepeliam mortuum meum. Et mox iterum: Sichem filius meus ex anima ſua concupiſcit filiam ueſtram. 2. Reg 19. Si eſt anima ueſtra, nõ egredietur, ut euadat qui eſt in ciuitate. Gene. 49. In conſilium ipſorum non ueniet anima mea. Iudic. 18. Ne fiant uobis obuiàm uiri amara anima. 1. Sam. 1. Et ipſa erat amara anima. Et mox iterum: Et effudi animam meam coram Iehoua. Deut. 24. Et ad illam mercedem ipſe eleuat animam ſuam. 1. Sam. 18. Et cõglutinata eſt anima Ionathã cum anima

Da-

Dauid,& dilexit eũ Ionathan.Oſeę 4.Et ad iniquitatē ipſorũ leuabãt animã ſuam. Pſal.107.Quoniã ſatiauit animam inanē,& animã famelicam repleuit bono. Cantic.5.Anima mea egrediebatur cùm ipſe loqueretur.Habakuk 2. Nõ eſt recta anima eius in ipſo.Ieſa.56.Canes præfracti anima,neſcientes ſaturari,id eſt,præfractæ uoracitatis ſeu ingluuiei.Iere.6.Vt inueniatis requiē animæ ueſtrę. Sic Chriſtus Matth.11.Tollite iugũ meum ſuper uos,& diſcite à me, ꝙ mitis ſim & humilis corde,& inuenietis requiem animabus ueſtris.Ieſaiæ 5.& Habakuk 2.Dilatauit infernus animam ſuam. Deut.21. Si uerò non habueris beneplacitũ in ea,dimittas eam pro anima ſua,id eſt ad arbitrium ipſius, quocunq; uoluerit. Deut.23.Et comedes uuas iuxta animã ſuam.1.Reg.19. Et ſurgēs abijt pro anima ſua.Pſal.17.Et inimici mei in anima circundant me.Pſa.27.Ne dederis me in animam hoſtium meorum. Ezech.16.Dabo te in animam odientium te. Mich.7. Et magnus loquitur malum animæ ſuæ,id eſt,quicquid uult. Habakuk 2. Et peccas anima tua,id eſt uolũtariè. Prou.13.Deſiderat,& non anima eius piger,ſed anima ſedulorum impinguabitur.

Sic Iudæi ad Chriſtum hac phraſi uſi Ioan.10.dicunt, Quouſq; animã noſtrã ſuſpendis.Et Pſal.105. in bonum ponitur: Vt inſtitueret principes eius in anima ſua, & ſenes eius redderet ſapientes,id eſt,in doctrina ſua,ut ipſe uolebat,& ſciebat ex uerbo dei. Iere.15. Si ſtarent Moſes & Samuel coram me, non eſſet anima mea ad populum iſtum. Quartò, dicitur etiam nomine iſto promiſcuè ſanguis & uita, eò ꝙ ſanguis ſit uita animalis,& econtra uita conſiſtat in ſanguine, qui eſt uehiculum ſpirituum.Gen.9. Veruntamen carnem cum anima ſua ſanguine ſuo non comedetis,id eſt,cum anima ſua,quæ eſt ſanguis ipſius,&c. Leuit.17.Nam anima carnis eſt in ſanguine. Et iterum : Quoniã anima omnis carnis ſanguis eius,in anima eius eſt,id eſt,in corpore eius eſt.Et mox iterum:Quoniã omnis anima carnis ſanguis ſuus eſt.Deut.12.Ne comedas ſanguinē,quia ſanguis eſt ipſa anima, neq; comedas animã cum carne. Sic quoq; pro uita legiť ſubſtantialiter,quo corpus ſcilicet uiuificatur.Gen.9.Et de manu uiri fratris tui requirã animã hominis.Exod.4. Quoniã mortui ſunt omnes uiri, qui quærebãt animã tuã. Et Matthæi interpres Angeli uerba citãs,Defuncti ſunt,q̃ quęrebãt animã pueri. Græcè ψυχὴν reddidit. Item Exo.21.Dabis animam pro anima.Leuit.17.Sanguis pro anima expiat.Iudicum 9. Hic pater meus pugnabit pro uobis, & abiecit animã ſuam in oppoſitum, & liberauit uos de manu Midian.Iudic.12. Et poſui animam meam in manu mea. Ieſa.53.Et reatum poſuerit animam ſuam. Et Chriſtus iſta phraſi & uoce uſus eſt Ioan.10.Bonus paſtor ponit animam pro ouibus ſuis.Item, Animam meam pono pro ouibus,&c.Ier.38.Et qui egreditur ad Chaldæos uiuet, & erit anima ſua ipſi in ſpoliũ,& uiuet.Iere.51.& Amos 6.Iurauit Iehoua exercituũ per animã ſuam. Ier.4. Aufer à me animã meam,quia præſtat me mori,q̃ uiuere. Deut.6. Diliges Iehoua deum tuũ ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex omni facultate tua. In iſta ſignificatione Chriſtus ſępe eſt uſus: Matth.6.Nonne anima pluris eſt,q̃ cibus?& cap.20.Qui perdiderit animam ſuã.Luc.14. Si quis uenit ad me,nec odit animam ſuam,non poteſt meus eſſe diſcipulus.Et alijs in locis complurimis. Eſt præterea hîc obſeruandũ,ꝙ quando hoc nomen conſtruitur cum uerbo percutiendi uel interficiendi,tum ſignificat adimere uitã.Gen.37.Percutiamus eũ anima.Leu.24.Et uir qui percuſſerit omnē animã omnis hominis, morte moriať : & qui percuſſerit animam iumenti,reſtituat ipſi animã pro anima.Deu.27.Maledictus qui accipiēs munus,ut percutiat animã ſanguinis innocētis.Deu.22. Sicut uir ſurgit cõtra proximum ſuũ,& interficit eum anima. Quintò,uſurpať pro corpore, altera ſ.parte cõpoſiti,in quo eſt anima ſiue halitus. Leu.26,& Deut.28.Conſumptionē oculorum,& tabeſcentiã animæ.Num.30. Votũ uiduę,uel repudiatæ,quo illa obſtrinxerit animã ſuã.Pſ.35.Afflixi in ieiunio animã meã.Pſa.105.In ferrũ uenit anima eius.Pſ.106.Et miſit macilentiã in animã eorũ.Ieſa.58.Nũquid tale eſt ieiuniũ,quod ego elegi,ſi per diem affligit animã ſuam. Gen.1. Reptificent aquæ reptile animæ uiuentis. Et mox iterum : Producat terra animam uiuentem iuxta ſpeciem ſuam.

& cap.9. Ecce ego erigo fœdus meum uobiſcum, & cum ſemine ueſtro poſt uos, & cum omni anima uiuente,&c.Leuit.11.Et ex omni anima uiuente, quæ eſt in aquis,&c.Ezech.47.Et erit ut omnis anima uiuens,quæ repat in omni loco.Gen.2.Et creauit Iehoua deus hominem,puluerem de humo, & flauit in nares eius halitum uitæ,& factus eſt homo in animam uiuentem. Hoc Moſi dictũ Paulus Apoſtolus 1.Corint.15.citans,ita uertit: Factus eſt primus homo εἰς ψυχὴν ζῶσαν, id eſt in animã uiuentem, ins naturlich låben,quod tamen priùs σῶμα ψυχικόν,corpus animale reddiderat. Sextò,legitur tamen in aliquot locis per Catachreſin pro corpore exanimi poſitum.Leuit.19.Et inciſionem ſuper anima non ponatis in carne ueſtra.Leuit.21.Non contaminabit ſe ſacerdos ſuper anima populi ſui.Num.5.Et omnis immundus ab anima.cap.6.Et expiabit illum ab eo,quod deliquit ſuper anima.& cap.9.Fuerunt autem uiri quidam immundi ab anima hominis.

Septimò,ſępe pro toto compoſito,id eſt animante,ſcilicet pars pro toto:& totum à parte nobiliore ſumit hanc denominationem.Gen.17.Cuius uerò caro non circumciſa fuerit, exterminetur anima illa ex populo ſuo.Exo.12. Tãtùm id quod comeditur ab omni anima.Leuit.2. Anima, quando obtulerit oblationem ipſi Iehoua.& cap.22.Quicunq; attigerit immundam animam.Num.30.Quicunq; occiderit animam. & cap.31.Et anima hominis ex mulieribus, quæ non cognouerunt concubitũ maris.Deut.24.Si inuentus fuerit aliquis,qui furatur animam ex fratribus ſuis.Iere.43. Viros & mulieres,paruulos & filias regis, atq; omnem animam. Ezech.18.Anima quę aberrauerit,ipſa morietur. Sic uſus eſt etiam Paulus Rom.13.Omnis anima poteſtatibus ſubdita ſit. Legitur tamẽ ſæpenumero collectiuè. Gen.14.Da mihi animam,& ſubſtantiam tolle tibi.& cap.46. Omnis anima,ſexaginta ſex.Exod.1.Et fuit omnis anima,quæ egreſſę ſunt de fœmore Iacob, ſeptuaginta.Ieſaiæ 19.Et ſtagna animæ. Et pluraliter in ſtatu abſoluto forma fœminea נְפָשׁוֹת, pro animabus intellectiuis.Ezech.16. Vos prophanaſtis me, apud populũ meum propter pugillum hordei, propter fruſtum panis, ad occidendum animas, quæ non moriuntur,& ad uiuificandum animas,quæ nõ uiuent.& cap.18.Omnes animæ meæ ſunt ſicut anima patris,ita anima filij mea eſt. Item pro uolũtatibus. Prouerb.11.Et capit animas ſapiens,id eſt,uoluntates hominum. Item pro totis compoſitis.Exod.12. Et aſſumet uicinum ſuum propinquum domui ſuæ pro numero animarum.Leuit.18.Exterminabuntur animę ſic facientes,de medio populi ſui.Num.19.Et ſuper animas,quę in eo fuerint. In ſtatu regiminis & affixorum נַפְשׁוֹת, pro compoſitis. Geneſ.36. Accepit Eſau uxores ſuas,& filios ſuos, & filias ſuas,& omnes animas domus ſuæ,&c. Pro corporibus.Gen.9.Quia ſanguinem ueſtrum de animabus ueſtris requiram, id eſt, ſanguinem corporum ueſtrorum. Ioſue 2. Et eruetis animas ueſtras à morte. Iere.2. In alis tuis inuenitur ſanguis animarum egenorum. Item pro corporibus exanimis & defunctis.Leuit.21.Super omnes animas mortui non ingrediatur,id eſt,ſuper nullius defuncti corpus. Legitur tamen pluraliter etiam in forma maſculea נְפָשִׁים ſemel Ezech.13. Quas uos allicitis,ut ſint animæ aduolantes.

INDE VERBVM,

נִפַּשׁ Primæ coniugationis uocis paſſiuæ,reſpirauit,animatus eſt, refrigeratus eſt,refocillatus eſt. Exod.23. Et reſpiret filius ancillæ tuæ. & cap.31. Die ſeptimo ceſſauit, & reſpirauit. 2.Sam.16. Venerunt autem rex & uniuerſus populus, qui erat cum ipſo defatigati,& reſpirauit ibi,&c.

נֵץ Vide ſuprà in themate נוץ.

980 נָצָא Volauit:congruitq; ſignificatione cum uerbis אוץ נוץ בוץ נָצָא נָצָה, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Ierem.48.Date alam Moab,ut auolando egrediatur ſeu auolet.

981 נָצַב Verbaliter in uſu eſt in forma נִצַּב, ut ſuo in loco, ſed in iſta legitur tantùm nomen uerbale.

Statua

נְצִיב Statua,ſtatio,præſidium.Geneſis 19.Et reſpexit uxor eius poſt ipſum, & facta eſt ſtatua.1. Regum 4.Et ſtatio una,quæ erat in terra.1.Paralipom. 11. Et ſtatio Philiſtæorum erat tunc in Bethlehem. Et pluraliter נְצִיבִים. 2.Samuelis 8. Et poſuit in Ædom ſtationes.1.Regum 5. Præter principes ſtationum. 1. Paralipo. 18. Et poſuit in Ædom ſtationes. Et in ſtatu regiminis נְצִיבֵי. 1.Samuelis 10. Vbi ſunt ſtationes Philiſtæorum.

982 **נצה** Congruit ſignificatione cum uerbis אוּץ נוּץ בּוּץ בָּצָא יָצָא,niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Legitur autē in prima coniugatione uoce actiua ſemel & neutraliter,Iere.4.Vrbes tuæ exurentur abſque habitatore.

In uoce paſſiua נִצָּה, irrui,inuolaſi,alter in alterū exarſit,obrui,ſeu irrui. Et dum Latinus ſermo uerbū non habeat quo ille præceps impetus, ſeu irruptio exprimi poſſit,uerbo rixandi ſeu contendendi reddere neceſſe eſt.Exo.21.Quando rixant̄ uiri et lęſerint mulierem grauidā.Leuit.24.Rixati ſunt in caſtris.Deuter.25.Quando rixantur uiri inuicem.2.Sam.14.Et rixati ſunt duo illi in agro.

Participium pluralis numeri נִצִּים.Exo.2.Ecce duo uiri rixantes.2.Regum 19.& Ieſaiæ 37.Et acerui obruti.

In tertia coniugatione הִצָּה.Num.26.Qui rixati ſunt aduerſus Moſen & Aaron, in conuenticulo Korah cum rixarentur aduerſus Iehoua.Pſal.60.Quando rixaretur ipſe cum Meſopotamis.

INDE NOMEN,

מַצָּה Lis,rixa,pugna,uelitatio.Prou.13.Inter ſuperbos dabit̄ rixa.& cap.17.Qui diligit transgreſſionē,diligit rixā.Ieſaiæ 58.Pro lite & rixa ieiunatis. Et pluraliter מַצּוֹת. Ieſaiæ 41.Viri rixarum tuarum erunt tanquam nihil.

983 **נצח** Verbum defectiuum:legitur enim in prima cōiugatione tantū participiū paſſiuæ uocis generis fœminini נִצַּחַת, quod tamē nominaliter uſurpat̄.Iere.8.Quare auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione finali ſeu pertinaci,inceſſabili.

In ſecunda coniugatione uſuueniūt tantùm infinitiuus & participiū pręſens,& ſignificat urgere,inſtare,perducere operas uictorioſè,et uirtute ad finem uſque.1.Paralip.15.In citharis ſuper octaua ad urgendum ſeu triūphandum.2.Paralip.34. Zacharias & Meſullam de filijs Kahabitarum ad urgendū ſeu ſuperandū,ſcilicet uoce uehementiore & concentu muſico fortiore,quo cæteros uincebant.

Participium præſens מְנַצֵּחַ.Et in ſingulari perpetuò in titulis Pſalmorū,quorum ſunt 56.& Habakuk 3.ſemel cum lamed ſcriptum legitur לַמְנַצֵּחַ,atque uariè ab interpretibus expoſitum eſt.Chaldæus ubique uertit לְשַׁבָּחָא, id eſt,ad laudandum. Græci εἰς τὸ τέλος,id eſt,in finem. Hieronymus ἐπινίκιον,uictoriale,triumphale. Aben Ezdra, & R.Dauid Kimhi præfecto cantorum. Aliqui ad uictoriam, nonnulli ad inuitatorium,alij Præcentori,alij Præſuli,alij aliter. Verùm ut meam quoque ſententiam adferam,ſentio ubique locorum לַמְנַצֵּחַ poſitum, & accipiendum pro לְנַצֵּחַ, infinitiuo,ſeu gerundio;his nimirum adductus rationibus: Primò,propter Euphoniam quæ in hac lingua plurimum momenti habet. . Secundò, quia Chaldæus ſimiliter gerundiuè tranſtulit לְשַׁבָּחָא,ad laudandum. Tertiò,quia participia omnium coniugationum uſurpantur ſæpenumero gerundialiter:ut Exod.12.לְמַשְׁחִית,1.Samuelis 16. יֹדֵעַ מְנַגֵּן, ſcientem ludere. Et mox iterum: אִישׁ מֵטִיב לְנַגֵּן. Et iterum יֹדֵעַ נַגֵּן. Item 1. Paralipo.16.לְמַשְׁמִיעִים. Item 1. Paralip. 21. לְמַשְׁחִית. Item Pſal.7. Sagittas ſuas לְדֹלְקִים ad urendum parauit.Ieſaiæ 23.לִמְכַסֶּה pro לְכַסּוֹת. Item Pſalm.74.& Ezechielis 17.לְמַשּׁוּאוֹת,& id generis alia complurima.

Quartò,quia phraſis Hebræa exigit,ut eiuſmodi participia infinitè ſeu gerundialiter accipiātur,ſicut in illis omnibus ſuprà citatis uidere licet,maximè uerò Habakuk 3.Iehoua Suſtentator, uirtus mea, qui poſuit pedes meos inſtar ceruorum, & ſuper excelſis meis fecit incedere me ad urgendum in inſtrumentis meis. Et pluraliter מְנַצְּחִים, executores operarum, qui urgebant & inſtabant, ut operæ fierent. 2.Parali.2.Et numerauit Salomo ſeptuaginta millia uirorum portantium onera,& octoginta millia latomorum in monte, & executores ſuper eos tria millia

&

& ſexcentos.pro quo 1.Reg.5.legitur נִצָּבִים. Et mox iterum: Tria millia, & ſexcentos exequutores ad faciendum laborare populum.

INDE NOMINA:

נֵצַח Victor,triumphator,Epitheton dei glorioſi.1.Sam.15.Victor Iſraelis non mentietur,neque pœnitudine ducetur,quia non eſt homo,ut pœnitudine ducatur,id eſt, Deus Iſraelis eſt talis ut euincat,ſi quid ſemel decreuit & dixit,opere exequitur.

Eſt & nomen abſtractum,excellentia,præſtantia,uictoria.1.Paral.29.Tibi Iehoua magnificentia,& fortitudo,& gloria,& uictoria,& laus. Eſt & temporis,& ſignificat uictoriam temporis,id eſt,perpetuitatem ſeu æternitatem,quæ uincit omnia. Et conſtruitur aliquando cum lamed לְנֵצַח.Ieſ.34.In æternitatem æternitatū nemo pertranſibit per eam.ubi ſimul plurale נְצָחִים legitur. Aliquãdo cum particula עַד:ut Pſalm.49.In æternum uſq; non uidebunt lumen,id eſt,non uincent uidendo lumen.

נֶצַח Significat actionis uel rei de qua dicitur uictoriam,& excellentiam, ſuperioritatē & prædominationem.Porrò cum uerbis cōſtructum tranſit in naturam aduerbij, id eſt,finaliter,perpetuò,omnino,prorſus,uictorioſè.Pſa.13. Quare Iehoua obliuiſceris mei perpetuò.Pſal.16.Notam mihi facias ſemitam totius uitę facientem letitiam faciei tuæ,iucunditates dexteræ tuæ perpetuò.Amos 1. Et furorem ſuum ſeruauit uictorioſè ſeu perpetuò. Et quando cum nomine ſubſtantiuo conſtruitur, accipiendum eſt adiectiuè.Iere.15.Quare factus eſt dolor meus perpetuus, id eſt, immedicabilis. Aſſumit autem frequenter à fronte literam lamed לָנֶצַח,ad uictoriam,in finem,perpetuò,omnino,prorſus. Habakuk 1. Et non egreditur ad uictoriam iudicium,id eſt ad exequutionem, finem. Notat autē lamed motum ad locum,ſiue,ut Philoſophi loquuntur,finem ultimatū. Sic Autor epiſt.ad Hebræos cū cap.7.dicit,Nihil ἐτελείωσεν,id eſt ad finem adduxit lex.explicuit huius uocis ſignificationem,id eſt,ad executionem ſeu finem ultimatum.Et mox iterū,Lex homines conſtituit pontifices,habentes infirmitatem. Porrò ſermo iuriſiurandi,qui ſupra legem conſtituit τετελειωμένον,id eſt,in finem,ſeu in æternum cōſummatum. Et ita Paulus uocat Chriſtum finem legis,id eſt uictorem ſeu uictoriam legis. Et 1. Corinth.15.ubi illud Ieſaiæ 25.Abſorpſit mortem in uictoriam.adducens, ita reddidit,κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος,id eſt abſorpta eſt mors in uictoriā,uolens ſignificare,quòd abſorpta morte uicerit & præualuerit,regnetq; & triumphet uita:quãquam,ut paulò antè dixi,etiã ſic Hebręa uerba interpretari licebit:Abſorpſit mortem omnino,atq; adeo quidem,ut nullum amplius ius ſiue imperium in ipſum habeat:uel ſic,Abſorpſit mortē uictorioſè,penitus,prorſus,omnino,ſicut & 1.Theſſal.2.Peruenit autem in illos ira Dei εἰς τέλος,id eſt in finem, id eſt prorſus, omnino,penitus,perpetuò,æternaliter,finaliter. Sic 2. Sam. 2.An uictorioſè deuorabit gladius, id eſt prorſus, omnino.Chaldæus לְאַצְרָא.Item Iob 14.Vrges perpetuò ut abeat.Pſal.9.Conſumantur gladij omnino.Et mox iterum:Non perpetuò ſeu omnino obliuiſcetur egeni.Prou.21.Vir audiens perpetuò loquetur. Conſtruitur etiam cum particula עַד.Iob 34.Pater mi probetur Iob uſq; perpetuum propter conuerſiones ad homines iniquitatis,id eſt,eò quòd ſe omnino conuertit ad iniquos.

Item conſtruitur cum lamed & עַד. Pſalm. 49. Et uiuet amplius in perpetuum. Ierem.50.Non habitabitur amplius in perpetuum. Et in ſtatu affixorum mutat ſægol in hirik,& pathah in ſeua.Ieſa.63.Et aſperſit excellētiam ſuam ſuper ueſtem meam,id eſt quòd cōculcauit eum,aſperſit ueſtem meam, uici ipſum cum infamia nominis & periculo uitę.Et mox iterum:Et deieci in terram excellentiam eorum. Hoc alij in iſtis duobus locis pro ſanguine reddiderunt,eò nimirum quòd uita hominis conſiſtat in ſanguine,ſed uidetur remotius eſſe à ſimplicitate. Iere. 3. Ablata eſt excellentia mea,id eſt,diuitiæ,potentia,gloria,& pulcherrimus ſtatus cùm eccleſiæ tum politiæ. Et pluraliter נְצָחִים. Ieſaiæ 34. In perpetuitatem perpetuitatum non erit tranſiens per eam,id eſt,in omnem æternitatem. Sed de hoc etiam ſuprà in nomine נֵצַח. Ex hac locorum collatione facilè iam ſignificatio huius

thematis

thematis colligitur, quòd uidelicet ſignificet uictoriam, excellentiã, præſtantiam, ſuperioritatem. Et לַמְנַצֵּחַ ad uincendum, ſcilicet alios in cantu, ad obtinendam uictoriam, & ſuperioritatem.

Simulatq; hîc obſeruandum, quòd 1. Paral. 15. tria commemorentur inſtrumentorum genera, quibus Leuitæ in templo uſi ſunt, Primum בִּמְצִלְתַּיִם לְהַשְׁמִיעַ, id eſt cymbala quibus clarè crepitauerunt. Alterum נְבָלִים עַל עֲלָמוֹת, Nabla ſuper ima uoce. Tertium בְּכִנֹּרוֹת עַל הַשְּׁמִינִית לְנַצֵּחַ, Citharæ ſuper octaua ad ſuperandum, ſcilicet alios uocis altitudine & contentione, qua alijs fuerunt & ſuperiores & excellentiores, & aliorum ceu uictores extiterunt, quemadmodum uerisimile eſt ad imitationem apud Græcos poſtea quoq; fuiſſe tria harmoniarum genera,

984 Lydium, Ionicum, & Doricum, quorum aliud quoq; alio fuit fortius.

נצל In prima cõiugatione uſuuenit tantùm in uoce paſſiua, & ſignificat ereptũ eſſe. Iere. 7. Et dixiſti, erepti ſumus. Gen. 32. Et erepta eſt anima mea. Pſa. 33. Non eripietur multitudine potentiæ ſuæ. Pſal. 69. Eripiar ab oſoribus meis. Deut. 23. Qui eripietur ad te à ſuſtentatore ſuo.

In ſecunda coniugatione נִצֵּל, eripuit, diripuit. Ezech. 14. Ipſi in iuſtitia ſua eripient animam ſuam. Exod. 3. Et diripietis Ægyptum. 2. Paralip. 20. Inuenerunt in eis in copia etiam ſupellectilem, & ueſtes & uaſa deſiderabiliora, quæ diripuerunt ſibi ſine pondere.

In tertia coniugatione הִצִּיל. Exod. 18. Eripuit eum de manu Ægypti. 2. Samuel. 23. Et ſubſtitit in medio agri, & eripuit eum & percuſſit Philiſtæos. Ierem. 15. Et eripiam te de manu malorum. 2. Reg. 20. De manu regis Aſſur eripiam te. Pſalm. 34. Eripiet eum Iehoua. Prouerb. 10. Et iuſtitia eripiet à morte. Geneſ. 31. Omnes diuitias, quas diripuit deus à patre noſtro. Exo. 12. Et domos noſtras diripuit. 2. Samuelis 20. Ne fortè inueniat ciuitates munitas, & diripiat oculos noſtros, id eſt, ne amplius uideamus eũ. Similis phraſis eſt illi, qua dicũt Hebræi, furari cor. 1. Samuelis 30. Nõ dabitur eis de ſpolio, quod diripuimus. Pſ. 119. Et ne diripias ex ore meo uerbum ueritatis. Oſeæ 2. Et rapiam lanam meam, & linum meum ad tegendũ nuditatem eius, id eſt, quibus utuntur ad tegẽdum nuditatem ſuam. Prouerb. 19. Magnus furore ſuſtinet mulctam, qui ſi eripies, tamen amplius addet.

Participium præſens מַצִּיל. Iud. 8. Qui eripit eos de manu omnium hoſtium ſuorum. Prouerb. 14. Eripit animas teſtis ueritatis. 2. Sam. 14. Et non erat ereptor inter illos. Pſal. 7. Lacerator, & non ereptor.

Participium præteritum מֻצָּל. Amos 4. & Zach. 3. Quaſi torris ereptus ex igne.

In quarta cõiugatione הִתְנַצֵּל. Exo. 33. Et diripuerunt ſibi filij Iſrael ornamẽta ſua.

INDE NOMEN,

הַצָּלָה Ereptio. Eſther 4. Si tacendo tacueris in tempore iſto refrigeriũ, & ereptio ſtabit Iudæis. Et litera he eſt heemanthica, ſicut in nomine חֲבוּרָה à uerbo חָבַר.

985 נצר Seruauit, adſeruauit, cõſeruauit, præſeruauit, ſcilicet à corruptione, obſeruauit. Congruit ſignificatione cum uerbis אָצַר בָּצַר נָסַר זָבַר זוּר צָרַר יָצַר מָצַר, niſi q᷑ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Et interdum perfectè, interdum defectiuè coniugatur. Pſal. 119. Quoniam teſtimonia tua conſeruaui. Deu. 32. Conſeruabit ipſum ſicut pupillam oculi ſui. Pſal. 25. Integritas & rectitudo conſeruent me. Pſal. 12. Præſerua eum à generatione illa. Pſal. 34. Præſerua linguam tuã à malo. Pſal. 32. Ab anguſtia præſerua me. Prouerb. 22. Oculi Iehoua obſeruant ſcientiã. Nahum 2. Aſcendit diſſipator ad ſuperficiem tuam obſeruando munitam.

Participium præſens נֹצֵר. Exod. 34. Qui adſeruat beneficium millibus. Pſal. 3. Fideles conſeruat Iehoua. Iob 7. Quid faciam tibi ô ſeruator hominum. & cap. 27. Et ſicut tugurium facit obſeruator. Et pluraliter נֹצְרִים. 2. Regum 17. Inde à turre obſeruatorum uſque ad ciuitatem munitionis. Ieremiæ 4. Obſeruatores ueniunt de terra longinqua. & cap. 31. Eſt dies quo clamabunt obſeruatores. Et in ſtatu regiminis נֹצְרֵי. Pſal. 25. Omnes ſemitæ Iehoua miſericordia & ueritas conſeruatoribus fœderis ſui. Pſal. 119. Bene conſeruatoribus teſtimoniorum eius.

Parti-

Participiũ præteritum נָצוּר, quod ſignificatione ſimiliter ſe habet ut uerbi נצר, ſeruatus,conſeruatus.Ezech.6. Et relictus ac cõſeruatus fame morietur, Et pluraliter נְצוּרִים. Ieſaiæ 65.Qui ſedent in ſepulchris, & in obſeruatis morantur,id eſt, locis abominoſis & tetris,à quibus præſeruare ſe oportebat,ne contaminarentur.

In ſtatu regiminis נְצוּרֵי. Ieſ.49.Et ad reducendũ conſeruatos Iſraelis. Et in genere fœminino נְצוּרָה. Ieſa.1. Sicut ciuitas olim conſeruata, id eſt, de cuius conſeruatione iam deſperatum eſt. Et in ſtatu regiminis נְצֻרַת. Prouer.7.Et ecce mulier uenit obuiàm ei habitu meretricio,& obſeruata corde,id eſt quæ cor habet, quod obſeruat & inſidiatur:uel,quę cor habet impudens,quod non amplius cuſtodiam ſui ſeruat:uel ſic,reſeruata corde,id eſt,quæ cor habet reconditum. Et pluraliter נְצֻרוֹת. Ieſa.48.Feci te audire noua, & reſeruata quæ non cognoueras, i.recondita.

INDE NOMINA:

נִצְּרָה Conſeruatorium,ſera.Pſal.141.Pone Iehoua cuſtodiam ori meo, conſeruatorium ſuper ianua labiorum meorum.

נֵצֶר Surculus,inde dictus,quòd eius habeatur ratio, & obſeruetur conſerueturq́, nec præcidatur,ſicut נֵצֶר rationem nominis habet,de quo ſuo in loco.Ieſaiæ 11. Egredietur uirga de ſtirpe Iſai,& ſurculus de radicibus eius.& cap.14.Tu autem proiectus es ex ſepulchro tuo,uelut ſurculus abominabilis. & cap.60. Et ſurculus plan-

956 tationum eius,opus manuum mearum.Dan.11. Et ſtabit de ſurculo radicum eius.

נָקִיק Locus cauus & uacuus,cauerna.Cõgruit cũ uerbis נָקַק נָקָה & nomine נִקָּיוֹן, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Et pluraliter in ſtatu regiminis נְקִיקֵי. Ieſaiæ 7.Et in cauernis rupium.Ier.16.Et de cauernis rupium.Nec

987 amplius in ſcriptura legitur.

נָקַב Non aliter atq; נָבַל Hebræũ Germanico falen,& נָפַל fallen: item נָבַב Latino uacuare, & uoce & ſignificatione cõgruit dempta tantùm nun prima litera,ita ſimili modo hoc uerbum נָקַב conuenit cum Latino Cauo ſeu excauo: quanquam Latini uerbis perforãdi ſeu excindendi,ut linguę ſuę commodioribus, uertant.Legitur etiam eadem ſignificatione alijs formis,nempe יסב & סבה קָבַב, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.2.Reg.12.Et accipiens Iehoiada ſacerdos arcam unam,excauauit foramen in oſtiolo eius.2.Reg.18.& Ieſa.36. Nónne ponis fiduciam tibi ſuper baculum, arundinem confractam hanc, nempe ſuper Ægyptum,ſuper quem ſi innixus fuerit aliquis,intrabit manum eius, & excauabit eam.Iob 40.Laqueis excauatur naſus.Et mox iterum : An pones hamum in naſum eius,& cuſpide excauabis maxillam eius. Eſt præterea obſeruandum, q́ hoc uerbum ſuo quoq; modo ſignificat excauare in dica, ſeu notare ſeu ſignare foraminibus ſeu puncturis.Gen.30.Excaua mercedem tuam erga me, & tribuam. Iob 3.Excauabunt eam,qui maledicunt diei Iob 5.Et excauaui tabernaculum eius ſubitò,id eſt,nota aliqua inciſa ſignaui.Prou 11. Qui cohibet frumentum, cauabit eum populus,id eſt,nota aliqua infamiæ ſignabit eum populus. Itẽ cõſtructum cum nomine שֵׁם poſito in accuſatiuo, uel mediãte articulo אֶת: ut Leui.24.Et excauauit filius mulieris nomẽ & uilipendit,id eſt,notauit infamiæ. Vel ſine articulo.Leuit.14. Siue fuerit aduena,ſiue indigena cum excauauerit nomen,occidatur.

Accipitur tamen ſemel in bonum, Ieſa.62. Et imponet tibi nomen nouũ, quod os Iehoua cauabit illud, id eſt, notabit. Item conſtruitur interdum cum nomine שֵׁם mediante præpoſitione beth.Habakuk 3.Excauaſti in ſceptra eius caput & uillas eius,id eſt,inſculpſiſti.

Participiũ præſens נֹקֵב. Leuit.24.Et qui excauat nomen Iehoua,morte moriatur,id eſt,inurit notam nomini diuino.

Participium præteritum נָקוּב. Haggæi 1.Reponit mercedem in ſacculum excauatum,id eſt,pertuſum ſeu perforatum. Et pluraliter in ſtatu regiminis נְקֻבֵי. Amos 6.Et confidentibus in montem Samariæ,cauati primitiarũ gentiũ,i.inſigniti.

In uoce paſſiua נִקַּב conſtructum cum שֵׁם mediante præpoſitione beth. Num. 1.Et accepit Moſes,& Aaron uiros illos qui cauati ſunt cũ nominibus,id eſt,quorum

rum nomina punctis ſunt notata.1.Paral.12.Et ex media tribu Manaſſe decem & octo millia, qui cauati ſunt cum nominibus, id eſt nominatim. Eſdræ 8.Nethinæos ducentos & uiginti, qui omnes cauati erant cum nominibus.

INDE NOMINA:

קַב Cabus, à concauitate qua aliquid recipitur. Eſt autem Cabus ſecundum Suidam menſura frumentaria.2.Reg.6.Donec caput aſini uenderetur octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq; argenteis.

קֵבָה Venter, uentriculus, à concauitate wanſt.Deut.18.Vt dent ſacerdoti armum & utranq; maxillam, & uentrem.

קֳבָה Venter.Num.25.Transfodit utrunq; uirum Iſraeliten, & mulierẽ per uentrẽ eius. Vulgata editio, & aliqui alij pro locis genitalibus accipiunt.

קֻבָּה Cauea, cauerna.Num.25.Veniens poſt uirum Iſraeliten in caueam.

מַקֶּבֶת Cauea, cauerna.Ieſa.51.Reſpicite ad petram unde exciſi eſtis, & ad caueam ciſternæ, qua eruti eſtis. Et dicitur etiã iſto nomine inſtrumentum ferreũ, quo cauatur & tunditur materia. Tranſlatio noſtra uertit malleus, fortaſſis præacuto cuſpide, quo cauantur ligna & lapides.Iud.4.Et poſuit malleũ in manum ſuã. Et pluraliter מַקָּבוֹת.1.Reg.6.Mallei & ſecures.Ieſa.44.Et cum malleis format illud.Iere.10.Clauis & malleis affigit ipſum.

נְקֵבָה Fœmina. Et ſignificat ſexum fœmineum, non tantùm inter homines, uerumetiã inter alia animalia generantia, habens appellationẽ à cauea ſeu cauerna, perinde ac ſi Latinis fœmina diceretur à fœminibus, membro ſcilicet ſexus fœminei genitali. Sic equidem ad hanc nominis etymologiam alluſum eſt Ieſa.51.Reſpicite ad petram, unde exciſi eſtis, & ad caueã ciſternę, unde eruti eſtis. ubi Abrahamũ iam ſterilem & ſiccum, petrã, & Sarã eius uxorẽ caueam uocat, ex qua ſint tanquã puteo ueteri & exiccato exhauſti. Geneſis 1.Creauit Deus hominem in imagine ſua, in imagine Dei creauit eum, marem & fœminã creauit eos.Leuit.12.Et ſi fœminã pepererit, immunda erit duabus ſeptimanis.Iere.31.Fœmina circumdabit uirum.Gen.6.Ex omni uiuente, & ex omni carne bina introduces in arcam, ut uiuifices tecum, mas & fœmina erunt.Leuit.5.Adducet igitur reatum ſuum ipſi Iehoua ſupra erratum ſuum quo errauit, fœminam ex ouibus.

נְקָבִים Fiſtulę, à concauitate & cauis, ſcilicet foraminibus.Ezech.28.Opus tympanorũ tuorum & fiſtularum tuarum eſt apud te.

988

נקד

Nomen adiectiuum maſculini generis, punctũ, uſtũ, aduſtum, nigrũ. Congruit ſignificatione cũ thematibus יקד & קדר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe uariẽt. Gen.30.Omne pecus punctum. Et pluraliter נְקֻדִּים. Ibidẽ: Et pariebat grex ligatos, punctos & maculoſos. & cap.31.Puncti erit merces tua, & pariebat totus punctos. Et in forma fœminina נְקֻדּוֹת. Gen.30.Et omnes capras punctatas.Cantic.1.Ornamenta aurea faciemus tibi cum puncturis argenti.

נִקֻּדִים Nomen pluralis numeri tantùm, habens ſub prima litera ſubſtãtiali hirik, pũcta. Ioſue 9.Et omnis panis uiatici eorum aridus, erat puncti.1.Reg.14.Et accipies in manum tuam decem panes, & punctata.

נֹקֵד Nomen, participiale, pũctor, ſeu inuſtor, aduſtor. Hoc autem nomine dicebantur paſtores ſeu armentarij, eò quod pungebant, ſeu inurebant notas pecoribus.2.Reg.3.Et Meſſa rex Moab erat armentarius. Et pluraliter נֹקְדִים. Amos 1.Amos qui fuit inter aduſtores de Theckoa, id eſt armentarios.

989

נקה

In prima coniugatione uocis actiuæ legitur in Infinitiuo cum ſuo paſſiuo, & ſignificat uacuũ eſſe, uacare uel culpa, uel pœna, uel re alia, id eſt eſſe innocentẽ. Et congruit ſignificatione cum נקי & נָקִי נָקִיא, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant.Ierem.49.Et ſi tu ipſe uacando uacaueris, ſcilicet culpa, non tamen uacabis, ſed bibendo bibes, i. etſi uideare nihil mali meritus, tamen nõ eris innocens ſeu immunis aut impunitus.

In uoce paſſiua frequẽti eſt in uſu, & ſignificat uacuũ fieri à culpa aut pœna, aut alia re quapiã, abſolui, non eſſe obnoxiũ. Gen.24.Tũc uacuus eris ſeu abſolueris

X à male-

à maledictione mea, id eſt, non eris obnoxius maledictioni meæ. Et iterum: Et ſi mulier illa noluerit te ſequi, eris uacuus à iuramento hoc meo. Exo. 21. Si egreſſus fuerit foràs ſuper baculo ſuo, tum abſoluatur percuſſor. Num. 5. Si non concubuerit uir tecum, neq; declinaſti ad immunditiam ſub uiro tuo, uacua eris ab aquis amaris, id eſt nihil tibi nocebunt. Iud. 15. Et dixit Simſon, abſolutus ſum hac uice à Philiſtæis. Prouerb. 6. Sic qui ingreditur ad uxorem proximi ſui, non uacabit, ſcilicet culpa, quiſquis attigit eam. & cap. 29. Manum ad manum nõ uacabit malus. & cap. 28. Qui feſtinat diteſcere, nõ uacabit, ſcilicet, uel culpa, uel pœna. Et ut Paulus exponit, Incidet in tentationẽ & laqueum & cupiditates multas ſtultas & noxias, quæ demergunt homines in exitium & interitum: ſiquidem radix omniũ malorum eſt ſtudium pecuniæ, quam quidam dum appetunt, aberrarunt à fide, & ſeipſos implicuerunt doloribus multis. Ierem. 25. Ecce in ciuitate, ſuper qua inuocatur nomen meum, ego incipiam malum facere: & uos uacando uacabitis: non uacabitis, id eſt non eritis uacui ab illo malo. Ieſaiæ 3. Et uacua in terra ſedebit. Zach. 5. Omnis fur ex eo, ſicut illud uolumẽ abſoluitur, & omnis qui peierat ex eo, ſicut illud abſoluetur, id eſt impunitus erit.

In ſecunda coniugatione נִקָּה. Exod. 20. & Deut. 5. Quia non ſinet uacare pœna eum Iehoua, id eſt non ſinet impunitum. Exod. 34. & Num. 14. Qui remittis iniquitatem, & tranſgreſſionem, & erratum, & uacando nemo erit uacuus, ſcilicet à peccatis. 1. Reg. 2. Et nunc ne ſinas eum impunitum. Iere. 30. Et caſtigabo te in iudicio, ut uacuando non uacues te, id eſt non excuſes te, quaſi nihil pœnarũ ſis meritus, quaſi omnino ſis innocens & uaces omni peccato & culpa. Ioelis 3. Et ſinámne inultum ſanguinem eorum. Nahum 3. Sed uacare faciendo neminẽ uacuum faciet, ſcilicet à peccato & culpa.

INDE NOMINA.

נָקִי Vacuus, inculpatus, impunis, innocẽs, extra culpã, noxã, pœnã, aut aliã rem poſitus. Eſtq; tã culpæ, quàm pœnæ. Item perſonæ, nõ rei. Gen. 24. Tum eris uacuus à maledictione mea. Exo. 21. Si petierit bos uirum aut mulierem, ut moriatur, lapidibus bos obruatur, & habens bouem ſit impunis. & cap. 23. Innocentẽ & iuſtum ne occides. Deut. 9. Vt nõ effundatᷣ ſanguis inculpati. Deut. 24. Si quiſpiã acceperit mulierẽ nouam, non egredietur in militiam, ſed uacuus erit domui ſuæ, i. immunis ab oneribus publicis. Et ſemel legitur cum aleph paragogico נָקִיא. Ioelis 3. Effuderũt ſanguinẽ innocentem. Et pluraliter נְקִיִּם, uel cum duplici iod priore daggeſſato נְקִיִּים. Gen. 44. Apud quẽ inuentus fuerit, is ſit ſeruus meus, & uos eritis immunes. Num. 32. Et ſubacta fuerit terra coram Iehoua, poſtea reuertemini, & uos eritis abſoluti à Iehoua. Ioſue 2. Dixerunt uiri ad eã, liberi erimus à iuramẽto tuo. Et mox iterũ: Sãguis eius ſup caput ei⁹, nos uacui erim⁹. Iob 9. In tẽtatione innocẽtũ ſubſannabit. Ier. 2. In alis tuis inuenietᷣ ſanguis animarũ pauperũ innocẽtũ

נִקָּיוֹן Innocẽtia. Gen. 20. In integritate cordis mei, & in uacuitate manuũ mearum feci iſtud, i. innocentia. Pſal. 26. Leuabo in innocentia manus meas. Oſeę 8. Non diu ferent impunitatem. Amos 4. Vnde & ego dedi uobis uacationem ſeu uacuitatem dẽtium, id eſt ut dentes ſint uacui à cibo. Similis Hebraiſmus legitur Pro. 14. Vbi non ſunt boues, ibi præſepe mundum eſt.

מְנַקִּיּוֹת Nomen pluralis numeri tantũ, Cyathi, uaſa aurea ſic dicta à uacuitate, quòd intus ſint caua & uacua, ſeu q; ex auro ſint fabrefacta puro uacuoq; à ſordibus. Exo. 25. & 37. Et Cyathos eius quib. libabitur, ex auro facies. Num. 4. Et Cyathos. Ier. 52. Et Cyathos, qui ex auro erant, abſtulit Magiſter coquorum.

990 נָקַם Surrexit, ſtetit ad uindicandũ, ſtatuit uindictam, qđ fit, quãdo quis non langueſcit. Et nõ differt à uerbo קוּם, niſi modo ſignificandi. 1. Sam. 24. Iudicet Iehoua inter me & te, & uindicet me Iehoua de te. Num. 31. Vindica uindictã filiorũ Iſrael. Leuit. 19. Nõ uindicabis, nec obſerues filios populi tui. Deut. 33. Quoniã ſanguinem ſeruorũ ſuorũ uindicabit. Ioſue 10. Et luna ſtetit donec uindicaret Gens inimicos ſuos. Exo. 21. Vindicando uindicabitur. Ezech. 25. Cum uindicaret Iehoua

ua in domo Iehuda. Participium præſens נקם. Pſal.99.Et ulciſcens ſuper ſtudia eorum.Nahum 1.Deus æmulationū,& uindex Iehoua,uindex Iehoua.Et in genere fœminino נקמה. Leu.26.Et adducā ſuper uos gladiū uindicātē uindictā pacti.

In uoce paſſiua נקם, & conſtruitur cum ablatiuo mediante mem,uel beth.1.Samuel.14.Et uindicabar de inimicis meis.Exo.21.Vindicādo uindicabitur.Ier. 15. Vt facias uindictam mihi à perſecutoribus meis, ut uindicemini in ea.Iudicū 15. Niſi uindicer in uobis.Ieſaiæ 1.Et uindicabor de inimicis meis. Ezechielis 25. Et uindicabuntur in eis.

In ſecunda coniugatione נקם, uindicauit:& regit poſt ſe accuſatiuum mediante articulo את, uel etiam ſine eo.Ier.51.Et uindicabo uindictā tuā.2.Reg.9.Et uindicabo ſanguines ſeruorum meorum.

In uoce paſſiua נקם. Gen.4.Omnis qui occiderit Cain,ſeptuplum uindicabit. Exod.21.Non uindicabitur.

In quarta cōiugatione התנקם, uindicauit ſe.Ier.5.Nō uindicabit ſe anima mea.

Participiū מתנקם. Pſal.8.Vt compeſcas inimicum,& uindicantem ſe.

INDE NOMINA:

נקם Vindicta,forma maſculea.Deu.32.Mihi uindicta,& ego retribuā.Et iterū:Et uindictā reddet hoſtibus ſuis.Pſ.58.Lætabitur Iuſtus,quādo uiderit uindictā. In ſtatu regiminis נקם. Iud.16.Vt uindicer uindicta unius,i.uindicta una ꝓ duob.oculis meis. Et in forma fœminea נקמה. Pſal.149.Ad faciendum uindictam in Gētibus.Ier.51.Quoniā tēpus uindictæ eſt ipſi Iehoua. Et in ſtatu regiminis נקמת. Num.31.Ad dandū uindictā Iehoua in Midian.Pſ. 97. Vindicta ſanguinis ſeruorum tuorū. Et cū affixis נקמתך. Ier.11.Videā uindictā tuā de eis.& ca.20.Vt accipiamus uindictā noſtrā de eo. Et pluraliter נקמות. Iudi.11.Fecit tibi Iehoua uindictas de inimicis tuis.Pſ.94.Deus uindictarū Iehoua,deus uindictarū inclareſce.

991 נקף Deciſum, decuſſum eſt circumquaꝗ:congruitꝗ ſignificatione cū uerbis קצץ חתך & גזר, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differāt.Ieſ.29.Solennia ad ſolennitates decidentur,id eſt,frondes.

In ſecunda coniugatione נקף. Ieſaiæ 10. Et decidet condenſa ſyluæ ferro.Iob 19.Etiam ſi pellem meam hanc deciderint,tamen ex carne mea uidebo deum.

INDE NOMINA:

נקף Decuſſio,excuſſio,ſcilicet circularis. Ieſaiæ 17. Sicut excuſſio oliuæ duarum aut trium baccarum.

נקפה Sciſſura.Ieſaiæ 3.Pro cinctura,ſciſſura.

992 נקר Congruit ſignificatione cum uerbis כרה & חור, quæ effoſſionem ſignificāt uenæ aquæ,quæ fodienti occurrit.Et opponitur uerbo יקר, quod cōtrà ſignificat precioſum eſſe,qđ nō cuiuis occurrit,& fit obuiā,ſed rarū & carū eſt.Dicitur autē propriè de effoſſione oculorū,qui magnā habēt(ut in themate עין infrà dicetur) cū ſcaturigine aquarū ſeu fontis cognationem. Prou.30.Oculū effodient ei corui torrentis.1.Sam.11.In effodiendo uobis omnem oculum dextrum.

In ſecunda coniugatione נקר. Iob 30.Nocte oſſa mea effodit, id eſt medullā oſſium,quę inſtar uenæ in oſſibus fluit.Num.16.Num oculos uirorum iſtorum effodies.Iud.16.Et effoderunt oculos eius.

In uoce paſſiua נקר. Ieſa.51.Reſpice ad petram, qua exciſi eſtis,& ad cauernā, unde effoſſi eſtis.

INDE NOMEN,

נקרה Foſſa,foramē. Et in ſtatu regiminis נקרת. Exo.33.Et ponā te in foramē petræ. Et pluraliter in ſtatu regiminis נקרות. Ieſ.2.Et ingredientur in foramina petrarū.

993 נקש Legitur in prima coniugatione tantū ſemel, in uoce paſſiua נקש: cōgruitꝗ ſignificatione cū uerbis יקש מוש קשש נשה נשם, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant:ſignificat autem hoc noſtrum curſu capi, ſeu intercipi & illaqueari.Deu.12.Caue tibi ne capieris poſt eos,i.ne curſu poſt eos irretieris.

In ſecunda coniugatione נקש. Pſal.38. Et laqueos poſuerunt,quærentes ani-

mā meam. Pſal. 109. Laqueos tendat uel irretiat fœnerator omni, quicquid eſt illi.

In quarta coniugatione הִתְנַקֵּשׁ. 1. Samuel. 28. Et quare tu captioſus es in animā meam, ut occidas me.

994 נֵרְדְּ Nardus, ſpecies herbæ bonæ fragrantiæ. Cantic. 4. Nardus & crocus. In ſtatu affixi mutat zere in hirik. Ibidem: Nardus mea dedit fragrantiam ſuam. Et pluraliter נְרָדִים. Cantic. 4. Camphoræ cum Nardis.

995 נָשָׁה Obrui bonis, uel malis, ut eorum amplius nō reminiſcaris: quare Latini uerbo obliuiſci uerterūt. Cōgruit enim ſignificatione cum illis thematibus אנש אָנַשׁ נשׁ נָשָׁא נָשָׁה שָׁאָה שָׁוְא נָשָׁה niſi quod ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe differant. Legitur autem in hac forma bis tantū, & ab eo nomen formatum. Geneſ. 41. Vocauit Ioſeph nomen primogeniti מְנַשֶּׁה Manaſſe, dicens, quoniam obliuiſci fecit me deus omnem laborem meum, & uniuerſam domum patris mei.

Participium præſens pluralis numeri נְשִׁים. Num. 31. Et oppreſſi ſeu obruti ſunt uſq; ad Nophah.

996 נָשָׂא Cum ſchin dextro, & in uoce paſſiua. Et ſignificat obrui uerbis ſeu argumētis perſuaſibilibus & ſophiſtica, ſemperq; accipitur in malum, pro decipi, obtundi clamoribus, ut decipiatur. Et à ſuperiori uerbo differt tantùm modo ſignificandi. Ieſaiæ 19. Obruti ſunt principes Noph, id eſt fallacijs.

In tertia cōiugatione הִשִּׁיא, obruit ſe, obtudit uerbis fallacibus, argumētis perſuaſibilibus, ſycophantica. Et non unā admittit conſtructionē, ſed plures. Primò regit poſt ſe accuſatiuū. Iere. 49. Terror tui obruit te & ſuperbia cordis tui, id eſt, decepit. & cap. 37. Ne obruatis animas ueſtras dicendo. Gen. 3. Serpens obruit me, & comedi. 2. Reg. 19. Non obruat te deus tuus in quo confidis, &c. Abdiæ 1. Superbia cordis tui obruit te. Et mox iterum: Omnes uiri pacti tui obruerūt te.

Interdum conſtruitur cum Datiuo. Iere. 4. Imponēdo impoſuiſti populo huic. 2. Reg. 18. & Ieſaiæ 36. Nō imponat uobis Hiskia, i. non perſuadeat falſò. Et quādo cum עַל, uel beth conſtruitur, tum eſt reale: ut Pſal. 33. Obruat mors ſuper eos. Pſal. 89. Non irruet inimicus in eum.

INDE NOMINA:

חֲשָׁאָה Nomen Infinitum, Ruina, obruitio, oppreſſio. Thren. 3. Formido & fouea fuit nobis ruina, & contritio.

מַשָּׁאוֹן Ruina, oppreſſio. Prouerb. 26. Celat enim odium in oppreſſionem.

מַשּׁוּאוֹת Præcipitia in quæ aliquis ruit. Pſal. 73. Veruntamen in lubrica ponis eos, deijcis eos in præcipitia. Legitur etiam מַשֻּׁאוֹת. Pſalm. 74. Eleua plantas tuas ad præcipitia æternitatis.

997 נָשָׂא Verbum iſtud ex illorum eſt numero, quorum ſignificatio ꝗ latiſſimè patet: atq; ut res & ſentētiæ uariāt, ita quoq; ſignificationē ſuam, ſeu ut rectiùs dicā, modū ſignificandi ijſdem attemperat. Proinde ſæpenumero uſuuenit, ꝙ idem uerbum plures ſignificationes habere uideatur, cū tamen unam ſolū obtineat, tantumq; modo ſignificandi uariet. Id autē inde fieri arbitror, quòd uerba in Hebræa lingua ſimplicia ſint, nec ullā cōpoſitionē admittāt: nec ea quidem egeāt, quæ Latinis multam uarietatem in ſignificatione pariunt. Hinc copiam, amplitudinem ac maieſtatem huius linguæ cognoſcere licet, ꝙ unius uerbi, & quidem ſimplicis tantæ ſint diuitiæ, ut multis uerbis, ijſdem etiam compoſitis aliarum linguarū nō ſine magno labore, idq; haud ſatis commodè ac fœliciter reddere queas. Cùm autem & hoc uerbum mirificè locuples ſit, iam ſimplicibus, iam compoſitis, iā alijs uerbis cognatis & æquipollentibus, & diligenter & fideliter transferre ſtudebimus. Primaria uero eius ſignificatio eſt, leuare, eleuare. Geneſis 7. Multiplicatę ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam. Et cap. 29. Leuauit Iacob pedes ſuos, & abijt. ca. 33. Leuauit Iacob oculos ſuos, & uidit. & cap. 31. Et eleuauit liberos ſuos & uxores ſuas ſuper Camelos. & cap. 42. Et leuauit frumentū ſuum ſuper aſinos. Exodi 10. Et uentus Orientalis eleuauit locuſtam. 1. Samuelis 5. Et reliquerunt ibi ſculptilia ſua, & leuauit, id eſt, abſtulit ea Dauid & filij eius. Ezechielis 17. In mōtem excelſum

celſum Iſraelem plantabo,& leuabit ramum & faciet fructum,id eſt,producet ſeu proferet.Ieſaiæ 3.Leuabit in die illa dicens:Non ero colligator.ubi abſolutè ponitur,ꝓ iurare.Sic etiã nos Germani dicimus ſimili phraſi ich wils auff mich nemmen.Ionæ 1.Leuate me & proijcite me in mare.Pſalm.62.Tantũ ne eleuetur,conſultant,id eſt euehatur.Ieſaiæ 5.Et leuabit ſignum gentibus longinquis.Nahum 1. Et eleuata eſt terra à facie eius. Iob 7. Et leuatus eſt in querela mea lectus meus. In ſumma hoc uerbum de capitis,manuum,pedum,faciei,oculorum,uocis,ſermonis,fletus,animæ,corporis,adeoq; rerũ aliarũ eleuatione & exaltatione,etiã extra figuram ſermonis dicitur.Et ut iã ex citatis locis liquidò conſtat uerbum hoc eleuationẽ ſignificare,ita etiam eam ſignificationem in ſua lingua perpetuò ſeruat, niſi ꝙ uerbum eleuandi in lingua Latina non tam latè pateat: itaq; uel affinia,& ſynonyma,uel compoſita,uel alia uerba ſumere neceſſe eſt, quibus explicetur.

Secundò,Sic aliquoties uerbis cepit,aut tulit,ſuſtulit,ſuſcepit.Gen.13.Non cepit ſeu tulit eos terra.& cap.21.Age tolle puerum.& cap.27.Tolle nũc inſtrumenta tua.& cap.44.Imple ſaccos eorum quantum leuare poſſunt.Num.16.Ne aſinũ quidem accepi ab eis.1.Sam.17.Venit leo,& abſtulit agnum de grege. 1.Reg.18. Et ſpiritus Iehoua ſuſtollat te in locum ignotum.Pſal. 24. Feret benedictionem à Iehoua.Prouerbiorũ 9.Si deriſor fueris,tu ſolus feres. Iob 32. Neſcio an breui me tollat factor meus.Pſal.19.Accipiam pennas auroræ. Micheæ 2. Domos quaslibet accipiunt. Sic dicunt etiam leuare ſeu tollere uxorẽ,pro accipere ſeu ducere uxorem.Iudic.21.Et tulerunt uxorem iuxta numerum ipſorum.Ruth 1.Et tulerũt ſibi uxores.2.Paralipom.24.Et accepit ſibi Iehoida uxores. Tertiò,aliquoties uerbis ſuſtinendi,tolerandi,capiendi,ſufferendi,ſuperportandi,ſeu parcendi reddere neceſſe eſt. Geneſis 18. Non ſuſtineres locum iſtum propter quinquaginta. Iob 21.Suſtinete me,& ego loquar.Num.14.Quemadmodum ſuſtinuiſti populũ iſtum uſq; nunc.Pſalm.69.Propter te ſuſtinui opprobrium.Prouerbiorum 18. Spiritum afflictum quis ſuſtineret.Oſeæ 1.Non amplius miſerebor domui Iſrael,nec ſuſtinendo ſuſtinebo eam.Ieremiæ 15.Scis ꝙ ſuſtineo propter te opprobrium.Ieſaiæ 1.Defatigatus ſum ſuſtinendo,id eſt,tolerando. Paulus Apoſtolus iſta phraſi ſæpè eſt uſus:Rom.9.Suſtinui in multa patientia uaſa irę.1.Corinth.13.Charitas omnia ſuffert.2.Corinth. 11. Vtinam toleraſſetis me pauliſper in inſipientia mea, imo ſuffertis me.Actorum 13.Per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto,&c. Quartò,etiam uerbo portandi nõ rarò redditur,tametſi certè Hebræis idem propriè non ſignificet, quod Latinis uerbũ portandi.Gen. 47.Et portabis me ex Ægypto. Malachiæ 2. Spargam ſtercus in faciem ueſtram, & auferet uos ſecum,id eſt,ſimul cũ ſtercore efferemini.Exo. 25. Et facies uectes, quibus arca portetur.Numeri 1.Ipſi portẽt tabernaculum, & omnia uaſa eius. ca. 7.Officium eorum erat ut portarent ſuper humeris ſuis.Deut.1.Quemadmodum portat pater filium ſuum.Prouerbiorum 19.Magna ira adferet detrimentum.

Ex his locis iam recitatis,& item alijs complurimis facilè cognoſcitur uerbum hoc motum ſeu leuationem ſignificare potius, quàm portationem,hoc eſt actionem ſeu motum ſeu lationem potius,quàm quietem. Nam Hebræi aliud habent uerbum,quod portare ſeu geſtare propriè ſignificat,nempe סָבַל: hoc enim alicuius humeris onus incumbere,ſeu onus aliquod in ſe ſuſceptum portare ſignificat. Et ut aliud eſt leuando accipere,ſuſcipere,tollere,transferre,et aliud onus in ſe ſuſceptũ portare,ita Hebræis differunt סָבַל & נָשָׂא: quod ꝙ ſit uerum,ex his Ieſa.locis cernere licet:cap.46.Et leuabo,ego portabo,& eripiam.Et mox ibidem iterũ multò clariùs:Leuant eum ſuper humerum,& portant eum.ubi prius uerbum eſt נָשָׂא,& poſterius eſt סָבַל.

In uoce paſſiua נִשָּׂא.Exod. 25. Et leuabitur illis menſa. Ieſaiæ 2. Et eleuabitur ſuper colles.& cap.66.Leuamini in latere.Ier.10.Leuando leuabunt̃, quia ambulare non poſſunt.Zoph.5.Ecce maſſa plumbi leuatur,i.fertur.2.Paral.32.Et eleuabitur in oculis omnium Gentium. Pſal. 7.Eleuare propter iram hoſtium meorũ.

In ſecunda coniugatione נשא, Hebræis idem ualet, quod Latinis donandi, cōdonandi ſeu munerandi, ſcilicet ex gratia, quod eleuare & in altum ſuſtollere munera ſolebant. 2. Samuelis 5. Et quòd donaſſet regnum eius propter populum ſuum. Itē forma נשא. 1. Reg. 9. Et Hiram rex Tyri munerauit Salomonem lignis cedrinis. Eſdræ 1. Et munerēt eum uiri loci illius argento & auro. & cap. 8. Et munerauerunt populum, & domum dei. Amos 4. Et munerabit uos in lanceis, id eſt leuabit uos lanceis infixos, ſicut munera leuari ſolent. Et eſt ironia, ſeu ſarcaſmus. Eſther 3. Poſtea magnificauit rex Achaſuerus ipſum Amon, & munerauit eum, et poſuit ſedem eius ſuper omnes principes. & cap. 9. Et omnes qui erant ab officijs regis, munerabant Iudæos. Pſal. 28. Paſce eos, & munera eos uſq; in æternum.

In tertia coniugatione השיא. Leuit. 22. Et leuent ſuper ſe iniquitatem delicti, id eſt, ſuſcipient in ſe iniquitatem delicti. 2. Samuelis 17. Et omnis Iſrael eleuabunt funes ad ciuitatem illam.

In quarta coniugatione התנשא. Numeri 16. Quare eleuatis uos ſupra eccleſiā dei. & cap. 23. Et regnum eius eleuabitur. 1. Regum 1. Adonias eleuās ſe, dixit, ego regnabo. 1. Paral. 29. Tu eleuatus es ſuper omnes in caput. Prouerb. 30. Si ſtultè feciſti in eleuando te. Ezechielis 1. Et cū eleuarent ſe animalia ſupra terram, eleuabantur etiam rotæ. Volui autem eo conſilio diligentiùs huius uerbi cōiugationes recenſere, ut inde eius ſignificationem obſeruares. Nunc porrò phraſes annotabimus, in quibus etſi ſignificationem ſuam perpetuò quàm conſtantiſſimè ſeruet atq; retineat, tamen cum gentium linguæ ea uerbo eleuandi ex cauſa ſuprà dicta reddere non poſſunt, nec eas agnoſcunt, quò minus ſacrarum literarū ſtudioſi impingant, ordine eas commemorare libuit.

Eleuare caput.

Geneſ. 40. Eleuabit Pharao caput eius. Ier. 52. Eleuauit Euilomerodach rex Babel in ſecundo anno regni ſui caput Iochin regis Iuda, & eduxit eum è domo carceris, id eſt reſtituit eum priſtinæ dignitati. Item in alia phraſi. Iudicum 8. Et ſubiugatus eſt Midian, ut amplius non eleuauerit caput ſuum. Iob 10. Si iuſtus ſum, non eleuo caput meum. Pſal. 83. Et oſores tui eleuauerunt caput. Hac phraſi ſignificatur auſus præſumptio, temeritas, ſuperbia.

Eleuare faciem.

Si de deo dicitur, gratiæ & beneuolentiæ eſt ſignificatio. Num. 6. Eleuet Iehoua faciem ſuam ad te, & det tibi pacem. Si autē de homine, auſus impudentia, & præſumptio ſignificatur. 2. Samuelis 2. Et quomodo leuabo faciem meam ad Ioab fratrē tuum? Iob 11. Tunc enim leuare poteris faciem tuam abſq; macula. Tertiò, leuare faciem alterius, idem ualet quod nobis acceptare, præferre, anteferre, habere alicuius hominis reſpectum. Et eſt acceptationis, fauoris, beneuolentiæ, & gratiæ. Geneſ. 19. Et accepi faciem tuam ètiam hac in re. Deuteron. 10. Deus magnus & metuendus, qui non acceptat perſonā, neq; munera. 1. Samu. 25. Ecce audiui uocem tuam & acceptaui faciem tuam. Leuit. 19. Ne leues faciē pauperis, quod exponitur Exod. 23. Et pauperis cauſam ne ornes. 2. Reg. 3. Niſi faciem Ioſaphat regis Iuda acceptarē. Prouer. 6. Non acceptabit faciem cuiuſquā reconciliatoris. & cap. 18. Acceptare faciem improbi, non eſt bonū. quod poſtea exponens cap. 24. uerbo הכר reddidit. Iob 13. Corripiendo corripiet uos, ſi in abſcondito faciem acceptabitis. Malachiæ 2. Præferentes faciē in lege. Inde נשוא פנים, id eſt, prælatus ſeu eleuatus facie, id eſt qui alijs honore & dignitate præfertur, honorabilis facie, qui ob perſonæ dignitatem alijs anteponitur. 2. Regum 5. & Iob 22. Ieſ. 3. Et משא פנים reſpectus perſonæ quo huic magis fauemus quàm illi, non ob ipſius rei, ſed perſonæ diſcrimen. 2. Paral. 19.

Eleuare oculos.

2. Regum 19. Eleua in altum oculos tuos ad ſanctum Iſrael. Ezech. 19. Et oculos ſuos non leuauit ad Idola. Et eſt cultus, reuerentiæ, & animi deſiderantis, & ſuſpicientis ad auxilium diuinum.

Eleua-

Eleuare manum.

Aliquoties pro iurare accipitur, eò quòd iurantes manum leuare ſolent. Exo. 6. Et ducã uos in terram, pro qua leuaui manũ meam, ut darẽ eam Abrahę. Num. 14. & Ezech. 36. Ego leuaui manũ meam, ſi non gentes ignominiam ſuam portabũt. Ieſaias tamẽ uerbo iſto abſolutè uſus eſt cap. 3. Ipſe leuabit in die illa, & dicet, non poſſum mederi. Sæpe pro orare accipitur, ab orantiũ geſtu ſumpta phraſi. Deuter. 32. Quoniam leuabo ad cœlos manũ meam. Pſal. 28. Cum eleuo manus meas ad oraculũ ſanctitatis tuæ. & Pſal. 63. In nomine tuo leuabo manus meas. Pſal. 134. Eleuate manus ueſtras in ſanctitate. Hoc Paulus imitatus 1. Timoth. 2. uiros adhortans, Suſtollite, inquit, puras manus abſq; ira & diſceptatione. Eſt autem leuare manus ad Deum, non confidere operibus ſeu meritis operũ, neq; gloriari de dignitate operũ noſtrorum, ſed ea omnia Deo adſcribere, & accepta referre. Eſt & leuare manum ad præcepta Dei, uelle opera Dei facere. Pſal. 119. Et leuaui manus meas ad mandata tua, ut ſcilicet ea perficiam. Nonnunquam leuare manum ſignum gratiæ, & auxilij, à porrigentibus manum infirmioribus ſumpta figura dicendi. Pſal. 10. Surge Iehoua, eleua manum tuam, ne obliuiſcaris pauperis. Ieſa. 49. Et leuabo ad gentes manum meam. Ezech. 20. Leuabo manũ meam ad ſemen domus Iacob. Et iterum: Et leuabo manum meam ad eos, ut educam eos ex terra Ægypti. Econtrà tamen in malam nonnunquã partem ſumitur. Pſal. 106. Et leuauit manum ſuam ad illos ad proſternendum illos in deſerto. Hinc quoq; phraſis illa intelligitur Exo. 24. Et non miſit manum ad principes Iſrael. Sic ſumitur quoq; 2. Sam. 18. Qui concluſit uiros, qui leuauerunt manum ſuam in Suſtentatorem meum regem. & 2. Sam. 20. Qui leuauit manum ſuam in regem.

Leuare animam ſuam,

Eſt cõcupiſcere, adſpirare, deſiderare, anhelare. Deut. 24. Et ad mercedem pauper leuat animam ſuam. Pſal. 25. & 86. Ad te Iehoua leuo animam meam. Iere. 22. Et ad terrã ad quam leuant animã ſuam, non reuertentur. Oſeæ 4. Et ad iniquitatem eorũ leuant animã ſuam, id eſt, gaudent peccatis populi, ut plus emolumenti inde ſibi cedat. Prou. 19. Ad occidendũ eum nõ leues animã tuã. Sic Iudęi Ioan. 10. ad Chriſtũ uſi ſunt iſta phraſi: Quouſq; animã noſtram leuas? Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm, &c. Inde מַשָּׂא נַפְשָׁם deſideriũ animæ, id quod anima unicè deſiderat, Ezech. 24. Cæterùm leuare animam alterius, eſt ferre, ſuſtẽtare. 2. Sam. 14. Et non leuaret deus animam, ne ſcilicet diffluat. ſicut legitur leuare populum Numeri 14. Quemadmodum releuamen fuiſti populo iſti ex Ægypto uſq; huc.

Leuare cor.

Thren. 3. Leuemus cor noſtrum cum manibus noſtris ad deum. Vide ſuprà in phraſi, leuare manus. Et alia phraſi leuare cor ad aliquid, eſt uelle ſua ſpõte aliquid facere, propria uoluntate uouere aut quid aliud facere. Exo. 35. Et uenit, quem eleuat cor ſuum. Et mox iterum: Omnes mulieres, quas leuauit cor ſuum. Sumitur tamen ſemel in malam partem, 2. Reg. 14. Et eleuauit te cor tuum.

Leuare peccatum, ſcilicet ab alio.

Gen. 4. Nunquid ſi benefeceris, releuatio, ſubleuatio. Et iterũ: Maior eſt iniquitas mea, quàm leuare, releuatio, tolerantia, ſufferentia, ſubleuatio, condonatio. & cap. 50. Obſecro leua iniquitatẽ ſeruorum tuorũ. Exo. 10. Et nunc leua obſecro peccatum meũ hac uice. Num. 14. Leuans iniquitatẽ, & tranſgreſſiones 1. Sam. 15. Leua peccatũ meum. Iob 7. Quare nõ leuas iniquitatẽ meam & cap. 34. Quis ad deũ dicet, Leuaui, i. peperci, neminẽ afflixi ſeu oppreſſi. Pſal. 25. Parce omnibus delictis meis. Pſal. 32. Beatus ille cui leuata eſt trãſgreſſio, i. condonata: uel ſic, exoneratus trãſgreſſione. Pſ 99. Deus cõdonans fuiſti eis. Ieſ. 2. Incuruat ſe plebs, humiliãt ſe optimates, ideo illis nõ leues. Ieſa. 33. Populus leuatus iniquitate. In his locis iam citatis idẽ hoc uerbũ Hebręis ualet, quod Latinis tollere, ſ. onus ſeu pondus peccati, remittere, cõdonare, ſubleuare peccatũ, dare ueniã, cõdonare, parcere, nõ opprimere. Et eſt gratię, clementiæ, ueniæ, ignoſcentiæ, ut ſuprà quoq; oſtendimus.

Leuare peccatum,ſcilicet ſuper ſe.

Alia phraſi eſt ſuſcipere in ſe peccatū,reum ſeu obnoxium fieri peccati,uel pœnæ peccati.Leuit.5.Si anima deliquerit,& ignorās aliquid fecerit, quod nō oportebat facere,leuabit iniquitatē ſuam. & cap.22. Vt nō leuent ſuper ſe delictum. Ezech.14.Et leuabunt iniquitatē ſuam.Et iterū:Cùm errauerit quiſpiā, uel audiuerit uocē execrabilem,neq; indicat,leuabit iniquitatem illius,id eſt tam reus erit illius peccati,ac ſi ipſe perpetraſſet.Leui.19.Ne oderis fratrem tuū in corde tuo, ſed arguendo argue eum, ne leues pro illo peccatū. Num. 14. Filij ueſtri paſcentur in deſerto 40.annis,& leuabunt fornicationē ueſtram,donec conſumantur corpora ueſtra.Exo.28.Et leuabit Aaron iniquitatē Eccleſiæ. Num. 18. Tu & filij tui leuabitis iniquitatem ſanctuarij.Leuit.16. Et leuabit hircus ille ſuper ſe omnes iniquitates eorum. Ieſaiæ 53. Ipſe infirmitates noſtras leuauit,id eſt,in ſe ſuſcepit. ſicut & Euangeliſta citans hoc Prophetæ de Meſſiah noſtro uaticinium, uerbo Græco ἔλαβε, id eſt, ſuſcepit, eſt interpretatus. Et Ioannes in ſuo Euangelio uerbo αἴρειν, cùm inquit,Ecce agnus Dei qui tollit peccatū mundi.idem ſignificante reddidit. Onera enim quæ nobis ipſis imponimus,tollere quoq; Latinè dicimus.

Leuare gratiam.

Eſther 2.Et ipſa leuauit gratiam coram ipſo.Et ibidem iterum:Et fuit Eſther leuans gratiam in oculis omnium uidentium eam,id eſt,meruit,reportauit.

Leuare parabolam,

Hebræi dicunt pro proponere.Num.23.Et leuauit parabolam ſuā,& dixit.Iob 27.Et leuauit iterū Iob parabolam ſuā.& cap.36. Leuabo ſcientiā meam è longinquo.Ieſ.14.Et leuares parabolā hanc contra regē.Et ut Hebræi peculiari phraſi dicunt,aſcendere ſuper cor, pro eo quod nos dicimus cogitare, ita ſimiliter dicūt leuare ſuper labia ſeu os,pro eloqui,proloqui,edicere,tametſi abſolutè & ſine adiūcto legatur.Ieſaiæ 3.Leuabit in die illa,dicens,non ero medicus.Iob 21.Et leuabūt ad tympanum & citharam. Deut.33. Leuabit de ſermonibus tuis,id eſt,loquetur de ſermonibus, quos ex te audiuit,& didicit. Sic ſimili figura dicunt leuare rumorem.Exo.23.Non leuabis rumorem uanum.Pſal.15.Et conuicium non leuauit ſuper proximo ſuo. Item,Leuare lamentationē,cantum lamentabilem, orationem funebrem.Ezech.19.Leua lamentationem ſuper principes Iſrael. Item,Leuare orationem.Ieſaiæ 37.Leua orationem pro reliquijs. Item,Leuare prophetiam.2.Regum 9.Et Iehoua leuauit ſuper eum iſtam prophetiam.

Leuare nomen.

Exod.20.Non leuabis nomen Iehoua dei tui in uanum.Et iterum: Quicunque nomē eius in uanū leuauerit.Ex.28. Et leuauit Aaron nomina ipſorū corā Iehoua ſuper duobus humeris.Pſ.16.Et nō leuaui nomina ipſorū ſuper labijs meis. Hinc & illa phraſis intelligit̄, qua Dominus ad Ananiā utit̄ Act.9. Vade quoniā organum electū eſt mihi iſte,ut βαστάσαι portet nomē meū corā gentibus. Sic leuare cōuicium,pro excitare. Pſ.15. Qui conuiciū non leuauit aduerſus proximū ſuum.

INDE NOMINA:

נָשִׂיא Prælatus,primâs,princeps.Gen.23.Tu es princeps dei inter nos. & cap.34. Vidit eam Sichem filius Hamor Hiueus princeps terrę.Exo.22. Principi in populo tuo ne maledicas. Et pluraliter נְשִׂיאִם. Gen.17.Duodecim principes gignet. Dicuntur autem iſto nomine uiri in eminentia conſtituti,qui populi onera leuant,ſicut clarè locus teſtatur:Exod.18.Et ipſi unà tecum leuabunt. & Nume.11.Et leuabunt tecū onus populi. Dicuntur præterea hoc nomine nubes,uapores,exhalationes,quæ de terra in ſublime eleuantur.Pſal.135.Qui eleuat nubes de extremitate terræ.Prou.25.Nubes & uentus,& nulla pluuia.

מַשָּׂא Onus,pondus,grauamen,quod leuat̄ & imponitur alicui.2.Sam.15.Si tranſiueris mecum,eris ſuper me onus,id eſt,eris mihi oneri. Nehe.5. Deſeramus igitur onus iſtud,id eſt,grauamen.2.Reg.5.An nō dabit̄ obſecro ſeruo tuo onus duorū mulorū.2.Paral.20.Diripuerūt ſibi abſq; onere,ſcilicet ut leuare non potuerūt.Num.11.

Vt poneret onus totius populi ſuper me.2.Paral.24.Et filij eius & multitudo oneris ſub eo,id eſt cenſus,exactionis,tributi. Sic etiã pro officio,ſeu miniſterio ſumitur,quod leuaẽ & imponiẽ ſuper aliquo.Num.4.Illa ſunt onus filiorũ Caath in tabernaculo.1.Paral.15.Et Chenan princeps Leuitarum in onere,quia erat intelligens. Item pro onere ſeu miniſterio docẽdi alios. Et per ſynecdochen pro ipſa doctrina & prophetia.Prouer.30.Verba Agur filij Iake,onus,id eſt doctrina,inſtitutio.Ieſ.13.Onus Babylonis,quod uidit Ieſaias,id eſt prophetia futuri mali.Iere.23.Propterea quòd uerbum iſtud dicitis eſſe onus Iehoua,ideo projeiã uos. Et pluraliter מַשָּׂאוֹת.Thren.2.Prædicauerunt tibi onera mendacij,& eiectionis.

מַשָּׂאָה Onus.Ieſa.30.Ardens facies eius,& grauis onere.Amos 5.Propterea quòd opprimitis pauperem, & onus farris accipitis ab eo,id eſt,tributum. 2.Paral.24. Vt adferrent de Iuda & Ieruſalem onus Moſi,id eſt,cẽſum. Et pluraliter מַשָּׂאוֹת.Prouer.22.Ne ſis inter illos,qui ſpõdent pro oneribus,id eſt,debitis.Gen.43.Et ſublatæ ſunt ab eo leuandæ ad illos,& auctior erat leuanda Beniamin reliquorũ leuandis quinq; partibus,id eſt,muneribus.Ezech.20.Ibi requiram leuandas ueſtras, & primitias oblationum,id eſt,munera.

מַשְׂאֵת Onus,eleuatio,leuanda.Zopho.3.Auferam onus,propter quod tibi erat ignominia.Iudic.20.Vt aſcendere facerent eleuationem fumi è ciuitate.2.Samu.11.Et ſequuta eſt ipſum leuanda regis.Eſther 2.Et dabat leuandam,ut decebat regem.Ier.40.Et dedit ei princeps Laniorum uictum & leuandam,id eſt,donarium, munus.Iere.6.Leuate leuandam,id eſt,uexillum,ſignum militare.

תְּשֻׁאוֹת Eleuationes.Iob 36.Eleuationes tabernaculi eius.Zach.4.Et educet lapidem capitis eius, leuationes gratia gratia ei.Iſtis tamen duobus in locis ſchin dextrum eſt ſcriptum.

נְשֵׂאת Leuanda,ferculum,donarium.2.Sam.19.An comedendo comedimus cum rege, aut leuandam accepimus.

שִׂיא Eleuatio,altitudo,eminentia,excellentia, præſtantia.Iob 20.Si aſcenderit in cœlum eminentia eius,& caput eius ad nubes.

מַשֹּׂא Eleuatio.2.Paralip.19.Eleuatio faciei,id eſt reſpectus perſonæ.

שְׂאֵת Nomen infinitum,eleuatio,tumor,puſtula.Leuit.13.Eleuatio, uel ſcabies. Geneſ.49.Excellens eleuatione,& excellens potẽtia,id eſt, excellentiſſimus ſacerdotio, & regno.Iob 13.Nónne excellentia ſeu eleuatio eius terrebit uos.Thren.3.Eleuatio & contritio.Habak.1.Ab ipſo iudicium,& onus ſuum egredietur, id eſt, ius & iuris executio. Geneſ.4. Nunquid ſi benefeceris, eleuatio, ſcilicet onere peccati, id eſt, non amplius grauaberis onere peccati, ſed habebis remiſſionem peccati & gratiam.

998 נָשַׁב

Flauit,efflauit:magnãq; habet ſignificatiõe cognationẽ cum נָשַׁף & נָשַׁם נָשָׁה, niſi quòd ut forma,ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differant.Ieſaiæ 40. Aruit gramen,emarcuit flos,quia ſpiritus Iehoua flauit in illum.

In tertia coniugatione הִשִּׁיב, efflauit.Gen.15.Et cum deſcẽdiſſet turba auium ſuper cadauera,ſtatim afflauit eas,id eſt,flatu oris abegit eas.Pſal.147.Emittit uerbum ſuum,& liquefacit ea,efflat ſpiritum ſuum,& fluunt aquæ.

999 נָשַׂג

Congruit ſignificatione cum uerbis שָׂגָה & נָשָׂא נָגַשׁ, & eſt contrariũ uerbis סוּג & נָסַג: ſignificat enim applicare,attingere,apprehẽdere,aſſequi: eſtq; tantũ in tertia coniugatione uſitatũ הִשִּׂיג. Leuit.26.Apprehẽdit tritura uindemiã, & uindemia attinget ſationem.Gen.44.Perſequere uiros,& apprehẽde eos. & cap.47.Et non attigerunt dies annorum uitæ patrũ meorũ. Deut.28.Et uenient ſuper te omnes benedictiones iſtæ,& apprehẽdent te.Pſ.40.Et apprehẽderunt me iniquitates meæ.Ieſ.51.Gaudiũ & lætitiã apprehẽdent.Iob 24.Terminos apprehendunt,gregẽ diripiunt,& paſcunt. Cæterùm cõſidera ꝙ ut uerbũ מָצָא, ita etiam hoc in aliquot locis peculiarẽ habet modũ ſignificãdi.Leuit.25.Et uir cui non fuerit aſſertor,tum apprehendet manus eius,& inueniet iuxta ſufficientiã redẽptionis.Et ibidem iterum:Aut ſi apprehenderit manus eius,ut redimatur.

Part.

Participium præſens מַשִּׂיג. 1.Sam. 14. Et non fuit applicãs manum ſuam ad os ſuum. Iob 41. Attingens eum gladio, non ſtabit(gladius)ſuper eo. Et in genere fœminino מַשֶּׂגֶת. Leuit. 14. Et ſi pauper fuerit, & nõ eſt manus eius apprehẽdens. 1. Paralip. 21. Et gladius inimicorum tuorum ad apprehendendum. Et pro gerundio ponitur, ſicut לְמַשֶּׂגֶת לְמַשְׁחִית, &c.

INDE NOMEN,

שִׂיג Applicatio, ſcilicet ad negociũ aliquod, occupatio. 1. Reg. 18. Aut meditatio, aut occupatio eſt illi.

1000 נשה Obrutus curis ſeu malis, ſeu alijs occupationibus. Et primò abſolutè legitur. Ieſ. 41. Lingua eorum ſiti oppreſſa eſt. Iere. 51. Ceſſauerunt ſtrenui Babel propugnare, ſederũt in munitionibus, obruta ſeu oppreſſa eſt fortitudo eorum. Et quãdo regit poſt ſe accuſatiuũ, tum ſignificat ita obrui curis, ſeu alijs occupationibus, ut obliuiſcatur alterius uel perſonæ uel rei: quare ut שָׁכַח, ita hoc quoq; uerterunt uerbo obliuiſcendi. Iere. 23. Propterea ecce ego quoq; obliuiſcar uos obliuiſcẽdo, ideo repellam uos: uel ita, obliuiſcar uos ferendo.

In uoce paſſiua נִשָּׁה. Ieſaiæ 44. Tu Iſrael, ne obliuioni tradar ego, id eſt, ne obruar apud te.

In tertia coniugatione הִשָּׁה. Iob 39. Quoniã oblitus eſt deus ſapientiam, & non diuiſit ei deus partem intelligẽtiæ. Itẽ cum lamed. Iob 11. Et ſcias, quòd obliuiſcetur tibi deus propter iniquitatem tuam. Item cum עַל, Obruat mors ſuper illos.

INDE NOMEN,

נְשִׁיָּה Obliuio. Pſ. 88. Nũquid cognoſcenť in tenebris miracula tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis, id eſt mortuorũ. iuxta illud Pſ. 31. Oblitus ſum, ſicut mortuus ex corde.

נשה Secundò, hoc uerbũ aliquando modo tantùm ſignificãdi uariationem admittit, & ad uariationis ſignificationem interdum pro he in fine recipit aleph. Et ſi poſt ipſum ſequitur caſus, tum interponit literam beth, ut & illa conſtructione, aliqua in modo ſignificandi uarietas indicetur. Significat autẽ grauare, grauamen, ſeu onus imponere in aliquem, irruere in aliquẽ, ut fœneratores facere ſolent exigendo credita, & in debitore eſſe duriores, ſicut Chriſtus quoq; eorũ ingeniũ depingit, qui debita exigunt Matth. 18. Legitur autem in prima coniugatione tantùm ſemel, Iob 15. Neq; irrui, neq; alij irruerunt in me, & tamẽ uniuerſi maledicunt mihi, ſcilicet ut fœneratores ſolent.

Participium præſens נֹשֶׁה, quod tamen ſæpe nominaliter uſurpatur. Deut. 24. Et uir in quem tu irruis, proferet in pignus. Exo. 22. Si argentũ mutuò dederis populo meo oppreſſo, qui tecũ eſt, nõ ſis illi tanquã oppreſſor, nec ponas ſuper eum uſuram. 2. Reg. 4. Si oppreſſor uenit, ut tollat duos filios meos. Pſal. 109. Illaqueat oppreſſor omnia, quę illi ſunt. Ieſa. 24. Et erit ut debitor, ita oppreſſor eius, id eſt, fœnerator. 2. Sam. 22. Et omnis uir cui oppreſſor. ubi aleph pro he eſt poſitum, ſicut ſægol indicat נֹשֶׁא. Et cum affixo. Ieſ. 50. Quis eſt oppreſſor meus cui uendidi uos. Et pluraliter נֹשִׁים. Nehe. 5. Etiã ego fratres mei & pueri mei irrogamus in eos argentum & frumẽtum. Et mox iterum: Reſtituite eis hodie agros ſuos, & uineas ſuas, &c. & centeſimam pecuniæ frumenti, quam irrogabatis in eos.

INDE NOMINA:

מַשֶּׁה Accommodatum ab oppreſſore. Deu. 15. Vt remittat omnis dominus accommodati manum ſuam, qui irrogauit in proximum ſuum.

מַשָּׁאָה Accommodatum, ſeu mutuatum ab oppreſſore. Deut. 24. Si irrogaueris in proximum tuum mutuum aliquod. Et pluraliter מַשָּׁאוֹת. Prouer. 22. Ne ſis inter ſtipulatores manuum, inter oppigneratores pignorum: uel ita, inter illos, qui fideiubẽt pro debitis.

נְשִׁי Debita, nomen pluralis numeri tantùm. 2. Regum 4. Vade, uende oleum, & ſolue debita tua.

1001 נשה In duobus tantùm ſcripturæ locis reperitur in hac forma, & eadem ſignificatione cum uerbo נָשָׂא. Ezech. 34. Et leuabunt ignominiam ſuam.

Parti-

Participium preteritum נָשׂוּי. Pſal.32.Leuatus trāſgreſſione,id eſt,exoneratus, ſcilicet onere tranſgreſſionis.

1002 נשׁך Propriè ſignificat mordere,arrodere,corrodere,ut ſerpens dentibus mordet,& rodit. Num.21. Et fecit Moſes ſerpētem æreum, & poſuit eum ſuper excelſum, & factum eſt,quando momordit ſerpens aliquem.Prou.23. Nouiſſimū eius uelut ſerpens mordebit.Eccl.10. Qui diruit ſepem, mordebit eum ſerpens. Deinde transfertur à ſerpentis morſu, ad uſuræ corroſionem, quæ ut ſerpens mordēdo necat,ita uſura hominis ſubſtantiam arrodit & perdit. Deut. 23. Neq; qualibet re, quæ mordebit,id eſt,uſurabit,ſeu uſurare poterit.

Participium præſens נֹשֵׁךְ. Gen.49.Erit Dan uelut ſerpens in uia,&c. mordens ungulas equi. Et pluraliter נֹשְׁכִים. Mich.3.Et qui mordēt dentibus ſuis. Et cū affixo.Habakuk 2.An non ſubitò ſurgent mordentes te.

Participium preteritū נָשׁוּךְ. Num.21. Vt omnis morſus intueatur eū,& uiuat.

In ſecunda coniugatione נִשֵּׁךְ. Num.21.Quapropter miſit deus in populum ſerpentes urentes & mordebant populum. Iere.8. Ecce ego mitto in uos ſerpētes,& mordebunt uos. In tertia cōiugatione הִשִּׁיךְ. Deut.23.Non morſum inferes fratri tuo,id eſt,uſurabis fratri tuo uſura argenti.Et mox iterum: Peregrino uſurabis, ſed fratri tuo non uſurabis.

INDE NOMEN,

נֶשֶׁךְ Quod nos uſuram, id Hebræi hoc nomine morſum ſeu corroſionem uocant, eò quòd uſura hominis ſubſtantiam rectè mordeat ac corrodat.Exo.22. Non pones ſuper eum uſuram.Leuit.25.Et argentum tuum non dederis ei in uſuram. Deu.23. Non uſurabis fratri tuo uſura argenti, aut uſura cibi, aut uſura cuiuſcunq; rei. Pſal. 15.Qui argentum ſuum non dedit in uſuram.

נִשְׁכָּה Non eſt de iſta radice: ideo uide in uerbo שָׁכַן.

1003 נשׁל Detraxit,deiecit. Et differt tātùm modo ſignificādi à uerbis נשל ישל שלל שלה שלך. Deut.7.Et deijciet gentes multas à facie tua.Exo.3.& Ioſue 5.Detrahe calceamenta de pedibus tuis. Et extra regimen neutraliter uſurpatur. Deut. 19. Et deijcietur ſeu decidet ferrum de ligno. 2. Paral.29. Filij mei nunc ne detrahetis uos: quia elegit uos Iehoua,ut ſtantes coram ipſo miniſtretis ei.

In ſecunda coniugatione נִשֵּׁל.2.Reg.16.Et deiecit Iudæos de Elath.

1004 נשׁם Anhelauit,anhelitum emiſit,exhalauit, ex dolore ſuſpiria traxit. Cōgruit enim ſignificatione cum uerbis אשם שמם שמה שום נשב נשה שוה נשף, niſi quod ut forma,ita modo tantùm ſignificandi inter ſe uarient. 1. Reg. 9. Et domus iſta,ſcilicet altiſſima,omnis præteriens eam anhelitū emittet,& ſibilabit. Iere. 49. Omnis qui per eam trāſierit,anhelitum emittet & ſibilabit. Ieſa.42. Tacui longo tempore, ſilui & continui me quaſi parturiens, ſibilabam, anhelitum emittebam, & inſorbebam pariter.Et alludit ad anguſtiam ſpiritus,& anhelitum parturientis.

INDE NOMINA:

נְשָׁמָה Hebręis propriè idē ſignificat quod Græcis πνοὴ, & Latinis halitus,Germanis uerò odem. Et ne cōfundantur uoces נְשָׁמָה & רוּחַ, quæ certè re idem propemodū ſignificant,nolui ſpiritum reddere,ſed ſpiritus uocabulum reſeruare,& attribuere uni & ſoli uoci רוּחַ. Deut.20.Non ſinas uiuere omne quod halitū habet. Ioſue 10. Omne qd' halitū habet,deuoui.& cap.3. Sed & omnes homines percuſſerunt ore gladij,donec delerēt eos funditùs,nec reliquū permiſerūt,omne quod habet halitū.1.Reg.15.Et nō fecit reliquū,omne quod halitū habet.1.Reg.17.Et fuit infirmitas eius uſq; adeo grauis,ut nō maneret reliquus in eo halitus.Pſ.150.Omne,quod halitū habet laudet Ia.Ieſ.42.Qui dat halitū populo ſuper terra,& ſpiritū ambulātibus in ea.Dan.10. Et halitus nō ſuperfuit in me. Ieſa. 2. Cauete uobis ab homine cuius halitus eſt in naſo eius.Loquit' aūt de filio Dei incarnato. Et in ſtatu regiminis נִשְׁמַת. Gen.2.Et inflauit in nares eius halitū uitę.quę duo cōiunctim poſita Paulus Apoſtolus Acto.17.ubi inquit,Cū ipſe det omnibus ζωὴν καὶ πνοὴν, id eſt, uitam

uitam & halitum, diuiſim, & per digreſin iucundo Græcarum uocum concentu eloquutus eſt, & reddidit: ſimulatq; quid ſit uita ſpiritualis explicat, uidelicet halitus uitalis ſiue uiuificans: ſicut etiam 1. Corinth. 15. de duplici Adamo his uerbis diſſerens: Factus eſt primus Adam in animam uiuentem, nouiſſimus in ſpiritum uiuificantem, collatione quadam inter נֶפֶשׁ חַיָּה & נִשְׁמַת חַיִּים, id eſt, hominem naturalem qui edit, bibit, generat, &c. & inter hominem ſpiritualem & cœleſtem, differentiam facit, qualis fide in Chriſtum regeneratus non edit, nec bibit, nec generat, nec alias naturales actiones habet, ſed tantùm ſpirituales, ut ſunt cognitio dei, amor Dei, laus dei, lętitia in deo, &c. qualis perfectè futurus eſt in reſurrectione mortuorũ, & uita ęterna: unde ueriſimile eſt Paulum reſpexiſſe ſimul in uocem נְשָׁמָה, cũ poſtea dicit: Primus homo terrenus de terra, ſecundus homo de cœlo, & alluſiſſe ad uocabulum שָׁמַיִם, à quo ſcriptura nõ multùm abludit, ut eſt in uocum alluſionibus faciendis mirus artifex. Sed de hoc loco ſatis. Nunc alia uideamus exempla. Gen. 7. In cuiuſcunq; naſo erat halitus ſpiritus uitæ, ex omni quod erat in arida, mortua ſunt. Prouer. 20. Lucerna Iehoua eſt halitus hominis, id eſt, uita. Iob 32. Veruntamen ſpiritus ille eſt in hominibus, & halitus Omnipotentis facit eos intelligentes. & cap. 33. Spiritus dei fecit, & halitus Omnipotentis uiuificat me. & cap. 37. Ab halitu dei datur gelu, & laxitas aquarum conſtringitur. 2. Sam. 22. Detecta ſunt fundamenta orbis ab increpatione Iehoua, & ab halitu naſi eius. Iob 4. Ab halitu dei ablati ſunt, & à ſpiritu iræ ſuæ conſumpti ſunt. Ieſa. 30. Halitus Iehoua uelut torrens ſulphuris exarſit in eo. In ſtatu affixorum נִשְׁמַת. Iob 39. Si poneret ad hoc cor ſuũ, & ſpiritum ſuum ad ſe colligeret. & cap. 27. Quandiu halitus meus fuerit in me, & ſpiritus dei in naſo meo. Et pluraliter נְשָׁמוֹת. Ieſa. 59. Non in æternũ rixabor, neq; perpetuò iraſcar, quia ſpiritus meus à facie mea deuoluitur, & halitus ego facio, id eſt, refocillo.

תִּנְשֶׁמֶת Auis lege Moſi ad ueſcẽdum uetita, dicta ab halitu. Quidam dicunt eſſe ſpeciem noctuæ, qua aucupes in aucupijs diurnis utuntur ſuper ligno fiſſili, Illex Latinis dicta. Alij pro Onocrotalo accipiunt. Eſt & ſpecies animalis immundi terreſtris, ut multa ſunt animalia communia uolucribus, & terreſtribus uno nomine dicta. Et de his uide Leuit. 11. & Deut. 14.

1005 נָשַׁת Flauit: cõgruit ſignificatione cum uerbis נָשַׁב נָשַׁף & נָשַׁם, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiãt. Exod. 15. Flauiſti ſpiritu tuo, & operuit eos mare. Ieſa. 40. Quando flat in eos, ſtatim areſiunt.

INDE NOMINA:

נֶשֶׁת Tempus obſcurius, uel poſt ueſperã ante noctem, uel poſt noctẽ ante mane, quo aura flare ſolet, ſicut & illos uentos Latini antelucanos, & utrunq; tempus crepuſculum, uel ueſpertinum uel matutinum ſeu antelucanum uocant: utrum autem ſignificet, ex circumſtantijs conijcere licebit. Pro crepuſculo ueſpertino legitur Iob 7. Et ſatiatus fui illuſionibus uſq; ad crepuſculum. Et cap. 24. Oculus adulteri, obſeruat crepuſculum. Prouer. 7. In crepuſculo in ueſpere diei, in obſcuriſſima nocte, & caligine. Ieſa. 5. Crepuſculum deſiderij mei poſuit mihi in horrorem. Ieſa. 59. Priuſquàm impingant pedes ueſtri in mõtibus crepuſculi. Loci in quibus ponitur pro crepuſculo antelucano. 1. Sam. 30. Et percuſſit eos Dauid à crepuſculo uſque ad ueſperam craſtini. 2. Reg. 7. Surrexerunt in crepuſculo, ut uenirẽt ad caſtra Syrorũ. Et mox iterum: Surrexerant enim & fugerant in crepuſculo. Pſal. 119. Pręueni in crepuſculo, & clamaui. Et cum affixo mutat prius ſægol in hirik, & alterum in ſeua. Iob 3. Obſcurantur ſtellæ crepuſculi illius, ſcilicet noctis.

יַנְשׁוּף Auis ſic dicta, quòd circa utrunq; crepuſculum auolat & reuolat, lege Moſi ad ueſcendum uetita. Puto ueſpertilionem eſſe. Eius fit mentio Leuit. 11. & Deuter. 14. Porrò Ieſa. 34. ſcriptum eſt cum holem יַנְשׁוֹף.

1006 נָשַׁק Cum puncto ſupra cornu dextro. Generali ſignificatione conuenit cum uerbis נָשַׁף & שָׁקַק שָׁקָה שׁוּשׁ, niſi q; modo ſignificãdi inter ipſa ſit differentia. Significat enim occurſionem more oſculantium, qui oſculaturi mutuò inuicẽ ore occurrunt

currunt.Itaq; quod Latini uerbo oſculor, ita Hebræi ſua lingua uerbo iſto efficiunt,& eſt ſymbolum amoris,reuerentiæ,& obedientiæ ſecundũ qđ à perſona fit.

Primò conſtruitur plerunq; cum datiuo mediante articulo lamed.1.Reg.19. Et omne os quod nõ occurrit illi,id eſt,oſculum prębuit.2.Sam.15.Et ore occurrebat illi.Pſal.85.Iuſtitia & pax occurrerunt.Prouer.7.Et ore occurrent ei.1.Reg.19. Occurram obſecro patri meo.Iob 31.Et occurret manus mea ori meo. Secundò regit poſt ſe accuſatiuum nominis uel pronominis.1.Samuelis 20. Et oſculati ſunt unuſquiſq; proximum ſuum.Gen.3.Et oſculatus eſt eum.Cantic. 1. Oſculetur me oſculis oris ſui.& cap.8.Oſculabor te. Tertiò cum præpoſitione עַל.Geneſ.41. Et ad os tuũ occurret omnis populus:uel ſic,ſuper ore tuo, id eſt iuſſu tuo occurret omnis populus,id eſt,obediet,obſequetur.

Participium præſens pluralis numeri נֹשְׁקֵי. Pſal.78. Filij Ephraim applicantes, iacientes arcu.1.Paralip.12.Applicantes arcum ad os.

In ſecunda coniugatione נִשֵּׁק,ore alteri occurrit,præbuit alteri os ſeu oſculum, oſculatus eſt. Et ijſdem caſibus conſtruitur quibus in prima. Primò,cum datiuo.Geneſ.29.Et ore occurrit ei,id eſt,oſculũ præbuit ei.& cap.45.Et præbuit oſculum omnibus fratribus ſuis. Secundò,cum accuſatiuo.Pſ.2.Oſculamini filium, id eſt,agnoſcite eum eſſe Dominum ueſtrum.

In tertia cõiugatione legitur tãtùm participiũ plurale fœminini generis מַשִּׁיקוֹת. Ezech.3. Et ſtrepitus alarum animalium occurrebãt, unaquęq; altera ad alteram.

INDE NOMINA:

נְשִׁיקוֹת Oſcula.Prouer.27.Fideliora ſunt uulnera amantis,quàm blanda oſcula odientis. Cantic.1.Oſculetur me ex oſculis oris ſui,id eſt,uno atque altero oſculo oris ſui.

נֶשֶׁק Generale nomẽ ad omnem armaturã, cuius in occurſione acierum uſus eſt, ſicut & prælium dicitur קְרָב, ab eo quòd utrinq; ſimul milites appropinquent & cominus pugnent,ac manus conſerant.Et nõ eſt dubium, quin Paulus Apoſtolus Grecè reddiderit πανοπλία,id eſt,uniuerſa armatura,ſeu ut Ambroſius uertit, uniuerſitas armorum.Epheſ.6.Quapropter aſſumite πανοπλίαν,id eſt,uniuerſam armaturã dei,ut poſſitis reſiſtere in die mala,& omnibus profligatis cõſiſtere, &c. Et poſtea ſpecies aliquot armaturæ huius enumerat,nõ aliter atq; Ezech. cap. 39. initiò etiam hoc nomen נֶשֶׁק generaliter ponit,poſtea ad eius ſpecies deſcendẽs,ut ſcutũ,peltã,arcũ,ſagittas,clauã,& enſem cõmemorat. Sed & alia ſcripturæ aliquot loca annotabo.Ieſ.22.Reſpexiſti in die illo ad armaturam domus ſyluę.Iob.20.Fugiet ab armatura ferri.Ezech.39.Nõ ſuccidẽt ligna de ſylua,ſed cũ armatura ſuccẽdent ignem.1.Reg.10.Et ueſtes & armaturam. Et in diſtinctione ſententiæ נָשֶׁק. 2.Reg.10.Et uobiſcum ſunt currus & equi,& ciuitas munitionis & armatura.

1007 נשק Cum puncto ſiniſtro legitur in uoce paſſiua נִשְּׂקָה: cõgruitq; ſignificatione cum uerbo נָסַק,quod ſcãdere ſeu aſcendere ſignificat & ſe ſcalæ applicare,niſi quòd modo ſignificandi inter ſe uarient.Hoc enim noſtrum de aſcenſione ignis in altum dicitur,quando ita ſuccenditur ignis ut flamma in altum aſcendat, & ſuperiora allambat.Pſal.78.Et ignis ſuccenſus eſt in Iacob.

In tertia coniugatione הִשִּׂיק Ieſ.44.Quin & ſuccendet,& coquet panẽ.Ezech. 39.Et accendent & flagrare facient in armatura.

1008 נשר Aquila,auis ad ueſcendum lege Moſi uetita.Leuit.11.& Deut.14. Eſt autẽ ſic dicta,uel quòd recto intuitu ſolem inſpiciat.Sic etiam Plinius de ea ſcribit lib. 10.cap.3.& libro uigeſimonono cap.6.& tunc congruentiã habet cum uerbo שׁוּר: uel quòd uolatum rectà ad prædam dirigat,& tunc communicat cum uerbo יָשַׁר. Deut.32.Sicut aquila quæ excitat nidum ſuum,& ſuper pullis ſuis agitatur,expandit alas ſuas,tollit eos & eleuat eos ſuper alis ſuis.Iob 9.Velut aquila circumuolitãdo demittit ſe ſuper eſcam.Habakuk 1.Volabunt ut aquila,quæ accelerat ad eſcã. Prouerbiorum 23.Faciet ſibi alas ſicut aquilæ & uolabũt in cœlum.Micheæ 1.Dilata caluitium tuum ſicut aquila. Pſalm. 103.Renouabitur uelut aquilæ pueritia tua. Conſule Ambroſium de innouatione fidelium, ubi aquilarum renouationẽ

pulchrè deſcribit. Et in diſtinctione ſententiæ נֶשֶׁר. Deut. 28. Quæ aduolabit ut aquila. Iob 39. Certè propter imperium tuũ eleuat ſe aquila & exaltat nidum ſuũ. Et pluraliter נְשָׁרִים. Exod. 19. Et leuaui uos ſuper alis aquilarum. 2. Sam. 1. Præ aquilis leuiores. Et in ſtatu regiminis נִשְׁרֵי. Threnorum 4. Leuiores fuerũt perſecutores noſtri aquilis cœli.

1009 נשת In uoce eius paſſiua נִשַּׁת ſignificatione cõuenit cũ uerbis שָׁאָה & נָשָׁה, & ſignificat præcipitari, ſeu in præcipitiũ labi. Ieſa. 19. Præcipitabuntur aquæ de mari.

INDE NOMEN,

תְּשֻׁאָה Ruina, prçcipitium. Thren. 3. Ruina & confractio. Sed de hoc infrà quoq; in uerbo שָׁאָה.

1010 נתיב Semita. Iob 18. Et decipula eius iuxta ſemitam. & cap. 28. Semita, quam non nouit uolatile. cap. 41. Poſt ipſum apparebit ſemita. Et in regimine נְתִיב. Pſ. 119. Fac me incedere in ſemita mandatorum tuorum. Et in forma fœminea נְתִיבָה. Ieſaiæ 43. Et in aquis uehementibus ſemita. Et in ſtatu affixorũ. Iob 30. Deſtruxerunt ſemitam meam. Pſal. 142. Tu cognouiſti ſemitã meam. Prou. 1. Prohibe pedem tuum à ſemita eorum. Legitur tamen ſemel cum affixo, ubi he non cõmutauit in thau. Prou. 12. Et uia ſemitæ eius ad mortẽ. Et pluraliter נְתִיבוֹת. Iudic. 5. Et ambulatores ſemitarum ambulabant uias tortuoſas. Prou. 8. In medio ſemitarum iudicij. Ieſaiæ 42. In ſemitis quas non cognouerunt, incedere faciam eos. & cap. 59. Semitas ſuas peruerterunt ſibi. Thren. 3. Semitas meas curuauit.

1011 נתח Fruſtauit, in fruſta diſſecuit. Leu. 8. Et arietem fruſtauit in fruſta ſua. 1. Reg. 18. Et fruſtauit iuuencum. 1. Sam. 11. Et fruſtauit eum. Iudic. 20. Et apprehendi concubinam meam, & fruſtaui eam.

INDE NOMEN,

נֵתַח Fruſtum. Ezech. 24. Omne fruſtum bonum. Et pluraliter נְתָחִים. Leuit. 1. Ordinabunt filij Aaron ſacerdotis fruſta. Iudic. 19. In duodecim fruſta. Leuit. 1. Et fruſtabit illud in fruſta eius.

1012 נתך Fudit, effudit ſe, uel fuſum, effuſum eſt. Et cõgruit ſignificatiõe eſt cũ uerbo נָסַךְ, niſi ꝙ ut forma parum, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Ierem. 42. Effundetur ira mea ſuper uos. Danielis 9. Et effuſa eſt ſuper nos maledictio. Iob 3. Et fundemini in medio eius.

In uoce paſſiua נִתַּךְ. Exod. 9. Et pluuia non fuſa eſt ſuper terram. 2. Sam. 21. Donec effuſa eſt aqua ſuper uos è cœlo. Nahum 2. Furor eius fuſus eſt ſicut ignis. Ezech. 22. Et effundemini in medio eius.

In ſecũda cõiugatiõe uoce paſſiua תֻּתְּכוּ. Ezec. 22. Sic fundemini in medio eius.

In tertia coniugatione הִתִּיךְ. 2. Reg. 22. Fuderunt ſerui tui argentum. Iob 10. Nonne ſicut lac effundebas me. Ezech. 22. Et fundam uos. Et mox iterum: Ad ſufflandum ſuper ipſa ignem, ad fundendum.

INDE NOMEN,

הִתּוּךְ Fuſio. Ezec. 22. Secundum fuſionem argenti in medio fornacis, ſic fundemini in medio eius.

1013 נתן Verbum defectiuum: & licet generaliter dare, donare, tradere ſignificet, tamẽ Hebræis latiùs patet, ꝙ illa apud Latinos, ſicut uidebimus: differtq; modo tñ ſignificandi à uerbo יהב. Gen. 25. Et filijs concubinarũ, quæ erãt ipſi Abrahæ, dedit Abraham dona. Et mox iterũ: Dedit ipſi Eſau panem. Pſal. 15. Argentũ ſuũ nõ dedit cum uſura. Et cũ defectu literæ nun in præterito. 2. Sa. 22. Inimicorum meorum dediſti mihi ceruicem. Pſal. 118. Et morti non tradidit me. Gen. 3. Mulier quam dediſti mihi. Pſal. 4. Dediſti lætitiam in corde meo. Gen. 17. Et dedi ex ea tibi filiũ. Ezech. 16. In ſanguine filiorũ tuorũ dediſti eis. Et mox iterũ: Et ſuffitũ meũ dediſti corã eis. Ibi duo illa uerba ſecũdç pſonç ſcribunt cũ iod, & dicũt Hebrçi, ꝙ ualeãt ac ſi diceret deus: Ego occaſionem prçbui tibi, quũ dedi tibi. Et in eodẽ capite legitur ſecunda perſona in ſtatu affixorũ cũ iod: Et dediſti illud corã eis. ſicut מְצָאתִים Iere. 2. Inueniſti eos. Gene. 14. Da mihi animas. Ioſue 7. Da ei laudem.

Gen.

Gen.30.Da uxores meas.Num.11.Da nobis carnem.Prouer.23. Præbe fili mi cor tuum mihi.Pſal.8.Qui poſuiſti decorem tuum ſupra cœlos. ubi ſecunda perſona Imperatiui pro ſecunda præteriti eſt poſita.Pſ.105.Tibi dabo terrã Canaan. Gen. 43.Et deus omnipotens dedit nobis miſericordias.Item 49.Et ipſe dabit delicias regis.1.Sam.1.Ne dederis ancillam tuã pro filia Beliaal, i. ne compares. Ieſaiæ 37. Vtiq; Iehoua anathematizauerunt reges Aſſur omnes regiones & terrã earum etiam ponendo deos ipſarum in ignem.Ierem.37.Et cõmiſerunt Ieremiã in atrium cuſtodiæ dando ei tortũ panis.Ezech.23.Adducam contra eos congregationem, dando etiam eos in commotionem & in prædam.1.Reg.3.Ad ponendum ibi arcam fœderis.ubi nun ultima litera eſt paragogica. Atq; hîc obſeruandũ primò, ꝙ quando tertia perſona futuri ſingularis numeri conſtruitur cum interrogatiua particula מִי, tum Latinis idem ualet quod aduerbiũ optandi,utinã.Ex.16.Quis dabit mori nos in manu Iehoua,id eſt utinam mortui eſſemus per manum Domini.2.Sam.18.Quis dabit ut ego moriar pro te.Ier.9.Quis dabit capiti meo aquam. Iob 6.Quis dabit ut ueniant,i.utinã ueniãt.& ca.23. Quis dabit ut cognoſcam.Pſ. 55.Quis dabit mihi alam inſtar colũbæ.Cant.8.Quis dabit ut fratrẽ meum ſugentẽ ubera matris meæ inueniam. Secundò, quãdo hoc uerbũ à fronte habet particulam negatiuam,aut uerbũ negatiuum, ut מֵאֵן, à tergo autem Infinitiuum mediante accuſatiuo,uel ſine eo,tum Hebræis idem ualet,atq; Latinis cõcedere, permittere,ſinere.Gen.31.Et non permiſit ei deus malefacere mihi. Num. 21. Et non conceſſit Sichon Iſrael tranſire per limitem ſuũ. Iudicũ 15. Et nõ cõceſſit ei pater ingredi.1.Sam.18.Et non conceſſit ei reuerti domum patris ſui.2.Sam. 21. Et non permiſit uolatile cœli reſidere ſuper eos.Pſal.16.Non concedes ſanctũ tuũ uidere corruptionẽ.Pſ.66.Et nõ permiſit cõmoueri pedes noſtros.Oſeæ 5.Nec conceſſerunt ſtudia ſua reuerti ad deũ ſuũ.Num.20.Et recuſauit Ædom permittere Iſraeli tranſire per terminũ ſuum. Tertiò,ſæpenumero idem Hebræis facit quod Latinis uerbum pono, idq; quando conſtruitur uel cum præpoſitione אֶל. Num. 4.Et ponent ea & omnia uaſa eius ad operimentũ. Vel cũ עַל: ut Exo.25.Et pones ſuper quatuor angulos eius.Leuit.14.Et ponet ſacerdos ſuper cartilaginẽ auris.& cap.56.Et ponet ſuffitum ſuper ignem.Num. 4. Et ponent ſuper ueſtem.& cap.16.Et ponetis ſuper eum ſuffitum.2.Reg.16.Et poſuit eũ ad latus altaris.Iere. 27.Et pones ea ſuper collum tuũ. Vel cũ præpoſitione beth. Gen.1. Et poſuit ea deus in expanſione cœli.Leuit.10.Et poſuerũt in eis ignem.& cap.14.Ponam faciem meam in animam illam.1.Reg.12.Et poſuit unum uitulum in Bethel, & alterum poſuit in Dan. In hac ſententia eſt uerbum שׂוּם, unde euidens eſt pro eodẽ ſæpe uſurpari, uel cum לִפְנֵי, iuxta. 1.Sam.1.Ne ponas famulam tuam iuxta filiam Belial,&c.Et loquitur ſecundum cõſuetudinem eorum qui in comparatione res iuxta ſe ponebant. Quartò,ſæpe etiã ualet idem, quod proponere,cõſtituere. Gen.17.Quia partem multitudinis Gentiũ conſtitui te.Et mox iterũ:Et conſtituã te in Gentes.1.Reg.1.Qui conſtituit hodie ſedentem ſuper ſolium meum.1. Reg. 2.Et conſtituit rex Beniahu filium Ioiada loco ſuo ſuper exercitum.Ieſaiæ 49. Cõſtituã te in lucem gentium.Ezechielis 19.Et cõſtitutæ ſunt cõtra eum Gentes circumquaq; ex prouincijs.Nehemiæ 9.Et conſtituerunt caput, ut redirent in ſeruitutem ipſius.

Participium præſens נוֹתֵן, cum uau,uel ſine uau.Pſal.18.Qui dat uindictas mihi.Pſal.44.Qui dat ſalutẽ regibus.Pſal.145.Et tu das illis eſcam eorum. Prouerb. 26.Dans ſtulto honorem. Et plurale ſemper ſcribitur ſine uau נֹתְנִים. 2.Paralipo. 11.Qui dant cor ſuum.Ieremiæ 26.Quia ſanguinem innocentẽ ponitis ſuper uos.

In ſtatu regiminis נֹתְנֵי. Oſeæ 2.Dantes panem meum.

Participium præteritum נָתוּן. Nehem.13.Poſitum in cubili. Eſther 3.Argentũ datum tibi. Et pluraliter נְתוּנִים, dediti, dedititij.Num.3.Dabis Leuitas Aaroni & filijs eius,dedititios,dedititios. Et cap.8.ſcribitẽ cũ kybutz נְתֻנִים: Quia dati, dati ſunt mihi.Deut.28.Filij tui & filiæ tuæ dedititij populo alteri. Et in genere

fœminino נתנות. Deut.28.Et pecora tua data inimic is tuis.

In uoce paſſiua נתן. Leu.19.Manumiſſio non data eſt ei.Gen.38 .Et ipſa nõ eſt data illi in uxorem.Num.26.Quia non eſt data ei hęreditas.Ieſa.9.Filius datus eſt nobis.2.Reg.19.Non tradetur Ieruſalem.1.Paralip.5.Et traditi fuerunt in manum eorum.2.Paral.28.In manũ regis Iſrael traditus eſt.Ezech.32.In medio occiſorum poſitus eſt.Eſther 3.Et lex poſita eſt in Suſan.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua יתן. Leu.11.Et cum dabitur aqua.Num. 35.Dabitur terra iſta ſeruis tuis.2.Sam.18.Et poſitus eſt inter cœlum & terram.

INDE NOMINA:

מתן Datum,donum,donarium,donatio,datio.Prouer.19.Quilibet eſt amicus uiri doni.& cap.21.Donum in occulto operiet iram. Et in ſtatu regiminis præter morẽ ſeruat cametz.Pro.18.Donũ hominis dilatabit ei. Similiter in diſtinctione.Gen. 34.Multiplicate ſuper me dotem & donationem. Similiter cum affixo. Num. 18.Donũ eorum. Et in forma fœminea מתנה. Num.18.Donũ datos ipſi Iehoua.

Et in ſtatu regiminis מתנת. Deut.16.Secundum donum manus ſuæ. Et pluraliter מתנות. Prouerb.15.Et qui odit dona,uiuet.Eſther 9. Vt mitteret unuſquiſque partes ſodali ſuo,& dona egentibus. In ſtatu regiminis & affixorũ מתנתם. Exo. 28.Omnibus donarijs ſanctificationum eorũ.Num.18.Et omnibus donis ueſtris. Ezech.20.Et pollui eos in donis ſuis.

מתת Donum.1.Reg.13.Et dabo tibi donum. In ſtatu regiminis מתת. Prouer.25.In dono mendacij.Eccl.3.Donum dei eſt.

נתינים Ego fratres arbitror initio regis,qui non ſuccedebant in regno,ſed quibus donationes dabant,ita dictos eſſe,q.d.donatos,& habitauerunt ceu cuſtodes in munitione Ophel, ne in arcẽ Dauid à ſeditioſis fieret irruptio.Deinde autẽ poſt reges, & reditum ex Babylone alij ita quoq; ſunt appellati, qui ſacerdotibus neceſſaria ſuppeditarent,à dando ſeu porrigendo nomen habẽtes , quorũ fit mentio Eſdræ 2.Nathinei filij Zicha.Et iterũ:Omnes Nathinei,& filij ſeruorũ Salomonis trecẽti & nonagintaduo.& ca.8.Et dedi eis mãdatũ ad Iddo principẽ in Caſiphia,& ad fratres eius Nathineos in Caſiphia.Nehe.3.Nathinei aũt habitabãt in Ophel.

1014 נתס Rupit,diſrupit,deſtruxit diſſipando : & congruit ſignificatione cũ uerbis נתץ נתש & נתק, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe uariẽt.Iob 30. Deſtruxerunt ſemitas meas:

1015 נתץ Diſſipando deſtruxit,diruendo demolitus eſt,ac plerunq; de ædificijs dicitur: congruitq; ſignificatione cum uerbis נתש נתק נתס . Iudic.6.Quia demolitus eſt altare Baal.2.Reg.25.Et muros Ieruſalem circumquaq; demoliti ſunt.Pſ.58. Maxillares leunculorum demolire Iehoua.Pſ.52.Etiam deus demolietur te domicilium corporis tui.Iob 19.Deſtruet me.Iere.1.Et ad deſtruendum.

Participium præteritum נתוצים . Ier.33.Et ſuper domos Iehuda deſtructas.

In uoce paſſiua נתץ. Ierem.4.Et omnes urbes eius demolitæ ſunt à facie Iehoua.Ezech.16.Et demolientur Excelſa tua.

In ſecunda coniugatione נתץ. 2.Par.33.Et ædificauit Excelſa,quę demolitus erat Ezechias.& ca.34.Et demolitus eſt altaria.Deu.12.Et demolietis altaria eorũ.

In uoce paſſiua נתץ. Iudic.6.Et ecce deſtructum eſt altare Baal.Leu.11.Tam focus,quàm fulcrum deſtruatur.

1016 נתק Rupit,abrupit,diſrupit,auulſit,diuulſit.Congruit ſignificatione cũ uerbis נתס נתש & נתץ נתס . Ierem.22.Si eſſet Caniahu filius Iehoiakim rex Iehuda ſigillũ in manu dextera tua,tamen inde euellam te.ubi litera nun trãſpoſita eſt in finẽ.

Participium præteritum נתוק . Leuit.22.Aut contuſum aut auulſum.

In uoce paſſiua נתק . Ieſaiæ 5. Et non auulſa eſt corrigia calceamentorum eiuſ. Ioſue 4.Et extractæ eſſent plantæ pedum ſacerdotum in ſiccum, ſcilicet ex cœno aluei.Eccl. 4.Et filum triplicatum non citò abrumpetur.Iere.6.Mala nõ abſtracta ſunt.Loquitur autẽ de ſcoria & immunditia igni nõ ſeparata.Ioſue 8.Et perſequuti ſunt poſt Ioſua & abſtracti ſunt à ciuitate.Iob 18.Auelletur à tentorio eius,fiducia

cia ipſius. Ierem. 12. Auelle eos tanquam oues ad mactationem.

In ſecunda coniugatione נִתֵּק. Iud. 16. Et diſrupit funis, quemadmodũ diſrumpetur filum ſtuppæ. & cap. 20. Et auellemus eũ à ciuitate ad ſtratas. Pſal. 2. Diſrumpamus uincula eorum. Ieremiæ 9. Nónne radices eius euellet. Ezechielis 23. Et ubera tua auelles.

In tertia coniugatione הִתִּיק. Ioſ. 8. Et egrediẽtur poſt nos uſq; auellere nos eos à ciuitate, id eſt donec auellamus eos à ciuitate.

INDE NOMINA:

נֶתֶק Ruptura, eruptio, extractio. Leuit. 13. Et ſi uiderit ſacerdos plagam rupturæ. Et iterũ: Si uerò in oculis eius ſteterit ruptura. Et in diſtinctione ſententiæ נָתֶק. Leuit. 14. Iſta eſt lex omnis plagæ lepræ de ruptura.

אַתִּיק Auulſio, locus auulſus, ſcilicet ſeorſum. Ezech. 42. Auulſio erga faciẽ auulſionis, id eſt, angulum: alij porticum, alij thalamum, alij aliter tranſtulerunt. Et pluraliter אַתִּיקִים. Ibidem: Quia capaciores fuerunt auulſiones pluſquàm illæ.

1017 נתר Congruit ſignificatione cum uerbis תּוּר & נָתַר יָתַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant: ſignificat enim circumſaltare, tranſilire, ſcilicet in circum ſeu gyrum. Iob 37. Etiam ad hoc expaueſcet cor meum, & tranſiliet à loco ſuo.

In ſecunda coniugatione נִתֵּר. Leuit. 11. Ad tranſiliendum in eis ſuper terra.

In tertia coniugatione הִתִּיר. 2. Sam. 22. Et tranſilire fecit integram uiam meã, id eſt, tranſaltibilem fecit integrè uiam meam. Pſal. 105. Miſit rex & tranſilire fecit eum. Ieſa. 58. Tranſilire faciendo faſciculos oppreſſionis. Habakuk 3. Vidit & tranſilire fecit gentes, id eſt tranſtulit.

Participium præſens מַתִּיר. Pſal. 146. Iehoua tranſilire facit uinctos, id eſt ſoluit ut poſſint circumſilire.

INDE NOMEN,

נֶתֶר Nitrum, ſic dictum à natura & conditione ſua quòd circumſiliat. Ierem. 2. Etiamſi laueris te nitro. Et in diſtinctione ſentẽtiæ נָתֶר. Prou. 25. Acetũ ſup nitrũ, &c.

1018 נתש Congruit ſignificatione cum uerbis נָטַשׁ & נָתַס נָתַץ נָתַק, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe differãt: ſignificat enim euellere, & opponitur uerbo נָטַע, niſi quòd figuratè de euulſione aliarum etiam rerum dicatur. Deuter. 29. Et euellet eos Iehoua de terra eorũ. Ier. 12. Et euellã gentẽ hanc euellendo, & perdẽdo. Et iterũ: Et erit poſt euellere me illos. & ca. 24. Et plãtabo eos, & nõ euellã.

Participium præſens נֹתֵשׁ. Ieremiæ 45. Et quod plantaui, ego euello. & cap. 12. Ecce ego euello eos de terra eorum.

In uoce paſſiua נִתַּשׁ. Ier. 31. Non euelletur, neq; euertetur in æternum. Danielis 11. Quia euelletur regnum eius. Iere. 18. Si euellentur aquæ peregrinæ frigidæ fluentes, ſcilicet tam citò.

In ſecunda coniugatione, uoce paſſiua נֻתַּשׁ. Ezech. 19. Et euulſa eſt in furore in terram, id eſt euulſa, proiecta eſt in terram.

VOX PEREGRINA QVINQVE LITERARVM.

1019 נִשְׁתְּוָן Epiſtola. Vox eſt Aramea. Eſd. 4. Et ſcriptura Epiſtolæ ſcripta eſt Syriacè, &c.

# ס Pſal. 34.

## סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה טוֹב ׃

1020

סָס Genus uermiculi, qui lanam & ueſtes laneas corrodit, Latini tineā uocāt. Legitur tantùm ſemel Ieſa. 51. Sicut lanam comedet eos tinea.

1021

סְאָה Genus menſuræ aridorum, ut farinæ & frumenti, quæ Hieronymo capit ſeſqui modium iuxta morem prouinciæ Paleſtinę, diciteꝗ́ uocē eſſe Syram. Nos Chriſtum interpretem ſequemur, qui uertit ſatum. Legitur in ſtatu regiminis סְאַת & סְאָה. 2. Reg. 7. Iuxta tempus craſtinum ſatum ſimilę pro ſiclo. Et in numero duali סָאתַיִם, 2. Regum 7. Et duo ſata hordei pro ſiclo in porta Samarię. 1. Reg. 18. Et fecit aquæductū, quaſi intercapedinem ſatorum duorū ſeminis circum altare. Et pluraliter סְאִים. Gen. 18. Accipe tria ſata farinæ ſimilæ, ſubagita & fac uſtulatas. Ad hunc locum Chriſtus reſpiciens, ſata uertit Matth. 13. ubi ſic dicit: Quod acceptū mulier abſcondit in ſatis farinæ tribus. 1. Sam. 15. Et quinqꝫ ſata toſturæ.

סַאסְּאָה Certum menſuræ genus. Ieſa. 27. In menſura, in dimittendo eam caſtigas eā. quanquam poſſit eſſe uerbum ſecundæ cōiugationis geminatum, Infinitiui modi à nomine ſuperiore deductum, id eſt menſurauit, ut ita legatur: In menſurando, in dimittendo eam caſtigabis eam. & iſta expoſitio magis mihi probatur.

1022

סָאַן Cōculcauit, proculcauit, ſtragem fecit, qualis fieri ſolet in prælio. Legit̃ aūt participiū præſens סֹאֵן. Ieſ. 9. Quia omnis cōculcatio cōculcātis cū ſtrepitu, &c.

INDE NOMEN,

סְאוֹן Et in ſtatu regiminis סְאוֹן, cōculcatio, ſtrages, uis, uiolētia lætalis & mortifera, & omnis conculcatio conculcantis cū ſtrepitu, &c. Cur aūt huic uerbo hāc tribuo ſignificationē, mouet me nomē מְסָאן. Deinde ꝙ in Chaldæo nominaliter calceos ſignificat à calcando dictos. Exod. 3. Detrahe calceos tuos, &c. Tertiò, quia cognationem habet ſignificatione cum uerbo אָנַס & nomine אָסוֹן, quæ coactionem uiolentam ſignificant, de quibus ſuprà in uerbo אָנַס.

1023

סָבַב Circundedit, circumgyrauit, uertit in gyrū ſeu circulum, ambiuit, cōuertit circumuertit, circuiuit. Et quādo poſt ſe regit accuſatiuū, eſt actiuum: ſin extra cōſtructionem abſolutè ponitur, neutraliter ſumitur. 1. Sam. 7. Et circuibat Bethel, & Gilgal, & Mizpa. 2. Paral. 17. Et circumierunt per omnes ciuitates Iehuda, & docuerunt in populo. Ioſue 6. Et circuibitis ciuitatem. Deut. 2. Et circuiuimus montem Seir diebus multis. Et mox iterum: Multum erit uobis circuire montem iſtum. Num. 21. Ad circumeundū terrā Ædom. 2. Sam. 22. Funes mortis circumdederunt me. 1. Reg. 5. Propter bella quæ circumdederunt cū. 1. Reg. 7. Et filū duodecim cubitorū circumdabat columnam ſecundā. 1. Paralip. 13. Et circumducemus arcam dei ueſtri ad nos. Iud. 16. Et circuierunt & inſidiati ſunt ei tota nocte. 2. Paral. 18. Et circuierunt contra eū ut pugnarent. Eccl. 12. Et circuibunt in platea, plangentes. Iudic. 20. Et circuierunt contra me domum noctu. Gen 37. Et ecce circuibant manipuli ueſtri, & incuruabant manipulo meo. 1. Sam. 22. Circuite & occidite ſacerdotes Iehoua. 2. Samuel. 18. Circuierunt decem iuuenes portantes arma Ioab. 1. Sam. 16. Non circumgyrabimus, ſcilicet menſam donec uenerit ille huc, id eſt, non diſcumbemus. Eccl 2. Et circuiui ego abſtrahere cor meum ut cognoſcerem, id eſt uolutaui in animo. 1 Sam. 22. Ego circuiui in omnem animam domus patris mei, id eſt, cauſam & occaſionē deuolui in omnē animā. Peculiaris eſt phraſis, qua cauſa & occaſio alicuius rei ſignificatur: nam ſicut אוֹדוֹת, ita ſimili ratione circulus, pro cauſa ſeu occaſione uſurpatur.

Parti-

Participium præſens סֹבֵב. Gen,2. Nomen uni Piſon, ipſe eſt, qui circuit totam terram Hauila.2.Reg.6.Et ecce exercitus circumdabat ciuitatem.2. Paralip.21.Et percuſſit Ædom circumeuntem ad ſe. Eccl. 1. Abit ad Meridiem & circumgyrat ad Aquilonem. Et pluraliter סֹבְבִים. 1.Reg.7.Et ſphęrulę infernè ſub labio eius circumcirca circumdabant ipſum.2. Reg.4. Circumcirca circuibant ipſum. Cant. 3.Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt in ciuitate.

In uoce paſſiua נָסַב. Num.34. Et circūdetur uobis terminus à meridie ad aſcenſum Akrabim.Ioſue 15. Et circumdabatur Karka. Iudic. 19.Viri Belial circumpoſiti ad domum.Ezech.26.Circumducta eſt ad me.Gen.19. Viri Sodomæ circumpoſiti ſunt ad domum.& cap.42.Et circumuertebatur ab eis,& flebat.Num.36.Et non circumferatur hæreditas filiorum Iſrael à tribu ad tribum, id eſt, transferatur. Iere.6.Et circumferentur domus eorū ad alios.1. Sam.5. In Gath circumducatē arca dei Iſrael.1.Samu.18.Et circumactus Dauid à facie eius bis.2.Samu.14.Et dixit rex, circumducatur ad domū ſuam, & faciem meam non uideat, & circumductus eſt Abſolom ad domum ſuam.1.Reg.2.Et circūlatum eſt regnum.Pſal.114.Iordanis circumuerſus eſt retrorſum. Prou.26.Ianua circumuoluitur ſuper cardine ſuo. Ezech.41.Et dilatabatur,& circūgyrabatur ſurſum & ſurſum. Habakuk 2. Et circumferetur etiam ad te calix dexteræ Iehoua.

In ſecunda coniugatione סַבֵּב.2.Sam.14.Propter circumuertere faciem loquutionis fecit ſeruus tuus Ioab rem iſtam.

In tertia coniugatione הֵסֵב. 2.Reg.16.Et uelum ſabbathi, quod ædificauerūt in domo,& introitum regis extrinſecum circumduxit in domum Iehoua propter regem Aſſur.2.Paral.13.Et Ierobeam circumduxit inſidias, ut ueniret poſt eos.2.Paralip.35.Et nō circumuertit Ioſiiahu faciem ſuam ab eo.1. Reg.21. Et circumuertit faciem ſuam ad parietem.Exo.13.Et circumduxit arcam Iehoua.1.Paral.10.Et circumtulit regnum ad Dauidem.2.Reg.23. Et circumuertit nomē eius Ieholackim. 2.Paralip.14.Et circumducimus muros.

Participium pręſens מֵסֵב. Iere.21.Ecce ego circumduco uaſa belli. Vel מֵסַב. Cant.1.Cum adhuc rex in accubitu ſuo, id eſt, circulo ſuo, ſcilicet ad menſam. Et pluraliter in ſtatu regiminis מְסִבֵּי. 2. Reg. 23. In ciuitatibus Iehuda,& circuitionibus Ieruſalem. Pſal.140. Caput circumdantium me. Et pluraliter in genere fœminino מְסִבּוֹת. Iob 37.Et ipſe circuitiones mutat in gubernatione ſua.

Participium pręteritū, generis fœminini מֻסַבּוֹת, uel מוּסַבּוֹת. Exo.28.Circumdatos clauſuris auri facies eos.Num.32. Et Nebo & Baal Maon circummutatas nomine.Ezech.41.Et duplicibus ualuis circumuoluebantur ianuæ.

In uoce paſſiua הוּסַב. Ieſa.28. Et rota plauſtri ſuper cimminum circumducetur. Participiū מוּסָב. Ezec.41.Et circūducebaē domus ſurſū & ſurſū, circūcirca domū.

In quadrata coniugatione סוֹבֵב. Pſal. 26. Et circuibo altare tuum Iehoua. Pſal. 32.Acclamationibus ereptionis circumdabis me.Cantic.3.Et circuibo in ciuitate. Iere.31.Fœmina circumdabit uirum.Ionæ 2.Et fluctus circumdedit me.

INDE NOMINA:

סָבִיב Circulus, circuitus, circuitio: ſumitur tamen plerunque aduerbialiter pro circà, circùm, circumcircà, circulariter, circumquaq;.Gen.23. Et omne lignum quod eſt in agro & in omni termino circumquaq;.Exod.16.Et mane erat ſtrata roris circa caſtra. Et accipit nonnunquā à fronte literam mem מִסָּבִיב. Num. 16. Diſcedite à circuitu habitationis Korah.Deut.12. Et quietē dedit uobis ab omnibus inimicis ueſtris undique. Et pluraliter סְבִיבִים, & in ſtatu regiminis סְבִיבֵי. Ieremiæ 33. In terra Beniamin, & in circuitionibus Ieruſalem. Pſalm. 50. Et circumcirca ipſum tempeſtas excitabitur ualida.Pſal.76. Omnes circulares adducent munus timendo.Ieremiæ 46. Quia deuorauit gladius circulares tuos. Et pluraliter in genere fœminino סְבִיבוֹת. Exod.7.Et foderunt omnes Ægyptij circumcircà aquæductum pro aqua.Num.11.Et conſtituit eos circa tabernaculum. Deuter. 21. Et metientur uſq; ad ciuitates, quæ circa interfectum.Ioſue 19.Et omnes uillę, quæ circa

ciuitates illas. 2. Reg. 6. Et ecce mons plenus equis & curribus ignitis circa Eliſeũ. Gen. 35. Et fuit conſternatio Dei ſuper ciuitates, quæ circa eos. Iere. 17. Et de circumiacentibus Ieruſalem.

מֵסַב Circuitus, circulus: & conſtructum uerbo, tranſit in aduerbium. 1. Reg. 6. Omnes parietes circumquaq; rotauit.

סִבָּה Circuito, circulus, reuolutio. Et ut אוֹפָן rota pro cauſa, ſeu occaſione, in qua res circumrotatur, accipitur, ita etiam סִבָּה. 1. Reg. 12. Quia fuit circumuolutio à Iehoua propter confirmare uerbum ſuum.

נְסִבָּה Circuitio, reuolutio, cauſa, ꝑpter quã. 2. Paral. 10. Quia fuit reuolutio ab ipſo deo.

1024 סבא Potando abſumpſit uinũ ſeu ſiceram, hauſit uinum ſeu ſiceram, ſauffen. Differt modo tãtùm ſignificãdi à uerbo שָׁאַב. Ieſ. 56. Et potabimus ſeu hauriemus ſicerã. Participium præſens, quod tamẽ nominaliter uſurpatur סֹבֵא, potator, ſauffer. Deut. 21. Comeſſator & potator eſt. Prou. 23. Potator & comeſſator excutient hæreditate. Mattheus & Lucas reddiderũt Græcè φάγος καὶ οἰνοπότης. Et pluraliter in ſtatu regiminis סֹבְאֵי. Prou. 23. Ne ſis inter potatores uini, inter uoratores carniũ. Participium preteritũ pluralis numeri סְבוּאִים. Nah. 1. Et ſicut ſucco ſuo potati.

INDE NOMEN,

סֹבֶא Potus, ſcilicet uini, uel ſiceræ. Et in ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz. Ieſa. 1. Argentum tuum factum eſt in ſcoriam, & potus tuus mixtus eſt cum aqua. Oſeæ 4. Fœtidus factus eſt potus eorum.

1025 סבא Filius fuit Cuſch, & nepos Ham filij Noach, ſicut legitur Gen. 10. Et filij Cuſch, Seba, & Hauila, & Sabtha, &c. Vnde metropolis ab eo ædificata, adeoq; tota regio, quam nunc potẽtiſſimus princeps Nubianorum prole ac fide Candacis reginæ ſucceſſor tenet, dicta fuit, quẽ hodie Præſtanum, alij Presbyterũ Ioannem uocant. Legitur autẽ Ieſa. 43. Dedi pro propiciatione tui Ægyptũ Æthiopiam & Seba pro te. & Pſal. 72. Reges Scheba & Seba remuneratione adducẽt. Ibi duæ ponuntur dictiones, quę ut prima litera inter ſe differũt, ita quoq; mari Erythræo diſtinctas regiones ſignificant. Prior שְׁבָא, Arabiã felicẽ notat, de qua ſuo in loco. Altera סְבָא cum ס regionem Æthiopiæ, de qua paulò antè dictum eſt. Et pluraliter סְבָאִים, populus ſeu incolæ illius regionis Æthiopiæ. Ieſaiæ 45. Et Sebaim uiri ſtaturæ. Legitur etiam ſcripta uox cametz pro ſeua סָבָאִים, Ezech. 23. Adducuntur Sabaim ex deſerto.

1026 סבך Significat complicationem, intricationem, perplexitatem, ſcilicet lignorum: & congruit ſignificatione cum uoce שבך. Legitur autem in prima coniugatione tantùm participium præteritũ סְבֻכִים. Nahum 1. Dum ſpinæ perplexæ fuerint, & dum irrigatione irrigatæ fuerint.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua יְסֻבָּךְ. Iob 8. Iuxta ſcaturiginẽ, radices eius complicabuntur.

INDE NOMINA:

סְבַךְ Perplexitas. Gen. 22. Et ecce aries retrò apprehẽſus in perplexitate cornibus ſuis.

סְבֹךְ Sicut שְׂבָךְ, perplexum, intricatũ. Et in ſtatu affixi mutat holem in kybutz. Iere. 4. Aſcendit leo de perplexu ſuo.

סְבָךְ Perplexitas. Pſalm. 74. Cognoſcitur quaſi qui adducit ſupernè in perplexitatem ligni ſecures.

סִבְכֵי Perplexitates. Ieſaiæ 9. Et ardebit quaſi in condenſis ſyluæ. & cap. 10. Et amputabit perplexitates ſyluæ ferro.

1027 סבל Portauit, geſtauit, baiulauit, ſcilicet onus impoſitũ. Et congruit ſignificatione cũ בלס. Thren. 3. Et nos iniquitates eorũ portauimus. Ieſ. 53. Et dolores noſtros ipſe portauit eos. Et iterũ: Et iniquitates noſtras ipſe portabit. & cap. 46. Et ego leuabo & ego portabo, & euadere faciã. Et iterum: Et leuabit eum ſuper humerum, portabunt eum, & deponẽt eum in locum ſuum. Gen. 49. Et inclinauit humerum ſuum ad portandum. Quid autẽ diſcriminis ſit inter נָשָׂא & סָבַל, ex locis paulò antè adductis cognoſci poteſt, & in uerbo נָשָׂא ſuprà indicatum eſt.

In

In ſecunda coniugatione legitur participiū præteritū pluralis numeri מְסֻבָּלִים. Pſal.144.Boues noſtri onuſti.

In quarta coniugatione הִסְתַּבֵּל. Eccl. 12. Et onerabitur dorſum, id eſt, dorſum erit gibboſum,ut bruchi.

INDE NOMINA:

סַבָּל Baiulus,portator,geſtator.Nehe.4.Debilitata eſt uirtus baiuli. Sumitur tamen plerunq; abſtractiuè pro onere.1.Regum 8.Portans onus.2.Paral. 2. Septem millia uirorum oneris.

בּוֹלֵס Nomen participiale metatheſi literarum, portator, comportator.Amos 7. Sed armentarius ego,& comportator Sycomororum.

סֵבֶל Onus.1.Reg.11.Præfecit eum omni oneri domus Ioſeph.Nehe.4.Et qui portabāt in onere.Pſal.81.Remoui ab onere humerum eius.

סֹבֶל Onus. Et cum affixis mutat holem in hatephcametz. Ieſ.9.Quia iugum oneris eius.& cap.10.Remouebitur onus eius ab humero eius.

סִבְלוֹת Nomen pluralis numeri tantùm,ſtatus regiminis & affixorum.Exod.6.Educam uos ut non ſitis ſub oneribus Ægypti.& cap.2.Et uidit onera eorum. & cap.5. Vacare feciſtis eos ab operibus ſuis.

סִבֹּלֶת Ephraitæ blęſa lingua proferebant pro שִׁבֹּלֶת, atque ita à Gileaditis deprehende-
1028 bantur eſſe fugitiui:atq; ſignificationem eius uide in שֶׁבֶל.

סָגַד Flexit ſe. Eſtq; uſitatū quoq; uerbum in lingua Chaldaica. Et uoluit fortaſſè eo conſilio hoc uerbo uti propheta, ut ſimul geſtum & ritum gētium ſignificaret. Differt autem ſignificatione ab הִשְׁתַּחֲוָה, quod ſignificat proſterni in faciē. Ieſa.44.Etiam operatur deum & adorat, facit ipſe ſculptile, & flectit ſe illi. Et mox iterum:Et reliquum eius in deum facit pro ſculptili ſuo,flectit illi & adorat, & pre-
1029 ces fundit ad illud.& cap.46.Et faciet illud deum,cui flectant & adorent.

סְגֻלָּה Significat idē Hebręis, quod Latinis propriū ſeu proprietas, ſeu res peculiaris & propria,quæ rara eſt,& cara, ut ſi quis habet ſingularē theſaurum præ aliȷs rebus carū,aut bullam ex collo ſuper pectore pendentē,ut reges,ac principes ſua ſigilla habent,& clynodia,& ſigna quę ſymbola uocant. Poſtea etiā ad alia trāſfert,quę propria ſunt & omniū cariſſima. Ideo Chaldęi paraphraſtes reddiderunt חֲבִיבִין, id eſt cariſſima.Et Gell.lib. 6.cap. 5. dicit ueteribus dictū propriū propitiū, ſicut aurū & argentū purum putū, quod erat purgatiſſimū. 1. Paral. 29. Et inſuper pro bona uolūtate mea erga domū dei eſt mihi propriū ex auro & argento, quod dedi ad domum dei ſeorſum,ſupra omnia decreta mea pro domo ſanctitatis. Malach.3.Et erit mihi ait Iehoua exercituū in die illa, quā facio, propriū, &c. Ezech. 19. Si cuſtodieritis pactū meum, tum eritis mihi proprietas ex omnibus populis, quia mihi eſt terra.Deut.7. Te elegit Iehoua deus tuus ut ſis ei in populū proprietatis ex omnibus populis. Diuus Paulus hanc phraſin imitatus, reddidit Græca uoce περιούσιον ad Titum 2.ſcribēs: Qui dedit ſemetipſum pro nobis ut redimeret nos ab omni iniquitate,& purificaret ſibiȷpſi populum peculiarē,ſectatorem bonorum operū. In ſtatu regiminis סְגֻלַּת. Eccl.2.Collegi mihi quoq; argentū & aurū & proprietatē regū. Et cum affixis סְגֻלָּה. Pſal.135.Quoniā Iacob elegit ſibi Iehoua Iſrael pro proprietate ſua. Eſt & hoc iſto loco notandū, quòd Grammatici Hebręorum nomine סֶגּוֹל uocarunt unum ex punctis uocalibus, à figura: habet enim tria puncta in triangulo cōſtituta, quę referunt bullā auream, qualem reges à collo pendentē geſtant,tribus gemmis aut unionibus triangulariter orna-
tā.Et uidetᷣ etiā non eſſe ſine myſterio trinitatis in diuinis, quā clynodiȷ uice in pe-
1030 ctore noſtro omni tp̄e geſtare oporteat.Sed iſta Cabaliſtis relinquo meditanda.

סְגָנִים Nomē pluralis numeri tantùm, & peregrinū, & à Chaldæis in linguā Hebræā trāſumptū.Et cōgruētiā habere arbitror cū uerbo שְׂגָא, & ſignificare magnates in magiſtratu,ſicut & Beroſus illos ſcribit ſignificare q magni ſunt,& pōtificatu funguntᷣ.Neh.2.Et magnates neſciebāt,quò ego abiȷſſem.& ca.4.Et dixi ad nobiles,& magnates,& ad reliquū populū. & ca.5. Porrò Iudęi & magnates cētū & quin-

quinquaginta uiri.Ieſ.41.Et ambulabit ſuper magnates,ſicut ſuper lutũ.Iere.51.Et
1031 colliſi per te duces & magnates.Ezec.23.Indutos hyacintho, duces & magnates.

סגר Clauſit,concluſit,incluſit:& cõgruit tam ſignificatione,quàm modo ſignificandi cum uerbo סָכַר, niſi quòd dicatur de pluribus rebus. Deinde modo ſignificandi differt à uerbis שָׁבַר & סָחַר. Gen.19.Et ianuã clauſit poſt ſe.Exo.14.Clauſit erga ipſos deſertum.1.Sam.1.Clauſit matricem eius. Iob 3. Quia non clauſit ianuas uentris mei.Iud.4.Et cõcluſit adeps laminam gladij. Pſal. 17. Adipem ſuum clauſerũt. Inde clauſura cordis dicitur,obduratio.Oſeæ 13.Item,Gen.2.Et clauſit carnem pro ea.Pſal.35.Et claude in occurſum perſequentium me.Ioſue 2.Et factum eſt ad claudendum in tenebris.

Participium præſens סֹגֵר. Ieſa.23.Et aperit & non erit claudens. Et in genere fœminino סֹגֶרֶת. Ioſue 1.Et Iericho clauſibilis,& clauſa à facie filiorum Iſrael.

Participium præteritum סָגוּר. Iob 41.Clauſura obſignationis eorum anguſta. Ezec.44.Porta hæc clauſa erit.1.Reg.6.Aperuit ipſum auro clauſo.pro quo 2. Paralip.3.poſitum eſt טָהוֹר,id eſt mũdo. Et ideo arbitror dictum tale aurum, quod igni traditum & concluſum fuit ad purgandũ, uel quod propter bonitatem ſoleat claudi.Dicitur in Iob aurum optimum סְגוֹר, de quo infrà.

In uoce paſſiua נִסְגַּר.1.Sam.23.Quia cõcluſus eſt ingrediẽdo urbẽ.Nu.12.Claudat̃ ſeptẽ diebus extra caſtra,& poſtea recolligat̃,& clauſa eſt Miriã, extra caſtra.

In ſecunda coniugatione סִגֵּר.1.Sam.26.Cõcluſit hodie inimicũ tuũ in manum tuam.2.Sam.18.Qui concluſit uiros,qui leuauerunt manum ſuam contra Suſtentatorem meum regem.Num.12.Includatur ſeptem diebus.

In uoce paſſiua סֻגַּר. Ieſ.24.Clauſa eſt omnis domus.Iere.13.Ciuitates meridie clauſę ſunt.Et iterũ:Includent̃ in carcere.Ezech.3.Includere in medio domus tuę.

In tertia coniugatione הִסְגִּיר. Leuit.14.Et qui ingreſſus fuerit domũ omnibus diebus clauſit eam,immundus erit.Pſal.78.Et animalia eorũ peſte concluſit. Threnorum 2.Concluſit in manũ inimici muros ædium eius.Pſal.78. Et concluſit grandine iumenta eorum.Amos 1.Ad concludendum ipſi Ædom.

INDE NOMINA:

מַסְגֵּר Nomẽ participiale,maſculini generis, clauſor,clauſtrarius, nos fabrum ferrarium uocamus.2.Reg.24.Fabrum lignariũ & clauſtrariũ, ſchloſſer. Iere. 24. Et fabrum lignarium,& clauſtrarium de Ieruſalem. Item peripheria,circumferentia,clauſura,clauſtrum.Ieſa.24.Et claudentur ſuper clauſtro.Pſal.142.Educ de clauſtro animam meam. Et in forma fœminea מִסְגֶּרֶת, clauſura,corona,circumferẽtia.Exo.25.Et facies ei circũferentiam palmæ circũquaq;. Et mox iterum: Et è regione circumferentiæ erunt anuli. Et cum affixis.Exo.25.Et facies coronã auri pro circũferentia eius. Et pluraliter מִסְגְּרוֹת, idq; in ſtatu abſoluto, regiminis & affixorũ. 1.Reg.7.Et quatuor rotæ ſubter circumferentijs. Et iterũ:Circũferentiæ illis,& circumferentiæ inter uectes.Et iterum:Et circumferentiæ earum quadratæ. Mich.7. Sicut reptilia terræ mouebunt ſe à circumferentijs ſuis.

סְגוֹר Clauſura.Oſeæ 13.Et ſcindam clauſurã cordis.Pſal.35. Euacua lanceam,& clauſuram,id eſt ſcutum, quo quis clauditur. quanquam alij malint eſſe Imperatiuũ. Iob 28.Non dabitur clauſura pro ea, neq; ponderabitur argentum pro precio eius. Et ſic dicitur optimum aurum,ut ſuprà.

סוּגַר Clauſura,clauſtrum,cuſtodia.Ezech.19.Et poſuerunt eum in clauſuram.

סַגְרִיר Pluuia uehemens:uox cõpoſita,ſicut עַבְטִיט,denſum lutum.Prou.27. Stillicidium continuum in die pluuiæ magnæ.

1032 סדין Sindon,linteum,linteamen.Prou.31.Sindonẽ facit,& uẽdit.Chaldęus סְדִינָא. Et plur. סְדִינִים. Iud.14.Si inueneritis,dabo uobis triginta Sindões.Ieſ.3.Specula & Sindões.Et ex Euãgeliſtis eius ſignificatio deprehẽdi põt: Mat.27. Mar.14. & 15.

1033 סדר Si literas tranſpoſueris, conuenit uoce cum nomine Latino ſeries. Legitur pluraliter סְדָרִים. Iob 10. Sicut caligo umbræ mortis,& non ſeries, id eſt ulla ſeries,ſeu ordo,ſed omnia confuſa iacent. Item שְׂדֵרוֹת, de quo ſuo in loco.

Locus

מִסְדְּרוֹן Locus in quo eſt ordinata ſedilium diſpoſitio.Iud.4.Et egreſſus eſt Ehud per ordines,& clauſit ianuas ſolarij circa ſe,& obſerauit.Et litera he eſt localis.

1034

סַהַר Rotunditas.Cantic.7.Venter tuus crater rotunditatis.

סֹהַר Rotunditas,circulus,circuitus:& hoc nomine carcer eſt dictus,à figura circulari.Geneſ.39.Miſit eum in domum carceris.

שַׂהֲרֹנִים Bullę in modum lunæ rotundæ, quæ adhibentur ornatus cauſa.Et quidem סִיהֲרָא Chaldæis luna dicitur à rotunditate.Iudic.8.Et tulit lunulas quę erant in collis camelorum illorum.Et mox iterum:Præter lunulas.Ieſa.3.Vittas & lunulas.

1035

סוּג Retroceſſit.Et congruit ſignificatione cum uerbo נָסַג, & contrariæ eſt ſignificationis cum uerbis נָגַשׁ & פָּסַע.Pſal.53.Vniuerſus ille retroceſſit ſimul.pro quo Pſal.14.poſitum eſt uerbum סָר: Et uniuerſus retroceſſit pariter.Pſal.80.Et non retrocedemus à te.

In uoce paſſiua נָסוֹג, retroactus eſt.Pſal.44.Non retroactum eſt cor noſtrum.Pſal.78.Retroacti ſunt,& excurrerunt ſicut patres eorũ.Pſal.35.Pudefient & ignominia afficientur, quærentes animam meam, agentur retrorſum & perfodientur pudore.Ieſaiæ 42.Retroacti & pudefacti ſunt pudore.& cap.50.Retrorſum non actus ſum.Iere.38.Demerſi ſunt in cœnũ pedes mei,acti ſunt retrorſum. Et cum ſin pro ſamech.2.Sam.1.Arcus Ionathan non eſt actus retrorſum.

Participiũ pluralis numeri נְסוֹגִים.Iere.46.Quare uidi ipſi conſternatos, actos retrorſum.Zoph.1.Et retroactos poſt Iehoua.

INDE NOMINA:

סוּג Forma maſculea,retroceſſio,defectio,auerſio.Prouerb.14.De uijs ſuis ſatiabitur retroceſſio cordis, id eſt, auerſus corde. Et in genere fœminino סוּגָה, retroceſſio,receſſus.Cant.7.Venter tuus aceruus triticorum,receſſus in roſas.

סִיג Sordes,quę de metallis igni retrocedit,quam nos ſcoriam appellamus.Ezech.22.Fuerunt mihi domus Iſrael in ſcoriam. Et pluraliter סִיגִים.Pſal.119.Scorias reputaſti omnes improbos terræ.Prouer.25.Aufer ſcorias de argento.Ieſ.1.Argentum

1036 tuum in ſcorias. Et cum affixo:Et conflabo in fornacula ſcorias tuas.

סוּת Verbaliter non eſt uſitatũ in ſacris literis,ſed nomẽ prępoſita litera mem מַסְוֶה, uelum,uelamen.Exo.34.Et poſuit ſuper faciẽ ſuam uelamẽ.Et mox iterũ:Et remouebat uelamen. Paulus 2.Cor.3.reſpiciens in hunc Moſi locũ,uertit κάλυμμα.

1037

סוּךְ Vnctus fuit,perfuſus fuit,neutraliter, niſi regat poſt ſe accuſatiuum: & cõgruit ſignificatione cum uerbis שׂוּךְ סָכַךְ סְכָכָה בָּסַס יָסַךְ מָשַׁח נָסַךְ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepẽt.Deut.28.Oleas habebis in omnibus terminis tuis,& non ungeris ſeu perfunderis.2.Sam.14.Nec ungaris oleo.Ezech.16.Ego laui te aquis,& ablui ſanguines de te,& unxi te oleo.Dan.10.Vngendo non ſum unctus.Ruth 3.Et lauabis,& ungêris.2.Paral.28.Cibauerunt & potauerunt,& unxerunt eos.Mich.6.Tu calcabis oleum,& non ungêris oleo.

INDE NOMEN,

אָסוּךְ Vrceus, lagenula, ſcilicet olei, Lechytus.2.Regum 4.Non eſt ancillæ tuæ domi quicquam niſi uaſculum olei.

סוּס Equus,item grus.Vide in themate סוּס.

1038

סוּף Defecit,ceſſauit,finijt:congruit ſignificatione cum uerbis סָפָה & אָסַף, niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant,& ſignificationẽ utrunq; contrariam habet uerbo יָסַף.Eſther 9.Memoria eorũ ceſſet à ſemine eorũ.Pſal.73.Defecerunt, conſumpti ſunt præ terroribus.Ieſa.66.Comedentes carnem ſuillam,& abominationem & murem,deficiant.Amos 3.Et deficient domus plurimæ.

In tertia coniugatione הֵסִיף.Iere.8.Colligendo deficere faciam eos, ait Iehoua, ut non ſint botri in uite.Zoph.1.Colligendo deficere faciam eos à ſuperficie terræ.Et mox iterum:Deficere faciam homines,deficere faciam uolatilia cœli.

INDE

INDE NOMINA:

סוֹף Finis,terminus,ultimum.2.Paralip.20.Et inuenietis eos in fine torrentis è regione deſerti Ieruel.Eccl.3.Opus quod fecit deus ab initio uſq; ad finem.Ioelis 2.Faciem eius uertet ad mare orientale,& finē eius ad mare poſterius,id eſt,extremum eius.

סוּף Quoddā genus iunci,creſcentis in extremitate fluminis,& maris:eſtq; nomen collectiuum.Exo.2.Expoſuitq; in iuncetum iuxta ripam riui.Et mox iterum:Et uidit arculam in medio iunceti.Ieſa.19.Arundinetum & iuncetum ſuccidentur.Ionę 2. Iuncetū erat faſcia capiti meo. Inde mare illud, quod alij Rubrū, alij Erythræum à rege Erythræo cognominant,& populus Iſraeliticus ſicco pede pertranſiuit, יַם סוּף mare iunci ſcriptura ſacra uocat, quòd magna copia iuncorum in eo naſcitur. Et quidē Herodotus Ægyptios ſua nauigia ex iūco fabrefacere ſcribit lib.2. Loci uerò ſcripturæ in quibus legitur, ſunt Num. 21. Et profecti ſunt de Hor monte, uia maris iuncoſi,ut circuirent terram Ædom.& Pſal.136.Et excuſſit Pharaonem, & exercitum eius in mare iuncoſum.

סוּפָה Turbo,tempeſtas: inde nomē habens, quòd uel obruendo aufert & abſumit, uel ut uentus iuncetū,ita ſimiliter arenam aut rem aliam inde aufert. Num.21. A rupe in turbine expoſita.Iob 21.Et ſicut palea quam ſurripit turbo.Prouerb.1.Et interitus ueſter,uelut turbo ueniet.Ieſ.17.Et ſicut globus ante turbinem. Amos 1. In die turbinis. Et pluraliter סוּפוֹת. Ieſaiæ 21.Sicut turbines in plaga meridionali.

סוּפָתָה Turbo,tempeſtas.Oſeæ 8. Ventum ſeminauerunt,& turbinem metent.

סַף Etſi ad formam סָפַף potiùs referendum erat hoc nomen,quia tamen in illa forma uerbaliter non reperitur, & ſignificatione hanc formam refert, malui huc adſcribere. Significat autē primò limen. Et ut Latinis nomē habet à limitādo, id eſt, terminando,ita ueriſimile eſt Hebræis etiā dici à סוּף. Chaldæus uertit סִפָּא. Iud. 19.Et ecce mulier illa, concubina eius ceciderat ad ianuam domus, & manus eius ſuper limen.1.Reg.14.Ipſa autem ingrediente per limē domus,mortuus eſt puer.

Sumitur tamē quandoq; pro poſte.Ezech.40.Et ueniens ad portā,quę reſpicit uiam Orientalē, & aſcēdit in gradibus eius & mēſus eſt limen portæ calamo uno & limen alterum calamo uno in latitudine. Zoph.2.Coruus in limine morabitur.

Et in ſtatu affixi mutat pathah in hirik,daggeſſata litera. Ezech. 43.In ponēdo eos limen ſuum iuxta limen meum. Et pluraliter סִפִּים, liminaria.1.Paral.9. Cuſtodes liminarium ad tabernaculum.Et mox iterum: Omnes iſti Electi in portarios in liminaribus erant ducenti & duodecim.2.Paral.3.Operuit domum,ſcilicet trabes liminariū,& parietes eius, & ianuas eius auro. & cap.23. Vt ſint portitores liminarium.Ieſ.6.Et commouebantur poſtes liminarium à uoce clamātis. Amos 9.Percute capitellum ut commoueantur liminaria.

INDE VERBVM,

הִסְתּוֹפֵף Id eſt,ad limē ſedit,ſeu ſtetit.Pſal.84.Malo ad limen ſtare in domo dei mei, quàm habitare in tabernaculis improbitatis. Secundò, nomen סַף ſignificat generaliter phialā,ſeu peluim,ſeu aliquod uas, ſicut & Chaldæus quoq; generaliter tranſtulit.Exo.12.Accipite faſciculum Eſopi,& tingite in ſanguine,qui fuerit in phiala,& aſpergite ad poſtes. Zach.12.Ponam Ieruſalem phialam titubationis omnibus populis. Legitur tamen in reliquis ſcripturæ locis collectiuè poſitū pro uaſis ſacris, quæ repoſita erant,& cuſtodita in liminaribus templi à ſacerdotibus & Leuitis:unde etiā appellationē habere arbitror,q.d. liminaria. Et quando nomini שֹׁמֵר apponitur,tum Chaldæus utrunq; una uoce אֲמַרְכָּלָא trāſtulit,id eſt,theſaurarius.Iere.35. Et quæ erat ſupra exedram Maeſeiahu filij Sallum cuſtodis uaſorū. 2.Reg.12.Et poſuerunt illuc ſacerdotes cuſtodes uaſorum omne argentū allatum ad domū Iehoua.& cap.23.Præcepit rex Hiskiæ ſacerdoti magno,ſacerdotibusq; ſecundi ordinis,& cuſtodibus uaſorum,ut efferrēt è templo Iehoua uaſa facta ipſi Baal.Eſther 2.Duo Eunuchi regis ex cuſtodibus uaſorū. Legitur tamē pluraliter forma fœminea,ad differentiā ſuperioris סִפּוֹת. 1.Reg.7. Phialas, emunctoria. & cap.12.Nō autē fiebant pro domo Iehoua phialæ argēteæ. Et ſemel ſcriptum legitur

1039 legitur cum pathah סַפּוֹת. 2.Sam.17. Et phialas & uaſa figuli.

סוּר Congruit ſignificatione cũ uerbo סָרַר, & cõtrariæ ſignificationis eſt uerbis אָסַר & מָסַר & יָסַר: ut enim hęc conſtructionẽ, ligationem, cohibitionem, diſciplinam ſignificant, ita סוּר cõtrario modo laxationem, motũ prolõgationis, & licentiam: ſignificatq́ generaliter cedere, uertere ſe, ferri: ac iuxta conſtructionem licebit per eorum compoſita uertere. Primò, quando abſolutè ponitur, licebit commodè uertere uerbo diſcedendi. Exod.3. Diſcedam nunc, & uidebo uiſionem hanc magnam. Et mox iterum: Et uidit Iehoua quòd diſceſſiſſet ad uidendum. Deut.11. Cauete uobis ne ſeducatur cor ueſtrũ, & diſcedatis, & ſeruiatis dijs alienis. & cap.17. Non multiplicet ſibi uxores, ne diſcedat cor eius. 2.Reg.22. Non diſceſſit, neq́ ad dextram, neq́ ad ſiniſtram. 1.Reg.15. Et excelſa nõ ſunt ſublata. Oſeę 4. Ablata eſt potatio eorum. Amos 6. Et auferetur compotatio luxuriantium. Secundò, cum אֶל importante motum ad locum. Gen.19. Diuertite obſecro ad domum ſerui ueſtri. Iudic.4. Diuerte ſuſtentator mi, diuerte ad me, ne timeas. Tertiò, cum præpoſitione ſimplici mem, importante motum à loco. Gen.49. Non diſcedet ſceptrum de Iehuda. Leuit.13. Si diſceſſerit plaga ab eis. 2.Paral.8. Et non diſceſſerunt à mandato regis. Et Oſeæ 9. ſcriptum legitur cum ſin pro ſamech: Væ etiam eis, ſi diſceſſero ego ab eis. Quartò, cum præpoſitione mem compoſita מֵעַל. Numeri 12. Sed & nubes diſceſſit deſuper tabernaculo. Quintò, cũ præpoſitione mem compoſita cum עִם, ut מֵעִם. 1.Sam.16. Porrò ſpiritus Iehoua diſceſſit à Saule, id eſt, ne eſſet cum Saule. Sextò, cum אַחֲרֵי. 2.Samu.22. Diſcede tu poſt me.

Septimò, quando conſtruitur cum præpoſitione beth, tum ſignificat aduerſationem. Oſeæ 7. Conuerſi ſunt in me, id eſt, aduerſati ſunt mihi.

Participium præſens pluralis numeri ſtatus regiminis סָרֵי. Iere. 6. Vniuerſi illi peruerſi peruerſorum, id eſt, ſunt peruerſiſſimi. Et in genere fœminino סָרָה. Prouerb.11. Monile aureum in naſo ſuis, mulier uenuſta & peruerſa moribus.

Participium præteritum pluralis numeri maſculini generis cum affixo סוּרַי. Ieremiæ 17. Abducti mei in terra ſcribentur. Et in genere fœminino סוּרָה. Ieſ.49. Ego autem ſterilis & ſolitaria, exul & abducta, ſeu uaga.

In ſecunda coniugatione סוֹרֵר. Thren.3. Vias meas peruertit.

In tertia coniugatione uoce actiua הֵסִיר, diſcedere fecit, id eſt, abſtulit. Et regit ſemper poſt ſe accuſatiuũ. Gen.8. Et abſtulit Noach tegumentũ arcæ. & cap.41. Et abſtulit Pharao annulum ſuũ de manu ſua. Ex.34. Auferebat uelamen donec egrederetur. Leu.1. Et auferet ueſicã eius. Gen.48. Vt transferret eam de capite Ephraim ſuper caput Manaſſe. Deu.7. Si ſeduxerit filium tuum, ne ſequatur me. Gen.38. Et abſtulit ueſtes uiduitatis ſuæ à ſe, & operuit ſe peplo. 1.Sam.28. Et Saul abſtulerat Pythones. Exod.23. Et auferam ægritudinem de medio tui. Ioſue 11. Sic fecit Ioſua, neq́ diſcedere fecit uerbum ullum de cunctis, quæ mãndauerat Iehoua Moſi.

Participium præſens מֵסִיר. Iob 12. Qui aufert labium à fidelibus.

Participium præteritum מוּסָר. Leuit.4. Omnem adipẽ eius auferet ſicut auferri ſolet adeps de ſacrificio. Et mox iterum: Et omnem adipem eius auferet, ſicut auferri ſolet adeps agni. Dan.12. Et à tẽpore quo ablatũ eſt iuge, ſcilicet ſacrificium.

INDE NOMINA:

סָרָה ἀποστασία, auerſio, auerſatio, diſceſſio, ſcilicet inconceſſa ſeu illicita, inobedientia, rebellio, cõtumacia. Deut.13. Propheta ille, aut ſomniator ſomniorũ occidi debet, eò q́ loquutus eſt auerſionem cõtra Iehoua deum ueſtrum, id eſt, peruerſum dogma. & cap.19. Si ſurrexerit teſtis iniuriæ contra aliquem, ut reſpõdeat cõtra ipſum auerſionem. Ieſaiæ 1. Cum adijcitis auerſionem. & cap.14. Plaga abſq́ auerſione, id eſt, quæ non poteſt auerti. & cap.31. Reuertimini ab ea, qua demerſi ſunt auerſione filij Iſrael. Item cap.49. Loquendo calumniam & auerſionem. Iere.28. Eò q́ auerſionem loquutus es contra Iehoua.

סוּרֵי Nomen pluralis numeri tantùm. Ieremiæ 2. Et quomodo conuerſa es mihi in auerſiones uitis alienæ, id eſt, talem uitẽ, quæ à natura ſua genuina, gratia & ſapore re-

 ceſſit

ceſſet ac degenerauit:uel, à qua me auerto,quam abhorreo,& auerſor.

סוּר Nomen portæ in templo Hieroſolymitano. 2.Reg.11. Et tertia pars in porta Sur.

סִרָה Nomen putei non procul ab Hebron.2.Sam.3. Et reduxerunt eum de puteo Sira.

סִיר Olla,uas quod à foco poteſt amoueri. Chaldæus דּוּדָא. Exod.16. Cùm ſederemus ad ollam carnis.2.Reg.4.Pone ad focum ollam magnam.Ierem.1.Ollam ebullientem ego uideo. Ezech.24. Væ ciuitati ſanguinum, ollæ in qua aduſtio, quæ aduſtio non recedit ab ea. Et pluraliter. Exod.27. Facies etiam ollas pro cineribus. 1.Reg.7.Ollas quoq; & palas.Pſal.58.Priuſquàm intelligēt ollę ueſtræ rhamnum, id eſt, ſentient calorem rhamni ardentis ſub ſe. quanquam multi ſic interpretentur: Antequam ſentient ſpinæ ueſtræ rhamnum adhuc in uiriditate, ſic furor crepando conſumet eum.

סִירִים Nomen pluralis numeri tantùm,ſpinæ quæ remouentur.Eccl.7.Quaſi eſt ſonitus ſpinarum ſub olla, ita riſus eſt ſtulti. Ieſaiæ 34. Et aſcendent in palatijs eius ſpinæ. Nahum 1. Quoniam uſq; ad ſpinas perplexas, & quando ſunt in uiriditate ſua abſumuntur quaſi ſtipula ariditate plena. Dicuntur etiam iſto nomine inſtrumenta,quibus capiuntur piſces in modum ſpinæ formata.Amos 4.Et leuabit uos contis, & poſteros ueſtros ſpinis piſcationis. Et Iob 40. uſus eſt ſimili phraſi, nomine חוֹחַ: Spina perforabis maxillam eius.

סוּת Operimentum,tegumentum,uelum,uelamen,pallium.Refer ad ſuum thema כָּסָה.

1040

סָחַב Traxit,detraxit:& ſignificatione cōgruit cum uerbis סָחַף שָׁחַף סָחָה שָׁחָה, niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant. 2.Sam.17.Feret omnis Iſrael funes & trahemus eam uſq; ad torrentem. Ierem.49. Niſi traxerint eos paruuli ouium.& cap.15.Et canes ad trahendum.& cap.22. Sepultura aſini ſepelietur, trahendo & abijciendo.

INDE NOMEN,

סְחָבוֹת Nomen adiectiuum generis fœminini. Iere.38. Et tulit inde pannos detractos. Et mox iterum:Pone nunc pannos detractos.

1041

סָחָה Purgauit,ſcilicet ſcopis,aut alio inſtrumento. Congruit ſignificatione cum uerbo כָּסָה, niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Ezech.26. Et demolientur muros Tyri, & diruent turres eius, & purgabo puluerem eius ab ea, ponamq; eam in ſiccam petram.

INDE NOMINA:

סְחִי Purgamentum, luſtramentum. Thren.3. Purgamentum & reiectamenta poſuiſti nos. Hanc phraſin Paulus ad ſe accommodando reddidit hoc nomen περίψημα, quod puluerem aut aliud quippiā,quod abſtergitur(περιψᾶν enim eſt abſtergere) ſignificat:quare purgamentum uertere licet 1.Corin.4. Conuicijs affecti obſecramus,ueluti reiectamēta mūdi facti ſumus,omniū περίψημα, id eſt,purgamentum.

סוּחָה Purgamentum, cœnum, quod purgari ſolet. Ieſ.5. Et factum eſt cadauer ipſorum purgamentum in medio platearum.

1042

סָחַף Traxit,detraxit:cōgruit ſignificatione cum uerbis שָׁחָה & סָחָה שָׁחַף סָחַב, niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant. Legitur ex eo participium præſens סֹחֵף. Prouer. 28. Vir pauper & iniuria afficiens exhauſtos,eſt pluuia detrahens,ut non ſit panis.

In uoce paſſiua נִסְחַף.Ieremię 46.Quare detractus eſt fortis tuus,nec ſtetit:quia Iehoua impulit eum.

INDE NOMEN,

סְפִיחִים Trahentia, metatheſi facta literarum. Iob 14. Et diluent trahentia eius puluerem terræ. ubi de pluuia decidente ſuper terram, & ſimul detrahente loquitur. Vide uerbum סָחַף.

1043

סָחַר Circuiuit,circumgyrauit,circulauit in loco aliquo aut terra. Et differt modo tantùm ſignificādi à uerbis סָרָה שָׁבַר סָבַר סָבַב. Iere.14.Quia tam propheta,quàm ſacerdos circuierunt terrā. Et quia merces de loco in locū circūquaq; circūferuntur à nego-

negociatoribus,ideo Hebręis hoc uerbũ idem ſignificat,quod Latinis negociari, id eſt,circuimire mercatũ,uel circumferre merces.Gen.34.Et terra ipſa erit coram uobis,habitate & circuite eam.Et iterum:Et habitabit in ea & circumeunt eam.

Participiũ præſens,ſeu potiùs nomen participiale סֹחֵר, de quo infrà in nomine.

In ſecunda coniugatione,forma geminata סְחַרְחַר. Pſal.38.Cor meum circuiuit, deſeruit me uirtus mea.

INDE NOMINA:

סֹחֵר Nomen participiale,circulator,circumforaneus. Et hoc nomine Hebręi negociatorem uocant.Gen.23.Argẽti tranſeuntis ad negociatorem.Prou.31. Fuit ſicut naues mercatoris. Et pluraliter סֹחֲרִים. Gen.37. Et prætereierunt Midianitæ mercatores.Ezech.27. Mercatores in populis ſibilauerunt ſuper te. In ſtatu regiminis & affixorum סֹחֲרֵי. 2.Paral.1.Et è Cheue mercatores regis.Ezech.38.Et mercatores Tharſis.Ieſa.23.Mercatores eius principes. Et in genere fœminino סֹחֶרֶת. Ezech.27.Syria negociatrix tua.

סַחַר Circulatio,negotiatio. Et in ſtatu regiminis סְחַר. Ieſa.23.Et fuit negociatio Gentium.Prou.3.Præ negociatione argenti.

סַחַר Circulatio,negociatio. Et legitur tantùm cum affixis.Ieſa.23.Et erit negociatio eius.Prou.3. Melior negociatio eius.

מִסְחָר Circulatio,negociatio.1.Regum 10.Præter uiros indagationis & negociationem negociatorum.

סֹחֵרָה Clypeus ſeu ſcutum rotundum,rotella.Pſal.91.Clypeus & rotella ueritas tua.

סֹחָרֶת Nomen lapidis precioſi,quo uſi ſunt pauimentis ſternendis,à rotunditate,& à for-
1044 ma ſcutellata.Eſther 1.Et marmore,& Dario & Sochereth.

סָחִישׁ Sua ſponte naſcens.2.Reg.19. Et in anno ſecundo ſpontè naſcens.pro quo Ieſaias cap.31.uertit שָׁחִיס.

1045

סית Legitur tantùm in tertia coniugatione הֵסִית: congruitq́ȝ ſignificatione cũ uerbis נָשָׂא & נָסָה, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe differant. Significat enim ſubleuare, eleuare, euehere uel uerbo uel facto. Hieronymus uertit uerbo incitauit:licebit quoq́ȝ uertere concitare,exuſcitare,extimulare. Deuter.13. Si extimulauerit te frater tuus,&c.dicendo,abeamus,& ſeruiamus dijs alijs,id eſt, auffreden. Ioſue 15. Et extimulauit eum ut peteret à patre eius agrum. 1.Sam. 26. Si Iehoua extimulauit te contra me.2.Sam.1.Et extimulauit Dauidem in eos.2.Paral.18.Et eleuauit eos deus ab eo. Iob 36. Atque etiam eleuauit te ex ore anguſtiæ amplo.Et mox iterum:Et ardor ne eleuet te ad ſufficientiam.

INDE NOMINA CONTRARIAE ſignificationis.

סוּת Operimentum,uelum,uelamen,pallium.Gen.20.Ecce hoc tibi quaſi uelamẽ oculorum erga omnes qui tecũ ſunt.& cap.49. Et in ſanguine uuæ, palliũ ſuũ lauabit.

סְתָו Literarum mutatione & tranſpoſitione,hyems, tempus hyemale, quo terra operitur gelu & niuibus.Can.2.Ecce hyems præterijt,& imber mutatus eſt, abijtq́ȝ ſibi. Et alibi non inuenitur,niſi ꝙ Chaldæus Gen.8. pro חֹרֶף tranſtulit סִיתְוָא.

1046

סכך Abſcondit,operuit ſuperponendo aliquid: congruitq́ȝ ſignificatione cum uerbis סָכַךְ שׂוּךְ סוּךְ סְכָכָה כָּסָה יָסַךְ מָסַךְ & נָסַךְ, niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificandi tantùm inter ſe diſcrepent.Exo.33. Et operiã manum meã ſuper te donec tranſeam.ubi tamen cum ſin ſiniſtro eſt ſcriptum.& cap.40.Et obducas ante arcã,uelũ. 1.Reg.8.Et operiebant Cherybim arcã,& uectes eius ſupernè. Thren. 3. Abſconditus es in ira,& perſecutus es nos.Et mox iterum: Abſconſionem poſuiſti in nube tibi,ne tranſiret oratio. Pſ.140. Operimentum poſuiſti capiti meo in die prælij.

In tertia coniugatione הֵסַךְ. Iudi.4.Fortè ipſe abſcondet pedes ſuos. 1.Sam.24. Et ibi erat ſpelunca,ingreſſuſq́ȝ eam Saul,ut tegeret pedes ſuos. Dicit autem ſcriptura uerecundè,uelare pedes,qui ſeſe exonerant,ſumpta loquẽdi figura à Iudęo-

rum cacantium geſtu,qui cùm uentrem leuare uolunt,procumbendo in genua pedes ueſtitu tegunt.Iob 3. Et operuit deus ante eū.& cap.38.Et concluſa duabus ualuis mare. Loquitur autē de mulieris clauſtris, per quę moles aquarum partus tempore tanq; mare erūpit.Pſal.5.Læti erunt omnes,qui in te ſperant, perpetuò exultabunt,& teges ſuper eos,i.proteges eos.Pſal.91.Ala ſua proteget te.2.Sam.12.Et ſurrexit Dauid à terra,& lauit & unxit,mutauitq; ueſtitum.

INDE NOMINA:

סֹכֵךְ Nomen participiale,abſconſio,protectio,tegumentum,protectorium,munimentum,munitio.Ezech.28.Tu es Cherub unctionis protectionis. Et mox iterum:Et auferam te Cherub protectionis è medio lapidum ignis. Nahum 2. Feſtinabūt ad murum,& parabunt munitionem. Et pluraliter סֹכְכִים. Exo.25.Cherubim protegentes alas ſuas ſuper propiciatorium.

סֻכָּה Tegumentum,tectoriū,abſconſio,latibulū,tuguriolum.Iob 27. Et ſicut tugurium facit cuſtos.Ieſa.1.Filia Zion ſicut tuguriolum in uinea. Ionæ 4. Et egreſſus Ionas fecit ſibi tuguriolum. Scribitur tamen bis cū holem סֹכֹה: Pſa.10.Inſidiatur clàm ſicut leo in latibulo.& Pſal.27.Abſcōdet me in tabernaculo in die malo.quanquā multi dicant eſſe affixū tertiæ perſonæ maſculini generis. Et in ſtatu regiminis סֻכַּת. Amos 9.Erigam tabernaculū Dauid,quod ceciderat. Et in ſtatu affixorum interdum abijcit literā he.Pſal.76.Et fuit Salem tabernaculū eius.Iere.25.Reliquit ſicut leunculus tugurium ſuum. Et cum ſin pro ſamech.Thren.2.Tugurium eius. Interdū mutat he in thau.Pſ.18.In circuitu ſuo tabernaculū eius. Et pluraliter סֻכּוֹת. Gen.33.Et Iacob profectus eſt in Syccoth,& ædificauit ibi domū & pecoribus ſuis tabernacula:ideo uocauit nomē loci Syccoth. Leui.23.In tabernaculis habitare feci filios Iſrael. Et ibidem iterum: Feſtum tabernaculorū ſeptē diebus ipſi Iehouæ:quod Græci uerterunt σκηνοπηγίαν, ſicut etiā Ioannes Euangeliſta cap.7.

מְסֻכָּה Tegumentum,operimentū.Ezech.28.Omnis lapis precioſus, operimentū tuum.

סִכּוּת Nomen idoli, cuius fit mentio Amos 5. Et geſtabatis Syccoth deum ueſtrum, & Kiun imaginem ueſtram,&c. Hunc locum diuus Stephanus ex propheta in hiſtoria ſua Act.7.his uerbis allegauit: Suſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſydus dei ueſtri Remphan,&c.

מָסָךְ Velum,tegumētum. Et in ſtatu regiminis mutat alterū cametz in pathah,prius autem perpetuò ſeruat: unde colligit Rabi Helias ab hoc uerbo geminato deductum.2.Sam.17.Et tulit mulier,& poſuit operculum ſuper faciem putei.Pſ.105. Et extendit nubem pro operimento. Ieſ.22. Et reuelabitur abſconditū repoſitorium, id eſt,theſaurus Iudæ,Exod.26.Et facies uelū pro ianua tabernaculi de hyacintho, purpura,cocco,& byſſo retorta. Et hoc ſanè aliud fuit uelum q; פרכת,cuius paulò ante Moſes mētionē fecerat,ſicut ex hoc textu clariſſimè cernere licet. Erāt nanq; duo uela in tabernaculo,quæ etſi quod ad materiam,formā,& quātitatem attinet, ab inuicem nihil differrent, tamen פרכת tantùm à quatuor colūnis pendebat, quarum capitella erant aurea, & baſes argenteæ: at מָסָךְ à quinq; columnis, quorum quidem capitella erant aurea,ſed baſes non erant argenteæ,ut prioris,ſed æreæ.Et prius erat obtentum inter Sanctumſanctorū,& ſanctum,ſed poſterius,ſ. מָסָךְ erat ianuæ uice & claudebat ſanctum: quod autor epiſtolæ ad Hebræos cap.9. uocat uelum ſecundum. Porrò Exo.27.& 38.& 40.etiā de tertio מָסָךְ legitur,quod fuit uice ianuæ atrij,hoc eſt tertiæ tabernaculi partis,quod ſimiliter ex eadem materia, & ijſdē coloribus conſtabat,quibus priora duo,& pendebat à quatuor columnis, quarum capitella erant argentea,& baſes æreę. Vt rectè igitur diſtinguas,nec confundaris:Primū & intimum dicitur à Moſe פָּרֹכֶת, & aliquādo פָּרֹכֶת הַמָּסָךְ. Alterum,uidelicet medium,quod autor epiſtolę ad Hebræos ſecundum uelum uocat, dicit à Moſe מָסַךְ פֶּתַח לְפֶתַח הַמִּשְׁכָּן, id eſt uelū ianuæ pro ianua habitaculi, uel etiam מָסַךְ לְפֶתַח הָאֹהֶל, Exo.36.Tertium uocat Moſes מָסַךְ שַׁעַר הֶחָצֵר, uelum portæ atrij. Aaron & filij eius cùm caſtra mouenda erant, primum uelum inuoluta in eo arca teſtimonij portabant,reliqua duo Gerſonitæ geſtabant.

Impli-

1047 סִבֵּךְ Implicuit, cõmiſcuit inſtat uepriũ, ut ſ. mutuò ſe pungãt, & lædant. Et congruit ſignificatione cũ uerbis סוּךְ, שׂוֹךְ, סָבַךְ, פָּסַס, יָסַךְ, מָסַךְ, נָסַךְ, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Ieſa. 9. Et inimicos eius commiſcebit, ut ſ. mutuò ſeſe pungant & lædant. & cap. 19. Et commiſcebo Ægyptios contra Ægyptios, & bella gerent frater cõtra fratrem. Hanc phraſin Chriſtus ſeruator noſter imitatus eſt Lucæ 21. Inſurget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum, &c.

INDE NOMEN,

סְךְ Commixtio, denſitas, frequentia, copia, crebritudo. Pſal. 42. Quãdo tranſibo cum frequentia.

1048 סכל In prima coniugatione nõ eſt uſitatũ, niſi in uoce נִסְכַּל, id eſt, incõſtans animo, inconſiderans, ignauus fuit, inconſtanter, incõſideratè, ignauiter egit. Et ut literarũ tantùm tranſpoſitione à כסל, ita modo ſolũ ſignificãdi parũ uariat. Et rurſus licet tã forma literarũ, ꝙ pronunciatione nõ multùm à שָׂכַל differat, tamẽ ſignificatione ei omnino eſt contrariũ, qđ conſtantiã, ſtrenuitatẽ, & perſeuerantiã in negocio ſibi perficiẽdo notat. 1. Sam. 13. Et dixit Samuel ad Saulem, Inconſtans fuiſti, i. ignauus, nõ cuſtodiuiſti mandatũ Iehoua dei tui, qđ mãdaui tibi, ideo cõfirmauit Iehoua regnum tuum ad Iſrael. 2. Sa. 24. Et dixit Dauid ad Iehoua, erraui ualde in hoc quod feci, & nunc Iehoua aufer à me obſecro iniquitatẽ ſerui tui, quoniã incõſtanter egi ualde. 2. Sam. 16. Fiduciã habuiſti in rege Syriæ, & non potiùs innixus es ſuper Iehoua deo tuo, ideo liberatus eſt exercitus regis Syriȩ de manu tua, nónne Æthiopes & Lybij habuerũt ualidiſſimũ exercitũ in curribus & equitibus plurimis, ſed innitebaris tu ſuper Iehoua: tradidit ille eos in manũ tuã, quoniã Iehoua oculi circumeũt per uniuerſam terram, ut cõfortentur, qui erga eũ ſunt corde perfecto: tu autem inconſtanter egiſti ſuper hoc, ideo amodo erunt contra te bella.

In ſecũda cõiugatione סַכֵּל. 2. Sa. 15. Fac incõſtans ſeu inſtabile cõſiliũ Achithophel. Ieſ. 44. Qui conuertit ſapiẽtes retrorſum, & ſcientiã ipſorũ inconſtantẽ facit.

In tertia cõiugatione הִסְכִּיל. Gen. 31. Ego dimiſiſſem te cum gaudio, & cum canticis, & cũ tympano, & cithara, neꝗ permiſiſti oſculari filios meos, & filias meas, incõſideratè feciſti agendo. 1. Sam. 26. Et dixit Saul, erraui, reuertere fili mi Dauid, eò quòd anima mea precioſa fuerit hodie in oculis tuis, ecce inconſideratè egi, & erraui multùm ualdè.

INDE NOMINA:

סָכָל Inconſtans animi, inſtabilis, incõſiderans, inaccuratus, ſocors, ignauus, qui ad rem ſuam non eſt attentus, nec in adminiſtratione ſeu officio ſibi demandato conſtãs eſt, & perſeuerans, & gnauus, ſed remiſſus. Eccl. 2. Quis ſcit utrùm ſapiẽs ſit aut incõſiderãs, qui dominaturus eſt ſuper labores meos. & cap. 7. Ne ſis inquietus multùm, neꝗ ſis ignauus. Ierem. 5. Audi nunc iſtud popule ignaue, ſine corde, cui ſunt oculi & non uidet, & aures nec tamen audit. Et pluraliter סְכָלִים. Ier. 4. Quoniam ſtultus eſt populus meus, me nõ cognouerũt, filij ignaui, & non intelligẽtes ſunt.

סֶכֶל Inconſtantia, inſtabilitas, ignauia. Eccl. 10. Datur ignauia inter ſublimes plurimos.

סִכְלוּת Inconſtantia, inſtabilitas, ignauia, ſocordia in rebus agendis. Eccl. 2. Deliberaui in corde meo ut abſtraherem à uino carnem meam, & cor meum aſſuefacerem ad ſapientiam & deprehenderem ignauiam. Et mox iterum: Vidi ego ſapientiam præſtantiorem eſſe ignauia, ſicut præſtãtior eſt lux obſcuritate. & cap. 7. Verti me ego & cor meum ut cognoſcerem, & explorarem, & exquirerem ſapientiam, & arithmeticam, & ut cognoſcerẽ iniquietudinem, ignauiam & glorias. & cap. 10. Precioſior quàm ſapientia, & gloria, eſt ignauia.

1049 סכן Congruebat, conueniebat, conferebat, conducebat, fuit uſui, profuit. Significatione cõgruit cum uerbis נסך & שָׁכַן כָּנַס, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe nonnihil uarient. Iob 15. Arguet uerbo, quod non conferet. & cap. 22. Num deo conferet Gigas, aut conferet apud ipſum prudens. cap. 34. Non cõferet uiro, ſi in gratia ipſe cum deo. & cap. 35. Quid conferet tibi.

Participium prȩſens סֹכֵן. Ieſ. 22. Vade, ingredere ad apothecariũ illiũ Sebna, qui

eſt ſuper domum. Et in genere fœminino סֹכֶנֶת, adhabitatrix, conſuetudinaria, quæ eſt iuxtà, & prębet & cõfert, & eſt uſui. 1. Reg. 1. Et ſit illi cõſuetudinaria & iaceat in ſinu tuo, ut calefiat ſuſtẽtatori meo regi. Et mox iterum: Erat autem puella illa pulchra ualde, & facta eſt regi conſuetudinaria, & miniſtrauit ei, at rex non cognouit eam. In uoce paſſiua יִסָּכֵן. Eccl. 10. Transferẽs lapides dolore afficietur in eis, & findens ligna aſpergetur cum eis, id eſt, aſperſione eorum læditur.

In ſecũda coniugatione legitur participiũ præteritum, maſculini generis מְסֻכָּן, adcollectus, theſaurizatus, ſ. olim, ſed iam non amplius: atq; idẽ eſt quod decõgregatus, decollectus, detheſaurizatus, hoc eſt, penurioſus, ſine penu & facultatibus, qui nihil habet bonorum ad ſe pertinens: & eſt nomen priuatiuum. Ieſa. 40. Penurioſi leuanda eſt lignum, quod non putrefiet.

In tertia coniugatione הִסְכַּנְתִּי. Num. 22. An non ego ſum aſina tua, qua uectus es ſuper me tandiu uſq; in diem hunc, an cõſueſcendo cõſueui facere tibi ita. Iob 22. Aſſueſce cum illo, & ſis pacificus. Pſal. 139. Et omnes uias meas conſuetas habes.

INDE NOMINA:

מִסְכְּנוֹת Granaria, apothecę, penus qui ad uſum familiarem, & ad manũ parati ſunt, promptuaria. 2. Paral. 16. Et omnes penus in ciuitatibus Nephtali. 2. Paralip. 32. Et penus pro prouentibus frumenti, & muſti & olei. Exo. 1. Et ædificauit ciuitates penuum Pharaoni. 1. Reg. 9. Et omnes ciuitates penuum, quæ fuerunt Salomoni.

מִסְכֵּן Inops, qui eſt ſine penu, penurioſus, cui deeſt quod ad uitæ uſum attinet, & nihil in promptu habet. Eccleſ. 4. Melior eſt natus penurioſus & ſapiens, quàm rex ſenex & ſtultus. cap. 9. Inuenitur in ea uir penurioſus ſapiẽs, & euadere facit ciuitatẽ in ſapientia ſua, & homo non recordatur uirum illum penurioſum: Et dixi ego, melior eſt ſapientia quàm fortitudo, & tamen ſapientia penurioſi deſpecta eſt, & uerba eius non audiuntur.

מִסְכֵּנֻת Penuria. Deut. 8. Terra in qua non eſt penuria, comedes panem in ea.

1050 סכר Reſpondet ſignificatione uerbis סָתַם & סָגַר שָׁבַר, niſi φ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. In prima coniugarione nõ eſt uſitatũ, niſi in uoce paſſiua נִסְכַּר, quod ſignificat claudi, concludi. Gen. 8. Et concluſi ſunt fontes abyſſi. Pſal. 63. Quia occludetur os loquentium falſum.

In ſecunda coniugatione סִכַּר. Ieſaiæ 19. Et concludam Ægyptios in manũ dominorum in duritia.

1051 סכת Legitur uno tantùm in loco ſcripturæ, & quidem in tertia coniugatione הַסְכֵּת, & exponitꝰ à Chaldæo paraphraſte uerbo צַת, qđ aduertere. attẽdere ſignificat. Vnde Latini Interpretes uerbo auſcultãdi uerterũt. Deut. 27. Attẽde & audi Iſrael, hodie factus es populus Iehoua dei tui. Apparet autẽ eſſe geſtus potius, φ ſenſus.

1052 סלל Strauit, ſ. uiam, aut aliud quippiam: cõgruitq; ſignificatione cum uerbo סָלַל, niſi φ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Iob 19. Simul uenerunt latrunculi eius, & ſtrauerunt ſuper me uiam ſuam. Pſal. 68. Sternite uehẽti in mixturis. Ieſaiæ 62. Tranſite, tranſite per portas, repurgate uiam populo, ſternite, ſternite ſtratam, colligite lapides ex ea. Iere. 50. Aperite horrea eius, ſternite uelut aceruos.

Participiũ pręteritũ generis fœminini סְלוּלָה, ſtrata. Prou. 15. Via pigri uelut perplexitas uepriũ, ſed ſemita rectorũ ſtrata. Ier. 18. Vt ambulent ſemitas uiã nõ ſtratã.

In ſecunda coniugatione סַלְסֵל, & ſignificat ſternere alicui honoris cauſa, i. extollere ſeu euehere laudibus. Prou. 4. Sterne ei & exaltabit te.

In quarta coniugatione legitur tantùm participium מִסְתּוֹלֵל. Exo. 9. Adhuc extollis te contra populum meum, ut non dimittas eum.

INDE NOMINA:

סַל Corbis, ſporta, caniſtrũ, cophinus, tametſi Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis putet commodiùs uerti Cophinus φ caniſtrũ. Et quidem Matth. Euang. Interpres Græcus reddidit κόφινος. Et licet κόφινος, Iulio Polluce teſte, ueteribus menſuræ genus fuerit, tamen Hebræis ſportam ſonat, ſicut & Luc. ca. 9. σπυρίδα uertit, id eſt, ſportã ſeu ſportulam: & ut ex Gen. 40. ex uiminibus erat cõtexta & exagge-

rata

rata.Gen.40. Et in ſporta ſuperiore erant ex omni cibo Pharaonis, opere piſtoris facto.Ex.29.Et panes azymos & placẽtas azymas mixtas oleo, & lagana azyma uncta oleo,&c.& pones ea in ſportã unam,& offeres ea in ſporta. Et mox iterum: Et panes qui in ſporta ſunt.Leuit.8.Et de ſporta azymorum.Iud.6. Ingreſſus Giddeon parauit hœdum ex capris,& modium farinæ nõ fermẽtatæ, & carnes poſuit in ſporta. Et pluraliter סַלִּים.Gen.40.Tres ſportę,tres dies ſunt. In ſtatu regiminis סַלֵּי. Gen. 40. Ecce tres ſportæ decorticatæ ſuper capite meo.

סַלְסִלּוֹת Sportæ,nomẽ pl.nu.tãtũ.Ier.6. Reducẽdo manũ tuã ſicut uindemiator in ſportas.

מְסִלָּה Via ſtrata,ſeu trita,quã nos appellamus actum ſeu uiam regiã,Germanicè ſtraſſe. Chaldæus tranſtulit בִּכְבִישָׁא, id eſt,trita.Num.20. Et dixerũt filij Iſrael ad Ædom,in ſtrata aſcendemus.1.Samuel.6.Et uia recta pergebant uaccæ,uia ad Bethſemes in ſtrata una ibant.Ieſ.40.Repurgate uiã ipſi Iehoua,rectificate in campeſtribus ſtratam ipſi Iehoua.quod tres Euangeliſtæ uerterunt Græcè τρίβους. Et in ſtatu regiminis מְסִלַּת.Prou.16. Strata rectorum eſt diſcedere à malo. Et cum affixo. Ioel.2.Quiſq; in ſtrata ſua ambulabit. Et pluraliter מְסִלּוֹת.Iud.20.Et cœperunt cedere de populo ſicut prioribus duabus uicibus in ſtratis, quarũ una aſcendit in Bethel, & altera in Gibea.Pſa.84.Bene homini cuius fortitudo in te eſt, ſtratę in cordibus ipſorum.Iud.5.Stellæ in ſtratis ſuis pugnabãt cõtra Siſeram.Ieſa.49.Et ſtratę meæ eleuabuntur. 2.Paral.9. Et fecit rex de lignis Algumim ſtratas pro domo Iehoua, & pro domo regis.pro quo 1.Reg.10.ſcriptum eſt מִסְעָד, fulcra,collectiuè.

מַסְלוּל Strata.Ieſa.35.Et erit ibi ſtrata & uia,& uia ſanctitatis uocabitur.

סוֹלְלָה Agger,uallum,ſtrata,id eſt terra ſuggeſta in cumulum.Et ſemper conſtruitur cum uerbo שָׁפַךְ, fudit.2.Sam.20.Et fuderunt aggerem ad ciuitatem.Ezec.4.Et fundes contra eam aggerem. Et pluraliter סוֹלְלוֹת, ſignificat munitiones ſeu inſtrumenta bellica,qualia ſunt arietes,ſeu baliſtæ,quibus ex aggeribus muri ciuitatum ſternebantur.Iere.32.Ecce baliſtæ uenerunt ad ciuitatẽ ut capiatur ipſa.& cap.33.Quę deſtructæ ſunt per baliſtas & per gladium.

סֻלָּם Scala,qua tanquã ſtrata aſcẽdit̃ ſurſum. Ge.28.Et ecce ſcala cõſtituta erat in terra.

סָלְעָם Inſerta litera ע, nomẽ inſecti alati & quadrupedis, quatuor genicula ſupra quatuor pedes habentis,quorum adminiculo ſuper terra ſaltat, a Moſe in cibũ conceſſi.Eſt autem certum ſpeciem eſſe locuſtæ,quidã Scarabæum,alij ἀττάκην, id eſt, Attacum, ſicut poſt Septuaginta etiam Hieronymus uertit. Legitur ſemel in Biblijs ſacris Leuit.11.Et Attacum iuxta ſpeciem ſuam.

סִלּוֹן Sentis,ſpina,aculeus,qui ſternitur. Ezech.28. Et non erit amplius domui Iſrael ſpina pungens. Et pluraliter סַלּוֹנִים. Ezech.2. Et tu fili hominis ne timeas ab eis, quia rebelles & ſpinæ tecum ſint,& iuxta ſcorpiones ſedeas,&c.

1053 סָלַד Legitur in ſecunda coniugatione ſemel tantùm: hinc eſt quòd propria ac certa eius ſignificatio haberi non poteſt.Quidã pro implorare,petere,obſecrare accipiunt,ita exponentes Iob 6. Et eſſet adhuc mihi conſolatio, & orarem in dolore. Alij pro foueri, refocillari, accipiunt,qui ita interpretãtur: Et eſſet adhuc mihi conſolatio,& refocillarer in dolore,&c.

1054 סָלָה Strauit,proſtrauit,cõſternauit: congruitq; ſignificatione cũ uerbo סָלַל, niſi quòd ut forma,ita modo parũ ſignificãdi inter ſe differãt. Pſ.119. Proſtrauiſti omnes qui aberrãt à ſtatutis tuis. In ſecunda coniugatione סִלָּה. Thren.1.Proſtrauit omnes fortes meos. In uoce paſſiua סֻלָּה. Iob 28. Sapientia non ſternetur cũ maſſa auri Ophir,aut cum Onyce precioſo & Saphiro.Et mox iterum: Non ordinabũt eam cum Smaragdo Æthiopię,cum maſſa auri munda non ſternetur.Loquitur autem de conſuetudine cõmutantium merces, quas ordine utrinq; ſternẽtes ob oculos, alterutram quam putat eſſe precioſiorem, aut parem ad ſe trahit:ſicut de illa commutandi ratione merces ſuprà quoq; diximus in uerbo מָשָׁה.

Participium præteriti temporis מְסֻלָּאִים. Thren.4. Filij Zion precioſi, & ſtrati cũ auro optimo,quomodo reputati ſunt uelut uaſa teſtacea, opus, ſcilicet manuũ figuli, id eſt, qui fuerãt collati cum auro optimo. Et litera aleph ſcripta eſt pro he.

INDE NOMEN,

סֶלָה Dictio, quæ in tota Biblia nuſpiã legitur niſi in pſalmis, & in oratione Habakuk, quæ ſimiliter carmine ſcripta eſt. Exponitur autẽ ab interpretibus multipharìam. Chaldæi reddiderũt עָלְמִין, quos pleriq; alij cùm ex circumciſione, tum præputio doctores ſequuti, expoſuerũt ſemper, iugiter, ut notet perpetuitatem: ſed talium expoſitionem falſam eſſe Paulus Epiſcopus Burgenſis in additione 3. ſuper Pſal. 46. duabus rationibus euidenter conuincit. Prima, quia oportebat etiam in alijs ſcripturæ locis poni, quoties perpetuitas ſignificatur, quod tamẽ non fit. Ergo non ſignificet perpetuitatem. Secunda, quia legatur in aliquot locis, ubi nullo modo perpetuitatẽ ſignificare poſſit: ut Pſa. 81. Probaui te iuxta aquas contentionis, Sæla. Habakuk 3. Deus à Theman ueniebat, & Sanctus de monte Paran. Sęla, operuit cœlos magnificentia eius, &c. Et ibidem iterum: Nudatione nudabatur arcus tuus, iuramenta tribubus ſermo. Sæla. Item ibidem iterum: Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem Chriſti tui, cruentaſti caput de domo improbi, nudando fundamentum uſq; ad collum, Sæla. In quibus locis certè perpetuitatem eius rei quæ deſcribitur, ſignificare minimè poteſt, quòd iugiter & perpetuò fiant. Et tertiam cauſam quoq; ſubiũgit, quòd ſi hæc dictio, inquit, eſſet ſignificatiua, tum Hieronymus haud dubiè non omiſiſſet, ſed eam poſuiſſet ac reddidiſſet, quod tamen nuſpiam feciſſe compertum eſt: ergo uox eſt non ſignificatiua, tantũ abeſt ut perpetuitatem ſignificet. Quidam alij aliter ſentientes, dicũt idem ſignificare quod אֱמֶת, id eſt certitudinem, ueritatem. Et Rabi Dauid Kimhi in Commẽtario ſuo ſuper Pſal. 3. Abrahamum Ben Ezdram in ea fuiſſe ſententia aſſerit, quem non pauci ſequũtur, adducentes pro ſe locum Habakuk 3. ubi legitur: Nudatione nudabitur arcus tuus, iuramenta tribubus, ſermo Sæla, ueritatis ſeu certiſſimus. tametſi hanc expoſitionem R. D. Kimhi nõ recipit, eò q ex iſto loco id obtineri minimè poſſit, & ſequeretur, q in omnibus alijs locis eandem ſignificationem habere oporteret, quod minimè ſit uerũ. Porrò Rabi D. Kimhi ſuper Pſal. 3. deriuat hãc dictionem סֶלָה à uerbo סָלַל, & aſſerit non eſſe ſignificatiuam, niſi q indicet in eo loco, ubi ponitur, uocem eſſe eleuandã. Et in hanc ſuam ſententiã cõplurimos pertraxit, qui ſentiunt, q præter uocis eleuationẽ nihil aliud denotet: ſed quomodo uox eleuanda ſit, dicunt nobis ignotũ eſſe, ſiquidem ratio Muſices illius priſcę iampridem antiquata ſit, & cum ipſo cultu exoleuerit. Inſuper hæc uox in Græca uerſione non reperitur, niſi poſt multos Pſalmos per διάψαλμα reddita, quod eſt requies diſtinctæ continuationis, quæ tamẽ, ut Caſſiodorus ſcribit, ſemper fit per quandam ſonorũ mutationẽ. Hinc nõnulli ſignũ eſſe crediderunt exaltandæ uocis, ad quam animus mora aliqua excitatus intenderet cogitationes ſuas ad inſignes illos affectus, & motiones ſpiritus, quæ in eo uerſu continentur. Atq; hanc ſententiã facilè amplecterer, eò q auguſta ſit, & melioris notę Theologi etiã noſtra ætatę prę alijs elegerunt, niſi me aliquot loci remorarẽtur, quos nõ tãtùm habere ſpiritus uideo, ut aliqua inſigni mora ad eorũ contemplationẽ opus habeant, ut ſunt Pſal. 4. Filij uiri uſq; quo gloria mea in ignominia, diligitis uanitatẽ, & quæritis mẽdaciũ. Sęla. Item Pſ. 46. Fremant & intumeſcant aquæ eius, cõcutiantur montes in ſummitate ſua, Sæla. Pſal. 81. Probaui te iuxta aquas cõtentionis, Sęla. Item Pſal. 68. Deus cùm exires corã populo tuo, cũ exires per deſertũ, Sæla. Et iterum: Reges terræ cantate Deo, pſallite ipſi Iehoua, Sęla. Habakuk 3. Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem Chriſti tui, cruẽtaſti caput improbi, nudando fundamentũ uſq; ad collũ, Sæla. Et id genus alij multi, q alibi æquè diſertè ſunt ſcripti, & tamẽ ſine iſta uocula סֶלָה.

Proinde mihi ſententia Rabi Abraham Ben Ezdra maximè omnium probatur, ut à Burgenſi loco ſuprà citato, & quidem aliter quàm à Rabi Dauid Kimhi recitatur, quòd dictio סֶלָה non ponatur ſignificatiuè, ſed tantùm ad ſupplendum modulamen cantus, ſicut copula uau, & aliæ ſyllabæ & uoculæ in Pſalmis ſæpenumero ocioſæ ſunt, nullaq; ſignificandi neceſſitate, ſed tantùm carminis gratia ponuntur. Eſt igitur סֶלָה dictio enclytica ſeu paragogica, Poetis tantùm fami-

familiaris & uſitata in carmine. Et id quidem etiam ſignificatio ipſius innuere uidetur: nam סלה ſtratam ſignificat, & ponitur à Poeta, ut p[illegible] ea eat & progrediatur longiùs, atq; modulatio cantus, adeoq; numerus ſuppleatur.

Eſt & hoc non prætereundum, ꝙ hæc uocula in Pſalterio ſeptuagies ſemel ponatur, & ter in oratione Habakuk, idq; ſemper in ſoph paſuk, hoc eſt, fine uerſuum, exceptis quatuor locis, ubi in medio uerſuum poſita conſpicitur: ut Pſalm. 55. Audiet deus & affliget eos, qui ſedet ab initio Sæla, quia nõ mutationes ipſis, neq; timent Deum. Pſal. 57. Mittet de cœlis & ſaluabit me ab opprobrio abſorbẽtis Sæla, mittet Iehoua pietatem & ueritatem ſuam. Habakuk 3. Deus è Theman ueniebat, & ſanctus è monte Paran Sæla, operuit cœlos magnificentia eius, & laude plena eſt terra. Et mox iterum: Nudatione nudabatur arcus tuus, iuramenta tribubus ſermo Sæla, fluminibus ſecabas terram, &c.

סלת Simila, ſimilago, id eſt farina alba, & flos ſeu deliciæ farinæ triticeæ. Et in hoc differt à קמח, id eſt, farina quæ eſt cõmunis ex omni frumento, quòd ſcilicet סלת eſt ex tritico, & Hebræis dicta ſtrata & in ſacris etiam uſurpata, קמח farina autem nõ niſi in prophano & uulgari panis uſu, & oblatione Zelotypiæ. Ge. 18. Accipe tria ſata farinæ ſimilæ. Exod. 29. Similam triticorum facies ea. Ezec. 16. Similam & mel & oleum comedeſti, & pulchra fuiſti ualde ualde. Et in ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz. Leuit. 2. Et contrahet inde pulchritudinem pugilli ſui de ſimila illa, & de oleo illo.

1055

סלח Condonauit, ignouit, propitius fuit, pepercit. Et eſt cõtrariæ ſignificationis uerbo חטא. Legitur aliquoties abſolutè. Num. 14. Cõdonaui iuxta uerbum tuum. 1. Reg. 8. Exaudies in loco habitationis tuę in cœlo, & cùm exaudieris, etiã condonabis. 2. Reg. 24. Et repleuit Ieruſalem ſanguine innocente, nec uoluit Iehoua condonare. Dan. 9. Suſtentator audi, Suſtẽtator cõdona, Suſtẽtator attẽde & fac, &c.

Aliquando conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed. Num. 30. Si autem prohibuerit eam pater eius illo die, quo audierit uotum, aut obligationem qua obſtrinxit animã ſuam, non tenebitur, ſed Iehoua condonabit ei, eò ꝙ pater eius prohibuerit eam. Et credo Petrum uſum hoc uerbo Matth. 16. cùm ad Chriſtũ dicit ἵλεώς σοι κύριε, propitius ſis tibi Domine, id eſt, parcas tibi Domine, &c. 2. Reg. 5. In hac tamen re condonabit Iehoua ſeruo tuo, ut cùm ingreſſus fuerit Suſtentator meus rex in tẽplum Rimmon, & adorauerit ibi, innixusq; fuerit ſuper manũ meã, & ego quoq; adorauero in domo Rimmon, cùm, inquã, adorauero in domo Rimmon, condonet Iehoua ſeruo tuo ob hanc rem. Num. 14. Condona nunc iniquitatem populo huic ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ. Exo. 34. Et quia populus duræ ceruicis eſt, condonabis iniquitates, & errata nobis.

Participiũ pręſens סלח. Pſ. 103. Qui cõdonat omnes iniquitates tibi. Paulus uerbũ hoc reddidit Græcè Col. 2. χαριςάμενος, i. condonans nobis omnia delicta, &c.

In uoce paſſiua נסלח. Leuit. 4. Et faciet cum iuuenco iſto, ſicut fecit cum iuuenco pro errato, & propitiabitur ſuper illis ſacerdos, & condonabitur illis. Num. 15. Et condonabitur toti cœtui filiorum Iſrael.

INDE NOMINA:

סלח Condonator, propitius, Græcè ἵλεως. Pſal. 86. Tu Iehoua es benignus & propitius.

סליחה Pſal. 130. Quoniam apud te eſt cõdonatio, ut timearis. Et pluraliter סליחות. Dan. 9. Iehoua dei noſtri miſerationes & condonationes.

1056

סלע Rupes. Num. 20. Et loquemini ad rupẽ in oculis eorũ, & dabit hæc aquas ſuas, educesq; illas aquas de rupe. Et iterũ: Et percuſſit rupem baculo ſuo. 1. Sam. 14. Deus rupis ex latere iſto. Pſ. 40. Et erexit ſuper rupe pedẽ meũ. Num. 24. Et ponis in rupe nidũ tuum. Et in diſtinctione ſententiæ סלע. Num. 20. Et cõgregauerũt Moſe & Aaron congregationẽ ante rupem. Iere. 23. Et ſicut malleus diſſipabit rupem. Et in ſtatu affixorũ mutat ſægol in pathah, & pathah in ſeua. 2. Sam. 22. & Pſ. 18. Iehoua rupes mea, & refugiũ meũ. Et pluraliter סלעים. 1. Sam. 13. In latibulis & in rupib. Pſ. 104. Rupes ſunt tutela cuniculis. Ieſ. 2. Et in proeminentias rupium. Detor-

1057 Detorſit, deflexit. Iob 12. Abducit ſacerdotes, ſpolium, & pertinaces deflectit.
סלף Exo.23. Quia mu[illegible] excæcabit uidentes, & deflectet uerba iuſtorum. Prou. 13.
Iuſtitia conſeruat integritatem uię, ſed improbitas deflectit ad erratū. & cap. 19.
Stultitia hominis deflectit uiam eius. & cap. 22. Et deflectit uerba excurrentis.
Participium præſens מְסַלֵּף. Prouer. 21. Animaduertit iuſtus ad domum impro
bi, deflectit improbos in malum.

INDE NOMEN,

סֶלֶף Deflexio. Prouer. 11. Integritas rectorum ducet ipſos, at deflexio excurrentium ua
ſtabit eos. ubi opponitur nomini תֻּמָּה. Et cap. 15. Sana lingua, eſt lignum uitæ: at
1058 deflexio in ea, contritio eſt in ſpiritu.
סמים Nomen pluralis numeri tātum, ſignificat odores, ſeu odoramēta, id eſt res odo-
ras. Et in hoc differt à nomine בְּשָׂמִים, quòd hoc de illis aromatis dicitur, quorū
in cibis cōdiendis uſus eſt, at סַמִּים in faciendis unguētis, & ſuffitu. Exo. 25. Odora
pro oleo unctionis, & pro ſuffitu odorū. & cap. 30. Sume tibi odora, balſamum, un
1059 guem, & Galbanū odora, & thus mundum, facieſq́ ex illis ſuffitum pigmentarij.
סמך Suſtinuit, id eſt, deſuper ſuſtinuit, è ſupernis ſuſtentauit perſonam ne cadat &
pereat. Quadrat ſignificatione cum uerbis תָּמַךְ & סָעַד, niſi quòd ut forma, ita
modo ſignificandi inter ſe differant. Gene. 27. Frumento & muſto ſuſtinebo eum.
Pſa. 3. Ego cubabo & dormiam, & euigilabo, quoniā Iehoua ſuſtinebit me. Pſa. 51.
Et ſpiritu liberali ſuſtinebis me. Pſalm. 119. Suſtine me in ſermone tuo, & uiuam.
Ieſaiæ 59. Et iuſtitia ſua, illa, inquam, ſuſtinuit eum. Conſtruitur ſemel cum præ-
poſitione אֶל, deſuper, ſeu è ſupernis tendit. Ezech. 24. Diem, quo ſuſtinuit rex Ba-
bel ad Ieruſalem, id eſt diuina uoluntate, & inſtinctu tendit. Et ſequente עַל, ſi-
gnificat deſuper, è ſupernis, cœlitùs, diuinitùs aliquid euenire ſuper aliquem ſiue
bonum, ſiue malum. Amos 5. Et ſuſtinebit manum ſuam ſuper parietem, & morde
bit eum ſerpens. Pſal. 88. Super me ſuſtinuit furor tuus, i. incubuit. Cæterùm in re-
liquis ſcripturæ locis de ſingulari ceremonia legitur, qua manus ſuper alicuius ho
minis uel animalis caput imponebātur, qua uolebant ſignificare illum hominem
ſeu pecus deſtinatum eſſe diuinitùs uel in publicum ſacrificiū & pœnam. Exo. 29.
Et Aaron filijq́ ipſius ſuſtinebunt manus ſuas ſuper caput iuuenci, &c. Leuit. 24.
Educ maledicum extra caſtra, & ſuſtinebunt omnes auditores manus ſuas ſuper
caput eius, & obruent lapidibus eum tota congregatio, &c. Vel ad publicū mi-
niſterium: ut Deut. 34. Et Ioſua filius Nun repletus fuit ſpiritu ſapientiæ, quia Mo-
ſes ſuſtinuerat manus ſuas ſuper ipſum. Num. 27. Accipe ad te Ioſua filium Nun, ui
rum in quo eſt ſpiritus & ſuſtinebis manum tuam ſuper ipſum. Simili ratione in
nouo Teſtamento hic ritus obſeruatus eſt, cùm uel deſignarētur diſcipuli ad exci-
pienda dona ſpiritus ſancti: ut Act. 8. & 19. Vel cùm facerēt miracula: ut Matt. 9.
Marci 7. & 16. Act. 9. Vel ad publicam functionem miniſterij eccleſiaſtici: ut eſt
Act. 7. & 13. 1. Timoth. 4. item 2. Tim. 1. Vnde & Paulus ad Timotheum ſuū ſcri-
bens, iubet ne citò manus alicui imponat, id eſt, ne citò ad publicā in Eccleſia fun-
ctionem admoueat. Hæc eo conſilio de manuum impoſitione adducere uolui, ut
uerbi huius Hebræi natiuam ſignificationem, deinde etiam ex eius ſignificatione
huius ceremoniæ & ritus autoritatem indicare uoluerim, quòd è ſupernis inſti-
tuente Deo, non humana uoluntate euenerit.
Participium præſens סוֹמֵךְ. Pſal. 37. Quia brachia improborum confringentur,
ſuſtinet autem iuſtos Iehoua. Et iterum: Quoniam cadendo non concidet: Iehoua
enim ſuſtinet manu ſua. Pſal. 145. Suſtētator eſt Iehoua omnibus cadētibus. Ieſ. 63.
Et reſpiciebam, & non erat adiutor, & cùm eſſem deſolatus, non erat ſuſtentator.
Et pluraliter in ſtatu regiminis סֹמְכֵי. Pſ. 54. Iehoua eſt cū ſuſtentatoribus animę
meæ. Ezech. 30. Et cadēt ſuſtentatores Ægypti. Participiū præteritū סָמוּךְ. Pſal.
112. Suſtentatū eſt cor eius, non timebit. Ieſa. 26. Cogitatio ſuſtentata. Et plurali-
ter סְמוּכִים. Pſal. 111. Certa ſunt omnia commiſſa eius ſuſtentata in omnia ſecula.
In uoce paſſiua נִסְמַךְ, ſuſtentus, ſeu ſuſtentatus eſt. Iudicum 16. Suſtinebatur
ſuper

ſuper illis una dextera ſua,& altera cum ſiniſtra ſua.2.Regum 18. & Ieſaiæ 36. Ecce confidis ſuper baculo arundinis confracto iſto, ſcilicet ſuper Ægypto, ſuper quo ſuſtinebitur aliquis,ſtatim ingreditur in manum eius, & perforat eam. 2.Paral.32. Et ſuſtinebatur populus ſuper uerbis Ezechiæ regis Iuda.Pſal.71.Super te ſuſtentus fui ab utero.Ieſa.48.Et ſuper deo Iſrael ſuſtenti ſunt.

In ſecunda coniugatione סִמֵּךְ, ſuſtinuit,id eſt ſupernè poſuit. Canticor.2.Suſtinete me floribus.

INDE NOMEN,

שְׂמִיכָה Pro סְמִיכָה, opertorium, operimentum,tegumentum,quod ſupernè imponitur.
1060 Iud.4. Et cùm diuertiſſet ad eam in tabernaculum, ſtatim operuit eum tegumẽto.

סמל Signum,ſimulachrũ.Et ſignificatione congruere arbitror cũ nomine סמן propter literarum finalium affinitatẽ, niſi quod modo ſignificandi inter ſe diſſentiant. 2.Paral.33.Et poſuit ſculptile ſimulachri,quod fecerat.Et iterũ: Et amouit deos nothos,& ſimulachrũ ex domo dei. Legitur etiã quinque punctis ſcriptũ סֵמֶל,Ezec.8. Vbi erat ſedes ſimulachri æmulationis poſſeſſori. Et in diſtinctione ſententiæ
1061 סָמֶל. Deut.4.Ne perditè agatis, & faciatis ſculptile, effigiẽ cuiuſcunque ſimulachri.

סמן Ab hoc themate inuſitato,deriuatũ eſt nomẽ participiale נִסְמָן, id eſt ſignatum, notatum,ſignatura, nota.Ieſa.28. Et hordeo ſignatum, & ſpeltæ limitem ſuum: uel ita,hordeo ſignaturam,ſeu locum deſignatum. Et arbitror ut litera finali,ita modo tantùm ſignificandi differre à nomine סֶמֶל.

INDE NOMEN,

סִימָן In prophanis literis Hebræorum Grammatici & ſcriptores utuntur pro nota ſeu ſigno,pro quo in ſacra ſcriptura אוֹת ponitur. Græci quoque imitati hanc uocem σημεῖον uocârunt ſignum,ut Act. 4.Quid faciemus hominibus iſtis? nam cõſpicuum
1062 ſignum editum eſt,&c.

סמר Horruit,& aculeatum fuit.Pſal.119.Horruit à pauore tui caro mea.

In ſecunda coniugatione סִמֵּר. Iob 4.Horruit pilus carnis meę,id eſt,pilus carnis meæ factus eſt horridus,aculeatus & hiſpidus.

INDE NOMINA:

סָמָר Horridus.Iere.51. Adducite equos tanquam bruchũ horridum, id eſt hiſpidum & aculeatum.Reperiuntur enim piloſi & hiſpidi. Vel ſi mauis ut ad ſtrepitũ alarum referas,horriſonum,ſicut Apoc.9.de quodam locuſtarum genere ſcriptũ eſt:Quarum uox alarum ſicut uox curruum,equis multis currentibus ad bellum,&c.

מַסְמְרִים Claui ferrei, qui horrore quodam & crepitu infiguntur. 1.Paralip.22.Et ferrum in copia pro clauis. Vel ſub primo mem pathah.Ieſaiæ 41.Et firmauit illud clauis.

Scribitur etiam in forma fœminea מַסְמְרוֹת. 2.Paral.3.Et pondus pro clauis. Et cum ſin pro ſamech מַשְׂמְרוֹת. Eccl.12.Verba ſapientum ſicut ſtimuli,& ſicut claui.

Eſt & ſcriptum cum pathah in prima pro hirik מַשְׂמְרוֹת. Iere.10. Et cum clauis & malleis affigit ea.

1063 סנה Rubus,dumetũ.Deut.33.Et gratia habitatoris Rubi ueniet ſuper caput Ioſeph.

In reliquis omnibus locis habet per protheſin he הַסְּנֶה. Exod.3.Et uiſus eſt illi angelus Iehoua in flamma ignis è medio rubi,& uidit,& ecce rubus ardebat in igne,& rubus ipſe non comburebatur.

סִינַי Montis nomen à rubis,qui aliàs חֹרֵב eſt dictus,eſtque ſitus in Midianitide,Exod.3. & pertingit Paulo Apoſtolo Galat.4. uſque ad Hieroſolymam.Et in hoc monte lata eſt lex Moſi diuinitùs,Exod.19.Leuiti.7.& Leuit.26. & 27. Et deſertum ad illum montem,ab eo quoque nomen ſortitum eſt,Exo.19.Leui.25.Num.33. Eſt & epitheton dei. Pſalm.68. Cœli ſtillauerunt à facie Dei illius Sinæi, ſeu Siniaci. Et mox iterum:Suſtentator inter eos Sinæus in ſanctitate. Et quia mons iſte Sinai terræ Iudęæ eſt uerſus Auſtrum ſitus,inde Auſtrales dicti ſunt סִינִים. Ieſaiæ 49.Et iſti de terra Sinæorum.

סַנְסִנִּים Quidam ramos, alij fructus eſſe uolunt palmæ arboris. Ego arbitror ſignificationem habere à ſimilitudine rubi,& duplicatum eſſe ad augendam ſignificationem.

Canti-

1064 Cantic.7.Aſcendam in palmam,apprehendam ramos eius.

**סָעַד** Significatione congruit cum uerbo יָסַד, differuntq́ tantùm modo ſignificādi: ſignificat enim fulcire, ſuſtentare Actiuè, ſi regit poſt ſe accuſatiuum.Iudic.19. Fulci cor tuum buccella panis.Pſal.18.Et dextera tua fulciet me.Pſal.41.Iehoua fulciet eum ſuper grabbato languoris.Pſal.104. Et panis cor hominis fulciet. Ieſa. 9.Et ad fulciendum illud in iudicio, & in iuſtitia. Prouer.20. Et fulciet munificentia thronum ſuum. Si quando abſolutè ponitur, ſumitur neutraliter. 1.Reg.13. Veni mecum domum,fulcire.

INDE NOMEN,

מִסְעָד Fulcrum.1.Reg.10.Et fecit rex ligna Almugim,fulcrum pro domo Iehoua. ubi ſingulare pro plurali eſt poſitū,ſicut pro eo ſcriptor Chronicæ מְסִלּוֹת reddidit,id eſt, ſtrata,2.Paralip.9.

סִפָּח Require in themate סָפַח.

1065

**סָעִיף** Significat generaliter quamlibet cuiuslibet rei progreſſionem,protenſionem, prominentiam,præeminentiam,excellentiam,exceſſum.Iudicum 15.Et habitauit in prominentia rupis Etam.Et mox iterum:In prominentia rupis,id eſt,prę rupta rupe. Et pluraliter tranſponit iod in literam ſequentem סְעִפִּים. 1.Reg.18. Quandiu tranſilietis in duas prominentias: ſi Iehoua eſt deus,ſequimini eum: ſin Baal,ite poſt eum,id eſt,extrema, duo extremè oppoſita.Paulus organū electum duo illa extremè oppoſita pulchrè expreſſit his uerbis:Ne ducatis iugum cum incredulis:quod enim cōſortium iuſtitiæ cum iniuſtitia? aut quæ cōmunio luci cum tenebris? aut quæ concordia Chriſto cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? aut quid cōuenit tēplo dei cum ſimulachris? Et ſingulari conſilio & induſtria pro יְהוָה Chriſtum,& pro בַּעַל quadam alluſione בְּלִיַּעַל ſubſtituit,&c. Legitur etiam ſin pro ſamech ſcriptum שְׂעִפִּים. Iob 4. In præeminentijs ex uiſionibus noctis.Sic Paulus 2.Corinth.12.Ne excellentia reuelationum ſupra modum efferrer,&c. Et in ſtatu regiminis סְעִפֵי. Ieſaiæ 2. Vt eant in prominentias rupium. & cap.57. Mactantes liberos ſuos ſub proeminētijs rupium,id eſt,prominentibus rupibus. Et cū ſin ſiniſtro שְׂעִפַי. Iob 20.Propterea excellentiæ meæ reduxerūt me. Et in ſtatu affixorum.Ieſaiæ 27.Ibi paſcet & accubabit uitulus, & abſumet prominētias eius, id eſt,extrema arborum uerbera.& cap.17.Quatuor aut quinq́ baccæ in prominētijs eius,id eſt ramis prominentibus. Et in genere fœminino סְעַפּוֹת. Ezech.31.In prominentijs eius nidos fecerunt omnes aues cœli,id eſt ramis.

סֵעֲפִים Excelſi,ſublimes,eminentes,& qui nimis alta,ſublimia & eminentia affectant.Pſ. 119. Affectantes ſublimia odio habui, & legē tuā dilexi: uel ita, ſuperba, ſublimia & eminentia odio habui.Sic Paulus dicit 1.Corinth.4. Non ueniam in eminentia ſermonis,ſed in uirtute,&c.

INDE VERBVM,

סֵעֵף Deramificauit, prominentia ſeu ramos in arbore ſuccîdit: uerbum habēs contrariam ſignificationē nomini,unde deriuatum eſt.Legitur autem ex eo tantùm participium præſens מְסָעֵף. Ieſa.10.Ecce ſuſtentator Iehoua exercituū deramat frondes cum uiolentia.

1066

**סָעַר** Deturbauit,ſeu deiecit quaſi tempeſtas horribiliter: & ſępe ſcribitur cum ſin ſiniſtro,ac in quibuſdam locis modo tantùm ſignificandi differunt. Habakuk 3. Turbabunt ad diſpergendum me. Zachar.7. Et deturbabo eós ſuper omnes gentes,&c.ubi tamen irregulariter eſt ſcriptum.Pſal.58.Sic furor deturbabit eos.

Participium præſens סֹעֵר. Ione 1.Quia mare ibat, & tempeſtuoſum erat.Et iterum:Quia mare abibat & tempeſtuoſum fiebat contra eós.

In uoce paſſiua יִסָּעֵר. 2.Reg.6.Et conturbatum eſt cor regis Syriæ ſuper hac re. Pſal.50.Et in circuitu eius tempeſtas orta erat uehementer.

In ſecunda coniugatione סֵעֵר. Iob 27. Tollet eum uentus Orientalis, & uadet & deturbabit eum de loco ſuo.

In

In uoce paſſiua סֹעַר. Oſeæ 13. Sicut palea deturbabitur ab area. Ieſaiæ 54, Oppreſſa, tempeſtate obruta.

In quarta coniugatione הִשְׂתָּעֵר. Dan. 11. Et tempeſtuoſè feretur ſuper deum rex Aquilonis cum curribus, & cum equitibus.

INDE NOMEN,

סַעַר Tempeſtas horribilis. Ieremiæ 23. Et tempeſtas uiolās. Et cap. 25. Et tempeſtas magna excitabitur à lateribus terræ. Amos 1. In tēpeſtate, in die turbinis. ubi ſimul ponuntur סוּפָה & סַעַר: prius dicitur ab horrore, alterū ab oppreſſione. Ionæ 1. Quoniam noui ego, quòd propter me ſit tempeſtas magna hæc contra uos. Et cū ſin ſiniſtro שַׂעַר. Ieſaiæ 28. Tempeſtas euulſionis. Et in diſtinctione ſententiæ סָעַר. Pſal. 55. A uento proiectionis, à tempeſtate. In ſtatu affixorū addit alteri pathah uoculam ſeua. Pſal. 83. Sic perſequêris eos in tempeſtate tua, & in turbine tuo terrebis eos. Et in forma fœminina סְעָרָה. 2. Reg. 2. Cùm leuaret Iehoua Heliā in tēpeſtate in cœlum. Pſal. 107. Et conſtituit uentum tempeſtatis. Ieſaiæ 40. Et tempeſtas uelut ſtipulam tollet eos. & cap. 41. Ventilabis eos, & uētus tollet eos, & tempeſtas diſperget eos. Et cū ſin ſiniſtro שְׂעָרָה. Iob 9. Qui in tēpeſtate opprimet me. Nahum 1. In turbine & tempeſtate uia eius. In ſtatu regiminis סַעֲרַת. Iere. 23. Ecce tēpeſtas Iehoua. Et pluraliter in ſtatu abſoluto סְעָרוֹת. Ezech. 13. Et uētus tēpeſtatum diſrumpet. Et in regimine סַעֲרוֹת. Zach. 9. Et ibit in tēpeſtatib. Auſtri.

1067 סָפַד Planxit, celebrauit planctum. Et dicitur de illa ceremonia & pompa lugentiū & lamentantium mortuos. 1. Reg. 14. Et planctum celebrauerūt ei totus Iſrael. Zach. 11. Et plangent ſuper eum. 2. Samuel. 3. Et celebrate planctū ante Abner. Ieremiæ 49. Filiæ Rabba accingite uos ſaccis, celebrate planctū. Micheæ 1. Plangam & ululabo. 2. Sam. 11. Et planxit ſuper maritum ſuū. Ieremiæ 22. Non celebrabunt planctum ei. Zach. 7. Quum ieiunaueritis etiam plangēdo. Gen. 23. Ad celebrandum planctum Saræ. Eccl. 3. Tempus plangendi, & tempus ſaltandi.

Participium præſens סֹפְדִים. Eccl. 12. Et circuibunt in platea plangentes. Ieſa. 32. Super agros plangentes.

In uoce paſſiua יִסָּפֵד. Iere. 16. & 25. Non plangentur.

INDE NOMINA:

מִסְפֵּד Planctus, ceremonia funeralis, pompa funebris. Et in ſtatu regiminis מִסְפַּד. Iere. 6. Planctum amaritudinum.

מִסְפֵּד Planctus. Amos 5. In omnibus plateis planctus. Et mox iterū: Et planctus ad ſcientes lamentum. Zach. 12. Secundum planctum ſuper unicum.

1068 סָפָה Perinde ſe ratione ſignificandi habet, ut uerbum אָסַף: nam primò ſignificat addere, adijcere, ſicut uerbū יָסַף, & cōtrariæ eſt ſignificationis uerbo סוּף. Legitur autem in iſto ſignificandi modo tantū in Infinitiuo. Deut. 29. Propter aſſumere ebriam, ipſam ſitientem, id eſt ut aſſumat ebria ſitientē: uel ſic, ut abſtrahat ebriam cum ſitiente. Ieſaiæ 30. Propter addere erratum ſuper erratum. Num. 32. Et ſurrexiſtis loco patrum ueſtrorum, ad addendū amplius ſuper furorem Iehoua cōtra Iſrael. Secundò, cōtrario ſignificādi modo notat abſtrahere, adimere. Et in hoc ſignificandi modo congruit cum uerbo סוּף & cū אָסַף, altero modo ſignificandi. Gen. 18. Et accedens Abram dixit, an ſeriò abſumes iuſtum cum improbo. Pſal. 40. Erubeſcent ſimul quærentes animam meam ut abſtrahant eā. Ieſa. 7. Atq; etiam barbam abſumes. Ierem. 12. Abſumptum eſt iumentum & uolatile.

In uoce paſſiua נִסְפָּה. Gen. 19. Ne forte abſumeris in iniqtate ciuitatis. Et mox iterū: Ne fortè abſumeris. Num. 16. Ne fortè abſumemini in omni errato eorū. 1. Sam. 27. Et dixit Dauid in corde ſuo, nunc abſumar die una per manum Saul.

Participium maſculini generis נִסְפֶּה. Ieſa. 13. Quicunq; inuentus fuerit, confodietur, & omnis additus cadet gladio, id eſt ſuperſtes. 1. Paral. 21. Aut tribus menſibus abſumptus ab hoſtib. tuis. Prou. 13. Et ille eſt abſumptus, q colit ſine ratione.

In tertia coniugatione הִסְפָּה. Deut. 32. Addam ſuper uos mala, & ſagittas meas conſumam in eos.

INDE NOMEN,

מִסְפּוֹא Pabulum,quod ſtramini ſeu paleis admiſcebatur iumentis.Gen.24.Etiam ſtramẽ & pabulum multum eſt nobiſcum.& cap.42.Et aperuit unus ſaccum ſuũ,ut daret pabulum aſino ſuo in diuerſorio.

1069 סָפַח Iecit:differt autem modo tantũ ſignificandi à uerbis שָׁפָה & שָׁלַח שָׁחַב סָפַח: uariat autem modum ſignificandi ſecundum conſtructionem, ut ſi cum אֶל conſtruitur,notat adijcere:ut 1.Samuel.2.Adijce me obſecro ad unum ſacerdotalium ut comedam buccellam panis.

In uoce paſſiua נִסְפַּח, & conſtruitur cum עַל. Ieſaiæ 14.Et adijcientur ſuper domo Iacob.ubi Chaldæus uertit [illegible].

In ſecunda coniugatione legitur tãtùm participium præſens מְסַפֵּחַ.Habakuk 2. Væ propinanti ſocio ſuo,adijcienti furorem ſuum.

In uoce paſſiua סֻפָּחוּ. Iob 30.Sub urticis iacebunt.

In quarta coniugatione הִסְתַּפֵּחַ, ſignificat iacere ſeu manere in ea conditione, in quam incidit.1.Sam.26.Quoniam eiecerunt me hodie,ne iacerem in hæreditate Iehoua,id eſt manerem.

INDE NOMINA:

סָפִיחַ Dicitur quicquid ſua ſponte,& ſine alterius labore decidit:Vulgaris trãslatio uocat ſpontè naſcentia.2.Reg.19.& Ieſaiæ 37.Comedes hoc anno deciduum. Et in regimine סְפִיחַ. Leuit.25.Deciduum meſſis tuæ non metes. Et pluraliter cũ affixo.Leuit.25.Non ſeminabitis,neq; metetis decidua eius.Iob 14. Et diluent decidua eius puluerem terræ. ubi de pluuia dicitur decidente ſuper terram.

סַפַּחַת Plaga ſeu macula,ſcrobs,quæ in carne hominis incidit abſq; lęſione alteri⁹,quæq; ſua ſponte incidit in carnem hominis:nos ſcabiem uocamus, quanquam minùs propriè.Leu.13.Homo in cuius cute fuerit tumor,uel ſcabies uel candidula.& ca. 14.Iſta eſt lex de tumore,& de ſcabie,& de candidula.

מִסְפַּחַת Eiuſdem eſt cum ſuperiore ſignificationis.Leuit.13.Et mũdabit eũ ſacerdos, quia ſcabies eſt.Et mox iterum:Si autem creſcendo creuerit ſcabies illa in cute.

מִסְפָּחוֹת Nomen pluralis numeri tantùm,quo Ezechiel pro uelamine bis uſus eſt : huc nõ pertinet,ideo quære in uerbo סָפַח.

סֵפֶל Concha:ſed quære in themate סָפַל.

1070 סָפַן Cõgruit ſignificatione cũ uerbis שָׂפַן & צָפַן,niſi q; ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant:ſignificat enim tegere,obtegere,operire,abſcondere è ſupernis.1.Reg.6.Et texit domum imbricibus & tabulatis.

Participium præteriti temporis סָפוּן, tectus.Deut.33.Quia ibi portio legislatoris tecti.1.Reg.7.Et tecta eſt cedro. Et pluraliter ספונים. Hag.1.Ad habitandum in domibus ueſtris tectis. Et in ſtatu regiminis cum ſin ſiniſtro,& kybutz loco ſchurek שְׂפֻנֵי. Deut.33.Et tegumẽta theſaurorũ arenę,i.tectos theſauros in arena.

INDE NOMINA:

סִפּוּן Tegumentum.1.Reg.6.A pauimento domus uſq; ad parietes tegumenti.

סְפִינָה Pars inferior nauis,quæ ſupernè tecta eſt,& Latinis carina dicitur. Ionæ 1. Et Ionas deſcendit uſq; ad latera carinæ.

1071 סָפַק Cõploſit,concuſſit,pulſauit:congruitq; ſignificatione cũ uerbo שָׂפַק, niſi q; ut prima literã,ita modo ſignificandi diſſentiãt.Num.24.Et excanduit ira Balak aduerſus Bileam,& comploſit manus ſuas.Iob 27.Complodet ſuper eũ manus ſuas,& ſibilabit ſuper eum in eo loco ubi fuit,&c.ubi tamen exemplaria Venetiana habent ſin ſiniſtrum.Threnor.2.Comploſerunt ſuper te manus omnes prętereuntes in uia.Ieremiæ 31.Comploſi ſuper fœmur.Ezechielis 21.Plaude ſuper fœmur.Ierem. 48. Inebriate eum,quia magnificauit ſe contra Iehoua,pulſetur etiam Moab in uomitu ſuo.Iob 34.Pro improbis pulſauit eos in loco uidentiũ.Et mox iterum:Inter nos pulſetur & multiplicet uerba ſua ad deum:uel ſic,Inter nos complodat,ſcilicet manus more orantium.

Numera-

1072 סָפַר Numerauit ordine. 1. Samuelis 24. Poſtquàm numerauit populũ. Leuit. 15. Et numerabit ſibi ſeptem dies. Pſal. 56. Fugam meam numeraſti. Gen. 15. Numera ſtellas ſi potes numerare eas. Pſal. 48. Numerate turres eius. Pſal. 78. Iehoua numerabit cùm ſcripſerit populos. Ieſaiæ 22. Et domos Ieruſalem numerabitis.

Participium præſens סֹפֵר. Ieſaiæ 33. Vbi eſt numerans turres. Et quia plerunque nominaliter uſurpatur, infrà inter nomina referendum duximus.

In uoce paſſiua נִסְפַּר. Gen. 32. Sicut arena maris, quæ nõ numerabitur præ multitudine. 1. Regum 8. Oues & boues, qui non numerabuntur. 1. Paral. 23. Et numerati ſunt Leuitæ. Iere. 33. Non numerabitur militia cœli.

In ſecunda cõiugatione סִפֵּר, recitauit ordine. Pſal. 119. Labijs meis recitaui omnia iudicia oris tui. Et mox iterum: Vias meas recitaui. Pſal. 75. Recitauerunt omnia mirabilia tua. Pſal. 69. Recitate inter Gentes gloriam eius. Pſ. 22. Recitabo omnia oſſa mea. Pſal. 71. Os meum recitabit iuſtitiam tuam.

Participium præſens מְסַפֵּר. Iudicum 7. Et ecce uir recitabat amico ſomnium. 2. Reg. 8. Et fuit ipſe recitans regi quod uiuificaſſet mortuũ. Et pluraliter מְסַפְּרִים. Pſ. 19. Cœli recitant gloriam dei.

In uoce paſſiua סֻפַּר. Pſalm. 22. Semen ſeruiet illi, recitabitur ipſi Iehoua in poſteritatem. Pſal. 88. Num recitabitur in ſepulchro beneficentia tua.

INDE NOMINA:

סֹפֵר Generaliter literatorem ſignificat, id eſt ſcribam literarũ, ſeu ut nos uocamus Notarium. Iudicum 5. Et de Zabulon trahentes cum uirga ſcribæ. Pſalm. 45. Lingua mea ſcribæ expediti. Ieſ. 36. Sicut nouacula ſcribæ. Deinde pro ſcriba uſurpatur, qui in regum aulis, & principum gubernatione res geſtas, & acta publica, itẽ cenſus, reditus conſcripſerunt. 2. Reg. 15. Et ſcribam principis militiæ. 2. Regũ 12. Et aſcendit ſcriba regis. & ca. 19. Et miſit rex ipſum Eliakim, qui erat ſuper domũ, & Sebna ſcribam, & ſeniores ſacerdotum, &c. 1. Paralip. 27. Iehonathan patruus Dauidis cõſiliarius, uir intelligens, & Scriba. Ieſ. 33. Vbi eſt ſcriba, ubi põderator, ubi numerator turriũ. Paulus hunc Ieſaię locum pro ſe citans uertit Gręca uoce γραμματεὺς, id eſt, literator. Et Metaſthenem definiuiſſe arbitror cùm inquit, Scribæ publici, notarij ſacerdotes, penes quos erat publica fides annalium, temporũ, & Regũ geſta. Tertiò pro illo ponitur cuius profeſſio erat interpretari legẽ, & prophetas, iudicare in rebus dubijs & perplexis legis & ſcripturæ ſacræ, & genealogias tribuum, maximè autem tribus Regię conſignare, qualis fuit Eſdra, de quo Eſd. 7. Et hic Eſdra aſcendit è Babylone, qui erat ſcriba expeditus in lege Moſi, &c. Atque alij deinceps multi poſt ipſum, quorum collegium uſque ad Chriſti tempora duraſſe Euangeliſtæ multis in locis teſtantur, qui præterea etiam rerum diuiſionem, hæreditates, ſucceſſiones familiarũ, cẽſus templi, cauſas matrimoniales, & diuortia, & item alias cauſas eccleſiaſticas curabant ac cõſcribebant, ſicut legitur quòd Herodes rex ex pontificibus & ſcribis populi percontatus ſit de loco ubi Chriſtus naſcẽdus erat, Matth. 2. Et in eodẽ Euangeliſta cap. 13. inquit: Omnis Scriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamiliâs, qui depromit è theſauro ſuo noua & uetera. Inſuper alijs multis in locis frequens fit mẽtio ſcribarum. Et Matth. 23. Scribas, hypocritas & abutentes ſua profeſſione prolixa concione acriter Chriſtus obiurgat, in qua quale eo tempore & poſtea ad Hieroſolymæ uſque excidium officium geſſerint, perſpicuè cernere licet. At quod Porchetus & alij poſt ipſum ſentiunt συνέδριον, id eſt, iudiciũ magnũ, & deprauata uoce Gręca Iudæi סַנְהֶדְרִין appellarint, & eorum numero ſeptuaginta fuiſſe, qui quoque מָסֹרֶת ſacris literis in margine appoſuerint, omnesque uerſus, & omnes dictiones, denique literas adeo ſingulas numerarint, non multum repugno, ſiquidem in iſto populo ſubinde ſtudia literarum, eruditio & ſapientia collapſa ſint, & ſcribæ ſeſe ad illas minutias applicârint. Poſtremò diſcrimẽ inter סֹפֵר & מְחֹקֵק etiã obſeruãdũ eſt, ſicut & Euãgeliſtæ obſeruarũt; סֹפֵר ſcriba eſt γραμματεὺς, מְחֹקֵק uerò eſt de gubernatione ſuperiore, qui leges pręſcribit, & dicitur νομικὸς, id eſt doctor legis,

ſeu legiſperitus:ſed de hac re nunc ſatis,nunc pergemus. Et pluraliter סוֹפְרִים. 2.
Paralipom.34.Et ſuper baiulos & exactores,ſuper omnem facientem opus, ad ſin
gula miniſteria erant ex Leuitis, Scribis, & præfectis & Ianitoribus. 1. Reg. 4.
Elihoreph & Achia filij Siſſa,ſcribæ.Ioſaphat filius Ahilud memorator, id eſt à ſe
cretis.Ier.8.Ad falſum fecit ſtylum Scribarũ. Et in ſtatu regiminis סֹפְרֵי. Eſther
3.Et uocauerunt Scribas regis.

סֵפֶר Liber,in quo continentur literæ,nomina,ſeu res geſtæ ordine conſcriptæ,catalo-
gus,in quo ordine uel perſonarum,uel rerum fit recitatio:quanquam etiam ſæpè
continens pro contento ponitur,id eſt pro ſcriptura, literis ſeu literatura. Gen. 5.
Hic eſt liber generationũ Adami,id eſt catalogus,recitatio. Et his uerbis orditur
ſuam hiſtoriã Matthæus:Hic eſt liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid,&c.id
eſt,catalogus.Num.21.Propterea dicetur in libro bellorũ Iehoua.Deu.24.Et ſcri
be illi libellum diuortij.Ioſue 10.Nonne hoc ſcriptum eſt in libro recti. Ieſaiæ 34.
Et circumuoluentur uelut liber,cœli.Ieremiæ 32.Et dedit librum emptionis. Ma
lachiæ 3.Et ſcribetur liber memorialis corã ipſo.2.Samuelis 11.Et ſcripſit Dauid li
bellum ad Ioab,& miſit per manum Vriæ.Ieſaiæ 29.Et facta eſt uobis uiſio omnis
ſicut uerba libri obſignati, quem dabunt ſcienti librum, dicendo, lege nunc iſtũ:
& datus eſt liber ei qui non nouit librum,dicendo,lege obſecro eum, & dicet nõ
noui librum,id eſt literaturam ſeu ſcripturam.Sic Dan.1. Et ad docendũ eos librũ
& linguam Chaldæorum,id eſt,literaturam,ſcripturam, literas, lectionẽ. Et mox
iterum:Et dedit illis deus ſcientiam & intellectum in omni libro,& ſapiẽtia,id eſt
literatura. Et in ſtatu affixorum mutat zere in hirik,& ſegol in ſeua.Exo.32.De
le me de libro tuo.Et mox iterum:Quicũq; deliquerit in me,delebo eum ex libro
meo. Et pluraliter סְפָרִים. 1.Regum 21.Et ſcripſit libellos in nomine Achab, &
ſignauit eos ſigillo eius,& miſit libellos ad ſeniores.Eccl.12.Faciendi libros mul
tos non eſt finis. Dan.9.Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum.

סְפָר Numerus,numeratio,nomen Infinitum.2.Parali.2.Et numerauit Salomo omnes
uiros proſelytos,qui erant in terra Iſrael poſt numerationem qua numerauit eos
Dauid pater eius.

מִסְפָּר Numerus.Geneſ.41.Vt ceſſaret numerare,quia non erat numerus.Pſal.147. Qui
ſubtrahit numerũ de ſtellis. Et notandus eſt ſignificandi modus, quẽ in aliquot
locis habet:Gen.34.Ego & homines numeri. Deu. 4.Et relinquemini homines
numeri in Gentibus.Ezech.12.Viri numeri.Iob 16. Quoniã anni numeri uenient,
id eſt pauci numero. Et in ſtatu regiminis מִסְפַּר. Exo. 16. Præ numero animarũ
ueſtrarum.cap.23.Et numerum dierum tuorum implebo. In ſtatu affixorũ quæ-
dam ſeruant cametz:ut Num.29.In numero eorũ. Quædam mutant cametz in
pathah.Num.14.Omni numero ueſtro. Et pluraliter in ſtatu regiminis מִסְפְּרֵי.
1.Paralip.12.Et iſti ſunt numeri capitum.

סְפֹרוֹת Siphræ,numeri.Pſ.71.Quoniã non noui numeros,ſcilicet beneficiorum tuorum.

סַפִּיר Saphirus,lapis precioſus candicans.Exo.24.Et ſub pedibus eius candor Saphiri,
& uelut cœlum in claritate.Et cap.28.In ordine ſecũdo Rubinus, Saphirus & A-
damas.Iob 28.Nõ ſternetur cum auro Ophir,cum Onyche precioſo, & Saphiro.
Et pluraliter סַפִּירִים. Cantic.5. Venter eius ebur dentis,obductus Saphiris. Ie-
ſaiæ 54.Et fundabo te in Saphiris.

1073 סקל Librauit,ſcilicet lapides,quemadmodum faciunt qui lapidem in deſtinatũ ho-
minem,uel locum,uel animal proijciunt.Et ut יָרָה de ſagittis,ita סָקַל de lapidi-
bus intelligitur,ſiue nomen אֲבָנִים appoſitũ ſit,ſiue nõ.Sed quia uerbũ librandi lin
guæ Latinæ minùs cõgruit,& nõ ita ſignificanter exprimit,uertemus nos uerbo
lapidandi:quare modo tantùm ſignificandi à uerbis שָׁקַל & שָׂכַל differt.Deut. 13.
Et lapidabis eum lapidibus.Exod.17.Et lapidabunt me.
In uoce paſſiua נִסְקַל, libratus eſt,id eſt,lapidatus eſt. Exod.19. Sed lapidando
lapidabitur,aut ſagittando ſagittabitur.
In ſecunda coniugatione סִקֵּל, quando conſtruitur cum accuſatiuo ſiue nomi-
nis,

nis,ſiue pronominis,tum retinet ſignificationem primæ cõiugationis.2. Sam. 16. Et lapidauit lapidibus Dauidẽ.Ieſaiæ 5.Et ſepiuit eam,& lapidauit eam,id eſt, lapidibus muniuit eam. At quando conſtruitur cũ ablatiuo mediante prępoſitione mem,tunc ſignificatione cõtraria notat delapidare,i.remouere lapides.Ieſ. 62. Repurgate uiam pro populo,ſternite,ſternite ſtratã,liberate à lapide,id eſt, delapidate à lapide,ſeu repurgate à lapide.

1074 In uoce paſſiua סֻקַּל. 1.Reg.21.Lapidatus eſt Nabot,& mortuus eſt.

סָרַר Peruerſus fuit,auertit ſe,rebellauit. Et contrariæ eſt ſignificationis uerbis אָסַר מָסַר & יָסַר: cõgruitq́ ſignificatione uerbo סוּר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepẽt.Oſeæ 4.Sicut uacca rebellis rebellauit.

Participium præſens סַר, intractabilis, rebellis, peruerſus, contumax. 1. Reg. 20.Abijt uerò rex Iſrael contumax,& furibundus. Et in genere fœminino סָרָה. 1.Reg.21.Qualis eſt iſte ſpiritus contumax,ut non comedas panem.

INDE NOMEN,

סוֹרֵר Nomen participiale,contumax,peruerſus,inobediẽs,immorigerus, incorrigibilis,indiſciplinabilis,intractabilis,**eigenſinnig**, qui non uult regi ulla diſciplina, ſed pro arbitrio quolibet fertur.Deut.21.Si fuerit alicui filius cõtumax. Paulus in hũc locũ reſpiciẽs,hoc uitiũ Gręcè ἀπείθειαν uocat,i.inſuaſibilitatẽ,ut opponat uerbo Hebræo מרה. Et in epiſt. ad Epheſ.quodãmodo definit:In filijs inobedientiæ,qui in cõcupiſcentijs carnis uerſant,facientes quæ carni ac mẽti libent. Et ad Coloſ.3.Mortificate membra ueſtra terreſtria,ſtuprum,immunditiẽ,mollitiẽ,cõcupiſcentiã,& auaritiã,quæ eſt ſimulachrorũ cultus,ob quæ uenire ſolet ira dei in filios ἀπειθεῖς,i.intractabiles.Pſal.78.Generatio contumax.Ieſ. 65.Expandi manus meas ad populũ contumacẽ. Hũc locũ Paulus citãs Rom.10.uocẽ prophetæ duabus reddidit,quò ſatis eius ſignificationẽ exprimeret. Et pluraliter סוֹרְרִים. Pſ.66.Qui cõtumaces ſunt,non extollentur.Pſ.68.Accepiſti dona ꝓ hominibus, atq; etiã cõtumaces,ut habitet Ia.Ieſ.1.Principes tui cõtumaces ſunt & ſocij furũ.

In genere fœmin. סוֹרֵרָה. Oſeę 4.Sicut uacca indiſciplinabilis rebellabit Iſrael. Itẽ in alia forma סוֹרֶרֶת. Nehe.9. & Zach.7. Et dederunt humerũ intractabilẽ.

1075 Prou.7.Clamoſa,indiſciplinabilis,in domo ſua non conſiſtunt pedes eius.

סָרַב Eius plurale סָרָבִים, propriè ſentes ſignificat,quę aculeatę pungendo adurũt: ideo multi pro irritatoribus expoſuerunt.Sed quidam Rabi Duniaſch filius Labrat,qui ab Elia Leuita citatur in ſuo Thesbita,dicit ſpeciẽ eſſe ſpinæ ex 20.ſpecieb.quæ in Biblijs reperiunt.Ezech.2.Quoniã ſentes & ſpinę erũt iuxta te,& ad

1076 ſcorpiones tu habitas. Ego arbitror eſſe urticas ab urendo,& conuenire cum צרב.

סָרַח Congruit ſignificatione cum uerbis סָחַר & זָרַח, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe parum uarient. Significat aũt neutraliter extendere ſe in latitudinẽ,**überhangen**.Exo.26.Extenſio,quę excedit in cortinis,nempe dimidiũ cortinæ excedentis,extendet ſe ſuper extremitatibus habitaculi.

Participium præſens generis fœminini סֹרַחַת. Ezech. 17. Et floruit, & facta eſt in uitem extendentem ſe,ſcilicet in latitudinem.

Participium præteritum סָרוּחַ. Exod.26. Sitq; extenſio,ſiue extenſio ſuper lateribus habitaculi, huc & illuc ut operiat ipſum. Et pluraliter סְרוּחִים. Amos 6.Propterea nũc exulamus in principio exulũ,& diſcedet cõuiuatio extẽſionũ. Scribit tamen ibidẽ סְרֻחִים: Qui iacent ſuper lectis eburneis,& ſuper quorum grabbatis ſunt extenſiones,& comedũt agnos de grege. Vult aũt luxum ſignificare tegumentorũ ſuper grabbatis ubiq; dependentiũ. Et in ſtatu regiminis סְרוּחֵי.Ezec. 23.Accinctos baltheo in lumbis ſuis extenſa tincturæ in capitibus ſuis. Vocat aũt latas & amplas cappas ſeu mitras Babyloniorum.

In uoce paſſiua נִסְרְחָה: eius participiũ fœminini generis נִסְרָחָה, ſignificat extenſionem illam ablatam ſeu præciſam, ut amplius non ſit: itaq; contrariæ ſignificationis uerbo uertere oportet pro diminuta,cõtracta eſt. Ieremię 49. Ablatum eſt conſilium à filijs,contracta eſt ſapientia ipſorum.

INDE NOMEN,

סֶרַח Extenſio, dilatatio, res extenſa. Exod. 26. Et extenſio, quæ excedit in cortinis.

1077 סְרָנִים Legitur in ſcriptura ſacra tantū pluraliter. Arbitror autē Phœnices ſuos principes ita uocaſſe, ſicut Hebræi שָׂרִים, & Babylonij אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא, & Perſæ Satrapas principes ſuos appellarūt. Habuit autem Phœnicia quinq; Satrapas ſiue principes ſecundum quinq; ciuitates celebriores, quas rexerunt: quæ 1. Sam. 6. nominatim recenſentur. Iudi. 16. Et corruit domus ſuper principes. 1. Sam. 6. Et mures aureos iuxta numerum omnium ciuitatum Philiſtæorum, nempe ſecundum principes. Et in ſtatu regiminis סַרְנֵי. Iud. 3. Quinq; principes Philiſtæorū. 1. Samuel. 6. Iuxta numerum principum Philiſtæorū quinq; anos aureos, & quinque mures aureos. Significat quoq; סַרְנֵי, axes in rotis, quibus fulciuntur, & uoluuntur. 1. Regum 7. Quatuor rotæ æreæ erant baſi uni, & axes ærei. Ex hoc loco fit perſpicuū, ideo principes hoc nomine uocari, qui fulcra ſunt populi, & uelut cardines rerum agendarum.

1078 סָרִיס Nomen peregrinum, ſeu Ægyptium eſſe cēſeo, quo is eſt appellatus qui Regi à negocijs aulicis fuit perficiendis, maximè aūt curandis cubiculis: hinc Hieronymus uertit Eunuchus, id eſt cubicularius ſeu Camerarius. Et licet illi quoq; Gynecæis curandis præfuerint, & ut de fide continentiæ minùs ſuſpecti eſſent, caſtrarētur, tamen nō omnes ſpadones fuiſſe ex eo conſtat, ꝙ Potiphar Eunuchus Pharaonis uxorē habuiſſe legitur 2. Reg. 8. Et dedit ei rex Eunuchū unū qui princeps erat in ſuburbijs. 2. Reg. 25. Ier. 52. Et ex ciuitate accepit Eunuchum unum, qui pręfectus erat ſuper uiros bellatores. Iere. 38. Et audiuit Ebedmelech Æthiops uir Eunuchus, qui erat in domo regis. Ieſaiæ 56. Et ne dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum. In ſtatu regiminis mutat cametz in ſeua. Gen. 39. Emitq; eum Potiphar Eunuchus Pharaonis princeps Laniorū uir Ægyptius. Eſther 2. Vt congregarēt omnem puellam uirginem, quę eleganti eſſet facie in Suſa metropolim, intra domum mulierum, ſub manum Hege Eunuchi regis cuſtodis mulierū, ut donaret ornatum illis. Et ibidem iterū: Manēs ſub cura Saaſgaz Eunuchi regis cuſtodis cōcubinarum. Et pluraliter סָרִיסִים. 2. Regum 9. Et proſpexerunt ad eum duo uel tres Eunuchi, &c. 2. Reg. 20. & Ieſa. 39. Et de filijs tuis, qui egrediunť ex te, quoſq; genueris, accipiet, & erūt Eunuchi in palatio regis Babel. Eſth. 1. Die ſeptimo cū corde hilari eſſet, poſt uinum dixit ad Mehuman, Bitham, Harbonam, Abagthā, Zethar, & Carchas ſeptē Eunuchos, ꝗ miniſtrabāt in cōſpectu regis Achaſueri, ut introducerēt Vaſthi reginā in cōſpectū Regis. Ieſ. 56. Sic ait Iehoua Eunuchis, qui cuſtodiēt Sabbatha mea, &c. Iere. 28. Poſtquā egreſſus eſt Iechonia rex & Regina, & Eunuchi principes Iehuda & Ieruſalē, artifex & incluſor de Ieruſalem. Ier. 34. Principes Iehuda & principes Ieruſalem, ipſos Eunuchos & ſacerdotes, & uniuerſum populum terræ. Daniel. 1. Et impoſuit eis princeps Eunuchorū nomina, &c. In ſtatu regiminis סְרִיסֵי. Eſth. 4. Et uocabat Heſter Hathah ex Eunuchis regis, quē conſtituerat ante illam. Eſther 6. Et cùm illi adhuc loquerentur cū eo, aduenerunt Eunuchi regis, & ſategerunt introducere Hamon ad conuiuium. In ſtatu affixorū ſimiliter nihil mutat. Gen. 40. Et iratus eſt Pharao ſuper duos Eunuchos ſuos, ſuper principem pincernarum, & ſuper principem piſtorum. 1. Samu. 8. Sata ueſtra & uineas ueſtras decimabit, & dabit Eunuchis ſuis & ſeruis ſuis. 2. Reg. 24. Et egreſſus eſt Iehoiackim rex Iehuda ad regem Babel, ipſe & mater eius & ſerui eius & principes eius, & Eunuchi eius. Et mox iterū: Matrē regis & uxores regis & Eunuchos eius, & potentes in terra. Eſther 4. Venientes autem puellæ Eſther, & Eunuchi eius, nunciauerunt ei. Dan. 1. Et dixit rex ad Aſpenaz magiſtrum Eunuchorum ſuorum, ut introduceret de filijs Iſrael, &c.

1079 סרת Præpoſitione mem literæ מִסְרַת, auunculus, id eſt, frater matris. Amos 6. Et tollet eum patruus ſuus, & auunculus ſuus ad educendum oſſa de domo.

סֵתֶר Quære in themate ſuo סוּר.

Occlu-

1080 סתם Occluſit, obſtruxit: cõgruitq́ ſignificatione cum uerbis שָׂתַם חָסַם & חָסַם, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant. 2. Paral. 32. Et ipſe Ezechias occluſit exitum aquarum. Et mox iterum: Et occluſerunt omnes fontes. Dan. 2. Et tu occlude uerba, & occlude librum uſq; ad tempus finis.

Participium præteritum סָתוּם. Ezech. 28. Ecce ſapientior es Daniele, omne occluſum non clam te eſt. Scribitur tamẽ cum kybutz סָתֻם. Pſal. 51. Et in abſtruſo ſapientiam cognoſcere feciſti me, id eſt, & ſapientiam, quæ eſt in occulto, notam feciſti mihi. Huc reſpexit Chriſtus Luc. 8. Non eſt abſconditum, quod non ſit cognoſcendum. Et Paulus 1. Cor. 2. Sed loquimur ſapientiam in myſterio, quæ recondita eſt. Et pluraliter סְתֻמִים. Dan. 12. Vade Daniel, quoniam occultata & obſignata ſunt uerba uſq; ad tempus finis.

In uoce paſſiua נִסְתָּם. Nehe. 4. Quòd cœptæ eſſent interruptiones occludi.

In ſecunda coniugatione סִתֵּם. Gen. 26. Et omnes puteos occluſerunt eos Philiſtæi. Et mox iterum: Et obſtruxerunt eos Philiſtæi.

1081 סתר In prima coniugatione uſuuenit tantùm in uoce paſſiua נִסְתַּר, id eſt, abſconditus fuit, recõditus fuit. Et tam in bonũ quàm malũ ſumitur. 1. Sam. 20. Et uenies ad locum ubi abſconditus fuiſti. Iere. 23. Num abſconditur quiſquam? Pſal. 89. Vſquequo Iehoua abſconderis in ſeculum. Ieſ. 28. Quoniam poſuimus mendaciũ protectionem noſtram, & in falſo abſconditi ſumus.

Participium maſculini generis נִסְתָּר. Pſal. 19. Et nihil abſconditũ à calore eius. Prouer. 27. Aſtutus uidet malum, & abſconditur. Et pluraliter נִסְתָּרִים. Deut. 7. Abſcondita à facie tua. Et in genere fœminino נִסְתָּרָה. Iob 3. Viro cuius uia abſcondita. Et pluraliter נִסְתָּרוֹת. Deut. 29. Quę abſcõdita ſunt Iehoua deo noſtro. Pſal. 19. Et ab abſconditis fac inculpatum me.

In ſecunda coniugatione סַתֵּר. Ieſa. 16. Abſconde expulſos.

Participium pręteritum fœminini generis מְסֻתָּרָה. Prou. 27. Melior eſt increpatio manifeſta, quàm dilectio abſcondita.

In tertia coniugatione הִסְתִּיר. Pſal. 10. Abſcondit faciem ſuam. 1. Sam. 20. Et cur abſcõdet pater meus à me rem iſtã. 2. Reg. 11. Et abſconderunt eum ab Athaliahu. Ieſa. 49. Et poſuit me in ſagittam politam, in pharetram ſuam recondit me. & cap. 57. Et percutiebant eos abſcondendo. Prouerb. 25. Gloria dei abſcondere rem, & gloria Regum perueſtigare rem. ubi opponitur uerbo חָקַר. Ieſ. 29. Væ profundantibus à Iehoua ad abſcondendũ conſiliũ. ubi utraq; litera characteriſtica tertię coniugationis abiecta eſt. Pſal. 17. In umbra alarũ tuarum abſcondes me. Pſal. 31. Abſcõdes eós in abſcõſione faciei tuæ. Pſal. 64. Abſcõdes me à cõſilio malignantiũ.

Participium præſens מַסְתִּיר. Ieſa. 8. Et qui abſcõdit faciem ſuam à domo Iacob.

In quarta coniugatione הִסְתַּתֵּר. Ieſaiæ 29. Et intelligentia intelligentium eius abſcondetur.

Participium מִסְתַּתֵּר. 1. Sam. 23. Nónne Dauid abſcondit ſe apud nos.

INDE NOMINA:

סֵתֶר Abſconſio, latibulum. Iud. 4. Verbum abſcõſionis mihi ad te Rex. Pſal. 27. Et abſcondet me in abſconſione tabernaculi ſui. Pſal. 32. Tu es abſconſio mihi. Pſal. 61. Protectionem habebo in abſconſione alarum tuarum. Pſal. 90. Sedens in abſconſione Altiſſimi. Ieſaię 28. Et abſconſionem aquæ inundabunt. Et in accentu diſtinctiuo סָתֶר. Deut. 27. Et ponet in abſcondito. In ſtatu affixorum mutat zere in hirik, & ſægol in ſeua. Pſal. 18. Ponet tenebras abſconſionẽ ſuam. Pſal. 119. Abſconſio mea & ſcutum meum es tu. Et in genere fœminino סִתְרָה. Deut. 32. Surgant & adiuuent uos, & ſint ſuper uos abſconſio.

מִסְתָּר Abſconſio, latebra, latibulum. Pſal. 10. Inſidiabitur in abſcõdito tanquam leo. Habakuk 3. Vt deuorent oppreſſum in abſcondito. Et pluraliter מִסְתָּרִים. Pſal. 10. In abſconditis interficiet inculpatum. & Pſal. 17. Et ſicut leunculus ſedens in abſconditis. Ieſ. 45. Et dabo tibi theſauros tenebrarum, & arcana abſconſionum. Iere. 49. Reuelaui abſcondita eius.

מִסְתָּר Abſconſio.Ieſ.53.Sicut abſconſio facierum ab ipſo.

מִסְתּוֹר Abſconſio.Ieſa.4.In protectionem & abſconſionem ab imbre & pluuia.

## DE DICTIONIBVS TETRAGRAMMATIS ET PEREGRINIS.

1082 סמדר Flos ſeu folliculus in uite.Canticor.2.Et uites in flore dederũt fragrantiam. Et mox iterũ:Et uineas noſtras in flore.& cap.7.Videbimus ſi floruerit uitis,aperuerit ſe flos.

1083 סנסין Et pluraliter סַנְסִנִּים: alij ramos,alij fructus eſſe uolunt palmæ arboris . Ego arbitror ſignificationem habere à ſimilitudine rubi, & duplicatũ eſſe ad augendam ſignificationem. Legitur tantùm Cantic.7. Aſcendam in palmam,apprehendam ramos eius.

1084 סנפיר Pinnula in piſcibus. Leuitic.11.& Deuter.12. Omne quod habet pinnulam & ſquamam.Et accipitur collectiuè.

1085 סנורים Nomen pluralis numeri, quo uſa eſt ſcriptura ad ſignificandum ingentem & denſiſſimam excęcationem ſeu cæcitatem. Gen.19.Et homines,qui erãt ad ianuam domus,percuſſerunt cæcitatibus,id eſt,ingenti cæcitate.Sic Septuaginta etiam reddiderunt,ἐν ἀορασίᾳ,id eſt,cæcitate.2. Reg.6. Percute obſecro gentem hanc cæcitatibus.

1086 ספרד Quemadmodum Iudæi צָרְפַת , Galliam illam occidentalem, ita סְפָרַד ei uicinam Hiſpaniam uocant:utrunq; tamen falſò , & ſine ulla ratione,inſigniq; inſcitiæ & oſcitantiæ patefactione, cùm ex textu certiſſimè conſtet loca eſſe Septentrionalia . Quare præceptori Hieronymi & autori uulgatæ editionis omnino aſſentior,qui ut in textu eſt ſcriptum,בִּסְפָרַד boſphorũ tranſtulerunt. Siquidẽ hęc uox pronunciatione cum Hebræo congruat.Legitur tantùm in Abdia:Et migrauit exercitus huius de filijs Iſrael,qui inter Cananęos ſunt uſq; ad Zarphath,& trãſmigratio Ieruſalem, quę eſt in Sepharad, poſſidebunt ciuitates meridionales.

1087 סרעת Et pluraliter סַרְעַפּוֹת, uox compoſita ex עָפָא & סְעִיף, quorum utrũq; ramũ ſignificat,interpoſita litera Res.Puto autem ſignificare multos ramos,ſeu magnam perplexitatem ramorum Ezech.31.Et multiplicati ſunt rami eius. Legitur deinde שַׂרְעַפִּים, forma nonnihil mutata, aliud nomen pluralis numeri tantùm,quod ad animum refertur,& ſignificare arbitror perplexitatẽ,ſcilicet cogitationum, diſtractionem animi.Nam ut אמר, & ramum ſignificat & cogitationem, ſeu proloquutionem, ita quoq; ſimili ratione hoc. Vſus eſt autẽ iſto in duobus locis Dauid:Pſal.94.In multitudine perplexitatum mearum intra me,conſolationes tuæ oblectauerunt animam meam. Pſalm.139. Scrutare me deus,& cognoſce cor meum,proba me,& cognoſce perplexitates meas.

1088 סרפד Nomen compoſitum.Nam סִיר ſentem ſignificat. Inde in hoc noſtrum סִרְפָּד, ſenticetum, quod non in altum ſuccreſcit . Ieſaiæ 55.Et pro ſenticeto creſcet Myrtus.

# ע

Oſeæ 4.

עַם לֹא יָבִין יִלָּבֵט

1089

## עָבַד

Seruiuit. Et differt à uerbo שֵׁרֵת, quòd hoc ſit liberorum & ingenuorũ, עָבַד autem dicatur de duriore conditione & ſeruitute. Variat autẽ modo ſignificãdi ex cõſtructione. Primò, bis cõſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed. Iud. 2. Et dereliquerunt Iehoua, & ſeruierunt ipſi Baal & Aſtaroth. 1. Sam. 4. Ne ſeruiatis Ebræis, quemadmodũ ſeruierunt uobis. Secundò, quando cum beth cõſtruitur, tum actiuè ſignificat duritiem ſeu ſęuitiam exercere in aliquem tanquam in ſeruum. Leuit. 25. Et ſi attenuatus fuerit frater tuus tecũ, & uenditus fuerit tibi, non duritiam exerceas in eum ſeruitute ſerui. Et ibidem iterum: In perpetuũ duritiam exercebitis in eos. Iere. 25. Quoniam duritiam exercebunt in eos etiam Gentes multæ. & cap. 30. Et non duritiam exercebunt in eum amplius. & cap. 34. Abſque duritiã exercere in eos. Ezech. 29. Opus eius, quo duritiã exercuit in eam, dabo ei terram Ægypti.

Legitur tamen ſemel extra hãc phraſin uſurpatam literã beth, ubi ualet, pro, ſeu propter. Oſeæ 13. Et ſeruiuit Iſrael pro uxore, & pro uxore cuſtodiuit, &c.

Tertiò, ſæpiſſimè regit poſt ſe accuſatiuum, & uerbo colendi reddere licebit. Exo. 3. Coletis deum ſuper mõte iſto. & cap. 20. Non proſternes te illis, neq; coles eos. Deut. 10. Iehoua deum tuum timebis, & ipſum coles. Ieſ. 19. Et colent ſacrificium, & oblationem. 1. Sam. 26. Vade, cole deos alienos. Pſal. 2. Colite ipſum Iehoua in timore. Malach. 3. Fruſtrà eſt colere Deum. Deut. 11. Ad diligendum Iehoua deum tuum, & ad colendum eum in toto corde ueſtro, & in tota anima ueſtra. 1. Sam. 17. Si autem ego præualuero eum, & percuſſero eum, eritis nobis in ſeruos, & coletis nos. Gen. 14. Duodecim annis coluerũt Kedorlaomer & decimo tertio rebellauerunt. & cap. 31. Vos ſcitis quòd pro uirili mea coluerim patrem ueſtrum. Exo. 20. Sex diebus coles, & facies omne opus tuum, at dies ſeptimus ſabbathum eſt Iehoua dei tui. Deut. 28. Vineam plantabis & coles, ſed uinum non bibes.

Participiũ pręſens עֹבֵד. Gen. 49. Et factus eſt pro tributo ſeruiẽs. Prou. 12. Suauis ſomnus colentis. Ezech. 48. Colens ciuitatem, colẽt eum ex omnibus baculis Iſrael. Gen. 4. Et Cain erat colens terram. Ezech. 13. Vir colens terram, id eſt, agricola. Et pluraliter עֹבְדִים. Num. 18. Ipſi ſeruiũt ſeruitium tabernaculi. 2. Reg. 17. Et deos ſuos erãt colẽtes ſecundũ morem gentiũ. In ſtatu regiminis עֹבְדֵי. Ieſ. 19. Et pudefiẽt ſeruitio colẽtes ligna. & cap. 30. Boues & pulli aſinorũ cultores humi.

In uoce paſſiua נֶעֱבַד. Deut. 21. In uallem aſperam, in qua nõ coletur. Ezech. 36. Et culti eritis, & ſati eritis. Et mox iterum: Et terra deſolata coletur.

Participium נֶעֱבָד. Ezech. 5. Regi propter agrum ſeruitur.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua עֻבַּד. Deuteron. 21. Vitulam armenti, in quam non eſt duriter actum, quæ non traxit in iugo. Ieſaiæ 14. Et à ſeruitute dura, qua duriter actum eſt in te.

In tertia coniugatione הֶעֱבִיד, ſeruire fecit, ad ſeruitium adegit, in ſeruitutem redegit. Ieſaiæ 43. Sed ſeruire feciſti me in peccatis tuis, defatigaſti me iniquitatibus tuis. Et mox iterum: Non ſeruire feci te in oblatione. Ezech. 29. Rex Babylonis in ſeruitium adegit exercitum ſuum ſeruitute dura. Ierem. 34. Vt non ſeruire in illis. Exod. 1. Et adegerunt ſeruire Ægyptij Iſraelem. 2. Paral. 2. Et ſexcentos præfectos ut ſeruire facerent populum.

Participiũ pręſens pluralis numeri מַעֲבִידִים. Exo. 6. Quos Ægyptij ſeruire faciũt.

INDE NOMINA:

עֶבֶד Seruus, qui uel pecunia eſt emptus, uel captus bello: quanquã etiã ex humiliatione, et animi ſubmiſſiõe aliquis ſe ſeruũ alterius uocat, atq; tũ idẽ eſt, qđ obſequẽs, obtempe-

temperans,ſubiectus,deditus,&c.Geneſ.9.Seruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Et mox iterum:Et erit Canaan ſeruus illi. Exo.12. Et omnis ſeruus, acquiſitio argẽti. & cap.21. Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet, & in ſeptimo anno egredietur.Deut.34.Et mortuus eſt ibi Moſes ſeruus Iehoua. Et in diſtinctione ſententiæ עבד. Leuit.25.Non uendatur uẽditione ſerui.1. Reg.9. Non dedit Salomo ſeruũ. In ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua. Ioſue 1. Moſes ſeruus meus mortuus eſt. Et pluraliter עבדים. Gen.9.Seruus ſeruorũ erit fratribus ſuis.& cap.12.Et ſerui & ancillę.& cap.44.Apud quẽcunq; inuẽtus fuerit ex ſeruis tuis,ſtatim morietur,& nos erimus Suſtẽtatoris mei in ſeruos. 2. Sam. 8.Et factus eſt Moab Dauidi in ſeruos, portantes munus. Et in ſtatu regiminis עבדי. Gen.26.Et foderunt ſerui Izhak in ualle. In ſtatu affixorum ſeruat priores duas uocales. Leuit. 25. Quoniã ipſi ſunt ſerui mei,quos eduxi de terra Ægypti.1. Reg.10.Et habitationem ſeruorum eius,& ſtationem miniſtrorum eius.

עבדה Seruitium,ſeruitus,cultus:& dicitur tam δουλεία, quàm λατρεία.Gen.29.Et dabitur tibi etiam hoc pro ſeruitio,quo ſeruies apud me. Exo. 1.Et amaricauerunt uitam eorum ſeruitio duro.& cap.2.Et gemuerunt filij Iſrael præ ſeruitio,& clamauerũt, & aſcendit clamor eorũ ad Deum propter ſeruitium. Leuit.23. Omne opus ſeruitij non facietis. In ſtatu regiminis עבדת. Exo.30.Et accipies argentum expiationum à filijs Iſrael ad ſeruitiũ tabernaculi. Leuit.24. Omnis ingrediens ad ſeruiendum ſeruitium ſeruitij,& ſeruitiũ portationis in tabernaculo.Ieſ.32.Et erit factura iuſtitiæ pax, & ſeruitium iuſtitiæ tranquillitas, & confidentia æterna. In ſtatu affixorum עבדת. Gen.30.Quoniam tu noſti ſeruitiũ meum, quo ſeruiui tibi. Exo. 12.Et cuſtodieritis cultum iſtum.Et mox iterum:Quis iſte eſt cultus ueſter.Pſalm. 104.Egreditur homo ad opus ſuum,& ad culturam ſuam uſq; ad ueſperam.

עבדה Seruitium.Gen.26.Et fuit ei acquiſitio ouium, & acquiſitio armenti, & ſeruitium multum.Iob 1.Et ſeruitium multum ualde.

עבדות Seruitus. Eſdræ 9.Parum in ſeruitute noſtra. Et iterum : Et in ſeruitute noſtra non dereliquimus Iehoua.

מעבדים Seruitia,nomen pluralis numeri tantùm. Iob 34. Iccirco agnoſcet ſeruitia eorum.

עבדים Seruitia, nomen pluralis numeri tantùm:ſingulare eius eſſet עבד, tamẽ non eſt in uſu.Eccl.9.Et ſeruitia eorum in manu Dei.

1090

עבה Condenſatus eſt,eſtq; quantitatis:& congruit ſignificatione cũ uerbis עבב עוב & עבת: itẽ cum בעה & בעת, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant.Deut.32.Impinguatus es,condenſatus es.

INDE NOMINA:

עב Denſum,denſitas cuiuslibet rei, nomen maſculini generis.1.Reg.7. Et columnas & denſitatem in ſuperficie eorum.ubi de trabe denſa dicitur. Et hoc nomine Hebræi communiter uocant nubem denſiorem.1.Reg.18.Ecce nubes parua ſicut uola uiri aſcendit de mari.Iob 20.Et caput eius ad nubem pertigerit.& cap.30. Et ut nubes,præterijt ſalus mea.Prou.16.Et beneuolentia eius ſicut nubes ſerotina.Eccleſ.11.Si plenę erunt nubes,pluuia ſuper terram euacuantur. In ſtatu regiminis עב. Exod.19.Ecce ego ueni ad te in denſitate nubis. Et pluraliter עבים. Ierem.4. Ingreſſi ſunt in denſitates, id eſt in ſyluas denſas.Iudic.5.Ecce nubes ſtillauerunt aquas.1.Reg.18.Et cœli obfuſcabantur nubibus & uento.Iob 22.Nubes ſunt abſconſio illi.Pſal.104.Qui ponet nubes uehiculum ſuũ. In ſtatu regiminis עבי. 2. Sam.22.& Pſal.18.Denſitates nubium. In ſtatu affixorum etiam nihil mutat. Iob 26.Colligat aquas in nubes ſuas.Pſalm.18.A ſplendore præſentiæ eius nubes eius tranſeunt. Et in forma fœminina עבה. 1.Reg.12.Minimus meus denſior lumbis patris mei. Et in ſtatu affixorum mutat he literam in iod, & cametz in hateph cametz.1.Reg.7.Et denſum eius palma.Ieremiæ 52.Et denſum eius quatuor digitorum. Et pluraliter עבות, nubes.2.Samuelis 23.Sicut mane nõ ſunt nubes.Pſ. 77.Effluxæ ſunt aquis nubes.

עבי Denſitas.Iob 15.Currit ad eum collo ſuo,denſitate tergoris clypei ſui.

Et

מַעֲבֶה Et in ſtatu regiminis מַעֲבֵה, denſitas. 1. Regum 7. In regione Iordanis fudit ea rex in denſitate humi.

עַבְטִיט Nomen compoſitum ex עָב & טִיט, & ſignificat denſum lutum. Habakuk 2. Et aggrauat ſuper ſe lutum denſum.

1091

עָבַט Mutuatus eſt, alicũde mutuò accepit, borgen. Deu. 15. Tu aũt non mutuò accipies. In ſecunda coniugatione עִבֵּט, mutuauit, id eſt, cõmutauit. Ioel. 2. Sicut heroes current, ſicut uiri bellicoſi tranſcendent murum, & ſinguli in uia ſua ambulabunt, neq; commutabunt ſemitas ſuas, abwechſeln.

In tertia coniugatione הֶעֱבִיט, mutuò dedit. Deuter. 15. Mutuò dabis gentibus multis. Et mox iterum: Sed aperiendo aperies illi manum tuam, & mutuando mutuabis illi ſufficientiam defectus eius, quo defecerit ei.

INDE NOMEN,

עֲבֹט Mutuum, hoc eſt, pignus, quod mutuò danti interim datur donec ſoluatur debitum, pfand/vnderpfand. Deu. 24. Proferet ad te pignus foràs. Et mox iterũ: Reſtituendo reſtitues ei pignus, dum occubuerit ſol. Et in ſtatu affixorũ nihil uariat. Deuter. 24. Si accommodatò dediſti proximo tuo accommodatum aliquod, non ingredieris in domum eius ad pignorandum pignus eius. Et mox iterum: Et ſi uir ille oppreſſus eſt, non cubabis in pignore eius. Vide בָּעַט.

1092

עָבַר Generali ſignificatione nõ multùm abludit à uerbis עָרַב & בָּעַר: & ut literarũ tantùm tranſpoſitione, ita ſolo ſignificandi modo inter ſe differũt. Generaliter enim hæc tria tranſitionẽ, ſeu motum de uno ad aliud ſignificãt: nam עָרַב cõuenire, ſeu ut Latini dicũt trãſigere, בָּעַר trãſitione uagari ſeu tollere, עָבַר aũt tranſire cõmuniter de loco ad locum, ſeu conditione ad conditionẽ ſignificat, quando ſcilicet mediũ per quod tranſitur, uel aqua, uel ignis, uel mons, uel uallis, uel campus aut deſertũ exiſtit. Primò abſolutè ponitur. Pſal. 16. Statui, ne trãſeat os meũ. Habakuk 1. Tunc mutabit animũ ſuum & tranſibit, & reus erit. Prouer. 22. Qui callidus eſt, uidet malum & abſcondit ſe: imperiti aũt dum trãſeunt, ſtatim damnum accipiunt. In illis tribus ſuperioribus locis temeritatẽ & tranſgreſſionẽ importat. Interdum ſignificat præterire aliquid. Pſal. 18. A ſplendore corã ipſo nubes eius præterierunt. Pſal. 37. Et præteribã, & ecce non erat. Pſal. 57. Et in umbra alarũ tuarum defenſionẽ quęram, donec prætereat malũ. Exo. 12. Et tranſibit Iehoua ad percutiendũ Ægyptios, & uidebit ſanguinẽ in ſuperliminari & ſuper duobus poſtibus, & tranſiliet ſuper ianuã, &c. Hinc ſumpſerunt Euangeliſtæ, quod dicũt de trãſitu Chriſti ad patrẽ, &c. Eſt aliquando temporis. Gen. 50. Et præterierunt dies luctus eius. Iob 17. Dies mei pręterierunt. & cap. 18. Præterijt meſſis, ceſſauit æſtas, & nos ſaluati nõ ſumus. Ieſ. 28. Donec prętereat indignatio. Secundò regit plerunq; poſt ſe accuſatiuũ mediante articulo אֵת accuſatiui caſus, ſi de aquis dicitur. Gen. 31. Et ſurgens tranſiuit fluuium. & cap. 32. Quoniam cum baculo meo tranſiui Iordanem iſtum. 1. Reg. 2. Trãſibis torrentẽ Kidron. Aliquãdo etiam de loco. Gen. 32. Ortus eſt ei ſol, dum trãſiret Penuel. Itẽ de perſona. 2. Sam. 18. Cucurrit igitur Achimaz & præterijt ipſum Huſi, id eſt anteuertit. Item attribuit̃ etiã rei inanimatæ. Iere. 23. Fui quaſi uir ebrius, & uelut uir quẽ tranſiuit uinũ, id eſt peruaſit. Significat tamẽ etiã in hac conſtructione metã conſtitutã, & præſcriptã præterire. Gen. 31. Teſtis eſt aceruus ille, & teſtis eſt ſtatua illa, quòd nõ præteribo aceruũ hũc ad te, neq; tu præteribis aceruũ iſtum & ſtatuã iſtam ad me in malum. Iere. 5. Qui poſuit arenam terminũ mari, ſtatutũ perpetuũ, nec præteribit eum. Pſal. 104. Terminũ poſuiſti quẽ non præteribit. Num. 22. Si daret mihi Balak plenitudinẽ domus ſuæ, argentũ & aurum, nõ potero præterire os Iehouæ dei mei, ut faciam uel exiguum uel magnum quiddã. Ioſue 7. Eò quòd præteriuit pactũ Iehoua, & fecit ſtultitiã in Iſrael. Tertiò, conſtruitur ſæpenumero cum prępoſitione beth, id eſt in, per. Gen. 12. Et tranſiuit Abram per terram uſq; ad locum Sichem. Gen. 30. Tranſibo hodie per omnes greges tuos. Num. 20. Tranſibimus nunc per terrã tuam, nõ tranſibimus per agrũ, aut per uineam. Legitur tamen

mē̃n ſemel in ſingulari phraſi, Deuter. 29. Vt tranſeas in pacto Iehoua dei tui, & in iuramento eius, quod Iehoua deus tuus fecit hodie tecum, id eſt, ut pergas, tanquã intra metas. Quartò, cum ablatiuo mediante מֵאֵת. Deut. 2. Tranſiuimus à fratribus noſtris filijs Eſau. 1. Reg. 22. Quo tempore tranſiuit ſpiritus Iehoua à me ne loqueretur mihi. Itẽ cum מֵעַל. Gen. 18. Ne obſecro trãſeas à me. Et cum ſimplici mem. Pſal. 18. A ſplendore coram ipſo nubes eius tranſierunt. Et in ſingulari phraſi, Ieſaiæ 40. Et à deo meo iudicium meum præteribit, id eſt, negligetur.

Quintò, cum עַל. Num. 6. Nouacula non tranſibit ſuper caput eius. Pſal. 42. Et procellæ tuæ ſuper me tranſierunt. Num. 5. Aut ſi tranſierit ſuper eum ſpiritus Zelotypię, ut æmuletur uxorem ſuam. Deut. 24. Si acceperit aliquis uxorem nouam, non egredietur in militiam, neq; tranſibit ſuper eum pro re aliqua, ſcilicet onus aliquod publicum. Prou. 19. Moderatio hominis differt iram ſuam, & decus eius eſt tranſire ſuper tranſgreſſionem, id eſt, diſſimulare. Sextò, cum תַּחַת, ſub, ſubter. Leuit. 27. Omnis decimatio bouis & ouis, & quicquid tranſit ſub baculo, ſcilicet paſtoris. Septimò, cum לִפְנֵי, & tum ſignificat præire, anteire, pręcedere. Gen. 33. Et ipſe præiuit ante eos. Exo. 17. Præi ante populum. Deut. 3. Manda cum Ioſua, & corrobora eum, & cõforta eum, quia ipſe præibit ante populum iſtum, & ipſe fortè diuidet eis terrã hanc, quam uides. Octauò, cum בֵּן, inter. Gen. 15. Et ecce furnus fumans, & lampas ignis trãſiuit inter partes illas. Iere. 34. Qui non confirmauerunt uerba pacti, quod pepigerunt coram me, cùm uitulum conciderent in duas partes, & tranſirent inter partes eius. Nonò, cum בְּתוֹךְ. Num. 32. Et tranſierunt per medium mare in deſertum.

Participium præſens עֹבֵר, ſine holem. Pſal. 8. Tranſiens ſemitas maris. Gen. 23. Quadringentos ſiclos argenti tranſeuntis ad negociatorẽ. Exo. 30. Omnis tranſiens ad recenſitos, à filio uiginti annorũ & ultra dabit leuandã ipſi Iehoua. Ieſa. 29. Quaſi ſtipula tranſiens, multitudo tyrannorum. Mich. 7. Quis deus eſt ſicut tu, leuans iniquitatem, & tranſiens ſuper tranſgreſſionem propter reliquias hæreditatis tuæ, id eſt condonans, diſſimulans. Et pluraliter עֹבְרִים. Iere. 34. Tranſeuntes inter partes uituli. Num. 14. Et dixit Moſes, quare in hoc eſtis præteritores oris Iehoua, hoc non ſuccedet. Prouer. 26. Magiſter præſtat omnia, ſecus ſi quis cõducit ignauum, & præteritores, id eſt qui obiter & tranſeunter aliquid faciũt, **hümpler**. Et eſt contrarium nomini חַיִל.

In ſecunda coniugatione עִבֵּר, tranſire fecit. 1. Reg. 6. Et tranſire fecit, ſcilicet uectem per clauſuras aureas ante oraculum auro obductum.. Et inde ſumpta ſimilitudine, de pecore maſculini generis dicitur. Iob 21. Bos eius tranſire fecit, & non abijciet, ſcilicet ſemen.

In tertia coniugatione הֶעֱבִיר, tranſire fecit, tranſtulit. Gen. 8. Et trãſire fecit deus uentum ſuper terra, & ſedatæ ſunt aquæ. Leuit. 25. Et tranſire faciet clangorem cornu in menſe ſeptimo. Et mox iterum: In die expiationis tranſire facietis cornu per uniuerſam terram ueſtram. Exod. 12. Et tranſire facies omne quod aperit uuluam, ipſi Iehoua, id eſt cenſebis. Gen. 47. Populum uerò ipſum trãſire fecit in ciuitates, id eſt tranſtulit. 2. Sam. 12. Et dixit Nathan ad Dauid, etiam Iehoua tranſtulit erratum tuum, non morieris. 2. Sam. 3. Ad transferendum regnum à domo Saul. 2. Paral. 35. Transferte me, quia uulneratus ſum uehemẽter. Gen. 32. Et accipiens tranſire fecit eos flumen. Porrò quando conſtruitur cum præpoſitione beth, & de igne intelligitur, uel etiam impio ritu idôlo Molech exhibito, cui parẽtes liberos ſuos igni cremabant, tum ſignificat traducere per ignem, quod Latini ueteres dicebant luſtrare. Num. 31. Omnem deniq; rem quæ uenit per ignem, tranſire facietis per ignem, & mundabitur, & quicquid non uenit per ignem, tranſire facieris per aquam. 2. Samu. 12. Et tranſire fecit eos per fornacem lateritium. 2. Reg. 17. Et tranſire fecerunt filios ſuos, & filias ſuas per ignem. Leuit. 18. Et de ſemine tuo non dabis ad traducendum ipſi Molech.

Participium pręſens מַעֲבִיר. Deut. 28. Non inueniatur in te traducens filiũ ſuum, aut

aut filiam ſuam per ignem. Dan. 11. Stabit in loco eius trãſire faciẽs, & exactor ornatu regio, id eſt cenſor. Et pluraliter מַעֲבִירִים. 1. Sam. 2. Non enim eſt bona fama quam ego audio: præterire facitis populum Iehoua, id eſt præuaricari.

In quarta coniugatione הִתְעַבֵּר, transfertur ad animi inflammationem ſeu exarſionem. Nam ut tranſire per ignem, pro comburi, ita tranſire per irã accipitur pro exardeſcere in ira. Et conſtruitur ſemper cum præpoſitione beth. Deu. 3. Et exarſit Iehoua in me. Pſal. 78. Et in hæreditatem ſuam exarſit. Semel tamen cũ עִם conſtruitur, Pſal. 89. Exarſiſti contra unctum tuum.

Participium מִתְעַבֵּר. Prou. 14. Sapiens timet, & declinat à malo: ſed ſtultus trãſit, & eſt confidens, id eſt perrumpit. Prou. 26. Similis eſt uellicãti aures canis, qui tranſiens exardeſcit ſuper cauſa non ſua. Prouer. 20. Sicut rugitus leonis terror regis, qui inflammat eũ, illius anima errat. Hic tamen operæpretium annotandũ duxi, quòd hoc uerbo in utroq; ſignificandi modo tam Saluator noſter quàm Apoſtoli ipſius uſi ſunt, ex quibus ipſius ſignificatio multò fit illuſtrior: ut Matth. 5. Chriſtus inquit: Amen quippe dico uobis, donec tranſibit cœlũ & terra, iota unũ, aut apex unus non tranſibit ex lege, quoad omnia facta fuerint. Item Lucæ 16. Facilius eſt cœlum & terram tranſire, quàm legis unum apicem cadere. Item cap. 21. Amen dico uobis, non tranſibit hæc ætas, antequam omnia hæc facta fuerint, cœlum & terra tranſibunt, uerba aũt mea non tranſibunt. Quomodo autẽ cœlum tranſiturum ſit, Petrus clarè exponit 2. Epi. cap. 3. ubi inter cætera ſic ſcribit: Atqui nunc cœli & terra eiuſdem ſermone repoſiti ſunt, & ſeruantur igni in diem iudicij & perditionis impiorũ hominum. Et paulò pòſt: Veniet dies domini ſicut fur in nocte, quo cœli procellæ in morem tranſibunt, elementa uerò æſtuantia ſoluentur, terraq; & ea quæ in ea ſunt opera, exurentur.

INDE NOMINA:

עִבְרִי Hebræus, nomen maſculini generis, quo cognomine à Cananæis & Phœnicibus Abrahã initiò appellatus eſt, ꝙ priuſquã ad ipſos ueniſſet, trans Euphratẽ in Meſopotamia habitauerit, & inde traiecto fluuio ad eos cõmigrauerit, q.d. Trãs Euphrateus, ſicut dicimus Transiordanus, Tranſalpinus, &c. Et ab Abrahamo deinde tota eius poſteritas, non ſolùm à Cananæis, uerumetiam Ægyptijs alijsq; Gentibus Hebræi ſunt cognominati. Et ad huius ſententiæ confirmationem facit, qđ Ioſue 24. Deus de Abrahamo Hebræorum populo dicit: Ego tuli patrem ueſtrũ Abraham trans flumen, & duxi illum per uniuerſam terram Canaan, &c. Quare illis ſuffragari non poſſum, qui ab עֵבֶר uiro, cuius mentio fit Gen. 10. deriuatũ uolunt. Gen. 14. Et uenit qui euaſerat, & indicauit Abram Hebræo. & ca. 39. Ecce introduxit ad nos uirum Hebræum, ut illuderet nobis. Et mox iterũ: Venit ad nos ſeruus ille Hebræus. Et pluraliter עִבְרִים. Gen. 40. Furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum. & cap. 43. Quia non poſſunt Ægyptij comedere panẽ cũ Hebræis. 1. Samuelis 4. Quę nam eſt uox magni illius tumultus in caſtris Hebręorum. Et in genere fœminino עִבְרִיָּה, Hebræa. Deut. 12. Si uẽditus fuerit tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa. Ieremiæ 34. Vt demittat unuſquiſq; ſeruum ſuum, & ancillam ſuam, Hebræum & Hebræã liberos, ne quis ſeruiret ei in Iudæo, quiſq; fratri ſuo.

Et pluraliter עִבְרִיּוֹת. Exod. 1. Et dixit rex ad obſtetrices Hebræas. Cęterũ qđ ad diſcrimẽ attinet inter hæc duo, Hebræus & Iudæus: etſi Eraſmus haud dubiè etiã alios ſequutus, hoc eſſe dicat, ꝙ illud ſit religionis, & alterũ magis Gentem & nationem indicet: tamen exiſtimo primùm circa originem differre, ꝙ Hebræus dictus ſit à tranſitu Euphratis, Iudæus uerò à Iuda patriarcha cognominationem acceperit. Deinde magis probaẽ quod Tertullianus in ſuo Apologetico adfert: A Iudæis, inquiẽs, Ptolemæus Philadelphus poſtulauit proprias ſcilicet literas, quas ſoli habebãt. Ex ipſis ad ipſos ſemper prophetæ perorârunt, ſ. ad domeſticã dei Gentem, ex patrum gratia, Hebræi retro, qui nunc Iudæi, &c. Equidẽ Paulus Apoſtolus, quando de generis cùm nobilitate, tum originis antiquitate contra Pſeudapoſtolos gloriaẽ, Hebręi ſunt, ſum & ego (inqt): Iſraelitę ſunt, ſum et ego:

ſemen Abrahæ ſunt, ſum & ego, &c. Iudæi appellationem ut recentiorē & ignobiliorem tacet, cùm tamē in pleriſq; alijs locis quando de hac gēte loquitur, & eā à reliquis diſcernit, Iudæorum faciat mentionem, nec uſpiam in ueteri Teſtamento tam celebre ſit, ut in libro Eſther.

עֵבֶר Tranſitus, uel ulterior pars ſeu terra, ad quam tranſitur. 1. Sam. 14. Erat deus petræ ex tranſitu iſto, & deus petræ ex tranſitu altero. Et mox iterū: Vos eritis in tranſitu uno, ego aūt & Ionathā filius meus erimus in trāſitu altero. Induit tñ plerumque naturam præpoſitionis trans, ultra. 1. Sam. 26. Et tranſiuit Dauid ultrà, ſtetitq; ſuper cacumine montis. Nehe. 3. Pro ſolio ducis trans flumen. Ieſ. 9. Per uiā maris ultra Iordanē in Galilæa gentiū. Sumitur tamen aliquando ꝓ terra ſeu regione ulteriore. 1. Reg. 4. Quoniam ipſe dominatur in omni tranſregione fluuij à Tiphſah uſq; ad Gazam ſuper omnes reges tranſregionis fluuij. In ſtatu affixorum ſeruat in prima ſægol, altero mutato in ſeua. Ieſa. 47. Quiſq; ad tranſitum ſuū errabant. Porrò hoc nomen conſtruitur ſæpenumero cum partibus indeclinabilibus, quas à fronte aſſumit & tranſit in naturam præpoſitionis.

בְּעֵבֶר Trans, citra. Nam Hebræi hac uoce pro utroq; utuntur: ex loco autem loquentis, alijsq; circumſtantijs cognoſcitur, ultráne an citra ſignificet. Gen. 51. Et uenerūt ad aream Atad quæ eſt trans Iordanem. Hic ex circumſtantia intelligitur, quòd illi fuerint in parte orientali, ac tranſmiſſo Iordane uenerint occidentem uerſus. Ioſue 24. Trans flumen habitauerūt patres ueſtri olim. Deut. 1. Hæc ſunt uerba quæ loquutus eſt Moſes ad uniuerſum Iſrael trans Iordanē in deſerto. & cap. 4. Trans Iordanem in ualle contra domum Peor. Ex illis duobus locis intelligit, quòd licet ſcribens fuerit in terra Canaan, & de uerbis & rebus loquatur extra hanc terrā & ultra Iordanem geſtis. Proinde ut differēter cognoſcas, utra de parte ſcriptura loquatur trans uel citra, interdum מִזְרָחָה, uel יָמָּה, aut aliud nomē loci additur, quo ſitus cognoſcitur, ſicut uidere eſt Ioſue cap. 12. & 13.

מֵעֵבֶר Eadē ratio eſt ſignificandi, quæ eſt cum בְּעֵבֶר, hoc eſt, nunc trans, nunc citra ſignificat. Num. 21. Et caſtrametati ſunt citra Arnon. & cap. 22. Et caſtrametati ſunt in campeſtribus Moab citra Iordanem Iericho. Num. 35. Tres ciuitates conſtituetis citra Iordanem, & tres ciuitates cōſtituetis in terra Canaan. Porrò Num. 32. Quoniam non poſſidebimus cum eis trans Iordanē & ultrà, ſed uenit poſſeſſio noſtra ad nos citra Iordanem Orientem uerſus. In hac ſentētia dictio hæc בְּעֵבֶר, bis eſt poſita, quarum prior pro trans, poſterior pro citra accipienda eſt. Deut. 30. Neq; eſt ultra mare, ut dicas, &c. Zophon. 3. A trans flumine Æthiopiæ mihi ſupplicabūt. Ioſ. 24. Et ego tuli patrē ueſtrū Abrahā trans flumē, & duxi eū per uniuerſam terram Canaan. Eſt aūt hîc obſeruandū, ꝙ Matthæi Euāgeliſtæ Interpres eodē modò uſus eſt uoce πέραν, quo in duobus prioribus iam citatis locis ponitur, cùm cap. 4. ita ſcribit: Et ſequutæ ſunt eū turbæ multæ à Galilæa & Decapoli, & a Hieroſolymis, & à Iudæa, & à trans Iordanem. Quemadmodū etiam Latini quibuſdam uocibus ſimili modo utuntur: ut Quintilianus ſalutem publicam trans mare petendam dixit, pro è tranſmarinis regionibus. Item, Et peregrè redijt, pro ex peregrinatione. Item foris acceſſit, pro aliunde. Sic à trans flumen, id eſt, à regionibus ultra flumen ſitis.

אֶל עֵבֶר Ad, trās, ſeu, ad ultra, id eſt, ad id quod trās ſeu ultra, ſeu aduerſum, ſeu ex oppoſito & è regione eſt poſitū: quanquam & in hac conſtructione etiā pro Citra inueniatur poſitum. Exod. 28. In labio eius quod eſt è regione Ephod interius. Deut. 30. Quis tranſibit ex nobis ultra mare ut portet illud inde ad nos. Ezech. 1. Nō uertebāt ſe ut irent quiſq; ad ultra ſuam ibat. Ioſ. 22. Et è regione terræ Canaan in Galilæa iuxta Iordanem ad tranſitum filiorum Iſrael, &c. ubi certè pro citra ponitur.

עַל עֵבֶר Ad trāſitum, in oppoſitū, ex aduerſo. Exo. 25. Vt illuminet in oppoſitū faciei ſuæ.

עֶבְרֵי Pluralis numeri ſtatus regiminis, cuius ſingulare eſt עֵבֶר, & ſignificat, tranſitus, latera ſeu ulteriora ad quæ trāſitur. Exod. 32. Tabulæ erant ſcriptę in duobus tranſitibus ſuis, hinc & illinc erāt ſcriptę, id eſt, lateribus. Ieremię 48. Eſtote ſicut columba,

ba,quæ nidificat in tranſitibus foraminis foueæ. Ieſaiæ 7. In die illa radet Iehoua nouacula conducta per tranſgreſſiones fluuij,id eſt,Transfluuianos.

עֲבָרִים Nomen pluralis numeri tantũ,quo Montana dicta ſunt Moabitarum, à tranſitibus,quos montana illa habent,aut quòd in trãſuerſum protendant & clara ſunt, ꝗ Moſes in illis ſublatus ſit.Nu.21.& 33. Et caſtrametati ſunt in cumulis Abarim in deſerto,quod eſt iuxta terminum Moab.& cap.27.Aſcende in montem iſtum Abarim,& uide terram,quam dedi filijs Iſraël.& cap.33.Et profecti de montibus Abarim,caſtrametati ſunt in campeſtribus Moab.Iere. 22. Vocifera de Abarim, quia contriti ſunt omnes amatores tui. In ſtatu affixi.Ierem.49.Et ab omnibus tranſitibus eius adducam calamitatem ipſorum.

עַבְרוֹת Nomẽ pluralis numeri ſtatus regiminis pro עַרְבוֹת poſitum,i.campeſtria. 2. Sam. 15.Ecce ego moram facio in campeſtribus deſerti,donec ueniat uerbum à uobis. Sed de hoc in themate עָרַב.

עֲבָרָה Ratis,ſeu nauis tranſitoria,ein fehre.2.Samuelis 19.Et tranſiit nauis ut traduceret domum regis. Hinc exiſtimo dictam בֵּית עֲבָרָה, domum nauis ſeu traiectus,ubi Ioannes Baptiſta baptiſauit,Ioannis 1.Hæc in Bethabara facta ſunt trans Iordanem,ubi Ioannes baptiſabat.

מַעֲבָר Tranſitus,uadum,forma maſculini generis.Ieſaiæ 30.Et erit ubiꝗ tranſitus uirgæ. Gen.32.Et trãſiuit uadũ Iabok.1.Sam.13.Et egreſſus eſt præfectus Philiſtæorũ ad tranſitũ Michmas. Et in genere fœminino מַעְבָּרָה. Ieſaiæ 10.Tranſierũt uadũ.

Et pluraliter מַעְבָּרוֹת. Ieſaiæ 16.Sic erunt filiæ Moab,uada ad Arnon.Iere.51.Et uada occupata ſunt. Legitur tamen etiam מַעְבָּרוֹת. Ioſ.2.Et perſequuti ſunt eos uia Iordanis uſꝗ ad uada.1.Samue.14.Erat autẽ inter tranſitus, quibus Ionathan quærebat tranſire ad ſtationem Philiſtæorum.

עָבוּר Frumentum,ſeu fruges præteriti anni, ſicut תְּבוּאָה prouentũ ſignificat uẽturi anni.Ioſ.5.Et comederũt de frugib.terræ in craſtino paſcatis,azyma & ſpicas toſtas.

בַּעֲבוּר Id eſt,pro,ideo,eò quòd,in quo, propter, propterea quòd, dictio conſignificatiua,ſignificans tranſitionem,uel de cauſa ad effectum,uel è cõtra ab effectu ad cauſam, aut quando unum tranſire ſignificatur pro alio. Geneſis 27. Vt benedicat tibi anima mea. Et mox iterum: Vt benedicat priuſquàm moriar. Exod. 20. Vt tentet uos,uenit deus,& ut ſit timor ipſius.Amos 2. Eò quòd uendiderunt ꝓ argento iuſtum.Pſal.132. Propter Dauid ſeruum tuum nõ auertas faciẽ Chriſti tui. Mich.2.Propterea quòd putruit,corrumpetur. Et cum affixis.Gen.3. Maledicta terra propter te.1.Sam.23.Vt euertat urbem propter me.

עֶבְרָה Ardor,excandeſcentia,furor,qui inflammat & peruadit,ut ignis.Pſal.78.Miſit in eos ardorem iræ ſuæ. Et in ſtatu regiminis עֶבְרַת. Ieſaiæ 9.In ardore Iehoua exercituum inflammata eſt terra.Ezech.7.In die ardoris Iehoua.Prouerbiorum 21.legitur in hac forma abſolutè: Temerarius qui præceps eſt,deriſor nomen eius,faciens in ardore temeritatem. Et cũ affixis עֶבְרָתְ. Pſal.90.Dies noſtri declinant in ardore tuo.Ieſaiæ 10.Et contra populum ardoris mei amandabo eũ.Oſeæ 5.Effundã uelut aquas,ardorẽ meũ. Et pluraliter עֲבָרוֹת. Iob 40.Diſſipa ardores iræ tuæ.

עֲבָרוֹת Ardores,furores.Iob 21.Ad diẽ ardorũ adducentur. Et in ſtatu regiminis עַבְרוֹת: Pſal.7.Eleuare in ardores eorum,qui me angunt.

1093

עָבַשׁ Putruit,computruit:habetꝗ ſignificatione cognationem quandam cum uerbo שָׁבַשׁ, cùm in ea ſignificatione accipitur qua ponitur Num.5.Chaldæus trãſtulit uerbo מְסָא, quod diſſolui, putreſcere ſonat. Ioelis 1.Et putruerunt grana ſub glebis ſuis.

1094

עָבַת Denſauit,cõdenſauit complicando, ſicut funes ſeu frondes cõplicatione fiũt, & condenſantur:congruitꝗ ſignificatione cũ uerbis בָּטָה & בָּשָׁה עָבַב עָבַת עָב, niſi ꝗ modo ſignificandi inter ſe differant.Mich.7.Et magnus loquẽs prauitatem animæ ſuæ etiam condenſant eam,id eſt,corroborant condenſando.

INDE NOMEN,

עֲבוֹת Singularis numeri,id eſt,intricatum,cõplicatum,cõdenſatum:& dicitur de fron-

dibus, & funibus. Leuit. 23. Et ramum arboris denſæ. In ſtatu regiminis עֲבוֹת. Pſ. 129. Iehoua iuſtus abſcindit funem improborum. Ieſa. 5. Et ſicut fune plauſtri delictum. Tametſi ſemel etiam ita in diſtinctione legatur, Exod. 28. Facies eos factura funis. Et in ſtatu affixorum ſeruat eadem puncta. Iob 39. An ligabis unicornu in ſulco fune ſuo. Et pluraliter forma fœminina עֲבֹתוֹת. Exod. 28. Et pones catenulas complicationum ſuper concluſoria. Oſeæ 11. Traham eos funibus dilectionis. Legitur etiam forma maſculina עֲבֹתִים. Iudicum 15. Et ligauerunt eum duobus funibus nouis. Pſal. 118. Vincite ſolennitatem cum condenſis, id eſt, frondibus. Ezech. 3. Ecce poſuerunt ſuper te funes, & ligabunt te. In ſtatu affixi. Pſ. 2. Proijciamus à nobis funes eorum.

1095 **עָגַב** Accendi, ardere amore erga aliquem, affici erga aliquē, affici alicuius cõſuetudine, capi alicuius uiſu ſeu auditu. Ezech. 23. Et exarſit erga amatores ſuos. Et iterũ: Et in omnes, erga quos exarſit. Et iterum: Et exarſit erga eos ad uiſionem oculorum ſuorum.

Participium præſens ſeu nomen participiale עֹגֵב, cuius plurale עֹגְבִים legitur Ieremiæ 4. Abominationem habuerunt in te omnes amatores.

INDE NOMINA:

עֲגָבָה Affectus amoris, affectio, ardor. Ezec. 23. Et uidit ſoror eius Ahaliba, & corrupit concupiſcentiam ſuam pluſquàm illa.

עֲגָב Ludus, luſus. Et pluraliter עֲגָבִים. Ezec. 33. Quia luſus ore ſuo ipſi faciũt. Et mox iterũ: Et ecce tu es illis ſicut canticum luſorum, iucundus uoce, id eſt muſicorum, & bonus ludendo.

עוּגָב Inſtrumẽtum muſicum, cuius luſu afficimur uoluptate & amore. Hieronymus & alij poſt eum tranſtulerunt Organum, quod conſtat fiſtulis: alij fiſtulã. Gen. 4. Ipſe fuit pater omnis tractãtis citharam & organum. Iob 21. Et lætantur ad uocem organi. Scribitur etiam cum kybutz עֻגָב. Pſ. 150. Laudate eũ in chordis & organo. Similiter cum affixo. Iob 30. Et facta eſt in planctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium.

1096 **עָגַל** Congruit ſignificatione cum uerbis גָּלַע בָּלַע גָּעַל עָלַג לָעַג, niſi quòd ut tranſpoſitione literarum, ita modo ſignificandi inter ſe uarient: notant autem hæc omnia generaliter rotunditatem, amolitionem, deuolutionem.

עָגֹל Teres, rotundum. 1. Reg. 7. Rotundum in circuitu. Et mox iterum: Et os eius rotundum. 1. Reg. 10. Et caput erat rotundum throno. Et in genere fœminino עֲגֻלָּה, cuius plurale עֲגֻלּוֹת. 1. Reg. 7. Quadratanon, rotunda.

עָגִיל Nomen ornamenti rotundi, quod uel circulum, uel rotulã ſeu ſphærulã uertere licebit. Num. 21. Anulum, circulum & armillam. Et pluraliter עֲגִילִים. Ezech. 16. Circulos in naribus tuis.

עֲגָלָה Plauſtrum, quod ſuper rotis uoluitur. 1. Sam. 6. Et facite plauſtrum nouũ. Et mox iterum: Et ponetis eam ſuper plauſtrum. Num. 7. Plauſtrũ pro duobus principib: Ieſ. 28. Et rota plauſtri ſuper Ciminum. Amos 2. Quemadmodum gemit plauſtrũ onuſtum manipulis. Cũ affixo recipit in prima ſægol. Ieſ. 28. Et gemet rota plauſtri ſui. Et pluraliter עֲגָלוֹת. Gen. 49. Accipite uobis de terra Ægypti plauſtra pro paruulis ueſtris. Pſal. 46. Plauſtra comburet igni.

עֵגֶל Vitulus, ſ. plauſtralis, maſculini generis. Leuit. 9. Accipe tibi uitulũ filium armẽti pro delicto. Et iterũ: Et uitulum & agniculum filios unius anni. Pſ. 29. Et exilire fecit eos ſicut uitulum. Exo. 32. Fecerunt ſibi uitulum conflatilem. Et in ſtatu affixorum recipit ſibi in prima ſægol. Oſeæ 8. Repulſus eſt uitulus tuus ô Samaria. Et pluraliter עֲגָלִים. 2. Reg. 17. Duos uitulos. Amos 6. Et uitulos. Micheæ 6. In uitulis filijs anni. Et in regimine עֶגְלֵי. Ier. 46. Et uituli adhæſionis. Pſal. 68. Robuſtos in uitulis populorũ. Et in genere fœminino עֶגְלָה, uitula quandiu non eſt fœcũda. Deut. 21. Lauent manus ſuas ſuper uitula deceruicata in ualle. Iere. 46. Vitula pulcherrima. Gen. 15. Accipe uitulam triennem, id eſt quæ nondum fuit fœcunda. Et in ſtatu regiminis עֶגְלַת. Deu. 21. Vitulam armẽti. Ieſaiæ 7. Nutriet homo uitu-

uitulam armenti. Et cum affixis עֶגְלָתִי. Iudic. 14. Niſi araſſetis cum uitula mea. Et pluraliter עֶגְלוֹת. Num. 7. Sex uitulas. Oſeæ 10. Vitulis Bethauen.

מַעְגָּל Primò ſignificat munitionem plauſtris circumquaꝗ cinctã, Latini uulgò uocãt quadrigoburgium, Germani wagenburg, nos uertemus plauſtriburgiũ. 1. Sam. 26. Saulem cubantem in plauſtriburgio, & populum decumbentem undiꝗ. Et iterum: Saul iacebat dormiens in plauſtriburgio. Et cum he litera in fine motũ ad locum denotante מַעְגָּלָה. 1. Sam. 17. Et uenit ad plauſtriburgium. Deinde ſignificat actum, id eſt, uiam tritam plauſtro, & quæ orbitas habet. Pſal. 140. Et funes extenderunt, nempe rete ad latus actus. Et in ſtatu regiminis מַעְגַּל. Prouer. 2. Omnem actum boni. & cap. 4. Regula actum pedis tui. Ieſaiæ 26. Rectũ actũ iuſti regulabis. Et pluraliter forma maſculina מַעְגְּלֵי. Pſal. 23. Ducet me in actibus iuſtitiæ. Pſal. 65. Et actus tui ſtillabũt pinguedine. Prou. 4. Incedere feciſti me in orbitis rectitudinis. Legitur tamen ſępe in forma fœminea מַעְגָּלוֹת. Pſal. 17. Suſtenta greſſus meos in actibus tuis. Prou. 2. Et ad Gigantes actus eius. Ieſa. 59.
1097 Et non eſt iudicium in actibus eius.

עָגַם Significatione non multùm abludit à uerbo עגם: uariè aũt interpretes tam Iudæi, quàm Chriſtiani reddiderũt, eò ꝙ tantũ ſemel in hac forma legatur in ſcriptura ſacra. Arbitror autem propriè ſignificare neutraliter uri. Iob 30. Annõ fleui ad duriciem diei, uſta eſt anima mea pro paupere, &c. Et ex iſto loco Paulũ deſumpſiſſe apparet, quod 2. Cor. 11. ſcribit: Quis offenditur, & ego non uror. Atꝗ
1098 eodem uerbo πυροῦμαι utitur, quo 1. Corinth. 7. Satius eſt nubere ꝙ πυροῦσθαι, i. uri.

עָגוּר Nomen auis, quam aliqui gruem, alij hirundinem, ego uerò anſerem ferum eſſe arbitror: & hoc nomen ei inditũ à ſtridore, quẽ propemodũ grui ſimilẽ habet. Moſes huius auis nõ meminit in lege. Certũ eſt ex earũ eſſe numero, quæ ſtatis tẽporibus migrant. Ieſaiæ 38. Sicut grus & anſer, ita ſtridebam. Iere. 8. Etiam ciconia nouit in cœlo ſtata ſua tempora, & turtur, & grus & anſer obſeruant tempus,
1099 quando ueniant, ſed populus meus non cognouit iudicium Iehoua.

עָדָה Appoſuit, affixit, attexuit, adhibuit, applicuit aliqd ornatus gratia, adornauit, concinnauit. Et cõgruit ſignificatione cum uerbis עוּד & יָעַט עָטָה, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe differant: at à uerbo עָשָׂה omnino diſcrepat ſignificatione. Iob 4. Applica ornatum & celſitudinem, gloriaꝗ & decore induere. Ezech. 16. Applicabo tibi ornatum. & cap. 23. Et applicabis ornatum.

In tertia coniugatione תַּעְדֶּה. Ieſa. 61. Sicut ſponſa applicabit mundum ſuũ. Ier. 4. Quæ nunc indueris cocco & applicas ornatum aureum. cap. 31. Adhuc applicabis tympana tua. Oſeæ 2. Et adornauit ornamenta ſua.

INDE NOMEN,

עֲדִי Ornatus, ornamentũ, quod applicatur ornatus gratia. Ieſaiæ 49. Omnibus his uelut ornamento ueſtieris. Iere. 4. Applicas ornatũ aureũ. Et in diſtinctione ſententiæ עֶדִי. Ezech. 16. Et applicabis tibi ornatum. Et in ſtatu affixorũ habet ſægol. Exod. 33. Et nemo quiſquam poſuit ornatum ſuum ſuper ſe. Et mox iterũ: Depone ornatum tuum à te. Et iterum: Et detraxerunt ornatum ſuum. Pſal. 32. Ne ſitis ſicut equus & mulus in quibus nõ eſt intellectus, in camo & freno ornatu eius conſtringendo. Et eſt epitheton cami & freni. Pſalm. 103. Qui faciat bono ornatũ tuum, id eſt qui dat tibi ſatis ornamentorum. Et dualiter עֲדָיִים. Ezech. 16. Et ueniebas in ornatu ornamentorum, i. in duplici ornatu. Et pluraliter in ſtatu regiminis עֲדִי. 2. Sam. 1. Qui ſuperinducebat ornamenta auri ueſtimentis ueſtris. Ex iſtis exemplis iam adductis clarè cognoſcitur uerbi & nominis eius ſignificatio. Et ꝙ ut Hebræi utuntur uerbo שִׁית pro cõponere artificioſè ueſtitũ, & ab eo uerbo שִׁית nomen deducunt, quod appoſitum ſeu compoſitum ſeu concinnum ueſtitum ſignificat, ita utuntur uerbo עָדָה & nomine inde deriuato עֲדִי, pro ornatu qui ueſtimẽtis affigiť, ſeu applicať. De nomine עֵדֶר uide infrà in themate עדר.

עָדָה Significatione priori contraria, ſignificat, abire, recedere, præterire, trãſire. Iob 28. Non abijt ſuper ea leæna.

In tertia coniugatione legitur tantùm participium præſens maſculini generis מַעֲדֶה. Prouer. 25. Deponens ueſtimentum in die frigoris, &c.

INDE NOMEN,

עִדִּים Panni exuti & abiecti, centones, panni detriti. Ieſaiæ 64. Quaſi ueſtes detritæ ſeu abiectæ.

1100 עֵדֶן Nomen cum quinq; punctis: & eſt primò loci aut regionis amœniſſimæ ac uoluptuoſiſſimæ propriū, ubi deus initiò hortum homini plantauit: congruitq; ſignificatione cum uerbis גַּן עֵדֶן. Geneſis 2. Et plantauit Iehoua hortum in Æden. Et quia hortus ille longè amœniſſimus erat, ſimul hoc nomē importat etiam amœnitatis, uoluptatis, deliciarum ſignificationem: atq; hinc pro amœnitate ſeu uoluptate & delicijs appellatiuè accipitur, ſicut & Græcis mutuata uoce ἡδονή, uoluptas dicitur. Ieſaię 51. Ponetq; locum eius deſertum, quaſi Æden. Ezech. 28. In Æden horto dei fuiſti. Ezech. 31. Omnia ligna Æden, quæ ſunt in horto Dei, inuiderunt ei. Ioel. 2. Quaſi hortus Æden, eſt terra ante eum, & poſt eum deſertum uaſtum. Et pluraliter עֲדָנִים. 2. Sam. 1. Filiæ Iſrael flete ſuper Saul, qui ueſtiuit uos cocco in delicijs. Pſal. 36. Torrente deliciarum tuarum potabis eos. Ieremiæ 51. Et impleuit uentrem de delicijs meis.

עֶדֶן Nomen regionis. Ezech. 27. Haran & Kane & Æden. Amos 1. Cōteram uectem Damaſci & extirpabo habitatorem Auen, & tenentē ſceptrum de domo Æden.

עֲדִינָה Delicata. Ieſaiæ 47. Audi iſtud delicata, quæ ſedes ſecura.

עֶדְנָה Voluptas, ſcilicet carnalis. Gen. 18. Poſtquàm inueteraui, erit mihi uoluptas.

מַעֲדַנִּים Voluptates, deliciæ, oblectamenta. Prouerbiorum 29. Caſtiga filium tuum, & recreabit te, & dabit oblectamenta animæ tuæ. Threnorum 4. Qui comederunt de delicatiſſimis, ſedent triſtes in plateis. Et in ſtatu regiminis מַעֲדַנֵּי. Gen. 49. De Aſſer pinguis panis, & ipſe dabit delicias regibus. Et in forma fœminea מַעֲדַנֹּת. 1. Sam. 15. Acceſſit ad eum Agag delicatiſſimè, id eſt, quaſi ad delicias. Iob 38. An ligabis delicias Pleiadum.

INDE VERBVM,

הִתְעַדֵּן Quartę coniugationis, delicatè uixit, uixit in delicijs, deliciatus eſt. Nehem. 9. Comederunt, ſaturati ſunt, impinguati ſunt, & deliciati ſunt.

1101 עדף Legitur in prima coniugatione tantùm participium præſens עֹדֵף, id eſt, ſuperabundans, id quod ſupereſt liberum & non adſtrictum: ac cōgruit ſignificatione cum uerbo יָתַר. Exo. 16. Et omne quod ſuperabundat, reponite uobis in cuſtodiam. & cap. 26. Et exceſſus, qui ſuperabundat in cortinis tabernaculi. Et iterū: Et cubitus hinc, & cubitus illinc in ſuperabundanti. Leuitic. 25. Computet annos uenditionis ſuæ, & reddat quod ſuperabundat. Et pluraliter עֹדְפִים. Numeri 3. Qui ſuperabundant ſuper Leuitas de primogenito filiorum Iſrael. Et iterum: Et accepit Moſè argentum redemptionis eorum ab illis qui ſuperabundabāt de redemptione Leuitarum. Et in genere fœminino עֹדֶפֶת. Exod. 26. Dimidium cortinæ, quod ſuperabundat.

In tertia coniugatione הֶעְדִּיף, ſuperabundauit, ſuperfuit. Exod. 16. Et cùm metirentur per Gomer, nō ſuperabundabat multiplicans, & diminuens non deficiebat. Atque hanc ſententiam Paulus admodum ciuiliter ad ſuum negocium deflexit 2. Corinthiorum 8.

1102 עָדַר In prima coniugatione ſignificat neutraliter cogi, congeri, contrahi, congregari, colligi in unum. Et differt modo tantùm ſignificandi à uerbo צָבַר. 1. Paral. 12. Ad congregandum ſe ſine duplici corde.

Participium præſens pluralis numeri, ſtatus regiminis עֹדְרֵי. 1. Paral. 12. Omnes iſti erant bellicoſi, congregantes exercitum.

In uoce paſſiua נֶעְדַּר, ſignificat inſtrumento aliquo terram contrahi in unū cumulum, ut fit circa uites, ad quas terra ſarculo contrahitur, & ut etiā fit arando, ubi terra in aream congeritur. Et certè eiuſmodi tumuli in uineis formam habent gregis hinc inde gregatim paſcentis. Ieſa. 5. Et ponam eam deſertam, non putabitur, neq;

neq; coaceruabitur. Et cap. 7. Et omnes monticuli, qui in ſarculo coaceruabũtur, non uenies illuc timore ſpinarum & ueprium.

Participium fœminini generis נֶעְדָּרָה. Ieſa. 59. Et ueritas fuit redacta, ſcilicet in anguſtum: ut grex aliquis in caulam coartatur, ita ueritas introcluſa eſt, ne paſſim in publico doceatur. Atq; hîc obſeruandum eſt diligenter, quòd hoc uerbum in hac uoce paſſiua, ſimiliter in ſecunda coniugatione cum particula negatiua poſitum, rem de qua dicitur, ſignificet exiſtere, & manere congregatam in unum, & integram, & liceat interpretari uerbo detrahi, deeſſe, decedere, negatiuè. Exempla de uoce paſſiua. 1. Sam. 30. Nihil detractum fuit, id eſt, nihil defuit, à paruo uſq; ad magnum. 2. Samu. 17. Et tranſierunt Iordanem uſq; ad auroræ tempus, ne unus quidem defuit, qui non tranſiſſet Iordanem. Ieſaiæ 34. Quęrite in libro & legite, & unum ex eis non deerit. & cap. 40. Vnum non defuit.

Participium maſculini generis נֶעְדָּר. Zoph. 3. Singulis mane dat iudiciũ ſuum ad lucem, non eſt defectus.

In ſecunda coniugatione עִדֵּר, ſimiliter ſe habet negatiuè. 1. Reg. 4. Et præbebãt Præfecti illi alimoniam regi Salomoni, & omnibus accedentibus ad menſam regis, quiſq; per menſem, nec deeſſe ſinebant quicquam.

INDE NOMINA:

עֵדֶר Grex, collectio quædam animalium cùm minorum, ut ouium, caprarum, tum etiam maiorum, ut boum, uaccarum & aliorum. Geneſis 32. Tradidit in manum ſeruorum cuilibet gregem ſeorſum, & dixit ad ſeruos, tranſite ante me & ſinite ſpacium inter gregem & gregem. Iob 24. Gregem diripiunt & paſcunt. Et cum affixo. Ieſ. 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcit. Et pluraliter עֲדָרִים, greges, id eſt, multæ congregationes animalium. Geneſis 29. Et cõgregati ſunt illuc omnes greges. Et in duobus ſequentibus locis accipitur pro ipſis caulis, in quas congregantur & includuntur greges. Ieſaiæ 17. Derelictæ ciuitates Aroer erunt caulæ, ſcilicet ouium. 2. Paralipom. 32. Et caulas pro ouibus. In ſtatu regiminis עֶדְרֵי. Canticorum 1. Quæ uagatur circa greges ſociorum ſuorum. Ioelis 1. O quantùm gemunt iumenta, flent greges pecorũ, quia non ſunt ipſis paſcua, inſuper etiam greges ouium patiuntur. Similiter in ſtatu affixorum. Ieremiæ 6. Ad eam uenient paſtores & greges ipſorum.

מַעְדֵּר Sarculum, inſtrumentum quo uel uineæ uel arua ſarculantur, id eſt, in unũ conuertuntur. Ieſ. 7. Et omnes montes, qui cum ſarculo coaceruabuntur.

1103

עָדָשׁ Vſuuenit hoc nomen tantùm pluraliter עֲדָשִׁים, & ſignificat genus leguminis, quod nos lentes uocamus. Geneſ. 25. Et Iacob dedit ipſi Eſau panẽ, & coctionẽ lentium. 2. Sam. 23. Et fuit ibi pars agri plena lentiũ. Ezech. 4. Et fabas & lentes.

1104

עוּב Legitur ſemel, & in tertia coniugatione הֵעִיב: congruitq; ſignificatione cũ uerbis עָבָה & עבת, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant: dicitur enim de denſiore obſcuratione. Thren. 2. Quomodo obſcurauit Iehoua filiam Zion, proiecit è cœlo in terram decorem Iſrael.

1105

עוּג Vſſit, aduſſit, aduſtulauit: & congruit ſignificatione cum uerbo עָגַם. Ezech. 4. Et aduſtulatam hordeaceam comedes eam, & ipſam in ſtercore excrementi humani aduſtulabis eam in oculis ipſorum.

In uoce paſſiua נֵעָגָה. Ruth 1. Num aduremini abſque marito? Hanc meam expoſitionem contra omnium cùm Grammaticorum, tum Interpretum ſententiam & interpretationem approbat diuus Paulus Apoſtolus, qui in hunc locum reſpiciens, 1. Corinth. 7. in hęc uerba ſcribit: Dico autem incõiugatis & uiduis, bonum eis eſt, ſi manſerint ut ego: quòd ſi non continent, contrahant matrimoniũ: nam ſatius eſt nubere, quàm uri. Verbum hoc Hebræũ uertit etiam paſſiuè uerbo Græco idem ſignificãte, & in eadem etiam phraſi & ſententia: nam & Naami dicit nuribus ſatius eſſe, ut reuertantur in patriam ſuam, & ibi nubant quàm urant.

INDE NOMINA:

עוּגָה Panis ſuper carbonibus, & nõ in fornace aduſtus ſeu coctus, quem Latini panem

ſubcineritium uocant, ego propriùs uertendum exiſtimaui uſtulariam, ſeu uſtulatam, ſubſtantiuè. 1. Regum 17. Fac mihi inde uſtulatam paruam. Item עֻגָה ſine dagges. Oſeæ 7. Ephraim factus eſt uſtulata non uerſa. In ſtatu regiminis עֻגַת cum dagges. 1. Reg. 19. Et ecce ad caput uſtulata prunarũ. Ezech. 4. Et uſtulatam hordei comedes eam. Et pluraliter עֻגוֹת. Gen. 18. Subigito paſtam, & uſtulatas. Exo. 12. Et pinſuerunt paſtam, quã exportauerant ex Ægypto, uſtulatas azymas. Num. 11. Et faciebant illud Man uſtulatas, id eſt faciebant ex Manna uſtulatas.

מָעוֹג Vſtulata. 1. Reg. 17. Viuit Iehoua deus tuus, ſi eſt mihi uſtulata, niſi plena uola fari næ in cado. Pſal. 35. Cum hypocritis ſubſannantibus propter uſtulatam.

1106 עוד Congruit ſignificatione cum uerbis יָעַר עָד עָדָה עָבַר, niſi quòd ut forma parũ, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differant: at à uerbo מְעַר omnino diſcrepat ſignificatione. Significat autem in ſecũda coniugatione (nam in prima non eſt uſitatum) certificare, confirmare, ſuſtentare firmiter uerbo uel facto. Pſal. 146. Iehoua cuſtodit aduenas, pupillum & uiduam ſuſtentat. & Pſal. 147. Suſtentat humiles Iehoua, deprimit autem improbos uſq; ad terram.

In tertia coniugatione הֵעִיד, & perpetuò conſtruitur cum beth præpoſitione, teſtatus, teſtificatus eſt, propoſuit ſeu ſtatuit credenda. 1. Regum 2. Nónne iuraui tibi in Iehoua, & teſtificatus ſum tecum. 2. Regum 17. Quæ teſtificatus eſt cum eis. Geneſis 43. Teſtando teſtificatus eſt nobiſcum uir ille. Exod. 19. Deſcende & teſtificare cum populo. Et aliquando regit poſt ſe accuſatiuum, & ſignificat obteſtari. Deutero. 4. Obteſtor uos hodie per cœlum & terram. Paulus imitatus hanc phraſin ſcribit 1. Timoth. 5. Obteſtor in conſpectu Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti & electorum angelorum eius, ut hæc ſerues, &c. 1. Regum 21 Et adduxerunt duos teſtes filios Beliaal contra ipſum & obteſtati ſunt eum dicentes: Benedixiſti Deo & Regi, id eſt, teſtimonium præbuerunt contra eum. Threnorum 2. Quo obteſtabor te.

In uoce paſſiua הוּעַד. Exo. 21. Et ſi bos cornupeta fuerit ab heri et nudiuſtertius, & teſtificatus cum domino ſuo, non cuſtodierit eum, &c.

In quarta coniugatione הִתְעוֹדֵד. Pſal. 20. Ipſi ſuccubuerunt & ceciderũt, nos autem ſurreximus & ſubſtitimus.

### INDE NOMINA, ET ALIAE Particulæ.

עֵד Teſtis: & tam de perſona, quàm de alia re dicitur. De perſona. Leuit. 5. Si peccauerit anima & audierit uocem iuramenti, teſtiſq; fuerit, qui uel uidit, uel compertum habet, ſi non indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. Eſt autem teſtis, qui proponit & ſtatuit credenda, & teſtatur de ueritate, & de re geſta & comperta. Ea nanque natura eſt Teſtimonij, ut de ueritate & re certa alijs teſtetur, quam cognouit, uidit, & audiuit, cui credere & fidem habere alios oportet, qui non uiderunt, nec cognouerunt, quare fidem requirit. Inde teſtis aliquando pro prędicatore, & teſtimonium pro uerbo dei accipitur, quibus credere oportet. Sic dominus Ieremiæ 29. Ego quod ſcio, inquit, teſtor. Similiter Chriſtus Ioannis 3. Amen dico tibi, quod ſcimus, loquimur, & quod uidimus, teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis. Et Ioãnes 1. Epiſtolæ 1. Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de ſermone uitæ, & uita manifeſtata eſt, uidimus, etiã teſtamur, &c. Et Ananias Paulo, Actorum 22. ait: Quia tu eris teſtis illi apud omnes homines eorum quæ audiuiſti & uidiſti, &c. Et Petrus Actorum 1. Oportet igitur ut ex his uiris, qui nobiſcum uerſati ſunt toto tempore, quo Dominus Ieſus perpetuam uitæ conſuetudinem egit nobiſcum, exorſus à baptiſmo Ioannis ad eum uſq; diem, quo receptus eſt à nobis, unus quiſpiam conſtituatur, qui ſit unà nobiſcum teſtis reſurrectionis eius, &c. Fide igitur adhærere oportet teſti, qui teſtimonium producit, ſiue ipſi teſtimonio à teſte prolato. Aliquando autem non de perſona, ſed de re dicitur, ut Geneſis 31. Feriamus fœdus ego & tu, & ſit teſtis inter te & me. Et mox iterum

iterum: Cumulus iſte eſt teſtis inter me, & inter te. Sumitur tamē in quibuſdam locis abſtractiuè pro teſtimonio. Exod. 20. Non dicas contra proximū tuum teſtimoniū falſitatis. Prou. 25. Si quis dixerit cōtra proximū ſuum teſtimōniū falſitatis.

Et pluraliter עֵדִים. Numeri 35. Quicunque percuſſerit animam per teſtes, uel in ore teſtium, debet interfici homicida ille. Deuter. 17. In ore duorum teſtium. In ſtatu regiminis עֵדֵי, Pſalm. 35. Vel cum iod עֵדֵי. Pſalm. 27. Surrexerunt aduerſum me teſtes falſitatis. In ſtatu affixorum. Iob 10. Renouas teſtes tuos contrà.

Et in genere fœminino עֵדָה. Geneſ. 31. Et teſtis ſit cumulus iſte, & teſtis ſit iſta ſtatua. Et abſtractiuè, teſtimonium. Geneſis 21. Vt ſint mihi in teſtimoniū. Et pluraliter עֵדוֹת. Deut. 4. Hęc ſunt teſtimonia, ſtatuta, & iudicia. & cap. 6. Cuſtodiendo cuſtodietis pręcepta Iehoua dei ueſtri, & teſtimonia eius. Et in ſtatu affixorum ſine uaù mobili. Pſalm. 94. Cuſtodierunt teſtimonià eius. Vel cum uau mobili עֵדְוֹת, 1. Regum 2. & 2. Regum 17.

עֵדוּת Teſtimonium. Exod. 40. Et pones ibi arcam teſtimonij. Vocatur autem ideo arca teſtimonij, quòd teſtimonium, id eſt lex in ea eſſet repoſita. Num. 1 Et cuſtodiebant Leuitæ cuſtodiam habitaculi teſtimonij, in quo erat repoſitum teſtimoniū. unde etiam pro loco oraculi ſeu ipſa arca per ſynedochen accipitur. Numeri 17. Et pones tabulas in tentorium teſtimonij coram Teſtimonio, ut teſtificabor tecum. Item pro uerbo dei, quo nobis de uoluntate ſua teſtatur. Pſalm. 19. Teſtimoniū Iehoua fidele. Leuit. 16. Et offundet nebula thymiamatis propiciatorium, quod eſt ſupra Teſtimonium, id eſt, quod tegit Legem. Et 2. Reg. 11. & 2. Paral. 23. legitur pro ſingulari & certo quodam ornatu, quo reges decorabātur, & quaſi teſtimonio confirmationis cognoſcerentur: Et producens filium regis impoſuit ei coronam & teſtimonium. Hinc etiam in titulis Pſalmorū 60. & 80. multi pro ornamento accipiunt, quod regibus adhibebatur in teſtimonium, & ſignum regiæ maieſtatis, licet rurſus alij pro lege accipiant. Legitur etiam ſæpenumerò עֵדֻת eadem in ſignificatione, qua עֵדוּת, aliàs pro teſtimonio ſeu lege. Exo. 34. Duæ tabulæ teſtimonij in manu Moſi. Aliàs pro loco ſeu arca teſtimonij per ſynecdochen. Exod. 16. 27. & 31. atq; Exod. 38. epitheton eſt nominis מִשְׁכָּן.

תְּעוּדָה Teſtimonium. Ruth 4. Eratq; hoc certum teſtimonium in Iſrael. Ieſaiæ 8. Liga teſtamentum.

עַד Ad, particula applicatiuà ſeu coniunctiua & continuatiua, importans certitudinem, uel loci, uel temporis. Deuter. 4. Et reuerſus eris ad Iehoua. Item Deuter. 30. Thre. 3. Oſeę 14. Et cum affixis, Num. 23. Amos 4. Iob 32. Aliquādo idem ualet quod Adhæc, inſuper, præterea, 1. Sam. 2. Interdum, donec, quouſq;, uſq; ad, Gen. 3. Exod. 29. Pſal. 141. Aſſumit aliquando iod paragogicum עֲדֵי. Iob 7. Vſq; ad crepuſculū. Aliquando nun paragogicum עֲדֶן, adhuc, Eccl. 4. Et ultra nun literam he עֲדֶנָּה, 1. Paral. 12. Eccleſ. 4. Item forma עֲדֵי. Pſal. 147. Proſternit improbos ad terram. Item pro tandem, poſt. Num. 24. Principium gentium Amalech, qui tamen ipſe tandem peribit. Et mox iterum: Atq; etiam ipſe tandem peribit. Dan. 9. Et poſt finem belli determinatio abominationum. Accipitur עַד aliquando articulariter, ſi geminatur in eadem ſententia pro tam & quàm. Gen. 7. Ab homine uſq; ad pecus, tam reptile, quàm uolucres cœli. Item eatenus, quatenus. Prouerb. 6. Eatenus ſcortum, quatenus torta panis. A fronte accipit ſæpè beth præpoſitionem בְּעַד, in, pro, per, ante: & accipit etiam affixa. Ieſaiæ 32. Turris & munitio facta eſt in ſpeluncam. Ioſue 2. Dimiſit eos fune per feneſtram. 2. Sam. 6. Et Michol proſpiciebat per feneſtram. 2. Sam. 20. Proijcietur per murum. 1. Paralip. 19. Deus erit pro populo noſtro, & pro ciuitatibus noſtris. Geneſ. 6. Clauſit deus ante eum. 2. Reg. 4. Claude oſtium tuum ante te. Et de hac forma uide etiam ſuprà in litera beth. Accerſit etiam ultra beth à fronte literam mem מִבַּעַד, intrinſecus, Cant. 4. Item בִּלְעֲדֵי, pręter, excepto. Geneſ. 14. Excepto tantùm quòd comederunt pueri. Legitur etiam מִבַּלְעֲדֵי, præter, abſq;, excepto. Ioſue 22. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Iere. 45. Sed de iſto quoq; ſuprà in uocula בַּל.

Et quãdo à fronte accerſit literam mem, tum ſignificat aduerbialiter perpetuò, æternaliter. 1. Paralip. 28. Si autem reliqueris eum, proijciet perpetuò. Iob 19. Stilo ferreo ſuper plumbum æternaliter. Pſalm. 10. Sermo Iehoua mundus permanet æternaliter. Et quando præponitur לָעַד nomini לְעוֹלָם, importat perpetuitatẽ temporis. Pſal. 111. Confirmata ſunt perpetuò in ſeculum. Pſal. 148. Statuit ea perpetuò in ſeculũ. Aliquoties uerò poſtponitur עד nomini עוֹלָם cum uau copulatiua, & habet ſubſcriptum ſægol. Exod. 15. Iehoua regnabit in ſeculũ & ultrà. Pſal. 10. Iehoua rex eſt in ſecula & ultrà. Pſal. 21. Vitam petijt abs te, & dediſti ei longitudinem dierum in ſeculum & ultrà. Pſal. 104. Non commouebitur in ſeculum & ultrà. Sæpenumero dictio iſta geminatur עֲדֵי עַד, ultrà & ultrà, aſſiduè magis. Pſal. 83. Erubeſcant & conturbentur aſſiduè magis. Pſal. 132. Filiorum eorum aſſiduè aſſiduè ſedebunt. Ieſaiæ 26. Confidite in Iehoua aſſiduè & aſſiduè. Legitur etiam עַד עוֹלְמֵי עַד. Ieſ. 45. Non confundentur in ſecula æternitatis. Sic legitur in abſtracto. Habakuk 3. Montes æternitatis. Itẽ לָעַד עַד עוֹלָם. Ieſaiæ 30. Perpetuò donec eſt ſeculũ. Conſtruitur cum prępoſitione מִנִּי, ab antiquo, ab æterno. Iob 20. An hoc neſcis ab æterno, à ponere hominem ſuper terrã. Cõponitur etiã iſto modo עַד כִּי, quouſq;, donec. Gen. 49. Donec uenerit Silo. Item iſto modo עַד אָנָה, id eſt, uſquequo, quandiu, Iob 8. Item cum מְאֹד. 1. Reg. 1. Et puella erat formoſa ualde nimis. Itẽ cum nomine מְהֵרָה, ualde, uelociter, Pſal. 147. Eſt autẽ inſuper operęprecíũ, quando in hanc uoculã עד incidimus, ut hîc quoq; de ipſius ſignificandi ratione copioſiùs dicamus, idq; ad refellendum Heluidij hæreſin, in quã ignorãtia huius uoculæ grauiſſimò eſt lapſus: uoluit enim ex Matthęi uerbis cùm inquit: Et non cognouit eam donec peperiſſet filium ſuũ primogenitũ. & maximè ex iſta particula עד, donec, ſtatuere, quaſi Ioſeph poſt primogenitũ cognouiſſet Mariam, nec manſiſſet perpetuò uirgo. Etſi uerum eſt hanc uoculam accipi incluſiuè, ſicut & Paulus ea eſt uſus Rom. 5. Vſq; ad legem enim peccatum erat in mundo, imo regnauit mors ab Adam uſq; ad Moſen, &c. tamen plerunq; excluſiuè uſurpatur, ut partim ex ſuprà citatis locis clarum eſt, quòd uocula iſta cõtinuitatem, perpetuitatẽ, & (ut ita dicam) infinitatem importet. Et ſimiles loquendi formæ idem teſtẽtur, nec patiantur beatiſſimam ac caſtiſſimã uirginem uiolari. Gen. 28. Neq; deſeram te donec fecero, quæ loquutus ſum ad te. 1. Sam. 15. Non uidit Samuel ultrà Saulem donec ad diem mortis ſuæ. 2. Samu. 6. Et Michol filiæ Saul non fuit filius uſq; ad diem mortis ſuæ. Pſalm. 110. Ait Iehoua Suſtentatori meo, ſede à dextra mea, donec ponam inimicos ſcabellum pedum tuorum. ubi non ſequitur quòd Chriſtus non ſit amplius ſeſſurus ad dextram patris, quãdo ſibi ſubijcientur inimici ipſius. Ieſaiæ 42. Non afficietur mœrore, neç animo frangetur donec ponat in terra iudicium, &c. In quibus ſanè & pluribus alijs locis perpetuitatem & infinitatem importat. Sic etiam habeẽ in noui Teſtamẽti ſimilibus loquutionibus: ut Matth. 5. Non exibit donec perſoluerit ultimum quadrantem. Luc. 21. Et Ieruſalem calcabitur à Gentibus donec impleantur tempora Gentiũ, id eſt, perpetuò. & cap. 22. Dico uobis, poſthac non bibam de fructu uitis, donec regnum dei ueniat. Non ſequitur quòd Chriſtus in regno Dei nõ biberit de fructu uitis. Explodendus eſt igitur execrabilis ille Heluidius cum ſua hæreſi, qua intemeratam uirginem Mariam conſpurcare auſus fuit. Licebit etiam plura uidere in Nicolao Lyrano ſuper 1. caput Matthæi.

עוֹד Alia uox in alia forma, quæ ſimiliter ſuſtentationem, ſcilicet temporis, continuationem, & applicationẽ, hoc eſt durationẽ & perpetuitatem denotat, ut, Adhuc, ultra, amplius, deinceps, porrò, perpetuò. Gen. 8. Nõ addam maledicere amplius. et cap. 25. Adhuc pater meus uiuit? 2. Reg. 6. Et nõ addiderũt amplius turmę Syrię uenire in Iſrael. Iob 27. Omnis adhuc ſpiritus meus fuerit in me. Prou. 31. Vt bibat & obliuiſcatur egeſtatis ſuæ, & moleſtiæ ſuæ non recordetur amplius. Ieſaiæ 5. Quid eſt quod debui amplius uineæ meę facere. Ier. 2. Propterea ego perpetuò cõtendo uobiſcum. Oſeæ 12. Neq; deinceps in memoria habebuntur. Amos 4. Cùm adhuc

adhuc tres menſes ſupereſſent. Ionę 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuerteť, id eſt poſt quadraginta dies. Inſuper accipit quoq; per prothe ſin beth בְּעוֹד. Gen. 48. Dum adhuc ſtadium terrę eſſet. Amos 4. Dum adhuc tres menſes eſſent ad meſſem. Et aliquando mem מֵעוֹד. Num. 22. Quandiu tu uſq; in hunc diem: uel ita, Abinde tu uſq; in hunc diem. Et ut עַד affixa recipit, ita ſimiliter עוֹד recipit affixa, nulla facta uocalis mutatione.

1107 עָוַד Cum uau mobili, & ſignificat certò capere, comprehendere, retinere: & congruit ſignificatione cum uerbis שָׁבָה יָסַר עוֹד, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Legitur autem in hac forma ſemel tantùm, Pſal. 119. Funes improborum apprehenderunt me.

INDE NOMEN,

עַד Captura, præda, rapina. Gen. 49. Mane comedet rapinam, & ueſperi diuidet prædam. Ieſ. 33. Diuidetur rapina prædę multæ: uel ſic, Diuidetur rapina, pręda multa. Zoph. 3. Ad diem, quo ſurgam ad rapinam. Et licet alij aliter accipiant & interpretentur, tamen mihi uidetur eadem eſſe ſententia cum illa, quę eſt Pſal. 68. Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona pro hominibus, &c.

1108 עָוָה. Curuum fuit. Et quando ad animũ refertur ſeu ad actiones, ſignificat iniquè ſeu peruerſè agere. Congruit autẽ ſignificatione cum uerbo עָוַת, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Eſther 1. Non tantùm contra regem iniquè egit Vaſthi regina, uerumetiam contra omnes principes. Dan. 9. Aberrauimus, & iniquè egimus, & improbi fuimus.

In uoce paſſiua נַעֲוָה. Pſal. 38. Curuatus ſum & humiliatus ſum uehementer. Ieſ. 21. Incuruatus ſum cùm audirem, conturbatus ſum cùm uiderem.

Participium ſeu nomẽ participiale maſculini generis נַעֲוֶה, quod in ſtatu regiminis mutat ſægol in zere נַעֲוֵה. Prou. 12. Iniquus corde erit cõtemptui. Et in genere fœminino נַעֲוָה, & in ſtatu regiminis נַעֲוַת. 1. Sam. 20. Fili iniquę rebellionis.

In ſecunda coniugatione עִוָּה, curuauit, peruertit, deprauauit. Thren. 3. Semitas meas peruertit, quæ ſcilicet planæ erant & rectę. Ieſ. 24. Et peruertit formam eius. Iob 8. An omnipotens peruertit iuſtitiam.

In tertia coniugatione הֶעֱוָה. 2. Samuelis 19. Non imputet mihi Suſtentator meus iniquitatem, & non recordêris eorum quæ iniquè egit ſeruus tuus. Iob 33. Ego dixi, erraui & rectum curuaui, id eſt, quod rectum erat peruerti. Ierem. 3. Peruerterũt uias ſuas, & obliti ſunt Iehoua dei ſui. & cap. 9. Peruerſè agẽdo defatigati ſunt. 2. Samuelis 7. Ipſe erit mihi in filium, cumq; iniquè egerit, caſtigabo eum. 2. Samuelis 24. Ecce ego erraui, & iniquè egi. 1. Regum 8. Aberrauimus, iniquè egimus, & improbè fecimus. Pſalm. 106. Aberrauimus cum patribus noſtris, iniquè egimus, improbè fecimus.

INDE NOMINA:

עִי Sicut à רָוָה formatur בָּרָה, & à רִי nomen בְּי, ita à עָוָה deriuatur עִי, quod ſignificat curuitatem, iniquitatem quarumlibet rerum, id eſt, aceruum ſeu cumulum, ſeu tumulum ex multis uarijsq; partibus inęqualiter coaceruatum. Mich. 1. Et ponam Samariam in curuitatem agri, id eſt aceruum agri. Iob 30. Verũtamen in aceruum non mittet mãnum, ſcilicet oſſium. Et pluraliter עִיִּים. Pſal. 79. Poſuerunt Ieruſalem in aceruos. Iere. 26. Ieruſalẽ aceruí erit. Mich. 3. ubi eadem ſententia reperta eſt, ſcribitur עִיִּין Chaldęo more. In ſtatu regiminis עִיֵּי. Num. 21. Et profecti de Oboth, caſtrametati ſunt in Ie Abarim. Et iterũ cap. 33. Et profecti de Oboth, caſtrametati ſunt in Ie Abarim in limite Moab: & profecti ex Iym, caſtrametati ſunt in Dibon Gad. Ex ijs poſterioribus locis cognoſcitur ex appellatiuo factum eſſe nomen proprium ab aceruis lapidum.

מְעִי Aceruus uariarũ partiũ inęqualiter iacẽtiũ. Ieſ. 17. Et erit aceruus ruinæ. Et plur. מֵעִים, aceruí in uẽtre animalis, i. uiſcera ſeu inteſtina, incurua. Ieſ. 49. Ex uiſceribus matris meę. Ionę 2. Et fuit Ionas in uiſcerib. piſcis. Et mox iterũ: Ex uiſcerib. piſcis. Et cũ affixis. Ge. 15. Sed q egredieť de uiſcerib. tuis, ipſe hęreditabit. Pſ. 40. Lex tua

eſt

eſt in medio uiſcerum meorum.Ieſa.20.Et effudit uiſcera eius ſuper terram. Et iterum:Et panis in uiſceribus eius uerſus eſt.Et iterum : Multitudo uiſcerum tuorum & commiſerationum tuarum Ezech.6.Et uiſcera ſua non implebunt.Cant.5.Viſcera eius ut ebur. Legitur etiam ſemel in forma fœminea מְעוֹת, lapilli ſeu aceruí in medio maris.Ieſa.48.Et fuiſſet ſicut arena ſemen tuum,& genimina uiſcerum tuorum ſicut lapilli eius,&c.Lapides enim ſunt uiſcera maris.

עַוָּה Incuruatio,inclinatio,declinatio.Ezech.21.Incuruationem,incuruationem,incuruationem ponam eam,ſed hoc non fiet donec ueniat cuius eſt iudicium,& cui tradam illud,id eſt declinatio maior atq; maior ſubinde erit tam politiæ,quàm ſacerdotij,donec uenerit Chriſtus.

עִוְעִים Nomen geminatum pluralis nnmeri tãtùm,incuruationes. Ieſ.19.Iehoua miſcuit in medio eius ſpiritum incuruationum:nam errare fecerunt Ægyptũ in omni opere ſuo,ſicut errat ebrius in uomitu ſuo,id eſt uertiginum.

עָוֹן Iniquitas,peruerſitas,prauitas.Et eſt tam culpæ quàm pœnæ. Exẽpla in quibus eſt culpæ.Num.5.Faciens recordari iniquitatẽ.2.Sam.14.Et ſi eſt in me iniquitas, ſtatim interficias me.2.Reg.7. Et dixit alter ad alterum, non rectè facimus hodie, cùm dies ſit boni nuncij, & nos tacemus, & expectamus uſq; ad lucẽ matutinam, inueniet nos iniquitas.Pſal.32.Cui Iehoua non imputauit iniquitatẽ.Pſal.51.Ecce in iniquitate conceptus ſum.Pſal.59.Abſq; iniquitate cõcurrunt. Exemplum in quo eſt pœnæ.1.Sam.28.Et Saul iurauit Pythoniſſæ in Iehoua,dicens,Viuit Iehoua ſi accidet tibi iniquitas propter rem iſtã. Scribitur tamẽ ſemel in ſtatu abſoluto עָוֹן. Pſal.39.In correptionibus propter iniquitatẽ caſtigabo uirũ. Et in ſtatu regiminis עֲוֹן. Gen.15.Quia nondum perfecta eſt iniquitas Amorræi.Ieſ.57.Propter iniquitatẽ auaritiæ eius natus ſum. Vſurpatur quoq; pro idololatria Ioſue 22.An parua eſt uobis iniquitas Peor,à qua nõdum purificati ſumus.Oſeę 7.Cùm ego ſanarem Iſraelem,reuelata eſt iniquitas Ephraim. Et in ſtatu affixorũ nihil uariat à ſtatu regiminis. Pſal.103. Qui parcit omni iniquitati tuæ.ubi iod eſt paragogicum.Ezech.18.Et portabunt iniquitatẽ ſuam,eritq; iniquitas ſciſcitãtis, ſicut iniquitas prophetæ. Itẽ pro pœna iniquitatis.Leuit.26. Tunc humiliabitur cor eorum incircumciſum,& tunc acceptabunt iniquitatem ſuam, id eſt pœna iniquitatis erit eis grata, & eam comprobabũt, quòd meriti ſint pœnam iniquitate ſua. Ieſa.40.Et accepta eſt iniquitas eius,id eſt pœna iniquitatis eius, ſcilicet quòd per Chriſtũ pro ea ſatisfactum eſt. Et pluraliter in forma maſculina עֲוֹנִים. Eſdræ 9. Tu deus noſter addidiſti infernè ab iniquitatibus noſtris,id eſt, non reſpicis in iniquitates noſtras.Ieſa.64.Et iniquitates noſtræ quaſi uentus ſuſtulerunt nos. Legitur tamen frequẽtiùs in forma fœminina עֲוֹנוֹת. Leuit.16.Et confitebitur ſuper ipſum cunctas iniquitates filiorum Iſrael.Iob 13.Quot ſunt iniquitates mihi,& errata.& cap.19.Metuite uobis à gladio,quia furor iniquitatum eſt gladius. Pſal. 65. Verba iniquitatum prępualuerũt ſuper me.Pſal.130.Si iniquitates obſeruaueris Ia, Suſtentator quis conſiſtet? Oſeæ 10. Cùm caſtigauero eos propter duas iniquitates ipſorum,id eſt duos uitulos.quanquam ſcriptum ſit עֵינֹתָם pro עֹנֹתָם.

מָעוֹן Nomen maſculini generis, cauea,habitaculũ,à curuitate ſeu concauitate.Pſal.90. Suſtentator,habitaculum tu factus es nobis in generationem & generationem.1. Sam.2.Quare conculcatis ſacrificium meum, & oblationem meam, quæ mandaui in habitaculo. Et in ſtatu regiminis mutat cametz in ſeua מְעוֹן. Deu.26.Proſpice de cauea ſanctitatis tuæ.Pſal.26.Dilexi caueã domus tuæ.Iere.9. Poſuiſti Ieruſalem in aceruos,caueam draconum. In ſtatu affixorum nihil uariat à ſtatu regiminis.Pſal.91.Altiſſimum poſuiſti habitaculum tuum.Zophon.3.Excidetur cauea eius. Et pluraliter מְעוֹנִים.1.Paralip.4.Et percuſſerunt tentoria eorum & caueas. Et in genere fœminino מְעֹנָה. Deu.33.Habitaculum,deus antiquitatis.

Et cum affixo מְעוֹנָתוֹ. Pſalm. 76. Et habitaculum eius in Zion. Et pluraliter מְעוֹנוֹת. Iob 37.Et ingreditur fera in latibulum,& in caueis ſuis morabitur. Cantic. 4. De caueis leonum.

In

1109 עוּט Inuolauit celeriter more auium rapacium, quæ inuolant ſuper prædam, ut diri-
piant. 1. Sam. 25. Ecce miſit Dauid legatos ex deſerto, ut benedicerent ſuſtentatori noſtro, ſed ipſe inuolauit in eos.

INDE NOMINA:

עַיִט Volatus, turba ferarum auium, quæ irruit multitudine: & eſt nomen collectiuum, ein flug. Gen. 15. Et deſcēdit uolatus ſuper cadauera, & flatu abegit eum Abram. Ieſa. 18. Et æſtiuabit ſuper eum uolatus. & cap. 46. Voco ab Oriente uolatū. Vocat autem hoc nomine Cyrum cum ſuo exercitu, à uelocitate & rapacitate. Ierem. 12. Nunquid quaſi uolucre tinctum, eſt hæreditas mea, nunquid uolatus undiq; circa illud. Prius eſt ſpeciei, & notat paſſiuè noctuam rubris maculis aſperſam, in quam inuolant aliæ aues. Alterum eſt collectiuū, & actiuè ſignificat uolatū auiū rapaciū.

In diſtinctione ſententiæ עָיִט. Iob 28. Semitam quam non cognouit eam uolatus, neque intuitus eſt oculus uulturis. Et in ſtatu regiminis עֵיט. Ieſaiæ 18. Derelinquentur pariter uolatui montium & animantibus terræ. Ezechiel. 39. Volatui auium, omni alato, & beſtiæ agri tradidi te in cibum.

עֵט Stylus, ſeu calamus, à uelocitate, & inuolatione, & quo Scriba in chartam ſeu tabulam inuolat, eamq; ſcriptura tegit. Iob 19. Stylo ferri, & plumbo ad perpetuitatē in petra incidantur. Pſal. 45. Lingua mea ſtylus ſcribæ uelocis. Ierem. 8. Ecce ad mendacium fecit ſtylum, ſtylus eſt mendacij ſcribarum. & cap. 17. Delictum Iehuda ſcriptum eſt ſtylo ferri.

1110 עוּל In bonam partem ſumitur pro commodare, prodeſſe, cogitare ut proſis, ſcilicet lactando, enutriendo, educando: & congruit ſignificatione cum uerbis עָלָה בָּעַל & עָלַל יָעַל, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Legitur ex eo uerbo, Participiū præſens pluralis numeri, fœminini generis עָלוֹת, id eſt, lactantes, nutrientes, educantes, quibus lac in ubera aſcendit, & ſubinde ad nutricationem accreſcit, quò prolem educent & enutriant: quanquam aliqui, neque id ineptè, hinc dictas fœmellas uolunt, quòd maſculi aſcenderint in eas ex iſto loco. Gen. 31. Ecce arietes aſcenſores ſuper oues. Atque tales interpretantur fœtas, quòd nunc grauidas ſignificat, nunc partu exoneratas & lactātes. Legitur autem Gen. 33. Greges & armenta lactantia ſunt mihi oneri. 1. Sam. 6. Et duas uaccas lactantes, ſuper quas non aſcēdit iugum. Et mox iterum: Et acceperunt duas uaccas lactantes, & ligauerunt eas in plauſtro, & uitulos earum clauſerunt domi. Pſal. 78. Euntem poſt lactantes, adduxit eum. Ieſ. 40. Lactantes minabit, &c.

In ſecunda cōiugatione ut uerbum שׂוּם duas habet formas שִׂים & שׂוּם, ita hoc quoque uerbum habet duplicem formam עָוַל & עוֹלֵל, & utrunque primæ coniugationi contrariam habet ſignificationem: ſignificant enim iniuſtè ſeu iniuria agere, defraudare, dehoneſtare, iniuria afficere. In forma עָוַל legitur Ieſaiæ 26. In terra rectorum iniuſtè aget.

Participium præſens מְעַוֵּל. Pſal. 71. De manu iniuria afficientis.

In altera forma עוֹלֵל, eſt uſitatius. Iob 16. Dehoneſtaui in puluere cornu meum. Thren. 1. Incommoda illis, quemadmodum incommodaſti mihi. & cap. 2. Vide, num alicui ita incōmodaueris. Leuit. 19. Vineam tuam non dehoneſtes. Deut. 24. Vineam non iniuria afficies, ſcilicet contra legem dei. Et ut ibi תְּפָאֵר contraria ſignificatione ponitur pro dehoneſtabis, ita ſimiliter תְּעוֹלֵל in contraria ſignificatione uſurpatur. Iudic. 28. Et iniuria affecerunt eos in uia. Vſus eſt metaphora ſumpta à racematione, ad populi reliquias, quas iure belli non debebant trucidare, ſed reſeruare. Et nota, quod nos racemare, hoc eſt ultimos racemos in uinea ſuccidere dicimus, id Hebræi uerbo iſto ſecundæ cōiugationis efferunt, q. d. defraudare contra legem à deo latam pauperes & egenos ſuo iure & priuilegio.

Participium præſens מְעוֹלֵל, quo pluraliter admodum feſtiuiter Ieſaias uſus eſt cap. 3. Populi mei exactores ſunt racematores, qui ſcilicet pauperi contra ius naturæ & ſcriptum ſua auferunt, ſpoliāt populum uſq; ad ultimum quadrantem, per fas nefasq; populi bona diripiūt. Et ut propheta paulò antè nō עוֹלְלִים, ſed מְעוֹלְלִים

Cc dice-

dicere, ita hîc quoq; alluſione quadam facta ponere hoc uerbum uoluit, ut recte impoſturas & auaritiam magiſtratuum ſui temporis perſtringeret, qui etiam ultimos racemos pauperibus eriperent.

In uoce paſſiua עוֹלַל. Threno. 1. Non eſt dolor ſimilis dolori meo, qui inflictus eſt mihi. & cap. 3. Oculus meus factus eſt afflictioni animæ meæ.

In quarta coniugatione הִתְעוֹלֵל. Pſal. 141. Non declines cor tuum ad malum, ad peruertendum opera in improbitate.

INDE NOMINA:

עוּל Nomen participiale primæ coniugationis, cuius ſignificationem quoque retinet, puer qui adhuc eſt in nutricatione, lactens. Ieſ. 49. An obliuiſcetur mulier lactentis ſui. & cap. 65. Lactens dierum.

עֲוִיל Puer, lactens, paruulus: cuius plurale legitur Iob 19. Etiam paruuli ſpreuerunt me. & cap. 21. Emittent ſicut oues, paruulos ſuos.

עוֹלֵל Puer. Vide de hoc in themate עָלַל.

עַוָּל Fraudulentus, iniuſtus, iniurius. Iob 18. Hæc ſunt tabernacula iniuſti. & cap. 29. Et conterebam molares iniurij. Zophon. 3. Et neſcit iniurius pudorem.

עֲוִיל Fraudulentus, iniuſtus, iniurius. Iob 16. Concluſit me deus cum iniuſto.

עָוֶל Iniuſtitia, iniuria, omne malum generaliter ſignificat, quod eſt cõtra charitatẽ proximi, contra honeſtatem, & iuſtitiam politicam, contra publica iura, ſtatuta, & leges, quodcunq; ex malo cordis theſauro, uel in uerba, uel in ipſum opus externum aſcendit, atq; prorumpit. Nam hoc nomen ab ſignificatione uerbi nequaquàm ſeiungo, ſed ut à רָמָה extulit מִרְמָה & רְמִיָּה impoſtura deducitur, ita ab עָלָה ea omnia deducũtur, quę uel bona, uel mala ex corde hominis, uel in os, uel in opus erũpunt: id quod Chriſtus hoc dicto clarè teſtatur Matth. 15. ubi inquit: Ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, ſtupra, falſa teſtimonia, conuicia, &c. In iſta forma legitur Leuit. 19. Non facietis iniuſtitiam in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Deut. 25. Quoniam abominatio Iehoua dei tui omnis faciens talia, & faciens iniuſtitiã, &c. Ex his locis iam citatis clarè cernitur, quòd ſignificet peccatum contra leges ciuiles, & ciuilem iuſtitiam. Deut. 32. Deus eſt ueritatis & non iniuſtitiæ, iuſtus & rectus. ubi opponitur ueritati, ſicut & Chriſtus ueritati oppoſuit Ioannis 7. Qui quærit gloriam eius, qui ipſum miſit, hic uerax eſt, & ἀδικία iniuſtitia in illo non eſt. Ezech. 8. Qui in uſuram non dedit, neq; fœnus accepit, ſed ab iniuſtitia amouit manum ſuam. Et paulò pòſt iterum: Cùm auerterit ſe iuſtus à iuſtinia ſua, & fecerit iniuſtitiam. ubi opponitur nomini צְדָקָה.

עַוְלָה Sicut à מָוֶת fit denominatiuum מָוְתָה, & ſignificat etiam iniuſtitiã. 2. Sam. 3. Sicut qui cadit ante filios iniuſtitiæ, ſic cecidiſti. 2. Sam. 7. Et non addiderunt filij iniuſtitiæ opprimere eos, ſicut in initio. Iob 6. Reſpondete obſecro, nec ſit iniuſtitia. & cap. 24. Et frangeris ſicut arbor fraudis.

עֹלָה Literarum facta tranſpoſitione, iniuſtitia. Oſeæ 10. Super filios iniuſtitiæ.

עוֹלָתָה Iniuſtitia. Ezech. 28. Donec inuenta eſt in te iniuſtitia. Oſeæ 10. Iniuſtitiã meſſuiſti. Pſal. 92. Non eſt iniuſtitia in eo.

עֶוֶל Iniuſtitia, iniuria, fraus. Ezech. 28. Propter iniuſtitiam negociationis tuæ.

עַוְלָה Iniuſtitia. Iob 5. Et iniuſtitia ſua obſtruxit os ſuum. Et pluraliter עַוְלוֹת. Pſalm. 64. Scrutabuntur iniuſtitias. Pſal. 58. Etiam in corde iniuſtitias operabimini.

עֹל Quidam non ineptè iugum ſignificare putant, quòd collo, & ceruicibus iumentorum ſuperinducatur, ab עָלָה, ut ſuprà quoq; in radice illa oſtenſum eſt. Tamẽ mea ſententia non ineptum erit ſi ab עָוֶל deducas, ut per iugum, ſeruitutẽ, diſciplinam, ſeu caſtigationem ſeueriorem & crucem intelligas, qua uel iumenta, uel homines cohibentur & cohercentur, continenturq; in officio ſuo. Numeri 19. Super quam aſcendit iugum. Deut. 28. Et ponet iugum ferreum ſuper collum tuum. Ieſa. 9. Quoniam iugum oneris eius, &c. Et in ſtatu affixorum mutat uau holem in kybutz, & fortificat literam lamed. Gen. 27. 1. Reg. 12. & Ieſaiæ 47.

עוֹלֵלוֹת Nomen pluralis numeri tantùm, racematio. Iudicum 8. Nónne melior eſt racematio

1111 tio Ephraim, quàm uindemia Abiezar. Ieſa. 17. Et relinquetur in eo racematio.

**עוּף** Primò ſignificat uolare. Et ut שָׁרַץ motitare ſe in aquis uel terra, ita עוּף agitare & mouere ſe celeriter, & ſubleuari in aere remigio alarũ & uibratione ſignificat: quanquam deinde in aliquot locis ſignificationem habeat contrariã, congruatq; cum uerbis יָעֵף & עָיֵף, de quo ſuo in loco. Deut. 4. Aut in ſimilitudinem cuiuſq; auis alatæ, quæ uolat in cœlo. 2. Sam. 22. & Pſalm. 18. Et uehebatur ſuper Cherub, & uolabat, & uiſus eſt ſuper alis uenti. Iob 5. Homo ad laborem naſcitur, & filij uolucriũ, ut eleuentur uolando. Iob 20. Quaſi ſomnium auolabit, & nõ inuenieť illud. Pſalm. 99. Quod ſecatur citò, ita auolamus. Pſal. 91. A ſagitta quæ uolat die. Prouer. 23. Tanquam aquila auolabit in cœlum. ubi uau ſcriptum eſt pro iod tertia futuri litera. Ieſaiæ 6. Et uolabat unus ad me de Seraphim. Et cap. 11. Et uolabũt in humerum Philiſteorum. & cap. 61. Qui ſunt iſti, qui ut nubes uolant. Nahum 3. Velut bruchus, qui ſe diffundit & auolat. Habakuk 1. Auolabunt uelut aquila celeriter ad eſcam.

Participium præſens generis fœminini עָפָה. Zach. 5. Et ecce uolumen uolans.
Eius plurale עָפוֹת. Ieſaiæ 31. Sicut aues uolant.
In ſecunda coniugatione עוֹפֵף; uolitauit. Gene. 1. Et dixit deus, motent copioſè aquæ motabile animæ uiuentis, & uolucrem, quæ uolitet ſupra terram. Ieſaiæ 6. Sex alis uolitabat. Ezechielis 32. In uolitare faciendo me gladium meum ſuper facies eorum.
Participium præſens מְעוֹפֵף. Ieſa. 15. Et proles eius ſerpens uolitans.
In tertia coniugatione הֵעִיף. Prou. 23. Si auolare feceris oculos tuos ad illud.
Participium præteritum מוּעָף. Dan. 9. Factus uolare uolatu tetigit me.
In quarta coniugatione הִתְעוֹפֵף. Oſeæ 9. Velut auis auolabit gloria eorum.

INDE NOMINA:

עוֹף Nomen collectiuum ſeu uniuerſitatis, omne id ſignificans & complectens, quod uolat, non ſolùm aues, ſed apes quoque, ueſpas, bruchos, & reliqua eiuſmodi uolucria, q.d. uibratile. Gen. 1. Et uolucre uolet ſupra terram. Et mox iterum: Et omne uolucre alatum iuxta ſpeciem ſuam. Eſt autem dignum obſeruatione, quòd hoc in loco, aquarum appellatione ueniat quoque aer. Deinde, quòd natantium & uolatilium unam originem ſeu materiam ex qua, Moſes ponat propter cognationem quam inter ſe habent. Nam uelut piſces aquam ſecant motu pinnarum, ul teriùs procedentes, caudæ uerò mutatione, tum circumuerſiones, tum rectos motus ſibijpſis uelut temone gubernantes, ſic etiam in uolucribus uidere eſt aerem alis ſimili modo pernatantibus. Tertiò, quòd multis auibus & uolare, & natare conceſſum ſit, ſicut mergis, anatibus & ſimilibus, quę ad aquas uiuunt. Geneſis 40. Et comedet uolucre carnem tuam de te. 1. Sam. 17. Et dabo carnem tuam uolucri cœli. 1. Reg. 4. Et loquebatur Salomo de animali, & de uolucri, & de calcatili, & de piſcibus. Pſalm. 50. Noſti quòd uolucre montium, & fera agri penes me eſt. Pſal. 78. Et quaſi arenam maris, uolucre alatum. Iere. 5. Sicut cauea plena uolucri, ſic domus eorum plenæ impoſtura. Legitur etiam appoſitiuè. Leuit. 11. Omne motabile, uolucre, quod ambulat ſuper quatuor. Deut. 14. Omne motabile uolucre immundum ſit uobis, nec comedetur.

עַפְעַפַּיִם Palpebræ, à motu & uibratione. In ſtatu affixorũ עַפְעַפָּי. Iob 16. Circa palpebras meas eſt umbra mortis. Pſalm. 11. Palpebræ eius probant filios hominis. Pſal. 132. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis nutationem. Prouerbiorum 4. Et palpebræ tuæ ſint rectæ coram te. & cap. 6. Neque capiat te palpebris ſuis. Ieremiæ 9. Palpebræ noſtrę ſtillant aquas. In ſtatu regiminis ſemper accipitur metaphoricè. Iob 3. Obtenebreſcant ſtellæ crepuſculi illius, expecter ad lucem, neque uideat in uibrationes auroræ. & ca. 41. Oculi eius uelut uibrationes auroræ, id eſt, promicationes radij.

יְעָף Volatus. Et iod eſt litera heemantica, ſicut in nomine יְקוּם. Dan. 9. Volatu tetigit me circa tempus oblationis ueſpertinæ.

עוּת Altero modo ſignificationem priori omnino habet contrariã, & cõgruit ſignificatione cum uerbis יָגַע & יָעֵף, & ſignificat defatigatum eſſe, deſtitutum eſſe uiribus, ne poſſit uolare ſeu mouere ſe. Iudicũ 4. Et ipſe ſopore oppreſſus & laſſus ſtatim moriebatur. 1. Samuelis 14. Et defatigatus erat populus ualde. Ieremiæ 51. Et laborabunt populi in uanum & populi in igne, & defatigabuntur. Et iterũ: Non reſurget propter malum, quod ego induco ſuper eam & defatigabuntur.

INDE NOMINA:

מְעוּף Nomen uerbale, quod per metalepſin ſignificat obſcuritatẽ, quæ ex defatigatione ſequitur. Ieſaiæ 8. Obſcuritas pertrahens, & caliginis impulſio.

מוּעָף Defatigatio, aut etiam obſcuritas, quæ defatigationẽ ſequitur. Ieſa. 8. Quoniã non defatigatio ad hanc, quæ anguſtia ei: uel ita, ad hanc anguſtiam, quæ ei.

תְּעֻפָה Obſcuratio. Iob 11. Obſcuratio tanquam lux matutina erit.

1112

עוּר Excitauit uel perſonam aliquam, uel animal, uel ædificium aut rem aliam. Iob 41. Non eſt tam ferox ut excitet eum. Pſalm. 73. Velut ſomnium ab euigilando Iehoua in excitando imaginem ipſorum deſpicies. Vel neutraliter, ſi nullum poſt ſe regit accuſatiuũ. Pſal. 44. Excitare, & quid dormies. Pſal. 57. Excitare gloria mea. Ieſa. 52. Excitare, excitare. Oſeæ 7. Quieſcet ab excitando poſt ſubagitationem paſtæ.

Participium præſens עֵר. Cantic. 5. Ego dormio, ſed cor meum excitatum eſt. Malach. 2. Excitantem, & reſpondentem de tabernaculis Iacob.

In uoce paſſiua נֵעוֹר. Zach. 2. Quia excitatus eſt de habitaculo ſanctitatis ſuæ. Iere. 6. Et gens magna excitabitur à lateribus terræ. Zach. 4. Sicut uir qui excitabitur à ſomno ſuo. Habak. 3. Nudatione excitabitur arcus tuus.

In ſecunda coniugatione עוֹרֵר. 2. Samuelis 23. Et ipſe excitauit lanceam ſuã: Ieſaiæ 14. Excitabit tibi gigantes. Pſal. 80. Excita potentiam tuam. Zachariæ 9. Et excitabo filios tuos. Prouerbiorum 10. Odium excitat rixas. Ieſaiæ 23. Erexerunt fortalitia eius, excitarunt palatia eius. Cantic. 2. Neq; excitetis charitatem, donec ipſa uoluerit. Et legitur ſemel prima litera geminata pro ultima. Ierem. 15. Quia per uiam Hornaim uociferationem contritionis excitabunt. ubi inuerſione literarum uſus eſt יְעֹעֵרוּ pro יְעוֹרְרוּ.

In tertia coniugatione הֵעִיר. Ieſaiæ 41. Qui excitauit ab Oriente iuſtitiam. Ieremiæ 51. Excitauit Iehoua ſpiritum regum Medorum. Deut. 32. Sicut aquila, excitabit nidum ſuum. Ieſaię 50. Excitabit mihi aurem. Haggei 1. Et excitauit Iehoua ſpiritum Zerubabel. Et quando poſt ſe non regit accuſatiuum, tum ponitur neutraliter. Pſal. 35. Excitare, & expergiſcere. & Pſalm. 57. Et excitatus ero diluculò. Ioel. 3. Excitemini potentes.

Participium præſens מֵעִיר. Ieſaiæ 13. Ecce ego excito ſuper uos Perſas. Ioelis 3. Ecce ego excito eos.

In quarta coniugatione הִתְעוֹרֵר. Iob 31. Si excitatus fui quando inuenit eũ malũ. & cap. 17. Et inculpatus contra hypocritã excitabitur. Ieſ. 51. Excitare, excitare.

Participium præſens מִתְעוֹרֵר. Ieſaiæ 64. Nõ eſt qui uocet in nomine tuo, qui excitat ſe ad apprehendendum te.

INDE NOMINA:

עֵר Excitator, id eſt, præceptor qui diſcipulos excitat: de quo ſuprà in participio primæ coniugationis.

עָר Excitatus, alacer, hoſtis. 1. Sam. 28. Et Iehoua diſceſſerit à te, & factus ſit excitator tui. Et pluraliter עָרִים. Pſal. 139. Eleuatio eſt fruſtranea excitatorum tuorũ. Dan. 4. Et interpretatio ſit excitatoribus tuis.

עִיר Excitator. Dan. 4. Et deſcendit Excitator & Sanctus de cœlo. Et pluraliter עִירִין. Dan. 4. In ſententia excitatorum decretum eſt.

עַיִר Pullus, ſcilicet aſini, tam domeſtici, quàm ſylueſtris, eò q excitatus ſit à parẽtibus. Iob 11. Et pullus onagri. In ſtatu affixi abijcit pathah ſeruato hirik. Geneſ. 49. Ligans

gans ad uitem pullum ſuum. Et pluraliter עֲיָרִים. Gen.32.Et pullos decem. Iudi. 10.Super triginta pullos. Et legitur ſemel עֲוָרִים, uau pro iod. Ieſaiæ 30.Super humerum pullorum.

עִיר Ciuitas,urbs,eò ꝙ excitata ſit muris,turribus,alijs ædificijs & hominum operis & actionibus.Et nomen eſt maſculini generis tam appoſitione adiectiuorum,quàm declinatione.Geneſis 4.Et fuit ædificans ciuitatem,& uocauit nomen ciuitatis.& cap.10.Ipſa eſt ciuitas magna.Iere.48.Et ingredietur prædator ciuitatem & ciuitatem, id eſt, ſingulas ciuitates. In ſtatu affixorum nihil mutat. Iudic.8. In ciuitate ſua.Dan.9. Super ciuitatem ſuam.2.Sam.19.In ciuitate mea. Et pluraliter עָרִים. Num.35.Ciuitates ad habitandum.Ieſa.14.Neque implebunt faciem orbis ciuitatibus. In ſtatu regiminis עָרֵי. Num.32. Ciuitates munitionis.Leuit.25.Ciuitates Leuitarum.Iudic.12.Et ſepultus eſt in ciuitatibus Gilead.

עוֹר Pellis,cutis, ſiue à corpore detracta ſit, ſiue non: & dicitur tam de hominis, quàm animalium pelle, & nomen habet,quia pilis excitata eſt. Geneſis 3. Et fecit Iehoua deus Adæ & uxori eius tunicas pellis. Leuitic.13. Homo ſi fuerit in cute carnis ſuæ tumor. In ſtatu affixorum manet inuariatum. Leuitic.8.Iuuencum uerò & pellem eius.Iob 19. In cute mea, & in carne mea adhæſit os meum. Ieremiæ 19. Non mutabit Æthiops cutem ſuam. Et pluraliter עֹרֹת. Exod. 25. Et pelles arietum rubricatas, & pelles taxorum. Et cap. 35. Et facies operimentum tecto, pelles arietum.

יַעַר Sylua,quòd habet excitatas arbores. Ac tam terminatione, quàm appoſitione adiectiuorum eſt maſculini generis.Ioſue 7.Quia ſylua eſt.1.Sam.22.Ingreſſus eſt ſyluam Chareth.Ieſaię 29.Et Carmel in ſyluam reputabitur. In diſtinctione ſententiæ mutat prius pathah in cametz יָעַר. Pſalm.50. Quia mihi eſt omnis fera ſyluæ. In ſtatu affixorum mutat poſterius pathah in ſeua.Ieſaiæ 10.Et gloria ſylvę eius. Ierem.21. In ſylua eius.& cap.46. Succiderunt ſyluam eius. Et pluraliter יְעָרִים. Ezech.34.Et dormient in ſyluis.& cap.39.De ſyluis. Legitur tamen ſemel forma fœminea יְעָרוֹת Pſal.29.Et detegit ſyluas.

יַעַר Fauus mellis, ſcilicet ſylueſtris: quia in terra Canaan in ſyluis magna copia mellis manabat, quo, ut Marcus Euangeliſta cap.1.indicat, Ioannes Baptiſta paſtus eſt. Cantic.5.Comedi fauum meum. Legitur tamen etiam in forma fœmineà in ſtatu regiminis יַעְרַת. 1.Sam.14.Et intinxit uirgam in fauum mellis.Neque alibi reperitur in tota Biblia.

תַּעַר Nouacula,culter raſorius, quo nudatur cutis. Num.6. Nouacula non tranſibit ſuper caput eius. & ca.8. Et tranſire faciant nouaculam ſuper omnem carnem ſuam. Ierem.63. Lacerauit eam cultro ſcribæ, & proiecit in ignem.Ezech.5. Accipe tibi gladium acutum,& nouaculam raſorum.

תַּעְרָה Vagina ex pelle ſeu corio. 2.Sam.20. Et ſuper eam cinctura gladij iuncta ad lumbos eius in uagina. Et in ſtatu affixorum abijcit literam he.1.Samuelis 17.Et accipiens gladium illius, & extrahens illum è uagina ſua. Iere.47.O mucro Iehoua, quouſque non ceſſas colligere ad uaginam tuam. Ezech. 21.Et educam gladium meum è uagina ſua.

מְעוֹרִים Nomen pluralis numeri, quo uſus eſt propheta pro membris uirilibus,quæ pelles ſeu cutes ſunt, ſicut nomen בָּשָׂר pro membro genitali interdum accipitur. Habakuk 2. Etiam inebriando ut reſpiciat ad cutes eorum, ſatiaberis etiã tu ignominia
1113 præ honore,bibes etiam tu & præputiabere.

עִוֵּר Vigorem oculorum,uirtutem uiſiuam hebetauit,ſeu extinxit, excæcauit,obcæcauit. Paulus Apoſtolus ita reddidit 2. Corinth.4. In quibus deus huius ſeculi excæcauit ſenſus incredulorum,ne illuceſceret illis lumẽ Euãgelij,glorię Chriſti,qui eſt imago Dei,&c. Eſt autem contrariæ ſignificationis uerbo עוּר, quod excitare ſignificat. Exo.23. Et munus non accipies, quia munus excæcabit Videntes. Et Deut.16. Neq; accipies munus, quia munus excæcabit oculos ſapientum. 2.Reg.25. & Iere.39. Et oculos Zidkijahu excæcauit.

INDE NOMINA:

עִוֵּר Cæcus.Leuit.19.Ante cæcum non ponas ruinam.Deut.27. Maledictus, qui facit errare cæcum in uia.& cap.28. Quemadmodum palpat cæcus in caligine. Mala.1. Quando adducitis cæcum ut ſacrificetis. Et pluraliter עִוְרִים. Pſal.147.Iehoua il luminat cæcos. Ieſaiæ 35. Tunc aperientur oculi cæcorum. Et ſpiritus ſanctus per contemptum, Iebuſæorum deos עִוְרִים cæcos & claudos uocat, quos tamē illi; quaſi uigiles & deos tutelares in muris collocauerant. 2.Sam.5. Niſi abſtuleris tu cæcos & claudos,&c.

עִוֶּרֶת Nomen fœminini generis, cæcum.Leuit.22.Cæcum aut fractum, &c. non offeretis. Et pluraliter adiectiuè עִוְרוֹת. Ieſa.42. Vt aperiat oculos cæcos.

עִוָּרוֹן Cęcitas.Deut.28.Percutiet te Iehoua ignorantia,& cæcitate,& ſtupiditate cordis.
1114 Zach.12.Et omnem equitatum populorum percutiam cæcitate.

עוּשׁ Cōgregari in plauſtris, uel cōgregari plauſtratim, q.d. plauſtrari: ut in uerbo עור ſimilis eſt phraſis.Ioel.4.Congregamini & uenite omnes gentes per circuitum.

INDE NOMEN,

עַשׁ Conſtellatio, congregatio ſtellarū, quam Græci Arcturū, Latini Vrſum, ſeu plauſtrum ſeu currum uocant, eò quòd forma plauſtrum repręſentet, & in modū plauſtri circumagatur.Iob 9. Ipſe fecit Arcturum, Orionem & Pleiades. Et interpo-
1115 ſita iod עַיִשׁ. Iob 38. Aut Arcturum cum filijs ſuis duces eos.

עָוַת Cōgruit ſignificatione cum uerbo עָוָה, curuauit.Eccl.7.Aſpice opus Dei: nam quis poterit rectificare, quod ipſe curuauit.Iob 19. Scitote tamē, quòd deus cur uauit me.& cap.34.Omnipotens non curuabit iudicium.Pſal.119.Confundantur ſuperbi qui falſò curuare me uoluerunt. Thren.3.Ad peruertendum hominem in cauſa ſua.Amos 8. Ad peruertendum lances doloſas.

Participium præteritum מְעֻוָּת. Eccl.1. Quod incuruatū eſt, non poterit dirigi.

In quarta coniugatione הִתְעַוְּתוּ. Eccleſ.12. In die, quando commouebuntur cuſtodes domus, & incuruauerunt ſe uiri fortes.

INDE NOMEN,

עַוָּתָה Curuatio, incuruatio. Threnorum 3. Vidiſti Iehoua curuationem mei, iudica iudi-
1116 cium meum.

עוּז Verbum eſt defectiuum, & irregulare. Legitur perfectè uno tantùm in loco, & ſolo Infinitiuo futura primæ coniugationis habent formam uerborum defectiuorum medij, ſimiliter præterita tertiæ coniugationis: nam in reliquis modis & temporibus deficit. Significat autem propriè obfirmationē & corroborationem, quæ fit collectione, qua illa res condenſatur ac induratur, ne fluat aut diſſoluatur. Et eſt contrarium uerbo diffluendi. Prouerb. 8. Cùm obfirmaret fontes Abyſſi.

Sequuntur nunc exempla futuri, quæ, ut dixi, formam habent uerborū defectiuorum in medio. Pſal.68.Commendauit deus tuus regnū tibi quod obfirma deus, hoc, ſcilicet, quod operatus es nobis. Iudicum 3. Et cōfirmata eſt manus eius ſuper Cuſan Riſeathaim. Pſal.52. Obfirmatus eſt in prauitate ſua. Pſal.89. Confirmetur manus tua. Eccleſ.7. Certè ſapientia, obfirmatio erit ſapienti pluſquàm decem potentes. Ieſaiæ 30. Ad obfirmandum ſe in fortalitio Pharaonis. Danie.11. Et deijciet decem millia, & non obfirmabitur. |

In tertia coniugatione more uerborum defectiuorum medij הֵעִיז, uel הֵעֵז, & ſequente accuſatiuo, ſignificationem habet tranſitiuam. Exod.9. Confirma pecora tua, id eſt, condenſa, coge. Prouerbior. 7. Obfirmabat faciem ſuam & dicebat ei, &c. Extra regimen autem ponitur neutraliter. Prouerbior.3. Obfirmatus eſt uir improbus in facie ſua. Ieſaiæ 10. Habitatores Gebim obfirmemini. Ieremiæ 4. Obfirmemini, ne ſtetis. & cap.6. Obfirmemini filij Beniamin. Eſt autem hîc obſeruanda hæc phraſis, obfirmare faciem, quæ ſi in malam partem ſumitur, ut in ſuperioribus duobus locis, tum idem Hebræis ualet, quod Latinis perfricare frontem, & eſſe impudentem. Deinde ſi in bonam partem ſumitur, & dicitur de bonis, tum ſignificat certò ſtatuere ſeu decernere apud ſe, pergere in propoſito.

Sic

Sic Chriſtus eſt uſus Luc.9. Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuam obfirmaſſet, ut iret Hieroſolymam. ubi Euangeliſta uerbo ἐστήριξε reddidit. Ex hac phraſi quoq; & uerbi huius ſignificatione, etiã illud Pſal.17. intelliges: Adipem ſuum clauſerunt, ore ſuo loquũtur faſtuoſè. quo etiam ſignificatur animi obſtinatia.

## INDE NOMINA:

עז Nomen participiale, maſculini generis, obfirmatus. Num.13. Niſi quod obfirmatus populus, qui habitat in terra. Numeri 21. Quia obfirmatus erat terminus filiorum Ammon. Iudic.14. Et de obfirmato egreſſa eſt melliſluentia. Et mox iterum: Quid obfirmatius leone. Deuter.28. Gens obfirmata facie, quæ non reuerebitur ſenem, neque pueri miſerebitur. Danielis 8. Stabit rex obfirmatus facie. Et in diſtinctione ſententiæ עז. Geneſis 49. Maledicta ſit ira illorum, quia obfirmata. 2.Sam. 22. Eripuit me de inimico meo obfirmato. Prouerbiorum 30. Formicæ populus non obfirmatus. Ieſaiæ 19. Rex obfirmatus dominabitur in eos. & cap.25. Glorificabit te populus confirmatus. Amos 5. Qui ordinat deuaſtationem ſuper obfirmatum. Et pluraliter עזים. Pſalmo 59. Oppoſuerunt ſe contra me obfirmati. Ezechiel.7. Et ceſſare faciam ſuperbiam obfirmatorum. Ieſaiæ 43. Atque in aquis obfirmatis ſemita. Nehe.9. Proieciſti in profunda tanquàm lapidem in aquas obfirmatas. Et in ſtatu regiminis עז. Ieſaiæ 56. Et canes obfirmati ingluuie non nouerunt ſaturitatem. Et in genere fœminino עזה. Exod.14. Et abire fecit Iehoua mare per uentum anteriorem obfirmatum. Prouer.21. Et donum in ſinu placat furorem obfirmatum. Cantic.8. Quoniam obfirmatus eſt ut mors, amor. Et pluraliter עזות. Prouer.18. Pauper loquitur ſupplex, at diues reſpondet obfirmata. ubi opponitur nomini תחנונים.

עזוז Obfirmatus. Pſal.24. Quis eſt iſte rex gloriæ, Iehoua obfirmatus & præpotens.

עזוז Obfirmatum. Pſal.78. Narrabimus laudes Iehoua, & obfirmitudinem eius. Pſalm. 145. Obfirmationem terribilium tuorum dicent. Ieſaiæ 42. Effudit ſuper eum furorem iræ ſuæ, & obfirmitudinem belli.

עז Obfirmitudo, imperium, regnum. Gen.49. Excellentia doni & excellentia regni. Et ſemel coniunctum pronomini ſeparato uirgula makaph habet hatephcametz עז, quia loco affixi poſitum eſt, Ieſaiæ 26. Vrbs obfirmationis nobis. Similiter in ſtatu affixorum habet hatephcametz. Exod.15. & Pſal.118. Obfirmatio mea, & Pſalmus, Iehoua. Et mox iterum: Perduxiſti in obfirmatione tua ad tugurium ſanctitatis tuæ. Pſal.21. In obfirmatione tua lætabitur rex.

עוז Obfirmatio, regnum, imperium obfirmatum potentia & opibus. Pſalm.84. Beatus homo cuius obfirmatio eius in te. Ieſaiæ 45. Tantùm in Iehoua mihi dicit iuſtitia & obfirmatio. & cap. 48. Quomodo fracta eſt uirga obfirmationis. Micheæ 5. Et paſcet in obfirmatione Iehoua. Prouerbiorum 18. Turris obfirmationis nomen Iehoua. Attamen in reliquis locis omnibus ſcribitur ſiue uau עז. Iudicum 9. Et turris obfirmationis erat in media ciuitate. Pſalm.61. Turris obfirmationis propter inimicum. Pſalm.90. Quis nouit obfirmationem iræ tuæ. Pſal.138. Dabis in animam meam obfirmationem. 2.Samuelis 6. Et Dauid ſaltabat in tota obfirmatione ſua coram Iehoua. 2.Paralip.30. Laudantes in inſtrumentis obfirmationis ipſi Iehoua. Iob 12. Ipſius eſt obfirmatio & effectus. Iob 41. In collo eius moratur obfirmatio. Item pro regno ſeu imperio, ſicut עז, de quo ſuprà. 1.Samuelis 2. Et dabit regnum regi ſuo. Pſalm.8. Ex ore infantium & lactentium fundaſti regnum, &c. quia iſti tum erant primitiæ regni Chriſti. Pſalm.28. Iehoua eſt regnum eius & præſidium multæ ſalutis Chriſto ſuo. Pſalmo 93. Regno accinxit ſe. Pſalm.99. Et regnum regis iudicium diligit, id eſt, in regno huius regis diligitur iuſtitia. Eccleſiaſt.8. At obfirmatio faciei illius mutabitur, id eſt impudentia.

In ſtatu affixorum ſemper mutat holem in kybutz daggeſſata litera ſequenti. Eſdræ 8. Obfirmatio eius & ira eius ſuper omnes. ubi in malum accipitur. Similiter Leui.26. Et fregiſti ſuperbiam obfirmationis eorum. Alias in bonum. Pſal.28.

Iehoua obfirmatio mea & ſcutum meum. 1. Paral. 16. Quærite Iehoua, & obfirmationem eius, id eſt, arcam & propiciatorium. 2. Paralip. 6. Tu & arca obfirmationis tuæ. Item pro regno. Pſal, 68. Commēdauit deus regnū tibi. Pſal. 86. Da regnum tuum ſeruo tuo. Pſal. 110. Virgam regni tui mittet Iehoua ex Zion.

מָעוֹז Locus natura, uel arte obfirmatus, in quē homines ſe tempore perſequutionis aut belli recipiunt, & ſe ab hoſte tutos eſſe ſperant: nos uertemūs munitionem. Iudic. 6. Ædificabis altare Iehoua deo tuo ſuper uertice munitionis, id eſt, petræ. Pſal. 31. Eſto mihi in petram munitionis. Pſal. 60. Ephraim munitio capitis mei, Iehuda legislator meus. Ieſa. 25. Quia fuiſti munitio pauperi, munitio egeno in anguſtia eorum. & cap. 30. Et erit uobis munitio Pharaonis in confuſionem. Dan. 11. Et ueniet in munitionem regis Aquilonis. Et mox iterum: Et prophanabunt ſanctuariū munitionis. Hoc templum, hic cultus, & doctrina erat huius populi arx & munitio, ſicut nobis Euāgelium eſt arx. Ioelis 4. Et munitio filijs Iſrael. Nahum 1. Bonus eſt Iehoua pro munitione in die anguſtiæ. Et ſemel ſcribitur ſine uau, Prouerb. 10. Munitio integro uia Iehoua. Et in ſtatu regiminis manet inuariatum. Ieſ. 23. Munitio maris. ſic Tyrum propheta uocat. Pſal. 27. Iehoua munitio uitę meæ, &c. In ſtatu affixorum ſeruat ubiq; locorum cametz inuariatū, holem uel in ſchurek uel in kybutz mutato. 2. Sam. 22. Iehoua munitio mea, à quo trepidabo. Pſal. 37. Munitio eorum in tempore anguſtiæ. Pſal. 31. Quoniam tu es munitio mea. Ieſa. 17. Erūt ciuitates munitionis eius. Iere. 19. Iehoua obfirmatio mea, & munitio mea, & refugium in die anguſtiæ. Ezech. 24. In die qua auferam ab eis munitionē eorum. Et pluraliter מָעֻזִּים. Danielis 11. Deum munitionum in loco illius honorabit. Et mox iterum: Et faciet obfirmantibus munitiones. Et in ſtatu regiminis מָעֻזֵּי. Dan. 11. Et conuertet faciem ſuam ad munitiones terræ ſuæ.

מָעוֹנִים Munitiones. Ieſaię 23. Iehoua mandatum dedit ad Cananæum, ut perdat munitiones eius. Loquitur de munitionibus Tyri.

עֵז Tam caprum, quàm capram hoc nomine uocant, quòd obfirmatam frontem cornibus habeat. Sic etiā Græci mutuato uocabulo uocāt αἶξ, & Germani geyß: eſtq; promiſcui generis. Leuit. 3. Et ſi capra fuit oblatio eius. Gen. 15. Tolle tibi uitulam triennem, & capram triennem. Et pluraliter עִזִּים. Gen. 27. Et tolle tibi inde duos hœdos caprarum. cap. 30. In capris. & cap. 37. Et mactauerūt hircum caprarum: Dan. 8. Ecce hircus caprarum uenit ab Occidente, &c. Propheta per hircum intelligit Alexandum Magnum, per capras regnū Græcorum, & ipſos Græcos, quòd inſtar caprarum ſemper ludant & ingenio capras referant, perpetuò geſtientes.

עֲזָאזֵל Vox compoſita ex nomine עֵז, caper, & uerbo אָזַל, ablatum, abreptum eſt, quaſi dicas componendo hæc duo, caper abreptitius, ſeu ut Græcus interpres reddidit ἀποπομπαῖος, id eſt emiſſarius. Leui. 16. Et ſors una pro hirco Emiſſario. Et iterum: Et hircus ſuper quem aſcendit ſors pro capro Emiſſario. Et iterum: Et qui dimiſit hircum pro capro emiſſario.

עָזְנִיָּה Species aquilæ ex immundo auium genere. Septuaginta uerterunt τὸν ἁλιαίετον, id eſt, aquilam marinam. Certum eſt huic aui nomen inditum ab obfirmatione. Leuit. 11. & Deut. 14. Accipiter & Haliæetus.

1117

עָזַב Reliquit, dereliquit, dimiſit. Et eſt non tantùm omiſſionis, ſeu deſertionis, ſed interdum etiam commiſſionis & cōtinuationis, perinde ut Germanis laſſen/ verlaſſen. Exempla prioris modi. Geneſis 24. Non dereliquit beneficentiam ſuam. Ezech. 8. Non dereliquit Iehoua terram. Geneſis 2. Propterea derelinquet uir patrem ſuum & matrem ſuam, &c. Deuter. 12. Caue tibi, ne derelinquas Leuitam. Exod. 23. Si uideris aſinum odientis te decumbentem ſub onere ſuo, mox ceſſes à relinquendo ei, ſcilicet onus, ſed relinquendo relinques cum eo: u. d. Non deſinas eum relinquere ſub onere oppreſſum, ſed relictis alijs negocijs ſis cum eo. Iob 10. Languefacta eſt anima mea in uita mea, relinquam ſuper me querelam meam. & cap. 9. Relinquam uultum meum & mox refrigerabor. & cap. 26. Quoniam conculcando reliquit exhauſtos. Pſalm. 37. Remitte ab ira, & relinque furo-

furorem.Pſalm.22.Deus meus,deus meus,quare dereliquiſti me. pro quo tranſtulit Chaldæus שְׁבַקְתַּנִי , quo uſus eſt Chriſtus in cruce, & Euangeliſtæ ita collocarunt.Pſal.38.Dereliquit me uirtus mea.Et Pſal. 40. Et cor meum dereliquit me. Prouerb.3. Beneficentia & ueritas non derelinquent te. Exempla alterius modi ſignificãdi.Gen.39.Et reliquit omne quod erat ſibi in manu Ioſeph.Pſal.14.Super te relinquet ſe pauper, **wird ſich auff dich verlaſſen**.Neh.3.Et reliquerũt Ieruſalem uſque ad murum latiorem,id eſt extenderunt, **laſſen gehen**.

Participium præſens עֹזֵב.Prou.10.Derelinquens correptionem errat. & ca.28. Sed qui confitetur & relinquit, miſericordiam conſequetur. Et pluraliter עֹזְבִים. Prouerb.2.Qui derelinquunt ſemitas recti. In ſtatu regiminis עֹזְבֵי. Pſalm.119.Et derelictores legis meę.Prou.28.Derelictores legis laudant improbitatem. Et in genere fœminino עֹזֶבֶת. Prouerb.2.Quæ derelinquit ductorem adoleſcẽtiæ ſuę.

Participium præteritum maſculini generis עָזוּב.Deut.32.Et non concluſum & derelictum,id eſt precioſum & uile.1.Reg.14.Et excindã de Ieroboam mingentem ad parietem,& derelictũ in Iſrael. In genere fœminino עֲזוּבָה. Ieſa.6. Et multa derelictio in terra.& cap.54.Sicut mulier derelicta.Ier.4.Omnis ciuitas eſt derelicta,& non eſt habitator in illis. In ſtatu regiminis עֲזוּבַת. Ieſa.17. Quaſi derelictio uirgulti. & cap. 54. Et derelictam ſpiritu uocauit te Iehoua. Et pluraliter עֲזֻבוֹת. Ieſa.10. Velut cũ quis congregat oua derelicta.& cap.17.Derelictæ ciuitates Aroer. In uoce paſſiua נֶעֱזַב. Nehe.13.Quare derelicta eſt domus Dei. Leui. 26.Et terra derelinquetur ab eis.

Participium נֶעֱזָב. Pſal.37.Et non uidi iuſtum derelictum.Ieſaiæ 27. Et derelictum uelut deſertũ. In genere fœminino נֶעֱזָבָה. Ieſ. 62. Et tu uocaberis quæſita ciuitas,& non derelicta. Et pluraliter נֶעֱזָבוֹת. Eze.36. Et ciuitatibus derelictis.

In ſecunda cõiugatione uoce paſsiua עֻזַּב. Ieſ.32. Tumultus ciuitatis derelictus eſt.Iere.49.Quomodo non derelicta eſt ciuitas laudis.

INDE NOMEN,

עִזָּבוֹן Et pluralitet tantùm in uſu eſt עִזְּבוֹנִים, fora,emporia,mercatus,nundinę,nundinationes,loca ubi merces poſt tranſuectionem relinquuntur.Ezech. 27. Dederunt in emporijs tuis.Et mox iterum: Et emporia tua.

1118 עזק Verbum ſecundæ coniugationis,quod ſemel tantũ legitur,& arbitror nõ multùm ut uoce,ita ſignificatione diſcrepare à uerbo חזק, & ſignificare munire uel maceria uel ſepi,hoc eſt,ſepire.Ieſa.5.Et muniuit eam.

1119 עזר Adiuuit,adiuuando conſeruauit,ſuſtentauit brachijs,ſeu fulcris: congruitque ſignificatione cum nomine זרוע, brachiũ.Gen.49.Et adiuuit te.Deuter.32: Surgant & adiuuent uos.Ioſue 1.Et adiuuabitis eos.& cap.10.Aſcendite ad me,& adiuuate me,ut percutiamus Gibeon.1.Paralip.15.Et factum eſt,quòd deus adiuuaret Leuitas.2.Paral.14.Iehoua,nihil eſt apud te adiuuare inter ualidum, & qui eſt ſine potentia,adiuua nos Iehoua deus noſter.Ieſaiæ 30.At Ægyptij in uanum, & fruſtrà adiuuabunt.Ieſaiæ 41.Ne timeas,ego adiuuabo.& ca.49.In die ſalutis adiuui te. Hanc ſententiam Paulus 2.Corint.6.allegans,hoc uerbum Græcè ἐβοήθησά σοι reddidit. Secundò nonnunquam cum datiuo conſtruitur.2.Samuelis 21. Et adiumento fuit illi Abſai,& percuſſit Philiſtæum.1.Paralip. 22. Et mandauit Dauid omnibus principibus Iſrael,ut adiumento eſſent Salomoni filio ſuo. Ieſaiæ 50.Et Suſtentator Iehoua adiumento erit mihi. Tertiò,cõſtruitur ſemel cum אַחֲרֵי. 1.Reg.1.Et adiuuabunt poſt Adoniam,id eſt contulerunt auxilia Adoniæ,qui ſe auerterat à decreto patris.

Participium præſens עֹזֵר, uel cum uau עוֹזֵר,ut in Pſalmis.1.Regum 20. Triginta duo rex adiuuabat eum,id eſt triginta reges adiuuabant eum.Iere. 47.Et omne reſiduum adiuuabat. Vſurpatur tamen ſæpiſſimè nominaliter. 2.Regum 14. Et non erat adiutor Iſraeli.Pſalm. 10. Pupillo tu es adiutor. 1.Paralipom. 12. Et pax adiutori tuo. Et pluraliter in ſtatu regiminis עֹזְרֵי. 1. Paralipom. 12. Et ipſi erant inter heroes belli,adiutores belli. Iob 9.Sub eo incuruati ſunt adiutores ſuper-

perbiæ. Et in ſtatu affixorum. Pſal.168.Iehoua eſt mihi, in adiutores meos. Ezechielis 30. Et conterentur omnes adiutores eius.

Participium præteritum maſculini generis עָזֻר. Ieſaiæ 31. Corruet adiuuans,& cadet adiuuandus.

In uoce paſſiua נֶעְזַר. Pſal.28. In ipſo confidit cor meum,& adiutus ſum. 1.Par.5. Et adiuti ſunt aduerſus illos. 2.Para.26. Quia mirificauit ut adiuuaretur. Dan.11. Et quando illi corruerint, adiuuabuntur adiutorio parum.

In tertia coniugatione legitur participiū præſentis temporis irregulare מַעְזְרִים pro מְעַזְּרִים. 2.Paral.28. Sed dij regum Aſſyriæ ipſi adiuuant eos.

INDE NOMINA:

עֵזֶר Adiutorium. 1.Paral.12. Quia adiutorium tuum eſt deus tuus.

עֵזֶר Adiuuamen, adiutorium. Gene.2. Faciam ei adiutorium quaſi coram ipſo. Et iterum: Et Adæ non eſt inuentum adiutorium, quaſi coram ipſo. Deut.33. Et adiutorium ex anguſtia eius eris. Pſal.89. Diſpoſui adiutorium ſuper heroe. Et in diſtinctione mutat primam uocem in cametz עָזֶר. 1. Sam.7. Et uocauit nomē eius lapis Adiutorij. At in ſtatu affixorum mutat primam uocem zere in ſegol,& alteram uocem ſægol in ſeua. Exod.18. Quoniam deus patris mei in adiutorio meo. Deut. 33. Vehens in cœlis in adiutorio tui eſt. Et iterum: Scutum adiutorij tui. Pſal.20. Mittet adiutorium tui de ſanctitate. Pſal.33. Adiutorium noſtrum,& protectio noſtra ipſe eſt. Ezech.12. Et omne quod circūquaꝗ ipſum, adiutorium ipſius eſt. ubi he litera ponitur loco uau.

עֶזְרָה Adiuuamen, adiutorium, nomen ſubſtantiuum fœminini generis. 2.Paralip.28. Et tribuit regi Aſſur, ſed non fuit adiumēto ei. Pſal.46. Adiutorium in anguſtijs preſens ualde. Pſal.60. Preſta nobis adiutorium ab hoſte. Ieſaiæ 10. Ad quem cōfugietis pro adiutorio. In ſtatu regiminis עֶזְרַת. Iud.5. Maledicendo maledicite habitatoribus eius, quia non uenerunt in adiutorium Iehoua. In ſtatu affixorū עֶזְרָת. Iob 6. An adiutoriū meum non eſt in me.& cap.31. Quoniam non uidebam in porta adiutorium meum. Legitur tamen bis in hac forma in ſtatu abſoluto: Pſal.60. & 108. Præſta nobis adiutorium ab hoſte.

עֶזְרָתָה Adiutorium. Pſal. 44. Surge in adiutorium nobis. Pſal.63. Factus es adiutorium mihi. Pſal.94. Niſi Iehoua fuiſſet adiutorium mihi.

עֲזָרָה Septū quod fulcris adiuuaī. 2.Paral.4. Et fecit atriū ſacerdotū, & ſeptum magnū, & ianuas ipſi ſepto, ſchrancken. Et cap.6. Quoniā fecerat Salomo labrū æreū,& poſuerat illud in medio ſepti. Deinde ponit̄ pro crepidine, hoc eſt, pro propodio ꝗd eſt ſaxū ꝓminēs circū altare, quo ſtaī, ein antrit oder ſtuffen. Eze.43. Et à gremio terrę uſꝗ ad crepidinē inferiorē duo cubiti,& latitudo cubitus unus,& de crepidine parua uſꝗ ad crepidinē magnā, quatuor cubiti,& latitudo cubitus, &c.

עֵט Stylus: uide in uerbo עוט.

1120 עָטָה

Obtexit ſe celeriter ueſte, obruit ſe ueſte, operuit ſe ueſte ampla ſeu pallio, celeriter iniecit ſuper ſe ueſtē, ein kleid über ſich werffen/vnd damit bedeckē. Et ſignificatione cōcinit cum uerbis כָּסָה & עוט יָעַט, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiāt. Leuit.13. Et ſuper labritio operietur. Ezech.24. Et nihil operies ſuꝑ labritiū. Mich.3. Et operiēt ſe ſuper labritiū uniuerſi illi. Pſ.71. Operient opprobrio & ignominia quærētes malū mihi. Et cū præpoſitione אֶל figurate uſurpatur, pro, in morē auiū rapaciū inuolare ad prædā ſeu ſpolium. 1.Sam.14. Et inuolauit populus ad ſpoliū. & cap.15. Quare nō acquieuiſtis in uoce Iehoua, ſed inuolaſtis ad ſpoliū. ubi confert populum quod ad rapacitatē attinet, feris auibus.

Participiū præſens עֹטֶה, opertus. 1.Sam.28. Et ipſe opertus pallio. Pſ.104. Opertus eſt lumine tanꝗ ueſtimento. Ieſa.22. Et operit te operimento. Et in genere fœminino עֹטְיָה. Cantic.1. Quare ero uel operta iuxta greges ſociorum tuorum.

In ſecūda coniugatione legitur participium generis fœminini מְעֻטָּה. Ezec.21. Dedi terrorem gladij, heu factus eſt opertus ad mactationem.

In tertia coniugatione הֶעֱטִיתָ. Pſal.89. Operuiſti eum confuſione.

INDE

INDE NOMINA:

עֲטֵה Nomen infinitum, operimentum. Ieſ.22. Et operit te operimento.

עֹטְיָה Volucris. Cantic.1. Quare ero quaſi uolucris circa greges ſociorum tuorum.

מַעֲטֶה Operimentum. Et legitur in ſtatu regiminis מַעֲטֵה. Ieſa.61. Operimentum laudis pro ſpiritu mœſto.

עֲטִינָיו Mulctralia, quæ operiuntur lacte tanquàm ueſte candida. Iob 21. Mulctralia eius plena ſunt lacte.

עֲלָטָה Pro עֲטָלָה inſerta litera lamed, & facta methatheſi literarum, tẽpus, quo obteguntur res, quod fit poſt occaſum ſolis, proximum tempus poſt ueſperam, & crepuſculum dicitur. Gen.15. Cùm ſol ingreſſus eſſet, & crepuſculum eſſet. Ezech.12. In crepuſculo extuli ſuper humero coram oculis ipſorum.

INDE VERBVM,

הַלְעִיטֵנִי Tertiæ coniugationis, facta alia literarum tranſpoſitione, crepuſculauit. Gene.25.
1121 Crepuſcula me obſecro de ruffo, id eſt, refice me ſub crepuſculum.

עָטָה Significat obtegi, operiri, obrui. Pſal.65. Et ualles operientur frumento. Pſal.73. Si operietur ceu ueſtimento uiolentia ipſorũ. Iob 23. Si obtegetur ad dexteram, ſtatim non uideo. Sed quando de anima uel ſpiritu, uel uita hominis dicitur, tum ſignificat illa occultari & obrui, ut ceſſet, nec amplius conſpiciatur ut fit in ingentibus animi & ſpiritus perturbationib. & anguſtijs, & in hypothymijs, ubi deficiunt & deliquium patiuntur. Pſal.61. Ad te clamo, quando obruitur cor meum. Pſ.102. Oratio oppreſſi quando obrueretur, & funderet preces ſuas. Ponitur tamen ſemel ſimpliciter, Ieſa.57. Non contendam in æternum, neq; perpetuò iraſcar, quoniam ſpiritus à facie mea operietur, ſcilicet carne.

Participium præteritum עֲטוּפִים. Thren.2. Extolle ad eum manus tuas propter animam paruulorum tuorum obrutorum præ fame. Et cum kyhutz עֲטֻפִים. Geneſ.30. Et infirmi obruti erant ipſius Laban.

In ſecunda coniugatione עֻטַּף. Thren.2. Cùm obrueretur paruulus, & lactens in plateis ciuitatis.

In tertia coniugatione הַעֲטִיף. Gen.30. Cùm obrueretur grex.

In quarta coniugatione הִתְעַטֵּף. Pſal.77. Meditabar, quãdo obruebatur ſpiritus meus. Pſal.107. Famelici & ſitibundi cùm anima ipſorum in eis occultaretur. Pſal.142. Cùm occultaretur ſuper me ſpiritus meus. Pſal.143. Et occultaretur ſuper me ſpiritus meus. Thren.2. Cùm occultarentur ſicut uulnerati in plateis ciuitatis. Ionæ 2. Cùm occultaretur ſuper me anima mea.

INDE NOMINA:

מַעֲטָפוֹת Pallia, tegumenta, operimenta. Ieſa.3. Paludamenta & pallia.

עֲטַלֵּף Inſerta litera lamed, ueſpertilio, quòd in obſcuro uolitet. Leuit.11. & Deut.14. Et pluraliter עֲטַלֵּפִים. Ieſ.2. Ad proſternendum ſe talpis & ueſpertilionibus, &c.

1122 עָטַר Cinxit, circũdedit, coronauit. Pſal.5. Sicut ſcuto beneuolentia circũdabis eum. Participium præſens pluralis numeri עֹטְרִים. 1.Sam.23. Saul & uiri eius coronabant eum, id eſt, coronam faciebant erga Dauid, in modum coronæ accedebant ad eum.

In ſecunda coniugatione עִטֵּר. Pſal.65. Coronaſti annum bonitate tua. Pſal.8. Gloria & decore coronabis eum. Can.3. In corona, qua coronauit eum mater ſua.

Participium pręſens מְעַטֵּר. Pſal.103. Qui coronat te beneficentia.

In tertia coniugatione legitur tantùm participium præſens generis fœminini, quod tamen nominaliter accipitur מַעֲטִירָה, corona. Ieſa.23. Quis conſuluiſſet hoc de Zoar corona, cuius negociatores ſunt principes.

INDE NOMEN,

עֲטָרָה Corona. Canticorum 3. Videte regem Salomonem in corona. Ezech.21. Suſtolle coronam. Et in ſtatu regiminis עֲטֶרֶת. 2.Samuelis 12. Et tulit coronam regis illorum de capite eius. Prouerb.14. Corona ſapientum ſunt diuitiæ eorum. & cap.16. Corona decoris canicies. & cap.17. Corona ſenum ſunt filij filiorum. Et pluraliter

עטרות

עֲטָרוֹת. Iob 31. Adornauero coronas mihi. Zach. 6. Et accipies argentum & aurum,
1123 & facies coronas.

**עטש** Inde nomen pluralis numeri עֲטִישֹׁתָיו, oſcitationes. Iob 41. Oſcitationibus eius expandetur ignis. Et in ſacris literis alibi nuſpiam legitur.

**עִי** Vide in themate ſuo עוה.

**עִיט** Vide ſuprà in themate ſuo עוט.

1124

**עָיֵם** Fortitudo. Ieſa. 11. Et eleuauit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui. Nec uſpiam alibi legitur, ſed uide עֹצֶם.

1125

**עַיִן** Propriè oculus, unde uirtus uiſiua, lux, ſplendor, & radij lucis emicant, atq; paſſim diffunduntur. Deinde quilibet aſpectus, ſplendor, ſeu color uiſibilis, qui in oculos incurrit. Tertiò, fons ex quo uelut ex oculo aqua effluit. Leuit. 24. Oculus pro oculo. Prouerb. 20. Auris audiens, & oculus uidens. Gen. 6. Iuxta fontem in uia Schur. In diſtinctione עָיִן. Gen. 24. Et ueni hodie ad fontem. Pſal. 35. Annuent oculo. Prouerb. 23. Ne comedas panem mali oculi, id eſt, inuidi. Sic à Chriſto uſurpatur Matth. 20. An oculus tuus malus, quòd ego bonus ſim. In ſtatu regiminis עֵין. Gen. 16. Iuxta fontem aquarum. Zach. 9. Quia ad Iehoua oculus hominis. Iob 24. Et oculus adulteri. Deut. 33. Fons Iacob ad terrã frumenti & muſti, &c. Exod. 10. Et operuit faciem omnis terræ. Num. 11. Aſpectus eius ſicut aſpectus Bdellij. In ſtatu affixorũ ſeruat zere. Deut. 7. Non parcet oculus tuus. Threnor. 1. Oculus meus, oculus, inquam, meus deducit aquas. 2. Sam. 16. Fortè uidebit Iehoua in oculum meum, ſcilicet lacrymantem. quanquam commodiùs ita uertetur, Fortè Iehoua uidebit in afflictionem meam. Atq; huic interpretationi adſtipulatur caſtigatio Grammatica, nec curo Chaldaicam paraphraſin, quæ pro oculo accipit lacrymante. Leuit. 13. Et uertit plaga aſpectum ſuum, id eſt colorem ſuum. Prou. 23. Cùm dederit in calice colorem ſuum. In duali numero עֵינַיִם. Gen. 20. Operimentum oculorum. Deut. 29. Oculos ad uidendum. Pſal. 19. Illuminans oculos. Num. 10. Eris nobis in oculos, ut doceas nos uiam bonam. Gene. 38. Et ſedit in portam oculorum quæ eſt ad uiam uerſus Thimnath. Et mox iterum: Vbi eſt prophana in oculis iuxta uiam, id eſt in propatulo. 1. Sa. 16. Homo uidet in oculos, id eſt, externam ſpeciẽ. Et in ſtatu regiminis עֵינֵי. Pſal. 34. Oculi Iehoua ad iuſtos. Pſal. 123. Ecce ſicut oculi ſeruorum ad manum ſuſtẽtatorum ſuorum. In ſtatu affixorum. 2. Reg. 4. Et oculos ſuos ſuper oculos eius. Pſal. 73. Egreſſus eſt præ adipe uterq; oculus eorum. Leuit. 13. Et ecce plaga ſteterit in aſpectu ſuo. Et pluraliter in forma fœminina עֲיָנוֹת, accipitur tantùm pro fontibus. Deut. 8. Terram torrentium aquarum, fontium, & abyſſorum. 2. Parali. 32. Vt occluderet aquas fontium. Et in ſtatu regiminis עֵינוֹת. Exod. 15. Et ibi duodecim fontes aquarum.

**מַעְיָן** Fons. Leuit. 11. Fons & ciſterna. Cantic. 5. Fons ſignatus. Ioel. 3. Fons de domo Iehoua. In ſtatu regiminis מַעְיַן. Ioſue 15. Ad fontem aquarũ. In ſtatu affixorum. Oſeæ 13. Et ſiccabitur fons eius. Et pluraliter in forma maſculea מַעְיָנִים. Pſal. 104. Quia emittit fontes. In ſtatu regiminis מַעְיְנֵי. 2. Reg. 3. Et omnes fontes aquarũ obthurabitis. Ieſ. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſalutis. Et in ſtatu affixorũ. Pſal. 87. Omnes fontes mei in te. Legitur etiam in forma fœminea מַעְיָנוֹת. Ieſaiæ 41. Et in medio uallium fontes. Et in ſtatu regiminis מַעְיְנוֹת. Gen. 7. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi. Item cum defectu literæ thau מַעְיְנוֹ pro מַעְיְנוֹת. Pſalmo 114. Et ſilicem in fontes aquarum. Et cum affixo. Prouerbio. 5. Effluant fontes tui forás.

INDE VERBVM,

**עָיַן** Oculauit, id eſt, oculis obſeruauit. Et in prima coniugatione legitur tantùm participium præſens עוֹיֵן. 1. Samuelis 18. Et erat Saul obſeruans oculis Dauidem à die illo, & deinceps.

In

Inſecunda coniugatione עוֹנֵן, obſeruauit oculis. Num. 26. Non experimentamini, neq; obſeruetis. 2. Reg. 21. Et obſeruabat & experimentabatur.

Participium præſens מְעוֹנֵן, qui obſeruat horas, dies, menſes, annos, & tempora negocijs agendis idonea, & opportuna: de quibus Paulus Galat. 4. Legitur autem ſingulariter. Deut. 18. Obſeruans, experimentator. Et pluraliter מְעוֹנְנִים. Deut. 18. Gentes iſtæ, quas tu occupabis ad obſeruantes, & ad Magos auſcultauit. Mich. 7. Et obſeruatores non erunt tibi.

INDE NOMEN,

עֹנֵן Et pluraliter עֹנְנִים. Ieſaiæ 2. Obſeruatores ut Philiſtæi. In ſtatu regiminis עֹנְנֵי. Iere. 27. Et uos ne audiatis ad obſeruatores ueſtros. Et in genere fœminino עֹנְנָה. Ieſaiæ 57. Et uos appropinquate huc filij obſeruatricis.

1126 עָיֵף

Contrariæ eſt ſignificationis uerbo עוּף in priore modo ſignificandi, & rurſum cum eo ipſo congruit in altero modo ſignificandi, & tranſpoſita tantùm litera iod cum uerbo יָעֵף. Significat enim aliquem in tantum laſſari ac defatigari, uel nimio labore, uel ex itinere, uel ſiti, uel æſtu ſolis, ſeu ęgritudine, aut alio animi dolore, ne propriam ſuam actionem habere & mouere ſe poſſit: unde plerunq; uel ſitis ſequi ſolet, uel umbra mortis. Ieremiæ 4. Væ nunc mihi, quia defatigata eſt anima mea propter occiſores.

Participium præſens, ſeu nomen participiale maſculini generis עָיֵף. Geneſis 25. Et uenit Eſau de campo, & erat defatigatus. Et mox iterū: Quoniā laſſus ego. Ieſ. 5. Non eſt defatigatus, neq; impingens in eo. Ieſaiæ 29. Aut quemadmodum ſomniat ſitibūdus, & ecce bibit, ſed quādo euigilauit, & ecce laſſus, & anima eius eſt appetens. cap. 40. Ipſe dat laſſo uirtutem. Iob 22. Nec aqua laſſum potaſti. Pſal. 63. In terra inaquoſa, & laſſa ſine aqua. Et pluraliter עֲיֵפִים. Iudic. 8. Qui erāt cū eo defatigati. Et mox iterum: Quoniam laſſi ipſi. In genere fœminino עֲיֵפָה. Iere. 31. Quoniam inebriaui animam laſſam. Pſ. 143. Expandi manus meas ad te, anima mea uelut terra laſſa. Prouerb. 25. Aquæ frigidæ ſuper anima laſſa. Item legitur ſemel in abſtracto, Ieſaiæ 46. Impoſiti oneribus ad defatigationem.

INDE NOMINA:

עָיֵף Laſſus. Vide in participio præſenti.

עֵיפָה Laſſitudo, ſ. ſolis, defectio lucis. Interpretes tranſtulerunt pro obſcuritate. Amos 4. Faciens auroram, & obſcuritatem.

עֵפָתָה Eiuſdem eſt ſignificationis cum ſuperiore. Iob 10. Terram obſcuritatis, ſimilē umbræ mortis.

1127 עוּק

Legitur tantùm in tertia cōiugatione מֵעִיק, preſſit ut gemat, ſeu ſtridorē edat: & cognationem habet ſignificatione cum uerbis עָקָה & עָכַס, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Amos 2. Ecce ego gemere facio ſub uobis, quemadmodum gemit plauſtrum plenum manipulis.

INDE NOMINA:

עָקַת Et in ſtatu regiminis עָקַת. Pſ. 55. Propter fremitū improbi. Ponit̄ autē hîc actiuè.

מוּעָקָה Nomen participiale, ſtridor, ſtrepitus, crepitus. Pſal. 66. Poſuiſti ſtridorem in lumbis ſuis.

עֶכֶס Compes, uinculum, &c. Vide in themate ſuo עָכַס.

1128 עָכַר

Vt uoce, ita ſignificatione nō multū differt à uerbo עָקַר: ſignificat aūt turbare, conturbare, perturbare ordinem & diſpoſitionē, nō uerbis, ſed re & opere. Et eſt tam culpæ, quàm pœnæ. Et ut literarum poſitu, ita quoq; ſignificatione contrarium eſt uerbo עָרַךְ. 1. Samuelis 14. Turbauit pater meus terram. Gen. 34. Et dixit Iacob ad Simeonem & ad Leui, turbaſtis me, ut fœtere faceretis me apud habitatorem terræ. Ioſue 6. Et ponatis caſtra Iſrael in anathema, & turbetis ea. & ca. 7. Et dixit Ioſua, Quia turbaſti nos, turbet te Iehoua in die hac. 1. Reg. 18. Non turbaui Iſraelem, ſed tu & domus tua.

Participium præſens עֹכֵר. 1. Regum 18. Nunquid tu es ille turbator Iſraelis. 1.

Paral.2.Et filij Carmi Achor, qui turbabat Iſraelem, cùm præuaricaretur cũ anathemate.Prouerb.11.Et turbans carnem ſuam, crudelis eſt.Et iterum:Turbans domũ ſuã,hæreditabit uentũ.& cap.15.Turbat domũ ſuam qui ſtudet auaritię,ſed odiens munera uiuet. Et pluraliter cũ affixo.Iud.11.Et tu es de turbatoribus meis.

In uoce paſſiua נֶעְכַּר. Pſal.39.Et dolor meus turbatus eſt, id eſt exulceratus eſt.

Participium fœminini generis נֶעְכָּרֶת.Prou.15.In domo iuſti opulentia multa, ſed in prouentu improbi turbatio.

INDE NOMINA:

עָכָר Nomen appellatiuum,turbator:aliàs עָכָן dictus,Ioſue 7.

עַכְבָּר Inſerta litera beth,mus,ſic dictus quòd fodiẽdo ac rodendo turbat & in domo & agro.Leuit.11.Muſtela & mus.Ieſaiæ 66.Comedentes carnem ſuillam & execrabilia & murẽ. Et pluraliter עַכְבָּרִים, cuius regimen עַכְבְּרֵי legitur.1.Samue. 6. Et quinque mures aurei. Similiter habet in ſtatu affixorum. Ibidem: Et imagines murium ueſtrorum.

עָכוֹר Nomen uallis.Ioſue 7.Et deduxerunt ea in uallem Achor. Fuit aũt hæc uallis dicta ab euentu, eò quòd Acham, qui turbauerat Iſraelem furto anathematis,in ea lapidatus eſt.Item eius fit mentio Ieſaiæ 65.Et uallis Achor in accubationem armenti.Oſeæ 2.Et uallem Achor pro ianua ſpei.

1129 עָלַל Congruit ſignificatione cum uerbis עוֹל יָעַל מָעַל & גָּעַל, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient:maximè uerò affine eſt uerbo עָלָה, ſi cordis, animiq; affectibus attribuitur.Significat enim aliquid meditari,cogitare, conari, moliri,admoliri,agere,facere,deſignare,animi uim & potẽtiam declarare. Et in prima coniugatione legitur ſolùm in participio præſenti עוֹלֵל, quod tamen nominaliter ſumitur, puer,paruulus,qui nunc incipit loqui,cogitare,moliri,conari,ſtudere,ludere,& agere aliquid,quiq; ſenſus habet nondum aſſuefactos & exercitatos,ut eſt nunc recèns ablactatus,nec tamen firmiore,aut duriore cibo utitur,nec perfectos ſenſus habet,neq; ſeſe ipſum nutrire,& curare poteſt,ſed ſub parentum aut curatorum diſpenſatione,& tutela degit:ſicut & Paulus ad hanc uocem alludere uidetur 1.Corinth.13.Cùm eſſem puer,ut puer loquebar, ſentiebam,cogitabã:at ubi factus ſum uir,aboleui puerilia.Græci reddiderunt νήπιος.1.Sam. 15. A uiro uſq; ad mulierẽ,à puero uſq; ad lactentẽ. Et pluraliter עוֹלְלִים.2.Reg.8.Iuuenes eorum occides gladio,& paruulos eorum collides,& prægnantes eorũ diſſecabis.Pſal.8.Ex ore paruulorum & lactentium fundaſti regnum. Thren.1.Paruuli eius abierunt in captiuitatem.Pſal.17.Et relinquunt abundantiã paruulis eorũ. Micheæ 1.Et à paruulis eorum aufertis decorẽ meũ. Et ſemel per catechreſin עוֹלְלִים, pro infante in partu extincto legitur,qui tamẽ in utero materno, matris lacte nutritus fuit.Iob 3.Quare non fui abſconditus,ſicut abortiuus,et ſicut paruuli, qui non uiderunt lucem.

Participium præteritum,ſeu nomen participiale עוֹלָל, puer,paruulus iam ablactatus,qui nunc cogitat,inuenit,diſponit,diſcit,ſtudet, exercet ſe,& aliquid molitur,ingenijq; ſpecimen de ſe præbet.Iere.6.Effunde ſuper paruulum in platea, ſuper cœtum iuuenum. Et pluraliter עוֹלָלִים. Thren.2.Paruuli petierũt panẽ.Ioel. 2.Congregate ſenes,colligite paruulos,& ſugentes ubera.

In quarta coniugatione הִתְעַלֵּל, & perpetuò cõſtruitur cũ beth aduerſatiua, ſignificatq; pro libidine agere cum aliquo.Exo.10.Vt narres in aures filij tui,& nepotis tui,quæcunq; ludicrè egi cũ Ægypto.Num. 22. Quia ludicrè egiſti mecũ.1. Sam.6.Quare aggrauatis cor ueſtrũ, quemadmodũ aggrauauerunt Ægyptij & Pharao cor ſuum,an non,An non cum ludicrè ageret cum eis,dimiſerunt illos,& abierunt.1.Sam.31.Ne fortè ueniant incircumciſi iſti,& ludicrè agant mecũ. Iud. 20.Et cognouerunt,& ludicrè egerunt cum ea.Ierem.38.Ne fortè tradãt me in manus ipſorum,& ludicrè agant mecum.

INDE NOMINA:

תַּעֲלוּלִים Ludicra,puerilia.Ieſa.3.Et dabo pueros principes eorum & puerilles dominabuntur

tur in eos. Et non eſt ad ætatem referendũ, ſed ad mores, quaſi dicas, qui neq; ingenio, neq; ratione, neq; conſilijs aut prudentia pollent, ſed pueriliter in omnibus negocijs, & rerum adminiſtratione agunt. & cap. 66. Et ego eligam ludicra eorum.

עֲלִילָה Generaliter conſilia, adinuentiones, conatus, ſtudia, molimina, uerba & opera ſiue bona ſiue mala ſignificat, ſecũdum cordis boni uel mali unde aſcenderũt, qualitatem. Pſal. 14. Corruperunt, & contaminauerũt opus. Pſ. 66. Admirabilis opere erga filios hominum. Et pluraliter עֲלִילוֹת. Deut. 22. Inuentiones uerborum. Et iterum: Et ecce, ipſe poſuit inuentiones uerborum, dicens, non inueni tuam filiam eſſe uirginem. 1. Sam. 2. Non enim ſtabiliuntur conſilia, ſcilicet improborum. Pſal. 141. Non declines cor tuũ ut deprau es opera in improbitate. Ezech. 36. Secũdum opera eorum iudicabo eos. 1. Paral. 16. Cognoſcite inter populos opera eius. Pſal. 9. Annunciate in populis opera eius. Pſal. 77. Et in operibus eius meditabor.

עֲלִילִיָּה Studium, opus. Ieremiæ 32. Magnus conſilio, & magnificus opere.

מַעֲלָלִים Cogitationes, inuentiones, ſtudia, cõſilia, conatus, molimina, exercitia, opera, mores. Deut. 28. Propter malitiam ſtudiorum tuorum, quibus me dereliquiſti. 1. Sam. 25. Erat uir durus & malus moribus. Prou. 20. Etiam ex ſtudijs cognoſcitur puer.

מוֹעָל Vt à רָבָה deriuatur מוֹרָה, ita ſimili ratione ab עלל formatur מוֹעָל, ſtudium. Nehem. 8. In opere manuum ſuarum. Sed de hoc etiam in themate עָלָה.

עֲלִיל Vas, quo argentũ ſublimatũ quod uocatũ Ieſ. 48. כּוּר daryn man über ſich treibt. Pſal. 12. Argentum examinatum in ſublimatorio in terram, id eſt, in puluerem.

עֶלֶג Cuius plurale in uſu eſt עִלְּגִים: de quo in themate לָעַג.

1130

# עָלָה

Aſcendit. Et licet modum ſignificandi, ſecundum diuerſitatem formarũ, quas non paucas habet, uariet, tamẽ principalis ſemper eius ſignificatio in illis ipſis elucet: differtq; modo tantùm ſignificãdi à uerbis נָעַל & מַעַל יָעַל עָלַל עַל. Gen. 19. Et aſcendit fumus regionis, ſicut fumus clibani. Exod. 19. Et Moſe aſcendit ad deũ. Leuit. 16. Super quẽ aſcendit ſors Iehoua. Num. 19. Super quã non aſcendit iugum. Prouerb. 21. Ciuitatem fortium tranſcendet ſapiens. Attribuitur etiam terræ naſcentibus, ut herbis, floribus, carduis, atq; Hebræis idem ualet, quod Latinis creſcere, ſuccreſcere. Geneſis 40. Et creſcebat flos eius. Deut. 29. Et non creſcet in ea omnis herba. Prouerbiorum 26. Spina ſuccreſcit in manu ebrij. Ieſaiæ 32. Spina & carduus ſuccreſcet. Amos 3. Num aſcendet laqueus è terra. Iob 5. Sicut aſcendere cumulum in tempore ſuo, dum ſcilicet imponitur plauſtro & auehitur in horreum. Preterea etiam alijs rebus aſcribitur, ut carni. Ezechielis 37. Et caro aſcendit, id eſt, accreuit. Item bello. 1. Regum 22. & 2. Paralipom. 18. Et aſcendit bellum in die illa, id eſt, inualeſcebat. Item uulneri ſeu cicatrici. Ieremię 8. Quare nõ aſcendit cicatrix populi mei. Nehemiæ 4. Quòd aſcendiſſet cicatrix muri.

Secundò uerbum hoc non tantùm ſcandere ſignificat, hoc eſt, de loco humilio re ad ſuperiorem aſcendere, ſeu ferri ſurſum & ſubleuari, uerùm etiam ferri aliorſum, transferri. 1. Paralip. 27. Ioab filius Zaruia cœpit numerare, nec perfecit: fuit enim ira dei ſuper Iſrael, & non aſcendit, id eſt, non relatus eſt in numerum Annaliũ Dauid. Atq; in ſimili figura legitur etiã uerbũ נָשָׂא, ut ſuprà ſuo in loco oſtẽſum eſt. Tertiò, quando hoc uerbũ de deo, uel gloria dei, uel aurora, uel nube, uel rore, uel arca, uel uiſione dicitur, quæ ſunt res, ut ita dicã, ſpirituales & cœleſtes, tum idem ſignificat quod recedere, ſubduci è conſpectu, & oculis hominum, hoc eſt diſparere, quòd eiuſmodi res ceu cœleſtes & ſpirituales cũ è conſpectu noſtro ſubducuntur, ſurſum ferri uideantur. Gen. 32. Dimitte me, quia tenebræ receſſerunt. Exod. 16. Cùm recederet ſtrata roris. 2. Samu. 6. Et ad quem aſcendet à nobis, id eſt transferetur. Ezech. 11. Et ſublata eſt gloria Iehoua, id eſt diſparuit. Et ibidem iterum: Sublata eſt à me uiſio. Iudicum 19. Cùm diſceſſiſſent tenebræ. Porrò quãdo uel perſona, uel res, aut relatiuum aliquod ſubſequitur, tum conſtruitur cum præpoſitione מֵעַל, ſeruata eadem ſignificatione. Gen. 17. Et ſublatus eſt deus ab Abraham. Et cap. 35. Et ſublatus eſt deus ab eo. Hanc phraſin imitatus Lucas de Chri-

ſto dixit cap. ultimo, Et ipſe inconſpicuus factus eſt ab illis, id eſt, deſiit illis eſſe cõſpicuus, ſubduxit ſe ab illis. Vnde ex iſta phraſi cognoſcere licet Chriſtum uiſibiliter ſublatum, cæterùm nobiſcum uerè & eſſentialiter (ſicut ipſemet teſtatẽ) eſſe, & manere uſque ad conſummationẽ ſeculi. Quartò obſerua, quòd Hebræi peculiari quadam phraſi dicant aſcendere aliquid ſuper cor, id eſt ex corde: pro quo Latini dicunt uenire in mentem, ſubire animum, cogitare de re aliqua. 2. Regũ 12. Omne argentum, quod aſcendet ſuper cor uiri, ut portet in domum Iehoua. 2. Paralip. 7. Et perfecit Salomo omne, quod uenit ſuper cor. Ieſaiæ 65. Et non recordabuntur, neq; aſcendẽt ſuper cor. Ieremiæ 7. Neq; aſcendit ſuper cor meum. & cap. 50. Recordamini à longe Iehoua, & Ieruſalem aſcendat ſuper cor ueſtrum, ex corde ueſtro: iuxta illud Exo. 23. Neq; audiatẽ ſuper ore tuo, id eſt, ex ore tuo. Ezech. 11. Aſcenſiones ſpiritus ueſtri ego cognoui, id eſt, cogitationes. & cap. 20. Et quod aſcendit ſuper ſpiritum ueſtrum. & cap. 38. Et erit in die illa, aſcendent uerba ſuper cor tuum, & cogitabis cogitationem peſſimam. Hinc aũt phraſis illa eſt orta, q; cor ſedes ſit, & fons cogitationum, conſiliorum, ſtudiorum, adeoq; omnium conatuum & actionum, id quod Chriſtus clarè teſtatur, cùm ait Matthæi 15. Quicquid ingreditur in os, in aluum abit, & in ſeceſſum eijcitur: at ea quæ proficiſcuntur ex ore, ex ipſo corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exeunt cogitationes malę, cędes, adulteria, ſtupra, furta, falſa teſtimonia, cõuicia, &c. Hac phraſi etiam alias Chriſtum & Apoſtolos eſſe uſos comperimus: ut Lucæ ultimo: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in cordibus ueſtris. Paulus 1. Corinth. 2. Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in corde hominis non aſcenderunt, quæ præparauit deus diligentibus ſe, nobis autem deus reuelauit per ſpiritũ ſuum. Eadem etiam phraſi Hebręi dicũt: Aſcendere iram, pro iraſci. 2. Sam. 11. Et cùm aſcenderit ira regi, & dixerit tibi, &c. Iuxta quam phraſin & hoc Chriſti dictum quod paulò ſuperiùs citatum eſt, pleniùs intelliges: Ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, ſtupra, &c. quòd aſcendere cædes ſit cædere, aſcendere adulteria ſit adulterari, & ſic de alijs.

Participium præſens maſculini generis עֹלֶה. Geneſ. 38. Socer tuus aſcendit in Timnath. Deut. 32. In monte quem tu aſcendis. Et pluraliter עֹלִים. Gen. 28. Ecce angeli dei aſcendebant. & cap. 31. Vide omnes hircos qui aſcendunt ſupra capras. Et in genere fœminino עֹלָה. Cant. 3. Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit è deſerto. Iud. 21. A uia quæ aſcendit de Bethel. Et pluraliter עֹלוֹת. Geneſ. 41. Et ecce de flumine aſcendebant ſeptem uaccæ.

In uoce paſſiua נַעֲלָה, ſublatus, ſubleuatus, ſubductus eſt. Exo. 40. Et cùm eſſet ſublata nubes à tabernaculo. Et iterum: Et quando non ſubleuabatur nubes, non proficiſcebantur. Pſal. 97. Vehementer exaltatus ſupra omnes deos. Ezech. 9. Et gloria dei ſublata eſt à Cherub. 2. Samu. 2. Niſi loquutus fuiſſes, populus ſublatus eſſet, id eſt, nullus ex populo fuiſſet uiſus. Num. 16. Recedite circumquaq; ab habitaculo Korah, iamiam remouendo. Ezech. 36. Et tranſlati eſtis ſuper labium linguæ, & opprobrium fuiſtis populis, hoc eſt, de ueſtri tranſlatione ſeu abductione loquuti ſunt, perinde ac ſi iamiam uos re ipſa abduxiſſent.

In tertia coniugatione הֶעֱלָה, aſcendere fecit de loco inferiore ad ſuperiorem, ſuſtulit, tranſtulit, extulit, obtulit, ſubleuauit. Gen. 8. Et obtulit holocauſta in altari. & cap. 28. Et offeras eum in holocauſtum. & cap. 32. Et aſcendere fecerunt Ioſephum è ciſterna, id eſt, extraxerunt. Num. 20. Aſcendere fac eos in montem, id eſt, deduc. Ioſue 7. Et aſcendere fecit puluerẽ ſuper caput ſuum. Iudicum 15. Et aſcendere fecerunt eum de petra, id eſt, de inferiore parte petræ. 2. Regum 2. Cùm Iehoua transferre uellet in turbine in cœlum. 2. Regum 17. Et non obtulit munera regi Aſſur. Ezechielis 37. Et inducam ſuper uos carnẽ, ponamq; in uobis ſpiritum. Deutet. 28. Aſcendere faciet eos deus ſuper te, donec te cõſumant. 1. Reg. 5. & 2. Paralipom. 8. Et retulit rex Salomo tributum ex omni Iſrael. 1. Regum 9. Redegit eos Salomo in tributum ſeruitutis. 2. Regum 12. Et retulit ſcriba regis in Annales.

Atq;

Atq; in poſterioribus locis eandem habet phraſin, quam habet uerbum נָשָׂא, ut ſuprà quoq; indicatum eſt. Ezech. 14. Qui aſcendere fecerit abominationes ſuas ſuper cor ſuum. & cap. 37. Et aſcendere faciam uos de ſepulchris ueſtris. Pſal. 102. Ne ſubducas me in medio dierum meorum.

Participium præſens maſculini generis מַעֲלֶה. Ieſaiæ 8. Ecce Iehoua aſcendere facit ſuper uos aquas fluminis. Leuitic. 11. Ego Iehoua qui aſcendere facio uos de terra Ægypti. Et in ſtatu regiminis מַעֲלֵה. Leuitic. 11. Et camelus, quia aſcendere faciens eſt ruminationis. Et pluraliter מַעֲלִים. 2. Samuel. 6. Et Dauid & omnis domus Iſrael aſcendere faciebant arcam Iehoua. 2. Paralipom. 24. Et fuerunt offerentes holocauſta. Et in ſtatu regiminis מַעֲלֵי. Leuitic. 11. Hoc non comedetis ex aſcendere facientibus ruminationem. Et in genere fœminino מַעֲלָה. Leuit. 12. Et ruminationem non eſt aſcendere faciens. Et in regimine מַעֲלַת. Leuit. 11. Aſcendere faciens ruminationem.

In uoce paſſiua הֹעֲלָה. Iudicum 6. Et iuuencus offerri iuſſus eſt ſuper altare. 2. Paralipo. 20. Qui aſcendere iuſſus eſt. Nahum 2. Et Huſab aſcendere iuſſa eſt, id eſt, captiua abducta eſt.

In quarta coniugatione הִתְעַלָּה. Iere. 51. Et ad illum, qui extollit ſe in lorica ſua.

INDE NOMINA:

עֶלְיוֹן Primò attributum dei, altiſſimus, ſummus, ſupremus, qui reſpectu angelorum & hominum adeoq; omnium creaturarum eſt in altiſſimo gradu, dignitate, gloria, nullis planè rebus ſubiectus, nullis paſſionibus quibus nos premimur, & cuius eſſentia, nomen, gloria, regnum, omnem humanum ſenſum excellit: ſicut Paulus de Chriſto ſcribit: Exaltauit eum & dedit ei nomen ſupra omne nomen, ut in nomine Ieſu ſe flectat, &c. Geneſis 14. Et erat ſacerdos dei Altiſſimi. Pſal. 73. Et eſt ſcientia apud Altiſſimum. Pſalm. 77. Mutationes dextræ Altiſſimi. Pſalm. 91. Sedens in abſconſione Altiſſimi. Deinde attribuitur homini. Geneſis 40. & Deuteron. 26. Ponet te excelſum ſuper omnes gentes. Tertiò, rei. 1. Reg. 9. & 2. Paralipom. 7. Et domus iſta quæ erat altiſſima. Ioſue 16. Vſque ad Bethoron ſuperiorem. In genere fœminino עֶלְיוֹנָה, ſuperior, ſcilicet camera. Ezechielis 41. Aſcendebat ad ſupremam per mediam. Et pluraliter עֶלְיוֹנוֹת. Ezechielis 42 Exedræ ſupremæ.

עָל Supremus, Altiſſimus, attributum Dei. Oſeę 11. Et ad Altiſſimum uocabant eum, ſed ne unus eligebat ſe. Et congruit cum dicto Pſal. 66.

עוֹלָה Gradus. Ezechielis 40. Et ad latus extra gradum. Et in genere fœminino עֹלָה, aſcenſus, aſcenſio, gradus. 1. Paralip. 26. In ſtrata ad aſcenſum. Ezech. 20. Et aſcenſio ſuper ſpiritum ueſtrum non ſuccedet, id eſt, cogitatio. Et in Lege dicebatur etiam hoc nomine oblatio, quam Græci ὁλοκαύτωμα holocauſtum uocabant, eò quòd totum cremabatur: Hebræis uerò, quòd eleuaretur ſuper altare, odorq; eius in altum aſcenderet in conſpectum Dei. Erat autem typus ueri & unici holocauſti Chriſti, quòd is debebat exaltari in cruce, & charitatis igne offerri pro peccatis totius generis humani. Gen. 22. Vbi eſt pecus in holocauſtum Et iterum: Et offeres eum in holocauſtum. Num. 28. Et offeretis holocauſtum in odorem recreationis Iehoua. Et in ſtatu regiminis עֹלַת. Num. 28. Holocauſtum ſabbathi.

Et in ſtatu affixorum עֹלָתוֹ. 1. Reg. 10. Et aſcenſum ipſius, quo aſcenditur in domum Iehoua. Num. 6. Et holocauſtum ſuum. Et pluraliter עֹלוֹת. Ezech. 40. Gradus ſeptem aſcenſiones eius. Pſal. 64. Et nudauerunt aſcenſiones eius, id eſt, cogitationes. Gen. 8. Et obtulit holocauſta. Oſeæ 6. Quia miſericordiã accepto, & non ſacrificium, & noticiam Dei præ holocauſtis.

עֲלֹת Aſcenſio, tranſcenſio. Gen. 49. Contaminaſti ſtratum meum aſcenſione. Iere. 48. Vaſtata eſt Moab, & ciuitatum eius tranſcenſio. Et cum he denotante motũ ad locum עֲלָתָה. 1. Paral. 13. Et aſcendit Dauid per aſcenſum in Kiriath Iearim.

עָלֶה Folium, ſupremum in ramis arborum excrementum. Ieſaiæ 34. Quemadmodum

cadit folium. Et cap. 64. Et cecidimus ſicut folium omnes nos. Iob 13. An folium impulſum conteris. Et in ſtatu regiminis עֲלֵה. Geneſis 3. Et conſuerunt folium ficus. Et cum affixo. Pſal. 1. Et folium eius non marceſcet. Iere. 17. Et erit folium eius uiride. Et pluraliter in ſtatu regiminis עֲלֵי. Nehem. 8. Et afferent folia oleæ & folia arboris pinus.

עול Iugum, quod aſcendit ſuper collum iumenti: ſed refer potiùs ad עול.

עֱלִי Pila, piſtillum, quo in mortario, ſeu mola tunſili legumina tundebantur. Prou. 27. Si contuderis ſtultum pila. Ab eleuando ſic appellatum.

חֲעָלוֹת Nomen pluralis numeri tantùm, Crateres, quibus in ſacrificijs uinum offerebatur. 2. Paral. 24. Et crateres & cochlearia.

תְּעָלָה Obductio, ſcilicet cicatricis, ſeu emplaſtrum quod obducit. Ieremiæ 30. Obductio non eſt tibi, id eſt curatio. Item riuus, aquæductus, qui ſupernè in piſcinam illabitur. 1. Reg. 18. Et fecit aquæductum. Et pluraliter תְּעָלוֹת. Ezech. 31. Et aquæductus ſuos miſit ad arbores agri.

עִלִּית Superior. Iudicum 1. Et dedit ei Caleb ſcaturigines supernè. Et pluraliter עִלִּיוֹת. Ioſue 15. Fontes ſuperiores.

עֲלִיָּה Græcè αὐλὴ, Latinè aula, ſuprema pars domus, ſuperius. Iudicum 4. Et ipſe ſedebat in ſuperiori camerato. Et iterum: Et clauſit oſtia ſuperioris. 2. Regum 4. Et diuertit in ſuperius. Et in ſtatu regiminis עֲלִיַּת. 2. Sam. 18. Et aſcendit in ſuperius portæ. 2. Regum 4. Faciamus nunc ſuperius parietis. Et pluraliter עֲלִיּוֹת. Pſalm. 104. Qui contignat aquis ſuperiora ſua. 2. Paralip. 3. Et ſuperiora texit auro. Ierem. 22. Ædificabo mihi domum menſurarum, & ſuperiora ſpacioſa. Lucas Acto. 1. Et cùm introiſſent, aſcenderunt in ſuperiora, ubi manebant. Græcè reddidit εἰς τὸ ὑπερῷον, in ſuperiora.

מַעֲלֶה Forma maſculina, eleuatio, aſcenſio, gradus. Et in ſtatu regiminis מַעֲלֵה. Ioſue 10. Et perſequutus eſt eos per uiam aſcenſus Bethoron. Ieſaiæ 15. Quia in aſcenſu Luchith in fletu aſcendet. Nehemiæ 9. Et ſurrexit ſuper gradum Leuitarum Ieſua.

Et in forma fœminea מַעֲלָה, aſcenſus, gradus, dignitas. Eſdræ 9. Fuit fundamentum aſcenſionis è Babel, id eſt initium. 1. Paral. 17. Qui aſpexiſti me iuxta formam hominis in dignitate exiſtentis. Et 1. Paral. 22. Ad dignitatem ſeu excellentiam.

Et pluraliter מַעֲלוֹת, quod in titulis Pſalmorum ſemper habet à fronte literam he, excepto titulo Pſalm. 121. ubi habet lamed cum patliah. Item cogitationes. Ezech. 11. Et cogitationes ſpiritus ueſtri ego cognoui.

מֹעַל Eleuatio, exaltatio. Nehe. 8. Et dixerunt amen, amen, cum eleuatione manuũ ſuarum. quanquam ſint qui ab עָלַל deducant, ſicut מֹרֶךְ deducitur à uerbo רָכַךְ.

מַעְלָה Supra: & eſt quãtitatis forma maſculea, quod in ſtatu regiminis מַעְלָה legitur 2. Paral. 17. & 19. Supra caput, ſeu ſuperior capite. Et in genere fœminino מַעְלָה, quod ſemper habet in medio ſeua ſimplex: & eſt quandoq; quãtitatis. 1. Sam. 10. Humero ſuo & ſuprà altitudo ſupra populum. 1. Paralip. 17. Qui ſupernè eſt Iehoua deus.

Quandoq; eſt temporis. Exod. 30. A filio uiginti annorũ, & ſuprà. Leuit. 27. Sexaginta annis & ultrà. 1. Sam. 16. A die illa, & deinceps. Et aſſumpto à fronte lamed לְמַעְלָה, id eſt ſurſum. Exod. 25. Et Cherub extendebant alas ſurſum. Deut. 28. Eris tantùm ſurſum, & non deorſum. 1. Paral. 23. Multiplicati ſunt ſurſum, i. excellenter. 1. Paral. 29. Et magnificauit Iehoua Salomonẽ ſurſum, i. excellenter. Et geminatè לְמַעְלָה לְמַעְלָה. Deu. 28. Aſcendet ſuper te ſurſum ſurſum, i. excellentiſſimè. Ezech. 41. Et dilatabatur & circuibat ſurſum ſurſum. Item עַד לְמַעְלָה. 1. Paral. 26. Quoniam pertinaciter agebat excellentiſſimè.

מִלְמַעְלָה Supernè: & ſemper abſolutè ponit̃. Gen. 6. Feneſtrã facies arcæ, & ad cubitũ cõſummabis eam ſupernè. Exo. 25. Et pones tectũ ſuper arcã ſupernè. Ioſue 3. Et ſteterunt aquæ defluentes ſupernè. Iud. 8. Et reuerſus eſt Giddeon è bello, ſupernè ipſe ſol, id eſt, cùm adhuc ſol exiſteret ſupra terram, ante occaſum ſolis. 2. Paral. 4. Et mare erat ſuper illos ſupernè. Ezech. 1. Et facies eorum, & alæ eorum erant diuiſæ ſupernè. Et iterum: Extenſæ ſuper capitibus eorum ſupernè. Et mox iterum: Et ſuper

per ſimilitudinem ſedis erat ſimilitudo ſicut aſpectus hominis ſuper ipſam ſuperne.& cap.37.Atq; inducta eſt ſuper eam cutis ſuperne.

מִמַּעַל Abſolute ſignificat ſuperne,ſicut מִלְמַעְלָה, & contrarium eſt מִתַּחַת inferne. Deut. 4.Omnem imaginem,quæ eſt in cœlo ſuperne.Ioſue 2.In cœlis ſuperne, & ſuper terra inferne.1.Regum 7.Non eſt ſicut tu deus ſuperne.Iob 18. Inferne radix eius areſcet,& ſuperne reſecabitur palmes eius.Pſal.78.Qui pręcipit nubibus ſuperne. Iob 33.Et non requirat eum deus ſuperne. Sed quando nomen uel pronomen poſtponitur cui comparatur, tum præponitur illi articulus datiui caſus.Gen. 22. Superius lignis.Exod.26.Superius Rationali. Leu.11. Cui ei crura ſuperius pedibus ſuis.Ieſ 6.Stabunt ſuperius illi. & cap. 14. Superius ſtellis dei exaltabo ſedem meam. Ieremiæ 35.& 52. Et poſuit ſedem eius ſuperius ſedi regum, qui cum eo in Babylone erant.Ezechielis 1.Et ſuperius firmamēto,quod erat ſuper capite ipſorum.Ex his locis clare cernitur, quòd ſit aduerbium comparatiui gradus coniunctum cum nomine datiui caſus.

## עַל

SVPER. Gen.1.Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.cap. 2. Non enim pluerat Iehoua deus ſuper terram.1.Sam.14. Et aſcendit Ionathan ſuper manibus ſuis, & ſuper pedibus ſuis.2.Sam.23.Ait uir ſubſtantionatus ſuper Meſſiam.

IVXTA,prope,ſecus,apud. Gen.14. Vſq; ad planiciem, quæ eſt iuxta deſertū. & cap.16.Et inuenit eam angelus Iehoua iuxta fontem aquarū. Hanc phraſin ſequutus Ioannes Euangeliſta cap.4.Et Ieſus ſedebat ſuper fontem,id eſt,apud fontem.Exod.14.Et attigerunt eos caſtrametatos iuxta mare.

CONTRA, aduerſus.Num.14.Murmurauerunt contra Moſen & Aaron.Pſal. 2.Aduerſus Iehoua,& aduerſus Chriſtum eius.

VERSVS, ERGA.Exod.9.Verte manum uerſus cœlum.

AD, אֶל. Pſal.18.Clamauerunt ad Iehoua & exaudiuit eos. Gen. 38. Et aſcendit ad tonſores ouium.Exod.20.Non aſcendes in gradibus ad altare.Ieſaię 22.Ad theſaurarium iſtum,ad Sebna.1.Sam.1.Et orauit ad Iehoua.

CVM.Exod.25.Et uenerunt uiri cum mulieribus. Leuit.19.Nihil comedetis cū ſanguine.1.Sam.14.Et comedet populus cum ſanguine.Et iterum: Populus deliquit comedendo cum ſanguine.1.Samu.20. Et facies miſericordiā cum ſeruo tuo. Micheæ 7. Et erit terra in deſolationem cum habitatoribus ſuis. Ezechiel. 16. Omnes quos dilexiſti cum omnibus quos odio habui.

IN. Geneſis 19.Eruere in anima tua.& cap.27.Et in gladio tuo uiues.Exod. 28. Sculpes ambos lapides in nominibus filiorum Iſrael.cap. 29. Dabis ea in caniſtro uno. Ieſaiæ 38. Et pſalmos noſtros pſallemus omnibus diebus uitæ noſtræ in domo Iehoua.

DE. Gen. 41.Et ego audiui ſuper te dicere.2.Sam. 23. Et ait uir cōſtitutus ſuper Meſſia deo Iacob.debet habere pathah,& carere accentu ſubdiſtinctiuo. Pſal. 32. Confitebor ſuper ſceleribus meis ipſi Iehoua. Ieſaiæ 2. Verbum Iehoua, quod uidit Ieſaias ſuper Iehuda. Micheæ 2.Ecce ego cogito ſuper familia iſta malum.Ioelis 1.Super hoc filijs ueſtris narrate. Sic etiam Virgilius uſus eſt uoce ſuper, Multa ſuper Priamo rogitans,ſuper Hectore multa.Et Græci exprimunt uoce ὑπὲρ.

EX.Exo.23.Nominis deorum ueſtrorum ne recordamini, neq; audiatur ſuper ore tuo,id eſt,ex ore tuo.Iere.7.Neq; aſcendit ſuper cor meum.Ezech.20.Et quod aſcendit ſuper ſpiritum ueſtrum,id eſt,ex ſpiritu ueſtro.& cap.38. Aſcendent uerba ſuper cor tuum,id eſt,ex corde tuo,&c.

VSQVE AD.Ioſue 2.Et uiri perſequuti ſunt eos uſq; ad uada.

CORAM. Zachariæ 6.Vt ſtent coram Iehoua uniuerſæ terræ.Pſalm.9.Iudicentur gentes ſuper facie tua,id eſt,ante faciem tuam.Exod.20.Non ſint tibi dij alieni coram facie mea.

PRO. Leuit. 4. Et offeret ſuper errato ſuo. Pſal. 32. Pro hoc orabit omnis pius.

PROPTER, ſequente uel nomine, uel pronomine. Geneſis 16. Iniuria mihi fit propter te. & cap. 26. Ne moriar propter eam. & cap. 38. Cur rupiſti propter te rupturam. cap. 43. Propter argentum. Leuitic. 19. Et non feres propter ipſum erratum. Pſalm. 7. Propter eam in altum reuertere. Pſal. 16. Bonitas mea non propter te. Pſal. 44. Propter te occidimur quotidiè. Pſalm. 45. Propter ueritatem. Threnorum 5. Propter hoc fuit dolens cor noſtrum. Et iterum: Propter hæc obtenebrati ſunt oculi noſtri. Importat tamen nonnunquam defectum eius rei, quæ ſequitur. Ioel. 1. Eiulant uinitores propter triticum, & propter hordeum, id eſt, propter defectū tritici, & hordei. Mich. 7. Et erit terra uaſta, propter habitatores eius, &c.

PROPTEREA, ſi abſolutè ponitur. Oſeæ 7. Conuertebantur non propterea.

QVAMVIS, EO QVOD. Ieſa. 53. Quamuis non iniquitatem fecerit. Pſal. 119. Eò quòd non cuſtodiuerunt legem tuam.

A, AB. Zach. 4. Et una à ſiniſtris illius.

## IN COMPOSITIONE CVM ALIIS particulis:

עֲלֵי Super. Iod nihil addit ſignificationis. Gen. 49. Sit Dan ſerpens ſuper uia, ceraſtes ſuper ſemita. Num. 21. Super puteo. Iob 16. Saccum conſui ſuper cutē meam. Pſal. 92. Super decachordo, & ſuper Nablo. Ieſaiæ 18. Sicut æſtus clarus ſuper pluuiam. Pſal. 50. Qui feriunt pactum ſupra ſacrificium.

עַל כֵּן Propterea. Gen. 2. Propterea relinquet uir patrem ſuum, & matrem ſuam. Pſal. 1. Ideo non ſurgent improbi in iudicio. Nehe. 6. Propterea tu ædificas murum.

עַל כִּי Propterea quòd. Pſal. 139. Celebrabo te propterea quòd mirificè mirificatus ſum.

כְּעַל Ieſaiæ 59. Sicut ad retributiones, donec reddat furorem hoſtibus ſuis. Ieſ. 63. Sicut ſuper omnia, quæ retribuit nobis Iehoua, id eſt commemorabo miſericordias Domini, quemadmodum fuerunt ſuper omnia, quę retribuit nobis. Pſal. 119. In uia teſtimoniorum tuorum gauiſus ſum, ſicut ſuper omnibus diuitijs.

שֶׁעַל Iudicum 7. Sicut arena, quæ eſt iuxta littus maris.

מֵעַל Deſuper, quando uidelicet ſimpliciter extra reſpectum, ſeu comparationem ponitur, ſemper importat motum rei de loco ſuperiore. Gen. 27. Et de rore cœli deſuper. Num. 6. Deſuper tabernaculo. & cap. 12. Et nubes receſſit deſuper tabernaculo. Deuteron. 29. Et eduxi uos quadraginta annis in deſerto, & nō inueterata ſunt ueſtimenta ueſtra deſuper uobis, id eſt, ut à uobis depoſuiſſetis. 1. Samu. 6. Si fortè releuet manum ſuam deſuper uobis, & deſuper dijs ueſtris, & deſuper terra ueſtra. 1. Samuelis 15. Et reuertebatur deſuper Saule. 2. Samuelis 24. Et concluſa eſt plaga deſuper Iſraele. 1. Reg. 2. Non excindetur tibi uir deſuper throno Iſraele. Pſalm. 50. Vocabit ad cœlos deſuper. Pſalm. 148. Et aquæ quæ deſuper cœlis, id eſt quæ de cœlo delapſæ ſunt. 2. Regum 2. Et accepit pallium Eliæ, quod ceciderat deſuper ipſo. Ezechielis 1. Et cùm ipſa eleuarentur deſuper terra. & cap. 9. Et gloria dei ablata eſt deſuper Cherub. At quando ſequitur in comparatione nomen datiui caſus, tum idem ualet quod מִמַּעַל, etiam habens poſt ſe datiuum: & opponitur uoci מִתַּחַת habenti poſt ſe etiam datiuum, qui reſpectum ſeu comparationem importat: ut Gen. 1. Et fecit Deus firmamentum, & diuiſit inter aquas quę inferius firmamento & inter aquas quæ ſuperius firmamento. Ezech. 1. Et facta eſt uox ſuperius firmamento, quod erat ſuper capite ipſorum. Ionæ 1. Et aſcendere fecit ſuperius Ionæ, id eſt, ſupra Ionam, &c.

1131 עָלַז Exultauit, tripudiauit, geſtijt præ gaudio. Congruit ſignificatione cum uerbis עָלַס עָלַץ & עָלַשׂ, niſi quòd ut forma, ita modo parū ſignificādi uarient. 2. Sam. 1. Ne exultent filię pręputiū habentiū. Pſal. 28. In ipſo confidit cor meum, & adiutus ſum, & exultauit cor meū. Pſal. 96. Et exultabit ager, & quicquid in eo eſt. Pſal. 149. Exultabunt pij in gloria. Iere. 50. Quoniā exultabitis cōculcantes hæreditatē

meam

meam.Habakuk 3.Ego in Iehoua exultabo.Zoph.3.Exulta in toto corde.

INDE NOMEN,

עֲלִיזִים Ieſaiæ 24.Ceſſauit ſtrepitus exultantium. Et in genere fœminino עַלִּיזָה.Ieſa.22. & 32.Ciuitas exultans.& cap.23.Hæccine eſt ueſtra exultans.

1132 עֲלָטָה Crepuſculum, proximum tempus poſt ueſperam. Gen. 15. Et factum eſt, cùm ſol ingreſſus eſſet,& crepuſculum eſſet.Ezech.12. Vaſa exportaui,ſicut uaſa migrationis per diem, & in ueſpera fodi mihi in pariete manu, in crepuſculo eduxi ſuper humero coram oculis eorum.

INDE VERBVM,

הִלְעִיט Tertiæ coniugationis, facta literarum tranſpoſitione, crepuſculauit. Geneſis 25. Crepuſcula me obſecro de ruffo, id eſt refice me ſub crepuſculum de ruffo, quia defatigatus ſum.

1133 עלם In prima coniugatione uſuuenit tantùm in uoce paſſiua נֶעְלַם, abſconditū fuit. Leuitic. 4. Si totus aliquis cœtus in Iſrael ignoranter deliquerit, & abſconditum eſt ab oculis congregationis.& cap.5. Et abſconditum fuerit ab eo, & ipſe tandem reſciuerit.

Participium maſculini generis נֶעְלָם. 1.Regum 10.Non erat uerbum abſconditum à rege,quod non retulerit ei.Eccleſiaſt.12. Omne opus adducet deus in iudicium,ſuper omne abſconditum, ſiue bonū ſit,ſiue malum. Et pluraliter נַעֲלָמִים. Pſal.26.Et cum abſconditis non ingrediar,id eſt rectis,ſimulatoribus,hypocritis.

Et in genere fœminino נַעֲלָמָה. Nahum 3.Etiā tu inebriaberis,& eris abſcōdita.

In tertia coniugatione הֶעְלִים. 2. Regum 4. Et Iehoua abſcondit à me, nec indicauit mihi.Leuit. 20.Et abſcondendo abſconderit populus terræ oculos ſuos à uiro,id eſt diſſimulauerit.1.Samuelis 12.Aut de cuius manu accepi munus, ut abſconderem oculos meos cum eo.Prouerb.28.Qui largitur pauperi,nō egebit: ſed abſcondens oculos ſuos,habebit maledictionem.Pſal.10.ponitur abſolutè: Quare Iehoua ſtas procul, abſcondis in tempore anguſtiæ. ubi ſubintelligendum eſt, oculos. Ieſaiæ 1. Abſcondam oculos meos à uobis. Threnorum 3. Ne abſcondas aurem tuam ad ſuſpiria mea.

In quarta coniugatione הִתְעַלֵּם, abſcondit ſe. Iob 6. Super eos abſcondet nix. Pſal.55.Ne abſcondas te à precatione mea. Deut. 22. Si uideris bouem fratris tui, uel ouem eius fugatos,ne abſcondas te ab eis,ſed reducēdo reducas eos fratri tuo. Ieſaiæ 58.Et à carne tua ne abſcondas te.

INDE NOMINA:

עֶלֶם Adoleſcens,iuuenis,quandiu eſt priuatus,& priuatam uitam agit, nec in œconomico aut publico & politico officio & adminiſtratione exiſtit, ſed adhuc cœlebs eſt,& priuatus.1.Samuelis 17.Interroga,cuius filius ſit iſte adoleſcēs.& cap.20.Et ſi ſic dixero adoleſcenti. ubi de puero loquitur, quem ſecum ſumpſerat Ionathan, & paulò antè uocauerat נַעַר. Et in genere fœminino עַלְמָה, adoleſcentula, iuuencula, ſcilicet innupta, quæ nondum eſt elocata uiro, antequàm nuptias celebrauit, & publicum coniugij ſtatum ingreſſa eſt. Teſtantur enim omnes ueteris Teſtamenti loci ubicunq; legitur,dici de iuuencula,quæ uirgo eſt: ut Geneſis 24. Et erit adoleſcentula illa, quæ egredietur ad hauriendum aquam, &c. ubi de Rebecca filia Bathuelis dicitur, quæ haud dubiè tum fuit uirgo. Similiter de ſorore Moſi pediſſequa filiæ Pharaonis legitur Exo.2.Et abijt adoleſcentula illa,& uocauit matrem pueri.Sic Ieſaiæ 7.Ideo dabit Iehoua uobis ſignum: Ecce adoleſcentula quædam grauida parit filium,&c.ubi quoq; iuuenculam ſignificat, quæ eſt uirgo:alioqui nullum fuiſſet miraculum,ſi iuuencula imprægnata peperiſſet.Et Mattheus hunc prophetę locū adducens cap.1.Euāgelij ſui,Græcè reddidit uoce παρθένος,quæ uirginem ſignificat. Item Prouerbior.30. Via aquilæ in cœlo, uia colubri ſuper petra,uia nauis in medio maris, & uia uiri in Adoleſcētula. Etſi in hoc Salomonis loco hanc uocem עַלְמָה Iudæi obſcœni pro ſcorto accipiendam contendant, aut muliere uiro cognita, eo ipſo conſilio, ut locum Ieſaiæ labefactare conen-

tonentur,tamen reuerà nō poſſunt, ſiquidem æquè ut in cæteris locis in Salomone pro iuuencula uirgine ponitur, quod per hoc quartum indicare uoluerit affectum illum & ardens ſtudium uiri uirginem depereuntis ac ambientis, quod perinde equidē abſconditū,ac cognitu difficile eſt,ut reliqua tria. Atq; hæc quidem ſententia ac expoſitio,ut ſimplex eſt & uera, ita planè nihil habet abſurdi aut obſcœni. Et pluraliter עֲלָמוֹת. Pſal.68.Pręcedunt Cantores,ſubſequuntur muſici, in medio autem Adoleſcentulæ cum tympanis.Cantic.1.Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te.& cap.6.Sexaginta ſunt reginæ,octoginta concubinæ, & adoleſcentularum nō eſt numerus. Et in hac ſignificatione quidam etiam accipiunt & exponunt,ut 1.Paralip.15.& Pſal.46.pro adoleſcentulis: quanquam alij pro inſtrumento muſico,aut ſanè certo quodam melodię genere interpretentur,ſicut & מַחֲלַת Pſal.53.& 88.& שֹׁשַׁנִּים Pſal.45.& 69.& עֲלָמוֹת Pſal.9.Placet tamen ut pro illis accipias, eſſe Pſalmos illos compoſitos,qui erant priuati, & idiotę, ſicut alij titulo לַמְנַצֵּחַ pro illis erant compoſiti, qui erāt in publico miniſterio, quibus poſtea populus,& priuati reſpondebant.

עֲלוּם Nomen participiale,abſconditum, quod in ſtatu affixi mutat uau ſchurek in kybutz.Pſal.90.Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectum tuum,& abſconditū noſtrum in lumen faciei tuæ. Quidā Theologi de Peccato originis intelligūt, quod mundus nō intelligit. Et pluraliter עֲלוּמִים, & in ſtatu affixi retinet uau ſchurek, & ſumitur pro iuuentute, adoleſcentia, ea ſcilicet ætate, quæ firma adhuc & ſucci plena & integra,nec eſt exhauſta uiribus,ut fit in cōiugibus aut alijs negocijs publicis.Iob 20.Oſſa eius plena erunt,tanquam in adoleſcentia ſua.& cap.33. Refloreſcet caro eius, pluſquàm in pueritia, redibitq; ad dies adoleſcentiæ ſuæ. Pſalm. 98. Pręcidiſti dies adoleſcentiæ eius.Ieſaiæ 54. Quia ignominiæ adoleſcentię tuæ obliuiſceris.

עֲלֻמוֹת Adoleſcentia, iuuentus. Pſalmo 48. Quoniam hic eſt deus, qui deducet nos ſicut adoleſcentiam.

תַּעֲלֻמָה Abſconditum. Iob 28.Et abſcōditum producet in lucem. Et pluraliter תַּעֲלֻמוֹת. Iob 11.Et annunciabit tibi abſcōdita ſapientiæ.Pſ.44.Ipſe nouit abſcōdita cordis.

עוֹלָם Primò aliquot in locis pro mūdo ſeu ſeculo accipitur,non tamen ut mundi uocabulo intelligas tantùm materialiter machinam illam à Deo conditam, quę cœlo, terra,elementis,alijsq; creaturis conſtat,ſed ſicut Paulus Rom. 14. formaliter accipit,pro geſtu huius mundi, & pro illis,quæ in hoc mundo geruntur. Dicitur autē Hebræis, quòd duratio ac finis eius nobis ſit abſcōdita, ad quam diem aut horam ſit deſiturum.Iob 22.An ſemitam ſeculi obſeruabis,quam calcauerunt uiri uanitatis,der welt lauff.Pſal.24.Eleuate portæ capita ueſtra,& eleuamini ianuæ ſeculi, & ingredietur rex gloriæ.Geneſis 49. Ad deſiderium collium ſeculi,id eſt magnatum huius ſeculi. Paulus hinc eſt mutuatus, quod ad Titū 2. uocat deſideria ſecularia.Habakuk 3.Stetit & menſus eſt terram, uidit & diſſoluit gentes, & cōtriti ſunt montes ſeculi, ueſtigia ſeculi ei, id eſt maximi, medioximi & infimi huius ſeculi.Eccleſiaſt.3.Omnia fecit pulchrè in tempore ſuo,etiam ipſum ſeculum poſuit in cor ipſorū.Pſal.73.Ecce iſti improbi ſunt ſeculi,& occupant opulentiam. Sic & Chriſtus in hac ſignificatione accepit Ioannis 17.Ego tradidi eis ſermonem tuum,& mundus eos odio habuit,quia non ſunt de mundo,ſicut & ego non ſum de mundo, &c. Item Luc. 16. Filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis. & cap. 20.Filij huius ſeculi nubunt,&c.Marci 4.Ærumnę ſeculi & deceptiones. Item Iacobus cap.1.Immaculatum ſe cuſtodiat ab hoc ſeculo.& cap. 4. Quicūq; uult eſſe amicus huius ſeculi,&c. Secundò eſt durationis,& cōmodiùs uerti non poteſt,quàm æternitatis,uel æui ſeu ſeculi uocabulo,ſicut etiam Euāgeliſtę,& Apoſtoli Græca uoce αἰὼν reddiderunt, quod etiam nunc æternitatem, nunc ſeculum ſeu æuum illis ſignificat, modò non, quemadmodum Latini ſeculum pro ſpacio centum annorū,ſed theologicè accipias pro æternitate, uel tempore ſeu duratione temporis, aliàs longiore, aliàs breuiore, Æternitatem ſignificat, cuius ſcilicet

initium

initium & finis nobis abſcondita ſunt:uel ut Theologi definiūt, quæ nec initium habet, neq; finem, quoties uel Deo attribuitur, qui nullo tempore menſuratur, uel diuinæ uoluntati, & promiſſis annectitur, quæ in Euangelio continentur de gratuita miſericordia & bonis æternis propter Chriſtum. Arbitror autem ab hoc nomine Hebræo עלם, Latinos mutuaſſe aduerbiū temporis Olim, quod ſimiliter de præterito & futuro ut Hebrę̄ū, dicitur. Dicitur autem Hebræū de præterito & futuro, uel à condito inde mundo computando uſq; ad cōſummationē ſeculi, uel legem: uel à lege Moſi uſq; ad primum Chriſti ſeruatoris noſtri aduentum in carne, ſeu potius ad baptiſmum, & diſpenſationem eius: uel à diluuio uſque ad conſummationem ſeculi: uel à non ita longo tempore, quod olim fuerat, uſq; in aliud tēpus. Hæc eo conſilio adducere libuit, ut refutetur non modò craſſa illa, uerū etiam pertinaciſſima obſtinatia Iudæorum, qui præcepta, & promiſſiones legales, item Circumciſionem, templum, cultum diuinum, ſacrificia, ceremonias, iudicialia, & id genus reliquas omnes legis Moſaicæ obſeruationes, nequaquàm abrogatas, ſed æternas & ad iuſtificationem noſtri neceſſarias eſſe, ex hoc maximè uocabulo, quod plerunq; adnexum habent, contendunt, atq; ~~etiam nonnullos ab Euangelij gratia, quo docetur ſola Dei miſericordia, fide propter Chriſtum iuſtificari hominem, abſq; ullis operibus legis, in Iudaiſmum abduxerunt~~.

Cæterùm quòd Hieronymus ſuper epiſtola ad Galatas de iſta uoce עלם ſcribit, ſi cum uau holem ſcribatur, notare æternitatem, ſine autem uau tempus finitum & determinatum, id equidem uanum & friuolum commentum eſſe loci ſcripturæ ſacræ cōplurimi, ſi quis eos conſulat, liquidò teſtantur. Iam locos aliquot adducam, ubi æternitatem ſignificat, uidelicet quando Deo attribuitur. Geneſis 21. In nomine Iehoua dei æternitatis. Ieſaiæ 40. An neſcis, aut non audiuiſti, Deus æternitatis Iehoua, qui creauit fines terræ. Sequuntur porrò loci in quibus ſeculum, id eſt tempus finitum, quod initium & finem habet, ſignificat. Geneſ. 9. Hoc eſt ſignum fœderis, quod ego pono inter me, & inter omnem animam uiuentem, quę eſt uobiſcum in generationes ſeculi. ubi ſanè ſicut textus indicat, ponitur pro tēpore inde à Noach cui hæc promiſſio facta eſt, uſq; ad alterū Chriſti aduentū. Geneſ. 17. Dabo tibi terram Canaan in poſſeſſionem ſeculi. ubi ſeculum ponitur pro eo tempore, quo fuerunt filij Iſrael in terra Canaan, quod equidem determinatum & finitum eſt. Deut. 32. Recordare dierum ſeculi, ſcilicet pręteriti, ſeu dierum olim. Pſal. 134. Threnorum 3. Collocauit me ſicut mortuos ſeculi, ſcilicet præteriti, & qui olim fuerunt mortui. Micheæ 5. Et egreſſiones eius ante originem, & ante dies ſeculi. Quam phraſin Paulus Apoſtolus licet in alia ſententia reddidit: Ante tempora ſecularia, id eſt antequàm fuerunt, aut cœperunt tempora. 2. Timoth. 1. & ad Titum 1. & cap. 7. Paſcentur in Baſan, & Gilead iuxta dies ſeculi, id eſt priſtinos: uel, ſicut olim. Malach. 3. Grata erit oblatio Iehuda & Ieruſalem, ſicut in diebus ſeculi, id eſt antiquis, ſicut olim. Pſ. 139. Deduc me in uia ſeculi, id eſt priſtina. Ieremiæ 6. State iuxta uias, uidete & interrogate de ſemitis ſeculi, id eſt priſtinis, quæ ſit melior. Eccleſ. 12. Quia homo uadit ad domum ſeculi ſui, id eſt domum ſuam priſtinam, unde primùm egreſſus eſt. Sicut & Iob 30. humum appellat domum conſtitutam, iuxta illud: Puluis es, & in puluerem reuertêris.

Et ut ad argumēta Iudæorum tandem deueniam, quibus ſua legalia ex hac uoce confirmare conantur, quaſi æterna & immota ſint, & ad finem uſq; mundi ſeruanda, neq; quenquam ſine eorum obſeruatione poſſe ſaluari, atque non paucos perſuaſerunt, ut exiſtimarent non ſola in Chriſtum fide nos iuſtificari, ſed iuxtà & Circumciſionem & alia legalia obſeruanda eſſe: cuiuſmodi ſanè Paulo, & cæteris Apoſtolis non parū negocij fecerūt, & eccleſiā Chriſti omnibus temporibus perturbarūt, allegantes de Circūciſione illud: Gen. 17. Et erit pactum meum in carne ueſtra in pactum ſeculi. De obſeruatione ſabbathi. Exod. 31. Et cuſtodiēt filij Iſrael ſabbathum, ut faciant ſabbathū in generationibus ſuis pacto ſeculi. De celebratiōe Paſchatis. Exo. 12. Statuto ſeculi celebrabitis ipſam ſolēnitatē, ipſi Iehoua

in generationibus ſuis. De ſacerdotio Leuitico.Exo.29. Et erit uobis ſacerdotiũ in ſtatuto ſeculi. Et ſic dę alijs ritibus,cultibus, ſacrificijs,ſolennitatibus,fœderibus,obſeruationibus,quibus annexa eſt hęc clauſula,falſò cùm ſibi,tum alijs perſuadent perpetuò & indeſinenter illa ſeruanda eſſe,non conſiderantes,ut & ſuprà quoq; monui,& exemplis aliquot demonſtraui,quòd iſta uox etiam ſignificet ſeculum,hoc eſt duratione͂ temporis olim finiendi in Chriſto, in quo aliud ſeculum cœpit,aliaq; lex,ſcilicet ſpiritus uitæ data eſt, ſicut legis ueteris abrogationem diſertis uerbis Deus cùm per omnes prophetas, tum uerò præcipuè per Ieremiã & Ioelem prędixit,& pactum nouum promittit ſurrogandũ, quodq; illa,quę in lege obumbrata,tantùm figura eſſent rerum futurarũ corporis Chriſti. Hinc Paulus ad Galatas, Legem dicit pædagogum ad Chriſtum: & alibi,Finem legis Chriſtũ aſſerit. Imò Chriſtus ipſe dicit:Lex & prophetæ uſq; ad Ioannem, &c. Ne autem Iudæi etiam hæc eludant, ut ſolent perpetuò rimas quærere, quibus elabantur, aliquot alijs ſcripturæ teſtimonijs multò euidentioribus obfirmabo, hanc uocem עלם nequaquam poſſe æternitatem ſignificare, ſed uel de præterito, uel de futuro tempore dici. Prouerbior. 22. Non transferas limitem ſeculi, quem poſuerunt patres tui,ſcilicet olim.Deuter.15. Et accipies ſubulam, & pones ad aurem eius & ad oſtium,& erit tibi ſeruus ſeculi.ubi ſanè ad longiſſimũ pro ſpatio quinquaginta annorum ſumitur:fieri enim potuit,ut iuxta legem Leui.25. intra pauciores annos liberatus fuerit.1. Sam.27. Et credidit Achis ipſi Dauid, quòd magnã nauſeã haberet ſuper populo ſuo Iſrael,ideo erit mihi in ſeruum ſeculi.ubi certũ eſt, ſeculi uocem non importare æternitatem infinitam, ſed tantùm accipiendam pro uitæ reliquo termino.Prouerb.10.Quando tranſierit tempeſtas, ſtatim non eſt improbus,iuſtus autem fundamentum eſt ſeculi,id eſt durationis,ſeu durabile. Hęc & alia multò plura ſcripturę teſtimonia(quę ut adducere͂,longius eſſet)ſatis ſuperq; ſatis teſtantur hanc uocem עלם præterquàm cùm de deo,deq; rebus æternis dicitur,non ſignificare æternitatem,ſed tantùm duratione͂ temporis,aliàs longiorem, aliàs breuiorem,idq; ſecũdum materiam ſubiectam,quemadmodum ſuprà quoq; multis oſtenſum eſt,& nedum legem ceremonialem eſſe abrogatam, quod ad iuſtificationem attinet,uerumetiam moralem,hoc eſt,decalogi opera,ſiquidem (ſicut Deus Ieremiæ 31. & Chriſtus Ioannis 7.Petrus Actorum 15. & Paulus ut ſæpè aliàs,maximè uerò Rom.7. & 8.diſertis uerbis affirmat) ea nemo præſtet aut pręſtare queat. Et pluraliter עֹלָמִים, id eſt multa ſecula.1. Reg 8.Ædificando ædificaui habitaculum tibi firmum,ut in eo habites mulra ſecula.Pſalm.61.Commorabor in tabernaculo multa ſecula. Pſal.77. Num in multa ſecula repellet Iehoua, & non addet bene uelle amplius?Pſal.145.Regnum tuum regnum omnium ſeculorum,& dominatio tua in generationem & generatione͂. Eccleſ. 1. Si eſt res de qua quis dicit,uide hoc eſt nouum,iam fuit ante mulra ſecula,quæ fuerunt ante nos. Ieſaiæ 45. Iſrael ſaluatus eſt ſalute multorum ſeculorum. & cap. 51. Excitare ſicut in diebus prioribus in generationibus multorũ ſeculorum. Dan. 9. Ad adduce͂dum iuſtitiam multorum ſeculorum. In ſtatu regiminis עֹלְמֵי. Ieſ.45.Non erubeſce͂t, neq; confundentur uſq; ad ſecula æternitatis.

עַד עֹלָם Vſq; ad ſeculũ,uſq; ad olim:ubiq; & ſemper cũ uau hole͂. Gen. 13. Dixit Iehoua ad Abram,omne͂ terrã quã uides,dabo tibi & ſemini tuo uſq; ad ſeculũ.Deu.23. Non intrabunt Ammonites & Moabites in Eccleſiã Iehoua, uſq; ad ſeculũ. & cap. 29. Abſcondita dei reuelata ſunt nobis & filijs noſtris uſq; ad ſeculum,ut faciamus omnia uerba Legis huius.1. Sam.1.Et Hanna non aſcendit: dicebat enim uiro ſuo, cùm ablactatus fuerit puer,tunc adducã eum,ut appareat corã Iehoua, & maneat ibi uſq; in ſeculum.2.Sam.7. Et confirmabitur domus tua, & regnum tuum uſque ad ſeculum coram te. Pſalm.106. Et ſtetit Pinhas & deprecatus eſt, & cohibita eſt plaga, & reputatũ eſt ei pro iuſtitia in generationem & generatione͂ uſq; ad ſeculum, für vnnd für ewiglich. Sic Paulus Epheſ.3. In omnes ætates ſeculi ſeculorum. Pſal.113. Amodo & uſq; ad ſeculum. Similiter Ieſ.9. Multiplicatio principatus

tus & pax ipſa erunt ſine fine ſuper thronũ Dauid, & ſuper regnum eius, ut diſponat illud, & ſtabiliat ipſum in iudicio & iuſtitia amodo & uſq; ad ſeculum.

לְעוֹלָם Cum uau, in ſeculum, ad olim. Et ſumitur ſecundũ materiam ſubiectã pro tempore aliàs lõgiore, aliàs breuiore, ſine certa determinatione. Exo. 19. Vt audiat populus me tecũ loqui, & credat tibi in ſeculum. Deu. 23. Nõ quæras pacẽ eorũ, aut bonũ eorũ cunctis diebus tuis uſq; in ſeculũ. 2. Reg. 5. Et lepra Naaman adhæreat tibi, & ſemini tuo in ſeculũ. Legit̃ tamẽ 2. Paral. 33. לְעֵילוֹם, Ponã nomẽ meũ in ſeculũ. Et Pſal. 119. Et obſeruabo legẽ tuam iugiter in ſeculũ & ultrà. Et quando deo attribuitur. Pſ. 9. Iehoua in æternum ſedebit. Pſal. 33. Iudicium Iehoua in æternum ſtabit. Pſalmo 110. Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinationem Melchizedek. Legitur etiã aliquoties cũ iſta præpoſitione ſine uau לְעֹלָם. Gen. 3. Et dixit Iehoua: Ecce homo fuit unus ex nobis cognoſcẽdo bonũ & malũ, & nũc ne mittat manum ſuam, & accipiat de ligno uitæ, comedatq; & uiuat in ſeculũ, miſit eum Iehoua deus ex horto uoluptatis. Gen. 6. Non iudicabit ſpiritus meus cum homine in ſeculum. Exod. 21. Et perforabit ſuſtentator eius aurem ipſius, & ſeruiet ei in ſeculũ. 1. Reg. 1. Viuat rex meus Dauid in ſeculũ. 1. Reg. 9. Cõfirmabo thronum regni ſui ſuper Iſrael in ſeculũ. Exod. 15. Iehoua regnabit in ſeculum & ultrà. Pſ. 9. Nomen eorum deleuiſti in ſeculum & ultrà.

מֵעוֹלָם Semper cum uau holem, à ſeculo, ab olim. Gen. 6. Gigantes uerò erant in diebus illis & hi fuerunt fortes à ſeculo. Ierem. 5. Ecce adduco ſuper eos gentem, quæ robuſta eſt, gentem quæ à ſeculo eſt. Ioſue 7. Trans flumen habitauerũt patres ueſtri à ſeculo. Ieſaiæ 42. Tacui à ſeculo. & cap. 46. Recordemini priorum à ſeculo. Iere. 2. Siquidẽ à ſeculo cõfregi iugũ tuum. Porrò in Ioanne utitur hac phraſi cæcus, quem Chriſtus ſeruator noſter ſanârat, inquiens: A ſeculo non eſt auditum quòd quis aperuerit oculos cæci nati. Et Petrus, Acto. 15. ἀπὸ αἰῶνος, à ſeculo ſunt deo nota omnia hæc opera ſua. Ideo etiam placuit mihi hanc uoculã ita reddere ex ueteris Teſtamenti locis, ut iſta phraſis Hebraica intelligeretur: & econtra ex nouo Teſtamento etiã phraſes ueteris Teſtamẽti fierẽt illuſtriores. Cæterũ, ſi de Deo dicitur, qui eſt æternus, notat æternitatem, ut ſuprà iam ſæpiùs admonitum eſt. Pſ. 93. Firmatus eſt thronus tuus amodo, ab æterno tu es. Prouerbiorum 8. Ego cõſtituta ſum ab æterno.

מִן הָעוֹלָם A ſeculo, ab æterno. Pſal. 106. & 1. Paral. 16. Benedictus Iehoua deus ab æterno, & uſq; in æternum. Similiter 1. Paral. 29. Nehem. 9. Pſal. 41. & 90. Item legitur Iere. 28. Prophetæ, qui fuerũt ante me & ante te à ſeculo. Ioel. 2. Populus multus & fortis, ſicut non fuit à ſeculo, id eſt ab eo tempore, quo ſeculum fuit.

1134

## עָלַס

Exultauit, tripudiauit, geſtijt ſeu exiliuit prę gaudio: cõgruit ſignificatione cũ uerbis לעז & עָלַץ עָלַז. Iob 20. Et non exultabit.

In uoce paſſiua legitur participium generis fœminini נֶעֱלָסָה. Iob 39. Ala ſtruthiocameli exultans.

In quarta coniugatione הִתְעַלֵּס. Prouer. 7. Exultabimus in amoribus.

1135

## עָלַף

Significatione non multũ ab עָטַף differt: deinde ut ſe uerbum עָטַף habet modo ſignificandi, ita quoq; ſe habet hoc uerbum, ſicut forma etiam non multũ ab utroq; diſcrepat. Significat autem propriè obſcurari, tegi, abſcondi, obduci, obuelari, inuolui. Et ſi ad animũ trãsfertur, ſignificat obſcurari, perturbari. Legit̃ aũt in ſecunda coniugatione, actiua uoce, participiũ præteriti temporis מְעֻלֶּפֶת. Cant. 4. Manus eius uelut ſphærulæ aureæ impletæ Tharſis, uenter eius uelut ebur ex dente obductum Saphiris.

In uoce paſſiua עֻלַּף, mœſtitia obſcuratus ſeu obductus fuit. Ieſ. 51. Filij tui obſcurati ſunt. Ezechielis 31. Et nigreſcere feci ſuper Libanum, & omnia ligna agri ſuper eum obſcurari, id eſt, mœrere.

In quarta coniugatione הִתְעַלֵּף. Gen. 38. Et uelauit peplo, & obtexit ſe. In alijs locis transfertur ad animũ. Amos 8. In die illa obſcurabuntur uirgines pulchræ, & electi in ſiti. Ionæ 4. Et ferijt ſol ſuper caput Ionæ, & obſcuratus eſt, id eſt, conturbatus

1136 batus eſt, conſternatus eſt.

עלץ Exultauit, tripudiauit, geſtijt ſeu exiliuit præ gaudio: & congruit ſignificatione cum uerbis עָלַז & עָלַס עָלַז. 1.Sam.2. Exultauit cor meum in Iehoua. 1.Paral.16. Exultabit ager, & quicquid eſt in eo. Pſal.5. Et exultabunt in te amantes nominis tui. Pſal.9. Lætabor & exultabo in te. Prouer.11. In bono iuſtorum exultabit ciuitas. & cap.28. In exultando iuſtos multus eſt decor.

INDE NOMEN,

עֲלִיצוּת Exultatio. Habakuk 3. Exultatio eorum, ſicut qui deuorant oppreſſum in abſcondito.

1137 עמם A quo præpoſitio עִם derivatur, quæ propinquitatem, ſeu coniunctionem ſignificat. Et quando cũ perſona, uel re alia cõſtruitur, quæ non locum ſignificat, tum commode exponi poteſt per præpoſitionem cum, erga, cõtra, ſiue in bonum, ſiue in malum. 2.Sam.6. Et tulerunt illud, ſcilicet plauſtrum de domo Aminadab, qui erat in Gibea cum arca dei. 2.Sam.13. Et non loquutus eſt Abſolom cum Amnon. Pſal.18. Cum benigno benignus es, cum uiro integritatum integrum te exhibes, &c. Cantic.4. Paradiſus malogranatorum, cum fructu deliciarum, camphoræ cum Nardis, & crocus & calamus, & cinnamomum cum omnibus lignis Libani, myrrha & aloes cũ omnibus præcipuis aromatibus. Gen.26. Paſtores Gerar cum paſtoribus litigauerunt. Oſeæ 12. Lis eſt Iehoua cum Iehuda. Pſal. 94. Quis ſtabit apud me contra malignos, quis ſiſtet ſe contra operatores pro deſiderio. Eſt & copulatiua ſeu coniunctiua, Et, etiam, inſuper, præterea. 1.Sam.16. Et erat ruffus & pulcher oculis. Pſal.72. Timebũt te cum ſole, id eſt, donec erit ſol. Quãdo autem conſtruitur cum nominibus localibus, tum ſignificat iuxta, prope, apud. Gen.25. Et habitauit Izhak iuxta Beer Lachai Roi. & cap.35. Et abſcõdit eos Iacob ſubter quercu quæ erat iuxta Sechem. Iudic.18. Quę erat iuxta domum Micha, uociferati ſunt. & cap.19. Ipſis exiſtentibus iuxta Iebus. 2.Sam.19. Et moriar in ciuitate mea iuxta ſepulchrum patris mei. Et quando conſtruitur cum mem præpoſitione ablatiui caſus מֵעִם, tum amittit uim ſuam, & ſignificationem retinet præpoſitio mem. Gen.48. Et eduxit Ioſeph eos de gentibus ſuis. Exo.9. Et egreſſus eſt Moſes de Pharaone. 1.Sam.20. Et cognouit Ionathan, quòd conſummatum eſſet à patre ſuo. Et mox iterum: Et ſurrexit Ionathan à menſa. Et in ſtatu affixorum daggeſſatur litera mem, ut denotetur defectus literæ geminatæ, quę de radice abiecta eſt. Pſal.91. Cum ipſo ſum in anguſtia. Gen.26. Et ero tecum. Exod.19. Aſcendes tu & Aaron tecum. 1.Sam.1. Ego ſum mulier, quæ ſteti tecum hîc. Gene.39. Dormi mecum. Ieſa.7. Et uocabis nomen eius ImanuEl, id eſt, nobiſcum deus. Leuit.26. Et ſi perrexeritis contra me in occurſum, & non uolueritis audire me. Gen.31. Ne fortè raperes filias tuas à me. & cap.26. Diſcede à nobis.

עַם In continuitate cum pathah, & in diſtinctione etiam parua cum cametz עָם, conſociatio, ſiue magna ſiue parua hominum, qui ſimul iuncti, idem nomen, ius, eandem linguam, religionem, politiam habent, ab עִם, eò quòd ſimul cohabitant inter ſe, & ſecum iuncti ſunt ſocietate, lingua, iure, religione, & Latinis populus dicitur, Germanis Pöfel. Gene.11. Ecce populus unus, & labium unum omnibus illis. Et cap.27. Et curuauit ſe populo terræ, filijs Heth. Exod.1. Et dixit Pharao ad populum ſuum, ecce populus filiorum Iſrael eſt multus. Et quando geminatur hoc nomen, importat illa geminatio diſtributionem. Nehe.13. Sed cum lingua populi & populi. Eſther 1. Et ad populum & populum. & cap.33. Ad principes populi & populi, id eſt, diuerſorũ populorum. Transfertur tamen ad animalcula, quæ quoq; ſuam inter ſe habent ſocietatem & politiam. Prouerb.30. Formicæ populus ſunt nõ ualidus, & cuniculi populus non fortis. Et in ſtatu affixorum legitur defectiuè, & ſeruat pathah, daggeſſata litera mem. Gen.49. Dan iudicabit populum ſuum. Pſalm.28. Saluum fac populum tuum. 2.Samuelis 22. Eripies me à contradictionibus populi mei. 2.Paral.18. Et ſicut populus tuus, populus meus. Ierem.46. Et reuertemur ad populum noſtrum. Et pluraliter perfectè עֲמָמִים. Nehem.9. Et dediſti

dediſti eis regna & populos. Attamē ſæpiſſimè legitur defectiuè עַמִּים. Gene. 17. Eritq́ in gentes, reges populorū ex ea erunt. & ca. 28. Et eritis in congregationem populorum. Pſal. 9. Annunciate in populis opera eius. In ſtatu regiminis perfectè עַמְמֵי. Nehemiæ 9. Et populos terræ. At defectiuè עַמֵּי. Deu. 28. Et uidebunt omnes populi terræ. Nehemiæ 10. De populis terrarum. In ſtatu affixorum perfectè. Iud. 5. Poſt te Beniamin in populis tuis. Et defectiuè. Gen. 25. Et collectus eſt ad populos ſuos. Num. 27. Ad populos tuos.

עֲמִית Popularis, qui eſt cū alio iunctus ſocietate, idiomate, iure, religione & politia. Noſtra tranſlatio uertit ſocius, & proximus. Leuit. 5. Et negauerit populari ſuo commiſſum. & cap. 25. Et ſi uendideris uenditione populari tuo, aut emendo de manu popularis tui. Zachariæ 13. Et ſuper uirum, popularem meum.

עֻמַּת Coniunctio, conſequentia, uiciſſitudo. Eccleſ. 5. Omnium uiciſſitudo, quod ut uenit, ita abit. quanquam quidam exiſtiment כָּל עֻמַּת, poſitum pro מִלְּעֻמַּת, ſic legentes: Similiter ut uenit, ita abijt. Legitur tamē aliàs ſemp̱ præpoſita litera lamed לְעֻמַּת, tranſiēs in naturam aduerbij loci, iuxta, ergà, propè, ex aduerſo, eregione. Exod. 25. Iuxta clauſuram. Leuit. 3. Caudam integram iuxta ſpinam dorſi auferet eam. Eccleſ. 7. In die bono ſis in bono, & in die malo conſidera: nam hunc iuxta illum fecit Deus. Legitur aliquando cū affixis. 2. Sam. 16. Et Simei ibat in latere montis iuxta eum. Ezechielis 1. Et rotæ eleuabantur iuxta illa. Legitur ſemel aſſumpta litera mem per protheſin מִלְּעֻמַּת 1. Re. 7. Etiam ſupernè iuxta uentrem.

INDE VERBVM,

עָמַם Quod ſuperioribus nominibus contrariam habet ſignificationē: ſignificat enim remotum eſſe à conſpectu, latêre aliquem. Ezech. 28. Omnia obſignata non latēt te. Et cap. 31. Et cedri non latebant eum in horto Dei.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua יוּעַם. Threnorum 4. Quomodo latet aurum: ſeu, remotum eſt aurum.

עְיָם Omnes unanimiter uerterūt pro fortitudine, ſed de eius etymologia multùm uariant: quidam à בָּעָה deduxerunt, & dicunt mem literam eſſe acceſſoriā, ut in בְּיָם, & debere ſubintelligi ab initio beth præpoſitionē, quæ abiecta ſit Euphoniæ cauſa. Ego potiùs arbitror ab עִם præpoſitione & nomine עַם deriuatum, quæ collectionem, coniunctionem, præſentiam, ſignificāt, & literam beth eſſe acceſſoriā. ſicut in בַּעְיָם, & fieri quodammodo ſubſtantialem. Ieſaiæ 11. Agitabit manū tuā ſuper flumen in collectione uenti ſui.

עִמָּדִי Volunt nonnulli deductum ab עִם, interſerta litera lamed, propterea quòd eiuſdem ſit ſignificationis: at de hoc uide in themate עָמַד.

1128 עָמַד Stetit, ſubſtitit. Et ut literarum tranſpoſitione, ita ſignificatione inter ſe differūt מָעַד & עָמַד. Gen. 19. Ad locū ubi ſterit coram facie Dei. Et mox iterū. Et ne ſubſiſtas in toto circo. & cap. 30. Et uidit Lea, quòd ſubſtitiſſet à pariendo. 2. Samuelis 20. Et uir ſubſtitit iuxta illum de pueris Ioab. Geneſis 45. Deſcende ad me, ne ſubſiſtas. Leuitic. 13. Et ſi in oculis eius ſteterit cicatrix. 2. Regum 4. Et ſtetit oleum. & cap. 13. Et lucus ſtetit in Samaria. 1. Paralipom. 20. Et factum eſt poſt hęc, & extitit bellum in Gezer. Eſther 3. Vt uideret, an conſiſterēt res Mardochai. Pſ. 33. Conſilium Iehoua in perpetuum conſiſtet. Ezechiel. 22. Num ſtabit cor tuum. Danielis 8. Stabit rex fortis facierum. Deut. 5. Tu uerò hîc ſta iuxta me. Nahum 2. State, ſtate. Exod. 9. Et ne addatis ſubſiſtere. & cap. 18. Si uerbum hoc feceris & præceperit tibi deus & poteris conſiſtere. 2. Paralipom. 30. Et ſtabant ſuper ſtare ſuo, id eſt, in ſtatione ſua. & cap. 34. Et ſtabat rex ſuper ſtatione ſua, id eſt, in loco ubi ſolitus erat ſtare. Danielis 8. Et conſtituit me ſuper ſtationem meam. Eſt & phraſis, ſtare coram aliquo, quæ de miniſtris eſt intelligenda, qui ſunt in publico miniſterio. Geneſis 43. Et ſteterunt coram. Ioſeph. 1. Samuel. 16. Et uenit Dauid ad Saul, & ſtetit coram ipſo. Ieremiæ 15. Si ſtererit Moſes & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum iſtum.

Participium præſens עוֹמֵד. Exod. 3. Locus in quo tu ſtas. cap. 17. Ecce ego ſto

coram te. Ieſaiæ 11. Radix Ieſſe quæ ſtat in ſignū populorū. Et pluraliter עֹמְדִים. Exod. 26. De lignis Sittim ſtātes. Deu. 18. Qui ſtant ibi coram Iehoua. Ioſue 4. Stabant in medio Iordanis. Et in genere fœminino עֹמֶדֶת. Pſalm. 19. Timor Iehoua mundus conſiſtit in æternum. Pſal. 111. Et iuſtitia eius conſiſtit in æternū. Et pluraliter עֹמְדוֹת. Ioſue 11. Omnes ciuitates quæ ſtabant ſuper cumulo ſuo. Pſal. 122. Stantes fuerunt pedes noſtri.

In tertia coniugatione הֶעֱמִיד, ſtare fecit, conſtituit, collocauit. 2. Paralipom. 19. Et etiam in Ieruſalem conſtituit Ioſaphat de Leuitis. Leuit. 14. Et conſtituet ſacerdos, qui mundificat. Exo. 9. Et quidem conſtitui te ut oſtendam tibi uirtutē meā. Pſalm. 107. Et conſtituit uentum tempeſtatis. Nehemiæ 7. Et conſtituebamus cuſtodias. 2. Paralipom. 30. Et ſtatuerunt uerbum, ut tranſire faceret uocem per uniuerſum Iſrael. Ezec. 29. Et cùm innixi eſſent ipſi ſuper te, frangebaris, & ſtatuebas illis omnes lumbos. 1. Regum 15. Et ut reſtitueret Ieruſalē, id eſt reſtauraret. Nehemiæ 3. Et reſtitueret ualuas eius. Eſdræ 9. Ad erigendum domum Dei noſtri, & ad reſtaurandum uaſtitates eius.

Participium præteritum מָעֳמָד, quod quoq; eſt nomen participiale. 1. Reg. 22. Et rex erat conſtitutus in curru contra Syros. Pſal. 69. Demerſus in lacunam profundam, & non ſubſiſtentia.

INDE NOMINA:

עַמּוּד Statua, columna, à ſtando, quòd in altum ſtet erecta. 1. Reg. 7. Octodecim cubitorū erat altitudo columnæ unius. Accipitur ſæpè etiā pro nube ſeu igne ſtāte, & repræſentante columnā. Exod. 13. Non receſſit columna nubis per diē, nec columna ignis per noctē à conſpectu populi. Hoc aūt eſt obſeruatu dignum, quòd non duæ, ſed una & eadem fuerit columna nubis & ignis, ſicut clarè ex Numeri 9. conſtat, ubi ſic eſt ſcriptū: Et in die quo Moſes erexit cohabitaculū, operuit nubes cohabitaculum, tentorium teſtimonij, & in ueſpera erat ſuper cohabitaculū, quaſi uiſio ignis uſq; mane: ſic fiebat iugiter, nubes operiebat ipſum, & uiſio ignis per noctem. Item Iudicum 20. Cœpit aſcendere de ciuitate columna fumi.

Et pluraliter עַמּוּדִים, uel cum kybutz עַמֻּדִים. Exod. 27. Capitella columnarū. Iudicum 16. Conſtituerunt eum inter columnas. 1. Regum 7. Et fecit columnas.

In regimine עַמּוּדֵי. Exod. 26. Super quatuor columnis Sittim. 2. Regum 25. Et columnas æris.

מַעֲמָד Statio, conſtitutio, ordo ſtantium. 1. Regum 10. Et ſeſſionem ſeruorū eius, & ſtationem miniſtrorum eius. Et cum affixis. 1. Paralipom. 23. Quoniam ſtatio eorū erat ſub manu filiorum Aaron. Ieſaiæ 22. Propulſabo te de ſtatione tua, & de cōſiſtentia tua euertet te.

עֶמְדָּה Suſtentatio. Micheæ 1. Auferet à uobis ſuſtentationem ſuam.

עִמָּדִי Mecum, iuxta me, quaſi in loco ubi ego ſto: & non reperitur niſi cum pronomine primæ perſonæ, tametſi quidam uelint ab עִם deductum, interſerta litera daleth. Gen. 21. Secundum pietatem, quam feci tecum, facias mecum. Deut. 5. Tu uerò ſta hîc iuxta me. Pſalm. 23. Quoniam tu mecum es. Iob 23. Quoniā nouit uiam, quæ iuxta me eſt. Pſal. 50. Et motabile agri penes me eſt.

תָּמִיד Inſtanter, ſtehets: uel adiectiuè, uel ſubſtantiuè. Vide ſuo in loco.

1139 עָמַל

Laborauit cū moleſtia & defatigatione & nō cū uoluptate & releuatione, quā homo ex labore percepiſſet, ſi nō tranſcendiſſet mandatum Dei in Paradiſo. Ideo etiā in ſignificando congruere uidetur cum uerbo מָלַע, inuerſione tantùm facta literarum, quæ modum ſignificādi uariat. Legitur autem actiuè ſequente accuſatiuo. Ionę 4. Tu defendiſti ſuper cucurbita, quàm non elaboraſti, neque magnificaſti. Alias neutraliter uſurpatur. Eccl. 2. Quia eſt homo cuius labor ipſius in ſapientia, & in ſcientia & in rectitudine, & homini qui non laborauit in illis, dabit illi partem ſuam: & iſtud quoq; eſt uanitas & afflictio multa. & cap. 8. Quia nō poterit homo inuenire opus quod fit ſub ſole, propter quod laborabit homo

ut quærat, neq; tamen inuenit. Pſal. 127. Fruſtrà laborauerunt, qui ædificant eam.

Participium præſens עָמֵל. Eccl. 9. Et in labore tuo, quem tu laboras ſub cœlo. Prouerb. 16. Anima laborantis laborauit ſibi. Iob 3. Quare dabit laboranti lucem. & cap. 20. Omnis manus laborantis ueniet ei. Et pluraliter עֲמֵלִים. Iudicum 5. Manum ſuam ad clauum mittebat, & dexteram ſuam ad malleum laborantium.

INDE NOMEN,

עָמָל Labor, ſcilicet moleſtus qui uoluptatem non adfert, idq; propter peccatum originis, & maledictionem diuinam. Et ſumitur actiuè & paſſiuè, ſicut & אָוֶן actiuè & paſſiuè dolorem ſignificat. Et refertur nunc ad animum, iam ad corpus. Pſal. 25. Et dolor & labor eſt in medio eius. Ieſaiæ 10. Væ conſtituentibus ſtatuta doloris & ſcribentibus, qui laborem ſcribunt. Numeri 23. Non aſpexit dolorem in Iacob, neque uidit laborem in Iſrael. ubi hæc duo pro doctrina operum, & impijs cultibus uſurpantur. Vnde prophetæ poſteà hāc phraſin mutuati ſunt, ſicut certè Moſes fons eſt omnium prophetarum. Pſal. 10. Sub lingua eius labor & dolor, id eſt impia doctrina excrucians conſcientiam. Præterea paſſiuè uſurpatur labor pro ærumna, & miſeria. Iob 3. Quòd non concluſit ualuas uteri mei, nec abſcōdit laborem ab oculis meis. ca. 4. Sicut uidi aratores doloris, & ſeminatores laboris. cap. 5. Non egreditur de puluere dolor, & de terra non germinabit labor, ſed homo ad laborem naſcitur, id eſt ærumnam. cap. 7. Et noctes laboris deputatæ ſunt mihi. cap. 15. Concipiendo laborem, & pariendo dolorem, & uenter eorum conſolidat impoſturam. Pſalm. 7. Ecce concipiet dolorem, & prægnans erit labore, & pariet falſum. Pſalm. 10. Quoniam tu laborem & uim aſpicies. Pſalm. 90. Et præſtantia eorum labor & dolor. prius refertur ad corpus, poſterius ad animum. Pſ. 94. Fingente dolorem ſuper ſtatutum. In ſtatu regiminis עֲמַל, Actiuè. Eccl. 10. Labor ſtultorum attinget eos. Paſſiuè. Iudicum 10. Et decurtata eſt anima eius in labore Iſrael. Pſalm. 73. In labore hominis non ſunt ipſi. Ieſaiæ 53. Propter la
1140 borem animæ ſuæ.

עָמַס Impoſuit, ſcilicet onus, aufſladen: & conſtruitur cum עַל. Gen. 44. Et impoſuit unuſquiſq; ſuper aſinum ſuum. Vel cum lamed. Pſ. 68. Benedictus Iehoua, qui ſingulis diebus imponit nobis, deus ſalutis noſtræ, ſcilicet onus.

Participium præſens pluralis numeri עֹמְסִים. Nehem. 13. In diebus illis uidi in Iehuda calcantes torcularia in ſabbatho, & inuehentes aceruos, & imponentes ſuper aſinos uinum, uuas, & ficus, & omne onus. Legitur tamen ſin pro ſamech. Nehemiæ 4. Et ædificantes in muro, & geſtantes onera, & imponentes. Et cum affixo: Omnes imponentes illum conuellendo conuellentur.

Participium præteritum עֲמוּסִים. Ieſaiæ 46. Audite ad me domus Iacob, & omnes reliquiæ domus Iſrael, impoſiti ab utero, geſtati à uulua. Et in genere fœminino עֲמוּסוֹת. Ieſaiæ 46. Geſtamina ueſtra impoſita ſunt ad laſſitudinem.

In tertia coniugatione הֶעֱמִיס. 1. Regum 12. & 2. Parali. 10. Et nunc pater meus imp onere fecit ſuper uos iugum graue.

INDE NOMINA:

מַעֲמָסָה Onus, quod geſtandum imponitur. Zach. 12. Et ponam Ieruſalem lapidem one-
1141 ris, id eſt, oneroſum, laſtſtein.

עָמַק Profundum fuit. Pſal. 92. Valde profundæ fuerunt cogitationes tuæ.

In tertia coniugatione הֶעֱמִיק, ſi regit poſt ſe accuſatiuum, ſumitur actiuè, profundare. Ieſaiæ 31. Reuertimini ad illum, à quo profundauerūt defectionem, id eſt multiplicauerunt. Oſeæ 5. Et mactationem Apoſtatæ profundauerunt, ego autē caſtigatio ſum omnibus illis. Aliàs legitur neutraliter. Ieſaiæ 30. Etiam ipſi regi ſtabilita eſt, profundata, dilatata. Ieremiæ 49. Fugite, u ertimini, profundi ſitis ad habitandum ciues Dedan. Ieſaiæ 7. Poſtula tibi ſignum ab ipſo Iehoua deo tuo, profunda in Infernum. Oſeæ 9. Profundi ſunt, corrupti ſunt, ſicut in diebus Gibea, id eſt profun dè corrupti ſunt.

Participium præſens מעמיקים. Ieſaiæ 29. Væ profundantibus à domino, ut abſcondant conſilium.

INDE NOMINA:

עמק Profundum, profunditas. Leuit. 13. Et aſpectus plagę profundior ipſa cute. Pſal. 64. Et cor profundum. Eccleſ. 7. Et profundum profundũ quis inueniet illud. Et pluraliter עמקים. Prouerb. 18. Aquæ profundæ uerba oris uiri. & cap. 20. Aquæ profundæ, conſilium in corde uiri. Et in genere fœminino עמקה. Prouerb. 22. Fouea profunda, os extranearum. Ezech. 23. Calicem ſororis tuæ bibes profundum, & latum. Et pluraliter עמקות. Iob 12. Qui detegit profunda.

עמק Vallis, locus profundior, & tamen latior quàm נחל, & qui in lateribus nõ ita præruptos habet montes, ut גיא, & ſeruat puncta ſua inuariata in ſtatu abſoluto, regiminis, & in diſtinctione ſententiæ. Geneſis 14. Ad uallem planam, ipſa eſt uallis regis. Iudicum 5. In uallem miſſus eſt. Numeri 14. Et Cananæus habitabat in ualle. 1. Samuelis 6. Et Bethſemes metebant meſſem tritici in ualle. Ieſaiæ 65. Et uallis Achor erit in recubitum armento. In ſtatu affixorum mutat zere in hirik, & ſægol in ſeua. Ieremiæ 47. Reſiduum uallis eorum. & cap. 49. Defluxit uallis tua.
Et pluraliter עמקים. 1. Reg. 20. Propterea ꝙ dixerunt Syri, deus montium Iehoua & non deus uallium eſt. 1. Paralipom. 12. Et operuerunt omnes ualles ab Oriẽte & Occidente. 1. Paralip. 27. Et ſuper armenta, quæ erant in uallibus. Iob 39. Aut occabit ualles poſt te. Pſal. 65. Et ualles tegentur frumento. Et cum affixis. Ieſa. 22. Electiſſima uallium tuarum plena erunt curribus.

עמק Profunditas. Prou. 25. Cœlum ad altitudinem, & terra ad profunditatem.

עמקי Legitur tantùm iſta forma, Profunditates. Ieſ. 33. Populum profunditatum labij, ne intelligatur, i. profundi labij. Prou. 9. In profunditatibus inferni inuitati eius.

מעמקים Profunda, profunditates. Pſ. 130. Ex profundis inuocaui te Iehoua. In ſtatu regiminis מעמקי. Ieſaiæ 51. Quòd poſuit profunditates maris uiam, ut tranſirent redempti. Pſal. 69. Intraui in profunditates aquarum, & curſus inundauit me.

1142 עמר In quarta coniugatione התעמר, proſtituit lucri cauſa, quæſiuit ſibi lucrum, meruit. Deut. 21. Et uendendo non uẽdes pro argẽto, neq; mereas cũ ea, propterea quòd compreſſiſti eam. & cap. 24. Si deprehendetur uir furans animam ex fratribus ſuis de filijs Iſrael, & merebit cum ea, aut uendiderit eam.

INDE NOMINA:

עמר Gomer, genus mẽſuræ continẽs decimã partẽ Epha, i. quantũ homini ſufficiebat ad diurnum cibum. Hebræi aliàs uocarunt עשרון, id eſt, decimã. Et Græci χοίνικα. Et ualet ac ſi Latinè dicas, Merenda. Exod. 16. Et cùm menſurarent eum Gomer. Et iterum: Et fuit in die ſexto, collegerunt panẽ duplum, duo Gomer uni. Et mox iterum: Et Gomer eſt decima pars Epha. Significat deinde etiã manipulum, ꝙ fortè decem faciant Epha. Deuter. 24. Et oblitus fueris manipuli in agro. Iob 24. Et famelicorum tulerunt manipulum. Et pluraliter עמרים. Ruth 2. Et congregem in manipulos poſt meſſores. Et iterum: Etiam inter manipulos colligat, & nẽ prohibeatis eam.

עמיר Manipulus. Ieremiæ 9. Et quaſi manipulus poſt meſſorem. Amos 2. Plenitudo illi manipulo, i. plenus manipulis. Micheæ 4. Quoniam cõgregauit eos uelut manipulum in horreum. Zach. 12. Et quaſi facem ignis in manipulo.

INDE VERBVM,

עמר Manipulauit, manipulos fecit. Legitur participium מעמר. Pſal. 129. Quo non implet manum ſuam meſſor, nec gremium ſuum manipulans.

1143 ענן Generaliter nubes. Exod. 14. In columna nubis & ignis. ca. 19. Ecce ego uenio ad te in dẽſitate nubis. Et iterum: Et facta ſunt tonitrua & fulgura, & nubis grauis ſuper monte. 1. Regum 8. Et nubes implebat domum Iehoua, neq; potuerunt ſacerdotes ſtare ad miniſtrandũ propter nubẽ, &c. Apocalyp. 15. uertit Græcè καπνός, i. fumus. Pſ. 105. Expãdit nubẽ in tegumentũ. Et in ſtatu regiminis ענן Ezech.

Ezech.8.Et ſuauitas nubis ſuffitus aſcēdebat. Similiter in ſtatu affixorū.Iob 26. Expandit ſuper eum nubem ſuam. Et pluraliter עָבִים. Iere. 4.Ecce quaſi nubes aſcendit. Et in forma fœminina עֲנָנָה. Iob 3.Cohabitet ſuper ipſum nubes,terreant eum ſicut amaritudines diei.

INDE VERBVM,

עִנֵּן Secundæ coniugationis,obnubilauit,nubem obduxit.Gen.9.Et erit in obnubilando me nubem ſuper terram,ſtatim uidebitur arcus in nube.

1144 ענב Vua,quæ eſt in racemo,dicta à denſitate: habet igitur cognationem cum עָנָף & עָבָה עָבָה עֲבֹת. Et forma ſingulari legitur tantū ſemel Deuter. 32. Et ſanguinem uuæ bibes turbidum. Et pluraliter עֲנָבִים. Geneſ.40.Et accepi uuas, & expreſſi eas in calicem Pharaonis.Et ibidem iterum:Et maturas faciebāt botri eius uuas.& cap.49.Et in ſanguine uuarum operimentum ſuum.Numeri 6. Et omnē reliquiam uuarum non bibet, id eſt omnem potum ex uuis,poſtquàm expreſſę ſunt, non bibet.& cap.13.Et botrum uuarum unum.Ieſaiæ 45.Et expectaui ut faceret uuas & fecit odibiles.Iere.8.Non uuę in uite,neque fici in ficu. Et in ſtatu regiminis עִנְּבֵי. Leuit.25.Et uuas ſeparationis tuæ non uindemiabis. Deuter.32.

1145 Vuæ eorum uuæ fellis.ubi prius ponitur in ſtatu affixi.

ענג Significat Hebræis idē,quod Chaldæis פְּנַק,deliciari, delicatè uiuere:nec multùm diſcrepat à uerbo עָנַג.Legitur autem in hac coniugatione tantùm participium præteriti tēporis fœminini generis מְעֻנָּגָה, delicata,delicatè nutrita.Iere. 6.Amœnæ,& delicatæ aſſimilaui filiam Zion.

In quarta coniugatione הִתְעַנֵּג. Pſalm.37.Et delicatè paſcent ſe ſuper multitudine pacis.Ieſaiæ 55.Delicatè paſcet ſe in pinguedine anima ueſtra.& ca.66. Vt ſugatis & delicatè paſcatis uos de ſplendore gloriæ eius. Pſal.37. Et delicatè paſcete ſuper Iehoua . Deuteron.28.Quę non tentauit plantam pedis ſui collocare ſuper terram præ delicatè gerere ſe, & præ tenerè uiuere, id eſt,præ delicijs,& præ teneritudine.

INDE NOMINA:

עָנֹג Delicatus.Deut.28.Vir qui tener fuit in te & delicatus ualdè. Et in genere fœminino עֲנֻגָּה. Deut.28.Tenera in te & delicata.

עֹנֶג Delicium.Ieſaię 13.Et dracones in pallatijs delicij. & cap.58. Et uocaueris ſabbathum delicij.

תַּעֲנוּג Delicium.Prouerbiorum 19. Non eſt decorum ſtulto delicium. Et pluraliter תַּעֲנוּגִים. Canticorum 7.Et quàm ſuauis es dilecta in delicijs. Et cum affixis. Micheę 1.Decaluare & uellere ſuper filijs deliciarum tuarū.& cap.2.Mulieres populi mei expellentur de domo deliciarum ſuarum. Et in genere fœminino תַּעֲנֻגוֹת.

1146 Eccl.2.Feci mihi cantores & cantatrices & delicias filiorum hominum.

ענד Congruit ſignificatione cum uerbo עָדָה, adornauit, adnexuit,applicuit, ſcilicet ornatum.Iob 31.Et applicem illum quaſi coronas mihi. Prou.6. Et applica gutturi tuo.

1147 ענה Vt huius uerbi modi ſignificandi illuſtriores fiant, conſtruendi rationes ponam,deinde etiam faciam diuiſionem. Primò autem generaliter ſignificat alterius erga alterum actionem ſeu operationē, quæ uel in colloquutione, uel cantu,uel reſponſione ſiue uocali ſiue reali, uel exauditione exiſtit:unde pro colloqui,teſtificari,alternatim ſeu reſpōſoriè canere,reſpondere ſiue interroganti ſiue operanti,uel inuocantem exaudire Hebręis accipitur,ſemperq́ reſpectum ſeu relationem actiuè importat, ſicut ex locis ſcripturæ , quos ordine deinceps ſubijciemus, liquidò cognoſcere licebit.

Primo,abſolutè legitur poſitum:ut Ieremię 23. Quid reſpōdit Iehoua? Oſeę 2. Et reſpondebit ibi,ſicut in diebus adoleſcentię eius,ſcilicet cantando. Sic Eſd.3. Et reſpōdebant in laudando,& in celebrando Iehoua: Quoniam bonus,quia in æternum miſericordia eius.

Secundo,quando cum datiuo conſtruitur,tum de reſponſione cantus intelligi

debet.Exod. 15. Et accepit Maria prophetiſſa ſoror Aaronis tympanum in manum ſuam,& egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cũ tympano,& cũ fiſtulis, & reſpondit eis Maria:Canite ipſi Iehoua,&c.Num.21.Tunc canebat Iſrael canticũ hoc,Aſcende Beer,reſpondete ei.1.Samuelis 21.Non huic reſpondebunt in Choris dicendo,percuſſit Saul millia ſua,ſed Dauid decem millia ſua.Pſal.47.Reſpõdete ipſi Iehoua cum celebratione. Tertio,conſtruitur ſæpè cum præpoſitione אֵת, id eſt cum:Et primò ſignificat conferre ſeu commutare uerba cũ aliquo. Gen.23.Et reſponderunt filij Heth cum Abraham,dicẽdo ei,id eſt collocuti ſunt. Gen.34.Et reſponderunt filij Iacob cum Sichem & Hemor patre eius fraudulenter. Aliquando tamẽ ſignificat exaudire,ſcilicet inuocantẽ, quando ſcilicet אֵת eſt articulus accuſatiui,uel ſequitur pronomen affixum.1.Samuelis 8. Vociferabimini in die illa ſuper rege ueſtro,quem elegiſtis uobis,& nõ exaudiet Iehoua uos in die illa.1.Samuel.7.Et clamabat Samuel ad Iehoua pro Iſraele, & exaudiuit eũ Iehoua.Pſal.3.Voce mea ad Iehoua clamabam,& exaudiuit me de monte ſanctitatis ſuæ. Duo tamẽ loci excipiuntur,in quibus ſignificat reſpondere, quia non præcedit uerbum clamandi ſeu inuocãdi.Exo.19.Et cùm uox tubę pergeret,& intenderetur nimis,Moſes loquebatur,& deus reſpondebat ei in uoce.1.Samuel.9. Et Samuel uidit Saulem,& Iehoua reſpondit ei,ecce hic eſt ille uir,de quo dixi tibi. Deinde realiter ſumitur,& idem ualet quod rependere,reddere, ſcilicet rem aliquam,ſignificatq́ uiciſſitudinem & commutationem.Eccl.10.Et argentum reſpondet cum omnibus.Oſeæ 2.In die illa reſpondebo, ait Iehoua, reſpondebo cũ cœlis,& ipſi reſpondebunt cum terra,& terra reſpondebit cum frumento,& muſto,& oleo,& illa reſpondebunt cum Iezreele,&c. Et hoc modo Latini quoq; hoc uerbo reſpondendi interdum utuntur:Tellus reſpondet labori,uotis, ſcilicet agricolarum. Quarto,quando autem non procul ſubſequitur uerbum אמר, tum idem ualet,quod Latinis iterum,& non ſemper reſpondere ad prius interrogata ſignificat,ſed continuat ſermonem intermiſſum,& nouum ſermonem ſubijcit & attexit.Geneſis 18.Et dixit Iehoua,ſi inuenero in Sodoma quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis,parcam toti loco propter ipſos:& reſpondit Abrahã, & dixit,ecce cœpi loqui ad Suſtentatorem meum,qui ſum puluis & cinis, id eſt, iterũ dixit Abraham.& cap.24.Et reſpondit Laban & Bethuel & dixerunt, id eſt, iterum dixerunt.1.Sam.4.Et reſpondit nuncius,& dixit,fugit Iſrael,id eſt,iterum dixit.Amos 7.Et reſpondens Amos dixit ad Amaſiam,id eſt iterum dixit. Eodem modo ſæpè hæc phraſis in nouo Teſtamento obſeruata eſt:Matth.11.In illo tempore reſpondens Ieſus, dixit, Gratias ago tibi pater,&c.id eſt,iterum dixit Ieſus. ſubiungit enim hãc gratiarum actionem ſuperiori ſermoni.Sic Lucæ 14.Et reſpõdens Ieſus dixit ad Phariſæos & legis peritos,dicens, num licet ſabbatho ſanare? Item Matt.ultimo:Reſpondens autem angelus,dixit mulieribus,id eſt iterum dixit mulieribus. nã priùs quoq; erat colloquutus cum Magdalena, Ioannis 20.

Participium præſens masculini generis עֹנֶה Iudic.9. Et non erat reſpondens. Iob 32.Et reſpondens ſermonibus eius.Malach.2.Excitantem & reſpondentem ex tabernaculis Iacob.Gen.35.Qui exaudit me in die anguſtiæ meæ. Et cũ affixis.Iob 5. Clama nunc, ſi eſt exaudiens te. Et pluraliter עֹנִים .Ieremiæ 44. Qui reſponderant ei uerbum,dicendo.

In uoce paſſiua נַעֲנָה.Ezech.14.Ego Iehoua reſpondebo ei ſecundum multitudinem idolorum eius,id eſt,reddam.

Participium præſens maſculini generis נַעֲנֶה. Ezechielis 14. Et Iehoua reſpondeo ei per me.

In ſecunda coniugatione עַנָּה, reſponſauit. Exod. 32. Sed uocem reſponſandi ego audio,id eſt alternatim reſponſantium. ponuntur autem ibi tres infinitiui nominaliter.Ieſ.27.In die illa uineæ meri reſpõſate ei,id eſt reſpõſate alternatim ei.

INDE NOMINA:

מַעֲנֶה Reſponſum,reſponſio.Iob 32.Non inuenerunt reſponſionem.Prouer. 15.Reſpõ

ſio

ſio mollis auertit furorem. In ſtatu regiminis מַעֲנֵה. Prou. 15. Lætitia uiro in reſpōſione oris ſui. Mich. 3. Et pudefient Videntes, & erubeſcent Diuini, & operiētur ſuper labijs ſuis, eò quòd non ſit reſponſum Dei.

יַעֲנָה Struthio, Struthiocamelus, à uoce & planctu ferali, quo ſibi inuicem fame uel ſiti preſſi reſponſant. Et ſingulariter ſemper cōſtruitur cū nomine בַּת, filia Struthionis. Quidam Hebręorum Magiſtri uolunt ideò dictam, quòd tantùm ſexum fœmineum habeat, alij dictam filiam Struthionis, ſicut dicitur filius hominis pro homo, pro Struthione. Ego uerò arbitror, quòd nomen hoc huic auium ſpeciei inditū ſit, quòd non incubet, nec foueat, nec excludat, ut reliquæ omnium auium matres ſolēt, ſed in arena ponat oua, ideoq; maneat filia ſine matre nutrice, nec etiam matris affectu erga oua & pullos tangatur. Leuit. 11. Struthionem, Nycticoracem, &c. Iob 30. Frater fui draconum, & ſocius filiarū Struthionis. Ieſaiæ 13. Cubabunt ibi beſtiæ, & domus eorum plenæ Ochim, habitabuntq; ibi filiæ Struthionis. & cap. 34. Et manſio pro filiabus Struthionis. Mich. 1. Faciam planctum ſicut dracones, & luctum ſicut filiæ Struthionis. Et pluraliter יְעֵנִים. Thren. 4. Dracones extraxerunt mammas & lactauerunt catulos ſuos, filia autē populi mei crudelis ſicut Struthiones in deſerto. Atq; hic locus cogit me, ut, quemadmodū etiam in nomine חֲסִידָה dixi, eandem auem, aut idem auium genus hæc duo uocabula ſignificare exiſtimem, quòd par crudelitas erga ſobolem ipſis יְעֵנִים & illi חֲסִידָה tribuatur, hoc nomen ſortiatur à crudelitate & immiſericordia, alterum à uoce & planctu ferali, quo ſibijnuicem reſponſant.

עָנָה Secundò, ſi abſolutè & neutraliter ponitur, tum alterum ab altero affligi, ſeu opprimi ſignificat. Eſt autem affligi propriè opprimi ſeu proſterni, item iugo ſeruitutis ſeu tyrannide opprimi. Euangeliſtæ & Apoſtoli reddiderunt uerbo πάσχομαι, id eſt, patior. Pſal. 116. Credidi, ideo loquutus ſum, & affligor. Pſ. 119. Priuſquàm affligerer, ego errabam. Ieſaiæ 31. Et à multitudine ipſorum nō affligetur. Zachar. 10. Afflicti ſunt, quia non erat paſtor. Ieſaiæ 25. Propago Tyrannorū opprimetur. Sumitur tamē in aliquot locis actiuè. Ruth 1. Quare uocatis me Naemi, cùm Iehoua oppreſſerit in me. Eccleſiaſt. 1. Hanc afflictionem dedit deus filijs hominum affligendi cum ea. 1. Regum 8. Et ab errato ſuo conuerſi fuerint, eò quòd afflixeris eos.

In uoce paſſiua נַעֲנָה. Pſal. 119. Afflictus ſum ſupra modum. Exo. 10. Vſquequò renuis affligi coram me.

Participium præſens maſculini generis נַעֲנֶה. Ieſaiæ 53. Ipſe uim paſſus & afflictus eſt. Quod Petrus 1. Epiſtola 2. ἔπαθεν reddidit. Eius fœmininū נַעֲנָה. Ieſaiæ 58. Si protuleris eſurienti animam tuam, & animam afflictam ſatiaueris.

In ſecunda coniugatione עִנָּה, afflixit, id eſt, oppreſſit, ſeu proſtrauit tyrannide ſeu iugo ſeruitutis, uel humiliauit, ui compreſſit. Geneſ. 16. Et afflixit eam Sarai, & aufugit illa à facie eius. cap. 15 Et affligent eos quadringentis annis. Threnorum 3. Quoniam non afflixit ex corde. Exod. 16. Et affligetis animas ueſtras. Deut. 8. Et afflixit te, & eſurire te permiſit, cibauitq; te Manna. Pſalm 35. Afflixi in ieiunio animam meam. Pſalm. 102. Oppreſſit in uia uirtutem meam. Pſal. 105. Suppreſſerūt compede pedes meos. Deu. 22. Propterea quòd compreſſit uxorem proximi ſui. 2. Sam. 13. Odiuit Abſolom ipſum Amnon, propterea quòd compreſſiſſet Thamar ſororem ſuam. Threnorum 4, Mulieres in Zion compreſſerunt, uirgines in ciuitatibus Iehuda. Ezech. 22. Menſtruis pollutam compreſſerunt in te, & unuſquiſq; ſororem ſuam, filiam patris ſui compreſſit in te.

Participium præſens pluralis numeri מְעַנִּים. Ieſaiæ 61. Et uadet ad te oppreſſio, filij opprimentium te. Zophoniæ 3. Ecce ego conficio omnes affligentes te.

Participium præteritum maſculini generis מְעֻנֶּה. Ieſaiæ 53. Reputauimus eum cæſum, & percuſſum dei, & afflictum.

In uoce paſſiua עֻנָּה. Pſalmo 119. Bonum eſt, quòd afflictus ſum, ut diſcam ſtatuta tua.

In

In tertia coniugatione וַיַּעֲנֵם, & legitur tantùm ſemel Pſalm.55. Audiet Iehouā & affliget eos.

In quarta coniugatione הִתְעַנִּי. Geneſ.16. Reuertere ad dominam tuam, & humilia te ſub manum eius. 1.Reg.2. Et quòd afflictus fueris in omnibus, quibus afflictus fuit pater meus. Eſdræ 8. Et indixi ieiunium iuxta flumen Ahaua ad affligē dum nos coram deo noſtro. Dan.10. A die primo, quo dediſti cor tuum, & ad affligendum te coram deo tuo, exaudita ſunt uerba tua.

INDE NOMINA:

עָנִי Oppreſſus, humiliatus, afflictus. Vetus translatio, nunc pauperem, nunc miſerū, nunc humilem uertit. Deuteron.24. Et ſi uir afflictus eſt. Et iterū: Non facias iniuriam mercenario, afflicto, & egeno. Exo.22. Si argentum mutuò dederis in populo meo afflicto, qui tecum eſt. Leuitic.19. Sed oppreſſo & aduenæ ea relinques. 2. Samuel.22. Itaq; populum oppreſſum ſaluabis. Iob 24. Et ab oppreſſo ſumam pignus. Prouerb.15. Omnes dies oppreſſi ſunt mali. Zachariæ 9. Ecce rex tuus ueniet tibi, iuſtus, ſaluator ipſe, afflictus, & uehens ſuper aſino, id eſt, crucem ſubiturus, & cor habens plenum doloribus. Matthæi interpres uertit Græcè πρᾶος, id eſt manſuetus. In ſtatu affixorum mutat cametz in hatephpathah עֲנִי. Deuter. 15. Et aperiendo aperies manum tuam fratri tuo oppreſſo tuo, & egeno tuo. Et pluraliter עֲנִיִּים. Iob 34. Et clamorem oppreſſorum audiet. Pſal. 9. Neq; expectatio afflictorū auferetur perpetuò. Pſal.12. Propter uaſtationem afflictorum nunc ſurgam, dicit Iehoua. Ieſaiæ 3. Et facies afflictorum commolitis. In ſtatu regiminis עֲנִיֵּי. Iob 24. Simul abſconduntur afflicti terræ. Ieſaiæ 10. Vt rapiant iudicium oppreſſorū populi mei. Ieſaiæ 15. Et in ea fiduciam ponent afflicti populi ſui. In ſtatu affixorum nihil uariat à ſtatu abſoluto & regiminis. Ieſaiæ 49. Quoniam cōſolatur Iehoua populum ſuum, & afflictorum ſuorum miſeretur. Pſalm.72. Et oppreſſos tuos in iudicio. Eſt tamen hîc obiter obſeruandum, quòd in lege quinquies ſcribatur עֲנִיִּים, & tamen legatur עֲנָוִים, deinde etiam eius contrarium bis inueniatur. Et in genere fœminino עֲנִיָּה, oppreſſa, humilis. Ieſaiæ 10. Hinni uoce tua filia Gallim, animaduerte Laiſcha afflicta Anathoth. Ieſaię 51. Iccirco audi obſecro iſtud, afflicta. Ieſa.54. Afflicta, tēpeſtate obruta, cōſolatione deſtituta.

עָנָו Afflictus, oppreſſus. Numeri 12. Et uir ille Moſes erat afflictus uehementer, id eſt ſolus ille portauit onus totius populi. Et pluraliter עֲנָוִים. Pſal. 9. Non eſt oblitus clamoris afflictorum. Pſal.22. Comedent afflicti & ſaturabuntur. In ſtatu regiminis עַנְוֵי. Pſal.76. Vt ſaluet omnes afflictos terræ. Ieſaiæ 11. Et arguet in rectitudine pro afflictis terræ.

עֳנִי Afflictio, paſſio. Deuteron. 16. Comedes in eo azymas, panem afflictionis: quia in trepidatione egreſſus es è terra Ægypti. Iob 30. Apprehenderunt me dies afflictionis. Pſalm.88. Oculus meus dolet ex afflictione. Pſalm.117. Qui ſubleuat egenum ex oppreſſione. Threnorum 1. Migrauit Iehuda propter oppreſſionē, qua ſcilicet oppreſſit pauperes. In ſtatu regiminis mutat holem in hatephcametz עֳנִי. Exo.3. Videndo uidi oppreſſionem populi mei. 1.Samuelis 1. Si uidendo uiderit oppreſſionē ancillæ tuæ. Similiter habet in ſtatu affixorū עָנְיִ. Exod.4. Et quòd uidiſſet oppreſſionem eorum. Pſal. 31. Vidiſti afflictionem mei. Thren. 1. Recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuæ.

עִין Et in ſtatu affixi עֵין, afflictio. 2.Samuel. 16. Fortè reſpiciet Iehoua in afflictionē meam, & reddet mihi bonum pro malo.

עֳנִי Nomē uinculi, quo malefici in carcere cōprimuntur, & pro neruo accipitur. Pſal. 107. Sedentes in tenebris, & umbra mortis, uincti neruo & ferro.

עֲנָוָה Humiliatio, oppreſſio, afflictio. Prouerb.15. & 18. Timor Iehoua caſtigatio ſapientiæ, & ante gloriā afflictio. Quod Petrus 1.Epiſt.1. Græcè παθήματα reddidit, i. afflictiones, cū inquit: Teſtabantur futuras in Chriſto afflictiones, & quæ eſſent cōſecuturæ δόξας, id eſt glorias. Prouer.18. Propter afflictionē, timorē Iehoua, diuitiæ, & gloria, & uita. Zopho.2. Quærite humiliationem, ſi fortè abſcondamini ab

ira

ira Iehoua. In ſtatu regiminis ענות. Pſalm. 45. Et decore tuo proſperè inuehere propter ueritatem, & oppreſſionem iuſtitiæ. Et cum affixo ענות. Pſal. 18. In oppreſſione mei multiplicabis me.

ענות Afflictio. Pſal. 22. Quia non eſt execratus afflictionem afflicti.

ענות Apparet eſſe infinitiuus paſſiuæ uocis ſecundæ coniugationis, qui tamē nominaliter accipitur. Pſal. 132. Memento Iehoua Dauidis, & omnium afflictionum eius.

ענין Afflictio, cura, ſolicitudo, occupatio, quæ affligit. Eccleſ. 1. Hæc eſt afflictio mala, quam dedit deus filijs Adam, ad affligendum cum ea. Cum affixis nihil mutat. Eccl. 2. Quia omnes dies eius dolores, & indignatio, afflictio eius. Chriſtus haud dubiè iſta uoce eſt uſus Matth. 6. Sufficit diei afflictio ſua. pro qua tamē Interpres Græcus uertit *κακία*.

מענה Iugerū: ideo ſic dictū, quòd aratro ſubactum ſit. 1. Sam. 14. Quaſi in medio iugero.

מענית Omnes interpretes pro ſulco interpretātur, ab aratri oppreſſione. Poteris tamen non incommodè pro ipſa aratione accipere. Pſalm. 129. In longum protraxerunt arationem ſuam.

תענית Afflictio. Eſdræ 9. Et in oblatione ueſpertina ſurrexi ab afflictione mea.

ענה Compreſſio uiolenta: accipitur autem hęc dictio, quemadmodum תנופה תרומה אשם & חטא & ſimiles dictiones, pro ipſo dono ſeu munere, ſeu debito, & cōpreſſione. Exod. 21. Si alteram acceperit ſibi, cibum eius, operimentum eius, & compreſſionem non minuat, id eſt debitum compreſſionis.

יען Dictio indeclinabilis, importans reſponſionē, ſeu redditionem cauſæ, Quia, propter, propterea, eò quòd. Ieſaię 60. Eò quòd unxit Iehoua me. Ezech. 5. Propterea quòd ſanctuarium meum polluiſtis. Ezech. 13. Propter loqui ueſtrum uanitatem, id eſt, propterea quòd loquimini uanitatem. Et aſſumit aliquando relatiuū יען אשר. Geneſ. 22. Propterea quòd feciſti rem iſtam. Et geminatur interdum augendi gratia יען וביען. Leuit. 25. Eò quòd, & propterea quòd iudicia mea ſpreuerunt. Ezech. 13. Eò quòd, & propterea quòd ſeduxerunt populum meum. & cap. 36. Eò quòd & propterea quòd dixit inimicus contra uos, Heach, &c.

למען Vt, propter, propterea quòd, quia, eò quòd. Pſal. 51. Tibi ſoli, tibi peccatū meum, & malum coram te feci ut iuſtus ſis in uerbo tuo. Pſal. 130. Quia apud te eſt propiciatio, ut timearis. Ioſue 4. Vt ſit hoc ſignum. Geneſis 18. Vt adducat Iehoua ſuper Abraham omne quod loquutus eſt. Et mox iterum: Propter quinquaginta. Ieſa. 61. Propter Zion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcā. Et quando uerbo Infinitiui præponitur, tum ualet perinde ut lamed litera gerūdiua. Ezec. 39. Sepelient eos domus Iſrael ad repurgandum terram. Ioelis 3. Et filios Iehuda, & filios Ieruſalem uendidiſtis filijs Græcorum ad elongandum eos de terminis ſuis.
In ſtatu affixorum manet inuariatum. Prouer. 16. Omnia operatur Iehoua propter ſeipſum. Ieſaiæ 43. Propter uos miſi in Babylonem. Daniel. 9. Propter te deus

1148 mi. Ieſa. 48. Propter me faciam, propter me faciam.

ענף Ramus, à denſitate frondium, ſeu potiùs ipſa denſitas frondium. Et cognationem ſignificatione habet cum עפא & ענה ענב עלב, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Ezechiel. 17. Vt faceret frondes, & proferret fructum, ut eſſet in uitem amplam. Et mox iterum: Et proferet frondem, & faciet fructum. & cap. 31. Ecce Aſſur cedrus in Libano, pulchra fronde. Malach. 4. Qui non relinquet illis radicem & ramum. Et in ſtatu regiminis mutat prius cametz in hatephpathah, & alterum in ſimplex pathah ענף. Leuitic. 23. Et frondem arboris perplexæ. Legitur tamen forma ענף. Ezechiel. 36. Et uos montes Iſrael frondes ueſtras dabitis. Et pluraliter ענפים. Pſalm. 80. Operti ſunt montes umbra eius, & frondibus eius cedri dei.

INDE

ענפה Participium præſens fœminini generis, ſeu nomen participiale. Ezechiel. 19. Mater tua ut uitis in ſanguine tuo iuxta aquas plantata, fructifera, & frondoſa facta ab aquis multis.

Cinxit

1149 **ענק** Cinxit, circumdedit, tanquam torques collum ornatus gratia, & modò tantũ ſignificandi differt à עָטַר & צָנַף. Pſal. 73. Propterea circumdedit eos ſuperbia.
In tertia coniugatione הַעֲנֵיק. Deu. 15. Circũſtipando circũſtipabis ei de grege tuo, de area tua, & de torculari tuo, quib. benedixit te Iehoua deus tuus, ut des illi.

INDE NOMINA:

עֲנָק Torques quæ circundatur collo ornatus gratia. Cant. 4. Per unũ torquẽ de collo tuo. Et pluraliter עֲנָקִים. Prou. 1. Et torques gutturi tuo. Legitur quoq; forma fœminea עֲנָקוֹת. Iudic. 8. Et præter torques, quę fuerunt in collis camelorũ ipſorũ.

מַעֲקֶה Peribolum, circumferentia. Deuter. 22. Si ædificaueris domum nouam, tum facies peribolum tecto tuo.

עֲנָק Gigantis nomen, à torque qua inſignitus fuit, q. d. Torquatus. Erat enim torques inſigne, quo uiri celebres ornabantur. Eius & filiorũ ipſius fit mentio Num. 13. Et uenit uſq; ad Hebron, ubi erat Ahimam, Seſai & Thalmi, filij Anak de Nephilim, & eramus in oculis noſtris uelut locuſtæ. Ioſ. 15. Nempe Kiriath Arba patris Anak, quæ eſt Hebrõ. Et pluraliter עֲנָקִים. Deu. 1. Et filios Anakim uidimus ibi.

1150 **ענש** Vt Latinis uerbum multãdi dicitur de pœna, uel pecuniæ, uel corporis: ita Hebræis hoc uerbũ עָנַשׁ de pœna ſeu damno dicĩ, uel pecuniæ uel corporis: differt aũt à uerbo עָשַׁשׁ, niſi modo ſignificandi, eò q; multare eſt corradere alicuius uel pecuniã uel corpus. Deut. 22. Et multabunt eũ centũ argenteis. 2. Paral. 36. Et amouit eum rex Ægypti in Ieruſalem, & multauit terram centum talentis argenti. Exo. 21. Si rixati fuerint uiri, & læſerint mulierem grauidã ut egrediatur fœtus eius, ipſa tamen non morietur, multando multabitur. ubi prius eſt actiuæ uocis, & poſterius paſſiuæ uocis. Pro. 17. Et multã imponere iuſto nõ eſt bonum. Prou. 21. Quando multatur deriſor, reſipiſcet imperitus.
Participium preteritum עֲנוּשִׁים. Amos 2. Super ueſtimentis pignoratis recumbunt iuxta omnia altaria, & uinum multatorum bibunt in domo deorum ſuorũ.
In uoce paſſiua נֶעֱנַשׁ. Exo. 21. Multando multabitur. Prou. 22. Sed imperiti pręteruunt & multantur ſeu damnum accipiunt.

INDE NOMEN,

עֹנֶשׁ Multa, id eſt, pœna pecuniaria, uel corporalis. 2. Paralip. 23. Et impoſuit multã ſuper terram. Prouerb. 19. Magnitudo furoris adfert multam, ſeu damnum.

1151 **עסס** Preſſit, expreſſit. Malach. 4. Ecce exprimetis improbos.

INDE NOMEN,

עָסִיס Muſtum iam expreſſum. Ieſa. 49. Et ſicut muſto, ſanguine ſuo ebriabuntur. Ioelis 1. Vlulate omnes bibentes uinum ſuper muſto. Amos 9. Et ſtillabunt montes muſtum. Et in ſtatu regiminis עֲסִיס. Canticorum 8. Potabo te uino condito, muſto malogranati.

1152 **עפא** Frons, à denſitate: & congruit ſignificatione cũ עָבַב & עָבָה עָבָה: legitur autem ſemel tantũ & pluraliter עֳפָאיִם Pſal. 80. Iuxta eos uolucre cœli cohabitabit, de medio frondium dabunt uocem.

1153 **עפל** Locus intra ſcopulos ſeu mõtes anguſtus, tranſitus ſeu meatus arctus, per quẽ contendere oportet. Et quia eiuſmodi loca apta erant, quibus hoſtium incurſiones arcerentur, turres ſeu arces ſuperextruebant, ut in his collocarenĩ pręſidia. Græci eiuſmodi loca πύλας, Latini fauces, Itali & poſt eos Germani Clauſas appellarunt. Fit aũt duarum in ſcriptura ſacra celebrium mentio, quarum una fuit Hieroſolymis intra arcem & templum, quam Nathinei, qui in eo loco extructã arcem tanquam præſidium tenuerunt, ne uel hoſtibus, uel graſſatoribus pateret ad arcem regiã aditus ſiue irruptio. Et habent hoc nomen, quòd in abdito & latentiore loco eſſent, & quodam receſſu, per quem contendendum erat. Proinde quidam Hebræorum per אפל, alij per עלף expoſuerunt, quorum utrunq; obſcuritatem ſeu caliginem ſignificat. Et ut literarum tantũ poſitione, ita modo tantũ ſignificandi inter ſe differũt. Et poſt illos quoq; Gręci, maximè Septuaginta Interpretes

pretes pro loco obſcuro & caliginoſo ſæpè tranſtulerunt, ſicut ex ſequentibus exemplis cernere licet. Ieſ. 32. Receſſus & munitio erunt in ſpeluncas. Septuaginta reddiderunt κῶμαι, id eſt, uillæ. Micheæ 4. Et turris gregis, Ophel filiæ Zion uſque ad te ueniet. pro quo Septuaginta καὶ σὺ πύργος ποιμνίου αὐχμώδης: Et tu turris ſqualida. Sic quoque Hieronymus uertit nebuloſa, ut ſit adiectiuum nominis Turris. 2. Paral. 27. Et in muro Ophel ædificauit multa. 2. Paralip. 33. Poſt hæc ædificauit murum exteriorem circa ciuitatem Dauid ad Occidētem Gichon in ualle, ubi uenitur ad portam piſcium, & circumdedit Ophel, & exaltauit illum ualde. In his duobus locis Septuaginta etiam ὀφὲλ reliquerunt. Similiter Hieronymus. Item Nehemiæ 3. & 11. Et Nethinim habitabant ad Ophel uſque ad proſpectum portæ aquarum Orientem uerſus, &c. Græci reddiderunt ἄφλα. Ex his locis clarū eſt hoc nomen עֹפֶל appellatiuum eſſe loci ſeu arcis in monte. Hinc quoque originē traxiſſe arbitror, quòd (ut Euſebius in Eccleſiaſtica hiſtoria libro 2. cap. 23. refert) Iacobus frater Domini dictus fuerit Oblias, id eſt, munitio, ſeu porta, ſeu clauſa anguſta in receſſu munitionis cauſa ædificata, qua aditus præcluditur, & patefit: & data quaſi opera ſic Iacobū appellare uoluerint, quòd ut Nathinei olim tenuerūt Hieroſolymis portam ad Regem, ita Iacobus frater Domini aditum præbuerit ad dominum: unde עָפְלִיָה, porta Domini, uel עָפְלָא, porta munitionis dictus ſit.

Porrò altera fuit in conterminis Iſraelis & Syriæ, de qua 2. Regum 5. Cùm ueniſſet in Ophel, accepit de manu eorum, &c. pro quo Chaldæus paraphraſtes וְעַל לְאַתַר כְּסִי: Et aſcendit ad locum abſconditum. R. D. Kimhi ſuper eo loco annotat ſignificare locum excelſum, in quo ſit extructum aliquod ædificium.

עֲפָלִים Nomen pluralis numeri tantùm, licet ſit corruptè punctatum, quod maxima pars Iudæorum tuberculum natum in ſecretiore parte clunium, quem Medici Latina lingua ficum, Germanica feigplatern appellant: nonnulli tamē morbū hæmorrhoidarum ſignificare cenſent. Porchetus uir in lingua Hebræa nō uulgariter doctus ſcribit morbū illū ſignificare, qui Græcis τινισμὸς dicatur, qui eſt irritus egerēdi conatus, irritum egerendi ſtudium, & contentio, cum inflammatione ac tumore ſedis, mucoſa & ſanguinolenta quædam egerētis. Ego ſignificare exiſtimo clauſas ſeu clauſtra podicis ſeu ani, per quę per contentionem egeruntur excrementa: & quia illa pars corporis natura pudenda & nomen adeò eius aures teneras ferit, Scribæ uerecundiùs pro eo nomen טְחוֹרִים, quod Chaldęis anguſtiam ſeu ſtrictum meatum ſignificat, ſubſtituerunt, ſicut quoque in חרא & alijs dictionibus cernere licet, quas ſimiliter quadam ſuperſtitione deprauârunt. Suffragatur aūt huic meæ interpretationi quod Pſalm. 78. legitur: Et percuſſit anguſtiatores ſuos retrò, opprobrium perpetuum poſuit illis. exponēs retrò. Loci autem in quibus uſuuenit, ſunt iſti ſequētes: Deut. 28. Percutiet te Iehoua ulcere Ægypti, & in anis. 1. Samuelis 5. Et percuſſit eos in anis. Et mox iterum: Et percuſſit eos in anis. Et mox iterū: Et percuſſit uiros ciuitatis à paruo uſque ad magnum, & intumuerunt eis ani. Et in ſtatu regiminis עָפְלֵי. 1. Samuelis 6. Quinque ani auri. Et ibidem iterum cum affixis: Facietis ſimilitudines anorum ueſtrorum.

INDE VERBVM,

עֻפְּלָה Secundæ coniugationis paſſiuæ uocis, quod ſignificat in arctum cōſtitutum eſſe. Habakuk 2. Ecce in anguſtia arcta eſt, & non eſt recta anima eius in ipſo.

In tertia cōiugatione הֶעְפִּיל, per clauſas ſeu fauces temerario auſu & conatu cōtendit. Numeri 14. Et illi contēderunt aſcendere uerticem montis: ut ſit ſentētia, Contenderunt inter ſe, ut quiſque aſcendendo primus eſſet, atque ita condenſarūt ſe. Nam Deut. 1. ubi eadem hiſtoria retexitur, uidetur bis & duobus uerbis eſſe redditum, ſemel uerbo וַתָּזִדוּ, Et impetū feciſtis ut aſcenderetis. deinde uerbo וַתַּעְפִּלוּ, Et præſumpſiſtis aſcēdere. Et Chaldæus quoque paraphraſtes trāſtulit uerbo וְאַרְשַׁעְתּוּן, id eſt ſeditioſè egiſtis aſcendēdo in cacumē mōtis. Hîc obſerua, quod ut Habakuk propheta in illam Numerorum hiſtoriam reſpexit, cuius paulò antè mētionem fecimus, ita quoque Paulus Apoſtolus Rom. 2. uerbū hoc reddidiſſe iſta pe-

Ff riphraſi

riphraſi uidetur τοῖς ἐξ ἐριθείας,id eſt,qui ſunt ex contentione.Et autor Epiſtolæ ad Hebræos prophetæ,cùm inquit:Non ſumus ſubductionis,&c.Quibus ſanè locis eius quoq; uerbi ſignificatio deprehēdit, quòd ſignificet cōtentione quadā ſe
1154 ſe ſubducere, atq; aliquid audere & aggredi quadam animi impatientia ſine fide.

עָפָר Propriè pars terræ ſuperior fundamento,quę rarior eſt, & tenuior,quam Latini puluerem uocant,& Hieronymus ita quoq; uertit. Deinde impropriè pro uniuſcuiuſq; materiæ puluere uſurpatur. Gen.3.Et formauit Iehoua deus hominē puluerem de humo. Et iterum: Quoniam puluis tu, & in puluerem reuertêris. & cap.18.Et ego ſum puluis & cinis.Num.5.Et de puluere, qui erit in pauimento habitaculi accipiet ſacerdos.Deut.28.Dabit Iehoua pluuiam terræ tuę,puluiſculum & puluerem.1.Sam.2. Erigens ex puluere exhauſtum. Iob 4. Quorum in puluere eſt fundamentum eorum.& cap.28.Ferrum de puluere ſumitur.Eccleſ.3.Omne factum eſt ex puluere,& iſtud omne reuertitur in puluerem.Zophon.1.Et effundetur ſanguis eorum,ſicut puluis. In ſtatu regiminis עֲפַר. Gen.13.Et ponam ſemen tuum,ſicut puluerem terræ: quòd ſi poterit aliquis numerare puluerē terrę, etiam ſemen tuum numerabitur.Num.19. De puluere combuſtionis pro errato. Et cap. 23. Quis numerauit puluerem Iacob. Et in ſtatu affixorum habet in prima hatephpathah,ut in regimine,& in altera cametz. Num.9. Et proieci puluerem eius in torrentem.2.Regum 23.Et tulit puluerem eorum in Bethel.Et iterum: Et proiecit puluerem eius. Et pluraliter in ſtatu regiminis עַפְרוֹת. Iob 28. Et pulueres auri ſibi.Prou.8.Et caput puluerum orbis terrarum.

עַפְרַת Locus pulueris.Micheæ 1.In puluerario puluere uolutes te.

עֹפֶר Hinnulus,à leuitate & celeritate dictus,qua ceu uento agitatur.Cant.2.Similis eſt dilectus meus capræ,uel hinnulo ceruorum. Et pluraliter עֳפָרִים. Cant.4.Duo ubera tua,ſicut duo hinnuli,gemelli capreæ.

עֹפֶרֶת Plumbum,ſic dictum,quòd ex puluere eruatur & excoquatur.Exod.15.Demerſi ſunt,ſicut plumbum.Ezech.22.Ferrum & plumbum in medio fornacis.Zacharię 5.Et ecce talentum plumbi ferebatur.

INDE VERBUM,

עִפֵּר Pulueriſauit,id eſt,puluerem excitauit ſeu ſparſit.2.Samu.16. Et pulueriſabat cum
1155 puluere.

עֵץ Lignum,uel uiride,quod nos arborem uocamus, uel ſucciſum & aridum. Itaq; generale nomen eſt ad omnia ligna, arbuſta, & frutices, quorū caulis altiùs excreuit,& ramos ex caudice produxit.Gen.1.Et lignum faciens fructum. cap.23. Omne lignū quod eſt in agro.Deu.12.Et ſub omni ligno frōdoſo.Ieſ.10. Sicut qui leuet baculū,non lignū,id eſt arborem.Iere.11.Euertamus arborem cum cibo ſuo. Gen.40.Suſpēdet te de ligno.Leui.15.Et omne uas ligni.2.Sam.21.Et lignū haſtę eius.& cap.23.Ferro & ligno haſtę. Thren.4. Exaruit,facta eſt ſicut lignū. Ioſue 2. Et operuit eos cū lino ligni,id eſt,cū caulibus lini.eſt hypallage. Et in ſtatu affixorū ſeruat zere.Deut.28.Omne lignū tuū.Oſeę 4. Populus meus lignū ſuum interrogat. Et pluraliter עֵצִים. Gen. 22. Ecce ignis & ligna.Ioſue 9. Et fiant cæſores lignorum.Prou.26.Defectu lignorum extinguetur ignis.Eccl.10. Qui findit ligna,aſpergetur cum illis. Et in ſtatu regiminis עֲצֵי. Gen.6.Fac tibi arcā lignorū picis.Pſal.96. Tunc ouabunt omnia ligna ſyluę.Cant.4.Omnia ligna aromatum.
Cum affixis zere non mutat. Deut.19. A cæſore lignorū tuorum. Thren. 4. Ligna noſtra in commutatione uenerunt. Zach.5.Et ligna eius & lapides eius.

עָצֶה Spina dorſi, eò quòd ut arbor ramos, ita illa coſtas extendit referatq; figuram arboris cum ramis ſuis. Leuit.3.Caudam integram iuxta ſpinam auferet eam.

נַעֲצוּץ Nonnulli pro rubo ſpinoſo,aliqui alij pro ſpina alba,quam in deſerto creſcere dicunt,accipiunt,fortaſſè quòd propemodum referat ſpinam dorſi ramoſitate. Licebit tamen accipere pro uepreto,ſeu fruticeto,quaſi dicas lignetum.Ieſa.55.Pro fru
1156 ticeto ſuccreſcet fraxinus. Et pluraliter נַעֲצוּצִים. Ieſ.7. Et in omnibus fruticetis.

עָצַב Significatione nōnihil cōmunicat cum uerbo עָצַר, & ſignificat fauciare animū, diſcru-

diſcruciare animũ, cõtriſtare, dolore afficere. 1.Reg.1. Et nõ cõtriſtauit eũ pater eius à diebus ſuis. 1.Par.4. Et feceris à malo abſq; cõtriſtare me, i. ut nõ cõtriſtes me.

Participium præteritum generis fœminini ſtatus regiminis עֲצוּבַת. Ieſ.54. Quoniam ſicut mulierẽ deſertam & contriſtatam ſpiritu uocauit te Iehoua. Vtiť autem hîc propheta paronomaſia, qua ſignificat deſertam à marito etiam contriſtatam.

In uoce paſſiua נֶעֱצַב. 1.Sam. 20. Quia contriſtatus eſt propter Dauidem, quòd ignominia affeciſſet eum pater ſuus. 2. Sam. 19. Contriſtatus eſt rex ſuper filio ſuo. Gen.45. Et nunc ne contriſtemini. 1. Sam. 20. Non ſciat hoc Ionathan, ne contriſtetur. Nehem.8. Et ne contriſtemini, eò quòd gaudium Iehoua eſt robur ueſtrũ. Eccl. 10. Qui transfert lapides, dolore afficietur illis. ubi ad corpus refertur.

In ſecunda coniugatione עִצֵּב. Ieſa.63. Et ipſi exacerbauerunt, & cõtriſtauerunt Spiritũ ſanctitatis eius. Paulus Apoſtolus alludens ad hoc Prophetę dictum ad Epheſios 4. Ne contriſtetis ſpiritũ ſanctum dei, per quẽ obſignati eſtis in diem redemptionis, &c. uerbo Græco reddidit λυπεῖτε. Deinde ut uerbũ עָצַב affectu cupiditatis aliquid efficere, ita hoc uerbum in hac coniugatione ſignificat curioſè & anxiè aliquid eniti, & tàm in bonam partem, quàm in malam accipitur. Iob 10. Manus tuæ elaborauerunt me, & perfecerunt me. Pſal. 56. Quotidiè uerba mea elaborant contra me, omnes cogitationes ipſorum ad malum.

In tertia coniugatione הֶעֱצִיב. Pſal.78. Quoties exacerbauerunt eum in deſerto, cõtriſtauerunt in ſolitudine. Iere.44. Nunquid ſine uiris noſtris fecimus ei (reginæ cœli) placentas, ad contriſtandũ eam, & ad fundendum ei libamina, id eſt, ut faciamus eam condolere, & ad cõmouendum eam ad miſericordiã ut condoleret ipſa.

In quarta cõiugatione הִתְעַצֵּב. Gen.6. Et pœnituit Iehoua, ꝙ feciſſet hominẽ in terra, & cõtriſtatus eſt in corde ſuo. & cap.34. Et contriſtati ſunt uiri, & exarſit illis ualde.

INDE NOMINA:

עֶצֶב Triſtitia, dolor corporis uel animi, & quicquid triſtitiã parit, ut labor, idolatria & religio operũ. Gen.3. In dolore paries liberos. Prou.10. Benedictio Iehoua ipſa ditabit, & nõ adfert dolorẽ ſecũ. & cap. 14. In omni labore erit abundãtia, ſed uerbũ labiorũ tantũ ad defectũ. Et ſcribiť bis cũ ſex pũctis עָצֶב. Prou.15. Reſpõſio tenera auertit furorẽ, ſed uerbũ doloris ſuſcitat irã. Ier.22. Nunquid idolũ contemptũ & diſiectũ eſt uir ille. Et pluraliter עֲצָבִים. Pſal.127. Comedentes panẽ dolorũ, i. dolore partũ. Et cũ affixis. Prou.5. Et labores tui non ſint in domo ignoti. Ieſ. 58. Ecce in die ieiunij ueſtri quæritis beneplacitum, & omnes labores ueſtros exigitis.

עֹצֶב Labor, dolor, triſtitia, idôlum. 1. Paralip. 4. Et mater ipſius uocauit nomẽ eius Iaebetz, quia peperi cũ dolore. Pſal.139. Et uide, ſi eſt uia doloris in me. Et cum affixis mutat priorem uocem holem in hateph camet z, & alteram in ſeua. Ieſa. 14. Et erit in die qua requiem dederit Iehoua à labore tuo, & à commotione tua. & cap. 48. Ne fortè diceres, idôlum meum fecit iſta.

עִצָּבוֹן Labor, dolor. Gen.3. Maledicta terra propter te, in dolore comedes eã omnib. diebus uitę tuæ. Et in ſtatu regiminis עִצְּבוֹן. Gen.5. Hic conſolabitur nos de factura noſtra, & de labore manuũ noſtrarũ. Similiter habet in ſtatu affixorũ. Gen.3. Ad mulierẽ dixit, multiplicãdo multiplicabo dolorẽ conceptionis, & grauiditatẽ tuã.

עַצֶּבֶת Labor, dolor, triſtitia. Et in diſtinctione ſentẽtię עַצָּבֶת. Prou.10. Qui nictit oculo, dabit dolorẽ. Et in ſtatu regiminis עַצְּבַת. Prou.15. Cor lętum bonã facit faciẽ, ſed in dolore cordis ſpiritus langueſcit. Et pluraliter in ſtatu regiminis & affixorũ עַצְּבוֹתַי. Iob 9. Abhorrui omnes dolores meos. Pſal.16. Multiplicabũt dolores ſuos, poſt quos feſtinauerunt. Pſal.147. Et emplaſtrum adhibet doloribus eorum.

מַעֲצֵבָה Dolor, triſtitia. Ieſaiæ 50. In dolorem, cubitum ibitis.

עֲצַבִּים Spiritus ſanctus paſſim in ſcriptura idôla hoc nomine plurali appellat, eò ꝙ cultus ipſorũ conſcientijs multum laboris ac doloris faciant. 2. Paralip.24. Et coluerũt lucos & idola. Oſeæ 4. Aſſociatus Idolis Ephraim. & cap.8. Aurũ ſuũ & argentũ ſuũ fecerunt ſibi idôla: ideo excidetur. In ſtatu regiminis & affixorũ עֲצַבֵּי. Pſal.106. Quos ſacrificauerunt idôlis Canaan. Pſal. 135. Idôla Gentium, aurum & argẽtum,

factura manuum hominis.2.Sam.5.Et reliquerunt ibi idola eorũ, quæ tulerunt Dauid & uiri ipſius. Micheæ 1.Et omnia idôla eius ponam uaſtitatem.

עצר Inde מַעֲצָד, forceps. Vide in themate עצד.

1157 עָצַל Congruit ſignificatione cũ צלע: nam qui piger eſt, claudicat, id eſt, lentè ſeu tardè incedit: & econtra, qui claudicat, is piger & tardus eſt. Legitur autem uerbaliter tantùm ſemel in uoce paſſiua primæ coniugationis נֶעֱצַל, pigreſcebat, piger fuit, Iud.18.Ne pigreſcatis abire, ut ueniatis poſſidere terram.

INDE NOMINA:

עָצֵל Piger, lẽtus, der die lendẽ zeuhet. Pro.6. Vade ad formicã piger. Et iterũ: Quouſq; piger iacebis. & cap.10. Sic piger mittẽtibus eũ. & cap.22. Dicit piger, leo eſt foris.

עַצְלָה Pigritia, ſegnitia. Prou.19. Pigritia conciliat ſoporem.

עַצְלוּת Pigritia. Prou.31. Et panem pigritiæ non comedet.

עֲצַלְתַּיִם Forma dualis numeri, duplex claudicatio, in utroq; pede, id eſt, duplex pigritia. Eccleſ.10. In pigritijs incuruatur contignatio.

1158 עָצַם Corroboratũ, confirmatum, condenſatum, conſolidatum, compactum fuit acceſſione. Dan.9. Corroborabitur potentia eius. & cap. 11. Et corroborabitur in pauca gente. Gen.26. Vade à nobis, quia corroboratus es præ nobis uehementer. Pſal.40. Corroborati ſunt, ne recenſere queam. Et iterũ: Apprehenderunt me iniquitates meę, ut nõ potuerim uidere, corroboratę ſunt pluſquàm capilli capitis mei, id eſt, cõdenſatæ. Pſal.139. Quàm corroborati ſunt principes eorum. Ieſa.31. Et confidunt in curribus, quia multi: & ſuper equitibus, quia corroborati ſunt ualde. Dan.8. Quoniam corroboratus fuiſſet, fractum eſt cornu magnum.

Participium præſens עֹצֵם. Ieſa.33. Obthurans aurem ſuam ne audiat ſanguines, & corroborans oculos ſuos ne uideant in malum.

Participiũ præteritũ, ſeu nomẽ participiale עָצוּם, corroboratus, robuſtus. Gen.18. In gentem magnam & robuſtam ſupra te. Exo.1. Robuſtus ſupra nos. Num.22. Maledic mihi populũ iſtum, quia robuſtior eſt me. Num.32. Et pecus erat multũ filijs Ruben, & filijs Gad robuſtum ualde. Prou. 30. Cuniculi populus nõ robuſtus. Nahum 4. Et defatigatã in gentem robuſtam. Et pluraliter עֲצוּמִים. Deut.4. Vt expellat gentes magnas & robuſtas ſupra te. Pſalm.135. Et occidit reges robuſtos. Prouerb.18. Contentiones quieſcere facit ſors, & inter robuſtos ſeparat. In ſtatu affixi abſtractiuè. Pſal.10. Et deijciet in robore ſuo pauperum turbam.

In ſecũda coniugatione עִצֵּם, corroborauit. Ieſ.29. Quia effudit ſuper uos Iehoua ſpiritum ſoporis, & corroborauit oculos ueſtros. Iere.50. Primus comedit eum rex Aſſur, & iſte nouiſſimus corroborauit eum Nebucadrezar rex Babylonis, id eſt, oſſauit eum, id eſt, oſſa eius cõminuit. Et ſignificationem propemodum contrariam habet, quaſi dicas, excorroborauit, exoſſauit eum.

In tertia coniugatione הֶעֱצִים. Pſal.105. Et corroborauit eum præ inimicis ſuis.

INDE NOMINA:

עֶצֶם Robur, conſolidatio, ſoliditas, ſiue ſubſtantia, cui aliquid nititur, & Latini nũc os, nunc ſubſtantiã appellant. Gen.2. Hoc os de oſſibus meis. Exo.12. & Num.9. Et os nõ frangetis in eo. Iã exẽpla ſequunt̃, ubi pro ſubſtantia per ſe ſubſiſtente ponit̃, quæ caret accidẽtibus. Exo.24. Et ſicut ſubſtantia cœli in mũditia, id eſt, quãdo caret nubibus, & quãdo clarũ eſt. In hac ſignificatione uſus eſt quoq; Paulus, & uertit Græcè ὑπόστασις, 2. Cor.11. In hac ſubſtãtia gloriationis, i. argumẽto ſeu materia. Similiter autor epiſtolæ ad Hebręos cap.11. Eſt aũt fides ſperãdarũ rerũ ſubſtantia. Enimuero Logici ſubſtãtiã abſtractã, & ſine accidẽtibus cõſideratã, hoc nomine appellãt. Similiter Grãmatici Hebræorũ nomẽ ſubſtãtiuũ. Deinde in multis locis accipit̃ emphaticè. Iob 21. Hic moritur in ipſa integritate ſua, totus ipſe trãquillus & ſaluus. Gen.7. In illo die ingreſſus eſt Noach. Leui.23. Non comedes uſq; ad illũ ipſum diẽ. Et iterũ: Et cõuocabitis in illo ipſo die, ut ſit conuocatio ſancta, &c.

Et in diſtinctione ſentẽtiæ עֶצֶם. Prou.15. Bona fama impinguabit os. & ca.16. Et medi-

medicina oſſi. In ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſcua. Gen.28. Equidem os meum & caro mea es. 1. Sam. 19. Nónne os meũ, & caro mea es? Iud. 9. Et recordemini, quòd os ueſtrum, & caro ueſtra ſum. Et pluraliter עֲצָמִים. Ezech. 24. Electione oſſium imple. Et iterũ: Atque incende oſſa ſub illa. Eccl. 11. Quomodo oſſa in utero grauidæ, ſcilicet formantur. In ſtatu affixorum priora puncta ſeruat. Gen. 2. Hoc os de oſſibus meis. Pſal. 141. Diſperſa ſunt oſſa noſtra. Ezech. 24. Coquite oſſa eius. Legitur interdum forma quoque fœminea עֲצָמוֹת. 2. Reg. 23. Et tulit oſſa de ſepulchris. Prou. 14. Et putredo oſſium zelus. Ezech. 24. Et oſſa cremabũtur. Et in ſtatu tam regiminis, quàm affixorũ עַצְמוֹת. 2. Samu. 21. Et tulit oſſa Saul, & oſſa Ionathã. 1. Reg. 13. Et oſſa hominis cõburet ſuper te. 2. Reg. 23. Et eruerunt oſſa eius cum oſſibus Prophetæ. Ieſ. 66. Et oſſa ueſtra germinabunt.

עֹצֶם Robur. Deut. 8. Et dicas in corde tuo, uirtus mea, & robur manus meæ fecit mihi facultatẽ hanc. Iob 30. In robore manus tuæ aduerſaris mihi. Et in ſtatu affixorum mutat holẽ in hatephcametz. Pſ. 139. Nõ occultata fuit oſſeitas mea abs te, quãdo factus ſum in abſcõdito, id eſt materia, maſſa, ſubſtãtia mea. Nahum 3. Æthiopia robur eius. Et in forma fœminea עָצְמָה. Ieſ. 40. Cui non ſunt uires, robur multiplicabit. Et in regimine עָצְמַת. Ieſa. 47. Corroboratione coniuratorũ tuorum ualida.

עֲצֻמוֹת Corroborationes, confirmationes. Hoc nomine Hebræi uocant argumenta ſeu confirmationes, quæ in foro iudiciali adducuntur pro confirmatione cauſæ. Ieſa. 41. Afferte cauſam ueſtram ait Iehoua, adducite confirmationes ueſtras.

תַּעֲצֻמוֹת Robora. Pſal. 68. Iehoua dat potentiam & robora populo.

1159

עָצַר Generali ſignificatione congruit cum uerbis רָצַע & זָרַע רָצַץ עָרַץ עָצַם: ſignificat enim etiam præualere, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſeſe differant. 2. Paralip. 13. Et non prȩualuit uirtute amplius in diebus Abiahu. 1. Samuel. 9. Hic prȩualebit in populo meo. Iob 12. Ecce præualebit in aquis, & areſcẽt. 2. Paralip. 14. Non præualebit contra te ullus homo. & cap. 22. Et non erat domui Azariahu, qui præualeret uirtute pro regno. 2. Paralip. 2. Quis præualebit potentia ædificare ei domum. 2. Paralipom. 29. Quis ſum ego, & quis eſt populus meus, quòd præualeſcemus potentia donare liberè, ut eſt iſtud. 2. Paral. 21. Et fractæ ſunt naues, & non præualuerunt ire in Tharſis. Dan. 10. Et non præualui uirtute. & cap. 11. Et non præualebit uirtute brachij. Eſt autem obſeruandus modus ſignificandi huius uerbi: Nam utplurimùm talem præualeſcẽtiam ſignificat, qua aliquid ſiue retinetur, ſiue concluditur, ſiue cohibetur, & cohercetur, ſiue impeditur: hinc illis uerbis communiter ab Interprẽtibus transfertur: quod ideo admonere uolui, ut principalis ac genuina eius ſignificatio ſemper prȩluceat, & uerbis illis non obſcuretur, aut omnino amittatur. Gen. 16. Ecce nunc prȩualuit me Iehoua ne gignã, id eſt, præualidè concluſit me Iehoua. Item cap. 20. Præualeſcendo præualuit Iehoua pro omni matrice domus Abimelech, id eſt, ualdè concluſit. Ieſa. 66. An qui gignere facio, ego præualeſcerer. Deuter. 11. Et exardeſcet ira Iehoua in uos & ualde concludet cœlum, & non erit pluuia. 2. Paral. 7. Ecce ualde concludam cœlum, & non erit pluuia. Iud. 13. Præualebimus nunc & faciemus coram te hœdum caprarum. Et mox iterum: Si præualueritis me, non comedam. 1. Reg. 18. Deſcende, ne prȩualeat te pluuia. 2. Reg. 4. Age & uade, ne prȩualeas mihi uehendo, id eſt, ne ſis mihi in mora. 2. Reg. 17. Et prȩualuit eum rex Aſſur, & uinciuit eum in carcere. Iob 11. Et præualere ſe in dictis quis poterit, id eſt, cohibere ſe.

Participium præteritum עָצוּר, ualde concluſus, præualidatus. 1. Paral. 12. Valde concluſum à facie Saulis. Nehemiæ 6. Et ipſe erat concluſus. Ierem. 20. Sicut ignis ardens concluſus in oſſibus meis. Ieremiæ 33. Cùm ipſe adhuc concluſus in atrio cuſtodiæ. & cap. 36. Ego ſum concluſus, non poſſum uenire ad domum Iehoua. 1. Regum 14. Et excindam de Ierabeam mingentem ad parietem concluſum & relictum in Iſrael. Dicitur collectiuè de illis qui tempore belli domi cõcluduntur, ut

ſunt uxores, liberi, & cæteri, quorum ratio & cura habetur: ſicut per עָזוּב intelligũtur neglecti, qui non concluduntur. 1. Reg. 21. Quod neq; concluſus, neq; derelictus, nec eſſet adiutor Iſraeli. Iſta duo etiam de rebus dicuntur. Deut. 32. Cùm uiderit, quòd diſceſſit potentia, concluſum & derelictum, id eſt, precioſum & uile, cuſtoditum & neglectum. Et in genere fœminino עֲצוּרָה. 1. Samu. 21. Equidem mulier concluſa nobis tam heri, quàm nudiuſtertius.

In uoce paſſiua נֶעְצַר. Num. 17. Et ſtetit inter mortuos & uiuos, & ualidè cõcluſa eſt plaga. 1. Reg. 8. Cùm ualidè concluſum fuerit cœlum.

Participium נֶעְצָר. 1. Samuelis 21. Erat ibi uir de ſeruis Saul, in die illa concluſus in conſpectu Iehoua.

INDE NOMINA:

עֶצֶר Præualeſcentia, prędominatio, ſcilicet talis, quæ eſt cõcluſa certis legum uinculis, ein geſaſſets regiment. Iudic. 18. Poſſidens præualeſcentiam, id eſt, prouinciam.

עֹצֶר Præualeſcẽtia, prædominatio. Pſal. 107. Et diminuti ſunt, & oppreſſi à præualeſcentia, malo & labore. Ieſaiæ 53. A præualeſcentia & iudicio aſſumptus eſt. Prouer. 30. Infernus & præualeſcentia matricis, id eſt, præualida cohibitio.

מַעְצָר Præualeſcentia, id eſt, cohibitio pręualida. Prouer. 25. Ciuitas diruta ſine muro, uir cui non eſt præualeſcentia ſpiritui ſuo.

מַעְצוֹר Præualeſcentia. 1. Sam. 14. Quia non eſt ipſi Iehoua præualeſcentia ſaluare in multo, uel in pauco, id eſt, negocioſum, difficile.

עֲצָרָה Præualeſcentia, præualida cohibitio, coactio, retentio, cœtus coactus. 2. Regum 10. Sanctificate coactionem ipſi Baal, & uocauerunt. Ioelis 1. Sanctificate ieiunium, uocate cœtum. Ieſaiæ 1. Non feram petulantiam, & præualeſcentiam, id eſt, tyrannidem.

עֲצֶרֶת Præualeſcentia, ſcilicet hominũ, id eſt, ſynodus, ſynagoga, coactio præualida, cœtus. Ieremię 9. Quoniam uniuerſi illi adulteri ſunt, cõciliabulum præuaricatorum.

Deinde illa quoq; hominum frequentia hoc nomine dicebatur, quæ in ſolennitate paſchatis die ſeptima concludebatur. Deu. 16. Sex diebus comedes azyma, & in die ſeptima ſynagoga Iehoua deo tuo. Vel in feſto tabernaculorũ die octaua. Leuit. 23. Septem diebus offeretis ignitam ipſi Iehoua, in die octauo ſynagoga ſanctitatis erit uobis, & offeretis ignitam ipſi Iehoua, quia ſynagoga eſt. Num. 29. In die ſynagoga erit uobis, omne opus ſeruitutis non facietis. 2. Paral. 7. Et fecit in die octaua coactionem, &c. Et pluraliter in ſtatu regiminis & affixorum עַצְרוֹת.
1160 Amos 5. Nec olfaciam in ſynagogis ueſtris.

עָקַב Conculcauit, peſſundedit, ſupplantauit: & congruit ſignificatione cum uerbis טָבַע & בָּעַט, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Oſeæ 12. In utero ſupplantauit. Geneſ. 27. Verè uocatum eſt nomen eius יַעֲקֹב Iacob: nam ſupplantauit me ille duabus uicibus. Ieremiæ 9. Nam omnis frater ſupplantando ſupplantat.

Participium præſens, ſeu nomen participiale עֹקֵב, cuius plurale cum affixo legitur. Pſal. 49. Iniquitas ſupplantantium me circumdedit me.

In ſecunda coniugatione עִקֵּב. Iob 37. Poſt ipſum rugiet uox, tonabit in uoce ſuperbiæ ſuę, & nemo conculcabit ea, quando audietur uox ipſius.

INDE NOMINA:

עָקֵב Calx, calcaneus, planta, ſcilicet pedis, ueſtigiũ. Gen. 3. Sed tu conculcabis illi calcaneũ. & cap. 49. Et ipſe imprimet calcaneũ. Iob 18. Apprehendet calcaneũ laqueus. Pſal. 41. Comedens panẽ meum magnificauit ſuper me calcaneũ. Et quia calcaneus ſeu planta poſtremum eſt in animãte, tranſſumitur pro fine ſeu extremitate, ut infrà quoq; dicetur in עֵקֶב: & cõſtructum cum uerbo aduerbiaſcit. Gen. 49. Et ipſe excurret finaliter, ſeu retrorſum. Et in ſtatu regiminis עֲקֵב. Ge. 25. Et manus eius apprehẽdebat in planta Eſau, & uocauit nomen eius Iacob. Et pluraliter in ſtatu regiminis עִקְּבֵי. Gen. 49. Qui mordet calces equi. Iud. 5. Tunc ſonuerunt calces equi. Cant. 1. Egredere tibi in calcaneis ouium, & paſce hœdos tuos, id eſt ueſti

giјs. Legitur tamen etiã in forma fœminea עִקְּבוֹת. Pſal. 78. Et calcanei tui nõ ſunt cognitі. Pſal. 89. Quo conuiciati ſunt calcaneos uncti tui.

עָקֵב Calx, calcaneus, planta, ueſtigium. Et quia, ut ſuprà in עָקַב dixi, planta eſt finis ſeu extremitas animalis, aliquando pro fine laboris tranſſumitur, id eſt pro mercede, fructu, compenſatione, non aliter atque apud Græcos τέλος, finis pro fructu ſeu emolumento, quod ex re quacunque capitur, uſurpatur. Pſalm. 19. In cuſtodiendo merces multa. Et ſic cum uerbo conſtructum, tranſit in naturam aduerbij. Pſal. 119. Inſtitue me Iehoua uiam ſtatutorum tuorum, & ſeruabo ea finaliter. Et ibidem iterum: Inclinaui cor meum facere ſtatuta tua in ſeculum finaliter. Et cum affixo עֲקֵבוֹ. Ioſue 8. Et poſuerunt populum, omnia caſtra, quæ ab Aquilone, ciuitati, & fine eius ab Occidente ciuitati. Eſt & hoc obſeruandum, quòd hæc uox עֵקֶב ſæpenumerò præpoſitionis officium ſubit, pro, propter, propterea, propterea ꝙ, eò quòd, ſi: quia huiuſmodi particulę important cauſam finalem alicuius actionis. Prouerb. 22. Propter humilitatem, timor Iehoua diuitiæ, & gloria, & uita multa. Ieſaiæ 5. Iuſtificantes improbum propter munus. Numeri 14. Et ſeruus meus Caleb, propterea quòd ſpiritus alius cum ipſo. Deuteron. 7. Propterea quòd cuſtodieritis iudicia iſta, & cuſtodieritis ea, ſeruabit quoque Iehoua deus tuus tibi pactum, &c. Et cap. 20. Propterea quòd non audieritis in uoce Iehoua dei ueſtri. Licet non rarò in talibus phraſibus accipiat tam à fronte, quàm à tergo quaſdam particulas encliticas:

עַל עֵקֶב Propter. Pſal. 40. Deſolabuntur propter confuſionem ſuam. Pſalm. 70. Auertantur propter confuſionem ſuam.

עֵקֶב אֲשֶׁר Propterea quòd. Gen. 22. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, propterea quòd audiuiſti in uoce mea. & cap. 26. Propterea quòd audiuit Abraham in uoce mea. 2. Sam. 12. Propterea quòd fecit rem iſtam.

עֵקֶב כִּי Propterea quòd. 2. Samuel. 12. Propterea quòd deſpexiſti me. Amos 4. Propterea quòd hoc faciam tibi, ſis paratus in occurſum dei tui Iſrael. Et pluraliter in ſtatu regiminis עִקְּבֵי. Ieremiæ 13. Iniuria affecti ſunt calcanei tui. Pſalmo 49. Prauitas calcaneorum meorum.

עָקֹב Calcatu aſperum, indomitum. Ieſaiæ 40. Et erit ipſa aſperitas in planiciem. Iere. 17. Aſperitas cordis ſupra omnia, & deſperatio, quis cognouit illud. Et in genere fœminino adiectiuè עֲקֻבָּה. Oſeæ 6. Gilead ciuitas operantium iniquitatem, conculcata à ſanguine, id eſt oppreſſa.

עָקְבָה Supplantatio. 2. Reg. 10. Et Iehu fecit in ſupplantationẽ, ut tolleret miniſtros Baal, id eſt, tranſplantatoriè.

עַקְרָב Nomẽ inſerta litera reſch, ſcorpio, ſic dictus quòd calcatus pungat, ac feriat. Deu. 8. Serpens urens & ſcorpio. Et pluraliter עַקְרַבִּים, ſignificat genus ſpinæ acerrimum, referens aculeos ſcorpionum. 1. Reg. 12. Pater meus caſtigauit uos flagellis, ego uerò caſtigabo uos ſcorpionibus. Ezech. 2. Quoniam ſpinæ tecum ſunt & ad ſcorpiones habitas. Inde nomen loci, à ſpinis, qui fuit terminus terræ Canaan à Meridie uerſus Orientem. Num. 34. Ad aſcenſum Akrabbim.

1161 עָקַד Ligauit, circumligauit, uinciuit, circumuinciuit. Geneſ. 22. Et ligauit Iſacum filium ſuum. Et ſignificatione congruit cum uerbo ענד, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient.

INDE NOMINA:

עֲקֻדִּים Nomen participiale Geneſ. 30. Et genuerunt oues circumligatas, ſcilicet in circulum, geringelte ſchåff.

עֵקֶד Ligatura. Gen. 30. Et poſuit ouium facies ad ligaturas.

עֵקֶד Cum quinque punctis, uel cum ſex עֵקֶד, ligatio. 2. Regum 10. Ipſa domus ligationis paſtorum in uia. Et mox iterum: Ad puteũ domus ligationis, ubi ſcilicet oues tondendæ ligantur.

עקה Vnde מַעֲקֶה, peribolum. Vide in עוק.

עָקַל Obliquauit,curuauit,tortuoſum fuit. Et differt modo tantùm ſignificandi à uerbo קָלַע. Et legitur uerbaliter tantùm participium præteriti temporis מְעֻקָּל. Habakuk 1. Improbus circũuenit iuſtum,propterea egreditur iudicium obliquum.

INDE NOMINA:

עֲקַלָּתוֹן Nomen adiectiuum, maſculini generis, quod tribuitur ſerpenti, quando in gyros torquetur: ideo tortuoſum uerterunt. Ieſaiæ 27. Et ſuper draconem, ſerpentem tortuoſum.

עֲקַלְקַלּוֹת Tortuoſitates, obliquitates, curuitates. Iudic. 5. Qui ambulant ſemitas, ambulant ſemitas obliquitates. Pſal. 105. Qui declinant ad obliquitates ſuas, abiget eos Iehoua cum operatoribus ex concupiſcentia.

1163 עָקַר Eradicauit,extirpauit,euulſit,eneruauit. Et ut uoce,ita ſignificatione congruit cum uerbo עָבַר, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differant. Eccl. 3. Eſt tempus plantandi,& eſt tempus euellendi,quod plantatum eſt.

In uoce paſſiua תֵּעָקֵר. Zophon. 2. Et Ekron eradicabitur. ubi Propheta eleganti paronomaſia uſus eſt.

In ſecunda coniugatione עִקֵּר. Ioſue 10. Equos eorum eneruauit, id eſt neruos pedum abſcidit. Geneſ. 49. Et in uoluntate ſua eneruauerunt bouem, id eſt patrem & filium, adeoq; totam ſtirpem. 1. Paralip. 18. Et eneruauit Dauid omnem currum, id eſt fecit inutilem ad bellum.

INDE NOMINA:

עָקָר Sterilis, cui euulſa eſt radix, id eſt, uis & uirtus generandi. Deu. 7. Non erit in te ſterilis. Et in genere fœminino עֲקָרָה. Gen. 11. Et erat Sarai ſterilis, nõ erat ei natus. Iud. 13. Et uxor eius erat ſterilis, & nõ pepererat. Et in ſtatu regiminis עֲקֶרֶת. Pſal. 113. Qui habitare facit ſterilem domus, matrem filiorum lætam.

עֵקֶר Contraria ſignificatione ſignificat radicem, ſtirpem. Leuitic. 25. Vel ſtirpi de familia peregrini.

עִקָּר Radix, ſtirps, fundamentum: hoc nomine Grammatici Hebræorũ uocant ſua themata ſeu primogenia.

1164 עָקַשׁ Peruertit: congruitq; ſignificatione cum uerbis עָשַׁק & עָשַׂק, niſi quòd ut literarum poſitu, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differant. Ieſa. 59. Semitas ſuas peruerterunt. Mich. 3. Quicquid rectum eſt, peruerterunt. Prouer. 10. Qui ambulat in ſimplicitate, tutò ambulat: qui autem peruertit uias ſuas, notus erit.

In tertia cõiugatione הֶעְקִישׁ. Iob 9. Si ſimplex ſum, tamen ipſe peruerſum faciet me, id eſt, aget me reum peruerſitatis.

INDE NOMINA:

עִקֵּשׁ Peruerſus, uerſutus, fallax, falſus, qui ſimulat & diſſimulat, & ſpecie recti & ueritatis fallit. Deu. 32. Generatio peruerſa. Quod Matth. interpres ca. 16. uertit ἄπιστος, id eſt infidelis, incredula, quæ ſcilicet deflexit à fide, & ſpecie ſanctitatis fallit. Et Paulus Apoſtolus Philip. 2. nomine σκολιά reddidit, quod non ſimpliciter malum ſignificat, ſed tortuoſum: & contrariũ facit nomini ἀκέραιος ſinceri, ſine fuco. Et 2. Sam. 22. opponitur nominibus תָּמִים & נָבָר. Item Pſal. 101. Cor peruerſum nõ habet apud me locum. Prouerb. 8. In iuſtitia ſunt omnes ſermones oris mei, nec eſt in eis quicquam peruerſum. Prouerb. 28. Melior eſt pauper in integritate ſua, quàm peruerſus uiarum, qui eſt diues. Et pluraliter עִקְּשִׁים. Prouerb. 2. Quorum ſemitæ ſunt peruerſæ. Et in ſtatu regiminis עִקְּשֵׁי. Prouerb. 11. Abominatio ipſi Iehoua ſunt peruerſi corde, ſed beneplacitum uoluntatis ſuæ integri in uia.

נֶעְקַשׁ Nomen participiale, peruerſus, uerſutus. Prouerbiorum 28. Ambulans ſimpliciter euadet, ſed peruerſus uiarum incidet in alterutram. ubi nomen ſibi adiunctum dualis numeri explicat quoque eius ſignificationem, nempe quòd talem hominem ſignificet, qui decipiendi gratia, dilemma ſeu quæſtionem ancipitem captioſè proponit, ſicut Phariſæi Matth. 22. Chriſto proponebant: Num liceret cenſum dare Cæſari, an non?

Peruer-

עִקְּשׁוּת Peruerſitas, uerſutia. Prouerb. 4. Remoue abs te uerſutiam oris. Matthæus uertit cap. 22. πονηρίαν, uerſutiam: Cognita autem Ieſus uerſutia. Marcus ὑπόκρισιν, Ille uerò ſciens illorum ſimulationem. Et Lucas cap. 20. πανουργίαν, Intellecta autem illorum uerſutia, dixit ad eos, quid tentatis me, &c. Sic etiam Paulus Eph. 4. uertit: Vt non amplius ſimus pueri, qui fluctuemus, & circumferamur quouis uento doctrinæ ἐν πανουργίᾳ, per aſtutiam, qua nos adoriuntur, ut imponant nobis, ſed ueritatem ſectantes, &c.

מַעֲקַשִּׁים Iuxta formam מַעֲמַקִּים, peruerſa. Ieſaiæ 42. Ponam tenebras coram eis in lucem, &
1163 obliqua in planum.

עַרְעַר Demolitus eſt: & ſignificationem contrariam habet uerbo עוּר, quod ut excitare ædificia & muros ſignificat, ita hoc geminatum ſignificat, quæ ſunt excitata, & extructa ædificia demoliri & ſolo æquare. Legitur autem in quarta coniugatione הִתְעַרְעֵר. Iere. 51. Murus Babylonis latæ demoliendo demolietur.

INDE NOMINA:

עַרְעָר Herba abiecta in locis ſterilibus & deſertis naſcens, quam Myricā uocāt, heiden. Et ut Strabo ex Eratoſthene refert, poſt Syros & Iudæos homines agricolatores regio eſt arenoſa & ſterilis, quæ palmas habet non multas, & acanthos & myricā, eamq́ Arabes Schænetæ Camelorum paſtores habitant. Iere. 17. Et erit quaſi myrica in campeſtri. & cap. 48. Sed eritis quaſi myrica in deſerto. Pſal. 102. Reſpexit ad orationem myricæ. Vocat Eccleſiam Myricam propter ſolitudinem.

עֲרִירִי Hoc nomine uocatur, qui conditione ſimilis eſt myricæ, id eſt ſterili & infœcūdo, orbo & ſolitario. Geneſis 15. Suſtentator Iehoua, quid dabis mihi, cùm ego abeam ſterilis. Et adiectiuè. Iere. 22. Scribite uirum iſtum ſterilem, uirum qui non proſperabitur in diebus ſuis. Et pluraliter עֲרִירִים. Leuitic. 20. Erratum ſuum portabunt, ſteriles morientur.

עֲרוֹעֵר Nomen ciuitatis Moabitarum, cuius ſæpè fit mentio in Moſe, & Ioſua. Inſuper
1164 fuit etiam cognominis in agro Damaſceno, de qua Ieſaias cap. 17.

עָרַב Generaliter ſignificat cōmiſceri, conuenire, cōgruere inter perſonas uel res: habetq́ duos modos ſignificandi: Primo, quando refertur ad pacta, contractus, cōmercia, & cōuentiones, quæ uel data uel accepta fide ſiue pignore ſiue cautione tranſiguntur. Sic Chaldæi cōmuniter etiam hoc uerbo & in hoc ſignificandi modo utuntur. Et plerūq́ regit poſt ſe accuſatiuū. Gen. 44. Quoniam ſeruus tuus in fidem recepit puerū, ſi non reduxero eum ad te: erraui contra patrem meū cunctis diebus. Iere. 30. Qui obligat cor ſuū ut accedat ad me. Ezech. 27. Et nautæ eorum fuerunt apud te ad cōmutandum cōmercia. Pſal. 119. Recipe in fidem ſeruum tuum pro bonitate, ne calumnientur me ſuperbi. Prou. 7. & cap. 20. Tolle ueſtimentum eius, cautione liberat alium. Gen. 43. Et recipiam in fidem meā, de manu mea requiras illum. Iob 17. Pone nunc, oppignora me apud te: uel ut ſit infinitiuus, Pone nunc oppignorare meū apud te, id eſt pignus meū: uel, ut ſim pignus apud te. Ieſaiæ 39. Calumnia intentata eſt mihi, recipe me in fidem tuam, id eſt tutelam.

Secundo, quādo autem uſurpatur extra pacta ſeu cōtractus, tum ſignificat aliquid cōuenire corpori, uel animo, ut ſunt mixta & tēperata, quę uel animū uel ſenſus corporis, uiſum, auditum, guſtum, tactum, olfactum ſibi quodammodo deuinciunt, obligantq́, atq́ illis accepta, grata, & iucūda ſunt. Iere. 6. Sacrificia ueſtra nō fuerunt mihi ſuauia. & cap. 31. Et ſomnus meus fuit mihi ſuauis. Mich. 3. Et ſuauis erit Iehoua oblatio Iehudę. Prou. 3. Cubabis & dulcis erit ſomnus tuus. & cap. 13. Deſiderium nactum, ſuaue erit animæ. Pſal. 104. Suauis ſit ſuper illo ſermo meus. Ezech. 16. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos ſuper quibus ſuauis fuiſti.

Participium præſens in primo modo ſignificandi עֹרְבִים. Nehem. 5. Domos noſtras oppignoramus, ut accipiamus frumentum in fame. Prou. 22. Ne ſis cum ſtipulantibus manu, neq́ cum oppignorantibus. Et in ſtatu regiminis עֹרְבֵי. Ezech. 27. Commiſcentes commercia tua.

In quarta cōiugatione הִתְעָרֵב, & conſtruitur interdū cū præpoſitione אֶת, id eſt,

cum

cum.2.Reg.18.& Ieſ.37.Et nũc ſponde cũ Suſtentatore meo rege Aſſur. Interdũ cum עִם. Prou.24.Et cũ delatoribus ne admiſceas te. Vel cũ lamed. Prou. 20.Et blandiẽti labijs ſuis ne admiſceat ſe alius. Vel cũ præpoſitione beth. Eſdræ 9.Et admiſcuerunt ſe ſemẽ ſanctitatis cũ populis regionũ.Pſa.106.Et cõmiſcuerũt ſe cũ gentibus,& didicerũt ſtatuta earũ.Prou.14.Et in lætitia eius ne admiſceat ſe alius.

INDE NOMINA:

עֶרֶב Cum ſex pũctis,id eſt ueſpera,id uidelicet tẽpus,quo dies tenebris cõmiſcetur, & certũ iudiciũ de rebus aufert,ne poſſint figuræ rerũ diſcerni, ſed omnia ſint cõfuſa. Et ut ſe בֹּקֶר habet ad יוֹם diem,ita עֶרֶב ſe habet ad לַיְלָה noctem. Gen.1. Et fuit ueſpera & fuit mane dies unus.& cap. 24.Et camelos accũbere fecit extra ciuitatẽ ad fontem aquarũ,ſub tempus ueſperę.Pſal.55. Veſperè,& manè,& meridie meditabar.Habakuk 1.Acriores ſunt ꝙ lupi ueſperę. Zopho.3. Iudices eius lupi ueſperæ. Solent enim lupi eo tẽpore excurrere ad prædã, & poſt diei inediã magis famelici & auidi prędæ. Etſi ſciã quoſdã pro deſerto interpretari, tamẽ in hac forma pro deſerto nuſpiã legitur,& patrocinatur ſententiæ meæ locus Gen.49. Beniamin ut lupus laniabit,& manè comedet prędã,& ad ueſperã diuidet ſpoliũ.Similiter Pſal. 104.Ponis tenebras & fit nox,in ea prorepũt oẽs beſtiæ ſyluę, leones rugientes ad prędã,ut quęrãt à Deo eſcã ſuã.Orit̃ ſol & recolligunt̃, & ad luſtra ſua ſe recipientes recumbant.Egreditur homo ad opus ſuũ, & ad laborẽ ſuũ uſq; ad ueſperã, &c.

In diſtinctione ſententię mutat primam uocem in cametz עָרֶב. Iob 7.Et menſurat ueſperam. Et dualiter עַרְבָּיִם,duæ ueſperæ,à duobus terminis ueſperæ,termino à quo & terminũ ad quẽ:una eſt quãdo declinauit ſol ad occaſum,altera quando iam occidit,necdũ tamẽ tenebrę obductę ſunt. Exo.16.Intra ueſperas comedetis carnes,& manè ſaturabimini panibus.Exod.23.Vnũ agnũ facies manè, & alterum agnum inter ueſperas,id eſt,quando deſijt eſſe dies, & tamẽ nondum eſt nox.

INDE VERBVM,

עָרַב Quod dicit̃ de tempore illo, quo dies tenebris cõmiſcetur, & commodè uertere licebit uerbo adueſperaſcere.Iud.19.Ecce nũc laxatur dies ad ueſperaſcendũ.Ieſ.24. Adueſperatũ eſt omne gaudiũ,id eſt,ad finẽ uſq; deductum,quo ceſſare ſolet.

In tertia coniugatione הַעֲרֵב.1.Sam.17.Et accedebat Philiſtæus manicando, & adueſperaſcendo.

עֵרֶב Cum quinq; punctis,nomen collectiuũ,idq; primùm Hebręis ſignificat,quod Latinis ſubtegmen,ſeu trama,à commiſcendo: fila enim ſic dicuntur, quæ ſtamini ex tranſuerſo intexuntur,quaſi dicas admixtio,ſeu commixtura.Leuit.13. Siue in ſtamine,ſiue in tramite ſeu ſubtegmine lini,uel lanę. Secundò ſignificat uulgus promiſcuum,turbam promiſcuam, ſeu multitudinẽ uariam, quæ alijs admixta eſt, quaſi dicas uaria mixtura.Exo. 12. Sed & promiſcuum uulgus plurimum aſcendit cũ eis,id eſt illa multitudo quæ ex Ægyptijs populo Iſraelitico ſe admiſcuit. Chaldæus reddidit עֵרְבְרְבִין. Nehe.3.In illo die prælectũ eſt in libro Moſi audiente populo,& inuentũ eſt in eo ſcriptum, quòd Ammonites & Moabites nõ ingrederetur in Eccleſiam Dei, uſq; in ſeculum, eò ꝙ non uenerunt obuiàm filijs Iſrael cum pane & aqua, & factũ eſt, cũ ipſi audiſſent legẽ, ſeparauerũt omnẽ mixturã ab Iſrael, id eſt,quę ſe ex alijs populis Iſraeli adiunxerãt: & uocat tales mulieres alienigenas hac tanquã contempta appellatione.1. Reg.10. Excepto eo quòd uiri mercatores & negociatores,& aromatarij,& omnes reges mixturæ, & principes terræ portabant.quod tamen utrinq; ſægol habet. Et 2.Paral. 9. ubi eadem hiſtoria retexitur, ſcriptũ eſt מַלְכֵי עֲרָב, reges Arabiæ:ſignificãs reges mixturæ eſſe reges Arabũ non perinde celebriũ,ut ſunt multi Arabũ populi hinc inde alijs populis admixti,quales ſunt Arabes intra Nilum & Mare rubrũ,Schenobitæ,Troglodite & alij.Ezec. 30.Æthiopia,Phul,Lydia,omniſq; mixtura,id eſt, quicquid aliarum quoq; eſt nationum,quæ ſunt coniunctę illis tribus tanquàm celebrioribus populis.

עָרֹב Nomẽ collectiuũ:& ut עֵרֶב de mixtura populorũ,ſeu de turba populorũ dicit̃,quę alijs tanq; principalioribus. admixta eſt, ita hoc de cõmixtione dicit̃ diuerſi generis

inſe-

inſectorum,ut ſunt muſcæ, ueſpæ,crabrones, fuci, locuſtæ,cicadæ,ſcarabei,& alia plura quę cū hominibus tum animantibus moleſta & infeſta ſunt. Exo.8. Mittā in te & in ſeruos tuos mixturā,id eſt turbā ſeu examē inſectorū. Chaldæus trāſtulit עָרוֹבָא. Græcus textus habet corruptè κυνομυίαν,hoc eſt muſcam caninam:nam Septuaginta teſtimonio,etiam Hieronymi uerterūt κοινομυίαν, id eſt, cōmunē ſeu generalem muſcam.Pſal.78. Miſit in eos mixturam,id eſt diuerſi generis inſecta.

עֹרֵב Chaldaicè עוֹרְבָא, Coruus : quia mixtum habet colorem inter lucidum & nigrum, ſeu quòd colore referat obſcuritatē ueſperę,uel quòd ueſperè euolet,ſicut ueſpertiliones & noctuę.Gen.8.Et emiſit coruum.Leui.11. Et omnem coruum in ſpecie ſua.quo nomine generali etiam pici, picæ,monedulę, & alię id genus aues comprehenduntur.Iob 38.Quis parat coruo cibum ſuum . Pſal. 147. Qui dat iumentis cibum ſuum,filijs corui,qui inuocant.Cant.5.Cincinni eius nigri uelut corui.Ieſa. 34.Poſſidebunt eam ulula & coruus. Et pluraliter עֹרְבִים . 1.Reg.17.Ego præcepi coruis,ut ibi te paſcant. In ſtatu regiminis עֹרְבֵי. Prouer. 30. Oculum eius qui ſubſannat patri,& contemnit doctrinam matris ſuæ,effodient corui torrentis.

מַעֲרָב Cœli regio,quæ ad ueſperam ſpectat,ubi dies cum nocte commiſcetur,quæq; ſole oriente obſcurior eſt,& tardiùs illuſtratur. Dan.8. Ecce hircus caprarum ueniebat à ueſpera. Porrò ut mem notat motum à loco,ita lamed pręposita notat motum ad locum.1.Paral.7.Et ad Orientē Naaron,& ad ueſperā Gezer. Interdum tamen aſſumit in fine he locale.1. Paral.26. Vltra Iordanē uerſus Veſperam. Eſt tamen etiam nota fœminini generis , præcipuè ſi à fronte habet præpoſitionem mem de loco.Ieſaiæ 45. Vt ſciant ab Ortu ſolis,& ab Occidente.

עָרֵב Nomen concretum ſiue abſtractum,conueniens,cōgruus,acceptus,gratus,commodus,ſuauis:uel,conuenientia,congruentia,ſuauitas.Prouer.20.Gratus eſt uiro panis mendacij.Cantic.2.Quoniam uox tua ſuauis.

עֲרָבָה Quātum ex ſcripturæ locis habetur,talem locum,ſeu terrę partem ſignificat, quæ neq; montoſa eſt , neq; decliuis,ſed plana: ideo Chaldæi ubiq; tranſtulerūt מֵישְׁרָא, id eſt planicies,ſeu ut etiā transferri ſolet,locus ſiue terra campeſtris. Et quāquàm alij pro loco ſterili & deſerto,alij pro Arabia accipiant,& à ſterilitate nomē habere exiſtimēt,tamen arbitror à mixtura dici, id eſt mixto ſapore pabuli, quod in eo creſcit,& iumentis cōueniens eſt & gratum,quę acidis delectātur:ſunt enim eiuſmodi campeſtria non melliflua,ſicut ſunt ualles,uel colles:nec planè ſterilia,qualia ſunt loca aſpera,& deſerta,ſed ubi μίγμα creſcit,id quod Ieſaias בְּלִיל חָמִיץ migma acetoſum uocat cap.30.ubi ſic legitur:Boues & pulli qui colunt terram,pabulum acetoſum comedēt,&c.quaſi data opera Propheta deſcribere uoluerit pabulum eiuſmodi iumentis conueniens & gratum. Deut.1.In campeſtri è regione maris rubri.Et mox iterū:In campeſtri,in monte,& in cōualle.Ioſue 3.Et deſcēdentes ad mare campeſtris,mare,ſcilicet ſalis. & cap.11. Qui erāt ad Aquilonē in monte, & in campeſtri contra Meridiē Cimeroth,& in conualle.Ieſa.40.Facite rectam in campeſtri ſemitā deo noſtro:Omnis uallis eleuabitur, & omnis mons & collis humiliabitur.Iob 39. Qui poſui campeſtre domum eius, manſiones eius ſalſuginem.

Et cum he locali הָעֲרָבָתָה. Ioſue 18. Et deſcendit in campeſtre. Et pluraliter in ſtatu abſoluto עֲרָבוֹת.Iere.5.Lupus campeſtrium uaſtauit eos. Alij Arabiæ. Et in hac ſignificatione accipiunt cōplurimi uocem hanc עֲרָבוֹת. Pſal.68. Et dicūt cœlos cœlorū,hoc eſt extimū cœlum , ſeu uehiculū diuinæ maieſtatis ſignificare , eò quòd ſtellis deſertū & uacuum ſit,& adducūt pro ſe,quòd ideo utatur uerbo סֹלּוּ, id eſt ſternite,quo alioqui non fuiſſet uſus,ſi nō in deſertis & uaſtis ueheret. Sed de hoc etiam meam ſubiungam ſententiam,hanc uidelicet:quòd ut Salomo 1.Regum 8. שָׁמַיִם, & Dauid Pſalm.150. רָקִיעַ translatione facta uocant locum in templo Hieroſolymitano, quo ſe Deus uerbo ſuo alligauerat, & in illo cœlo ac firmamento populus iubebatur quærere de Dei uoluntate, ipſum colere , inuocare & celebrare,ita quoque in hoc Pſalmo quadam translatione uſum eſſe,atq; עֲרָבוֹת in quibus uehitur Chriſtus, dici & eſſe eius eccleſiam, in qua uehitur , & quidē in

com-

cōmixtionibus, nō ut in mōte Sinai cū populo Iſraelitico legē ferret, ubi in nube
graui & igni deſcēdebat, & in cœlo audiebant tonitrua, fulgura coruſcabāt, terra
tremebat, fumabat mōs, perſtrepebat ſonus tubæ, adeoq; turbulenter ſeſe manife-
ſtabat, ut ferè totus populus exanimaret. Neq; etiā uehi nunc ut uehet olim in ma
gno illo & tremendo die iudicij in cōſummatione ſeculi, quādo in igne ueniet, &
quaſi turbo quadrigæ eius, ut reddat in furore iram ſuam, & increpationem ſuam
in flammis ignis, iudicaturus in gladio omnem terram, &c. ſecundū Ieſaiæ uatici-
nium, & Petrum Apoſtolum 2. Epiſt. 3. Sed in cœlo mixto, in mixturis, id eſt cœlo
albo & cæſio colore diſtincto, in cæſio albis, quod eſt cœlum gratiæ, non tempe-
ſtuoſum aut horribile uel frigore aut nimio æſtu, ſed cōgruente, tēperato, & grato
nobis moderās cuncta uerbo potentiæ ſuæ. Et ut Ieſaias cap. 42. uaticinatur: Ecce
ſeruus meus cui innitor, electus meus in quo complacentiā habet anima mea, ſu-
per quo dedi ſpiritum meum, & ipſe iudiciū gentibus proferet, non clamabit, nec
leuabit uocē, nec faciet ſonare in platea uocem ſuam, arundinem fractam non cō-
minuet, nec linum fumigans extinguet, &c. Hæc uera eſt haud dubiè uocis huius
ערבות ſignificatio, atque eius Prophetæ uera & ſimplex interpreratio, quam ideo
fuſiùs attexere uolui, ne quis aliorum imaginatione extra cœlum & terram eue-
ctus, alibi Chriſtum & regnum eius, de quo Pſalmus hic agit, ſtatuat, quàm in
cœlo & firmamento Eccleſiæ ſuæ hîc in terra conſtitutæ, ſimulatq; ſcripturā tene-
bris obducat, & philoſophicis ac friuolis imaginationibus fanaticorū hominum
obſcuret. Porrò in ſtatu regiminis עַרְבֹת. Deuter. 34. Et fleuerunt filij Iſrael in
campeſtribus Moab. Et ſcribitur per metatheſin literarum עַבְרוֹת. 2. Sam. 15. Vi-
dete, ego moram faciam in campeſtribus deſerti. quia mox ſequitur de eodē loco
2. Samuelis 17. Ne moreris hac nocte בְּעַרְבוֹת in campeſtribus deſerti, ne fortè ob-
ruatur rex.

עֲרָבִים Nomē pluralis numeri tantùm, ſalices. Dicūtur autem hoc nomine, quòd in cam-
peſtribus creſcant, & à ſaporis ſtipticitate. Pſal. 137. Super ſalices in medio eius ſu-
ſpendimus citharas noſtras. Ieſaiæ 15. Ad torrētem ſalicū portauerunt eas. & cap.
44. Quaſi ſalices iuxta ductus aquarum. In ſtatu regiminis עַרְבֵי. Leuit. 23. Et ſa
lices torrentis. Iob 40. Operient ipſum ſalices torrentis.

עֲרָב Arabia, ſcilicet illa, quæ à noſtris deſerta dicitur. 2. Paralip. 9. Et omnes reges Ara-
biæ portabant. pro quo tamen 1. Reg. 10. ſcribitur עֶרֶב: Reges mixturæ. Ieſaiæ 21.
Onus in Arabia. Et inde nomen gentile עַרְבִי, Arabs. Ieſ. 13. Et non figet ibi ten
torium Arabs. Iere. 3. Iuxta uias ſediſti, quaſi Arabs in deſerto. Et haud dubiè A-
rabia appellationem ſuam habet à mixtura.

מַעֲרָב Commixtio, commutatio, commercium, negociatio, qua commiſcentur res, in-
terpoſita fide ſeu pignore. Ezech. 27. Et commiſcentes negociationem tuam.

עֲרֻבָּה Pignus, hypotheca, cautio, ſeu pacti ſymbolum. Prouerb. 17. Et impignorat hypo
thecam pro proximo ſuo. 1. Samuelis 17. Et pignus eorum tollas. Hieronymus in-
telligit libellum repudij, quē debebat Dauid poſcere à fratribus pro uxoribus ip-
ſorum domi relictis, ut ſi ipſi caperētur, eis liceret tranſacto triennio alijs nubere.
Sed ipſe abundet ſenſu ſuo. Ego arbitror id eſſe dictum, quod fidei noſtræ cōmit-
titur, aut quod quis bello tanquàm pignus adeptus eſt, aut militiæ ſacramento
aſtrictus meruit.

תַּעֲרֻבוֹת Cautiones, oppignorationes. 2. Reg. 14. & 2. Paralip. 25. Tollens omne aurum, &
omnia uaſa, quæ inueniebantur in domo Iehoua, & in theſauris domus regis, & fi
lios oppignorationum, id eſt, obſides.

עֵרָבוֹן Chaldaicè מַשְׁכּוֹנָא, Græcè ἀῤῥαβὼν, Latinè Arra, ſeu Arrabo. Et eſt pacti ſymbo
lum ſeu pignus, quod dari ſolet creditori, donec ſoluatur debitum. Gen. 38. Si de-
deris arrabonē, donec miſeris. Et Paulus Apoſtolus aliquoties hac uoce uſus eſt:
ut 2. Corinth. 1. Deus eſt qui etiam obſignauit nos, deditq; arram ſpiritus in cordi-
bus noſtris. 2. Corinth. 5. Deus eſt qui dedit nobis arrabonē ſpiritus. Epheſ. 1. Qui
obſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ, &c.

Con-

1167 **ערג** Congruit ſignificatione cũ uerbis עָרָה יָשַׁר יָגַע נָגַע, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant: ſignificat autem deſiderio ferri, & anhelare ad rem aliquam ſicut cerui, & aliæ feræ ſylueſtres ſiti preſſæ aquas affectant cum uociferatione. Pſal.42. Quemadmodum ceruus anhelat ad torrentes aquarum, ita anima mea anhelat ad te deus. Ioelis 1. Et beſtia agri anhelabit ad te.

INDE NOMEN,

ערוגה Areola: ab ordine, ſicut areolæ aromatum ordine conſitæ & plantatæ ſunt in hortis: ideo arbitror pro ערוכה eſſe ſcriptum. Legitur in ſtatu regiminis ערוגת. Canticorum 5. Sicut areola aromatis. Et pluraliter ערוגות. Cantic.6. Genæ eius ſicut areolæ aromatis. Ezech.17. Super areolis germinis eius. Et iterũ: Vt irrigaret eam de areolis plantationis ſuæ.

1168 **ערוד** Species cuiuſdam feræ ferociſſimæ, & quidam onagrum eſſe exiſtimant: uidetur autem à tremore habere nomen. Iob 39. Et uincula onagri quis ſoluit.

1169 **ערה** In prima coniugatione non uſurpatur, niſi in uoce paſſiua ſemel יֵעָרֶה Ieſaiæ 32. Donec effundatur ſuper nos ſpiritus ex alto.

In ſecunda cõiugatione עֵרָה, effudit, euacuauit, nudauit. Gen.24. Et effudit cadũ ſuum in canale. Pſal.141. In te ſperaui, ne effundas animam meam. 2.Paral.24. Venit ſcriba regis, & præfectus ſacerdotis ſummi & euacuabant arcam. Pſal.137. Euacuate, euacuate uſq; ad fundamentum in ea. Habakuk 3. Euacuando fundamẽtum uſq; ad collum. Ieſaiæ 3. Faſcias earum nudauit. Ieſ.22. Et Kir denudauit clypeum. Zoph.2. Quia cedrinum denudatum eſt.

In uoce paſſiua עֹרָה. Ieſa.32. Exutere & nudare, & accingere ſuper lumbos.

In tertia coniugatione הֶעֱרָה. Leuit.20. Vir qui iacuerit cum muliere mẽſtrua habente, & reuelauerit uerenda eius, uenamq; eius nudauerit. Et mox iterum: Nam propinquam carnẽ ſuam denudauit. Ieſ.53. Eò q; diffudit in mortẽ animam ſuam.

In quarta coniugatione הִתְעָרָה. Thren.4. Etiam ad te tranſibit calix, inebriaberis, & denudaberis.

Participium מִתְעָרֶה. Pſal.37. Vidi improbum prævalidum & diffuſum, & uelut laurum frondoſam.

INDE NOMINA:

מַעַר Nuditas: uocãt autem Hebræi hoc nomine latus ſeu ſpacium alicuius rei uacuum. 1.Reg.7. Et ſculpſerat ſuper tabulas lateris eius, & ſuper clauſuras eius Cherubim, leones, & palmas ſecundum ſpacium uniuſcuiuſq;. Nahum 3. Reuelabo fimbrias tuas ſuper faciem tuam, & oſtendam Gentibus nuditatem tuam.

מַעֲרָה Forma maſculea, & in ſtatu regiminis מַעֲרֵה, cauea, ſpelunca, cauerna. Iudic.20. Et inſidiator Iſrael erupit de loco ſuo, de ſpelunca Geba.

מְעָרָה Cauerna, ſpelunca, locus denudatus & euacuatus. Gen.19. Et manſit in cauerna. 1. Samuelis 24. Et ibi erat cauerna. Et iterum: In lateribus cauernæ morantes. Et in ſtatu regiminis מְעָרַת. Gene.23. Vt det mihi cauernam duplicitatis. Iere.7. Nónne cauerna latronum domus hæc. Et pluraliter מְעָרוֹת. Iudic.6. Et cauernas. 1. Samuelis 13. In cauernis.

ערות Ripæ, à nuditate & cauitate, quæ fluuij aut torrentis alluuione ſunt excauatæ. Ieſa.19. Et ripæ ad riuos & ad oram riui.

עֶרְיָה Nomen ſubſtantiuum & adiectiuum fœminini generis, nudatio, nuda, denudata. Ezech.16. Tu uerò eras nuda, & denudata. Mich.1. Tranſi habitatrix Saphir, nudata ignominia. Habak.3. Nudatione excitabitur arcus tuus.

עֶרְוָה Nuditas: ſed quia nuditas turpis eſt, & dedecoroſa, cuius nos pudet, maximè in corpore membri genitalis, quod natura ipſa & publica honeſtas tegẽdum docet, ideo hoc nomen etiam pro parte corporis pudẽda ſeu uerenda ſumitur. Exod.28. Facies illis ſubligacula linea ad tegendum carnem nuditatis, id eſt, pudendam. Leuit.18. Nullus ad propinquã carnis ſuæ accedat ad reuelandũ nuditatẽ, i. pudendã. Et iterum: Nuditatẽ patris tui, & nuditatẽ matris tuæ non reuelabis. Exo.20. Non

aſcēdas per gradus ad altare meū,ne forte reueleť nuditas tua ſuper illo.1.Sam.20. Nūc ſcio,quòd eligis filiū Iſai in pudorē tui, & in pudorē nuditatis matris tuæ. Sic etiā,ut ſuprà dixi,ad alias res turpes & actiones tranſſumiť,quarū aſpectus nos pudet,quaſq; tectas cupimus. Gen.42. Ad uidēdum nuditatem terræ ueniſtis.Deut.23.Et iccirco erit locus caſtrorum tuorum ſanctus,& non uideat in te nuditatē rei, & auertat ſe poſt te,id eſt,rem turpem,fœdam,ſeu obſcœnā.& ca.24. Cùm uir acceperit mulierē & maritauerit eam, accidat aūt ut ea non inueniat gratiā in oculis ipſius,et ſi deprehēderit in ea nuditatē rei,ſcribat illi libellū repudij,i.aliquid fœdi.

ערום Cum uau holem,uel ſine uau ערם, nudus.1.Sam.19.Et exuens etiam ipſe ueſtimenta ſua,etiam prophetauit ipſe coram Samuele, & cecidit nudus tota die illa & nocte.Intellige quòd ſuperiora ueſtimenta,quibus tecti erant honoratiores,exuerit, ſeruatis interioribus. Iob 1. Et dixit Iob,nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.& cap.24.Nudum pernoctare faciunt ſine ueſte.& cap.26. Nudus eſt infernus coram eo, & non eſt operimentum perditioni. Eccleſ.5. Sicut exiuit ex utero matris ſuæ, nudus reuertetur abeundo, ita ut uenit. Ieſa.20. Soluas ſaccum de lumbis tuis,& calceamentū de pede tuo,& fecit ita ambulando nudus, & diſcalceatus. Amos 2. Cuius cor robuſtum eſt inter heroes, nudus fugiet in die illa.Mich.1.Abibo ſpoliatus & nudus. Legitur ſemel forma עירם,Gen.3.Et uidi, quòd eſſem nudus ego,& abſcondi me. Vſurpatur etiā fœminino genere.Ezechiel.16. Et tu nuda & uacua. Et iterum: Extrahent te ueſtimentis tuis,& auferent uaſa magnificentiæ tuæ,& relinquēt te nudam & uacuam. Et ſemel abſtractiuè ponitur, Deut.28.In fame,& in ſiti,& in nuditate. Et pluraliter ערומים. Geneſ.2. Erant autem duo illi nudi.Iob 22.Veſtimenta nudorum extraxiſti. Et ſemel cum kybutz ערמים Gen.2.Et cognoſcebant,quòd nudi eſſent. Et in genere fœminino ערמה. Oſeæ 7.Ne quando extraham eam nudam.

מערמים Nomen participiale.2.Paral.28.Et omnes denudatos induerūt de ſpolio, & induerunt eos,& calceauerunt eos.

1170 ערך Ordinauit, diſpoſuit ſingula ſuo ordine,proportione,ratione collocauit,æquiparauit:atq; ut literarum poſitu,ita ſignificatione differt à uerbo עכר,quod conturbare ordinem rei ſignificat.Iob 32.Et non ordinauit ad me ſermones.Leu.1.Et ordinabit ſacerdos ea ſuper ligna.Iob 13.Et nūc ordinaui in iudicium.Pſal.132.Ordinaui lucernam Chriſto meo.Prou.9.Ordinauit menſam ſuam.Ieſaiæ 25. Ordina menſam eorum.Iob 33. Ordina, coram me ſta. Iere.46. Ordinate ſcutum.Pſalm.5. Manè ordinabo tibi,ſcilicet ſacrificium.Exod.27.Ordinabit illud Aaron. Pſal.89. Quis in cœlo æquiparabitur ipſi Iehoua.Iob 36.An ęquiparabit potentiam tuam; aut aurum.Ieſaiæ 40. Et quam ſimilitudinem æquiparabitis ei.Pſal.40. Et cogitationes tuæ erga nos non æquiparare ad te,id eſt,non poſſunt æquiparari tibi.

Participium præſens ערכי. 1.Paral.12.Ordinantes clypeum.Ezech.27. Et ordinantes merces tuas.quāquam alij legant ערבי, ut ſuprà in nomine מערב eſt uiſum.

Participium præteritum ערוך. Ieſa.30.Quia ordinatus ab heri Thophte. Et in genere fœminino ערוכה. 2.Sam.23.Ordinatum ab omnibus. Et pluraliter ערכות. Ioſue 2.Quæ ordinata erant ei.

In tertia coniugatione העריך, æquiparauit,id eſt,rem rei contulit,& cōparauit. Vulgaris tranſlatio uertit uerbo æſtimandi.2.Reg.23.Etiam æquiparauit terram, ut daret argentum iuxta mandatum Pharaonis.Leuit.23.Et æquiparabit ſacerdos illam.Et iterum:Et uir cū ſanctificauerit domum ſuam ſanctum ipſi Iehoua,æquiparabit eam ſacerdos,tam bonam quàm malam, quemadmodum eam æquiparabit ſacerdos,id eſt,æſtimabit.

INDE NOMINA:

ערך Ordo,ordinatio,diſpoſitio.Exod.4.Et ordinauit ſuper eam ordinē panis. Legitur etiam cum quinq; punctis ערך. Iud.17.Dabo tibi decem argēteos per annum, & ordinationem ueſtium. In ſtatu affixorum ſeruat in prima ſegol.Exod.40.Et ordinabis ordinem eius.Pſal.55. Et tu homo, ſecūdum ordinem meum. 2.Reg.12.

Argentum

Argentum animarum æquiparatio eius. Leuit.27. Et erit æquiparatio tua. Iob 28. Neſcit homo æquiparationem eius, id eſt, precium eius.

מַעֲרָכָה Ordo, ordinatio, diſpoſitio, acies. Exod.39. Lucernas ordinis. 1.Sam.4. Et percuſſerunt aciẽ. Item in forma מַעֲרֶכֶת. Leuit.24. Et pones ſuper ordinem, thus mundũ.
Et in diſtinctione ſententiæ מַעֲרָכֶת. Leuit.24. Sex ordinẽ, i. ordines ſuper menſam corã Iehoua. Et pluraliter מַעֲרָכוֹת. Leu.24. Et pones eas duobus ordinibus.
Et in ſtatu regiminis מַעַרְכוֹת. 1.Sam.17. Probris affecit acies dei uiuentis.

עֲרוּגַת Areola. Vide in themate ערג.

1171

## עָרֵל

Nomen participiale tam ſubſtantiuum, quàm adiectiuũ maſculini generis, præputium habens, i. cuius glans in membro genitali cute ſeu pellicula obducta eſt: & iudicabatur propterea à Iudæis carnalis, craſſus, prædurus, rigidus. Deinde etiam figuratè ad aures, labia, & cor transfertur. Et ut poſitu literarum, ita etiam ſignificatione differt à uerbo רָגַל. Gen.17. Et præputiũ habens maſculus, cuius non circumcidetur caro præputij eius, excindetur anima illius de populo ſuo. Exo.12. Et omnis præputium habens, non ueſcetur de eo. 1.Sam.17. Et quis eſt Philiſtæus iſte præputium habens. Ieſa.52. Quia non amplius ingredietur in te præputium habens & pollutus. Leuit.26. Vel tunc humiliabitur cor eorum præputium habens.
Et in ſtatu regiminis עֲרַל. Exod.6. Et quomodo audiet me Pharao, cùm ego ſim præputium habens labijs. Et pluraliter עֲרֵלִים. Ioſue 5. Quia præputiũ habentes ipſi. Iudic.14. Quòd tu abis accipere uxorem de Philiſtæis præputium habẽtibus. 1.Sam.31. Ne ueniant præputium habentes, & glorientur contra me. Ezech.31. In medio præputium habentium iacebis. Legitur tamẽ ſemel collectiuè pro præputio, præputiatu, ſicut בְּתוּלִים uirginitas, & נְעוּרִים iuuentus. Leu.19. Tribus annis erit uobis præputiũ. Et in ſtatu regiminis עַרְלֵי. Ierem.9. Vniuerſa domus Iſrael præputium habentes cordis. Ezech.44. Præputiũ habentes cordis, & præputium habẽtes carnis. Et in genere fœminino עֲרֵלָה. Iere.6. Ecce præputium habens auris eorum, ut non poſſint attendere.

עֹרֶל Nomen ſubſtantiuum maſculini generis. Ezech.44. Præputiatus corde, & præputiatus carne, non ingredietur ad ſanctuarium meum.

עָרְלָה Præputium, id eſt, pellicula, quæ tegit glandem in membro uirili. Gen.34. Nõ poſſumus facere iſtã, ut demus ſororem noſtrã uiro, cui eſt præputiũ. Ier.9. Et uiſitabo ſuper omnẽ circumciſum in præputio. In ſtatu regiminis עָרְלַת. Exo.4. Et præcidit præputium filij ſui. Deut.10. Circumcidite præputiũ cordis ueſtri. Et in ſtatu affixorum. Gen.17. Et circumcidetis carnem præputij ueſtri. Et iterum: Cuius caro præputij eius non circumcidetur. Et pluraliter in ſtatu abſoluto עֲרָלוֹת. Ioſue 5. Et circũcidit filios Iſrael ad collem præputiorum. In ſtatu regiminis & affixorũ עָרְלוֹת. 1.Sam.18. Niſi in centum præputijs Philiſtæorũ. 2.Sam.1. Quam deſponſaui mihi centum præputijs Philiſtæorum. Ier.4. Circumcidamini ipſi Iehoua, & tollite præputia cordis ueſtri. 1.Sam.18. Et attulit Dauid præputia eorum.

INDE VERBVM,

עָרַל Depræputiauit, hoc eſt præputium & luxuriam arborum excuſſit. Leuit.19. Et ſi ueneritis ad terram, & plantaueritis omne lignum eſus, præputiabiris præputium illius, nempe fructum illius, tribus annis erit uobis præputiatura, ſeu præputiatio. Iubet autem lex ut groſſos, quos arbores luxuriantes protrudunt, tribus annis primis excutiant, nec creſcere ſinant fructus.
In uoce paſſiua נֶעֱרַל. Habakuk 2. Bibe etiã tu, & præputiabere, id eſt, appareas præputiatus, id eſt, turpis & abominabilis. Hinc apparet, quòd generali ſignificatione congruat cum רָעַל, quod cùm de calice dicitur, talem uacillationem ſignificat, quę coniunctam habet turpitudinem, ſicut גָּלַל & גָּאַל: & Prophetę huiuſmodi uerbis reſpiciunt ad hiſtoriam Lot, Gen.9.

עֲרָפֶל Inſerta litera pe, Caligo, obſcuritas, qua res obducuntur. Exo.20. Et Moſe acceſſit ad caliginem. Deuter.5. E medio ignis, nubis, & caliginis. 1.Reg.8. Vt habitaret in

caligine.Pſal.18. Et caligo ſub pedibus eius.Iob 22. Num per caliginem iudicabit. 1172 Ieſaiæ 60.Obſcuritas operuit terram,& caligo populos.

עָרַם Generali ſignificatione congruit cum uerbo עוּר, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant. Significat enim Hebræis excitatū eſſe, idē quod Latinis attentum,prouidum,aſtutū, callidum, uafrum,uerſutum eſſe. Et tam in bonam partem, quàm malam accipitur. In prima coniugatione legitur tantùm infinitiuus actiuæ uocis.1.Sam.23.Quia dictum eſt ad me,uerſutum uerſutè agere ipſum,id eſt,quòd uerſutus uerſutè agat ipſe.

In tertia coniugatione הֶעֱרִים, ſi ſequitur accuſatiuus,tum eſt tranſitiuū.Pſal.83. Contra populum tuum callidum fecerunt conſiliū. Vel intranſitiuè, ſi abſolutè ponitur.1.Sam.23.Quia dictum eſt ad me,quòd callidè callidus ſit ipſe.Prouer.19. Deriſorem percuties & imperitus callidus erit.

INDE NOMINA:

עָרוּם Nomen participiale,Aſtutus,callidus.Gen.3. Et ſerpēs erat aſtutus ſupra omnem beſtiam agri.Prouer.12.Sed celat contemptum aſtutus.& cap.14.Sapientia aſtuti eſt intelligere uiā ſuam.Prou.22.Aſtutus uidet malum, & abſcondit ſe. Legitur etiam adiectiuè. Prouer.12. Homo aſtutus celat ſcientiam. Et pluraliter עֲרוּמִים, Iob 5.Ipſe labefactat cogitationem aſtutorum.& cap.15.Et eliges linguam aſtutorum.Prou.14.Et aſtuti coronantur ſcientia.

עָרְמָה Aſtutia. Exod.21. Et ſi præſumpſerit aliquis contra ſocium ſuum occidere eum in aſtutia.Ioſue 9.Et fecerunt etiam ipſi in aſtutia.Prou.1.Ad dandum imperitis aſtutiam.& cap.8.Intelligite imperiti aſtutiā.Et iterum: Ego ſapientia cohabitò aſtutiæ. Et cum affixis abijcit tantùm literam he,& præterea nihil mutat.Iob 5.Capit ſapientes in aſtutia ipſorum. Diuus Paulus allegans hoc dictum,reddidit iſtam uocem Græcè πανουργίαν.1. Corinth.3.& 2.Corinth.11. ubi de aſtutia ſerpentis loquitur.Item 2.Corinth.4.& Epheſ 4.

1173

עָרַם Legitur uerbaliter in uoce paſſiua נֶעֶרְמוּ, & ſignificat coaceruari, accumulari. Exo.15.Et in ſpiritu naſi tui coaceruatę ſunt aquæ,ſteterūt uelut moles,fluctus.

INDE NOMINA:

עֲרֵמָה Aceruus,cumulus.Ruth 3.Et ueniet ad cubandum in extremitate acerui. In ſtatu regiminis עֲרֵמַת Cantic.7.Venter tuus aceruus triticorum. Haggei 2. Venit ad aceruum uiginti, ſ.modiorum. Et pluraliter עֲרֵמוֹת. 2.Paral.31.Et uidentes aceruos,benedixerūt Iehoua.Nehe.13.Inferentes aceruos, & imponētes ſuper aſinos. & cap.4. Num reſuſcitabunt lapides de aceruis pulueris, cùm illi combuſti ſunt.

Legitur ſemel in forma maſculea עֲרֵמִים Ier.50.Aperite horrea eius,ſternite eam ſicut aceruos,& deuouete eam.

עַרְמוֹן Caſtanea, arbor, à figura quam habet denſam & cumulatā. Gen.30. Iacob accepit uirgas populi uiridis,& coryli,& caſtaneæ. Et pluraliter עַרְמוֹנִים . Ezec.31.Et caſtaneæ non fuerunt ſicut frondes eius.

ערם Inde עֵרֻמּוֹת. Vide in nomine עֵרֹם.

1174

עֹרֶף Nomen ſubſtantiuum,& ſignificat poſteriorem partem colli,quam Latini ceruicem appellant,quę cōſtat ex oſſibus orbiculatim uertebratis,ut ad dexteram ſiniſtrámue,prorſum retrorſumq́ facillimè uertatur. Hinc eſt, quòd qui nec flecti,nec cogi poſſunt,ceruicis duræ perhibeantur.Et hominem duræ ceruicis,quaſi indomabilem ac contumacem ſcriptura appellet. Deinde alterum eſt officium ipſius,ꝙ è cerebro medulla in ſpinam dorſi ſuper eam deferatur, unde omnia oſſa humectata,fœcundantur,non aliter,ut è cœlo hæc inferiora pluuia & rore humectantur.Gen. 49.Manus tua in ceruice inimicorum tuorum.Exo.23. Et dabo omnes hoſtes tuos ad te ceruice.Ier.2. Verterunt ad me ceruicem,non faciē. Exod.32. Ecce populus duræ ceruicis eſt. Et in ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz,& fortificat ſequentem literam.Iob 16.Apprehendit ceruicē meam, & concuſſit me.Leuit.5. E regione ceruicis eius.Deut.10. Et ceruicē ueſtram ne induretis

tis amplius.& cap.31.Et ceruicem tuam duram noui.2.Reg.17.Et indurauerũt ceruicem ſuam iuxta ceruicem patrum ſuorum.

INDE VERBVM,

עָרַף Quod nomini contrariam habet ſignificationem:ſignificat enim legaliter deceruicare,id eſt,diſſecare ceruicem animali.Exo.13.Et ſi non redemeris,deceruicabis illum.Deut.21.Et deceruicabunt ibi uitulam in ualle.Et Oſeæ 10.legitur metaphoricè: Ipſe deceruicabit altaria ipſorum, id eſt, adimet ipſis cornua. Nam & altaria habebant cornua.

Participium pręſens עֹרֵף.Ieſ.66.Sacrificans pecus,eſt uelut deceruicãs canem.

Participium præteritum עֲרוּפָה. Deut.21. Lauabunt manus ſuas ſuper uitulam deceruicatam. Eſt præterea hoc obſeruandum, quòd quando hoc uerbum non legaliter de uictimis dicitur, ſed de pluuia ſeu rore, tum figuratè & propheticè ſignificet influere ſeu diſtillare,metaphora ſumpta à ceruice per quam medulla è cerebro defluit in ſpinam dorſi,& exinde in cętera oſſa,ut ea alat & irriget,& ſic congruit ſignificatione cum uerbo רָעַף. Deut.32. Deceruicet ſicut pluuia doctrina mea.& cap.33.Etiam cœli eius deceruicabunt rorem,id eſt,deſtillabunt.

INDE NOMEN,

עֲרִיפִים Influentiæ.Ieſaiæ 5.Et ecce tenebræ anguſtiæ,& lux obtenebrata eſt in influentijs
1175 ſuis.

עָרַץ Congruit ſignificatione cum uerbis רָצַע & עָצַר צָרַע רָצַץ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant: hæc enim omnia præualere generaliter ſignificant,alio tamen,atq; alio modo:deinde opponitur uerbo עָשַׁר, quod tam ſignificatione,quàm modo ſignificandi illis eſt contrarium.Et quando poſt ſe regit accuſatiuum,tum tranſitiuè uſurpatur.Iob 13.An folium propulſum plus præualidabis,ſeu uiolentabis,i.an in folium delapſum maiorem impetum,ſeu uim exercebis. Ieſa.2. Quum ipſe ſurrexerit præualidare terrã. Aliàs ubiq; abſolutè & neutraliter ponitur. Pſal.10. Ne amplius præualeſcat homo de terra, i. uiolentiam ſeu tyrannidem exerceat.Ieſa.47.Si fortè præualeſces.Iob 30. In præualeſcere torrentes ad cohabitandum, i.ut ad præualeſcentiam torrentum habitarẽt. Infinitiuus non poteſt Latinè cõmodè reddi, niſi nominaliter. Eſt & hîc ſingularis modus ſignificandi obſeruandus huius uerbi, ꝙ quãdo ante ſe negatiuam particulam habuerit,poſt ſe ablatiuum mediante prępoſitione mem ablatiui caſus,tum idem ualeat,quod terreri,abſterreri,ſicut tam Gręci quàm Latini Interpretes etiam reddiderunt.Deut.1.Neq; præualeamini,neq; timeatis ab eis.& cap.7.Ne pręualearis à conſpectu ipſorum, id eſt, ne uincaris, ne terrearis à conſpectu ipſorum, conſpectus ipſorum non ſit præualentior. Ioſue 1. Ne præualearis, neq; frangaris animo.

Et Paulus imitatus hanc phraſin,ſimulatq; hoc uerbũ Græcè reddidit, Philip.1. Vt audiam de rebus ueſtris,ut ſtetis uno ſpiritu,una anima, adiuuantes decertantem fidem Euangelij,nec in ullo πτυρόμενοι,id eſt,terreamini ab aduerſarijs,quę illis quidem eſt cauſa perditionis,uobis autem ſalutis,& hoc à deo,&c.

In tertia coniugatione הֶעֱרִיץ. Ieſaiæ 8. Timorem eius ne timeatis,neq; præualeſcere ſinatis.& cap.29.Et deum Iſrael præualeſcere ſinent,id eſt,expaueſcent.

INDE NOMINA:

עָרִיץ Præualidus,ualentior,potentior,fortior,qui alijs præualet.Iob 15.Numerus annorum abſconditus eſt præualido.Pſal.37.Vidi improbum,præualidum.Ier.20.Quaſi heros præualidus.Ieſ.29.Cùm deſierit præualidus. & cap.49. Et rapina præualido eripietur. Hinc non modò argumentũ Chriſtus ſumpſit contra apertè blaſphemos Phariſæos,ſed etiam illis Prophetæ uerbis uſus eſt,quę Lucas Euãgeliſta poſtea in Græcam linguam tranſtulit:Si fortior,inquiens,eo ſuperueniens uicerit eum,uniuerſa arma eius aufert, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuit,&c.

Et pluraliter עָרִיצִים. Iob 6.Et de manu præualidorũ redimite me.Prou.11.Mulier uirtuoſa ſuſtentat honorem,& præualidi diuitias. Et in ſtatu regiminis עָרִיצֵי. Ezech.28.Ecce ego adduco præualidos gentium,& euaginabunt gladios,&c.

נַעֲרָץ Nomen participiale, terribilis. Pſal. 89. Deus terribilis in cõſilio ſanctorũ multùm.

מַעֲרִיץ Nomen participiale. Ieſaiæ 8. Ipſe eſt timor ueſtri, & ipſe eſt terror ueſtri.

מַעֲרָצָה Præualiditas, præpotentia. Ieſaiæ 10. Ecce ſuſtentator Iehoua exercituum, deramificabit frondes cum præualiditate, id eſt, uiolentia.

1176 ערק Congruit ſignificatione cum uerbis רָשַׁע & קָרַע, niſi quòd ut poſitu literarum, ita modo ſignificandi inter ſe differãt. Significat autem raptim ferri, ſeu fugere: uſuuenit tantùm in participio præſenti עֹרְקִים, & ſumitur neutraliter, ſi poſt ſe nõ regit accuſatiuum: ut Iob 30. In defectu, & fame abripiebãt ſe ſolitarij in ſiccitatem. Sed quando poſt ſe regit obliquum, tum actiuè ſignificat fugare, ut in eodẽ capite: Et fugantes me non ponebãt ſe cubitum. Eſt autem hoc uerbum ualdè uſitatum pro uerbo נוּס: ut Gen. 14. Exo. 4. Deut. 32. 1. Reg. 19. & alijs multis in locis: unde apparet eſſe potiùs Chaldæum, quàm Hebræum.

1177 עֶרֶשׂ Lectus, qui ſternitur ut ſuper eo cubetur: propriè igitur ſtratũ uerteris. Pſal. 41. Iehoua fulciat eum ſuper ſtrato doloris. Amos 3. Qui habitant in Samaria, in angulo lectuli, & in Damaſco in ſtrato. ubi metaphoricè pro loco cultus idolatrici ſumitur, in quo cum alijs dijs ſcortabantur. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, alterum in ſeua. Deut. 3. Ecce ſtratum eius, ſtratum ferri. Cantic. 1. Stratum noſtrum floridum. Pſal. 6. Lacrymis meis ſtratum meum madefaciebam. Et pluraliter עֲרָשׂוֹת. Amos 6. Luxuriantes ſuper ſtratis ſuis.

עֲרִיסוֹת Strata, ſ. farinæ, nos paſtas uocamus. Num. 15. De primis paſtis ueſtris dabitis ipſi Iehoua leuationem. Ezech. 44. Primitias paſtarum ueſtrarum dabitis ſacerdoti.

1178 עָשֵׁשׁ Arroſum eſt, ſ. à tineis. Et differt modo tantũ ſignificandi à uerbis עָשָׁה & עָשַׁשׁ. Pſ. 6. & 31. Arroſa eſt à mœſtitia ſpecies mea Et mox iterũ: Et oſſa mea arroſa ſunt.

INDE NOMEN,

עָשׁ Tinea, ab arroſione. Iob 4. Iſti cõminuentur uelut à tinea. & cap. 13. Et Ieſa. 51. Velut ueſtimentum, ſic arrodet eos tinea. Iob 27. Ædificauit uelut tinea domũ ſuam. Ieſaiæ 50. Tinea arrodet eos. Oſeæ 5. Et ego ero uelut tinea ipſi Ephraim.

1179 עֵשֶׂב Semper obtinet quinq; puncta ſine ulla uariatione: & ſignificat generaliter herbam è terra naſcentem, & eſt nomen ſubſtantiuum. Gen. 1. Progerminet terra germen, herbam ſeminificantem ſemen. Et iterum: Et produxit terra germen herbam ſeminificantem ſecundum ſpeciem ſuam, & lignum faciens fructum. Deut. 32. Fluat ſicut ros ſermo meus, ſicut imber tenuis ſuper germen, & ſicut pluuia denſa ſuper herbam. Ieſaiæ 37. Erunt uelut herba agri, & uiror graminis, fœnum tectorum & aruum ante culmum. Pſal. 104. Germinare facit fœnum pro animalibus, & herbam in ſeruitutem hominum. Et pluraliter עִשְׂבוֹת. Prou. 27. Apparet fœnum, & uidetur gramen, & colliguntur herbæ montium.

1180 עָשָׂה Fecit. Et ſignificat talem effectionem, qua aliquid exiſtit, uel realiter & ornatè, uel ut non ſit in priſtino ſtatu, quo fuit. Reſpondet Græco ποιέω, & Germanico **machen**. Et differunt Hebræis פָּעַל & עָשָׂה: nam פָּעַל ſignificat agere, **thun**, at עָשָׂה facere, **machen**: ut Ieſ. 41. Quis egit & fecit, i. **wer thuts vnd machts.** quanquam Hebræi aliquantò largiùs utantur uerbo עָשָׂה, quàm Latini uerbo faciẽdi, ſicut aliquot modos ſignificandi, & illos potiores hîc adnotabo. Gen. 1. Et uidit deus omnia quæ fecit. cap. 2. Et conſummauit deus die ſeptima opus ſuum, quod fecerat. Exod. 20. Facies omne opus tuum. Et iterum: Sex diebus fecit Iehoua cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Gen. 5. Hic eſt liber generationis Adam in die quo creauit deus hominem, ad ſimilitudinem dei fecit eum. & ca. 2. Quia in eo quieuiſſet ab omni opere ſuo, quod creauit deus ut faceret. Et iterum: Faciam ei adiutorium. Iob 38. Viuit deus qui fecit nobis animam hanc. Gen. 41. Et fecit terra in ſeptem annis ſaturitatis ad aceruos. Exod. 5. Aggrauetur ſeruitus uirorum, ut faciant in ea, & non reſpiciant ad uerba uana. Prou. 22. Quia noluerunt manus eius facere. Gene. 11. Et faciamus nobis nomen. cap. 12. Faciam te in gentem magnam. 2. Reg. 19. & Ieſ. 37. Et faciet fructum ſurſum. Pſal. 37. Spera in Iehoua, & ipſe faciet. Pſal. 86. Fac mecum ſignum in bonum. Ezech. 23. Et facient tecum ex odio. Ieſa. 5. Et expectauit facere uuas, & fecit labruſcas. Et ibidẽ iterũ: Decẽ iugera uinearum

facient

facient bathum unum. Habakuk 3. Et ager non fecit cibum. 1. Sam. 14. Et fecit exercitum. Dan. 9. Contra eum faciat bellum. Gen. 12. Et accepit Abram omnem animam quam fecerunt in Haran. cap. 31. Fecit totam iſtam ſubſtantiam. Deut. 8. Ne dicas in corde tuo, uires meæ, & ſtrenuitas fecit mihi facultatem hanc. Ezech. 28. In intelligentia tua feciſti tibi ſtrenuitatem, & feciſti aurum, & argentum in theſauris tuis. Prouer. 31. Multę filiæ fecerunt ſtrenuitatem. Exo. 12. Et uiaticum non fecerunt ſibi. Pſal. 107. Et facient fructum in prouentum. Deut. 5. Ideo præcepit tibi Iehoua deus tuus, ut facias diem ſabbathi. & cap. 15. In anno ſeptimo facies remiſſionem. & ca. 16. Et facies feſtum hebdomadarum. Et iterũ: Et feſtũ tabernaculorum facies. Ioſue 5. Et fecerunt paſcha in principio. Pſal. 118. Hæc eſt dies, quam fecit Iehoua. 1. Sam. 12. Iehoua qui fecit Moſen & Aaron. 1. Reg. 12. Et fecit ſacerdotes ex infima plebe. 2. Paral. 13. Et feciſtis uobis ſacerdotes. 2. Paral. 33. Fecit Pythones & diuinos. Deut. 21. Et radet caput ſuum, & faciet ungues ſuos. 2. Sam. 19. Et non fecerat pedes ſuos, neq; fecerat labrum. Gene. 18. Et filium armenti, quem fecerat, & poſuit coram eis. & ca. 19. Et fecit eis conuiuiũ. & ca. 27. Et dedit edulia, & panem quem fecerat Iacobo filio ſuo. Exo. 29. Et iuuencum pro errato facies per diem. Et iterum: Vnum agnum facies mane, & alterum agnũ facies inter ueſperas. Leui. 16. Ingrediatur & faciat holocauſtum ſuum. Iud. 6. Et Giddeon uenit, & fecit hœdum caprarum. 1. Sam. 12. Et noluit accipere de grege ſuo, & de armentis ſuis, ut faceret uiatori. 1. Reg. 18. Eligite uobis iuuencum & facite primum. Et iterum: Et ego faciam iuuencum unum & ponam ſuper ligna. Ezech. 45. Et Epha cum ariete faciet. & cap. 46. Et oblationem facies ſuper ipſum. Oſeæ 2. Et aurum fecerunt ipſi Baal. Pſal. 66. Faciam boues cum hircis. Sic etiam Virgilius uſus eſt uerbo faciẽdi æcloga 3. Cùm faciam uitulã pro frugibus, ipſe uenito. 2. Para. 20. Et adiunxit ipſum ſibi ut facerent naues, quæ irent Tharſis, & fecerunt naues in Ezion Gaber, id eſt, comparauerunt, collegerunt, inſtruxerunt. Habet præterea etiam alios modos ſignificandi. Iere. 37. Quoniã illum præfecerunt domui carceris. Ezech. 20. Vt conſummarẽ iram meam in eis in medio terræ Ægypti, ſed feci propter nomẽ meum, ne prophaneretur coram gentibus, inter quas manent, id eſt, repreſſi me. Zopho. 3. Ecce ego conficio omnes affligẽtes te in tempore illo, & ſaluabo claudam. Ezechielis 23. Quando conficerent ex Ægypto ubera tua.

Participium præſens maſculini generis עֹשֶׂה: & in regimine עֹשֵׂה. Gen. 1. Faciẽs fructum. Ierem. 9. Ego Iehoua faciens pietatem. Ieſaiæ 64. Faciens iuſtitiam. Ier. 33. Quæ ego facio illi. Zopho. 3. Ecce ego conficio omnes, qui te affligunt. Et cum affixis. Ieſa. 17. Ad facientem illum. Iob 32. Tollat me factor meus. Pſal. 95. Coram Iehoua factore noſtro. Et pluraliter עֹשִׂים. Gen. 24. Facientes pietatem. Exo. 36. Et uenerunt omnes facientes opus. In regimine עֹשֵׂי. Pſalm. 37. Ira Iehoua in facientes mala. Eſther 9. Et facientes opus. Et cum affixis. Pſal. 111. Intellectus bonus omnibus facientibus ea. Et in genere fœminino עֹשָׂה. Eccleſ. 2. Quid hæc facit. Et pluraliter עֹשׂוֹת. Leuit. 18. Et excidentur animæ facientes è medio populi ſui. Ezech. 13. Et quæ faciunt uela.

Participium præteritũ maſculini generis עָשׂוּי. Exod. 3. Et quod factum eſt uobis in Ægypto. & cap. 38. Et omne aurum factũ eſt ad opus. Et ſine iod עָשׂוּ. Iob 41. Qui factus eſt abſq; conſternatione. Et pluraliter עֲשׂוּיִם. 2. Reg. 22. Omnia uaſa facta ipſi Baal. Pſal. 111. Facta in ueritate & rectitudine. Et in genere fœminino עֲשׂוּיָה. Num. 28. Holocauſtum iuge, quod factum eſt in monte Sinai. Nehe. 3. Vſq; ad piſcinam factam. Et pluraliter עֲשׂוּיוֹת. 1. Sam. 25. Et quinq; oues factas.

In uoce paſſiua נַעֲשָׂה. Eccleſ. 2. Opus quod factum eſt ſub ſole. & cap. 9. Quod factum eſt ſub ſole. Numeri 15. Et ſi ex oculis congregationis factum eſt. Deuter. 17. Facta eſt abominatio hæc. Eccl. 1. Vidi omnia facta, quę facta ſunt ſub ſole. Geneſis 20. Facta quæ nõ fienda erant, feciſti mecum. cap. 29. Non fiet ita in loco noſtro. Leuit. 2. Simila cum oleo fiat. Numeri 6. Ex omni quod fiet ex uite uini. Deuteron. 29. Sic fiet uiro, qui non ædificauerit domũ fratris ſui. Pſal. 33. Verbo Iehoua

tœli facti ſunt. Eſther 9. Et lex eius ad fiendum, id eſt ut fiat.

Participium pluralis numeri maſculini generis נעשים. Eſther 9. Et facti. Et generis fœminini נעשות. Ezec. 9. Super omnes abominationes factas in medio eius.

In ſecunda coniugatione עשה, & auget ſignificationem, id eſt, cònfecit, conficiendo compreſſit, ſeu cõpreſſione confecit: ut ſit ſynonymum uerbo עשק. Ezech. 23. Et ibi confecerunt ubera uirginitatis earum. Et iterum: Et ipſi confecerunt ubera uirginitatis eius.

In uoce paſſiua עשה. Pſal. 139. Non abſconditum erat os meum abs te, quando factus fui in abſcondito.

INDÈ NOMEN,

מעשה Factum, factura, nomen ſubſtãtiuum maſculini generis. Gen. 44. Quódnam hoc eſt factum, quod feciſtis. Exod. 18. Indica eis factum, quod facere debent. Eccleſ. 8. Et uidi omne factum dei, quod non poterit homo inuenire factũ, quod factum eſt ſub ſole. Et in ſtatu regiminis מעשה. Gen. 40. Cibi Pharaonis factura piſtoris: Exo. 32. Factum dei. Ieſa. 32. Factum iuſtitiæ pax, id eſt effectus. Hinc ſumpſit Paulus quod dicit Rom. 5. Iuſticati fide pacem habemus erga deum, &c. Iob 1. Facto manuũ eius benedixiſti. Habakuk 3. Negauit factum oleæ. Et cum affixis. Pſal. 64. Et factum eius intellexerunt. 1. Sam. 25. Et factũ eius in Carmelo, id eſt, ſubſtantia quam comparauerat in Carmelo. Et pluraliter מעשים. Num. 16. Vt facerẽ omnia facta iſta. 2. Reg. 23. Et fecit illis ſecundum omnia facta, quæ fecerat in Bethel.

In regimine מעשי. Pſal 8. Dominari facies eum in facta manuũ tuarum. Pſal. 118. Et narrabo facta Ia. Et cum affixis. Gen. 46. Facta ueſtra. Exod. 5. A factis eius.

1181 Pſal. 66. Facta tua, id eſt, facinora.

עשן Fumauit. Exo. 19. Et mons Sinai fumauit. Pſal. 104. Tange montes, & fumabũt. & Pſal. 144. Tange montes & fumabunt. Legitur nõnunquàm figuratè dici de ira. Deut. 29. Sed fumabit tunc naſus Iehoua, id eſt ira. Pſal. 80. Vſque quò fumaſti in oratione populi tui. Pſal. 74. Fumabit furor tuus.

Participium præſens עשן. Exo. 20. Et mõtem fumantem. Et pluraliter עשנים. Ieſaiæ 7. A duabus caudis titionum fumantium.

INDE NOMINA:

עשן Fumus. Gen. 15. Et ecce furnus fumi. Iud. 20. Aſcenderet de ciuitate columna fumi. Iob 41. De naribus eius egreditur fumus. Pſal. 18. Aſcẽdit fumus in naſo eius. Pſal. 68. Sicut propellitur fumus, ita propelles eos. Ieſaiæ 15. Ab Aquilone fumus uenit.

In ſtatu regiminis עשן. Ioſue 8. Aſcẽdit fumus ciuitatis. In ſtatu affixorũ. Exo. 19. Et aſcẽdit fumus eius. Ieſaiæ 34. Nocte ac die non extinguetur, perpetuò aſcendet fumus eius.

עשן Fumus. Exod. 19. Et aſcendit fumus eius, ſicut fumus fornacis.

1182

עשק Dextro ſchin congruit ſignificatione cum uerbis עשה & עשש, niſi quòd ut poſitu literarum, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differant. Significat enim defraudare. Differt autem à גזל, quod ſignificat ui aperta prædari, eripere: at עשק ſophiſtica & fraude abalienare. Ezec. 18. Pater eius cùm uel defraudauerit fraude, uel deprædatus fuerit fratrem. Leuitic. 5. Anima quæ errauerit & tranſgreſſa fuerit tranſgreſſione in Iehoua, negaueritq́ proximo depoſitũ, aut accommodatum in manus, aut rapinam, aut defraudauerit popularẽ ſuum. Et mox iterũ: Et reſtituerit rapinam quam rapuit, aut fraudẽ quam defraudauit. Leui. 19. Non defraudes proximũ tuum. Deut. 24. Non defraudes mercenariũ afflictum & egenũ. 1. Para. 16. & Pſ. 105. Non permiſit homini defraudare. Iob 40. Ecce defraudabit flumen, ſ. aqua. Ieſ. 38. Suſtentator fraus facta eſt mihi. Oſeæ 12. Cananæo in manu eius bilanx impoſturæ ad defraudandũ cupidus. Mich. 2. Et defraudauerunt uirũ & domũ eius. 1. Sam. 12. Cuius aſinum accepi, aut quem defraudaui, aut quem concuſſi. Arbitror autem huic uerbum Græcum reſpondere συκοφαντᾶν, quo Ioannes Baptiſta eſt uſus Lucæ 3. Ne quem concutiatis, neque quem defraudetis.

Parti-

Participium præſens עֹשֵׁק, quod tamen nominaliter uſurpatur. Pſal. 72. Retundet defraudantem. Prou. 14. Defraudans exhauſtũ probro afficit factorem ipſius. Iere. 21. Eripite direptum de manu defraudantis. Et pluraliter in ſtatu regiminis עֹשְׁקֵי. Malach. 3. Et defraudantes mercedem mercenarij, uiduæ & pupilli.

Participium præteritum עָשׁוּק, defraudatus, fraude circumuentus, fraudi expoſitus. Deuter. 28. Et eris tantùm fraudi expoſitus, & conculcatus omnibus diebus. Prouer. 28. Homo fraudi obnoxius propter ſanguinem animæ, ad puteum uſq; fugiet, nec tamen ſuſtinebunt eum. Oſeæ 5. Fraudi expoſitus eſt Ephraim. Et pluraliter עֲשׁוּקִים. Iob 35. Propter multitudinem defraudati clamabunt. Pſal. 103. Facit iuſtitiã & iudiciũ Iehoua omnibus defraudatis. Scribitur etiam עֲשֻׁקִים. Eccl. 4. Ecce lacrymæ defraudatorum, nec tamen erat conſolator.

In ſecunda cõiugatione legitur tantùm participium præteritum, generis fœminini הַמְעֻשָּׁקָה. Ieſa. 23. Non amplius exultabis, defraudata uirgo filia Zidon.

INDE NOMINA:

עֹשֶׁק Sycophantia, fraus, fraudulẽtia. Pſal. 119. Redime me ab fraude hominum. Eccl. 5. Si fraudem pauperi, & ſublationem iudicij & iuſtitiæ uideris in prouincia, ne mireris. Ieſa. 59. Loquendo fraudem & defectionem. Accipitur tamen aliquoties realiter pro re fraude parta. Leuit. 5. Et reſtituerit rapinam quam rapuit, uel fraude partum. Pſal. 62. Nolite niti fraude partis, uel rapina partis. Pſal. 73. Gloriantur fraude partis. Eccleſ. 7. Fraude acquirendum infatuat ſapientem, & aufert cor munus. Alij tamen ſic exponunt: Res fraude parabiles uituperat ſapiens, at remouet eas cor liberale. Et in forma fœminea עָשְׁקָה, fraus. Ieſaiæ 38. Suſtentator fraus mihi. De hoc etiam ſuprà in prima coniugatione.

מַעֲשַׁקּוֹת Denominatiuum pluralis numeri, fraudes. Prou. 28. Princeps ignauus multiplicabit etiam fraudes. Ieſa. 33. Qui ambulat iuſtè, & loquitur recta, quiq́; reſpuit auari-
1183 tiam fraudum.

עשק Cum pũctulo ſiniſtro. Et legit̃ uerbaliter tantùm in quarta cõiugatione הִתְעַשְּׂקוּ: congruitq́; ſignificatione cum uerbis שָׂטַם & עָשַׂשׂ עָשַׁק, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Geneſ. 25. Et fraude egerunt paſtores Gerar cum paſtoribus Izhak, dicentes, noſtræ ſunt aquæ.

INDE NOMEN,

עֵשֶׂק Iurgium, ſcilicet fraudulentum, & calumnioſum. Gen. 25. Et uocauit nomen putei
1184 iurgium, ſcilicet fraudulentum.

עָשַׁר Ditatus, locupletatus eſt, ampliatus eſt, & ut ita dicã, decimatus eſt: & ut pũcto tantùm uariant, ita quoq; modo ſignificandi. Oſeæ 12. Ditatus ſum. Iob 15. Non ditabitur. In tertia cõiugatione הֶעֱשִׁיר, ditauit. Gen. 14. Et non dicas, ego ditaui Abram. 1. Sam. 17. Vir qui percuſſerit eum, ditabit eum rex. Ezec. 27. Ditaſti reges terræ. At quando non regit poſt ſe accuſatiuum, ponitur neutraliter. Pſalm. 49. Ne timeas, quando diteſcet uir. Prou. 10. Et manus ſedulorum diteſcet. Iere. 5. Ideo magnificati ſunt, & ditati ſunt. Prou. 23. Ne fatigeris diteſcere.

Participium præſens מַעֲשִׁיר. 1. Sam. 2. Iehoua depauperat & ditat. ubi opponitur participio מוֹרִישׁ.

In quarta coniugatione מִתְעַשֵּׁר. Prouerbiorum 13. Et diuitem ſe ſimulans, & nihil quicquam.

INDE NOMINA:

עָשִׁיר Diues, locuples in poſſeſſionibus. 2. Samuelis 12. Duo uiri fuerunt in ciuitate quadam, unus erat diues, & alter pauper, & diuiti erat grex & armentum multum ualde. Ieſaiæ 53. Et cum diuite Excelſum eius. Pſal. 49. Pariter diues & egenus. Prou. 22. Diues & pauper occurrunt, facit utrunq; Iehoua. pro quo cap. 29. legitur: Pauper & uir uſurarum occurrunt, illuminat oculos utriuſque Iehoua. Et pluraliter עֲשִׁירִים. Eccleſ. 10. Et diuites in humilitate ſedebunt. In ſtatu regiminis עֲשִׁירֵי. Pſal. 45. Faciem tuam anxiè expectabunt diuites populi. Et cum affixo. Mich. 6. Diuites eius pleni ſunt iniquitate.

Diui-

עֹשֶׁר Diuitia, opulentia. Gen.31. Omnis diuitia quam eripuit. 1.Sa.17. Ditabit eum diuitia multa. 1.Reg.10. Et magnificatus eſt rex Salomo ſupra omnes reges terrę in diuitia, & in ſapientia. Prouer.22. Eligibilius eſt nomen præ diuitia multa. Et cum affixis mutat holem in hatephcametz, & ſægol in ſeua. Pſal.52. In multitudine diuitiæ ſuæ. Pſal.49. Et in multitudine diuitiæ ſuæ gloriabuntur.

1185 עֶשֶׂר Cum ſiniſtro puncto, nomen eſt numerale, ut uocāt, cardinale, decem, eò quòd numerus denarius ſit diues: ideoq; etiam cognationē habet cum uerbo עָשַׁר, & ab eo deſcēdit. Et in compoſitione aliorum numeralium minor numerus, hoc eſt monadicus ſemper denario præponitur, at numerus maior, nempe centenarius, & millenarius poſtponitur. Gen.37. Et undecim ſtellæ proſternebāt ſe mihi. Deut.1. Vndecima die. Ioſ.3. Accipite uobis duodecim uiros. 1.Reg.19. Et ipſe inter undecim. Num.24. Sedecim. Et mox iterum: Septēdecim. Et iterum: Nouendecim, &c.

עֶשֶׂר Decem. Et legitur extra compoſitionē cum cæteris numeralibus. Et habet poſt ſe nomina pluralis numeri. Gen.45. Et decem aſinas. Exod.36. Decem cubitorum longitudo tabulę. Leuit.3. Et coquent decem mulieres panem ueſtrum in clibano uno. Iob 19. Iam decem uicibus pudore affeciſtis me.

עֲשָׂרָה Decem. Gen.18. Si inuenti fuerint ibi decem: & dixit, non delebo propter decem. Ioſue 22. Et decem principes cum illo. 1.Sam.1. Nónne ego ſum melior tibi, quàm decem filij. 2.Sam 18. Quia nunc ſicut nos decem millia. Eccleſ.7. Nónne ſapientia roborabit ſapientem plus quàm decem principes. Eſt & obſeruandum, quòd עֲשָׂרָה & עֶשֶׂר in aliquot ſcripturæ locis accipiuntur indeterminatè pro aliquot, itē multis, eò quòd numerus denarius eſt terminus numeri, & in eo numerus monadicus deſinit, ut ſuprà aliquot exēpla adduximus. Et inde quoq; apparet, quòd affinitatem quandam habeat cum עֹשֶׁר, quod cum dextro ſchin diuitias, id eſt multitudinem ſignificat.

עֶשְׂרֵה Decē. Exo.26. Vndecim cortinas facies. Gen.5. Et fuerunt omnes dies Seth duodecim anni. & cap.46. Et peperit illos ipſi ſedecim animas. Et pluraliter עֶשְׂרִים, omnis eſt generis, & accipitur pro bis decem, id eſt uiginti. Gen.18. Si inuenti fuerint ibi uiginti: & dixit, non perdam propter uiginti. & cap.23. Centum anni & uiginti anni. Vſurpatur quoq; aliquando pro numerali ordinis, ſicut עֶשֶׂר. 1.Paral. 24. Pro Iacin prima & uigeſima, pro Gamul ſecunda & uigeſima, &c.

עָשׂוֹר Decimus, numerale eſt ordinis. Gen.24. Maneat puella nobiſcum dies uel denarium, pòſt abeat. Exod.12. In decima menſis huius. Leuit.16. Menſe ſeptimo in decimo. Num.29. In decima menſis. Eſt & nomen inſtrumēti muſici à denario numero chordarum, quod decachordum uocant. Pſal.92. In decachordo & choro. Pſal.144. In Choro & decachordo.

עֲשִׂירִי Nomen numerale ordinis maſculini generis, decimus. Gen.8. Vſq; ad menſem decimum. Et iterum: In decimo in prima menſis uiſa ſunt capita mōtium. Et in genere fœminino עֲשִׂירִית. Exod.16. Et Gomer decima eſt Ephi. Num.28. Et decima modij ſimilæ. Iere.32. Anno decimo Zidkijahu.

עִשָּׂרוֹן Nomen menſuræ, quæ continebat decimam partem Ephi, Gomer dictam: poteris uertere decimā. Exo.16. Gomer eſt decima ipſius Ephi. & cap.29. Et decimam mixtam oleo. Leuit.14. & Num.15. Similæ decimam permixtam. Et pluraliter עֶשְׂרֹנִים. Leuit.14. Et tres decimas ſimilæ.

עֲשִׂירִיָּה Decima. Ieſa.6. Et adhuc in ea decima erit.

מַעֲשֵׂר Decima, decimatio. Gen.14. Et dedit ei decimam de omnibus. Leuit.27. Et omnē decimam terræ. Deu.14. Et decimam frumenti tui. Num.18. Decimam de decima. Et cum affixo. Leuit.27. Et ſi redimendo redemerit quiſpiam de decima ſua.

INDE VERBVM,

עָשַׂר Decimauit, i. decimam partem accepit. 1.Sam.8. Et uineas ueſtras decimabit.

In ſecunda coniugatione עִשֵּׂר, decimauit, id eſt, decimam dedit. Gene.28. Omne quod dederis mihi, decimando decimabo tibi. Deut.14. Decimando decimabis prouentum ſeminis tui.

Participium preſens מְעַשְּׂרִים. Nehe.10. Et ipſi Leuitæ decimabunt in omnibus ciuitatibus agriculturæ noſtræ.

In tertia coniugatione legitur tantùm Infinitiuus defectiuè. Deut.26. Quũ perfecerit decimare omnem decimam fructus tui. Item Neh.10. Et erit ſacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimando Leuitas.

1186 עָשַׁת Politus, terſus factus eſt. Iere.5. Pinguefacti, terſi facti ſunt. Dan.6. Et Rex pulchrè cogitabat conſtituere eum ſuper totum regnum.

In quarta coniugatione הִתְעַשֵּׁת, ſerenum ſe exhibuit: & refertur ad animum, & cogitationes animi ſerenas & ſplendidas. Ionæ 1. Si quando ſerenum ſe exhibeat deus nobis, & non pereamus.

INDE NOMINA:

עֶשֶׁת Nomen ſubſtantiuum, polities, nitor. Cantic.5. Venter tuus polities dentis, id eſt ſicut politum ſeu nitidum ebur.

עָשׁוֹת Nomen ſubſtantiuum, politum, terſum. Ezechielis 27. In nundinis tuis dederunt ferrum politum.

עַשְׁתּוּת Cogitationes, ſcilicet ſplēdidæ. Iob 12. Fax deſpecta in cogitationibus inſolentis.

עֶשְׁתֹּנוֹת Cogitationes ſplendidę, & elegãtes imaginationes, interſerta litera nun. Pſal.146. In die illa perierunt omnes cogitationes eius.

עַשְׁתֵּי Vnum, unitas numeri ſeu cogitationis. Et ſemper legitur conſtructum cum עֶשְׂרֵה & עָשָׂר. Exod.26. Vndecim cortinæ. Num.29. Et in die tertio iuuencos undecim. Deut.1. In undecimo menſe. 2. Reg.25. Vſq; ad undecimum annum, &c.

1187 עָתַת Opportunè ſeu tempeſtiuè egit. Ieſa.50. Suſtẽtator Iehoua dedit mihi linguam doctorum, ut ſciam tempeſtiuè agere cum laſſo, uerbo.

INDE NOMINA:

עֵת Vt Græcis καιρὸς, ita Hæbræis hoc nomen, nunc tempus ipſum, nũc temporis opportunitatem ſeu occaſionem ſignificat. Gen.18. Secundum tempus uitæ. & cap. 21. Et factum eſt in tempore illo. Pſal.34. Benedicam Iehoua omni tempore. Eccl. 3. Et tempus eſt omnibus uolupe ſub cœlo. Et iterum: Eſt tempus naſcendi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus euellendi plantatum, &c. Et cap.8. Tempus & modum nouit cor ſapientis. Et ſic ſæpè uſurpatur in nouo Teſtamento: Epheſ.5. Redimentes tempus, id eſt occaſionem. 1. Petri 5. Humiliamini igitur ſub potenti manu dei, ut uos extollat in tempore, cùm erit opportunum.

In ſtatu affixorum tranſponit punctum in literam ſequentem, ut indicetur defectus literæ geminatæ. Ieſa.33. Et erit ueritas in tempore tuo. Pſal.1. Quæ fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et pluraliter forma maſculina עִתִּים. Iob 24. Ab Omnipotente non ſunt abſcondita tempora. Dan.9. In anguſtia temporum. Eſther 1. Scientes tempora, id eſt opportunitates. Galat.4. Dies obſeruatis & menſes & tempora, id eſt opportunitates, quando hoc aut illud fas erat aut nefas. Legitur etiam forma & terminatione fœminina עִתּוֹת. Pſal.9. Releuamẽ in temporibus in anguſtia, id eſt opportunè in anguſtia. Pſal.10. Quare Iehoua ſtas procul, abſconderis in temporibus in anguſtia, id eſt, cùm deberes opportunè adeſſe, & opitulari in anguſtia. Pſal.31. In manu tua ſunt tempora mea.

עִתִּי Opportunus, tempeſtiuus. Leuitic.16. Et mittet per manum uiri opportuni in deſertum.

עַתָּה Aduerbium temporis præſentis, Iam, modò, nunc. 1. Regum 12. Nunc prouide domum tuam. Pſal.2. Et nunc reges intelligite. Pſal.113. A modo & uſq; in ſeculum, id eſt à tempore ad æternitatem. Et in diſtinctione ſententiæ עָתָּה. Ioſue 14. Et ſicut robur meum nunc.

1188 עָתַד Inſtitit, urgebat, imminebat, inſtanter exercuit. Prouer.24. Diſpone foris negocium tuum, & urge in agro tibi, poſtea ædifices domum tuam. ubi mappik monet literam duriter efferendam.

In quarta coniugatione הִתְעַתְּדוּ. Iob 15. Et habitabũt ciuitates derelictas, domos in quibus non habitabunt, quæ procubuerunt in cumulos, id eſt imminebant.

INDE NOMINA:

עָתִיד Promptus, intentus, qui inſtat & incumbit alicui rei perficiendę, & eam urget. Iob 15. Sicut rex intentus. Et pluraliter עֲתִידִים. Eſther 3. Et eſſent intēti ad diem iſlum. Iob 3. Qui intenti ſunt ſuſcitare Leuiathan. Et in genere fœminino עֲתִדֹת. Deut. 32. Quia propinquus eſt dies exitij eorum, & feſtinat multitudo imminentiarum illis, quæ illis imminent. Ieſaiæ 10. Et promptuaria eorum deprędatus ſum, id eſt quibus ipſi incubuerunt.

עַתּוּדִים Capri ſeu hirci, mares, qui incumbunt capris, & quibus grex incumbit & confidit. Num. 7. Quinq; hircos. Deut. 32. Et hircos. Ier. 5. Et eſtote ſicut hirci ante gregem. Ezech. 34. Inter arietes, & hircos. Et cum kybutz עֲתֻדִים. Gen. 31. Et uidi omnes hircos qui aſcendunt ſuper capras. ubi generaliter ponitur pro hircis & arietibus.

Et עַתּוּד etiam pro toto grege tam ouium, quàm caprarum: & figuratè pro ducibus & gubernatoribus populi. Zach. 10. Et ſuper hircos uiſitabo. Et in ſtatu re-

1189 giminis עַתּוּדֵי. Ieſaiæ 14. Omnes hircos terræ.

עָתַם Interpretes ſequuti Chaldæum Paraphraſten, expoſuerunt uerbo חשך, obſcurandi. Ego uerò arbitror ueritati magis eſſe conſentaneum, ſi interpreteris uerbo incendendi. Et legitur tantùm ſemel in uoce paſſiua נֶעְתַּם Ieſa. 9. In ardore Ie-

1190 houa exercituum incenſa eſt terra, & factus eſt populus cibus ignis.

עָתַק Primo ſignificādi modo ſignificat perdurare & perſeuerare in loco. Iob 21. Cur improbi uiuunt, perdurabunt, inſuper præualeſcunt diuitijs. Pſal. 6. Corroſa eſt à triſtitia facies mea, perdurauit. Deinde ſciendum eſt, ꝙ quādo hoc uerbum in prima coniugatione conſtruitur cum præpoſitione mem ablatiui caſus, importante motum de loco, tunc ſignificatione contraria notat transferri aliò. Iob 18. Et transferetur petra de loco ſuo.

In tertia coniugatione הֶעְתִּיק, tranſtulit de loco. Geneſ. 12. Et tranſtulit inde in montem, qui erat ab Oriente Bethel. & cap. 26. Et tranſtulit inde & fodit puteum alium, ſcilicet tabernaculum & familiam. Iob 32. Conſternati ſunt, non potuerunt reſpondere amplius, translata ſunt ab eis uerba. Prou. 25. Etiam hæ ſunt ſententiæ Salomonis, quas tranſtulerunt uiri Hiskija regis Iehuda, id eſt tranſcripſerunt.

Participium pręſens מַעְתִּיק. Iob 9. Ipſe transfert montes.

INDE NOMINA:

עָתָק Nomen ſubſtantiuum, & dicitur de dicto aut facto durabili & manente, & nūc in bonum, nūc in malum accipitur. 1. Sam. 2. Egredietur durabile de ore ueſtro, quod ſcilicet longo tempore perdurauit, & infixum eſt animis hominū. Pſal. 31. Obmuteſcant labia falſitatis, quæ loquuntur contra iuſtum, durabile, id eſt, quod infigit notam infamiæ, & inhæret. Pſal. 75. Ne extollatis in altum cornu ueſtrum, aut loquamini in collo durabile. Pſal. 49. Effutiendo loquuntur durabile.

עַתִּיק Durabilis. Dan. 7. Durabilis dierum ſedit. Et pluraliter עַתִּיקִים. 1. Paralip. 4. Et uerba iſta ſunt durabilia.

עָתִיק Durabile. Ieſa. 23. Ad comedendum ad ſaturitatem, & ad operiendum durabile, id eſt ueſtem quæ non citò atteritur, ſed durat. Et tranſpoſitione literæ iod ad ſubiectum hirik עָתֵק. Prouer. 8. Subſtantia durabilis, & iuſtitia.

עַתִּיקֵי In altero modo ſignificandi, id eſt translati. Ieſa. 28. Translati ab uberibus.

1191

עָתַר Suauibus uerbis orauit ad deum pro rei alicuius impetratione, orauit ut demulceat, amanter & familiariter ſupplicauit domino. Et conſtruitur uel cum lamed, uel אֶל. Gen. 25. Et ſuauibus uerbis ſupplicauit Izhak ipſi Iehoua præſente uxore ſua, quia ipſa erat ſterilis. Iudi. 13. Et ſuauibus uerbis orauit Manoah ad Iehoua: Euge ſuſtentator, ut uir ille dei, quem miſiſti, ueniat denuò ad nos. Iob 33. Orabit ad deum & placabit eum.

In uoce paſſiua נֶעְתַּר, uel נַעְתּוֹר: & cōſtruitur cum lamed, exorabilis factus eſt, ſuaui oratione demulcitus eſt alicui. Ieſaiæ 19. Et cōuertentur ad Iehoua, & exorabilis fiet ei. 1. Paralip. 5. Et exorabilis factus eſt illis. Geneſ. 25. Et exorabilis factus

eſt

eſt ei Iehoua.2. Samuel.21. Exorabilis factus eſt Iehoua terræ.2.Paralip.33. Oratio eius, & exorabilis fieri illius.

Participium generis fœminini, pluralis numeri נַעְתָּרֹת. Prouerbiorum 27. Sed acerba oſcula odientis. ubi contrariam habet ſignificationem, ſicut in tertia coniugatione uidebimus.

In tertia coniugatione הַעְתִּירוּ.Exod.8.Orate ad Iehoua,ut auferat ranas à me. Et iterum: Vt exorem tibi & ſeruis tuis,& populo tuo,ut excindat ranas à te, & à domo tua. Iob 22.Orabis ad illum & audiet te. Et ſemel conſtruitur cum עַל aduerſatiua, poniturq; tranſitiuè, ac ſignificat ut in participio paſſiuæ uocis ſuprà eſt uiſum,in malum,exacerbare uerba.Ezechiel. 35.Et iactaſtis contra me ore ueſtro,& exacerbaſtis contra me uerba ueſtra,quod ego audiui.

INDE NOMINA:

עָתָר Suauitas,ſcilicet ſuffitus:ſuffitus autem ſignum & ſymbolum erat orationis. Et ut ſuffitus gratus, & ſuauis eſt,ita Deo oratio. Ezech. 8. Quiſq; habebat thuribulum ſuum in manu ſua,& ſuauitas nubis ſuffitus aſcēdebat. Et pluraliter עֲתָרִים, ſignificat ſuauiter orantes,qui ſuaues ſunt oratores. Zoph.3. Transflumina Æthiopiæ, oratores meos,filiam diſperſorum meorum adducent munus meum.

עֲתֶרֶת Oratio ſuauis, exoratio. Ieremiæ 33. Sanabo eos, & aperiam eis exorationem pacis & ueritatis.

DE NOMINIBVS TETRAGRAMMATIS ET PEREGRINIS.

1192 עַכְבָּר Mus.Leuit.11.Muſtela & mus. Ieſaiæ 66.Comedentes carnem ſuillam,& execrabilia,& murem. Et pluraliter עַכְבָּרִים,quod in regimine עַכְבְּרֵי legitur.1.Samuel.6.Et quinq; mures auri. Similiter habet in ſtatu affixorum.Ibidem: Et imagines murium ueſtrorum.

1193 עַכָּבִישׁ Araneus. Iob 8. Et ædificium aranei fiducia eius.Ieſaiæ 59. Et foramina aranei texent,id eſt,telas.

1194 עַכְשׁוּב Aſpis.Pſal.140.Furor aſpidis ſub labijs eorum.

1195 עֲלוּקָה Nomen animalculi tortuoſè in paludibus natantis,quod quia perpetuò ſanguinem haurit,ſanguiſugam Latini appellârunt. Legitur Prouer.30.Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ,&c. Et Chaldæus paraphraſtes.Pſalm.12.pro זְלוּת uertit עֲלוּקְתָא. Arbitror ab עָקַל deriuatum,& dici hoc animalculum ab tortuoſitate.

1196 עַקְרָב Scorpio, animalculum uenenatum,habens aculeum quo pungendo inficit,& interficit.Deut.8.Et ſerpens urens & ſcorpio. Et pluraliter עַקְרַבִּים, ſignificat genus ſpinæ acerrimæ,referens aculeos ſcorpionum.1. Regum 12. Pater meus caſtigauit uos flagellis,ego uerò caſtigabo uos ſcorpionibus. Ezechielis 2. Quoniam ſpinæ tecum ſunt & ad ſcorpiones habitas. Inde nomen loci à ſcorpionibus, qui fuit terminus terræ Canaan,à Meridie uerſus Orientem. Numeri 34. Ad aſcenſum Akrabbim.

1197 עַשְׁתֹּרֶת Dea Zidoniorum. Et ex cæteris locis colligitur Veneris Multimammiæ fuiſſe ſimulachrum, quæ propter fœcunditatem prolis uenerata eſt, & habita omnium uiuentiū nutrix. Et quidem Ioſephus lib. 1. cōtra Apionem Grammaticum meminit Titobali Haſtartæ ſacerdotis.1. Reg.11. Et ambulauit Salomo poſt Aſthores idôlum Zidoniorum. Et iterum: Et incuruauit ſe Aſthoreth idôlo Zidoniorum.2. Reg. 23. Excelſa, quæ erant ad proſpectum Ieruſalem, quæ erant dextrorſum ad montem perditionis,quæ ædificauerat Salomo rex Iſrael ipſi Aſthoreth, execrationi Zidoniorum. Et pluraliter עַשְׁתָּרוֹת, & in ſtatu regiminis עַשְׁתְּרֹת. Iudicum 2.Et dereliquerunt Iehoua, & ſeruierunt Baal, & Aſtharoth.

& cap.10. Et coluerunt Baalim & Aſtharoth, & idola Syriæ, &c. 1. Sam. 7. Et remouerunt filij Iſrael Baalim, & Aſtharoth. 1. Sam. 31. Et poſuerũt arma eius in domum Aſtharoth. Deinde apparet duas fuiſſe ciuitates eius nominis, quarũ altera fuit ſita in Karnaim, cuius mentio fit Geneſ. 14. Et percuſſerunt Gigantes in Aſtheroth Karnaim. Et alterius in Edrei, Deut. 1. Et Gog regem Baſan, qui habitabat in Aſtheroth in Edrei. Tertiò pluraliter in ſtatu regiminis עשתרות legitũ mea ſententia in uera ſignificatione pro prolibus ouium. Deut. 7. Fœtum boum tuarũ, & proles ouium tuarum. Et ab hac primaria ſignificatione arbitror & idolum Veneris, & ciuitates originem traxiſſe, & appellationem.

פ Pſal. 119.

פניך האר יהוה בעבדך ולמדני
את חקיך׃

**פאה** Angulus. Vide in themate ſuo ſuo פאה.

1198 **פאר** Decorauit, ornauit. Et differt modo tantùm ſignificandi à uerbo פרה, fructificauit. Pſal. 149. Et afflictos ornabit ope ſua. Ieſaiæ 6. Et domum gloriæ meæ ornabo. & cap. 55. Propter ſanctum Iſrael, qui ornauit te. Eſdrę 7. Qui dedit hoc in cor regis, ut ornaret domum Iehoua, quæ eſt in Ieruſalem. Legitur ſemel ſignificatione contraria, & ſignificat dedecorare, adimere ornatũ. Deut. 24. Cùm excuſſeris oleam tuã, non dedecores poſt te, id eſt, non priues eam ornatu ſuo: decet enim ut aliquid etiã pauperibus in ea relinquas, ſicut ſequitur, ſed aduenæ, pupilli & uiduæ erit. Et ut Moſes de olea prohibet, ne ea omnino deornetur, ita mox uetat de uinea, ne תעולל racemetur, quod ſimiliter in contraria ſignificatione ponitur.

In quarta coniugatione התפאר, gloriatus eſt, glorioſus factus eſt. Exo. 8. Sis glorioſus ſupra me, id eſt habe hanc gloriã præ me, defero tibi hãc gloriam. Iud. 7. Plures de populo ſunt tecum, quàm ut tradam Midian in manum eorum, ne glorietur Iſrael contra me dicẽs, manus mea ſaluauit me. Ieſaiæ 12. Num gloriabitur ſecuris contra ſecantem cum ea. cap. 44. Quoniam redemit Iehoua Iacob, & in Iſrael glorificatur. & cap. 49. Seruus meus es tu Iſrael, qui in te glorificabor.

INDE NOMINA:

פאר Decor, ornatus. Ieſa. 61. Ad dandum illis ornatum pro cinere, oleum lætitiæ pro luctu. Et mox iterum: Sicut ſponſus ſacerdotabitur ornatu. Ezech. 24. Ornatũ tuum ligabis ſuper te. Et ibidẽ iterum: Et ornatus ueſter erit ſuper capitibus ueſtris, & calceamenta ueſtra in pedibus ueſtris, non lugebitis, &c. Et pluraliter פארים. Ieſ. 3. Ornatus & thiaras. Et in ſtatu regiminis פארי. Exo. 39. Et ornatus mitrarum. Ex quo loco fit liquidum, ornamentum fuiſſe applicatum thiaris. Ezech. 44. Mitrę lineę erunt in capitibus eorum, & ſubligacula in lumbis eorum. pars pro toto.

תפארה Decor, ornatus, gloria, ſplendor, magnificentia, magnidecentia. Ieſ. 28. Erit Iehoua exercituum in coronam iucunditatis, & in diadema gloriæ. Iere. 48. Quomodo fracta eſt uirga potentiæ, & baculus gloriæ ſeu magnificentiæ.

תפארת Decor, ornatus, ſplendor, gloria, magnificẽtia, Græcè μεγαλοπρέπεια. Chaldæus perpetuò uertit תושבחתא. Pſal. 89. Nam gloria potentiæ eorũ tu es. Pſal. 96. Potentia & magnificentia in ſanctuario ſuo. Eſther 1. Vt oſtenderet diuitias magnificentiæ

tiæ regni ſui,& precioſa magnificentiæ ſuæ. Prou. 4. Corona gloriæ coronabit te. Ieſ.3. In die illa auferet Iehoua ornatum calceamentorum eius. cap.44. Secundum decorem hominis,i. ſecundū glorioſum hominē. & cap. 62. Et eris corona gloriæ in manu Iehoua. Thren.2. Quomodo deiecit è cœlo in terrā gloriā,i. cultū Iſraelis.

In diſtinctione ſententiæ תִּפְאָרָה. Exod. 28. Et facies ueſtimenta ſanctitatis Aaroni fratri tuo in gloriam & decorem. Deut.26. Et in nomen & in gloriam. 2. Paralip.3. Et operuit domū lapide precioſo pro decore. Ieſ.63. Et facies tibi nomen gloriæ. 1. Paral.29. Tibi Iehoua magnificentia, potentia, & gloria, & uictoria. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah. Iud. 4. Niſi quòd non erit gloria tua in itinere, quod ambulabis. Pſ.71. Replebitur os meū laude tua, omni die magnificentia tua. Pſal.78. Dedit in captiuitatē potentiā eius, id eſt arcam, & decorē eius, id eſt cultum in manū hoſtis. nam loquitur ibi de cultu in Silo decenter inſtituto.

Sic & Paulus hortatur, ut in Eccleſia omnia εὐσχημόνως decēter, & ſecundū ordinem fiant. Ieſa.52. Induere ueſtimentis magnificentiæ tuæ. & cap.63. Qui ducebat dextera Moſen brachio magnificentiæ ſuę. Ezech.24. In die quo tulero ab eis gaudiū decoris ſui, &c. Volui ſtudio plures adducere locos, ut ex illis ſignificatio uocis fieret magis conſpicua, & Apoſtolus Paulus in aliquot locis rectiùs intelligeretur, qui hanc uocem nunc coronam, nunc gloriam reddidit, nunc utrunque ſimul complexus: In epiſtola ad Philip.cap.4. uocat eos gaudium & coronā: quam phraſin haud dubiè ſumpſit ex Ezechiel.24. Similiter 1. Theſſal. 2. Nam quæ eſt noſtra ſpes, & gaudium & corona gloriæ, an non & uos in conſpectu domini noſtri Ieſu Chriſti in eius aduentu: uos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium, &c.

פֹּארָה Gloria & ornatus, ſcilicet arboris, id eſt frons, ſeu frondes. Ieſa.10. Ecce ſuſtentator Iehoua exercituum deramat frondem cum uiolentia. Et pluraliter פֹּארוֹת. Ezech. 17. Et emiſit frondes. & cap.31. Omnia uolatilia cœli ſub frondibus eius parient.

פָּארוּר Geminata ultima litera, gloria, decor, ſpecies, ſplendor. Nahum 2. Et facies omniū retraxerunt ſplendorem. Ioel.2. Omnes facies retraxerunt ſplendorē ſeu decorem. ſicut mox in eodem loco conſimilis phraſis ſequitur: Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. quanquam alij ſentiant פארור poſitum pro פָּרוּר, olla ſeu nigredine ollæ aduſtæ, ut ſit ſententia: Et facies contraxerunt nigredinem ollæ, ſcilicet ad ignem poſitæ. quos ſuo ſenſu abundare permitto.

פַּג Et פַּגָּה. Vide in themate פגג.

פִּגּוּל Vide in themate פָּגַל.

1199 פגע Generaliter ſignificat occurrere, uenire obuiàm, obuiare, uel animo hoſtili, uel obſecrationibus. Et bifariàm conſtruitur: Primò cū beth præpoſitione, In. Ioſue 17. Et in Aſſer incurrit ab Occaſu. Et ibidem iterū: Et incurret terminus in Thabor. Gen.28. Et incurrit in locum, & pernoctauit ibi. cap.32. Et Iacob abijt in uiam ſuam, & inciderunt in eum angeli dei. Exo. 5. Ne incidant in peſtē uel in gladium. Ioſue 16. Et deſcēdet de Ionocha Atareth, & Naaratha, & incurret in Iericho, & egredietur ad Iordanē. Iud.8. Surge tu, & irrue in nos. 2. Sam.1. Surge, irrue in eum. 1. Reg. 2. Qui irruit in duos uiros iuſtiores & meliores ſe. Gen. 23. Audite me & occurrite pro me in Ephron filium Zohar, i. intercedite pro me. Ruth 1. Ne occurras in me, ut deſerā te, & reuertar poſt te, id eſt, ne ores me. Iob 21. Et quid ꝓficiemus, quando incidimus in eū, id eſt orabimus eum. Iere. 27. Incurrēt tunc in Iehoua exercituū, ſcilicet precatione. & cap.36. Sed Elnathan, Delaiahu atque Gemerlahu incurrerunt in regem, ut combureret uolumen. Secundò regit poſt ſe accuſatiuū mediante articulo אֶת, id eſt, obuiàm habuit. Exo.5. Et obuiàm habuerunt Moſen & Aaronē ſtantes in occurſum illis. Ieſ.64. Obuiàm habuiſti gaudētem. Tamen etiam ſine articulo legitur. Exo.23. Si obuiàm habueris bouē inimici tui. 1. Sam. 10. Et obuiàm habueris cœtum Prophetarum. Amos 5. Si quis fugit à facie leonis & obuiàm habet ipſe urſum. Ieſa.47. Et non obuiàm habebo hominem, id eſt, orabo.

In tertia coniugatione הִפְגִּיעַ. Ieſa.53. Et Iehoua incurrere fecit in eum iniquitatē

omnium noſtrum. Et mox iterum: Et pro tranſgreſſoribus occurrebat, id eſt, rogabat. Iere. 15. Si non incurrere feci in te in tempore malo.

Participium præſens מַפְגִּיעַ. Iob 36. Et mandauit ſuper ea in occurrentem. Ieſ. 59. Et admiratus eſt, quòd non eſſet occurrens, id eſt, interceſſor.

INDE NOMINA.

פֶּגַע Occurſus, occurſatio. 1. Reg. 5. Et non eſt aduerſarius, neq; occurſatio mala. Eccl. 9. Quia tempore & occurſatione eueniunt uniuerſa iſta.

מִפְגָּע Occurſus, occurſatio. Iob 7. Quare poſuiſti me in occurſum tibi, ut ſim ſuper me onus.

1200 פגר Vt tranſpoſitione literarum, ita quoq; ſignificatione differt à uerbo פָּרַג, quod ut agilitatem & uolubilitatem, ita hoc conſentiente uoce Latina pigritiã ſignificat, ſi pigritiam accipias pro tarditate, aut immobilitate, aut defatigatione & laſſitudine. 1. Sam. 30. Et perſequutus eſt Dauid ipſe, & quadringenti uiri: ſubſtiterunt enim ducenti uiri, qui pigri fuerunt, ne tranſirent torrentem Beſor. Et iterum: Et uenit Dauid ad ducentos uiros, qui pigri facti erant, nec abiſſent poſt Dauid.

INDE NOMEN,

פֶּגֶר Pigrum. Sic Hebræi uocãt cadauer, quod deſtitutum, ac relictum anima, amplius non mouet ſe, ſed iacet immobile: & plerunq; de cadauere humano dicitur. 1. Sam. 17. Et dabo cadauer caſtrorum Philiſtæorum hodie uolatili cœli, &c. Ieſaię 14. Sicut cadauer conculcatum. Amos 8. Multum cadaueris in omnem locum proiecit clàm. Et in diſtinctione ſententiæ פָּגֶר. Nahum 3. Et multitudo uulneratorum, & copia cadaueris. Et pluraliter פְּגָרִים. Gen. 15. Cùm deſcenderet turba auium ſuper cadauera. 2. Reg. 9. Et ecce uniuerſi erant cadauera mortua. In ſtatu regiminis & affixorum פִּגְרֵי. Leuit. 26. Et dabo cadauera ueſtra ſuper cadauera idolorũ ueſtrorum. Numeri 14. Et portabunt meretricationem ueſtram uſque conſumantur cadauera ueſtra. 2. Paralip. 20. Et ecce ipſi cadauera cadentia in terram. Ieſa. 66. Et uidebunt cadauera uirorum.

1201 פגש Vt ultima litera, ita modo tantùm ſignificandi differt à uerbo פָּגַע, & ſignificat obuiàm habere. Et conſtruitur cum accuſatiuo. Geneſis 33. Tua'ne eſt turma hæc, quam obuiàm habui? 1. Samuelis 25. Et obuiàm habuit eos. Ieſa. 34. Et obuiàm habebunt Zym, ipſos Iim. Ieremiæ 41. Et factum eſt, cùm obuiàm habuiſſet eos, ſtatim dixit ad eos. Legitur tamen ſemel cum beth, Prouerbiorum 17. Incurrere urſum orbatum in uirum.

In uoce paſſiua נִפְגַּשׁ. Pſal. 85. Benignitas & ueritas obuiàm factæ ſunt. Prouer. 22. Diues & pauper obuiàm facti ſunt.

1002 In ſecunda coniugatione פִּגֵּשׁ. Iob 5. Per diem obuiàm habebunt tenebras.

פדה Redemit, liberauit ex periculo, anguſtia uel captiuitate. 1. Reg. 1. Viuit Iehoua, qui liberauit animam meam ab omnibus hoſtibus meis. Ieſaię 29. Qui liberauit Abraham. Iob 33. Liberauit animam meam, ne tranſiret in foucam. 1. Samuelis 14. Liberauit populus Ionathan. Iob 5. In fame liberauit te à morte. Deut. 7. Et liberauit te de domo ſeruorum, de domo Pharaonis regis Ægypti. Deut. 9. Ne perdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam liberaſti in magnificentia tua. Exod. 15. Et ſis memor, quòd ſeruus fueris in terra Ægypti, & redemerit te Iehoua deus tuus. Exod. 13. Omne primogenitum aſini agno redimes. Leuit. 27. Et redimet iuxta æſtimationem tuam.

In uoce paſſiua נִפְדָּה. Leuit. 19. Sed redimendo non redempta. & cap. 27. Omne anathema, quod deuotum eſt ex hominibus, non redimetur, ſed moriendo moriatur. Ieſaiæ 1. Zion in iudicio liberabitur.

In tertia coniugatione הֶפְדָּה. Exod. 21. Si ancilla diſplicuerit in oculis ſuſtentatoris ſui, neq; tamet elocat eã, permittat redimi eã, i. concedat ei facultatẽ redimendi.

In uoce paſſiua הָפְדֵּה. Leuit. 19. Quicunq; concubuerit cum muliere concubitu ſeminis, quæ ancilla eſt à uiro uiciata, ſed redimendo non redempta. Et quando in lege hoc uerbum de redemptione intercedẽte precio ac ſolutione dicitur, tum Græ-

Græci uertunt ἀπολυτρόω,redimo,reſoluo,à ſimplici λύω,quod eſt ſoluo.

INDE NOMINA:

פְּדוּת Liberatio,redemptio.Pſal.111.Redemptionem miſit populo ſuo.Pſal.130.Copioſa apud eum redemptio. Et in forma פְּדֻת.Exo.8.Et ponam redemptionem inter populum meum & populum tuum:cras fiet ſignum iſtud,&c.

פְּדוּיִם Nomen participiale,pluralis numeri,pro פְּדוּיִים, redemptiones.Numeri 3.Et dabit Moſes argentũ redemptionum. Et in ſtatu regiminis פְּדוּיֵי .Num.3.Pro redemptionibus Leuitarum.Et Ieſaiæ 35.Et redemptiones Iehoua,id eſt,redempti à Domino reuertentur.

פִּדְיוֹם Redemptio.Num.3.Et accepit Moſes argentum redemptionis.

פִּדְיוֹן Redemptio.Pſal.49.Frater redimẽdo non redimet uirum,nec dabit deo precium pro eo:nam carior eſt redemptio animæ ipſius. Et ſine uau פִּדְיֹן.Exod.21.Si precium ei fuerit impoſitum,dabit redemptionẽ animæ ſuæ. Et ut Hebręis hęc uox פדיון , precium ſignificat, quo aliquid redimitur, ita etiam Græcis uox illa λύτρον, qua uſus eſt Chriſtus Matthæi 20.Filius hominis non uenit ut ſibi miniſtretur, ſed ut ipſe miniſtraret, utq; daret animam ſuam λύτρον redemptionem pro multis, id eſt,precium redemptionis.Similiter Paulus Apoſtolus Rom.3. Iuſtificãtur autem gratis per illius gratiam,per redemptionem,quæ eſt per Ieſum Chriſtum,quẽ propoſuit Deus propiciatorium per fidem, interueniente ipſius ſanguine, &c. Item 1. Timoth.1.Vnus deus, unus & mediator dei & hominũ, homo Chriſtus Ieſus qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus,&c.

1203 פַּדָּן Omnes dicunt eſſe Meſopotamiam. Et legitur ita abſolutè ſemel tantùm Gen. 48.Et cùm uenirẽ ex Meſopotamia. Aliàs ſemper cõſtruitur cũ nomine אֲרָם. Gen.25.De Meſopotamia Syriæ.& cap.46.Quos genuit in Meſopotamia Syriæ.& cap.31.Surge,uade in Meſopotamiam Syriæ. Et cum he importante motum ad locum פַּדֶּנָה .Gen.28.Surge,proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ.

1204 פָּדַע Vt uoce, ita ſignificatione congruit cum uerbis פָּדָה & פָּרַע, liberauit.Et legitur ſemel Iob 33.Et miſerebitur eius,& dicet,redime eum, ne deſcendat in foueam.

1205 פֶּדֶר Corpus animalis,dempto capite,inteſtinis & cruribus,id eſt,truncus.Et legitur tantùm in diſtinctione ſententiæ פָּדֶר. Leuit.1.Et diſponent filij Aaron ſacerdotes has partes: ipſum caput, & ipſum truncum ſuper ligna. Et cum affixo mutat prius ſægol in hirik,alterum in ſeua.Ibidem:Et diſmembrabit in membra ſua, nempe in caput ſuum,& in truncum ſuum. Aliqui alij tamen putãt ſignificare adipem.

פֶּה Os,oris:item hîc,aduerbium loci. Vide in themate פָּאָה.

1206 פוּג Remiſſum,laſſum,debile,reſolutum fuit:opponitur firmitati, conſtantiæ, fidei, alacritati.Gen.46.Remiſſum erat cor eius,quia non credebat illis.Pſal.77.Plaga mea noctu extracta eſt,& non eſt remiſſa. Habakuk 1.Ideo remiſſa eſt lex, & non egreditur ad executionem iudicium. Et Paulus uidetur reddidiſſe Rom. 4. Et non eſt infirmatus fide.

In uoce paſſiua נְפוּג. Pſal.38.Debilitatus ſum & contuſus ſum omnino.

INDE NOMINA:

פוּגָה Intermiſſio,laſſitudo. Et in ſtatu regiminis פוּגַת .Thren.2.Nõ des relaxationem tibi,neq; quieſcat filia oculi tui.

הֲפֻגוֹת Remiſſiones,intermiſſiones,relaxationes,nomen pluralis numeri tantùm.Threnorum 3.Oculus meus extractus eſt,& non quieſcit,neq; intermiſſiones.

1207 פוּחַ Flauit, ſpirauit: & congruit ſignificatione cum uerbis נָפַח נָשַׁב, & in aliquibus phraſibus germanico pechen. Canticorum 2. Donec ſpirauerit dies, & fugerint umbræ.

In tertia coniugatione הָפִיחַ. Pſal.12.Reſpiratio fiet illi.Canticorũ 4.Perfla hortum meũ. In reliquis locis ſignificat cum ſpiritu,id eſt, confidenria loqui,pronun

ciare,ſeu agere:& accipitur in utranque partem,reſpondetq́ illi uerbum Græcum παῤῥησιάζω. Prouerbiorum 12. Efflabit ueritatem, qui annunciabit iuſtitiam. Habakuk 2.Quia eſt adhuc uiſio ad certum tēpus,& efflabit ad finem,& non mentietur,id eſt,anhelabit. Pſal. 10. In omnes aduerſarios ſuos efflabit in eos. Prouerb. 6. Efflabit mendacia teſtis falſi. Ezech. 21. In igne furoris mei efflabo contra te. Prouerb.29. Viri deriſionis ſufflant ciuitatem: ſapientes uerò auertunt iram, id eſt, inflammant. Ieſaię 42.Inflatus eſt,id eſt,quaſi uento propulſus in cauernas ipſe, & in domos carcerum abſconditi ſunt.

INDE NOMINA:

פִּיחַ Fauilla,quæ facili flatu excitatur,& è fornace efflatur.Exod.9.Accipite uobis plenitudinem pugillorum ueſtrorum fauillæ fornacis.

פֶּחָם Carbo,qui ſufflandus,aut iam ſufflatus eſt. Prouerb.26. Carbo ad prunas, & ligna ad ignem.Ieſa.44.Et operatur in carbone.& cap.54.Ecce ego creaui fabrum flantem in ignem carbonis.

תַּפּוּחַ Singulariter ſignificat malum,arborem proferentem fructus ſpirantes & odoros. Canticorum 2.Sicut malus inter arbores ſyluæ.& cap.8.Sub malo ſuſcitaui te.Ioelis 1.Palma & malus. Et pluraliter תַּפּוּחִים, ſignificat mala,fructus.Cant. 2. Stipate me malis,quoniā langueo amore ego.Et cap.7.Et odor naſi tui ſicut mala. Et in ſtatu regiminis תַּפּוּחֵי. Prouer.25.Mala aurea in cancellis argenti.

פַּח Laqueus.Vide in themate פָּחַח.

1208 פּוּט Filius Cham,filij Noach: Gen.10.& 1. Paralip.1. Vnde pars Aphricę,quam incoluit,dicta eſt,quæ Libya dicitur. Ier.46.Fortè Æthiopiæ & Libyæ. Ezec. 30. Æthiopia,& Libya & Lydia,omnis uniuerſitas.Nahum 3.Phut,& Lybim fuerunt in adiutorium tibi. Conſule Ioſephum Antiquitatum libro 12. & Hieronymum in quæſtionibus Hebraicis.

פּוּךְ Fucus.De hoc quære in uerbo כָּחַל.

1209 פּוֹל Genus leguminis,quod nos fabam uocamus. 1. Samuel.17. Et fabam & lentes. Similiter Ezech. 4. Et fabam & lentes. Eſt & nomen regis Aſſyriæ, cuius fit mentio 2.Regum 15.

1210 פּוּן Cōſternata eſſe facie,neſcire quò te uertas. Et ut forma,ita modo ſolùm ſignificandi differt à uerbo פָּנָה. Pſal.88.Portaui terrores tuos,cōſternata facie eram.

INDE PARTICVLA,

פֶּן Quæ idem ualet,quod Græcis μήποτε,id eſt, nequando: & non eſt omnino dubitantis ſeu hæſitantis,ſed temporis, ſæpeq́ numero negationem ſimplicem notat. Deinde & hoc eſt notādū,quòd uno loco excepto ſemper & ubiq́ uerbis futuri temporis præponitur.Gen.3.Nequando moriemini.Et iterum:Nequando mittat manum ſuam.& cap.26.Nequando interficiant eum. Deut. 4. Nequando obliuiſcaris rerum quas uiderunt oculi tui.Gen.26.Ne moriar propter eam.Pſalm.13.Ne dicat inimicus meus.Prouerb.5.Semitam uitæ non regulabat. Ieſaiæ 27.Ne uiſitetur ſolium eius.2.Sam.20.Non inuenit ſibi ciuitates,id eſt,ne inueniat. Sic quoque Matthæi 4.ex Pſalm.91. Græcè reddita eſt hæc uocula μήποτε:Nequando offendas ad lapidem pedem tuum. Similiter cap. 5. Nequando tradat te aduerſarius

1211 iudici.Item cap.15.Nequando deficiant,&c.

פּוּץ Neutraliter ſignificat id quod collectum erat,huc atq́ illuc diſpergi. Et cōgruit ſignificatione cum uerbis פּוּשׁ & פָּשַׁט פָּזַר נָפַץ ,niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant. Geneſis 11. Faciemus nobis nomen, ne diſpergamur ſuper faciem uniuerſæ terræ.Numeri 10.Surge Iehoua,& diſpergentur inimici tui. 1.Samuelis 11.Et diſperſi ſunt,& non relicti ſunt ex eis duo ſimul. Pſalm.68. Exurgat deus,& diſpergētur inimici eius.Ezech.34.Et diſperſæ ſunt abſq́ paſtore.Zachariæ

chariæ 13. Percute paſtorem, & diſpergêtur oues. Et ſemel legitur in bonum Zachariæ 1. Porrò diſpergentur ciuitates meæ pro bono, & conſolabitur Iehoua porrò Zion, ſcilicet præ multitudine.

Participium præteritum פוּץ. Zophon. 3. Oratores mei filia diſperſorum meorum adducent munus mihi.

In uoce paſſiua נָפוֹץ. Gen. 10. Et poſtea diſperſæ ſunt familiæ Cananæi. Ieſaiæ 33. Ab exultatione tua diſperſæ ſunt gentes. Ierem. 10. Et tota paſtura eorum diſperſa eſt. & cap. 52. Et uniuerſus exercitus eius diſperſi ſunt. Ezechiel. 11. Et congregabo uos de terris in quas diſperſi eſtis. & cap. 28. De populis in quos diſperſi eſtis.

Participium maſculini generis נְפֹצִים. 1. Regum 22. Vidi uniuerſum Iſraelem diſperſos ſuper montibus uelut oues, quibus non eſt paſtor. Et in genere fœminino נְפֹצָה. 1. Sam. 18. Erat ibi bellum diſperſum ſuper facie totius terræ.

In ſecunda coniugatione פּוֹצֵץ. Ierem. 23. Nunquid ſic eſt uerbum meum, ſicut ignis, ait Iehoua, & ſicut malleus, qui diſperget rupem?

In tertia coniugatione הֵפִיץ. Deuter. 4. Et diſperget Iehoua uos in populos. Ieſaiæ 24. Et diſperget habitatores eius. & cap. 28. Et diſperget uitiam. Geneſis 11. Et diſperſit Iehoua eos inde ſuper faciem uniuerſæ terræ. 2. Samuelis 22. & Pſalm. 18. Et emiſit ſagittas & diſperſit eas. Iob 40. Diſperge furores iræ tuæ. Ieſaiæ 41. Et turbo diſperget eos. Habakuk 3. Et turbidi erant ad diſpergendum. Legitur tamen etiam neutraliter, quando uidelicet poſt ſe non regit accuſatiuũ. Gen. 5. Et diſperſus eſt populus in omnem terram Ægypti. 1. Samu. 13. Et diſperſus eſt populus ab eo. Iob 38. Diſpergetur Orientalis ſuper terram.

Participium præſens מֵפִיץ, diſpergens, diſperſor. Nahum 2. Aſcendit diſperſor ſuper ſuperficiem tuam. Vſurpatur etiam nominaliter, de quo infrà. Et pluraliter מְפִיצִים. Iere. 23. Qui diſpergunt oues paſcui mei.

In quarta coniugatione הִתְפּוֹצֵץ. Habakuk 3. Et diſperſi ſunt montes æternitatis. Verbum geminatum פִּצְפֵּץ. Iob 16. Et apprehendit ceruicem meam, & concuſſit me.

INDE NOMINA:

מֵפִיץ Nomen participiale, diſperſor: quo nomine Hebræi malleũ uocant. Prou. 25. Malleus & gladius, & ſagitta acuta. Nahum 2. Aſcẽdit diſperſor ſuper ſuperficiẽ tuam.

תְּפוּצוֹת Diſperſiones. Iere. 25. Ad mactandum etiam diſperſiones ueſtras.

1212

פוק Verbum eſt meſon, tamq; in bonam, quàm malam partem accipitur. Deinde eſt uel dantis uel accipientis: ideo cùm de dante dicitur, exponi poteſt uerbo abſtulit, deſumpſit, deprompſit: ſin autem de accipiente dicitur, uerbo abſtulit, deſumpſit.

In prima coniugatione tantùm ſemel de dando in malam partem accipitur, Ieſaiæ 28. Eructauerunt iudicium.

In tertia coniugatione הֵפִיק. Ieſaiæ 58. Si deprompſeris eſurienti animam tuam. De accipiente. Prouerbiorum 3. Bene homini qui inuenit ſapientiam, & aliunde depromit intelligentiam. Pſalm. 140. Ne concedas Iehoua deſideria improborum, cogitationem eorum ne ſinas proferre, id eſt in opus. Item, quando poſt ſe habet ablatiuum mediante præpoſitione mem, tum ſemper ſignificat aliunde ſumere, ſeu aſſequi. Pſalm. 144. Penuaria noſtra plena deprom̃etia ex cibo ad cibum, id eſt, ſumentia ex iſta ſpecie edulij, & mox ad aliam uenientia etiam ex illa ſpecie. Prouerbiorum 8. Qui inuenit me, inuenit uitam: & depromit beneuolentiam à Iehoua, id eſt, Dominus erit ei promptuarium, ex quo accipiet, quicquid ei placuerit. & cap. 18. Qui inuenit uxorem, inuenit bonum, & depromet beneuolentiam à Iehoua.

INDE NOMINA:

פִּיק Amotio de loco, dislocatio, luxatio. Nahum 2. Luxatio genuum.

פּוּקָה Luxatio, diſſolutio. 1. Samu. 25. Et non ſit tibi diſſolutio, & offendiculum cordis ſuſtentatori meo.

1213 פּוּר Labi, illabi, cadere. In hac prima coniugatione legitur tantùm Infinitiuus. Ieſa. 24. Labeſcendo illabetur terra.

In ſecunda coniugatione פּוֹרַר, labefactauit. Pſalm. 74. Tu labefactaſti in potentia tua mare.

In tertia coniugatione, labefactauit. Et eſt contrariũ ſignificatione uerbo הֵקִים, erexit, ratificauit. Legitur autem prȩteritum triplici forma: Primò, הֵפִיר. Pſal. 33. Labefactauit conſilium Gentium. Ezech. 17. Et pactum meum, quod labefactauit.

Secundò, tranſpoſita & mutata litera iod הֵפַר. Ieſa. 33. Labefactauit pactum, reprobauit ciuitates. Ezech. 17. Eò quòd labefactauit pactũ eius. Num. 30. Et labefactauerit uotũ eius. Deut. 31. Et deſeret me, & labefactabit pactum meum. Tertiò, in diſtinctione ſententiæ הֵפַר. Num. 15. Et mandatũ eius labefactauit. Et in fine ſententiæ mutat pathah in cametz הֵפָר. Gen. 17. Et quòd pactum meum labefactauit. Cæterùm in reliquis modis & temporibus plerunq; habet in ſecũda zere. Num. 30. Si autem labefactando labefactauerit uota uir ille. Ieſaiæ 14. Iehoua exercituum cõſulet, & quis labefactabit? Prouerbiorum 15. Labefactare cogitationes in non conſilio, id eſt, labefactatio. Numeri 30. Omne uotum, & omne iuramentum quod conſtringit, ut affligatur anima, maritus eius poſt hoc ratificare uel labefactare. Et ex hoc loco propria ex uerbo contrario ſignificatio deprehenditur, nempe quòd labefactare ſignificet, ſicut uerbũ הֵקִים ſignificat aliquid ſtabilire, & confirmare: quemadmodum & Paulus Apoſtolus hac uerborũ antitheſi delectatus eſt Rom. 3. Legẽ igitur irritam facimus per fidem? abſit: imo legem ſtabilimus. Et in eodem capite uerbo הֵפִיר quoq; uſus eſt: Num, inquiens, incredulitas illorũ fidem Dei faciet irritam? abſit: imò deus ſit uerax, omnis autem homo mendax. Item Galat. 3. Hoc autem dico teſtamentum antè comprobatum à deo erga Chriſtum, lex quæ poſt annos quadringentos & triginta cœpit, non facit irritum, ut abroget promiſſionem, &c. Legitur tamen ſemel neutraliter, & commodiùs uerti non poteſt, niſi uerbo excidendi, Eccleſiaſt. 12. Et excidit uoluptas. Sic Paulus Apoſtolus, ut priùs reddidit uerbo καταργέω, ita quando neutraliter ponitur, reddidit uerbo ἐκπίπτω: ut Rom. 9. Non autem hæc loquor, quòd exciderit ſermo Dei. Item 1. Corinth. 13. Charitas nunquàm excidit, ſiue prophetiæ abolebuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia abolebitur, &c. Hinc iterum propria huius uerbi ſignificatio conſpicitur, & econtra Pauli phraſis intelligitur.

Participium præſens מֵפֵר. Iob 5. Ipſe labefactat cogitationes aſtutorum. Ieſaiæ 44. Labefactat uentura Diuinorum.

In uoce paſſiua הֻפַר. Ieſaiæ 8. Inibis conſilium, & labefactabitur. Ierem. 33. Etiam pactum meum labefactabitur cum Dauid ſeruo meo. Zachariæ 11. Et labefactatum eſt in die illo.

In quarta coniugatione הִתְפּוֹרְרָה. Ieſa. 24. Labefactando labefactabitur terra.

Verbum geminatũ פִּרְפֵּר. Iob 16. Felix eram, ſed labefactauit me, apprehenditq; ceruice mea & concuſſit me.

INDE NOMINA:

פּוּר Idem quod גּוֹרָל, ſors, à caſu, quòd in uas ſeu dolium inijciatur. Eſther 3. Menſe primo, hic eſt menſis Niſan anno duodecimo regis Ahaſueri, iniecta eſt Pur, hoc eſt, ſors. Et pluraliter פּוּרִים. Eſther 9. Ideo uocarunt dies illos Purim, id eſt, ſortium, iuxta nomen Pur. Legitur ibidẽ etiam פֻּרִים: Et ut obſeruarent dies illos Pyrim temporibus ſuis. Et in forma fœminina פּוּרָה, dolium, uas in quod inijciuntur uuȩ calcandæ. Ieſaiæ 63. Dolium calcaui ſolus, ex populis meis non eſt quiſquam mecum. Chaldæus tranſtulit מַעְצַרְתָּא, id eſt, torcular. Haggei 2. Veniens ad lacum, ut hauriat quinquaginta dolium, id eſt, dolia, & erunt uiginti.

פָּרוּר Olla, lebes, in quam inijciuntur carnes. Numeri 11. Coquebant in olla. Iudicum 6.

Et

1214 Et ius poſuit in olla.1.Sam.2.Vel in cacabum,uel in ollam.

פּוּשׁ Ex petulantia expatiatus eſt,diuagatus eſt,laſciuiuit,luxuriatus eſt: congruit ſignificatione cum uerbis פָּשָׂה & פּוּץ,niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant.Iere.50.Laſciuietis ſicut uitula graminis.Habakuk 1.Et laſciuiunt equites eius.Malachiæ 4.Et exibitis & laſciuietis uelut uituli ſaginæ.

In uoce paſſiua נָפוֹשׁ, diffuſus eſt.Nahū 3.Diffuſi ſunt populus tuus ſuper montibus, & non eſt collector. Non eſt culpæ,ſed pœnæ.

INDE NOMINA

פַּשׁ Laſciuia,luxuria, petulantia. Iob 35. Neq; cognitionem habet in laſciuiā nimiam.

פִּישׁוֹן Vnus ex quatuor fluuijs Paradiſi, qui Indiam circuit, & à noſtris Ganges dicitur: habet autem hanc appellationem ab incremento aquarum, & inundatione. Nam & Plinius lib. 5. Naturalis hiſtoriæ in eum undeuiginti amnes fluere teſtatur. Eius mentionem facit Moſes Geneſ.2.

פִּשְׁתָּה Linum,à laſciuia dictū, qua in folliculos luxuriat, ex quo conficiuntur ueſtes prophanæ:nam in ſacris uſus lini, quod בַּד uocatur. Exod. 9. Linum & hordeum non ſunt percuſſa:quia hordeum ariſtam, & linum folliculos habebat. Ieſaiæ 42. Et linum fumigans non extinguet. & cap. 43. Extincti ſunt quaſi linum. Cum affixis abijcit literam he. Oſeæ 2. Dantes lanam meam & linum meum. Et pluraliter פִּשְׁתִּים. Leuitic.13.De ueſte lanæ & lini. Et iterum:In ueſte lanę, & in ueſte lini. Deuter. 22. Non indues contextum lana & lino ſimul. Iudicum 15. Et erant funes ſuper brachijs ipſius uelut lina,quæ accenduntur igni. Prouerb. 31. Quærit lanam & lina.Ieſaiæ 19.Quæ operantur lina. Et in ſtatu regiminis פִּשְׁתֵּי. Ioſue 2. Et abſcondit eos in lina ligni,quę collocauerat ſibi ſuper tecto,id eſt lina ſtipulę ſeu caulis. Fortaſſè illud eſt linum de quo Plinius lib. 19.cap.1. in hęc uerba ſcribit: Superior pars Ægypti in Arabia uergens gignit fruticem, quem aliqui Goſſopion uocant,plures Xylon,& ideo lina inde facta xylina,&c.

פּוֹת Cardo oſtij.Sed de hoc quære in themate ſuo פָּתָה.

1215

פָּזַז Videtur ſignificatione non multùm abludere à uerbo עָזַז, & ſignificare confirmari, conſolidari.Geneſis 49. Et conſolidata ſunt brachia manuum eius à manibus fortis Iacob.

In ſecunda cōiugatione legitur participium præſens מְפַזֵּז.2.Sam.6.Et uidebat regem Dauid obfirmantem ſe,& ſaltantem coram Iehoua.pro quo paulò antè ſcripſerat:Et Dauid ſaltabat tota potentia.

INDE NOMINA:

פָּז Abſolutè,ſine adiuncto, appellatiuum auri optimi & mundiſſimi, quod uidelicet ſoliditatem habet præ cęteris,nec minuitur, neque conſumitur igni:niſi à loco ubi foditur,dictum malis.Alij Gemmam,alij margaritam eſſe cenſent.Iob 28.Et commutatio eius uas paz. Pſalm. 19. Deſiderabilia ſupra aurum & ſupra paz multum. Pſalm.21.Impones capiti eius coronam paz. Pſalm.119.Propterea dilexi mandata tua ſupra aurum,& ſupra paz.Prouerb.8.Melior eſt fructus meus,quàm aurum,& quàm paz.Canticorum 5.Caput eius eſt aurum paz.Et iterū:Et fundatæ ſuper baſibus paz.Ieſaię 13.Precioſiorem faciam uirum ſupra paz. Thren.4. Filij Zion precioſi ſtrati cum paz.

אוּפָז Nomen loci,ubi ſolidiſſimum ac optimum naſcitur aurum.Ierem.10.Et aurum apportabitur ex Vphaz. Aliqui arbitrantur poſitum pro אוֹפִיר. Daniel.10.Et lumbi eius accincti cum auro Vphaz.

מוּפָז Apparet eſſe nomen participiale paſſiuæ uocis tertiæ coniugationis. 1. Regum 10. Et operuit illud auro ſolidiſſimo. pro quo 2. Paralipom. 9. poſitum eſt aurum טָהוֹר mundum.

1216

פָּזַר Significatione congruit cum uerbis פָּרַץ & פָּרַשׂ בָּזַר בִּזֵּר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Significat autem rumpere, diſrumpere, diſtrahere, diſpergere. Legitur in prima coniugatione uoce actiua participium

pium præteritum generis fœminini פזורה. Ieremiæ 50. Grex diſperſus Iſrael, quem leones fugauerunt.

In uoce paſſiua נפזרו. Pſal. 141. Sic diſperſa ſunt oſſa noſtra in infernum.

In ſecunda coniugatione פזר. Pſal. 53. Quoniam deus diſſipauit oſſa obſidentis te. Pſal. 89. Brachio potentiæ diſperſiſti inimicos tuos. Pſal. 112. Fregit, dedit egentibus. Pſal. 147. Pruinam ſicut cinerē ſpargit. Iere. 3. Et ſparſiſti uias ad alienos ſub omni arbore frondoſa. Ioelis 4. Propter hæreditatem meam Iſrael, quam diſperſerunt in gentes.

Participium præteritum מפזר. Eſther 3. Et hic populus unus eſt diſtractus & di
1217 ſperſus in populos in omnibus prouincijs regni tui.

פחד Vt litera tantùm ultima, ita modo tantùm ſignificandi differunt inter ſe פחד & פחד. Significat autem uel metu mali trepidare, uel reuerētia ſeu admiratione & ſtupore moueri, & quaſi obſtupeſcere. Nos reddemus uerbo expaueſcere. Et conſtruitur bifariàm, uel cum ablatiuo mediante præpoſitione mem. Pſal. 27. Deus eſt munimentū meum: à quo expaueſcam? Pſal. 119. Et à uerbis tuis expauit cor meū. Ieſaiæ 19. Et expaueſcet ab agitatione manus Iehoua. & cap. 60. Etiam expaueſcet, & dilatabit ſe cor tuum. Deuter. 28. Et expaueſcet nocte ac die, neq; confirmaberis in uita tua. Et iterum: Propter pauorem cordis, quo expaueſces. Iob 3. Quoniam pauor quo expauiſti, etiam eueniet mihi. Pſal. 14. Ibi expauerunt pauore, quia Iehoua eſt in generatione iuſti. Secundò, cum accuſatiuo mediāte præpoſitione אל. Ieſaiæ 19. Omnis qui recordatus fuerit eius, ad eam expaueſcet. Ieremiæ 36. Et factum eſt, cùm audiſſent omnia uerba, expauerunt unuſquiſq; ad proximum ſuum, id eſt pauidi conuerterunt ſe alius ad alium. Similiter Oſeę 3. Et expaueſcent ad Iehoua, & ad bonitatem eius.

In ſecūda cōiugatione פחד. Ieſ. 51. Et expauiſti iugiter tota die à furore exugētis.

Participium præſens מפחד. Prouerbiorum 28. Beatus homo qui expaueſcit ſemper.

In tertia cōiugatione הפחיד. Iob 4. Et multitudinē oſſiū meorū expaueſcere fecit.

INDE NOMEN,

פחד Nomē maſculini generis, Pauor: & uſurpatur primò pro ipſo Deo, cui ſoli pauor, id eſt cultus & reuerentia debetur. Geneſ. 31. Niſi deus patris mei, deus Abraham, & pauor Izhak fuiſſet mecum. Et mox iterum: Et iurauit Iacob per pauorem patris ſui Izhak. Aliàs accipitur pro pauore, ut eſt qualitas ſeu accidens. Exod. 15. Cadat ſuper eos formido & pauor. 1. Sam. 11. Et cecidit pauor Iehoua ſuper populum. Pſal. 31. Et pauor eram notis meis. Pſalm. 36. Non eſt pauor Dei coram oculis eius. Pſal. 53. Ibi expauerūt pauore, ubi non erat pauor. Et in diſtinctione ſententiæ פחד. Iob 21. Domus eorum ſunt in pace abſq; pauore. In ſtatu affixorum mutat tantùm alteram uocem in ſeua. Pſal. 119. Horruit præ pauore tui caro mea. Et pluraliter פחדים. Iob 15. Vox pauorum in auribus eius. Et cum affixo ſignificat teſticulos, quòd ſint ſedes pauoris, & ad periculum exhorreant. Iob 40. Nerui teſticulorum eius conſtricti ſunt. Et in forma fœminina פחדה, quod cum affixo le-
1218 gitur. Iere. 2. Et non eſt pauor mei apud te, ait Suſtentator Iehoua.

פחה Vt ex omnibus ſcripturæ locis conijcere licebit, deinde etiam terminatione nominis, uox eſt peregrina, & communis Syris, Aſſyrijs, Perſis, & Chaldæis, & ualet idem quod dux, princeps, præfectus, prouincialis. Nehemiæ 13. Panem principis non comedi. Et in ſtatu regiminis פחת. Eſdræ 2. Filij principis Moab. Legitur tamen hac forma extra regimen. 2. Regum 18. Et quomodo retundes faciem principis unius ſeruorum Suſtentatoris mei minorum. Nehemię 3. Ad ſedem principis trans flumen. Et ſcribitur ſemel cum cametz פחת Haggei 1. Ad Zerubabel filium Sealtiel principem Ieſuda. Et cum affixo. Nehemię 5. Qui mandauit mihi, ut eſſem princeps eorum in terra Iehuda. Et pluraliter פחות & פחות. 1 Regum 10. Et omnes reges Arabiæ, & principes terrę. Neh. 5. Principes autem primi, qui fuerunt ante me. 1. Reg. 20. Remoue reges de loco ſuo, & conſtitue principes pro

pro illis. Iere. 51. Confregi per te principes & dominos. Legitur etiam pluraliter פַּחֲוָתָא. Eſdræ 8. Et dederũt edicta regis, Satrapis regis & principibus trans flumen.
1219 Nehe. 2. Epiſtolas dent mihi ad principes trans flumen.

**פָּחַז** Significatione quãdam habet affinitatem cum uerbo חָפַז, ſicut & ultimæ utriuſque literæ quandam inter ſe habent cognationem, niſi quòd modo ſignificandi differant: ut enim חָפַז præcipitantiam ex metu, aut reuerẽtia notat, ita פָּחַז notat præcipitantiã ex temeritate & audacia in actione. Legitur ex eo tantùm participium præſens pluralis numeri פֹּחֲזִים. Iudicum 9. Et conduxit illis Abimelech uiros uacuos, & temerarios, qui abierunt poſt ipſum. Zophoniæ 3. Prophetæ eius ſunt temerarij, &c.

INDE NOMINA:

פַּחַז Leuis, temerarius, præceps, qui audacter & inconſideratè pro affectu ſuo fertur. Gen. 49. Præceps uelut aqua.

פַּחֲזוּת Leuitas, temeritas, præcipitantia. Iere. 23. Qui ſeducunt populum meum mendacijs ſuis, & temeritate ſua, cùm ego non miſerim eos.

פַּחִים Vide in themate ſuo פחח.

פַּחַת Fouea. Vide in themate ſuo פָּחַת.

1220

**פָּטַר** Semel legitur trãſitiuè, & ſignificat dimittere aperiendo loco, in quo erat prius retentũ. Et differt modo ſignificãdi à uerbis פָּרַשׂ & פָּטַר פָּרַץ. 2. Paral. 23. Quia non dimiſit Iehoiada ſacerdos cohortes. In alijs locis uſurpatur neutraliter. 1. Sam. 19. Sed erupit è conſpectu Saulis.

Participium præſens פּוֹטֵר. Prouerbiorum 17. Qui dimittit aquas, principium eſt reprehenſionis.

Participium præteritum פְּטוּרִים. 1. Paralipom. 9. Qui erant capita patrum Leuitarum in exedris, dimiſſi, &c. Et in ſtatu regiminis פְּטוּרֵי. 1. Regum 6. Et aperturas florum.

In tertia coniugatione יַפְטִירוּ. Pſalm. 22. Apertionem faciebant in labio, mouebant caput.

INDE NOMEN,

פֶּטֶר Nomen maſculini generis, apertio, eruptio, id eſt, homo ſeu animal, quod aperit uuluam matris. Exod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum, apertionem cuiuſque uuluæ in filijs Iſrael, tam in homine, quàm in iumento, id eſt, quod primò aperit uterum matris. Et Lucas Euangeliſta citans hanc legem, uertit Græcè *διανοῖγον μήτραν*, id eſt, adaperiens uuluam. Et in genere fœminino פִּטְרָה, quod in ſtatu regiminis פִּטְרַת legitur. Numeri 8. Pro apertione cuiuſque uuluæ primogenito
1221 quocunque de filijs Iſrael.

**פַּטִּישׁ** Malleus, ſcilicet magnus, & ponderoſus, quo aliquid cõquaſſatur: & conuenit cum Germanico ein paſthet/der da patſchet, & cum Hebraicis פטש & פָּטַשׁ. Ieſa. 42. Qui expolit malleo laminam ictu. Iere. 23. Et ſicut malleus, qui diſſipat
1222 rupem. & cap. 50. Et confringetur malleus uniuerſæ terræ.

**פִּיד** Exitium, interitus. Iob 31. Si lætatus ſum in interitu odientiũ me. Prou. 24. Quando ſubitò conſurget calamitas eorum, & interitum utriuſque quis nouit. Et cum affixo legitur ſemel Iob 30. Non eſt in interitu ſuo illis clamor, &c. Arbitror autem habere contrariam ſignificationem uerbo פָּדָה, & talem ſignificare interitum,
1223 ex quo nemo poſſit aut redimi aut liberari.

**פִּים** Pinguedo, omentũ, aruina. Pſal. 17. E pinguedine ſua loquuntur ſuperbè. quanquam alij omnes ſic exponunt: Ex ore ſuo loquũtur in ſuperbia. Et in forma fœminina פִּימָה. Iob 15. Quia operuit faciem ſuam adipe ſuo, & fecit omentum ſuper ilijs.

1224

**פָּכָה** Legitur uerbaliter tantùm in participio præſenti מְפַכִּים, & ſignificatione quadrat cum uerbo בָּכָה, quod lacrymari, effundere liquorem ſignificat. Ezech. 47. Et ecce aquæ deſtillabant ex latere dextro.

INDE

INDE NOMEN,

פַּךְ Vas è quo oleum deſtillat,ſeu effluit. Hieronymus uertit lenticulam. 1. Samuelis 10.Et accepit Samuel lenticulam olei.2.Regum 9.Et accipe lenticulam olei huius in manum tuam.

1225 **פלל** Ex circumſtantijs, & coniecturis caſum ſeu cauſam conſiderauit,ſeu cognouit & iudicauit.Congruit cum uerbo נָפַל, id eſt,incidit,ſcilicet in mentem: & contrariam omnino ſignificationē habet uerbis פָּלָה & פָּלָא. Gen. 48.Et dixit Iſrael ad Ioſeph,uidere faciem tuam non iudicaui,& ecce oſtendit mihi deus etiam ſemē tuum.1.Sam.2.Si deliquerit uir cōtra uirum,etiam magiſtratus iudicabit eum, &c. Pſal.106.Stetit Pinhas & iudicauit,& retenta eſt plaga.Ezech.16. Etiam tu ſuſtine ignominiam tuam,quæ iudicaſti ſororem tuam.

In quarta coniugatione הִתְפַּלֵּל, oratione cauſam ſuam ſeu negocium ſuum ad deum detulit. Et non intelligitur de qualibet ad quemuis oratione, ſed de illa tantùm,quæ battologiæ contraria eſt,& ad deum dirigitur. Licebit autem uertere uel uerbo precādi,uel obſecrādi,uel orandi,uel interpellandi, quod Hebræo ferè conuenit. Variè autem conſtruitur,ſicut deinceps oſtendemus: Primò ponit̃ interdum abſolutè.1.Sam.2.Et orauit Hanna dicens,Exultauit cor meum,&c.2.Regum 6.Et orauit Eliſæus,& dixit Iehoua,aperi nunc oculos eius.2.Paralip.7.Si humiliatus fuerit populus meus,& orauerit. Secundò cum אֶל. Gen.20.Et interpellauit Abraham ad deum,& ſanauit deus Abimelech.Num.11.Et clamauit populus ad Moſen,& interpellauit Moſe ad Iehoua.Deut.9.Et interpellaui ad Iehoua & dixi,Suſtentator Iehoua ne perdas populum tuum.1.Reg.8. Ad celebrandū nomen tuum,& ad orandum,& obſecrandum ad te in domo iſta.2.Reg.19. & Ieſ. 37.Pro quo interpellaſti ad me, de Sennacherib audiui. loquitur propheta in perſona dei cuius legatione fungebatur.1.Samuelis 1.Pro puero iſto oraui. Tertiò cum עַל. 1.Samuelis 1.Et orabat ad Iehoua,& flendo flebat. Et mox iterum: Vt orarē ad Iehoua. Valet tamē idem quod ſuper,ſeu pro.Pſal.32.Super hoc orabit omnis pius ad te. Quartò cum lamed,ad.Dan.9.Et oraui ad Iehoua deum meum. Vel ualet pro.1.Sam.2.Si contra Iehoua deliquerit uir, quis orabit pro eo:uel,quis patrocinabitur ei:uel,quis interpellabit pro eo.

Quintò cum בְּעַד, id eſt,pro.Gen.20.Et orabit pro te & uiues.1.Sam.7.Et interpellabit pro uobis ad Iehoua.1.Samuel.12.Intercede pro ſeruis tuis apud Iehoua. Iob 42.Cùm ipſe oraret pro amicis ſuis.Pſalm.72.Et orabit pro ipſo ſemper,id eſt, pro regno ipſius.

Participium præſens מִתְפַּלֵּל. Nehemiæ 1. Audi orationem ſerui tui, quam ego oro coram te.

INDE NOMINA:

פְּלִילִים Arbitri, iudices, ad quos defertur cauſa cum omnibus ſuis circumſtantijs cognoſcenda.Exo.21.Multando multabitur ſecundū quod impoſuerit ei maritus mulieris,& dabit iuxta arbitros,id eſt arbitrorū ſententiā. Deut.32. Etiam inimici noſtri ſunt iudices.Iob 31.Quia hoc eſt ſcelus,& hęc eſt iniquitas pro iudicibus. Et per apocopen literæ mem פְּלִילִי. Iob 31.Etiam hæc eſt iniquitas pro iudicibus.

פְּלִילָה Iudicium.Ieſaiæ 16.Facite iudicium. Et in genere fœminino פְּלִילָה. Ieſaiæ 28. Euomuerunt iudicium.

תְּפִלָּה Oratio, precatio, in qua deo cauſa noſtra exponitur: & opponitur battologiæ. 1. Reg.8.Omnis oratio.Ieſaiæ 56.Domus mea domus orationis uocabitur. In ſtatu regiminis תְּפִלַּת. 1.Reg.8.Reſpicias igitur ad orationem ſerui tui.Prouer.15. Oratio rectorum beneplacitum eius. Et cum affixis. Pſal.6.Orationem meam ſuſcipiet.Prouer.28.Oratio eius abominatio. Et pluraliter תְּפִלּוֹת. Pſal.72. Finiunt orationes Dauid filij Iſai. Et noſtri Iudæi uocant hoc nomine ligacula illa, quæ oraturi fronti & brachio alligant, ut his admoneantur præceptorum dei, & tu poteris oraria appellare.Sed de hoc ſuprà in nomine טֹטָפוֹת.

1226 **פלא** In prima coniugatione tantùm eſt uſitatum in uoce paſſiua נִפְלָא, atque propriè ſigni-

ſignificat intranſitiuè, eſſe magis arduũ, eſſe excelſius, quàm quod homines ratiocinatione aſſequi, aut arte aut factis præſtare poſſunt, ut factum ſeu opus extra & ſupra communem naturę curſum, rationem, intellectum, iudicium, poſſibilitatem poſitum, cuius nulla cauſa aut ratio dari poteſt. Eſtq́ contrariæ ſignificationis uerbo פָּלַל: congruit autem ſignificatione cum uerbo פָּלָה, niſi quòd ut forma parũ, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differant. Prouer.30. Tria iſta ardua ſunt ſupra me, id eſt, excedunt captum & intellectum meum. Deut.17. Si ardua erit ſupra te cauſa in iudicio. Geneſ.18. Nunquid arduum erit ſupra Iehoua quicquam. Quæ uerba Gabriel angelus ad Mariam uirginem repetens, Lucas Euangeliſta cap.1. Græco uerbo ἀδυνατήσει reddidit: Non erit impoſſibile apud deum omne uerbum. Iere.32. Heu Suſtentator Iehoua, ecce tu feciſti cœlos & terram in magna tua uirtute, & in brachio tuo extento, non eſt arduum ſupra te quicquam. 2.Sam.13. Et arduũ erat in oculis Amnon facere ei quicquam. 2.Sam.1. Arduus fuit amor tui mihi ſupra amorem mulierum.

Participium generis fœminini נִפְלָאת, quod tamen nominaliter ſumitur. Deut.30. Nam præceptum iſtud, quod ego pręcipio tibi hodie, non eſt arduum ſupra te.

Item in alia forma נִפְלָאת. Pſal.118. Hoc eſt arduũ in oculis noſtris. Interpres Matthæi Euangeliſtæ cap.21. uertit Græcè θαυμαστὴ, id eſt, mirabile. Et pluraliter נִפְלָאוֹת, ardua, excelſa. Vocant autẽ Hebræi hoc nomine miracula ſeu mirabilia, eò quòd ſupra rationem & ordinem naturæ, contra & ſupra artem & facultatem humanam, ſola dei omnipotentia fiunt, quæq́ nullis cauſis nulliſq́ circumſtãtijs cognoſci & iudicari, ſed ſola fide comprehendi poſſunt. Exo.34. Et faciã ardua, quæ non creata ſunt in uniuerſa terra. Ioſue 3. Quoniã cras faciet Iehoua in medio ueſtri ardua. Iob 42. Iudicaui, quod nõ intelligo, ardua ſupra me. Pſal.72. Benedictus Iehoua deus deus Iſrael, qui facit ardua ſolus. Pſal.131. Neq́ ambulo in arduis ſupra me.

In ſtatu regiminis & affixorum mutat cametz in ſeua נִפְלְאוֹת. Iob 37. Sta & conſidera ardua dei. Exo.3. Et mittam manum meam, & percutiam Ægyptum in omnibus arduis meis quæ facturus ſum in medio eius.

In ſecunda cõiugatione פִּלֵּא, arduum fecit. Leuit.22. Ad arduum faciendum uotum. Num.15. Et arduum faciendum uotum.

In tertia coniugatione הִפְלִיא, aliquid arduum fecit. Leuit.27. Si quis arduum fecerit uotum. 2.Paral.26. Et egreſſum eſt nomen eius in longinquum, eò quòd arduum fecit ei auxilium, id eſt, excellens. Pſal.31. Benedictus Iehoua, quoniã arduum fecit pium ſuum ſibi in ciuitate munitionis. Ieſaię 28. Qui excellens fecit iudicium. Ioel.2. Laudabitis nomen Iehoua dei ueſtri, qui fecit uobiſcum excellenter.

Participium pręſens מַפְלִיא. Iud.13. Et angelus erat excellens faciendo.

In quarta cõiugatiõe הִתְפַּלֵּא. Iob 10. Et rurſum arduũ exhibebis te in me, ſ. puniẽdo.

INDE NOMINA:

פֶּלֶא Primò attribuitur filio dei, id eſt, arduus, ardua & mira faciens. Ieſa.11. Arduus, conſiliarius. Deinde in reliquis locis omnibus ponitur abſtractiuè & collectiuè. Ex.15. Quis ſicut tu glorioſus in ſanctitate, uenerandus laudibus, faciens ardua. Pſal.77. Tu deus facis ardua. Pſal.88. An mortuis facis ardua. In ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in hirik, & alterum in ſeua. Pſal.77. Memor ero ab antiquo arduorum tuorum. Pſ.88. Nunquid cognoſcentur in obſcuro ardua tua. Et pluraliter in forma fœminea פְּלָאוֹת. Pſal.119. Ardua ſunt teſtimonia tua, propterea obſeruauit ea anima mea. Dan.12. Vſquequò erit finis arduorum, id eſt, mirabilium. Et in forma maſculea פְּלָאִים. Thren.1. Et deſcendit in arduis, neq́ eſt ei conſolator.

פְּלִאִיָּה Pro פְּלִיאָה. Pſal.139. Ardua cognitio ſupra me.

פִּלְאִי Nomen adiectiuum. Iud.13. Cur ſic quæris de nomine meo, quod eſt arduum.

נִפְלָאת Vide ſuprà in participio primæ coniugationis.

מִפְלְאוֹת Ardua, excellentia. Iob 37. An cognoſcis diſgregationes nubium, ardua quæ perfecti nõrunt.

הַפְלֵא Formam habet Infinitiui tertiæ coniugationis, qui tamen nominaliter uſurpatur. 2.Paral.2. Quia domus quam ego ædifico, magna eſt, & ardua.Ieſa.29.Propterea ego adijciam excelſum facere populum iſtum arduum,ſcilicet & excelſum.

1227

# פלג

Legitur in prima coniugatione tantùm uoce paſſiua ſemel נִפְלְגָה, & ſignificat diſpertiri in multas partes,ſiue res:& modo tantùm ſignificandi differt à uerbo פָּלָה, Gen.10.Nomen unius Pæleg,quia in diebus eius diſpertita eſt terra.

In ſecunda coniugatione פַּלֵּג .Iob 38.Quis diſpertitus eſt imbri alueum.Pſal.55. Diſpertire linguam eorum.

INDE NOMINA:

פֶּלֶג Partitio.Hoc autem nomine Hebræi uocãt partitiones aquarum, quos nos riuos ſeu riuulos uocamus. Pſalm.65. Riuus dei plenus eſt aquis. Et pluraliter פְּלָגִים. Ieſaiæ 30. Et ſuper omni colle riui, fluenta aquarum. Et in ſtatu regiminis פַּלְגֵי. Pſal.1.Et erit uelut arbor plantata ad riuos aquarum. Prouerb.5.Erumpant fontes tui forás, & in plateas riui aquarũ. Iob 29. Et petra effundebat apud me riuos olei.

Et cum affixis ſeruat priores duas uoces pluralis numeri ſtatus abſoluti.Pſa.45. Riui eius lætificabunt ciuitatem dei. Legitur tamen pluraliter etiam in forma fœminea,fortificata litera lamed פְּלַגּוֹת. Iudic.5. In partitionibus Ruben erant magni.Iob 20.Non uidebit in riuos,flumina,torrẽtes mellis & butyri. Et ut hîc addam,quòd Græci & poſt illos Latini nulla tamen uocabuli etymologia, & origine mare dixerunt Pelagum, arbitror à Iepetho accepiſſe, qui Hebræa lingua hoc nomine mare appellauit, eò ꝙ in multas terræ partes diſpertitum eſt.Et ut Eccleſ. cap.1.inquit: In illud ſeſe ex omnibus terræ partibus flumina exonerant, & ex eo rurſum ad eaſdem refluunt.

פְּלֻגָּה Partitio. Quod in ſtatu regiminis פְּלֻגַּת legitur.2.Parali.35.Et ſtate in ſanctitate ad partitionem domus patrum.

מִפְלַגּוֹת Partitiones.2.Paralip.35.Et ſuſtulerunt holocauſta,ut darent ea pro partitionibus ſecundum domos patrum.

פִּגּוּל Trãſpoſitione literarum,Res eſculenta, quæ ab uſu tanquam inquinamentum ſeparata eſt:Alij abominationem,nos inquinationem, ſeu inquinamentum uocabimus.Leuit.7.Non imputabitur ei, inquinatio erit, & anima quæ comederit ex ea, iniquitatem ſuam portabit.& cap. 19. Et ſi comedẽdo comedetur in die tertia, inquinatio eſt,non acceptabitur.Ezechielis 4.Neque uenit in os meum caro inquinationis. Et pluraliter פִּגֻּלִים. Ieſaiæ 65. Qui comedunt carnem ſuis & ius inquinationum.

פִּלֶגֶשׁ Pellex.Quære inter tetragrammata.

1228

# פלד

Eius plurale פְּלָדוֹת legitur ſemel,& propriè idem ſignificat,quod לַפִּידִים, literarum facta tranſpoſitione,Nahum 2.In igne tædarum currus,&c.

1229

# פלה

Vt in forma פלא, ita nec in iſta forma legitur in prima coniugatione, niſi uoce paſſiua נִפְלָה: differuntq́; inter ſe modo tantùm ſignificandi.Significat enim arduum, excellentem fieri. Exod.33. Et excellentes erimus ego, & populus tuus ſupra omnes populos,qui ſunt ſuper ſuperficie terrę.Pſal.139.Gratias ago tibi,quòd mirum in modum excellens factus ſum ſeu excellenter ſegregatus ſum.Et ut Paulus in epiſtola ad Romanos alludere uoluit ad nomen ſuum שָׁאוּל, uocatus ad munus apoſtolicum,ita quoq; eo quod dicit ἀφωρισμένος exprimere uoluit Pauli nomen, cùm inquit:Segregatus in Euangelium dei.Nam ut Hebręis uerbũ hoc non ſimpliciter ſeparare,ſed ut excellentem & arduum ſegregare:ita Græcis ἀφορίζειν, ut eximium ſecernere ſignificat ut organum, ſcilicet electum: unde Medici ἀφορισμοὺς ſententias uocant ſelectas.

In tertia coniugatione הִפְלָה, arduum, excelſum, excellentem fecit.Exod.8.Et excellentem faciam in die illa terram Goſen,in qua conſiſtit populus meus, ut nõ ſit ibi muſca. & cap.9. Et excellenter faciam inter peculium Iſraelis, & inter peculium

lium Ægyptiorum. Pſal.4. Et ſcitote, quoniam excellẽtem fecit Iehoua pium ſibi. Pſal.17. Excellere fac pios tuos, qui ſaluas ſperantes.

INDE NOMINA:

פְּלֹנִי אַלְמֹנִי Certus aliquis locus, cuius tamen nomen data opera non exprimitur. Ruth 1. Accede huc & ſede hîc aliquò, daher etwan. 1.Sa.21. Et pueris notũ feci locũ quendam. 2.Reg.6. Et conſultabat cum ſeruis ſuis, dicẽs, in loco quodã erit mãſio mea.

פַּלְמֹנִי Dictio compoſita ex duobus ſuperioribus corruptis, atq; idẽ Hebręis ualet, quod Græcis δεῖνα, id eſt, quidam. Dan.8. Et dixit unus ſanctus ad quendam. Hanc phraſin à Chriſto uſurpatam, Interpres Matthæi cap.26. ita expreſſit: Ite in ciuitatem πρὸς τὸν δεῖνα, id eſt, ad quendam.

1230 פָּלַח Partitus eſt, in fruſta ſeu partes diſcidit ſeu dirupit: & à uerbo פלג modo tãtùm ſignificandĩ differt. Legitur autem in prima coniugatione tantùm participium præſens פֹּלֵחַ. Pſal.141. Sicut auellens & findens ligna in terra.

In ſecunda coniugatione פִּלַּח, diſcidit in fruſta, ſeu partes. 2.Reg.4. Et diuulſit in olla coctionis. Iob 16. Diuulſit renes meos, & non pepercit. Iob 39. Incuruantur, fœtus ſuos auellunt. Prouer.7. Donec diſcindat ſagitta iecur ipſius.

INDE NOMEN,

פֶּלַח Fruſtum, fragmen, fragmentum, pars diſſecta ſeu diuulſa. Iud.9. Et proiecit mulier fragmen molæ ſuperioris ſuper caput Abimelech. Iob 41. Cor eius ſolidũ ut lapis, & ſolidum ſicut fragmen molæ inferioris. 1.Sam.30. Et dederunt ei fragmẽ caricæ. Cantic.4. Sicut fragmen mali punici, genæ tuæ.

1231 פָּלַט Nedum ſignificatione, uerùm etiam modo ſignificãdi conuenit cũ uerbo מלט: Et licet literis initialibus differant, tamen utraq; eſt eiuſdẽ inſtrumenti. Et ſignificat etiam ex periculo ſeu malo euadere ſaluum. Et in prima coniugatione legitur tantùm ſemel in uoce actiua, Ezech.7. Et euadent euaſores earum.

In ſecunda coniugatione פִּלֵּט, euadere fecit. Pſal.17. Euadere fac animã meam è manu improbi. Pſal.82. Euadere facite exhauſtum. Pſ.91. Quia mihi complacuit, ideo euadere faciam eum. Pſal.32. Tu es latibulum mihi, ab aduerſario munis me, acclamationibus euadere faciẽdi circumdabis me. quanquam etiam nominaliter exponi poſſit, ut infrà annotabimus. Pſal.56. Propter iniquitatem euaſionẽ facere eis, i. euaſio eis. Mich.6. Et qđ euadere facies gladio, dabo. Iob 21. Euadere faciet uacca eius, & non abortiet, id eſt, edet fœtum ſaluum.

Participium præſens מְפַלֵּט, euadere faciens. Pſal.18. Et autor euaſionis meæ, fortitudo mea. Pſal.40. Autor euaſionis meæ es tu.

In tertia coniugatione הִפְלִיט, euadere fecit. Ieſaiæ 5. Et apprehendet prædam, & euadere faciet, & non ereptor. Micheæ 6. Et apprehendes, & nõ euadere facies.

INDE NOMINA:

פָּלִיט Euaſor, id eſt, qui fugiendo ex periculo euadit. Gen.14. Et uenit euaſor, & nunciauit ipſi Abram. Ioſue 8. Et non reliquus manſit ſuperſtes & euaſor. 2.Regum 9. Ne egrediatur euaſor de ciuitate. Et in plurali ſtatus abſoluti ſeruat aliquando iod: interdum ſcribitur ſine iod פְּלֵטִים, uel פְּלִיטִים. Num.21. Dedit filios eius euaſores, id eſt, fugitiuos, qui euadunt ex patria. Ieſ.66. & mittam ex eis euaſores ad gentes. de apoſtolis dictũ. Iere.51. Euaſores à gladio, ite, ne ſtetis. Tam in ſtatu regiminis, quàm affixorum פְּלִיטֵי, cum iod ſubſcripto hirik. Iudic.12. Quia dixerant, tamen uos eſtis fugitiui Ephraim, id eſt, ad Ephraim, ſ. pro ſalute. Et mox iterum: Fugitiui Ephraim. Et actiuè ſemel, Ieſaiæ 45. Accedite pariter Saluatores gentium.

פְּלֵט Infinitiuus qui nominaliter accipi poteſt pro euaſione, ſaluatione: ut Pſal.32. Tu es latibulum mihi, ab aduerſario munis me, acclamationibus euaſionis circũdas me. Pſal.56. Propter iniquitatem euaſio eis. Sed de hoc ſuprà in ſecũda coniugatione.

פְּלֵיטָה Euaſio: & dicitur tam de homine, quàm re, cum iod, exceptis paucis quæ ſine iod ſcribuntur, פְּלֵטָה. Ge.32. Et erit turma remanens in euaſionem. Ezech.14. Et ecce remanſit in ea euaſio. Exod.10. Et comedet reſiduum euaſionis. In ſtatu regiminis פְּלֵיטַת. 2.Reg.19. Euaſio filiæ Iehuda, quæ remanſit. Ieſ.10. Et euaſio filiæ Iacob.

מִפְלָט Euaſio. Pſal.55. Accelerarem euaſionem mihi à uento turbinis.

1232

## פֶּלֶךְ

Et in diſtinctione ſententiæ פָּלֶךְ, baculus, bacillus, fuſum. 2. Sam.3. Et non excidetur de domo Ioab fluidus, & leproſus & apprehendens in baculo. Prouer.31. Et manus eius ſuſtinebunt fuſum. Et in Nehemia ponitur pro regione, ſeu uico: & fortaſſe eſt Chaldaicum. cap.3. Princeps dimidij uici Ieruſalem. Item prin-
1233 ceps uici Bethcorem.

## פֶּלֶס

Regulauit, trutinauit. Pſal.78. Regulabit ſemitam iræ ſuæ. Pſalm.58. Iniquitates manuum ueſtrarum regulabitis, id eſt, uultis habere pro iuſtitia. Prou.4. Regula ſemitam pedis tui. Ieſa.26. Semitam iuſti regulabis.

Participium præſens מְפַלֵּס. Prou.5. Et omnes ſemitas eius regulat.

INDE NOMINA:

פֶּלֶס Regula in bilibrio. Prouer.16. Regula & lances, iudicium Iehoua. Ieſa.40. Et ponderauit in libra montes.

מִפְלְשֵׂי Libramenta. Iob 37. An cognouiſti libramenta nubium. ubi ſin ſcriptum eſt pro
1234 ſamech.

## פָּלַץ

Congruit ſignificatione cum uerbo לָּצַם, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Legitur autem uerbaliter ſemel, & in quarta coniugatione הִתְפַּלֵּץ, & ſignificat tremere, cōtremiſcere, horrere, Iob 9. Et colūnę ipſius tremēt.

INDE NOMINA:

פַּלָּצוּת Tremor, horror. Ieſa.21. Tremor terruit me. Iob 21. Et apprehendet carnem meam tremor. Ezech.17. Et operiet eos tremor. Pſal.55. Operuit me tremor.

מִפְלֶצֶת Tremor, horror. Et ſpiritus ſanctus idôlum hoc nomine uocat, quod tremorem incutiat conſcientijs. 1. Reg.15. Quia fecerat tremorem pro luco. Et in diſtinctione ſententiæ מִפְלָצֶת. 2. Paral.15. Quia fecerat luco tremorem. Et cum affixo mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua. 2. Paral.15. Et excidit Aſſa tremorem eius, & comminuit, & combuſſit in alueo Kidron.

תִּפְלֶצֶת Tremor. Ieremiæ 49. Tremor tui obruit me.

1235

## פָּלַשׁ

Legitur tantùm in quarta coniugatione הִתְפַּלֵּשׁ, inuoluit ſe, uolutauit ſe, uerſauit ſe. Iere.6. Voluta te in cinere. & cap.25. Vociferate, & uolutate uos. Ezec.27. Et in cinere uolutate uos. Mich.1. In puluere uoluta te.

INDE NOMINA:

פְּלִשְׁתִּים Populus, Philiſtæi, aliàs Palæſtini. Moſes tradit Philiſtęos & Capthorim natos ex filijs Mizraim, qui fuit filius Nimrod, Gen.10. Et idem repetitur 1. Paralip.1. Porrò Ieremias cap.47. & Amos 9. Philiſtæos eſſe reliquias inſulæ Caphthor, & ab illis Caphthorim eductos. Tenuerunt autē Philiſtæi regionem maritimā ad Occidentem Iudęæ, quæ ab illis פְּלֶשֶׁת eſt dicta, in qua, ut quinque fuerunt Satrapiæ, ita iuxta numerum earum quinque etiā Metropoles fuerunt: Azotus, Gaza, Askalon, Geth, & Accarus, ubi Satrapæ ſeu reguli ipſorum ſederūt. Sonat aūt פְּלִשְׁתִּים, ſi etymologiam nominis ſpectes, Inuolutos in cineribus, id eſt, implicitos curis huius ſeculi.

פִּלֶגֶשׁ Inſerta litera gimel, Pellex, concubina quæ uolutatur in coitu, atque ideo etiam à uiro in uxorem ducitur, ſicut שֵׁגַל, coniunx regia, à ſubagitatione appellationem habet. Sed uide de hoc nomine in themate פלג.

פֶּן Ne, nequando. Vide in themate ſuo פנן.

1236

## פָּנַן

Verbaliter non eſt in uſu, niſi nomen pluralis numeri tantùm.

פְּנִינִים Quod propriè margaritas ſeu uniones ſignificat, eò quòd ſunt in anteriore parte concharum, quarum genus aliquod eſſe etiam Plinius refert, quę primæ dicantur, maximuſque habeēt reſpectus haud dubiè appellatione ab Hebræis ſumpta. Iob 28. Et tractus ſapientiæ ſupra margaritarum, ſcilicet tractum. Prouerbiorum 3. Precioſior eſt ſapientia, quàm margaritæ. & cap.28. Melior eſt ſapientia, quàm margaritæ

ritæ. Threnor.4. Rubuerunt ſpecie ſupra margaritas. Ex his locis perſpicuum eſt Margaritas olim in maximo fuiſſe precio, ſicut & Plinius, & alij ſcriptores teſtantur, & ex iſtis uerbis Apocalypſis cap.17. ſumi poteſt: Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro & lapide precioſo, & margaritis. ubi per gradationem res precioſæ enumerantur, & alia aliam precio excellit. Hoc autem ideo refero, ut cognoſcas hoc nomen non niſi forma & modo ſignificandi differre à uerbo פָּנָה.

פִּנָּה Angulus, pinna. Sed ad uerbum פָּנָה referam, ubi quærere poteris.

פַּנַּג Ficus: alij ſpeciem quandã delicatiſſimi frumenti, ſeu polentæ eſſe ſcribunt, quibus Chaldæus ſuffragatur, & uerisſimile eſt habere cognationem ſignificatione cum uerbo פָּגַג. Sed de hoc, & nomine פַּגִּים require in themate פַּג.

1237 פָּנָה Aſpexit, reſpexit, aſpectum ſeu reſpectum habuit, ut quando quis faciem ſuam, & oculos ad aliam perſonam, ſeu rem aduertit. Vnde etiam uerbo aduertendi commodè interdum transferre licebit. Atque hanc ſignificationem etiã eius deriuata retinent, & communem habet cum themate פנן ſignificationem. Similiter à uerbo פְּנִי modo tantùm ſignificandi uariat. Deut. 31. Qui reſpexit ad deos alienos. Pſal.102. Quia reſpexit ad orationem oppreſſi. Canticor.6. Quò reſpexit dilectus meus. Eccl.2. Et reſpexi ut uiderem ſapientiam. Numeri 14. Cras reſpicite, & proficiſcemini in deſertum. Ieremiæ 5. Quia uerterunt ad me ceruicem, & non faciem. Et cap.6. Quia aduertit ſe dies, ſcilicet ad introitum. Pſal.25. Reſpice ad me. Deut.30. Et ſi uerterit ſe cor tuum. Iob 36. Caue ne reſpicias ad iniquitatem. Iudi.6. Et reſpexit in eum Iehoua. 1.Reg.10. Et uertit ſe, & abijt in terram ſuam. pro quo 2. Paral. 9. ſubſtituit ſcriptor uerbum הָפַךְ. Gen.24. Ad reſpiciendum ueſperam, id eſt, cùm reſpiceret ueſperam, quo tempore ingreditur ſol in thalamũ ſuum. Exod. 14. Et reuerſum eſt mare, cùm reſpiceret mane in locum ſuum. Pſalm.46. Et adiuuabit eam Iehoua reſpicere auroram, id eſt, ad aſpectum auroræ. Haggei 1. Reſpicere ad multum, i. reſpiciebatis. Ezech.17. Vt reſpiciant rami eius ad eam. & cap.43. Et gradus eius reſpicere ad Orientem, id eſt, reſpiciebant.

Participium præſens פֹּנֶה. Deu.29. Cuius cor declinat hodie à Iehoua. Ioſue 15. Ad Aquilonem reſpicit. Ezechiel.43. Ad portam reſpicientem uiam Orientalem.

Eſt tamen obiter hîc adnotandum, quòd quater ſcribatur cum uau פּוֹנֶה: ut Ezech.8. & 11. & 47. & 2. Paralip.25. Et pluraliter פֹּנִים. Oſeæ 3. Et ipſi reſpiciunt ad deos alienos. 1.Reg.7. Tres reſpicientes ad Aquilonem, & tres reſpicientes ad Occidentem. Et pluraliter in genere fœminino פֹּנוֹת. Ezechiel.46. Quæ reſpiciunt ad Aquilonem.

In ſecunda coniugatione פִּנָּה, contrariam primæ coniugationi ſignificationem habet. Significat enim remouere è conſpectu, ſeu uia, ſeu loco, quod fit expurgando ſeu euacuando. Sophoniæ 3. Euacuauit inimicum tuum è terra, ut amplius non eſſet ibi. Gen.24. Et ego repurgaui domum. Pſal.80. Repurgaſti ante illam. Mal.3. Repurgate uiam ante me. Ieſa.40. Repurgate uiam Iehoua.

In tertia coniugatione הִפְנָה, quando poſt ſe regit accuſatiuum, tum eſt tranſitiuum: ut Ier.48. Quomodo aduertere fecit caudam ad caudam. 1.Sam.10. Cùm aduerteret ipſe humerum ſuum. Quando uerò ponitur abſolutè, tum eſt neutrum. Iere.46. Fugerunt & non aduerterunt ſe. & cap.49. Vertit ſe ut fugeret.

Participium præſens מַפְנֶה. Nahum 2. State, & non erat uertens ſe.

In uoce paſſiua הָפְנוּ. Iere.49. Fugite & uertite uos. Alij tamen ſic reddere malunt: Fugite, uerſi ſunt, ſ. hoſtes. negantes Imperatiuum eſſe huic coniugationi.

Participium præſens מָפְנֶה. Ezech.9. Veniebant de uia portæ ſuperioris uerſæ ad Aquilonem.

INDE NOMINA:

פְּנִינִים Margaritæ. Sed de hoc ſuprà in themate פָּנַן.

פִּנָּה Pinna, angulus: dicitur autẽ angulus, non receſſus, ut uulgus accipit, ſed flexus ſeu

acies exterior ædificij, eò quòd proſtet, & ſit in conſpectu, imò uerſùs, quòd ad diuerſa loca reſpiciat. Atque Latini quoque dicunt pinnas muri annotante Gellio libro quinto cap. 6. Noctium Atticarum. Et Euangeliſtæ Matthæus, & Lucas ubi deſcribunt Chriſtum à diabolo ſuper pinnam templi ductum, uerterūt πτερύγιον, quod ab ala nomen habet. Pſal. 118. Lapis quem reiecerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Hoc prophetæ dictum in Chriſto completum, Chriſtus & Apoſtoli allegantes reddiderunt γωνίας. Prouerb. 7. Et apud omnem angulum inſidiabatur. Ierem. 51. Et non capient ex te lapidem in angulum. In ſtatu regiminis פִּנַּת. Ieremię 31. Vſque ad angulum portæ equorum. Prouerbiorum 21. Melius eſt ſedere ſuper pinna tecti. Et cum affixis פִּנָּתוֹ. Iob 38. Quis iecit lapidem anguli eius.° Legitur in hoc ſtatu ſemel ſine thau, perinde ac ſi eſſet deriuatum à פֵּן, Prouerbiorum 7. Tranſit per plateam apud angulum eius. Et pluraliter forma fœminea פִּנּוֹת. Iob 1. Et tetigit quatuor angulos domus. Sophoniæ 1. Super ciuitates munitas, & ſuper pinnas excelſas. Et quia in angulis ponuntur maiores ac meliores lapides, qui duos parietes coniungant ſuſtentētq́; ædificium, figuratè tranſſumitur pro principibus, qui ſunt ceu anguli populi. Iudic. 20. Et ſteterunt anguli populi. 1. Sam. 14. Accedite huc anguli earum. Legitur quoque forma maſculea פִּנִּים. Zachar. 14. Vſq; ad portam angulorum.

פֶּה Os, oris propriè, per ſyncopen literæ nun, & differt à nomine פָּנִים, ſicut pars & totum, & importat ſemper reſpectum. Exod. 4. Quia grauis ore & grauis lingua. Et iterum: Quis poſuit os homini. Pſal. 115. Os illis & non loquuntur. Num. 12. Ore ad os loquar illi. 1. Regum 19. Et omne os, quod non oſculatum eſt illum. Et in ſtatu regiminis ac affixorum mutat ſemper literam he in iod, & ſægol in hirik. Pſalmo 37. Os iuſti loquitur ſapientiam. Ieſaiæ 1. Quia os Iehoua loquutum eſt. Prouerbiorum 10. Os improborum celabit iniquitatem. Geneſis 45. Os meum loquitur ad uos. Pſalm. 51. Et os meum annunciabit laudem tuam. Exod. 4. Et ego ero cum ore tuo, & cum ore eius. 2. Regum 4. Et poſuit os ſuum ſuper os eius. Ieremiæ 44. Omne uerbum quod egreſſum eſt ex ore noſtro. Pſal. 17. Ore ſuo loquuti ſunt in ſuperbia.

Secundò, ſumitur interdum pro ipſo ſermone, ſeu iuſſione, & mandato, quod ex ore procedit. Exod. 4. Erit tibi pro ore. pro quo cap. 7. ſubſtituitur נָבִיא propheta. Numeri 9. Super ore Iehoua proficiſcebantur filij Iſrael, id eſt, iuſſione. Ioſue 9. Vt pugnarent cum Ioſua, & cum Iſrael ore uno, id eſt, uno conſenſu. 1. Regum 22. Ecce nunc uerba prophetarum uno ore bonum regi. Prouerb. 26. Et os blandum faciet eiectionem. Deut. 17. Super ore duorum teſtium. Prouerb. 8. Et aquæ non præterirent os eius.

Tertiò, attribuitur rebus inanimatis, à ſimilitudine ſeu conditione oris ſumpta metaphora. Deuteron. 11. Quomodo aperuit terra os ſuum, & deglutiuit eos. & cap. 20. Interficiens omnem maſculum in ore gladij, id eſt, acie, ſcilicet obuerſa quæ ſicut os deuorat homines. Et inde quoque bellum Hebræis מִלְחָמָה dictum. Et ſic quidem Græci quoque στόμα aciem ab incidendo, ſeu mordendo dicunt. Et pluraliter פֵּיוֹת. Iudicum 4. Et fecit ſibi Ehud gladium cui duæ acies. Et cum hirik פִּיּוֹת. Prouerb. 5. Acuta uelut gladius acierum. Et geminatum פִּיפִיּוֹת. Pſalmo 149. Gladius acierum in manu ipſorum. Ieſaiæ 41. Ecce poſui te in raſtrum acutum, nouum habens ora, id eſt, acies ſeu inciſiones, ſeu angulos, dentes. Et legitur quoque forma maſculina פִּים. 1. Samuelis 13. Et facta erat ruptura acierum uomerum.

Quartò, pro foramine, quod ſimile eſt ori, & aſpectui noſtro expoſitum. Geneſis 29. Et erat lapis magnus ſuper ore putei. & cap. 42. Et ecce ipſe erat in ore ſacci ſui. Exod. 28. Et erit foramen capitis eius in medio ipſius. & cap. 39. Et foramen inſerulæ in medio eius ſicut foramen loricæ, eratq́; labium foramini eius undique, ne rumperetur. Ioſue 10. Aperite os ſpeluncæ, & educite ad me quinque reges. Iob 36. Atque etiam reduxit te ex ore anguſtiæ in latitudinem. Prouerb. 8. Iuxta

manum

manum portarum,iuxtas os ciuitatis,id eſt, oſtium. Ieſaiæ 19. Herbæ iuxta riuum, iuxta os riui,oſtium. 1.Reg.7. Et os eius rotundum.

Quintò,pro ſectione, id eſt parte ſeu portione, ſicut os pars eſt faciei. Deut.21. Vt det illi os de omnibus,quæ apud illum inueniuntur. 2.Regum 2. Et ſit obſecro os duorum in ſpiritu tuo ſuper me. Zachar.13. Et erit in omni terra, ait Iehoua,os duorum in ea excindetur.

Sextò, interdum infert reſpectum loci,& idem ualet quod פִּנָּה, angulus: unde apparet eſſe uerbale à פָּנָה. 2.Regum 10. Et repleta eſt domus ab ore ad os, id eſt ab angulo ad angulum. 2.Reg.21. Donec impleuit Ieruſalem ab ore ad os. Eſdræ 9. Qui impleuerunt eam ab ore ad os cum immundicia ſua. Et in hoc modo ſignificandi conſtruitur interdum cum lamed לְפִי, id eſt, ſecundum. Geneſ.43. Secundum uerba iſta. Exod.16. Vnuſquiſque ſecundum comedere ſuum. Leuitic.25. Secundum multitudinem annorum. Interdum cum caph כְּפִי. Num.6. Vnuſquiſque ſecundum comedere ſuum. Et cap. 7. Vnuſquiſque ſecundum miniſterium ſuum. Et cum affixo. Leuitic.25. Secundum illos reddat redemptionem ſuam.

Aliquando cum עַל. Gen.43. Et annunciauit ei ſecundum uerba. Prouerb.22. Imbue puerum ſecundum uiam ipſius.

פֹּה Importat reſpectum loci,hîc, huc, quò quis faciem uertit. Geneſis 22. Sedete uos hîc cum aſino. cap.40. Sed etiam hîc non feci quicquam. Ioſue 18. Et projiciam uobis ſortem hîc coram Iehoua deo noſtro. Ieſaiæ 22. Quid eſt tibi hîc, & quis eſt tibi hîc, quòd excideris tibi hîc ſepulchrum. 1.Samuelis 16. Non enim diſcumbemus, donec uenerit ipſe huc. Eſdræ 4. Qui aſcendere fecit nos huc. Et legitur ſemel פֹּא Iob 38. Et hîc ponet in ſuperbia fluctus tuos. Et cum præpoſitione mem מִפֹּה, id eſt,hinc, illinc. Ezech.40. Quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ illinc iuxta latus portæ. Et iterum: Et menſurauit frontem ueſtibuli, quinque cubitis hinc, & quinque cubitis illinc. Item: Columnæ erant iuxta frontes, una hinc, & una illinc.

Quanquã legatur etiam ibidem he conuerſa in uau מִפּוֹ: Et latitudo portæ tres cubitos hinc, & tres cubitos illinc. & cap.41. Sed feneſtræ arctæ, & palmæ hinc, & illinc in lateribus ueſtibuli,&c.

פֵּאָה Angulus, qui ſe aliò uertit. Exod.27. Centum cubitorum longitudo angulo uni. Nehem.9. Et diuiſiſti eos ad angulum. Iere.9. Et ſuper omnes exterminatos angulo,qui habitant in deſerto. Et in ſtatu regiminis פְּאַת. Leuitic.13. Et ſi ex angulo faciei ſuæ depilatus fuerit. & cap.19. Non perficies angulum agri tui. Et iterum: Non in circuitu tondebitis angulum capitis ueſtri, id eſt comam, alam. & cap.21. Et angulum barbæ ſuæ non radent,id eſt,extremitatem. Ezec.45. Ab angulo maris ad mare,& ab angulo Meridiei ad Meridiem. Amos 3. In angulo lecti. Exo.26. Ad angulum Aquilonis: uel aduerbialiter, uerſus Aquilonem. Sic cap.27. Facies atrium tabernaculi uerſus Aquilonem. Et pluraliter פֵּאֹת. Exod.25. Et pones in quatuor angulis. Et in ſtatu regiminis פַּאֲתֵי, anguli,metaphoricè,duces populi. Num.24. Et transfiget duces Moab.

INDE VERBVM,

הִפְאָה Tertiæ coniugationis,angulauit. Deut.32. Angulabo eos, ceſſare faciam ab hominibus memoriam eorum. ubi tamen defectiuè & irregulariter eſt ſcriptum.

פֹּת Angulus. Et cum affixo mutat holem in hatephcametz. Ieſaiæ 3. Iehoua angulum eorum nudabit, id eſt,comam. Et pluraliter פֹּתוֹת. 1.Reg.7. Et angulos ualuarum domus interioris,id eſt cardines,à quibus ualuæ pendent.

פָּנִים Nomen uoce pluralis numeri tantùm, ideoq; ſemper cum nominibus, aut uerbis pluralis numeri conſtruitur: at ſignificatione eſt utriuſque numeri.

Et primò,faciem,hoc eſt aſpectum anteriorem,quem Græci πρόσωπον,aliquando σχῆμα, id eſt, externam rerum ſpeciem, & externum habitum ſeu geſtum generaliter ſignificat, à reſpiciendo, & aduertendo. Prouerbiorum 15. Cor lætum reddit iucundam faciem. Eccleſiaſt. 7. In malicia faciei bene erit cordi.

Ieſaię 18. Et abſterget Suſtentator Iehoua lacrymam ab omnibus faciebus. Ieſa. 59. Et errata ueſtra abſconderunt faciem à uobis, ne audirem. Ieremiæ 2. Quia uerterunt ad me ceruicem, & non faciem. & cap. 30. Verſæ ſunt omnes facies in pallorem. Prouerb. 25. Et facies auſtera linguam delationis. Danielis 9. Iehoua nobis pudor facierum. Inſuper panibus illis tribuitur, qui erant in conſpectum cùm Dei tum hominum poſiti, ſeu ita dicti, quòd antè eſſent poſiti: ideo Græci eos uocârunt ἄρτους τοῦ προσώπου panes facierum, nunc ἄρτους τῆς προθέσεως, id eſt panes propoſitionis, aliàs in ſcriptura חַלּוֹת placentæ, quarum fuerunt, ut ex Leuitic. 24. habetur, numero duodecim. Exod. 25. Et pones ſuper menſam panes facierum coram me iugiter. Tribuitur aquis: Prouer. 27. Sicut aquarum facies ad facies.

Chriſtus cœlo tribuit Matthæi 16. & Luc. 12. Hypocritæ, faciem cœli noſtis dijudicare, ſigna uerò temporum non poteſtis. Accipitur etiam de aciebus gladij, ſicut פִּיוֹת. Eccleſiaſt. 10. Si obtuſum fuerit ferrum, & ipſe non leuigauerit acies, tum robur multum præualebit. Eſt & hæc phraſis obſeruanda, quæ ſcripturæ admodum familiaris eſt, cùm mutuam aliquam inter præſentes operationem ſignificare uoluerit, id iſta loquendi forma facie ad faciem efficiat. Geneſ. 32. Vidi deum facie ad faciem. Exod. 33. Et loquebatur Iehoua ad Moſen facie in faciem, ſicut loquitur uir ad ſodalem ſuum. Deuter. 5. Facie in faciem loquutus eſt nobis Iehoua. & cap. 34. Quem cognouiſſet Iehoua facie ad faciem. Iudic. 6. Et contendam ibi uobiſcum facie ad faciem, &c. Vſurpatur tamen ſæpè aduerbialiter pro aduerbio loci, Antè, eò quòd, ut ab initio dixi, facies eſt anterior pars, quæ aſpectui patet, & ſe ad nos uertit: & ſic contrarium eſt uoci אָחוֹר. Ezechiel. 2. Et erat ſcriptum antè & pòſt, id eſt intrà & extrà. Accipit tamen à fronte mem מִפָּנִים. 2. Samuel. 10. Et facies belli erat ab antè, & à retrò. At quando à fronte accipit lamed לְפָנִים, tum eſt aduerbium temporis, antea, priùs, olim. Deuter. 2. Et in Seir habitauerunt Horim antea. Ioſue 14. Et nomen Hebron, antea erat Kiriath Arba. Ieremiæ 7. Et facti ſunt retrò, & non antè. Pſalm. 102. Antea terram fundaſti. Hoc Pſalmi dictum autor epiſtolæ ad Hebræos cap. 1. ſuæ materiæ accommodans, ita reddidit: In initio, terræ fundamenta iecisti. Et hoc accipit interdũ à fronte mem prępoſitionem ab, ut מִלְּפָנִים ab antè. Ieſ. 41. Aut ab antè, & dicemus, iuſtum eſt.

Secundò, aliquoties hoc nomen פָּנִים etiam perſonam ſignificat, & ſimul reſpectum quendam importat, perinde ut Græcis πρόσωπον non ſolùm faciem ſeu aſpectum, ſed etiam perſonam ſubſiſtentem notat. Deuteron. 10. Deus magnus, fortis, & timendus, qui non ſuſcipit faciem, neque accipit largitionem. cap. 16. Non ſpectes perſonam. & cap. 28. Gens fortis facierum, quæ non ſuſcipit perſonam. Iob 13. Si clàm perſonam ſuſceperitis. & cap. 22. Et eleuatus perſona habitabit in ea. 2. Reg. 5. Vir magnus in conſpectu Suſtentatoris ſui, & eleuatus perſona. Prouerb. 24. Spectare perſonam in iudicio non eſt bonum. Ieſaiæ 3. Eleuatum perſona. Gen. 19. Ecce ſuſcepi perſonam tuam. Volui autem hoc de altero modo ſignificandi huius nominis annotare eò diligentiùs, ut illorum hæreſis refutari poſſit, qui nedum infeliciter, uerùm etiam impiè & ſceleſtè Iudaiſantes tres in diuinis perſonas non פָּנִים, ſed שֵׁמוֹת, id eſt nuda nomina appellandas cenſent, atque eò tandem prolabuntur, quòd negent tres illas perſonas realiter diſtingui, ſed ſuis tantùm nominibus, nec eſſe tres ſubſiſtentias, ſed unam tantùm ſubſiſtentiam, cùm tamen Chriſtiana religio nos in lingua Hebræa פָּנִים dicere iubeat pluraliter, ſicut Græcos neceſſitas πρόσωπα, & Latinos perſonas appellare coegerit. Et non minùs commodè rei ipſi hoc nomen Hebræum, quàm uel Græcum πρόσωπον, uel Latinum perſona conueniat. Neque nuda tantùm ſint nomina, ſed ſubſtantias notent, quæ reſpectus importent, & ſecundum illos reſpectus, quos Doctores Eccleſiæ proprietates appellârunt, realiter ſint diſtinctæ: ſicut deus pater, & deus filius, & deus ſpiritus ſanctus una quidem ſunt eſſentia, & tres tamen ſint ſeparatæ ſubſtantiæ, id eſt, perſonæ ſubſiſtentes: ita ut alia ſit perſona patris, alia filij, alia ſpiritus ſancti, ſuumq́ quælibet perſona habeat ad aliam reſpectum,

ſicut

ſicut in ſymbolo Athanaſij proprietates clariſſimè exprimuntur.

In ſtatu regiminis פני in primo modo, facies, ſuperficies, aſpectus anterior. Geneſis 31. Et uidit Iacob faciem Iacob, & ecce non erat cum eo ſicut heri & nudiuſtertius. Geneſis 1. Et obſcuritas erat ſuper facie abyſſi. & cap. 7. Et ibat arca ſuper facie aquarum. 1. Samuelis 14. Et erat mel ſuper facie agri. Geneſ. 1. Et uolucre uolet ſuper terra erga faciem firmamenti cœlorum. Prouer. 16. In lumine faciei regis eſt uita. Pſalm. 132. Propter Dauid ſeruum tuum ne auertas faciem uncti tui, id eſt χῆμα ſtatum præſentem, & formam regni. Prouerb. 27. Et uir acuit faciem ſodalis tui, id eſt, externos mores & uitæ conuerſationem, & ſtudia. 2. Samuel. 14. Nam ut uerterem faciem uerbi, fecit ſeruus tuus Ioab, id eſt formam ſermonis. 2. Sam. 17. Et expandit uelamen ſuper faciem putei, id eſt aſpectum. Num. 16. Et uenit Moſes & Aaron ad faciem tabernaculi, id eſt ante, ad partem anteriorem tabernaculi. Sic cap. 20. Et congregauerunt Moſe & Aaron cõgregationem ad faciem rupis. Exo. 26. Verſus faciem tabernaculi, id eſt partem anteriorem. Iob 26. Retinet faciẽ throni, extendit ſuper illum nubem ſuam, ſpeciẽ, aſpectum, formam. 2. Sam. 10. Videns autem Ioab, quòd eſſet ante eum facies belli, id eſt pars anterior, acies. Prouer. 27. Cognoſcendo cognoſce faciem gregis tui, id eſt, habitum, ſtatum. Gen. 33. Et occupauit faciem ciuitatis, id eſt anteriorem partem. & cap. 11. Et mortuus eſt Haran ſuper facie patris ſui, id eſt, non eſt egreſſus patriam, regionem paternam. & cap. 18. Contra faciem Sodomæ.

In ſecundo modo ſignificandi. Leuit. 19. Perſonam ſenis honorabis. Et iterum: Non eleues perſonam exhauſti, neq; honorifices perſonam magnifici. Prouerbiorum 18. Suſcipere perſonam improbi, non eſt bonum. Sic Paulus Apoſtolus uſus eſt Galat. 2. Perſonam hominis non accipit. Item 2. Corinth. 11. Siquidem eiuſmodi pſeudoapoſtoli operarij doloſi ſunt, ſumpta perſona Apoſtolorum Chriſti, atque haud mirum, quandoquidem ipſe Satanas transfiguratur in angelum lucis: non magnum eſt igitur, ſi & miniſtri illius perſonam in ſe transferunt, quaſi ſint miniſtri iuſtitiæ, &c.

Præterea, & hoc de facie dei ſiue Domini, annotare uolui, quòd dupliciter uſurpatur: Primò, pro eſſentia diuina, ut eſt deus in ſua maieſtate & gloria. Et hanc nulla creatura humana uidere aut cognoſcere ſeu apprehendere poteſt, niſi ſuſtentetur à Deo, ſicut Deus dicit Exo. 33. Non poteris uidere faciem meam, quia nõ uidebit me homo & uiuet. Et iterum: Videbis poſteriora mea, ſed facies mea non uidebitur. Hãc uerò uident ac contẽplantur angeli & beati in altera uita, ſicut Chriſtus ait Matth. 18. Angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. Et Paulus Apoſtolus 1. Corinth. 13. Cernimus nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc autẽ à facie ad faciem, &c. Et 1. Ioan. 3. Scimus autem, quòd ſi apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt, &c. Secundo modo, accipitur pro apparentia, ſeu forma, quam ipſe deus induit, & qua uult apprehendi, ut ſunt uerbum Dei, columna ignis & nubis, propiciatorium, & alia ſacramenta & res externæ, quæ ſunt tanquam externæ facies, quibus deus præſens eſt, & uult conſpici. Et de hac facie Dei loquitur ſcriptura: Deut. 33. Et dixit Iehoua, facies mea ibit, & requieſcere te faciam: dixit ad eum Moſes, ſi facies tua non iuerit, ne ducas nos hinc. Item cap. 4. Et eduxit te in facie ſua, id eſt columna. 2. Sam. 13. Et faciem Iehoua non deprecatus ſum. 2. Sam. 6. Et Iehudam in facie Iehoua. Pſal. 24. Quærẽtes faciem tuam. ſic Iacob uocat illum locũ ubi apparuit ei Deus. פְּנִיאֵל Faciẽ Dei. Gen. 32. Et uocauit Iacob nomẽ loci Peniel, quia uidi facie ad faciẽ, &c. Et Gen. 4. Egreſſus eſt Kain à facie Iehoua. ubi ſcriptura uocat locum, in quo ſonabat ꝓmiſſio de ſemine mulieris, & ubi erat uera Eccleſia & uerus Dei cultus, &c. Et ex iam dictis liquet etiam, ꝙ res illæ externæ, quibus hoc nomen attribuitur ſint facies dei, non ſint ipſe deus, ſeu Iehoua ſua ſubſtantia ſeu eſſentialiter, ſed ſint facies dei, quibus deus ſe ſuo uerbo alligauit & ubi uult eſſe præſens, & conſpici, & coli, ſed de hac re plura in nomine יהוה. Eſt & hæc phraſis annotãda, quòd

quan-

quando faciei dei additur nomen אור, uel uerbum הֵאִיר, illuminauit, tum ſignificet fauorē, lætitiam, & beneuolentiam, tam internam in conſcientia, quàm in rebus externis & corporalibus benedictionē & beneficia corporalia. Pſal. 4. Extolle ſuper nos lumen faciei tuę Iehoua. Pſal. 44. Quoniam dextera tua, & brachium tuum & lumen faciei tuæ. Num. 6. Illuminet Iehoua faciem ſuam ad te. Pſal. 31. Illumina faciem tuā ſuper ſeruum tuum. Et ſæpe etiam ſine appoſitione nominis אור, quod tum ex ſententia quoq; cognoſci poteſt: ut Pſal. 27. Ne abſcondas faciem tuam à me. Tamen interdum & rariùs in malam partem accipitur. Leui. 17. Et ponam faciem meam in animam illā. Pſal. 21. Sicut clibanus in tempore faciei tuæ. Pſal. 34. Facies Iehoua in facientes mala. Ierem. 44. Ecce ego pono faciem meam in uos in malum. Ezech. 14. Et ponam faciem meam in uirum illum, &c. In quibus exemplis, ut אַף, naſus, ita nomen hoc פני ſimili ratione pro ira uſurpatur, quòd nimirum ira in naribus & facie appareat & conſpiciatur. In ſtatu affixorum ſemper in prima obtinet cametz, alteram uocem mutat pro conditione affixi, quam ex doctrina Grammatices cognoſcere licebit. Geneſ. 31. Nō poſſum fugere à facie tua. Deut. 9. Expulit eos à facie tua. Iob 21. Quis annunciabit in faciem uiam ipſius. Gen. 4. Et concidit facies eius. 1. Sam. 1. Et facies eius non erat amplius triſtis. Gen. 40. Cur facies ueſtræ ſunt malæ? 2. Sam. 17. Et facies tua abeat in prælium, id eſt, tu ipſe tua perſona. Sic Lucas Euangeliſta obſeruata hac phraſi dixit cap. 9. Facies eius erat uadēs, id eſt, uolebat ibi eſſe ſua perſona. Ieſ. 24. Ecce Iehoua euacuat terram, & eximit eam, peruertit faciem eius, id eſt ſtatum, & formā eius præſentem. Et obſerua hîc phraſin, quòd ponere faciem ad aliquid, eſt obfirmato animo aliquid facere. Iere. 42. Si uos ponendo poſueritis facies ueſtras, ut ingrediamini Ægyptum. Dan. 11. Et ponet faciem ſuam ad inſulas. Ezec. 21. Pone faciem tuam ad Ieruſalem. 2. Sam. 12. Et poſuit Azahel faciem ſuam, ut aſcenderet ad Ieruſalem. Hanc phraſin quoq; Euangeliſtam Lucā obſeruaſſe legimus cap. 9. ubi ſcribit: Et ipſe faciem ſuam ἐστήριξε, obfirmauerat, ut iret Hieroſolymam.

Et in compoſitione cum alijs partibus orationis indeclinabilibus à fronte:

לִפְנֵי In facie, in conſpectu, in præſentia: pro quo Latini utuntur præpoſitionibus, ad, apud, ante, iuxta, coram: atq; per eas quoq; exponunt.

Et eſt primò loci. Gen. 6. Et corrupta erat terra in conſpectu dei. Exod. 7. In conſpectu Pharaonis, & in conſpectu ſeruorum eius. Deuter. 14. Et comedes in conſpectu Iehoua dei tui. Iudicum 9. Et egreſſus eſt Gaal ante occupantes Sichem. 1. Samuel. 8. Et egredere ante nos. Pſalm. 72. Coram ſole filiabitur nomen eius. Et mox iterum: Coram luna & generationem & generationem, id eſt prę́ſente & exiſtente ſole & luna. 1. Samuelis 1. Non ponas famulam iuxta filiam Beliaal, id eſt, ne ponas æſtimatione iuxta filiam Beliaal, ut ſit ſimilis filiæ Beliaal, aut talis, qualis eſt filia Beliaal. Et quando conſtruitur cum uerbis, quæ de loco ſignificant, ut ſunt יָצָא נוּס בָּא, cum ualet idem quod מִפְּנֵי, à facie, à conſpectu. Exo. 13. Non receſſit columna ignis nocte à conſpectu populi. 1. Samuelis 21. Qui erant ſublati à conſpectu Iehoua. 2. Sam. 24. Et egreſſus eſt Ioab, & principes belli à conſpectu regis. 2. Reg. 24. Vt fugias à conſpectu hoſtium tuorum. Iob 4. Comminuentur ipſi à facie tineæ.

Secundò eſt temporis, ante. 2. Regum 19. Et ariditas ante erectionem, id eſt, antequàm erigat ſe in altum. Ieſaiæ 18. Quia ante meſſem cùm perfectum fuerit gramen. Amos 1. Biennio ante terræmotum. Zachariæ 8. Ante dies iſtos. Iob 3. Ante panem meum ſuſpirium ueniebat. & cap. 15. Et ante colles formatus es. Prouerbiorum 15. Ante gloriam humiliatio. Nehe. 13. Quum adumbrarentur portæ ante ſabbathum. Gen. 13. Quæ uniuerſa erat irrigua ante perdere Iehoua Sodomam. 2. Samuel. 9. Ante uenire Saul. Malachiæ 3. Ante uenire diem Iehoua, id eſt, antequàm ueniat dies Iehoua.

לִפְנַי Anterius, pro מִלְּפָנִי. 1. Regum 6. Et quadraginta cubitorum fuit domus, ipſum ædifi-

ædificium anterius, ſcilicet ante Sanctumſanctorum.

מִלִּפְנֵי A facie, à conſpectu. Gen. 4. Et egreſſus eſt Kain à conſpectu Dei. cap. 23. Vt ſepeliam mortuum meum à conſpectu meo. & cap. 41. Et egreſſus eſt Ioſeph à conſpectu Pharaonis. Exo. 36. Et accipiebat à conſpectu Moſi omnem leuandã. 1. Sa. 18. Et timuit Saul à conſpectu Dauid. Pſal. 97. Montes liquefient tanquàm cera à conſpectu Iehoua, à conſpectu Iehoua uniuerſa terra. Et cũ affixo. Pſal. 51. Ne proijcias me à conſpectu tuo. Iere. 18. Et erratũ eorum à conſpectu tuo non deleatur.

עַל לִפְנֵי Ex aduerſo, è regione. Ezech. 40. E regione ueſtibuli.

מִפְּנֵי A facie, à conſpectu. Et ſæpenumerò Hebræis idem ualet, quod Latinis, Propter. Gen. 7. A facie aquarum diluuij. cap. 16. A facie Sarai dominæ meæ fugio. Exod. 3. Clamorem eorum audiui à facie exactorum. & cap. 9. Nec poterant magi ſtare coram Moſe à facie ulcerum, id eſt, propter ulcera. Deuter. 5. Quare timuiſtis à facie ignis. & cap. 9. Quoniam timui à facie iræ & furoris. Iudic. 9. Et abijt in Beer, & habitauit ibi à facie Abimelech. Mich. 1. Sicut cera à facie ignis. Et aliquãdo ſequitur relatiuũ אֲשֶׁר, & tum ualet propterea quòd. Exo. 19. Propterea quòd deſcendiſſet ſuper eum Iehoua. Iere. 44. Propterea quòd ſuffitum feciſtis.

פְּנִים Sine augmento literarum non eſt uſitatum, at in compoſitione uſuuenit, ut מִלְּפָנִים, & fungitur officio aduerbij ad locum denotantis, id eſt antrinſecus ſeu anterius, id eſt, intrinſecus. 1. Regum 6. Intrinſecus & extrinſecus. Et cum litera he motum ad locum importante פְּנִימָה, id eſt, anterius. Vocant autem Hebræi id anterius, quod Latini uocant interius. Nam interiora ædificia ſunt ipſis anteriora reſpectu חוּצָה, id eſt, eorum quę retrò & extrà ſunt. Similiter in domibus & ædificijs cameræ & conclauia fuerunt ipſis in receſſu, non reſpexerunt foràs in plateas, & extra domos, ſed introrſum. Leuit. 10. Non eſt illatus ſanguis eius ad ſanctum anterius, id eſt proximum Sanctumſanctorum. 1. Reg. 6. Et cedrus ad domum anteriorem, id eſt interiorem. 2. Paral. 29. Et ingreſſi ſunt intrò ad Ezechiam. Pſal. 45. Tota glorioſa eſt filia regis interius, ſeu intrinſecus ſiue internè. Accipit tamen à fronte lamed לִפְנִימָה, id eſt, interius, intrinſecus. 1. Re. 6. Intrinſecus & extrinſecus. pro quo paulò antè uſus erat מִלְּפָנִים. 2. Paral. 29. Et ingreſſi ſacerdotes intra domum Iehoua. Ezech. 41. Et ingreſſus intrò. Item loco lamed accipit mem מִפְּנִימָה, anteriu id eſt, intrinſecus. 1. Reg. 6. Et oraculum in medio domus intrinſecus conſtituti. Et iterum: Et operuit Salomo domum intrinſecus auro optimo. 2. Paralip. 3. Et operuit illud intrinſecus auro puro.

פְּנִימִי Nomẽ ordinis, maſculini generis, anterior. 1. Reg. 6. Et poſuit Cherubim intra domum anteriorem, id eſt, interiorem. 1. Reg. 7. Pro ianuis domus anterioris. Et pluraliter פְּנִימִים. 1. Paralip. 28. Et cubiculorum eius interiorum. Et in genere fœminino פְּנִימִית. 1. Reg. 6. Et ædificauit atrium anterius. Eſther 4. In atrio domus regis anteriore. Et pluraliter פְּנִימִיּוֹת. 2. Par. 5. Ianuas eius anteriores.

אוֹפָן Vel ſine uau אֹפָן, & propriè ſignificat ſuperficiem, extremitatem, & circumferentiam rotæ, quam Latini canthum, Germani die felge appellant: dicitur aũt, quia ea rotæ pars cõtinuò ceu uento circumuoluitur. Semper autem per ſynecdochen pars ſumitur pro tota rota. Nahum 3. Et uox ſonitus rotę. Ezech. 1. Et aſpectus earum, & factura earum, quaſi rota in medio rotæ. Prouer. 20. Diſſipat ſeditioſos rex ſapiens, & circumducit ſuper eos rotam, id eſt, afficit eos ſupplicio rotæ. Olim autẽ ex genere ſuppliciorum fuiſſe, teſtatur Apuleius lib. 3. Aſini aurei. In ſtatu regiminis אוֹפַן. Exod. 14. Et remouit rotam curruum eius. Ieſaiæ 28. Nec rota plauſtri ſuper Ciminum circumducetur. Et pluraliter אוֹפַנִּים. 1. Regum 7. Quatuor rotæ erunt ſub clauſuris. Ezechielis 1. Aſpectus rotarum. Et in ſtatu regiminis אוֹפַנֵּי. 1. Regum 7. Et quatuor rotæ æris pro baſi. Et cum affixo loco holem aſſumit hatephcametz. Prou. 25. Poma auri in cancellis argenti, uerbum loquutum ſuper circumferentijs ſuis, &c. Cauſa hæc eſt, cur hoc nomen ad פנה retuli, quòd 2. Sam. 14. legitur: Nam ut circumuoluerem faciem uerbi, fecit ſeruus Ioab. & uideam ænigma ſeu parabolã dici, quòd multos reſpectus & formas habeat, etſi alij

ab

ab אָנַק deductum uelint, cum quo certè quandam in ſignificatione cõgruentiam
1238 habere aſtipulor.

פנק Delicatè pauit: quo Chaldęus paraphraſtes quoq; eſt uſus, & apparet Chaldęis familiarius eſſe, & pro eo uti Hebræos uerbo עָנַג. Legitur autẽ ſemel Prou. 29. Delicatè paſcens à pueritia ſeruum ſuum, &c.

INDE NOMINA:

פַּגָּה Mutata litera kuph in gimel, Fici ſpecies delicatiſſimæ: alij frumenti ſeu polentæ ſpeciem tenerrimæ eſſe ſentiunt, quibus Chaldæus interpres ſuffragatur. Ezechielis 27. Iehuda & terra Iſrael fuerunt negociatores tui cum tritico Minnith, & ficu, melle & oleo.

פַּגִּים Eliſa litera nun, fructus ſeu groſſi ficulneę, quos Latini conſentiente uoce ficus, & Germani feigen uocârunt. Et Hebræis dicti à teneritudine, & delicijs. Cantic. 2.
1239 Ficulnea protruſit ficus ſuos, & uites in flore dederunt fragrantiam.

פסס Congruit ſignificatione cum uerbo אָפֵס, rarum fuit, attenuatum eſt. Pſal. 12. Attenuati ſunt fideles à filijs Adam.

INDE NOMINA:

פַּסִּים Fila, à tenuitate. Gen. 37. Et fecit ei tunicam filorum, ſcilicet diuerſi coloris. Septuaginta interpretes uerterũt tunicam ποικίλον, Hieronymus polymitam. 2. Samu. 13. Et ſuper ea autem erat tunica filorum: ſic enim ueſtiebantur filiæ regis, uirgines.

פִּסָּה Significatione contraria notat denſitatem, copiam. Pſal. 72. Et denſitas frumẽti in
1240 terra, in ſummitate montium agitetur, ſicut fructus Libani.

פסג Congruit ſignificatione cum uerbo פָּסַע, & ſignificat facere ſaltus, ſaltuatim aliquid facere, graduatim aliquid ædificare, ſicut in muris, & mœnijs per interualla pinnas faciunt. Pſal. 48. Saltuate mœnia eius.

INDE NOMEN,

פִּסְגָּה Mons Moabitarum contra Iericho, à iugorum gradatione. Numeri 21. Et à Bamoth ualle, quæ eſt in agro Moab ad cacumen Piſga. Deuteron. 3. Aſcende in ca-
1241 cumen Piſga, &c.

פסח Tranſiliuit per interualla de loco in locum, uel de latere in latus. Exod. 12. Qui trãſiliuit ſuper domos filiorum Iſrael in Ægypto. Et iterum: Et cùm uidero ſanguinem, tum tranſiliam ſuper uos. Et iterum: Et tranſiliet Iehoua ſuper ianuas. Ieſ. 31. Et liberabit tranſiliendo, & euadere faciet.

Participium præſens פֹּסְחִים. 1. Reg. 18. Vſquequò tranſilitis ad duo extrema.

In uoce paſſiua נִפְסַח. 2. Samuelis 4. Et cecidit & tranſilire factus eſt, id eſt, claudus factus eſt.

In ſecũda cõiugatione פִּסֵּחַ. 1. Reg. 18. Et tranſiliebãt ſuper altare, quod fecerat.

INDE NOMINA:

פִּסֵּחַ Tranſſaltator, id eſt claudus, qui de uno pede in alterum tranſilit. Leuit. 21. Vt ſi ſit cæcus, uel claudus. 2. Samuel. 9. Et ipſe erat claudus utroq; pede ſuo. Malach. 1. Et quando adducitis claudum & ægrum. Et pluraliter פִּסְחִים. 2. Sam. 5. Niſi abſtuleris cæcos & claudos. Ieſaiæ 33. Et claudi diripuerunt rapinam.

פֶּסַח Agnus maſculus, qui mactabatur quintodecimo die primi menſis exitus ex Ægypto, quo admonebanť Iſraelitæ liberationis, quæ ipſis cõtigerat per ſaltũ quẽ deus fecerat, & figura erat ueri paſchatis Chriſti. Exo. 12. Et comedetis ipſum in feſtinantia: paſcha enim eſt Iehoua. Et iterum: Sacrificium paſchatis eſt Iehoua. Et iterum: Et ſi peregrinatur apud te aduena, & fecerit paſcha ipſi Iehoua. Et in diſtinctione ſententiæ פָּסַח. Exo. 12. Et mactate paſcha. & cap. 34. Et pernoctabit uſq; in mane ſacrificium feſti paſchatis. Et pluraliter פְּסָחִים. 2. Paralip. 30. Et Leuitæ erant
1242 ſuper mactatione paſchatum. & cap. 35. Et ſacerdotibus dederunt pro paſchatis.

פסל Dedolauit, exculpſit. Habak. 2. Quid prodeſt dedolatum, quia dedolauit illud plaſtes illius. Exod. 34. Dedola tibi duas tabulas lapideas. Et iterum: Et exculpſit duas tabulas. 1. Regum 5. Et exculpſerunt ædificatores Salomonis, ligna & lapides ut ædificarent domum.

INDE NOMEN,

פֶּסֶל Dedolatum,ſculptile,idolum dedolatum uel ex ligno uel lapide.Exo.20. Non facies tibi ſculptile. Et in diſtinctione ſententiæ פָּסֶל. Ieſaiæ 42. Qui confidunt in ſculptili.Ieremiæ 10.A ſculptili. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik,alterum in ſcua.Ieſaiæ 44.Pro ſculptili ſuo.& cap.45.Quæ fuerunt lignū ſculptilis ſui. Et pluraliter פְּסִילִים.Iud.4.Et ipſe reuerſus ab idolis,quæ erant in Gilgal.2.Paralip.33.Et ſtatuit lucos,& ſculptilia.Ieremiæ 50.Quia terra ſculptiliū eſt, id eſt commentitiorū deorum. In ſtatu regiminis פְּסִילֵי.Deut.7.Sculptilia deorum ſuorum combureris. Et cū affixis nihil uariat à ſtatu regiminis.Deuter.7. Sculptilia eorum combure tis igni.Ier.51.Viſitabo ſuper ſculptilibus eius.

סֵפֶל Tranſpoſitione literarum,uas dedolatum ſeu exculptum,& licebit concham uertere.Iud.5.Aquam petijt,lac dedit,in concha magnatum porrexit butyrum.& ca.
1243 6.Expreſſit rorem de tonſura,plenitudinem conchæ aquæ.

פָּעָה Sibilauit.Ieſaiæ 42.Sicut parturiens ſibilabo.

INDE NOMINA:

אֶפַע Sibilus.Ieſaiæ 41.Et opera ueſtra minus ſunt quàm ſibilus.

אֶפְעֶה Sibilatrix,id eſt uipera,à ſibilando.Iob 20.Et occidet eum lingua uiperæ.Ieſ.59.Et ſi comprimantur,erumpit uipera.
1244
פָּעַל Egit,operatus eſt,cum affectu & cupiditate & energia,ac reſpōdet uerbo Græco ἐργάζομαι, & Germanico etwas thůn:habetq; congruentiā quandā ſignificatione cū uerbo בָּעַל, niſi quòd ut prima litera parum,ita quoq; modo tantū ſignificandi uariant.Num.23.Quid operatus eſt deus.Deut.32.Et nō Iehoua operatus eſt uniuerſum iſtud.Prou.16.Omnia operatus eſt Iehoua propter ſe.Ieſa.41. Quis operatus eſt,& fecit:wår thůts vnd machts.Exod.15.Baſin pro ſede tua operatus es Iehoua.Pſal.31.Operatus es ſpem collocantibus in te.Pſal.68.Cōfirma deus hoc quod operatus es nobis.Pro.30.Et dicet,non operata ſum iniquitatem.Iob 7.Si peccaui,quid operis agam tibi.& cap.22.Et quid aget omnipotens cum illis.Pſ.7.Sagittas ſuas inardentes operatus eſt.Et iterum:Cadet in foueam, quam operabitur.Pſal.58.Etiam in corde iniquitates operamini.

Participium præſens פֹּעֵל.Pſal.15.Et operans iuſtitiam.Pſ.74.Qui operatur ſalutes in medio terræ.Habakuk 1.Quia opus operatur in diebus noſtris. Et cum affixis nihil mutat.Iob 36.Operatori meo dabo iuſtitiā.Ieſaiæ 1.Et operator eius in ſcintillam. Et pluraliter in ſtatu regiminis פֹּעֲלֵי.Pſal.6.Diſcedite à me omnes operatores deſiderij.

INDE NOMINA:

פֹּעַל Opus.Pſal.44.Opus,quod operatus es in diebus noſtris.Deu.33.Et opus manuū eius acceptabis.Iob 34.Quia iuxta opus hominis retribuet ei.Pſal.9.In opere manuum ſuarum irritietur improbus.Ieſaiæ 5.Et opus Iehoua non aſpicient.Pſal.64. Et annunciabunt opus dei,& factum eius,ſein thůn vnd werck.Prou.21.Opus theſaurorum in lingua falſitatis. Et in ſtatu affixorum ſeruat interdum holem,& pathah mutat in hatephpatha.Ieſaiæ 1.Et opus eius in fauillam.Ierem.22.Et opus ſuum nō dabit illi. Frequentiùs tamen mutat holem in cametz,& pathah in hatephcametz.Deut.32.Petræ integrum eſt opus eius.Ruth 2.Reddat Iehoua opus tuū.Iob 24.Ecce feræ in deſerto egredientur ad opus ſuum.Pſa.95.Etiam uiderūt opus meum.Iob 7.Et ſicut mercenarius expectabit opus ſuum,id eſt,mercedem ſuam,quam opere ſuo meruit.

פְּעֻלָּה Opus,operatio.Item hoc quod pro opere debetur. Et in ſtatu regiminis פְּעֻלַּת. Leuit.19.Non pernoctet opus mercenarij tecum uſq; ad mane.pro quo Deut.24. uerſum eſt שָׂכָר merces.Pſalm.109.Hoc eſt opus aduerſariorum meorum merces. Prou.10.Opus iuſti ad uitam. Et cum affixis.2.Paralip.15.Quia eſt merces operi ueſtro.Iere.31.Quia eſt merces operi tuo. Et pluraliter פעלות.Pſal.17.Ab operibus hominum.Pſal.28.Quoniam non animaduertent ad opera Iehoua.

מִפְעָלִים Opera, Nomen pluralis numeri tantùm. Et cum affixo legitur, Prouerb. 8. Ante opera ſua tunc.

מִפְעֲלוֹת Opera, Nomen pluralis numeri ſtatus regiminis. Pſal. 46. Ite & uidete opera Iehoua. Pſ. 66. Ite & uidete opera dei.

1242

פָּעַם Verbaliter ſpiritui attribuitur, et ſignificat agere, agitare, ducere, impellere, mouere, percellere. Iudic. 13. Et cœpit ſpiritus Iehoua percellere Simſonē in caſtris Dan, &c. ut ſ. ſtratagematis, & alijs induſtriæ militaris notis, & uelut præludijs ſpeciem haud uulgarē exhibuerit popularibus ſuis, eum olim in uirum magnū & præſtantem heroa & ſaluatorem euaſurū, qui populū dei & eccleſiam liberaturus eſſet ex ſeruitute duriſſima Philiſtæorū, qua tū grauiſſimè premebant. Et quidē ex iſto quoq; loco piè eſt credendū, puerū Ieſum (cuius hic Nazaræus figura eſſe oportebat) in pueritia ſua priuatim cōpluſcula etiā miracula edidiſſe, quibus ceu certis ſignis potuerūt parētes ipſius, & omnes pij ſtatim diuinare & deprehēdere eū futurum Saluatorē. Nam niſi in pueritia apud parētes quædā edidiſſet ſigna, certè mater non potuiſſet ullam habere occaſionem appellandi, cùm illi inquit Ioannis 2. Vinum non habēt, quaſi dicere uoluiſſet, fac uirtute tua, ne uinū deficiat: quod certè non dixiſſet, ſi nō cognouiſſet præuijs ſignis, ſed priuatis ſaltē domeſticis ac uulgaribus ijſdemq; puerilibus, quòd poſſet etiam uini inopiæ conſulere. Quod autem Euangeliſta ſubiungit: Hoc edidit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, &c. non repugnat huic quod iam dixi. Nam ut uerbum צָלַח de ſpiritu dicitur, qui publicè, & in negocijs publicis & arduis ſe exerit, & uirtutem ſuam ſplendidè & heroicè declarat, ita hoc uerbum פָּעַם ſpiritui tribuit, qui puerilibus, & nondum maturis ſignis ſeu miraculis ſe prodit: unde hoc uerbū hiſtoriographus Simſoni adhuc iuueni, & nondum in Iudicis officium conſtituto, uerbū aūt צָלַח poſtea ei (ut & ſpiritus ſuos etiam progreſſus, & ſua incremēta habet) attribuit, quo perrumpit & peruincit omnia, & heroica ac ſtupenda facinora deſignat, & quicquid in uocatione ſibi à Deo demandata attentat, aggreditur, & potentiſſimè perficit, & eò quò uolebat, perducit. Sic etiam Chriſtus nondū ingreſſus in miniſterium, quædam fecit miracula, quæ ceu præludia quædam fuerūt eorum, quæ poſt baptiſmum fecit ſtupenda, quorum primum hoc fuit, quod in nuptijs Cana Galilææ fecit. Hinc rectè etiam intelliges id quod Apoſtolus Paulus ad Romanos ſcribens, uocat agi ſeu duci ſpiritu, cū ait cap. 8. Quicunq; ſpiritu dei ἄγονται agunt, hi ſunt filij dei, nimirū quòd quicunq; ſpiritu dei percelluntur, exerant & perficiant etiam opera ſpiritus, quibus ſe eſſe filios dei declarant, quòd iſta uirtus ſpiritus dei non eſt ocioſa, aut mortua, ſed uiua & operoſa, quæ excitat & mouet corda ipſorum, ut ea ſtatim deſignent, quę ſe filios dei eſſe demonſtrant, & ſpecimina quædam edant, ut inde quaſi certis & euidentibus argumētis, & ſignis deprehendere & cernere queas eos eſſe filios dei: ſicut & Ioannes pulchrè ſcribit 1. Epiſtola 3. Nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit id quod futuri ſumus.

In uoce paſſiua נִפְעַם. Geneſis 41. Manè autē perculſus erat ſpiritus eius. Pſ. 77. Perculſus ſum adeo ut loqui non poſſim. Danielis 2. Somnium ſomniaui, & perculſus eſt ſpiritus meus. Petrus 2. Epiſtola 1. Spiritu ſancto φερόμενοι, id eſt, rapti ſiue agitati, ſiue impulſi, loquuti ſunt ſancti dei homines.

In quarta coniugatione הִתְפָּעֵם. Daniel. 2. Vidit Nabucadnezar ſomnium, & perculſus eſt ſpiritus eius.

INDE NOMINA:

פַּעַם Incus, in quo metalla cuduntur. Ieſaiæ 41. Percuſſuram in incude. Eſt & interiectio ſignificans quandā animi perculſionē, & ualet idem quod Latinis Apage. Geneſis 2. Hoc apage os de oſſibus meis. Tertiò ſignificat ictū, ſeu pulſum, ſeu impetum, & Hebræis ualet idem quod Latinis ſemel, una uice. Geneſis 18. Et loquar tantùm ſemel: uel, hac uice. Exo. 8. Et aggrauauit Pharao cor ſuum etiā hac uice. Ioſue 6. Circumdādo ciuitatē uice una. Et dualiter פַּעֲמַיִם, bis, uel duabus uicibus. Numeri 20. Et percuſſit petram baculo ſuo bis, ſeu duabus uicibus. 1. Regum

gum 11. Qui cōſpectus eſt illi bis. Iob 33. Omnia iſta operabitur deus bis. Et pluraliter פְּעָמִים. Gen. 33. Et incuruauit ſe ſuper terra, ſeptem uicibus. Dicuntur etiā hoc nomine plantæ, quibus pulſat̄ & quatitur terra, & per ſynecdochen, pedes. Ezech. 41. Trium & triginta pedum. Et in ſtatu regiminis פַּעֲמֵי. Iud. 5. Cur tardauerunt pedes curruum eius. Ieſaiæ 26. Plantæ exhauſtorum. Et in ſtatu affixorum. Pſal. 58. Plantas ſuas lauabit in ſanguine. 2. Reg. 19. Et ſiccaui uola plantarum mearum omnia flumina Ægypti. Cantic. 7. Quàm pulchri ſunt pedes in calceamentis tuis. Legitur ſemel in forma fœminea פַּעֲמֹתָיו. 1. Reg. 7. Et quatuor pedes eius, id eſt, baſes. Exod. 25. Super quatuor pedibus eius.

פַּעֲמוֹן Nomen inſtrumenti muſici, à concutiendo, quod uel crepitaculum, uel cymbalum, ſeu nolam appellare poſſumus. Exod. 28. & 39. Tintinabulum auri. Et pluraliter פַּעֲמֹנִים. Exo. 39. Et ponēt tintinabula. Et in ſtatu regiminis פַּעֲמֹנֵי. Exo.

1246 39. Et facient tintinabula auri.

פָּעַר Magnam habet congruentiam cum uerbo פָּרַע, differtq; ab eo modo tantùm ſignificandi: ſignificat autem aperire, ſeu nudare liberè: uerbaliter autem ſemper de apertione oris dicitur. Iob 16. Aperuerunt contra me os ſuum. & cap. 29. Et os ſuum aperuerunt uelut ad ſerotinam pluuiā. Pſal. 119. Os meum aperui, & attrahebam ſpiritum. Ieſaiæ 5. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum ſine modo.

INDE NOMEN,

פְּעוֹר Deus: & idolum Moabitarum, quod gentes uoce parū deprauata Priapū uocarunt: uel ab apertione, hoc eſt, nuditate, quia deus erat turpitudinis & libidinis, quæ equidem Hebræis nuditatis appellatione ſignificatur, eiusq; cultus cōſiſtat in ocio, comeſſationibus, uacatione, & libertate ab omni diſciplina, honeſtate, & pudicitia: uel quòd ſit apertor oris, id eſt foraminis, ſeu habens apertorem, ſcilicet foraminis. Numeri 25. Qui fraudi fuerūt nobis ꝓpter Peor. Ioſue 22. An pauca eſt uobis iniquitas Peor, à qua nondum nos purificauimus. Conſtat autem ex iſtis duobus locis, quòd פְּעוֹר & בַּעַל פְּעוֹר, idem deus & idē ſint idolū, eiuſdemq; religionis, ut ſuprà quoq; in uoce בַּעַל cernere licebit. Eſt & nomen montis in Moabitide regione à deo inditum, qui in eo templum ſuum habuit, & cultū. Numeri 23. Et accepit Balak ipſum Bileam in ſummitatem Peor, qui reſpicit ſuper faciem deſerti. Deut. 3. Et manſimus in ualle è regione domus Peor. & cap. 34. Mortuus eſt igitur ibi Moſes ſeruus Iehoua in terra Moab iuxta os Iehoua, & ſepeliuit eum in ualle, in terra Moab è regione domus Peor.

1247

פָּצַח Aperuit liberè & amplè, ſcilicet os: & ſemper de apertione oris dicit̄, exceptis tantùm duobus locis, in quibus amplam & apertam liberationem corporis ſignificat. Congruit autem ſignificatione cum uerbis פָּצָה & פּוּץ, deinde etiam cū uerbo פָּקַח, quod oculos liberè & ampliter aperire, & circumquaq; & paſſim ſpeculari ſignificat. Geneſis 4. De terra quæ aperuit os ſuum ut ſuſciperet ſanguines fratris tui. Numeri 16. Aperuit humus os ſuum & deuorauit eos. Iudicum 11. Et ego ampliaui os meum ad Iehoua, neq; poſſum reuocare. Iob 35. Et Iob fruſtrà aperiet os ſuum. Pſal. 66. Quæ ampliauerunt labia mea, & loquutum eſt os meum in anguſtia mea. Ieſaiæ 10. Et non fuit mouens alam, aut aperiens os, aut ſibilans.

Sequuntur nunc loci in quibus ampliationē ſeu liberationem corporis ſignificat. Pſal. 144. Emitte manum tuam ex alto, libera me, & eripe me de aquis multis. Et ibidē iterum Participium פֹּצֶה: Qui dat ſalutem regibus, qui liberat Dauid ſeruum ſuum à gladio malo.

1248

פָּצַח Congruit ſignificatione cū uerbo פָּצָה, quod ſiue oculos, ſiue aures alacriter & cū gaudio aperire ſignificat: hoc uerò ſignificat apertionē oris ſeu labiorū, lætam uocem edere, reſonare: congruit quoq; cum uerbo פָּתַח, niſi quòd hoc generalius eſt. Pſ. 98. Reſonate, & ouate, & pſallite. In alijs locis actiuè uſurpat̄. Ieſaiæ 14. Ediderunt ouationem. & cap. 49. Perſonate montes ouationē. & ca. 55. Montes & colles reſonent coram eo ouationem, & omnia ligna plaudent manu.

In ſecunda coniugatione פִּצַּח, de ſono dicitur, qui editur oſſium conquaſſatio
1249 ne, cum ſonitu contriuit. Micheæ 3. Et oſſa eorum cum crepitu conquaſſauerunt.

**פְּצָלוֹת** Nomen pluralis numeri tantũ, & ſignificat cortices in arboribus uirides. A quo deriuatur uerbũ ſecũdæ cõiugationis פִּצֵּל, decorticauit, ſicut à nomine שֹׁרֶשׁ deſcendit שֵׁרֵשׁ, eradicauit: & utrunque legitur Gen. 30. Et accepit ſibi Iacob baculos populi uirides, & coryli, & caſtaneæ, & decorticauit in eis cortices. Et mox iterum: Et poſuit baculos, quos decorticauit in canales.

1250 **פָּצַם** Congruit ſignificatione cum uerbo פּוּץ, ſicut & עָצַם & עוּץ congruunt. Significat autem diſpergere, & legitur in hac forma tantũ ſemel Pſal. 60. Cõmouiſti terram, & diſperſiſti eam.

1251 **פָּצַע** Congruit ſignificatione cum uerbis בָּצַע עָצַב עָצַע נָגַע, quæ omnia uulnerationem ſeu ſauciationem ſignificant, licet alio atque alio modo. Can. 5. Percuſſerunt me, uulnerauerũt me. 1. Re. 20. Et percuſſit eum uir ille percutiẽdo, & uulnerãdo.

Participium præteritum פָּצוּעַ. Legitur autem in ſtatu regiminis. Deut. 23. Non ingrediatur uulneratus contuſione.

INDE NOMEN,

**פֶּצַע** Vulnus. Prouer. 20. Liuores, uulnus. Ieſaiæ 1. Vulnus & liuor. Exo. 21. Vulnus pro uulnere. ubi poſterius mutauit ſægol in cametz propter diſtinctionẽ. In ſtatu affixorum mutat prius ſegol in hirik, & pathah in ſeua. Geneſ. 4. Quoniam uirũ occidi in uulnus meum. Et pluraliter פְּצָעִים. Prouerbiorum 23. Cui uulnera gratis. Et in regimine פִּצְעֵי. Prou. 27. Fidelia uulnera diligentis. Et cum affixo. Iob 9. Et multiplicabit uulnera mea gratis.

1252 **פָּצַר** Similem modum ſignificandi & phraſin habet cum uerbo פָּרַץ, quando etiam cũ beth conſtruitur, & ſignificat propriè rumpere in aliquo homine, an einem reyſſen, quando quis ueſte aliquem ſecum abrumpit, alioqui inuitum, & nolentem. Deinde modo tantũ ſignificãdi differt à uerbis פָּרַץ & פָּרַר פָּרַשׁ פָּרַס בָּזַר בָּתַר. Gen. 19. Et rupit in eis ualde. Et mox iterum: Et ruperunt in uiro Lot uehemẽter. & cap. 33. Et rupit in eo ut acciperet. Iudi. 19. Rupit in eo ſocer eius, & rurſus pernoctauit ibi. 2. Reg. 2. Et ruperunt in eo donec pudefieret. 2. Regum 5. Et rupit in eo, ut acciperet, ſed noluit.

In tertia coniugatione legitur tantùm Infinitiuus הַפְצַר. 1. Samuelis 15. Quoniã delictũ magiæ eſt rebellio, & improbitas, & idolatria abrumpere ſe. Vel nominaliter abruptio, i. quando quis nõ uult obſequi, ſed facit abruptionẽ & auellit ſe.

INDE NOMEN,

**פְּצִירָה** Ruptura. 1. Samuelis 13. Et facta eſt ruptura acierum uomerum, id eſt acies uomerum erant corruptæ, id eſt, obtuſæ, ut non proſcinderẽt, nec obedirent uotis agricolarum, proſciſſione terræ.

1253 **פָּקַד** Generaliter ſignificat certa quadã ratione perſonæ, ſeu rei alicui adeſſe, uel abeſſe. Et accipitur tam in bonam, quàm in malam partem, hoc eſt, eſt uel gratiæ & beneficij, uel iræ & pœnæ. Item eſt uel auctionis, uel defectus: ut in cenſitione, ubi uel additur, uel ſubtrahitur. Latini communiter reddiderunt uerbo uiſitãdi: ſed multò eſt apud Hebræos anguſtioris ſignificationis, quàm ut in lingua Latina uno atque altero uerbo commodè exprimi poſſit. Quare nunc uiſitandi, nunc requirendi, nunc recenſendi uerbo, quæ affinia ſunt, uertemus. Nã qui uiſitat, ille requirit: & q requirit, ille recẽſet, & eius rei curam habet. Et econtra, qui recenſet, is requirit: & qui requirit, is uiſitat. Eſtque ſemper ſuperioris erga inferiores, quos ad aliquod opus ſeu adminiſtrationem recenſet, & demandat efficiendi aliquid.

Et ſi in bonam partem accipitur, auctionemque ſignificat, conſtruitur plerunque cũ accuſatiuo mediante articulo אֶת, aut ſine eo. Gen. 21. Et Iehoua uiſitauit Sarã ſicut dixerat, id eſt, requiſiuit. 1. Samuel. 2. Et requiſiuit Iehoua Hannam, & grauida facta eſt. Ruth 1. Quia requiſiuit Iehoua populum ſuũ. Pſal. 8. Quid eſt homo, quòd memor es eius, & filius hominis, quòd requiris eum. Pſal. 80. Reſpice è cœlo, & require uitem iſtam. Ieſ. 23. Poſt ſeptuaginta annos requiret Iehoua Tyrum.

Iudi-

Iudic.15.Et requiſiuit Simſon uxorem ſuam cum hœdo caprarum.1.Samuelis 17.
Et fratres tuos requires pro incolumitate.1.Sam.14.Requirite,& uidete quis ab-
ierit ex nobis:& requiſiuerũt,& ecce nõ aderat Ionathan.1.Sam.20. Si requirẽdo
requiſierit me pater tuus.2.Reg.9.Requirite nunc maledictã illam, & ſepelite eã.
Iob 7.Et requiris eũ ſingulis diebus manè.& ca.31.Quando requiret me,quid re-
ſpondebo.Ieſaiæ 26.Iehoua,in anguſtia requiſiuerunt te.Ezech.23.Et requirebas
ſcelus iuuẽtutis tuæ.1.Sam.15.Requiſiui,quid fecerit Amalech.Iere.3.Neq; recor
dabuntur eius,neq; requirent.& cap.14.Et requiret erratũ eorum.Iob 34.Quis re
quiſiuit ſuper eum ad terram.Iob 5.Et requires habitaculum tuum, & nõ errabis.
Num.1.Omnis qui egredit̃ in militiam in Iſrael,recenſebis eos per exercitus ſuos.
Et iterum:Iſti ſunt recenſiti,quos recenſuit Moſes & Aaron.2.Samuelis 18.Et re-
cenſuit Dauid populum.1. Regum 20. Et recenſui pueros prouinciarum, & fue-
runt ducenti.Exod.30.Et dabunt ſinguli propiciationem animæ ſuæ ipſi Iehoua
in cenſendo eos,id eſt cùm cenſueris eos.Num.4.Et cenſebitis ſuper eos pro cu-
ſtodia omnia onera eorum.2.Reg.5.Accepit de manu eorum & recenſuit in do-
mo,& uiri dimiſſi abierunt,id eſt recenſendo depoſuit in domo. Sequun-
tur exempla,ubi in malum accipitur.Pſal. 59. Euigila, ut requiras omnes gentes.
Threnor.4.Requiſiuit iniquitatem filiæ Ædom.Pſ.89.Et requiram in uirga trãſ-
greſſionem eorum.Ieſ. 27. In die illa requiret Iehoua in gladio ſuo duro. Con
ſtruitur autem iſto modo plerunq; cum præpoſitione עַל.Ieſa. 24. In die illa requi
res Iehoua contra exercitum excelſum.& cap.27. Nequando recenſeatur contra
illam.Iere.5.An contra iſta non recenſerem? Iob 36. Quis recenſuit contra eũ uiã
eius.Ieremiæ 51.Recenſete contra eam ducem. Exod. 32. Et in die requirere me.
id eſt requiſitionis meæ.Leu.18 . Et ego requiſiui iniquitatem eius contra eam.2,
Sam.3.Et recenſuiſti contra me iniquitatem mulieris iſtius . Ieſaiæ 10. Requiram
ſuper fructu magnificentiæ cordis regis Aſſur.& cap.13.Et recenſebo contra or-
bem maliciam.Oſeæ 2.Et recenſebo contra eam ſanguines Baalim.

Participiũ præſens פֹּקֵד. Exo. 20.& Deu.5. Requirẽs iniqtatẽ patrũ ſup filios.

Participium præteritum,ſeu nomen participiale maſculini generis,pluralis nu
meri tantùm פְּקוּדִים, recenſiti. Numeri 31.Et acceſſerunt ad Moſen recenſiti, qui
erant ſuper millia exercitus,id eſt præfecti,cõmiſſarij.Exod. 30. Hoc dabit quicũ
que tranſit ad cenſitos.Num.1.Iſti ſunt cenſiti,quos cenſuit Moſes & Aaron. Et
in ſtatu regiminis cum ſchurek פְּקוּדֵי. Numeri 31.Et iratus eſt Moſes ſuper recen-
ſitos exercitus,id eſt præfectos. Exod. 38. Et argentum recenſitorum congrega-
tionis,id eſt præfectorum. Num. 1. Et fuerunt omnes recenſiti Iſrael.& cap.4.Iſti
ſunt recenſiti familiarum. & cap. 26. Et inter hos non fuit quiſquam de recenſitis
Moſi.Exod.38.Hæc ſunt recenſita habitaculi. Et in ſtatu affixorum rurſum reci
pit kybutz פְּקֻדֵי. Numeri 1. Recenſiti eorum ad tribum Ruben.& cap. 14. Et o-
mnes recenſiti ueſtri. Et in genere fœminino פְּקֻדָּה, nomen uerbale, uiſitatio,
requiſitio,inſpectio,officiũ inſpectionis ſeu requiſitionis, munus Epiſcopi, &c.
de quo infrà inter nomina.

In uoce paſſiua נִפְקַד, retinet aliquando actiui ſui ſignificationem: ut Prouer.
19.Et non requiretur in malo.1.Samuelis 20. Cras erit nouilunium & requireris.
Ieſaiæ 24.Et poſt multitudinem dierum requirentur.Numeri 16.Aut ſi requiſitio
ne omnium hominum requiretur ſuper uos,non miſit me Iehoua.Ieſaiæ 29. Ab i-
pſo Iehoua exercituum requireris in tonitruo.Ieremiæ 23.Neq; cõſternentur, ne-
que requirentur.Nehemiæ 7.Et recenſiti ſunt Portarij & cantores,id eſt præfecti
ſunt.Item cap.12. Et recenſiti ſunt in die illo uiri ſuper conclauia. Secundò
ut in uoce actiua ſignificat adrecenſere, zũzellen,quod fit aliquo præſente, ita cõ
traria ſignificatione in uoce paſſiua notat ſępenumerò derecẽſeri, detrahi, ſubtra
hi,ſeu ſubduci de ſumma aut loco,ut aliquid deſit.Atque ita eandem obtinet ra-
tionem,quam habet uerbum עזר,& nonnulla alia,quæ in uoce paſſiua contrariã
ſignificationem recipiunt.1.Samuelis 20.Quia derecẽſebitur ſeſſio tua,id eſt ſub-

trahetur,uacabit.Et mox iterum:Et derecenſebitur locus Dauidis,id eſt,uacabit. 1.Reg.20.Cuſtodi uirum iſtum,& ſi recenſendo derecenſitus fuerit, tum erit anima tua pro anima illius,id eſt ſi deerit.Iud.21.Quare Iehoua deus Iſrael factum eſt hoc in Iſrael ad derecenſeri hodie ab Iſraele tribum unam, id eſt quòd deficiat.2. Sam.2.Et derecenſiti ſunt à ſeruis Dauid decem & nouem uiri,id eſt deſiderati.

Item in oratione negatiua.Num.31.Serui tui eleuauerunt ſummam uirorũ belli qui ſunt ſub manu noſtra,& non eſt derecenſitus ab ea uir,id eſt ſubtractus.1.Samuelis 25.Et non ignominiam paſſi ſumus,neq; derecenſiti ſumus quicquam, id eſt,defecimus.2.Regum 10.Vir non derecenſeatur,quoniam ſacrificium mihi eſt magnum ipſi Baal:omnis qui derecenſebitur,non uiuet,i.qui abfuerit.1. Samuel. 25.Et non derecenſitum ab omni quod ei quicquam.Et ibidem iterum:Et nõ derecenſebatur eis quicquam,id eſt,deerat.Sic Lucas quoq; hanc Chriſti phraſin,& uerbum reddidit,dicentis ad diſcipulos ſuos cap.22.Quãdo miſi uos ſine ſacculo & pera,& calceamentis, nunquid ὑστερήσατε defuit uobis.Ieſaiæ 34. Vnũ ex illis non eſt ſubtractum, unum cũ ſodali ſuo non derecenſebatur,id eſt,deerat.ubi prius uerbum eſt נִפְקַד, quod eandem rationem habet,ut ſuprà dixi.

In ſecunda coniugatione uocis actiuæ legitur tantùm participiũ pręſens מְפַקֵּד. Ieſaiæ 13.Iehoua exercituum recenſet exercitum prælij.

In uoce paſſiua פֻּקַּד. Exo. 38. Hæc ſunt cenſita tabernaculi habitaculi, inquã teſtimonij,ut recẽſitio facta eſt iuxta os Moſi.Ieſ. 38. Ego dixi in exciſione dierũ meorũ,ambulabo ad portas inferni recẽſitus in reſiduo dierũ. Alij tamẽ in altero modo ſignificãdi cõtrario ſic uertũt: Priuatus ſum ſeu ſubtractus ſum reſiduo annorũ meorũ. In tertia cõiugatione הִפְקִיד, recẽſere fecit.Ieſ.10.In Michmas recẽſere faciet arma ſua. At quando de homine dicitur, ſignificat eũ præficere alicui miniſterio ſeu adminiſtrationi.Gen.39.Et factum eſt,ut exinde præficeret eũ in domo ſua ſuper omnia quæ ſibi.1.Samuelis 29.Et reuertetur ad locũ ſuum,quo præfeciſti eum ibi,& non deſcendet nobiſcum ad pugnam.1.Reg.11.Præfecit eũ ad omne tributum domus Ioſeph.2.Reg.7.Et rex præfecit principem cuius manu nitebatur ad portã.2.Reg.25. Quoniã præfecit rex Babel ipſum Gedaliahu.

Cõſtruitur aũt ſępenumerò cũ præpoſitione עַל. Leui. 26. Præficiã ſuper uos terrorẽ.Pſ.109.Præfice ſuper eũ improbũ.2.Reg.25.Et pręfecit ſuper eos Gedaliahu.1.Paral.26.Et præfecit eos rex ſuper Rubenitas.Ieſa.62.Super muros tuos Ieruſalẽ præfeci cuſtodes.Iere.1. Vide,præfeci te hodie ſuper gentes & ſuper regna,ut euellas. Aliquãdo tamẽ ſignificat idẽ Hebræis,qđ Latinis uerbũ cõmendandi, uel deponendi in cuſtodiã,ut bona fide ſeruetur,unde quando neceſſe eſt,requirere liceat.2.Paral.12.Et cõmendauit clypeos ſuper manũ principũ ſatellitũ.Iere.37. Et commendauerunt Ieremiam in atrium cuſtodiæ.Pſal.21.In manum tuam commendabo ſpiritum meum,ſcilicet tanquam depoſitum.

Participium pręteritum pluralis numeri מְפֻקָּדִים. 2.Reg.22.& 2.Paral.34.Faciẽtium opus pręfectorum in domo Iehoua.2.Paralip.24.Et ſuper eos præfecti erãt Iohas & Obadiahu.

In uoce paſſiua הֻפְקַד. Ier.6.Ipſa ciuitas,quę requiſita eſt.Leuit.5. Aut depoſitum,quod depoſitum eſt apud illum.

Participium præſens,pluralis numeri הַמֻּפְקָדִים. 2.Regum 12.Et dederunt argentum deputatum in manus facientium opus pręfectorum in domo Iehoua.

In quarta coniugatione הִתְפָּקֵד,ſub pe litera cametz pręter morẽ uerborũ quartę coniugationis.Iud.20.Et recenſiti ſunt filij Beniamin.Et mox iterum:De habitatoribus Gibea recenſiti ſunt ſeptingenti uiri electi.& cap.22. Et recenſitus eſt populus.1.Reg.20.Et filij Iſrael recenſiti ſunt.

In uoce eius paſſiua הָתְפָּקַד. Numeri 2.& 26.Et Leuitę non ſunt recenſiti in medio filiorum Iſrael.

INDE NOMINA:

פָּקִיד Pręfectus,prępoſitus,cõmiſſarius, cui eſt adrecenſita aliqua adminiſtratio ſuper ho-

mines,& qui aliquid in commiſſis habet,ut exequatur.2.Reg. 25.De ciuitate accepit Eunuchũ unũ qui erat præfectus ſuper uiros. Neh.11.Et Ioel filius Sichri erat præfectus ſuper ipſos.Ier.20.Et ipſe pręfectus,& princeps in domo Iehoua. Et in ſtatu regiminis פְּקִיד.2.Par.24. Et uenit ſcriba regis,& præfectus ſacerdotis ſummi.Nehe.11.Et præpoſitus Leuitarum in Iſrael. Similiter in ſtatu affixorũ. Iudic.9.Et Zebul eſt præfectus eius. Et pluraliter פְּקִידִים.2.Paral.31.Et Michas & Beniahu erant præfecti per manũ Cananiahu.Eſther 2.Et præfecit rex præfectos in omnibus ꝓuincijs regni ſui.Ieremiæ 29.Vt ſitis præfecti in domo Iehoua.

פְּקִיד Lingua Chaldaica dicitur etiam hac forma præfectus,& ponitur ſingulare pluraliter.Ezech.23.Filij Babel & omnes Chaldæi,præfectus,comes & princeps.

פָּקוֹד Infinitiuus,qui loco nominis legitur.Iere.50.Et contra habitatores uiſitationis,id eſt,qui ſunt uiſitandi.

פִּקָּדוֹן Commendatũ,depoſitum,res quæ deponitur,ſuo tempore requirenda. Gen. 41. Et erit eſca illa in depoſitũ pro terra.Leuit.5.Et negaret ꝓpulari ſuo depoſitum.

פְּקֻדִים Recenſiti,adrecenſiti,præfecti. Vide ſuprà in participio primæ coniugationis.

פְּקֻדָּה Nomẽ participiale, fœminini generis,uiſitatio,inſpectio,requiſitio,officium inſpectionis,& requiſitionis,munus epiſcopi,epiſcopatus,adminiſtratio alicui cõmiſſa,officiũ demandatũ,præfectura,delegatio.Ieſ.10.Quid facietis in die requiſitionis.1.Par.23.Et fuerunt ad domũ patris in præfectura una.Paulus Apoſtolus 1.Tim.1.ἐπιταγὴν,& ca.3.ἐπισκοπὴν interpretatus eſt. Et in ſtatu regim. פְּקֻדַּת. Num.16.Aut ſi requiſitione omniũ hominũ requiret̃ ſuper eos.Num.3.Præfectura cuſtodũ cuſtodiæ ſanctuarij.Et mox iterũ:Et ſub præfectura cuſtodiæ filij Merari.1.Par.26.Mille & ſeptingẽti in præfectura Iſrael ultra Iordanẽ.2.Paral. 24. Et factũ eſt in tẽpore,quo introduceret̃ arca ad pręfecturã regis per manũ Leuitarũ.

In ſtatu affixorũ פְּקֻדָּתָם. Ier.9.In die requiſitionis eorũ auferẽtur.Ieſ.60. Et ponã requiſitionẽ tuã,pacẽ,& exactores tuos iuſtitiã.Iob 10. Et requiſitio tua cuſtodiuit ſpiritũ meũ.1.Paral.24.Secundũ pręfecturã ſuã in miniſterio ſuo.Pſ.109.Et epiſcopatũ eiꝰ accipiat alius,i.præfecturã,adminiſtrationẽ,delegationẽ, apoſtolatũ.

Et pluraliter פְּקֻדּוֹת. Ezech. 9.Appropinquãt requiſitiones ciuitatis.2.Reg.11. & 2.Paral.23.Et cõſtituit ſacerdos præfecturas ſuper domũ Iehoua.Ier.52.Et poſuit te eum in domum præfecturarum uſq; ad diem mortis ſuæ.Ezechiel.44.Adminiſtrantes præfecturas ad portas.

הַמְּפֻקָּדִים Vide ſuprà in participio tertiæ coniugationis.

מִפְקָד Cenſus,recenſitio,deſtinatum aliquid,pręfectura.2.Sam.24.Et dedit Ioab catalogum recenſiti populi ad regem.Nehem.3.Vſq; ad domum Nethineorum & inſtitorum contra portam cenſus,ſeu præfecturæ.2.Paral. 31. Et Simei frater eius erat in præfectura Izkijahu regis. Ezech. 43.Et combures eum in recẽſito, id eſt loco domus extra ſanctuarium.

פִּקּוּדֵי Nomen pluralis numeri tantũ,Cõmiſſiones,mandata,cõmiſſa.Pſal. 19. Cõmiſſa Iehoua recta,lętificãtia cor. In ſtatu affixorum mutat ſchurek in kybutz.Pſ.103. Cuſtodientibus pacta mea,& recordantibus commiſſa mea.Pſal.119.Tu pręcepiſti commiſſa tua,ut cuſtodiantur ualdè.

1254 פָּקַח Aperuit ſibi,uel alijs,ſiue oculos,ſiue aures.Et ſignificatione congruit cũ uerbo פָּצָה, quod oris liberam & lętam apertionẽ ſignificat.Item cum uerbo פָּתַח, quod quamlibet cuiuslibet apertionem notat.Iob 27.Oculos ſuos aperuit.Irẽ ca. 14.Aperuiſti oculos tuos.Zach.12.Et ſuper Iehuda aperiam oculos meos. Prou. 20.Sis apertis oculis,& ſaturabere pane.Gen.21.Et aperuit deus oculos eius. Ieſ. 42.Videndo multa,& non obſeruabis,aperiendo aures,& non audiet.

Participium pręſens פֹּקֵחַ. Pſal.146.Iehoua aperit cęcis.

Participium pręteritum generis fœminini,pluralis numeri פְּקֻחוֹת. Ier. 32.Oculi tui aperti ſuper omnes uias filiorum hominum.

In uoce paſſiua נִפְקְחוּ. Gen.3. Et aperientur oculi ueſtri.Ieſa.35.Aperti ſunt oculi amborum.Et iterum: Et aperientur oculi amborum.

INDE NOMINA:

פִּקֵּחַ Apertos habens oculos,alacer uiſu,uidens.Exo.4.Vel uidens,uel cæcus.Et pluraliter פִּקְחִים.Exo.23.Quia munus excæcat uidentes.

פְּקַח־קוֹחַ Apertio,nomen cuius duplicatione omnimoda liberatio ſignificatur, quaſi ocu los uerteris omnia ſunt aperta.Ieſaiæ 61.Et uinctis apertionem carceris.

1255 פַּקֻּעָה Colokyntidæ, id eſt, cucurbitæ agreſtes.2.Regum 4.Et inuenit uitem agreſtem, & collegit ex ea colokyntidas agri.

פְּקָעִים Folliculi figuræ oblongę in modum colokyntidis ſeu oui oblongi.1.Reg.6.Et cedrus ad domum intrinſecus ſculptura colokyntidarum,& apertione florum.& 2. Regum 7.Et colokyntides ſuper labium eius circumquaque, id eſt folliculi in modum colokyntidarum.Vide בֶּקַע.

1256 פָּרַד In uoce actiua legitur tantùm participium præteritum,generis fœminini, pluralis numeri פְּרֻדוֹת, & ſignificat ſeparationem. Ezech. 1. Et alæ eorũ ſeparatæ ſunt. Et alio modo accipitur nominaliter pro granis in terra ſparſis . Ioel.1.Et computruerunt grana ſub glebis ſuis,eò quòd ſeparatim in terram cadunt.

In uoce paſſiua נִפְרַד, ſeparatus eſt.Iud.4.Et Eber Chenita ſeparatus eſt à Chain. Geneſ.2.Et fluuius egrediebatur ex Æden ad irrigandum hortum, & inde ſeparabatur,& erat in quatuor capita.& cap.10.Ab iſtis ſeparatæ ſunt inſulæ gentium, & cap.13.Et ſeparati ſunt quiſque à proximo ſuo.Et iterum:Poſt ſeiungi Lot ab ipſo.Item cap.25.Et duo populi ex uiſceribus tuis ſeparabũtur. 2. Sam.1.Et in morte ſua non ſunt ſeparati.Prouer.19.Exhauſtus,à ſodali ſuo ſeparabitur.

Participium נִפְרָד. Prouerb. 18. Pro cupiditate quærit ſeparatus, id eſt qui animum habet abalienatum,quærit occaſiones. Et pluraliter נִפְרָדִים.Nehem.4.Opus multum & latum,& nos ſeparati ſuper muro.

In ſecũda cõiugatiõe פֵּרֵד. Oſeę 4.Q̃m ipſi cũ meretricib. ſeparationẽ facient.

Participium præteritũ מְפֹרָד. Eſther 3.Et ipſe populus diſperſus & ſeparatus.

In tertia coniugatione הִפְרִיד. Gen.30.Et agnos ſeparauit Iacob.Deuter. 32. Cũ hęreditare faceret Altiſſimus gentes, cùm ſepararet filios Adam. Ruth 1. Quàm mors ſeparet inter me,& inter te.2.Reg.2.Et ecce currus ignis,& equi ignis,& ſeparauerũt inter utrũque.Prou.18.Rixas cõpeſcit ſors,& inter pręduros ſeparat.

Participium præſens מַפְרִיד . Prou.16. Vir peruerſitatum emittet rixam, & delator ſeparat ducem.& ca.16.Qui uariat in uerbo,ſeparat ducem, id eſt abalienat.

In quarta coniugatione הִתְפָּרֵד. Iob 4.Leo perit abſque rapina,& filij leonis ſeparant ſe.& cap.41.Quiſque in fratre ſuo adhærebunt,complectentur ſe, & non ſeparabunt ſe.Pſal.22.Et ſeparata ſunt omnia oſſa mea,id eſt luxata. Pſal.92.Separabũtur omnes operantes cupiditate.

INDE NOMEN,

פֶּרֶד. Certum eſt ſpeciem eſſe equorum, & eſſe aliam ab יֵמִים, qui ex aſino & equa nati ſunt,& quos mulos appellant.Et Germani retinuerunt quoque hanc appellationẽ,niſi quòd omnes equos pferde uocant.Et quia aliam non habet appellationẽ in Latina translatione,neceſſe eſt muli uocabulo uertere:dicitur autem ab ſeparatione & ſubiugatione.2.Samuelis 18. Et Abſolom uehebatur ſuper mulo , & uenit mulus ſubter denſitatẽ quercus magnæ.1.Reg.18.Si alicubi inuenerimus gramẽ, ut reficiamus equũ & mulũ.Pſal.32.Non ſitis ſicut equus & mulus.Zach.14.Et erit plaga equi,muli,cameli, & aſini. In ſtatu affixorum mutat prius ſęgol in hirik,& alterũ in ſeua.2.Sam.13.Et uehebantur quiſque ſuper mulo ſuo. Et pluraliter פְּרָדִים.1 .Reg.10.Equos & mulos.2.Reg.5.Et nõ dabitur ſeruo tuo munus, par mulorum terræ.1.Paralip.12.Afferebant panes in aſinis,& in camelis & in mulis, & in bobus cibum farinæ.Ieſaiæ 66.In uehiculis & in mulis.Ezech.27 . De domo Thogarma equos,equites,& mulos dederunt. Vbi tria equorum genera receſentur. Et in ſtatu regiminis פִּרְדֵי. Eſdræ 2.Et ſexcenti muli eorum. Et in genere fœminino פִּרְדָּה. 1.Reg.1.Imponite Salomonẽ filium meum ſuper mulã, quę eſt

mea

1257 mea. In ſtatu regiminis פִּרְדַּת. 1.Reg.1.Et uehi curauerũt Salomonẽ ſuper mula.

**פרה** Generali ſignificatione cõſentit cum uerbo פָּאַר, & in prima cõiugatione ſignificat neutraliter, fructuoſum eſſe, fructum facere ſeu proferre: atq; de omniũ rerum fructificatione dicitur, quæ fit ſeminatione. Gen.26. Quoniam nunc dilatauit nos Iehoua, & fructum fecimus in terra. Exo.23. Donec fructũ facias & hæredites terram. Ieſa.11. Et ſurculus de radice eius fructum faciet. & cap.45. Aperiat ſe terra & fructum faciant ſalus & iuſtitia. Geneſ.35. Fac fructum & multiplicare. Gen.1. Facite fructum, & multiplicamini, & replete aquas.

Participium præſens פֹּרֶה. Deut.29. Ne ſit in uobis radix fructificans fel & abſinthiũ. Ad hunc textũ Autor epiſtolæ ad Hebræos reſpiciẽs, ca.12. ſic refert: Ne quis ſit, qui deficiat à gratia dei, ne qua radix amarulentię ſuppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi. In genere fœminino פֹּרִיָּה. Pſal.128. Vxor tua ſicut uitis fructificans. Ieſa.17. In ramis eius fructificans. & cap.32. Super uite fructifera. Ezech.19. Fructifera, & frondoſa.

In tertia coniugatione הִפְרָה, fœcundauit, fructificauit, actiuè. Gen.17. Et fructificabo te ualde. Et mox iterum: Ecce benedixi eum, & fructificabo eũ, & multiplicabo eum. & cap.28. Et deus Omnipotens benedicat te, & fructificet te, & multiplicet te. & cap.41. Et nomẽ ſecundi uocauit Ephraim, quia fructificauit me Deus in terra afflictionis meæ. Pſal.105. Et fructificauit populum ſuum ualdè. Oſeæ 13. Inter fratres fructificabit. ubi habet aleph loco he.

Participium præſens מַפְרֶה. Gen.48. Ecce ego fructifico te, & multiplicabo te.

INDE NOMINA:

**פְּרִי** Tam in ſtatu abſoluto, q̃ regiminis, fructus. Gen.1. Seminificãs ſemen arboris fructus, facientis fructũ in ſpecie ſua. Et iterũ: Et omnẽ arborẽ, in qua eſt fructus ſeminantis ſemẽ. & cap.30. Qui prohibuit abs te fructũ uẽtris. Pſal.107. Terram fructus in ſalſuginẽ. Prouer.12. De fructu oris uir ſatiabiẽ bono. Et uſurpaẽ aliquãdo figuratè ꝓ mercede, ſicut Græcis φορός. Pſalm.58. Et dicet homo: utiq; fructus eſt iuſto. Prouerb.31. De fructu manuum ſuarum plantabit uineam. Et mox iterũ: Date ei de fructu manuum ſuarum. Ieſaiæ 10. Requirã ſuper fructu magnificẽtiæ cordis regis. Et in diſtinctione ſententiæ mutat ſeua in ſęgol פֶּרִי. Iere.12. Fecerunt fructum. cap.17. Ne faciant fructum. In ſtatu affixorum commutat ſeua in hirik. Leu.25. Et dabit terra fructum ſuum. Pſal.1. Fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Pſal.21. Fructus ipſorum de terra auferetur, & ſemen eorũ à filijs hominũ. Prou.8. Melior eſt fructus meus. Excipiũtur tamen pauca, quę uel ſęgol ſeruãt: ut Oſeę 14. Fructus tuus inuẽtus eſt. Vel ſeua: ut Ier.29. Et comedite fructũ eorũ.

**פֹּרָת** Fructificatio, fœcunditas. Geneſ.49. Filius fœcunditatis Ioſeph, filius fructificationis ſuper fonte: ſeu, iuxta fontem.

**אַפִּרְיוֹן** Lectus in quo uehuntur ſponſæ, à fœcunditate. Cantic.3. Lectum fecit ſibi rex Salomo de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, ſtratum eius ex auro, ſellam eius ex purpura, medium eius ſtratum dilectione.

**פַּר** Iuuencus: cõgruit noſtro Germanico ein farre, & eſt quando deſiit eſſe uitulus, & nũc fructificat. Exod.29. Et iuuencum, & duos arietes. Iudic.6. Et iuuencum alterum oblatũ ſuper altare extructũ. Pſal.69. Et placebit præ boue iuuene cornua, & ungulas producente. Et in ſtatu regiminis ſeu continuitatis פַּר. Exo.29. Accipe iuuencum unum, filiũ bouis. Leuitic.23. Et iuuencum filium bouis. Iud.6. Accipe iuuencum bouis, qui eſt patris tui, & iuuencum alterum. Ezech.43. Adduces iuuencũ filium bouis integrũ. Et pluraliter פָּרִים. Gen.32. Et iuuencos decem. 1.Reg.18. Et dederunt nobis duos iuuencos. Pſal.22. Circumdederũt me iuuenci multi. & Pſal.51. Tũc offerent ſuper altare tuũ iuuẽcos. Ieſ.1. Sanguinẽ iuuencorũ & hircorũ non accepto. Oſeę 14. Et retribuemus iuuencos, labia noſtra. Et cum affixis primã uocẽ ſeruat inuariatã. Ier.50. Deuaſtate omnes iuuencos eius. Et in genere fœminino פָּרָה, iuuenca, uacca, quę deſiit eſſe uitula, & cœpit eſſe fœcũda. Ieſaię 11. Et uacca & urſus paſcentur ſimul. Oſeę 4. Quoniam ſicut iuuenca re

bellis

bellis fuit Iſrael. Et cũ affixis.Iob 21.Euadere facit uacca eius,& nõ abortit. Et pluraliter פָּרוֹת. Geneſ.32. Vaccas quadraginta.& cap.41. Et ecce de fluuio aſcendebant ſeptem uaccæ.1.Samuel.6.Et accipietis duas uaccas fœtas. Amos 4. Audite uerbum hoc uaccæ Baſan,id eſt præpingues.

פֶּרֶא Fera,animal ferum,à fœcunditate & fructificatione: ſunt enim fera animalia fœcundiora,& plures fœtus edunt quàm animalia domeſtica. Hieronymus & alij poſt ipſum tranſtulerunt onager,id eſt aſinus ſylueſtris,eò quòd inter feras ſit notiſſimus,ſicut צִפּוֹר reddiderũt pro paſſere.Iob 6.An rudet fera ſuper gramine? & cap.11.Et pullus feræ homo naſcetur.& cap.39. Quis miſit feram liberam. Iere.2. Fera aſſueta deſerti.Oſeæ 8.Fera ſolitaria ſibi. Et ſemel legiẽ adiectiuè Gen.16. Et ipſe erit ferus homo,manus eius in omnes, & manus omnium in ipſum. Et pluraliter פְּרָאִים. Iob 24.Ecce feræ in deſerto egrediuntur in opere ſuo. Pſal. 104. Potant omnes beſtiæ agri,frangunt feræ ſitim ſuam.Ieſa.32.Gaudium ferarum paſcuum gregum.Iere.14.Feræ ſteterunt in locis excelſis.

אֵפֶר Cinis,puluis in quem materia uſta redacta eſt:& dicitur, quia non eſt fœcundus, neq; fructificat.Et manet ubiq;,exceptis tantũ duobus locis, quod ad puncta attinet,inuariatum:& differt ab עָפָר, quod puluerem terræ ſignificat non aduſtum igni.2.Sam.13.Et accepit Thamar cinerem ſuper caput ſuum. Num. 19. Colliget autem uir mundus cinerem uaccæ.Gen.18.Et ego ſum puluis & cinis.Dan.9.Vt peterem oratione,& obſecrationibus,in ieiunio,& ſacco,& cinere.Ionę 3.Et operuit ſaccum,& ſedit in cinere. Porrò bis legitur in forma אֲפֵר: 1.Reg. 20. Abiẽs propheta ſtetit ante regem in uia, & nudauit ſe cum cinere ſuper facie ſua, id eſt exuit ueſtem honoratiorem,quam ut Propheta geſtabat, & ſparſit ſuper faciem ſuam cinerem ne cognoſceretur à rege.Et mox iterum:Et remouit cinerem ab o-

1258 culis ſuis,&c.Eſt autem cinis ſignificatio mœroris & luctus.

פרז Verbaliter non eſt in uſu:nomina tamen inde deriuata congruunt ſignificatione cum uerbis פָּרַץ & פָּזַר.

פְּרָזִי Irruptio.Deu.3.Præter oppidula irruptionis multa ualde.1.Sam.6.A ciuitate munita uſq; ad uillam irruptionis,id eſt in quam facilis eſt irruptio.

פְּרָזוֹן Pagus ſeu uilla,quæ nõ eſt muro munita,ſed patet irruptioni.Sic Germani quoq; uocant thorff,q.d.thor offen.Iud.5.Defecerunt uillę in Iſrael. Et cum affixo mutat ſeua in hirik,& cametz in ſeua.Et iterum:Prædicabunt iuſtitias Iehoua, iuſtitias uillæ eius in Iſrael.ubi ponitur collectiuè.

פְּרָזוֹת Pagi,uillæ.Ezech.38.Aſcendam ad terram uillarum.Zach.2. Villas inhabitabũt Hieroſolymitani. Ponitur tamen ſemel pro irruptionibus.Eſth. 9. Quapropter Iudæi uillici,qui habitant in oppidulis irruptionum.

פְּרָזִים Villici,id eſt illi qui uillas inhabitant muro non cinctas, ſed quæ irruptioni ſunt obnoxiæ.Eſther 9.Propterea Iudęi uillici. Et cum affixo.Habakuk 3. Perforaſti

1259 cum uectibus caput uillicorum eius.

פרח Germinando dilatauit ſe. Et non tantùm de germinatione florum, & arborũ, uerùm etiam pennarum in auibus,& ulcerum in corpore humano,& quacunque rerum extenſione dicitur: congruit cũ uerbis בָּרַח רָחַב בָּחַח תָּפַר, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant:eſtq; contrarium ſignificatione uerbo חָרַף. Cantic.7.Si germinauit uitis.Oſeæ 14.Germinabit ſicut lilium.Pſal.92.Iuſtus ut palma,germinabit.Ieſ.66.Et oſſa ueſtra ſicut gramen germinabunt.Numeri 14.Germinauit uirga Aaron.Leuit.13.Lentigo ipſa germinauit in cute. Et iterum:Si germinando germinauerit lepra.Pſal.92. In germinando improbos. Prouer.11.Et ſicut folium,iuſti germinabunt.

Participiũ præſens פֹּרֵחַ. Exo.9.In ulcus germinãs ebullitiones. Et in genere fœminino פֹּרַחַת. Ge.40.Et ipſa ſicut germinãs.Leu.13.Lepra germinans eſt. Et pluraliter פֹּרְחוֹת. Ezech.13.Quibus uos capitis ibi animas quaſi ſint germinãtes.

In tertia coniugatione הִפְרַחְתִּי. Ezech.17.Et germinare faciam lignum aridum. Iob 14.Ab odore aquæ,germinabit.Pſal.92.In atrio dei noſtri germinabunt.Prouerb.

uerbiorum 14.Et tentorium rectorum germinabit.Ieſaiæ 17.Et in mane ſemen tuum germinabit.

INDE NOMINA:

פֶּרַח Germen.Num.17.Et produxit germen,& florificauit florem.1.Regum 7.Et denſitas eius palmus,& labium eius ſicut factura labij calicis,germen roſæ,id eſt aperta ſeu dilatata roſa.Ieſ. 18.Quia ante meſſem cùm iam integrum fuerit germen,& uuæ agreſti fuerit folliculus eius. Et in ſtatu affixorum mutat ſægol in hirik,& pathah in ſeua.Numeri 8.Tam fœmur eius,quàm germen eius.Ieſaiæ 5.Radix eorum quaſi fœtor erit,& germen eorum quaſi puluis aſcendet. Et pluraliter פְּרָחִים. Exo.25.Et germina eius.

פִּרְחָה In forma fœminea,germē,germinatio.Iob 30.Ad dexteram,ubi germinatio inſurgentes pedes meos perpellebant.

אֶפְרֹחִים Germinatores,id eſt pulli auium,qui germinant,hoc eſt, plumas & pennas producunt.Deuter.22.Quum occurret nidus auiculæ coram te in uia,in quacunq; arbore,uel ſuper terram pullorū,uel ouorū, & matrem cubantem ſuper pullis, aut ſuper ouis. Et cum affixis.Iob 39.Et pulli eius ſorbebunt ſanguinem. Pſal. 84. Paſſer inuenit domum,& hirundo nidum ſibi,ubi ponit pullos ſuos.

1260 פָּרַט Congruit ſignificatione cum uerbis פָּרַס & פָּשַׂר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Vſitatū eſt tantùm in participio præſenti פֹּרְטִים, quod propriè illos ſignificat,qui tactu digitorum chordas carpunt, ſeu uellunt.Amos 6.Qui carpunt ſuper oſtio Nebel.

INDE NOMEN,

פֶּרֶט Collectiuè ſignificat baccas,ſeu grana auulſa, ſeu decerpta. Leu.19.Vineam tuā non racemabis,neq; grana uineæ tuæ colliges. Hieronymus ſatis commodè periphraſi expreſſit nominis ſignificationem:Neq; grana decidentia congregabis.

1261 פֶּרֶךְ Duritia,ſæuitia:& conuenit uoce cum Latino,ferocia.Leuitic.25. Non dominabitur ei in ferocia in oculis tuis. Et arbitror idem eſſe,quod 1.Petri 2. uerſum eſt *σκολια*. Et in diſtinctione ſententiæ פָּרֶךְ. Exod.1.Et ſeruire fecerunt Ægyptij filios Iſrael in ferocia.Ezechielis 34.Et in retentione firma ſubieciſtis eos in ferocia.

פָּרֹכֶת Velum.Sed de hoc nomine in themate פָּשַׁר.

1262 פָּרַם Rupit,dirupit, ſcidit, diſcidit.Leuit.10.Veſtimēta ueſtra ne ſcindatis. & ca.21. Veſtimenta ſua non ſcindet.

Participium præteritum פְּרֻמִים.Leuit.13.Veſtimenta eius erant ſciſſa.

1263 פָּרַס Rupit,dirupit, fidit, diuiſit: congruitq; ſignificatione cum uerbis פָּרַם פָּרַץ פָּרַשׂ niſi q; ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent.Ieſa.58. Nunquid diuidendo eſurienti panem tuum.Iere.16.Neq; diuident ſibi in luctu.

In tertia coniugatione הִפְרִיס.Leuit.11.Sed ungulam non diuidit.

Participium præſens מַפְרִיס. Leuitic.11. Sus ungulam diuidit.Pſalmo 69. Qui cornua & ungulas diuidit. Et pluraliter in ſtatu regiminis מַפְרִיסֵי.Leuitic.11. Ex diuidentibus ungulam. Et in genere fœminino מַפְרֶסֶת .Leuitic.11. Quicquid diuidit ungulam.

INDE NOMINA:

פַּרְסָה Vngula,à diſtentione ſeu fiſſura.Exo.10.Sed & pecus noſtrum ibit nobiſcum,nō relinquetur ungula. Et pluraliter in ſtatu abſoluto פְּרָסוֹת. Leuit.11. Et findit fiſſuram ungularum.Deut.14.Et findet fiſſuram duarum ungularum, id eſt utriuſq; ungulæ. In ſtatu regiminis פַּרְסוֹת. Ieſa.5.Vngulæ equorum.Iere.47.A ſonitu & ſtrepitu ungularum robuſtorum.Ezec.27.Vngulis equorum eius. Semel tamē legitur in forma maſculea פַּרְסֵי Zach.11.Et ungulas eius abrupit.

פֶּרֶס Accipiter ſeu gryphus,ſpecies aquilæ ab ungulis.Leu.11.Aquilam & accipitrē. Deut.14.Aquila,accipiter & haliæetus.

פָּרַס Perſa.Ezech.38.Perſa,Æthiops,Libs.Eſther 1.Fortiſſimus Perſarū, & Medorū.

Si

1264 פָּרַע Si abſolutè ponitur, ſignificat neutraliter uacuum, ocioſum, liberum eſſe à labo re, uel lege, uel diſciplina, ſeu obedientia. Atq; noſtrum Germanicũ frey ſein cũ eo cõgruit cũ uoce, tum ſignificatione. Cõgruit etiam ſignificatione cũ uerbo פָּעַר, niſi quòd ut literarum tranſpoſitione, ita modo ſignificandi inter ſe diſſideãt. Ezec. 24. Ego Iehoua loquutus ſum, ueniet tẽpus, & nõ ero ocioſus, neq; parcam, &c. Prouer. 8. Audite diſciplinam & ſapite, & ne ſitis liberi, id eſt liberi arbitrij, thůt nicht was jhr wolt. Sin uerò regit poſt ſe accuſatiuũ, ſiue nominis, ſiue pronominis, tum ſignificat actiuè uacuum, ocioſum, liberũ reddere, ſcilicet à re aliqua, qua quis prius erat quodammodo obſtrictus, cohibitus, ueſtitus. Iudi. 5. In liberãdo libertates in Iſrael, ſcilicet à tyranno Siſara. Prou. 1. Et ocioſum reddidiſti omne conſilium meum. & cap. 4. Et non ambules in uia malorum, uacuã relinquas eam, nec tranſeas in ea. Præterea in Moſe, alijsq; ſcripturæ locis theologicam ac myſticam habet ſignificandi rationem, & non hiſtoricam, ſeu ſimplicẽ. Num. 5. Et ſiſtet ſacerdos mulierem ante Iehoua, & uacuum faciet caput mulieris, ſcilicet à faſcia, ſeu poteſtate. Leuit. 10. Capita ueſtra non reddatis uacua, ſcilicet à pileo. & cap. 21. Caput ſuum nõ uacuũ faciat, ſcilicet à pileo. Exo. 32. Et uidit Moſes populũ, q liber factus eſſet, & quòd liberum reddidiſſet eum Aaron per uerbulũ uile in conſtitutionibus eorum, id eſt, quas tradidiſſet eis, ſcilicet à Deo, à lege, ab obediẽtia uerbi, & ab ipſo Chriſto. Hinc accepta occaſione Paulus delectatus eſt iſta phraſi, ac uerbo ſæpè uſus eſt, atq; eſt interpretatus uerbo Græco καταργεῖν, quod ocioſum reddere ſignificat: ut Rom. 3. Num incredulitas illorũ fidẽ Dei ocioſam reddet? Item Gala. 5. Ocioſi eſtis facti à Chriſto, quicunq; per legem iuſtificabimini, &c. id eſt, liberi à Chriſto, ut Chriſtus non amplius in uobis operetur, non ſit amplius in uobis efficax gratia & ſpiritu ſuo ſancto.

Participiũ præſens ſeu nomen participiale פֹּרֵעַ, liber, ocioſus, uacuus, frey, ledig. Prouer. 13. Egeſtatem & ignominiam habebit liber caſtigatione. & ca. 15. Liber caſtigatione, odit animam ſuam, id eſt qui ocioſam facit caſtigationẽ: uel, qui uacat caſtigatione, ut ea apud ſe nullum locum habeat, &c.

Participium præteritum פָּרוּעַ. Leuit. 13. Leproſus in quo fuerit plaga, illius ueſtimẽta erunt ſciſſa, & caput eius erit uacuum, id eſt hæreticus non habens ueſtẽ continuam cum corpore Eccleſiæ, uacuus & liber à Chriſto capite, &c. Legitur ſemel פָּרֻעַ Exo. 32. Et uidit Moſes populũ, quòd liber factus eſſet, ſcilicet à Deo, lege, obedientia uerbi.

In uoce paſſiua יִפָּרַע, ſemel tantùm legitur Prouerb. 29. Vbi non eſt prophetia, liber erit populus: ſed qui cuſtodit doctrinam, beatus eſt.

In tertia coniugatione הִפְרִיעַ. Exo. 5. Et dixit ad eos rex Ægypti: Quare Moſes & Aharon liberum redditis populum ab operibus ſuis, ite ad onera ueſtra, id eſt liberatis populum à legibus, & obedientia. 2. Paralip. 28. Humiliauerat enim Iehoua Iehudam propter Achaz regem Iſrael, qui libertatem reſtituerat in Iehuda, præuaricando præuaricatione contra Iehoua, das einem jeglichen frey wår einen gottes dienſt anzurichten/wie es im gefiel.

INDE NOMINA:

פֶּרַע Libertas. Numeri 6. Nutriẽdo libertatem, capillitium capitis ſui. Vocat autẽ Moſes cæſariem ſeu comam hoc nomine, quæ libera eſt à forcipe, ſicut ipſe exponit, cùm mox addit: Capillitium capitis ſui. Ezech. 44. Caput ſuum non radent, & libertatẽ non demittent, ſed adæquando adæquent capita ſua. Et pluraliter פְּרָעוֹת. Iudicum 5. In liberando libertates in Iſrael. Et in ſtatu regiminis פַּרְעוֹת. Deut. 32. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, propter ſanguinem interfectorum, & captiuitatẽ, propter capitis liberationes inimici, id eſt ab inimico. Vocat autem liberationes, nudationem capitis, id eſt regni, & ſacerdotij ablationem.

פַּרְעֹה Pharao. Commune olim fuiſſe nomen omnium regum Ægypti, præter ſacra Biblia, etiam Euſebius, Auguſtinus, Hieronymus, Sabellicus, alijq; complurimi ſcriptores

ptores tam Græci, quàm Latini unanimiter teſtantur. Veruntamē de etymologia nominis maxima inter ipſos eſt uarietas ac diſſenſio. Quidam à Pharo inſula, quæ Alexādriæ obuerſa iacet uetuſtiſſima, unde primus rex originem traxerit, Pharaones dictos eſſe exiſtimant. Ioſephus Ægyptijs regem ſonare & patria ipſorum lingua poteſtatis eſſe nomē ſcribit. Nonnulli, ꝙ ocioſi ſint ab operibus dei. Aliqui alij ab exigendis à populo laboribus, tributis, & uectigalibus, quaſi dicas, exactores. Andreas Oſiander aſſerebat uerbū פרע proprie ſignificare exuere impedimenta, expedire, & præparare ſe ad bellum, & interpretabatur locum Iudic. 5. Cùm expediret expeditionē Iſrael. Item Exod. 5. Quare expeditis populum contra regem Pharaonem, ſcilicet à ueſtimentis & inſtrumentis, quibus utebantur ad faciendas operas. Hincq́ Hebrçorum temporibus Pharaones dictos, quos Grçci poſtea uocabulo idem ſignificante Ptolomæos dixerint, id eſt, bellatores, à πόλεμος, quod bellum ſignificat, inſerta tantùm τ litera, quæ quidem aſſertio ut ſpecioſa eſt, ita non minùs tamē falſa eſt, quàm eſt illorum, qui Pharaones ab exigendis cenſibus dictos uolunt, eò quòd uox ſiue Hebræa, ſiue Ægyptia, neq; exigere tributa, neq; expedire ſe ad militiam ſignificet, ſicut ex exemplis ſcripturæ ſuprà adductis manifeſtiſſimum eſt. Ioſephus libro 8. Antiquitatum cap. 6. etſi primò ſcribat Pharaones à quodam Pharaone rege uocatos eſſe, tamen paulò pòſt ſubdit פרעה Pharao apud Ægyprios regem ſignificare. Tandē ut meam quoq; de hoc nomine פרעה, eiusq; etymologię ratione ſententiā ſubiungam, arbitror omnino nomē olim fuiſſe appellatiuum regiæ dignitatis regum Ægyptiorum, ſicut Alexādriæ reges Ptolomæi, & Romanorum Imperatores communi Cæſaris nomine appellati ſunt, poſtquàm ad regni ſeu imperij faſtigium euecti ſunt, qui tamen etiam Ioſepho teſte, alijs atq; alijs antè nominibus, quæ ipſis propria erant, ſint uocati. Atque hanc meam ſententiam cùm ex multis ſcriptoribus, ubi longa temporū ſerie reges Ægypti hoc nomine פרעה commemorantur, tum uerò præcipue ex iſto loco Gen. cap. 41. colligo, ubi legitur: Et dixit Pharao ad Ioſeph, ego ſum Pharao, ſed abſque te non leuabit quiſquā manum ſuam, aut pedem ſuum per uniuerſam terram Ægypti, uocauitq; Pharao nomen Ioſeph, Zaphnath Paaneach, & tradidit ei Aſnath filiam Potiphera ſacerdotis On in uxorem, &c. Quibus ſanè uerbis rex Ioſepho ſignificat, quòd פרעה eſſe & manere, & dignitatem illam regiam, & nomen quoque regium retinere ſibi uelit: ideo ſecundas ei poſt ſe, & officium ſeu adminiſtrationem ſuper frumenta, & nomen aliud, ſed non regium, ipſi indit. Inſuper cùm iam de nomine פרעה conſtet, quòd ſit dignitatis regiæ appellatiuum, nunc de eius etymologia dicam, cuius ratio eò eſt facilior, quòd iam ex ſuperioribus nota eſt uocis ſignificatio, ideoq; ſentio פרעה Pharaonis appellationem regibus inditam, quòd Pharaones ſint, id eſt, liberi ab operibus, & alijs oneribus, quibus alij in regno omnes obnoxij ſunt: & פרעה liberū ſonet ſeu priuilegiatum, ein freyer/oder befreyeter/oder freyherr: quanquàm, ſi cui à coma, ſeu cæſarie, quam hæc etiam uox ſignificat, deducere placeret, quæq; libera eſt à forfice, non multùm repugnarem; ſicut & primitùs à cæſarie Imperatoribus Romanis Cæſaris appellatio obuenit, quæ quidem etymologia, tam eſt ſpecioſa, & plauſibilis, ut ſi uocis ſignificationē ſpectaueris, magis quoq; propria erit, quàm illorum, qui uel ab exigendis cēſibus exactores, uel ab expeditione ad bellum bellatores (utriq; tamen ſine uera ac propria etymologiæ ratione) dictos eſſe Pharaones comminiſcuntur, & aſſerunt. Porrò in duobus ſcripturæ locis prænomen eſt, quando uidelicet ſequitur nomen regis proprium: 2. Reg. 23. In diebus eius aſcendit Pharao Necho rex Ægypti cōtra regem Aſſur. Iere. 44. Ecce ego trado Pharaonem Hophra regem Ægypti in manum inimicorum eius, &c.

1265 פָּרַץ Congruit ſignificatione cum uerbis פָּרַץ פָּזַר פָּצַר פרס פָּרַשׂ, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Significat aūt hoc uerbū actiuè, rumpere: uel neutraliter, rumpi, cum compoſitis ſuis: quanquam Latinis uerbum rumpēdi non uſq; adeo patet: nam ſimul importat copiā, uel uim, Germanicè reyſſen/

abreyſſen/eintreiſſen/auſreiſſen. Sumitur aũt actiuè, quoties poſt ſe regit accuſatiuũ. 2. Sam. 5. Et uenit Dauid in Baal Perazim, & percuſſit eos ibi Dauid: dixitq́; rupit Iehoua inimicos meos inſtar rupturæ aquarum, id eſt, ut aquę murum ſeu maceriẽ rumpũt. Prou. 3. Et muſtum torcularia tua rumpent. Gen. 38. Cur rupiſti propter te rupturam. 1. Paral. 4. Et domum patrum ſuorũ ruperunt multùm, id eſt, amplíauerunt, propagauerunt. Nehem. 4. Et irrumpet murum lapidum eius. Pſal. 8-. Quare rupiſti ſepes eius. 2. Paral. 20. Interrupit Iehoua facta tua, & fractæ ſunt naues. 2. Paral. 24. Siquidem Athalia illa improba, & filij eius ruperunt domũ dei. Iob 16. Diſrupit me ruptura. Pſal. 60. Deus abieciſti, rupiſti nos. Vel neutraliter, ſi nomen non ſequitur in quod tranſeat actio. Gen. 28. Et erumpes ad Occidẽtem, &c. cap. 30. Statim eruptum eſt in copia. Et mox iterum: Et erupit uir ille ualde, ualde. Exod. 1. Tanto magis multiplicabatur, & erumpebat. Iob 1. Et pecus eius eruperat in terra. Oſeę 4. Mœrebunt & non erumpẽt. 1. Paral. 13. Erumpamus, mittamus ad fratres noſtros. 2. Paral. 31. Et cùm erupiſſet hoc uerbum, multiplicauerũt filij Iſrael primitias frumẽti. Iob 28. Erupit fluuius ex loco habitato. Oſeæ 4. Furari, adulterari irruperunt, ſcind ingeriſſen. Mich. 2. Aſcẽdit ruptor, corã illis irrumpet, & tranſibunt portam. Tertiò conſtruitur etiam cum beth præpoſitione, ſignificatq́; irrũpere, facere rupturã ſeu irruptionẽ, uel in perſonã, uel rẽ aliquã. Exo. 19. Ne irruptionem in eos faceret Iehoua. 2. Samu. 6. Propterea quòd irrupiſſet irruptione in Vzam. 1. Paral. 15. Rupturã fecit deus noſter in nobis. Sunt autẽ duo loci, ubi ſingulari phraſi uerbum iſtud uſurpatur, qua etiam Germani utũtur, cùm dicũt, einen hinreiſſen/hinzerren, quando quis ueſtibus abripitur, & quodãmodo cogitur, & urgetur ad aliquid operis faciendũ. 2. Sam. 13. Non ibimus omnes, neq; grauabimus te, & rupturã faciebat in eo, ſed non uoluit ire. 2. Reg. 15. Et rumpebat in eo, ut ligaret duo talenta argenti in duos ſacculos. Et ſic ſimile eſt uerbo פצר. Exemplũ ubi rupturã facere in re aliqua ſignificat. 2. Reg. 14. Et Amaſiã regẽ Iehoua apprehendit Ioas rex Iſrael in Bethſemes, & ueniens in Ieruſalem rupturam fecit in muro Ieruſalem à porta Ephraim, uſq; ad portam anguli quadringentis cubitis.

Quartò ſemel cũ mem præpoſitione conſtructũ legitur, 2. Paral. 11. Prudenter fecit & rupit ab omnib. filijs ſuis in omnes terras Iehuda, i. abrupit omnes filios ſuos.

Participium præſens פֹּרֵץ. Eccl. 10. Qui diſrumpit ſepem, mordet eum ſerpẽs. Michea 2. Aſcendit ruptor coram illis.

Participium præteritum, pluralis numeri פְּרוּצִים. Nehem. 2. Et conſiderabam omnes muros, qui erãt irrupti. Et in cõcreto pro rupturis. Neh. 4. Quòd cœptæ eſſent rupturæ obſtrui. Et in genere fœminino פְּרוּצָה. 2. Paral. 32. Et ædificaui omnem murum ruptum. Prou. 25. Ciuitas rupta, & ſine muro.

In uoce paſſiua נִפְרָץ. 1. Sam. 3. Et ſermo Iehoua erat precioſus in dieb' illis, nec uiſio erupta erat, id eſt latè diffuſa, ſeu ſparſa. Pſ. 106. Et irrupta eſt in eos plaga.

In ſecunda coniugatione legitur ſolùm participium præteritum, generis fœminini מְפֹרָצֶת. Nehem. 1. Murus quoq; Ieruſalem ruptus eſt.

In quarta coniugatione legitur tantùm participiũ מִתְפָּרְצִים. 1. Samuelis 25. Hodie multi ſunt ſerui, qui abrumpunt ſe, quiſq; à facie ſuſtentatoris ſui.

INDE NOMINA:

פָּרִיץ Ruptor, irruptor, qui facit irruptionem uiolẽtam. Græce λῃστής, Latinè latro, quãquàm impropriè. Ioan. 10. Qui non intrat per oſtium in ſeptum ouium, ſed aſcẽdit aliunde, ille fur eſt, & λῃστής, id eſt, irruptor. Pſ. 17. Et cuſtodiui ſemitas irruptoris. Ezech. 18. Et ſi genuerit filium irruptorem, fundentem ſanguinem. In ſtatu regiminis פְּרִיץ. Ieſaiæ 35. Non erit ibi leo, neq; irruptor beſtiarũ. Et pluraliter פְּרִיצִים. Ieremiæ 7. Nunquid ſpelunca irruptorum facta eſt domus iſta? Hæc uerba à Chriſto ſunt recitàta de templo, Matthæi 21. & Lucæ 19. & ſimul alludit etiam ad nõmen Phariſæorum. Ezechielis 7. Et uenient ad illud irruptores, & uiolabunt illud. In ſtatu regiminis פְּרִיצֵי. Dan. 11. Et filij irruptorum populi tui eleuabunt.

פֶּרֶץ Ruptura, irruptio, interruptio. Iudic. 21. Quòd Iehoua feciſſet rupturam in tribubus

bus Iſrael. Pſalm. 106. Niſi Moſe electus eius ſtetiſſet in ruptura coram ipſo. Ezech. 22. Et quæſiui uirum, qui ſepiret ſepem, & ſtaret in ruptura. Iob 30. Sicut irruptio lata ueniebant. Ieſaiæ 30. Ideo erit uobis hæc improbitas uelut ruptura ruinam minitans in muro excelſo. Pſal. 144. Non eſt irruptio, neq; euaſio. 1. Reg. 11. Claudens rupturam ciuitatis Dauid, id eſt, hiatum, uoraginem, quę erat inter arcem, & ciuitatem Hieroſolymam. Et in diſtinctione ſententiæ mutat prius ſegol in cametz פָּרֶץ. Nehemiæ 6. Et nulla in eo manſiſſet ruptura. Geneſ. 39. Quare rupiſti propter rupturam, id eſt ſecundinam, quę rumpitur tempore partus. Et pluraliter פְּרָצִים. Amos 4. Et per rupturas egredientur. Eſt & nomen propriũ loci, quod ab euentu habet. 2. Samuelis 5. Et uenit Dauid in Baal Perazim, & percuſſit eos ibi Dauid, dixitq;: Rupit Iehoua inimicos meos, &c. Ieſa. 28. Quoniam ſicut in monte Perazim ſtabit Iehoua. Et cum affixis פִּרְצֵיהֶן. Amos 9. Et ſepiam rupturas eorũ. Item in forma fœminina פְּרָצוֹת. Ezechiel. 13. Non aſcendiſtis in rupturas, ut ſepiretis ſepem pro domo Iſrael.

מִפְרָצִים Rupturæ, irruptiones. Iud. 5. Aſſer deniq; in littore maris ſedit, & irruptiones ſuas inhabitabat. Vocat autem hoc nomine portus, in quos irrumpunt naues.

1266 **פָּרַק** Rupit, abrupit, abſtraxit, auulſit: congruitq; ſignificatione cum uerbis מָלַט פָּרַס פָּסַק פָּרַץ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi diſcrepent. Habet contrariã ſignificationem uerbo רָכַס. Geneſis 27. Et abrumpes iugum eius de collo tuo. Exod. 32. Abrumpite inaures auri, quæ ſunt in auribus uxorum ueſtrarum. Pſ. 136. Et abrupit me ab anguſtiatoribus meis.

Participium præſens פֹּרֵק. Pſal. 7. Ne laceret uelut leo animam meam, & non ſit abruptor. Thren. 4. Serui dominati ſunt in nos, & non eſt abruptor de manu eorũ.

In ſecunda coniugatione פֵּרֵק. Zach. 11. Et ungulas eius abrumpet.

Participium præſens מְפָרֵק. 1. Regum 19. Et uentus magnus & ualidus abrumpens montes.

In quarta coniugatione הִתְפָּרֵק. Ezech. 19. Abruptæ ſtatim aruerunt uirgę fortitudinis eius. Gen. 32. Et abruperunt ſibi uniuerſus populus inaures aureos.

INDE NOMINA:

פֶּרֶק Abruptio. Vocant autem Hebræi etiam hoc nomine biuium, ubi uia abrumpitur. Nahum 3. Vniuerſa ipſa mendacio & abruptione plena. Abdiæ 1. Nõ ſtabis in abrupto, ut excindas euaſores eius.

מַפְרֶקֶת Seu מַפְרֶקֶת, Nomen participiale, ea ceruicis pars, qua abrumpitur à trunco. 1. Sam. 4. Et cecidit de ſolio retrorſum ſuper limen portæ, & fracta eſt ceruix eius, & mortuus eſt.

1267 **פָּרַשׁ** Cum puncto dextro, expandit, expoſuit, apertum fecit, fecit clarum & conſpicuum, explicauit fuſiùs & clariùs, quod fit ſingularũ partium diſtributione. Et cõgruit ſignificatione cum uerbis פָּרַד פָּרַם פָּרַס פָּרַשׂ פָּרַץ פרשז פשר פָּתַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Leuit. 14. Et poſuerunt eum in cuſtodiam, donec exponeretur illis ſuper ore Iehoua.

In uoce paſſiua legitur tantùm participium pluralis numeri, generis fœminini נִפְרָשׁוֹת. Ezech. 34. In die quando fuerit ipſe in medio ouium ſuarum diſtributarũ.

In ſecunda coniugatione legitur tantùm participium præteritum מְפֹרָשׁ, quod tamen aduerbialiter ponitur. Nehemiæ 8. Et legebant in libro, Lege dei clarè.

In uoce paſſiua פֹּרַשׁ. Num. 15. Et poſuerũt eum in cuſtodiam, quia non erat expoſitum, quid de eo fieret.

In tertia coniugatione יַפְרִשׁ. Prouer. 23. Et ſicut coluber expandet, ſeu diffundet, ſcilicet uenenum.

INDE NOMINA:

פָּרָשַׁת In ſtatu regiminis, expoſitio, declaratio. Eſther 4. Atque etiam expoſitionem argenti, quod dixerat Haman ponderaturum. & cap. 10. Sed omne factum fortitudinis & uirtutis eius, & declaratio magnitudinis Mardochai, qua eum magnificauerat rex.

פָּרָשׁ Communiter equitẽ interpretanť tam Iudæi, q̃ Chriſtiani, & dicunt ſic dictũ à calcaribus, quibus ille ad incitandũ equũ pungit, quaſi dicas calcariatũ, occaſionẽ ſumentes ex loco Prou. 23. ubi uerbũ hoc in tertia coniugatione poſitũ ſignificare dicũt, pungere. Deinde ex loco Ieſ. 28. Quoniã non perpetuò triturãdo triturabit illud, neq; ſtridebit rota plauſtri ſui, dentibus ſuis nõ cõminuet illud. ubi pro inſtrumento dentato poniť, quo fruges excutiunť. Tertiò, q̃ Chaldæorũ lingua פָּרְשָׁא dicatur. Quidã tamẽ alij quoddã ſingulare equorũ genus ſignificare aſſerũt, quorũ uſus præcipuus in bello fuerit, quales nũc noſtri egregios habẽt, qui armis & paludamẽtis, phalerisq; præ cæteris curralibus equis ſunt cõſpicui & cataphractos appellãt. Ego quantũ ex diligẽti ſcripturarũ cõſideratione ſumere poſſum, nunc pro equitibus, nũc pro equis, ſæpiſſimè tamẽ cõiunctim pro ambobus in ſcriptura poſitũ arbitror, ſicut רֶכֶב nũc pro uectore, nũc pro curru, nũc coniũctim pro toto curratu uſurpatũ eſſe ſuo loco annotatũ eſt. Et apud Latinos nũc equitũ, nũc equorũ, nũc coniũctim & collectiuè equitatus uocabula uſurpanť. Similiter Germani iam **pferd oder roß / iam reuter oder reyſige**, iam utrunq; complectentes **ein reyſigen zeuge** appellant. Exiſtimo tamen ſiue equites ſint, ſiue equi, ab extenſione dictos, qui liberè excurrant & expatientur, nec ſint alligati curribus: ſed quorũ uſus eſt ut excurrant ad depopulandũ agros, & ad exercenda latrocinia, cæterisq; uel uectoribus, uel equis iugalibus, & ad uecturã tantùm adhibitis antecellũt, &c. Legitur autem forma ſingulari tantùm tribus in locis, idq; collectiuè: Iere. 4. A uoce equitatus & extendentis arcũm fugit tota ciuitas. Ezech. 26. A uoce equitatus & rotæ, & currus cõmouebuntur muri tui. Nahum 3. Equitatum adducit, & laminam gladij. Et pluraliter פָּרָשִׁים, frequentiore in uſu eſt, & uſurpatur primò, pro equitibus. 1. Sam. 8. Filios ueſtros tollet & adhibebit ad currum, & pro equitibus, ut currant ante currũ ſuum. Ieſa. 22. Et Elam portauit pharetram cum curribus hominũ, & equitibus. Iere. 46. Alligate equos, & aſcendite equites. Ezech. 23. Equites qui uehuntur equis. Secundò pro equis militaribus. 1. Sam. 13. Philiſtæi cõgregati ſunt ad bellum contra Iſrael, habentes triginta millia curruũ, & ſex millia equorum. 2. Sa. 1. Et ecce currus, & habẽtes equos apprehenderũt eũ. Ieſ. 21. Et uidit curratũ iugum, ſiue par equorũ, currum aſini, & currum cameli. Ezech. 27. De domo Thogarma equos, & peraſchim, & mulos dederũt. & cap. 38. Et uniuerſum exercitum tuum, equos & peraſchim ueſtitos holoſerico. ubi uideť propheta diſtinxiſſe סוּסִים & פָּרָשִׁים, niſi malis pro equitibus ſumere. Sic Oſeę 1. In equis & peraſchim. Et ſimiliter Ioel. 2. Sicut uiſio equorũ, & ſicut peraſchim, ita current. Tertiò, pro utroq; coniunctim & collectiuè. Geneſ. 50. Aſcenderunt cum eo curratura, & equitatus. Exo. 9. Omnes equi, curratura Pharaonis, & equitatus eius, & exercitus eius. Ioſ. 24. Et perſequuti ſunt Ægyptij patres ueſtros cum curratura & equitatu uſq; ad mare iuncoſum. 2. Reg. 2. Eliſeus uerò uidens, clamabat, pater mi, pater mi, curratura Iſrael, & equitatus eius. Habak. 1. Et dilatantur equitatus eius, & equitatus eius è longinquo ueniet, uolabuntq; quaſi aquila celeriter ad uorandum.

פָּרוּשִׁי Phariſęus, i. expoſitus, clarus ſeu conſpicuus. Magna interpretũ pars ſentit dictos hoc nomine Phariſæos, q̃ ſibi ſumpſerint officiũ exponẽdę legis, q. d. expoſitores ſeu interpretes legis: atq; idẽ propemodũ ſentire uidetur Ioſephus lib. 1. de bello Iudaico cap. 4. his uerbis: Iungũt aũt ſe eiuſdẽ mulieris ditioni quoddã Iudęorũ collegiũ, Phariſæi, qui præter alios pietatẽ colere putarenť, & peritiùs leges exponere, &c. Sunt tamẽ nõnulli alij qui dictos exiſtimant ſegregatos ſeu ſeparatos, q̃ uitæ ſanctimonia à uulgi moribus, & uita ſeparati fuerint, nõ aliter atq; nũc Monachi, & inter illos præcipuè, quos Chartuſianos uocant. Etſi neutrã ſententiã improbẽ, tamẽ puto hanc appellationẽ ſortitos à uitæ ſanctimonia, qua cęteris hominib. uoluerũt antecellere, & magis eſſe cõſpicui: ideò dilatabãt, Chriſto teſte, philacteria, magnificabãt fimbrias, obſcurabãt facies, ut paterẽt hominibus ieiunãtes. In ſynagogis, & uicis largiebanť eleemoſynas ad clangorẽ tubæ, faciebãt prolixas orationes, & id genus iuſtitias & cultus plures faciebãt, tãtùm ad oſtẽtationẽ, ut laudem mere-

mererētur & ſimul mercedē reportarent ab hominibus, ſicut ingenium Phariſæorum doctrinam,& ſtudia cum aliàs ſæpe,tum uerò ex profeſſo & prolixè deſcribit Chriſtus Matth.5.6.7.& cap.23.Atq; hæc mea ſententia,ut non eſt aliena à Ioſephi deſcriptione,ita uidetur proximiùs accedere ad uocis etymologiam,nimirū Phariſæos dictos,quòd uitam ita inſtituerint ut aliorum hominum cōſpectui eſſet expoſita,& exiſtimationem ſanctitatis & iuſtitiæ aucuparētur, & ſimul legem Moſi ad inſtituti ſui commoditatem exponerent & accommodarent.

פֶּרֶשׁ Excrementum,id eſt,ſtercus,ſcilicet expoſitum.Malach.2.Spargam excrementū in faciem ueſtrā, excrementū feſtiuitatū ueſtrarum & tollet uos ad ſe, id eſt, tollet ſe ad uos. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik, alterum in ſeua. Exo.29.Et carnem iuuenci,& pellem eius,& excrementū eius cōbures igni. Leu. 4. Vt comburantur igni unà cum pellibus,& excremento eorum. Vide etiam רֶפֶשׁ.

פַּרְשְׁדֹנָה Excrementum.Et tres poſtremæ literę ſunt paragogicæ,quanquàm aliqui malint eſſe dictionem compoſitam.Legitur tantùm Iudic.3.Et ingreſſum eſt manubrium poſt laminam, clauſitq; adeps laminam ipſam, ut non ualuerit extrahere enſem de uentre eius,ſed excrementum egreſſum eſt.

פַּרְעֹשׁ Inſerta litera aain,pulex, eò quòd inſiliat depopulatum, & excurrat ad exercenda latrocinia.1.Sam.24.Canem mortuum perſequeris,& pulicem unum.1. Samu. 26. Egreſſus eſt rex Iſrael,ut quærat pulicem unum.Nec legitur alibi in ſacris literis.

פֵּשֶׁא Expoſitio,facta literarum tranſpoſitione:ſed de hoc ſuo in loco.

1268 פָּרַשׂ Cum puncto ſiniſtro, expandit,extendit, diſtendit: cōgruitq; ſignificatione cū uerbis פֶּשֶׁר פרשז פָּרַשׁ פָּרַץ פָּרַס פָּרַם פָּרַז, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificādi inter ſe diſcrepent.Pſal.105.Expandit nubē in tentorium.Thren.1.Expādit rete pedibus meis.Exo.40.Et expandit tentorium ſuper habitaculum. Deut. 2. Et expandent ueſtimentum coram ſenioribus ciuitatis.2. Reg.8.Et factum eſt in craſtinum ut acciperet operimentū denſum,& expanderet ſuper faciem eius.1.Reg.19. Accipiens Ezechias literas,expandit eas. Exod.9. Expandit palmas ſuas ad Iehoua.1.Reg.8.Et extendit manus ſuas in cœlum.Prou.13.Sed ſtultus expandit ſtultitiam.Mich.3.Et oſſa ipſorum conſtringunt,& expandunt uelut in ollam.

Participium præſens פֹּרֵשׂ. Prou.24.Expandit rete greſſibus eius.Thren.4.Petiuerunt panem,& non eſt expanſor illis. Et pluraliter פֹּרְשִׂים. 1.Reg.8. Quoniā Cherubim expandebant alas. In ſtatu regiminis פֹּרְשֵׂי. Exod. 25.Eruntq; Cherubim expandentes alas ſurſum.Ieſ.19.Et expādentes rete ſuper ſuperficiem aquarū.

Participium præteritum פָּרֻשׂ. Ioelis 2. Et lux matutina expanſa ſupra montes. Et in genere fœminino פְּרוּשָׂה. Oſeæ 5. Et rete expanſum ſuper Thabor. Et pluraliter פְּרֻשׂוֹת. 1.Reg.8.Et palmæ eius erant expanſæ in cœlum.

In uoce paſſiua נִפְרָשׂ. Ezech.17. Omnes profugi eius cum omnibus agminibus cadent in gladio,& reſidui in omnem uentum expandentur.

Participium נִפְרָשׂ. Prouerb.25.Fons expanſus.

In ſecunda coniugatione פֵּרַשׂ. Ieſa. 25. Et expandet manus ſuas in medio eius, ſicut expandit natator ad natandum.& cap.65.Expandi manus meas omni die ad populum rebellem.Thren.1.Cùm expanderet Zion manus ſuas.Pſal.68.Cùm expādit omnipotēs reges in ea, tum candeſcit uelut nix in Zalmon. & alludit ad קָו regulam,de qua Pſal. 19.In omnem terram exiuit regula eorum.Zacha. 2. In quatuor uentos expandi uos.

1269 פַּרְשֵׁז Expandit.Eſt autem ultima litera acceſſoria.Legitur ſemel Iob 26.Et retinet faciem throni,& expandit ſuper illud nubem ſuam.

1270 פְּרָת Nomen fluuij,qui initiò ex paradiſo originē duxit,ſicut Moſes teſtat̃ Gen.2.Et fluuius quartus eſt Prath. Dicitur aūt tā à Gręcis,q; Latinis Euphrates.Porrò Ptolomæo in Armenia maiore orit̃ in monte Periade ad Orientē ſeptentrionē flexus. Eſt & terminus terrę Canaan promiſſę.Ge.15. Semini tuo dedi terrā hāc à

fluuio Ægypti uſq; ad fluuium magnum fluuium Prath. 2 Reg. 23. In diebus aſcendit Pharao Necho rex Ægypti cõtra regem Aſſur ultra fluuiũ Prath. Et cum he in fine motum ad locum importante פְּרָתָה. Iere. 13. In ſurgendo uade ad Prath.

1271 פָּשָׂה

Cum pũcto ſiniſtro ſignificat luxuriare, ſ. ſcabiẽ, ſiue leprã: nam de tali luxuriatione tantùm dicitur in Leuitico. Et uidetur à פּוּשׁ forma tãtùm, & modo ſignificandi diſſidere, & quidem Moſes opponit uerbo עָמַד, cõſiſtendi. Leuit. 13. Et non luxuriauit plaga in cute. Et iterum: Et ſi luxuriauit plaga in ueſte, uel ſtamine, uel in ſubtegmine, uel in cute. Itẽ: Et ſi luxuriando luxuriauerit ſcabies illa in cute.

1272 פִּשֵּׁחַ

Legitur ſemel tantùm: Chaldæus hoc uerbo reddidit Hebræum שִׁסַּף, quod diſſecare ſignificat, 1. Sam. 15. Ideoq; hinc ſignificationẽ ſumere neceſſe eſt. Thren. 3. Vias meas peruertit, & diſſecuit me.

1273 פָּשַׁט

Cõgruit ſignificatione cum uerbis שָׁסַף שׁסס פָּשַׁשׁ שָׁסַס, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant: important autem omnia uim & impetum. Et quãdo de ſuis ueſtibus dicitur, licebit uertere uerbo exuendi. Leu. 6. Et exuet ueſtes ſuas. Cantic. 5. Exui tunicã meam. Ezech. 44. Exuent ueſtes. Et quando de aliјs dicitur, licebit uertere uerbo expoliandi, quia importat uiolentiã. Oſeæ 7. Expoliauit excurſor foris. Nahum 3. Bruchus expoliauit & auolauit. Iudic. 9. Manicabis & expoliabis contra ciuitatẽ. Et iterum: Et duo capita expoliauerunt contra omnes, qui erãt in agro. 1. Sam. 27. Non expoliaſtis hodie. & cap. 30. Nos expoliauimus ad meridiem Crethi. Iudic. 20. Et expoliauerunt ad Gibea.

Participium præſens pluralis numeri פֹּשְׁטִים. Nehem. 4. Non eramus exuentes nos ueſtes noſtras.

In ſecunda coniugatione פַּשֵּׁט. 1. Samuelis 31. Et uenerunt Philiſtæi ad expoliandum occiſos.

In tertia coniugatione הִפְשִׁיט. Num. 20. Et exuet Aaron ueſtimenta ſua. Leuit. 1. Et expoliabit holocauſtum, id eſt, excoriabit. Iob 19. Gloriam meã deſuper illis expoliauerunt. Oſeæ 2. Ne expoliem illam nudam. Gen. 37. Et expoliauerunt Ioſepho tunicam eius. 1. Sam. 31. Et expoliauerunt eum armis ſuis.

In quarta coniugatione הִתְפַּשֵּׁט. 1. Sam. 18. Et exuit ſe Ionathan pallio.

INDE NOMINA:

מִפְשָׂח Nomen Infinitum, expoliatio. Ieſaiæ 32. Expoliatio, & denudatio.

פַּטִּישׁ Inuerſione literarum, is dicitur qui detrahit aliquid: ſed de hoc in loco ſuo.

1274 פָּשַׁע

Cum puncto dextro, tranſgreſſus eſt, ſcilicet legem, ſeu pactum, ut ſeditioſus: & ut poſitu puncti, ita modo tantùm ſignificandi differt à uerbo פָּשַׂע. Abſolutè legitur Thren. 3. Nos tranſgreſſi ſumus & rebellauimus. At cõſtructio illius triplex eſt, ſicut uerborũ סָרַר & חָטָא מָרַר מָרַד: aut enim conſtruitur cũ עַל, ut Oſeæ 8. Eò quòd prætererierunt pactum meum, & ſuper legem meam tranſgreſſi ſunt. Vel conſtruitur cum præpoſitione mem: ut 2. Reg. 8. In diebus eius tranſgreſſus eſt Ædom à manu Iehuda, & conſtituit ſuper ſe regem, id eſt, defecit. Vel conſtruitur cum præpoſitione beth. 2. Reg. 1. Et tranſgreſſus eſt Moab contra Iſrael poſt mortem Achab. 1. Reg. 12. Et tranſgreſſus eſt Iſrael contra domum Dauid uſq; in hanc diem. 2. Regum 3. Et abiens miſit ad Iehoſaphat regem Iehuda, dicens: Rex Moab tranſgreſſus eſt in me. Ieſaiæ 27. Quis dabit mihi uepres & ſpinas in bellum, ut trãſgrediar in eas, & comburam eas ſimul.

Participium præſens, ſeu nomen participiale פֹּשֵׁעַ, tranſgreſſor. Ieſ. 48. Et tranſgreſſorem ex utero matris uocaui te. Et pluraliter פֹּשְׁעִים. Pſal. 37. Tranſgreſſores uaſtabuntur ſimul. Ieſaiæ 46. Redite tranſgreſſores ad cor.

In uoce paſſiua נִפְשַׁע. Prouerbiorum 18. Frater offenſus tranſgreſſione, eſt ſupra ciuitatem potentiæ.

INDE NOMEN,

פֶּשַׁע Trãſgreſſio. Exod. 22. Super omni re trãſgreſſionis. Prou. 12. In trãſgreſſione labiorũ laqueus malo. cap. 19. Sed honor eius eſt prӕterire tranſgreſſionẽ. & cap. 28. Propter

pter tranſgreſſionem terræ, mihi principes. In ſtatu regiminis nihil mutat. Gen. 50. Suffer nunc tranſgreſſionē fratrũ tuorum. In ſtatu affixorũ mutať prima uox ſegol in hirik, & altera in ſeua. Gen. 31. Quæ eſt trãſgreſſio mea, aut delictũ meum.

Et pluraliter פְּשָׁעִים. Prouer. 10. Odium excitat lites, ſed ſuper omnes tranſgreſſiones operit dilectio. In ſtatu regiminis פִּשְׁעֵי. Amos 1. Propter tres trãſgreſſiones Damaſci. Similiter in ſtatu affixorum. Ezech. 18. Proijcite à uobis omnes tranſgreſſiones ueſtras.

1275 פשׂע

Cum puncto ſiniſtro: & ut ſola puncti poſitione, ita modo tantùm ſignificandi differt à פָּשַׁע, & ſignificat digredi paſſiuè. Ieſa. 47. Digrediar in illam.

INDE NOMINA:

פֶּשַׂע Tantum ſpacij, quantũ conficitur pedum digreſſione: Latinè paſſus, Germanicè ein ſchritt. 2. Sam. 20. Viuit anima tua, quòd tantũ paſſus inter me, & inter mortē.

מִפְשָׂעָה Pars corporis ſub natibus, ubi eſt pedũ digreſſio. 1. Sam. 19. Succidit indumēta eorum in medio uſꝙ ad digreſſionem, & dimiſit eos, da ſie zwuſelt waren: uel, bis an die zwuſel.

1276 פשׂק

Aperuit petulanter, uel os uel pedes. Et legitur in prima coniugatione tantùm Participium præſens פֹּשֵׂק. Prouerb. 13. Qui obſeruat os ſuum, cuſtodit animam ſuam, aperienti petulanter labia ſua deiectio ſibi.

In ſecunda coniugatione פִּשֵּׂק. Ezech. 16. Et aperuiſti petulanter pedes tuos omni prætereunti. Vulgaris uerſio haber diuaricaſti.

1277 פשׁר

Expoſitio, explicatio, declaratio. Et referendũ eſt ad uerbũ פרשׁ, trãſpoſitis tantùm literis, uel ad פתר, cõmutatis tantùm medijs literis ſymbolicis. Legitur tantùm ſemel Eccl. 7. Et quis cognouit expoſitionē uerbi? In Daniele legitur forma Chaldaica, cap. 2. Dic ſomnium ſeruis tuis, & expoſitionem indicabimus.

1278 פתת

Fregit in fruſta ſeu fragmenta. Et ſignificatione cõgruit cum uerbis פתה & פתי, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differant. Leuitic. 2. Et franges eam in fragmenta & effundes ſuper eam oleum.

INDE NOMINA:

פַּת Fruſtũ, fragmentũ, portiuncula, ein piſſe: Latini uerterũt buccellam. Prou. 17. Melius eſt fragmentũ ſiccũ, & incolumitas cũ eo. Gen. 18. Et capiã fragmētum panis. Dan. 1. De fragmēto eſcæ regis. In ſtatu affixorũ mutat uocē pathah in hirik, dageſſata litera thau. Prou. 23. Fragmētũ tuũ comediſti. Iob 31. Et comedi fragmentũ meũ ſolus. Ruth 2. Et intinges fragmentũ tuũ in acetũ. Et pluraliter פִּתִּים. Leuit. 2. Et franges eam in fragmenta. Pſal. 147. Qui proijcit gelu ſuum, ſicut fragmenta.

פְּתוֹתִים Fragmenta. Ezech. 13. Propter pugillos hordei, & propter fragmenta panis.

1279 פתה

Congruit ſignificatione cum uerbis פתת & פתי, differuntꝙ modo tantùm ſignificandi: nam hæc tria generaliter ſubitã auulſionē ad ſe ſignificãt, niſi quòd פתת de auulſione panis in uſum ſuũ, & pro palato ſuo: פתי de forma & pulchritudine diciť, quæ adlubet animo, & ad ſe ſubitò allicit. Porrò פתה de ſermone uenuſto, & eleganti & adblandiente dicitur, quo quis ad aliquē ſubitò pellicitur, ac in uoluntatē ſeu animi ſententiam pertrahitur. Atꝙ haud dubiè Græci hinc mutuârunt uerbum πείθω, quod blandis uerbis ſuadeo, ſeu perſuadeo notat. Et ut Hebræi, ita illi non ſolùm ſuadenti, aut perſuadenti, uerùm etiam obtemperanti tribuunt, ut ſit contrarium uerbo סורר: quod & Paulus Apoſtolus ἀπειθεία uertit Eſt & hoc obſeruandum, quòd ſit uerbum πειθὸν, & Hebræis tam in bonam partem accipiatur, quàm in malam. Et ſi in malam partem accipitur, ſignificat idem quod blanditijs, phaleratis uerbis fallere, ſeu decipere, ut in prima coniugatione. Deuter. 11. Cauere uobis, ne blandis uerbis perſuadeatur cor ueſtrum, & recedatis, & colatis Deos alios. Iob 31. Et perſuaſum eſt clàm cor meum, & applicaui manũ meam ori meo.

Participium, ſeu nomen participiale, maſculini generis פּוֹתֶה. Prouer. 20. Et ſuadenti in labijs ſuis, ne te admiſceas, id eſt adulanti, adblandienti. Iob 5. Et perſuaſibilē occidet zelus. ubi paſſiuè uſurpať pro eo qui illecebris capitur. Et in genere

fœminino פּוֹתָה. Oſeæ 7. Et factus eſt Ephraim ſicut colũba perſuaſibilis, ſine corde, id eſt illecibilis.

In uoce paſſiua נִפְתָּה. Iob 31. Si perſuaſum eſt cor meum ſuper muliere. Ierem. 20. Suaſiſti mihi & perſuaſus ſum.

In ſecũda coniugatione פִּתָּה, & eſt πείθειν. Ezech. 14. Ego Iehoua perſuaſi. Exod. 22. Et ſi perſuaſerit aliquis uirginẽ, quę non eſt deſponſata, & concubuerit cum ea. Iudicum 14. Et dixerunt ad uxorem Simſonis, perſuade uirum tuum, ut annunciet nobis ænigma. 2. Sam. 3. Noſti Abner filium Ner, quòd ad perſuadendum uenerit. 1. Reg. 2. Quis perſuadebit Achab, ut aſcendat & cadat in Ramoth in Gilead. Pſal. 78. Et blandè perſuaſerunt eum ore ſuo. Prou. 1. Fili mi, ſi blandè ſuaſerint te errones, ne uoles. & cap. 16. Viri fraudis perſuadebit ſodalem ſuum.

Participiũ præſens מְפַתֶּה. Oſeæ 2. Ecce ego perſuadeo eã, & duco eã in deſertũ.

In uoce paſſiua פֻּתָּה. Prouer. 25. In longanimitate perſuadebitur princeps, & lingua mollis frangit oſſa. Iere. 20. Si perſuadeatur, & præualeamus illi. Ezech. 14. Et propheta ſi perſuaſus fuerit, & dixerit uerbum.

In tertia coniugatione הִפְתָּה. Gen. 9. Perſuaſibile faciat Deus ipſi Iepheth ut habitet in tabernaculis Sem, &c. rogat, ut Dominus eum amãter perſuadeat, ne inuideat fratri Sem iuniori natu honorem primogeniturę, & ꝙ ex illo naſciturus ſit Chriſtus, hancꝗ prærogatiuam ſibi ademptã eſſe, & translatã in fratrem, ac ipſius poſteritas quoꝗ perſuadeatur prædicatione Euãgelij, ut ipſa quoꝗ Iepheth, & cõiungat Eccleſiæ ex Iudæis collectæ, &c. Prou. 24. Ne ſis teſtis temerè contra proximum tuum, neꝗ perſuaſibile facias labijs tuis, id eſt plauſibile. Et eſt irregulare.

INDE NOMINA:

יֶפֶת Iepheth, nomen filij Noach maximi natu, qui à Gentibus Iapethus dictus eſt, & idem ſonat, ut ſuprà quoꝗ eſt annotatum in tertia coniugatione, quod perſuaſibilis, paſſiuè. Hic enim & tota ipſius poſteritas perſuaſa eſt uoce Euangelij, ut habitaret in habitaculis Sem, cui promiſſus erat Chriſtus, & ueniret etiam in ſocietatẽ ſpiritualium & æternorum bonorum, quæ filius Dei attulit in hunc mundum, remiſſionem peccatorum, donationem ſpiritus ſancti, & uitam æternam.

פְּתִי Perſuaſibilis, cui quiduis facilè perſuadeť, & qui eſt ſequaci credulitate, & blandis uerbis citò ineſcať & decipiť. Et opponiť nomini עָרוּם, callidus, aſtut⁹. Gręci uerò reddiderũt nomine νήπιος, Latini nũc ſimplex, nũc puer, nũc imperitus: et q̃dẽ talis eſt imperitus rerũ & ſimplex, qui ſe blãdis uerbis perſuadere ſinit. Pſal. 19. Teſtimonium Iehoua fidele ſapientificans perſuaſibilem. Prou. 9. Quicũꝗ perſuaſibilis eſt, huc diuertat. cap. 14. Perſuaſibilis credit omni uerbo, ſed callidus obſeruat greſſum ſuum. & cap. 19. Deriſorẽ percutias, & perſuaſibilis callidus fiet. Ezech. 45. Et ſic facies in ſeptima mẽſis propter uirũ errantẽ, & propter ſuaſibilẽ, id eſt, qui ſimplicitate deliquit. Legiť etiã abſtractiuè. Prou. 1. Quãdiu ſuaſibiles diligetis perſuaſibilitatẽ? Et pluraliter פְּתָיִם. Prou. 1. Quãdiu perſuaſibiles. Vel cum gemino iod פְּתָאיִם. Pſal. 119. Intellectũ præbet ſuaſibilibus. Prou. 22. Callidus præuidet malum, & celat, at ſuaſibiles tranſeunt, & damnũ accipiũt. Vel interpoſita aleph litera, uel cõmutata iod litera in aleph פְּתָאִים. Pſ. 116. Cuſtodit ſuaſibiles Iehoua, id eſt, ſimplices. Prou. 1. Vt deť ſuaſibilibus calliditas. Sic Chriſtus uſus eſt, & Mathæus uertit νηπίοις, cap. 11. Gratias ago tibi pater, Domine cœli & terrę, ꝙ abſcõderis hæc à ſapiẽtib. & prudẽtibus, & reuelaris ea paruulis. Et Paulus Rom. 2. Doctorem imperitorũ. & Eph. 4. Vt nõ amplius ſimus pueri, qui nõ fluctuemus, & circũferamur quouis uento doctrinæ, &c. Et pluraliter in genere fœminino פְּתַיּוּת. Prouer. 9. Mulier ſtultitiæ eſt tumultuoſa, ſuaſibilitatum, & non nouit quicquam.

פִּתְאֹם Nomen adiectiuum, ſubitarium, repentinum. Prou. 3. Ne timeas à terrore repentino. Ieſa. 29. Et erit in caſu repentino. At quando cum uerbo ſine nomine ſubſtantiuo ponitur, tum aduerbiaſcit, id eſt repentè, ſubitò, raptim. Num. 6. Et dixit Iehoua repentè ad Moſen. Ioſue 10. Et uenit ad eos Ioſue repentè. Pſal. 64. Repentè iaciunt in eum, & non timent. Ieſa. 30. Repentè in caſu ueniet fractura eius.

Ser-

פֶּתֶן Serpentũ ſpecies uenenatiſſima, & rabioſiſſima: noſtri tranſtulerũt Aſpidẽ, dictus Hebræis per antiphraſin, ꝙ minimè ſit perſuaſibilis, nec poſſit ab incantatore perſuaderi. Pſal. 58. Furor illis ſimilis furori ſerpẽtis, ſicut aſpidis ſurdæ, quæ obthurat aurẽ ſuã, ut non audiat uocem incantantiũ, coniurantis coniurationũ docti. Pſ. 91. Super leonem & aſpidẽ calcabis. Et in diſtinctione ſentẽtię פָּתֶן. Ieſ. 11. Et aſpiciet lactens ſuper foramine aſpidis. Et pluraliter פְּתָנִים. Deut. 32. Caput aſpidum crudele, id eſt uenenum, quod in capite geſtant. Iob 20. Caput aſpidũ ſuget. Et iterum: Panis eius in uiſceribus eius conuerſus eſt, amaritudo in medio eius.

מִפְתָּן Limen, eò quòd ſit immotum: & ut פֶּתֶן, ita & hoc arbitror à uerbo פָּתַן deductum. 1. Sam. 5. Caput autẽ Dagon, & duæ palmæ manuũ eius abſciſſæ erant iuxta limẽ. Zoph. 1. Et requiram ſuper omnem ſaltantem ſuper limen. Et in ſtatu regiminis מִפְתַּן. 1. Sam. 5. Ideò nõ calcant ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur do-
1280 mum Dagon, ſuper limen Dagon. Ezech. 46. Et adorabunt ſuper limen portæ.

פָּתַח Aperuit id quod erat uel clauſum, uel ligatum: & propter literarum affinitatem congruit ſignificatione cum uerbis פָּתָה & פָּטַר פָּצָה פָּתַת, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differant, id eſt de alijs atꝗ alijs rebus dicantur. Ieſa. 14. Vinctis ſuis non aperuit domum. & cap. 50. Iehoua aperit mihi aurem. Iudic. 4. Et aperuit utrem lactis. Gen. 44. Et aperuerunt unuſquiſꝗ ſaccum ſuum. Pſal. 37. Gladiũ aperuerunt improbi. Ieſ. 41. Aperiam in excelſis flumina. Deut. 15. Aperiendo aperies manum tuam illi. Et legitur aliquando abſolutè, & neutraliter. Pſal. 106. Et aperuit ſe terra: uel, Et aperta eſt terra.

Participium præſens פֹּתֵחַ. Ezech. 37. Ecce ego aperio ſepulchra ueſtra. Pſal. 145. Qui aperis manum tuam. Iere. 13. Et non eſt aperiens.

Participium pręteritum פָּתוּחַ. Num. 19. Et omne uas apertũ. Pſal. 5. Sepulchrum apertum guttur eorum. Et in genere fœminino פְּתוּחָה. Ioſue 8. Et reliquerunt ciuitatem apertam. Et pluraliter פְּתֻחוֹת. 1. Reg. 8. Vt ſint oculi tui aperti.

In uoce paſſiua נִפְתַּח. Ieſa. 5. Et non aperietur cingulum lumborũ eius. Ezech. 1. Et aperti ſunt cœli. Iob 12. Claudet uirum, & non aperietur ei. Iere. 1. Ab Aquilone aperietͬ malũ. Nahũ 2. Portæ fluuiorũ apertæ ſunt. Ieſa. 35. Aures ſurdorũ aperientͬ.

Participium maſculini generis נִפְתָּח. Zachariæ 13. In die illa erit uena aperta domui Dauid.

In ſecunda coniugatione פִּתַּח, aperuit ut appareat, & extet, & ſit expreſſum. Iob 30. Quia funem meum aperuit, & afflixit me. & cap. 12. Vinculum regum aperuit. Ieſa. 45. Et lumbos regum aperiam. & cap. 20. Et aperies ſaccum de lumbis tuis. & cap. 28. Aperiet & colet terram ſuam, id eſt, exarabit. Gen. 24. Et aperuit camelos. Iere. 40. Aperui te hodie à manicis. Legitur tamen in quibuſdam locis neutraliter & intranſitiuè, quando uidelicet nominatiuus, & non accuſatiuus ſequitur. Cantic. 7. Si floruit uitis, aperuit ſe folliculus. Ieſa. 48. Non fuit aperta auris tua. & ca. 60. Et apertæ erũt portæ tuæ iugiter. Et ut Hebræi de ſulcatione, ſeu aratione terrę, ut in ſuprà allegato loco Iob 28. & aliàs, quæ fit apertione, dicũt, ita quoꝗ de exaratione, ac inſculptione literarũ, nominũ uel imaginũ dicunt, quæ ſimiliter fit apertione materiæ in quã quid inſculpitͬ: unde uerbo ſculpẽdi reddiderũt. Exo. 28. Et aperies in eis nomina filiorum Iſrael. Et mox iterum: Sculpes duos lapides. 1. Reg. 7. Et aperuit in tabulis. 2. Paral. 3. Et ſculpſit Cherubim in parietibus.

Participium pręſens, maſculini generis מְפַתֵּחַ. 1. Reg. 20. Ne glorietur accinctus, ſicut aperiens, ſcilicet cingulum. Zach. 3. Ecce ego ſculpo ſculpturam eius.

Participium præteritum generis fœminini מְפֻתָּחוֹת. Exod. 39. Sculptos ſculpturis ſigilli.

In quarta coniugatione הִתְפַּתְּחִי. Ieſa. 52. Aperi te à uinculis colli tui.

INDE NOMINA:

מַפְתֵּחַ Nomen participiale, apertor, id eſt, clauis. Iud. 3. Et tulerunt clauẽ, & aperuerunt. 1. Paralip. 9. Et ipſi erant ſuper clauem. Ieſaiæ 22. Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius.

פתח Apertio, ianua, oſtium. Geneſ. 4. Ad oſtium erratum cubat. cap. 18. Et ipſe ſedebat in oſtio tabernaculi. Et in diſtinctione ſententiæ פתח. Gen. 19. Et laborauerunt ad inueniēdum oſtium. Ezech. 40. Oſtium contra oſtium. Et cum he motum ad locum denotante הפתחה. Gen. 19. Et egreſſus eſt ad eos Lot ad oſtium. Et in ſtatu regiminis mutat zere in hirik, & pathah in ſeua. Prouerb. 17. Qui exaltat oſtium ſuum, is quęrit fracturam. Ezech. 40. Et oſtiū eius. Et pluraliter פתחים. 1. Reg. 7. Et omnia oſtia. Prou. 8. In introitu oſtiorū prædicabit. Et in ſtatu regiminis פתחי. Ieſa. 13. Et egredientur oſtia principum. Prouer. 1. In oſtijs portarum. Et in ſtatu affixorum. Prouerb. 8. Vt obſeruet poſtes oſtiorum meorum. Ezech. 42. Et oſtia eorum ad Aquilonem. Cant. 7. Et ſuper oſtia noſtra.

מפתח Apertio. Et in ſtatu regiminis מפתח. Prou. 8. Apertio labiorū meorū rectitudines.

פתחון Apertio, apertura. Ezech. 29. Et dabo tibi apertionem oris in medio eorum. Sic Paulus Apoſtolus hac phraſi uſus eſt Epheſ. 6. Vt mihi detur ſermo in apertione oris mei cum libertate. Coloſ. 4. Orantes ſimul & pro nobis, ut deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ut loquamur myſterium Chriſti.

פתוח Apertura, id eſt, cęlatura, ſculptura. 2. Paral. 22. Et ad ſculpendum omnem ſculpturam. Et in ſtatu affixi פתחה. Zachar. 3. Ecce ego ſculpo ſculpturam eius. Et pluraliter פתוחים. 2. Paralip. 2. Et ad ſculpendum ſculpturas. Et in regimine פתוחי. Exod. 28. Sculpturis ſigilli ſculpes duos lapides. Et cum affixo. Exod. 47. Et nunc ſculpturas eius.

פתיחות Gladij aperti, id eſt, nudati, uel quòd aperiant & uulnerent. Pſalm. 55. Et ipſa (uerba) ſunt gladij.

פחת Tranſpoſitione literarū, apertio, apertura, id eſt fouea aperta, & patens, hiatus, uorago. 2. Sam. 18. Et tollentes Abſolom, ſtatim proiecerūt eū in ſylua in foueam magnam. Ieſaiæ 24. Terror & fouea & laqueus ſuper te habitator terræ: erit autem, qui effugerit uocē terroris, incidet in foueā, & qui aſcenderit è fouea, capietur laqueo. Thren. 3. Terror & fouea fuit nobis. Et in diſtinctione ſententiæ פחת. Iere. 48. Et eſtote ſicut columba in peruijs oris foueæ. Et pluraliter פחתים. 2. Sam. 17. Ecce, nunc ipſe abſconditus eſt in una fouearum, aut in uno locorum.

פח Laqueus ſuper fouea poſitus ad capiēdum ſiue hominē, ſiue animal aliud, uel qui patet ad capiendū. Ioſue 23. Et erunt uobis in laqueū, & capturā. Iob 18. Apprehendet calcaneum laqueus. Pſal. 69. Fiat menſa ipſorum corā eis in laqueū. Pſal. 91. Ipſe liberabit te de laqueo uenantiū. Amos 3. An cadet auis ſuper laqueū terræ, & uenator non ei. Et pluraliter פחים. Iob 22. Propterea ſunt circa te quoq; laquei. Pſal. 11. Sudes & laquei in uia peruerſi. Num. 16. Et faciet ea extenſiones laqueorū, obductionem, pro altari, id eſt foramina ſeu retia. Et in ſtatu regiminis פחי. Exod.
1281 39. Et extendebant laqueos auri, id eſt, retia habentia foueas ſeu foramina.

## פתל

In uoce actiua primę cōiugationis nō eſt uſitatū, ſed tātùm in uoce paſſiua נפתל, & ſignificatione actiua. Gen. 30. Colluctationibus dei colluctata ſum cū ſorore mea & præualui. metaphora ſumpta à luctatoribus qui membrorū complicatione nunc in hanc, nūc in illam partem alius alium diſtorquet, quò ſubuertat: quare eſt calliditatis, & uerſutiæ magis, quàm roboris ſeu uirtutis.

Participium נפתל, diſtortum, uafrum, uariū, ſubdolū. Prou. 8. In iuſtitia ſunt ſermones oris mei, nec eſt in eis quicquā diſtortum. Et pluraliter נפתלים. Iob 5. Deprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium diſtortorum præcipitatur.

In quarta coniugatione התפתל. Pſal. 18. Et erga peruerſum, diſtortū præbebis te: uel ita, retorquebis te. Et 2. Samu. 22. legitur inuerſis literis תתפל, ut etiam ipſa uoce ſignificetur dei erga peruerſos callida, & inuincibilis peruerſitas ſeu retorſio.

INDE NOMINA:

פתיל Faſcia, filum retortum, ligula ex multiplicibus filis contorta, qua aliquid alligatur: uel, quę alligaſ. Gen. 38. Anulum tuū, & faſciam tuam, & baculum tuum. Exod. 28. Et conſtringent pectorale cum circulis ſuis ad circulos humeralis faſcia hyacinthina. Iud. 16. Et diſrupit funes illos, ſicut rumpitur filum ex ſtuppa, paulùm aduſtū igni

igni. Et pluraliter פְּתִילִים. Geneſis 38. Agnoſce obſecro cuius ſit anulus, faſciæ & baculus iſte.

צָמִיד **פָּתִיל** Alligatura. Numeri 19. Omne uas apertum, cui non alligatura ſuper eo, immundum erit, id eſt operculum, quod uaſi alligatum eſt, ſicut צָמִיד etiam pro aliquo uſurpatur, quod uaſi eſt affixum.

**נַפְתּוּלֵי** Colluctationes, concertationes, & metaphoricè uerſutiæ, technæ, quibus alter alterum decipit, proſternit ac ſuperat. Gen. 30. Colluctationibus Dei colluctata ſum cum ſorore mea.

**פְּתַלְתֹּל** Nomen geminatum, qua duplicatione ſignificatur uerſutiæ duplicatio, ſeu multiplicatio. Deut. 32. Generatio peruerſa, & diſtortiſſima. quod in Matthæo cap. 17. Græcè uerſum eſt διεστραμμένη. Et Paulus quoq; ita reddidit Philip. 2. Natio praua & διεστραμμένη. Itē Lucas Act. 20. Et uobis ipſis exorientur uiri loquentes διεστραμμένα diſtorta, & obliqua, & implicata.

1282 **פֶּתַע** Euentus ſeu caſus fortuitus, & ſubitus. Num. 35. Et ſi in euentu abſq; inimicitia impulerit eum. Ieſa. 30. Cui repentè in euentu ueniet fractura eius. Et cum adiectiuo פִּתְאֹם. Num. 6. Quòd ſi morietur mortuus ſuper ipſo in euentu repentino. Ieſa. 29. Et erit in euētu repentino, &c. Aliàs aduerbialiter accipitur pro, fortuitò, caſu. Habakuk 2. An non euentualiter conſurgent mordentes te. Prouerb. 6. Propterea euentualiter confringetur, & non erit medicina.

1283 **פָּתַר** Expoſuit, ſcilicet ſomnium. Et ſignificatione cōgruit cum uerbo פָּשַׁר, niſi quòd modo ſignificandi uarient. Gen. 40. Principem autem piſtorum ſuſpendit, ſicut expoſuerat illis Ioſeph. & cap. 41. Et expoſuit nobis ſomnia noſtra, utrique iuxta ſomnium ſuum expoſuit.

Participium præſens פֹּתֵר. Gen. 40. Somniando ſomniauimus, & nō eſt, qui exponit ea Pharaoni. & cap. 41. Et non eſt qui exponit illud.

INDE NOMEN,

**פִּתְרוֹן** Expoſitio. Gen. 40. Et quiſq; iuxta expoſitionem ſomnij ſui. Et cum affixo. Geneſ. 40. Et dixit Ioſeph, hæc eſt expoſitio eius. Et pluraliter פִּתְרֹנִים. Geneſis 40. Nónne dei ſunt expoſitiones?

DE NOMINIBVS POLYSYLLABIS ET PEREGRINIS.

1284 **פִּטְדָה** Nomen lapidis precioſi, quem ut Ezechiel, & alij ſcriptores indicāt, Æthiopia nobis præbet, & uulgaris editio (rectè quidē meo iudicio) Topazium uertit uocabulo Hebræo cōueniente. Chaldaica tranſlatio ubiq; uertit יַרְקָן, id eſt uiridem. Vnde nonnulli praſſinum eſſe uolunt à colore uiridi, & genus quoddam Topazij Praſſoides dicunt, licet alij malint eſſe Smaragdum, quod quæ, autore Iuba, apud Æthiopas naſcitur, acriter uiridis eſt, & à Plinio plurimùm cōmendatur. Exod. 28. Sardius & Topazius. Et in ſtatu regiminis פִּטְדַת. Iob 28. Nō adæquabitur ei Topazius Æthiopiæ. Et Strabo ex Arthemidoro, quem citat, teſtatur quoq; Topazium in Ophiade inſula reperiri, & lapidem eſſe pellucidum, ſplendore aureo refulgentem, quem Ægypti reges ſinant effodi, & maximam hominum multitudinem mercede cōductam ad horum lapidum collectionē, cuſtodiamq; collocare.

1285 **פִּלֶגֶשׁ** Pellex, uox peregrina, & cōpoſita ab פלג & אִשָּׁה, q. dicas, uxor diſpertita, hoc eſt, uxor ſecūdaria, quę, ut ipſa primarię uxori tanquā dominę ſubiecta erat, ita eius filij nō ſuccedebāt in hęreditate paterna, ſed tantū donatiōibus gaudebāt, alioqui uxor uera & legitima. Atq; talis haud dubiè tam à Gręcis q̄ à Latinis pellex eſt appellata: quāquā Iurecōſulti poſtea aliter pellicē definierūt, q̄ ſacrę literę, quos hoc loco nō curamus, ut etiā aliorū ineptias nihil moramur, qui à פָּנַשׁ & פִּלָּה cōpoſitā eſſe ſomniāt, quaſi illa ſit, & ita dicat, ad quē maritus ab uxore ſegregatus accedat. Hæc eñ omnia extra & cōtra ſcripturā dicunt. Ego ſi certò ſcirē uocē eſſe nō peregrinā, neq; cōpoſitam, mallē deducere à uerbo פָּלַשׁ, inſerta litera gimel, & ſic dictā concubinā à uolutando, q uolutet coitu, ſicut שֵׁגָל coniunx regia à ſubagitatione. Hieronymus ubiq; cōcubinā reddidit. Nos pellicis uertemus, adductis exēplis

aliquot

aliquot, quibus liquidò conſtabit eius ſignificatio. Gen. 35. Et abijt Ruben, & concubuit cum Bilha pellice patris ſui. Iudic. 19. Et accepit ſibi uxorē pellicē de Bethlehem Iehuda. Hic locus teſtatur apertè fuiſſe ueram uxorem, quia uocat etiam uirum maritum eius, & pellicis patrem appellat ſocerum, & maritum filię generum, quod non feciſſet, niſi fuiſſet legitima uxor ipſius. 1. Paral. 1. Et filij Cethuræ pellicis Abrahæ. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua. Iud. 19. Et ſurrexit uir ut abiret ipſe & pellex eius. cap. 20. Pellicē meam compreſſerūt, & mortua eſt. Et pluraliter פִּלַגְשִׁים. Gen. 25. Et dedit Abrahā omnia quæ ſua erant, ipſi Izhak: & filijs pellicum, quæ erant Abrahæ, largitus eſt Abraham dona. ubi filios reliquos omnes præter Saræ dominæ filium, adeò etiam Cethuræ, quam tamen paulò antè uxorem dixerat, uocat pellicum filios. Item 2. Sam. 5. Et accepit Dauid adhuc pellices, & uxores de Ieruſalem. 2. Sam. 15. Et reliquit rex decē uxores pellices ad cuſtodiendum domum. In ſtatu regiminis פִּלַגְשֵׁי. 2. Sam. 16. Ingredere ad pellices patris tui. Similiter in ſtatu affixorum. 2. Paralipo. 11. Et dilexit Rechabeam ipſam Moacham filiam Abſolom præ omnibus uxoribus, & pellicibus ſuis. Porrò legitur ſemel de maſculis amatoribus per cōtemptum, Ezech. 23. Et adurebatur ſuper pellicibus ſuis, quorum caro erat inſtar aſinorum.

Et ut hoc quoq; huc addam, quòd Græci & poſt illos Latini, nulla tamen uocabuli origine ſeu etymologia mare dixerunt Pelagum, arbitror à Iapetho accepiſſe, qui Hebræa lingua hoc nomine mare appellauit, eò quòd in multas terræ partes diſpertitum eſt, & ut Eccleſiaſtes cap. 1. dicit: In illud ſeſe ex omnibus terræ partibus flumina exonerant, & ex eo rurſum ad eaſdem reuertuntur & refluunt.

1286 פַּעְנֵחַ Appellatio Ægyptiaca, qua inſigniuit Pharao rex Ægypti Ioſephum. Gen. 41. Vocauitq; Pharao nomen Ioſephi Zaphnas Paaneah. Quod Chaldæus tranſtulit, Myſteriorum expoſitor.

1287 פַּרְדֵּס Paradiſus, id eſt, hortus conſitus arboribus. Nehe. 2. Et epiſtolam ad Aſaph cuſtodem paradiſi, ut det mihi ligna. Cantic. 4. Plantationes tuæ, ſicut paradiſus malogranatorum. Et pluraliter פַּרְדֵּסִים. Eccl. 2. Feci mihi hortos & paradiſos, & plantaui in illis arbores omnis fructus.

1288 פַּרְוָר Suburbium. 2. Reg. 23. Ad exedram Nethanmelech eunuchi, qui erat in ſuburbanis.

1289 פַּרְעֹשׁ Pulex. 1. Sam. 24. Canem mortuum perſequeris, & pulicem unum.

1290 פַּרְתְּם Cuius plurale eſt in uſu פַּרְתְּמִים. Et arbitror uocem eſſe peregrinam, & ſignificare præfectos, ſeu prouinciales. Quidam exiſtimant eſſe denominatiuum à nomine פְּרָת, & dictos Parethaneos, quaſi dicas, Euphrateos. Eſther 1. Præfecti & principes prouinciarū apud ſe. & cap. 6. Ex principibus regis, præfectis. Daniel. 1. De ſemine regio, & de præfectis.

1291 פִּשְׁתָּה Linum. De hoc uide in uerbo פּשׁ.

1292 פְּתִיגִיל Nomen ſex literarum, quod quia eius origo ignoratur, & ſemel tantùm in Biblijs legitur, uariè tam Iudæi quàm Latini exponunt. R. D. Kimhi in libro Radicum ſentit eſſe ueſtis genus, qua uſæ ſint matronæ ſupernè ad decorem. Et tamē in Cōmentarijs ſuper Ieſaiam cingulum eſſe ſcribit ſubtile ex ſerico. Rabi Abraham ueſtē tenuem atq; ſubtilem eſſe ſcribit, quę ſupra omnes ueſtes poſita ſit. Diuus Hieronymus uertit faſciam pectoralem. Ego ſi diuinare liceret, dicerem ex פְּתִיל eſſe factū, quod faſciam ſignificat ex multiplicibus filis contextam, & uocari à Latinis clauum latum, ut ſit contrarium cincturæ ſacci, id eſt uili alicui cingu-

1293 cingulo,ſeu cinctorio.Ieſa.3.Et pro clauo cinctorium ſacci,id eſt cinctorium uiſle.

**פִּתְגָם** Vox eſt Chaldaica, ualde uſitata in Thargum pro nomine דָּבָר, quanquam ſignificet propriè uerbum executiuum,ſeu ſententiam definitiuam.Eſther 1.Et audietur uerbum regis,quod faciendum eſt in omni regno eius.Eccl.8.Quod
1294 non fit uerbum pro facto malo feſtinanter,id eſt ſententia.

**פַּתְשֶׁגֶן** Exemplar,repetitio:uox eſt Chaldaica.Eſther 3. Exemplar ſcripturæ. Et pro eo quod Deuter.17.legitur,Et ſcribat ſibi מִשְׁנֵה repetitionem legis.ibi Thargum tranſtulit פַּתְשֶׁגֶן.

## צ Pſal. 11.

## צַדִּיק יְהוָה צְדָקוֹת אָהֵב ׃

1295

**צֹאן** Nomen collectiuum, comprehendens multitudinem ſeu gregem ouium & caprarum,id eſt multas ſimul oues & capras.Nam hoc nomine ſingulari cōprehenduntur animalia minora paſcualia utriuſq; ſpeciei,ut ſunt oues & capræ,ſicut nomine בָּקָר ueniūt omnia animalia maiora paſcualia,ut ſunt boues,uaccæ,uituli,cameli,aſini,&c.

Deinde eſt ſciendū, quòd nuſpiam reperitur ſingulariter pro una oue aut capra ꝓpoſitum,ſed pro una oue uſurpetur שֶׂה. Tertiò, ꝙ in forma צֹנֶה bis reperiatur,de quo ſuo in loco. Quartò, quòd uoce Latina ouis ſimul comprehendi oporteat capras,eò quòd ſimul paſcuntur. Quintò,dictæ ſunt oues,ꝙ radicitùs gramina & herbas erodant & depaſcantur:nam congruit ſignificatione cum uerbis יָצָא & יָצָא בָּצָה צִיץ. Gen.4.Et erat Habel paſtor ouium.ca.12. Et erant illi oues & armenta.cap.26.Et erat ei peculium ouiū,& peculium armentorum.cap.29. Tres greges ouium. cap.31. Et uide omnes hircos aſcendētes ſuper oues.cap.38.Mittam hœdum caprarū de ouibus.Exo.12.Accipite uobis oues pro familijs ueſtris, & mactate Peſach. & cap.21. Quatuor oues pro pecude.Deut.32. Butyrum boum,& lac ouium.2.Reg.22.Sicut oues in quibus non eſt paſtor.2.Paralip.35. Oues agnorum & filios caprarum omnes pro Peſach, id eſt, oues,agnos. Pſal.44.Reputati ſumus uelut oues mactationis. Ieſ.7. Nutriet homo uitulam armenti,& duas oues.Ezech.43.Et arietem de ouibus integrum. Item transfertur etiam ad populū,qui ut oues à paſtoribus,ita ipſe à gubernatoribus regitur & paſcitur.Ezech.34.Oues ipſas non paſcitis,&c.Mich.7. Paſce populū tuū uirga tua, oues hæreditatis tuæ.Zach.13.Percute paſtorem,& diſpergentur oues. In ſtatu affixorum manet inuariatum.Gen.31.Ad oues ſuas. Et iterū:Et ſex annos pro ouibus tuis.Et iterum:Omnes iſtæ oues meæ. Exo.2. Et potauit oues illarum. & cap. 22.Sic facies boui tuo,& ouibus tuis.Pſal.144.Oues noſtrę millificantes.1.Sam.8. Oues ueſtras decimabit,id eſt greges ueſtros.Ezech.34.Et pauerunt paſtores ſeipſos,& oues meas non pauerunt.
1296

**צָבָא** Stetit ordine,miniſtrauit ordine & tempore conſtituto, ſtetit in militia, militauit.Et ſignificatione cōgruit cum uerbis צָבָה & יָצַב, niſi ꝙ ut forma parum,ita modo tantùm ſignificandi diſſideant. Deinde & hoc eſt notatu dignū, quòd ingredi in militiam,eſt fungi miniſterio Eccleſiaſtico:at ègredi in militiam, eſt abire in bellum.Num.31.Et militauerunt contra Midian.Exod.38. Quæ militabāt ad oſtium tabernaculi.Loquitur autem de honeſtis matronis,ac uiduis,quæ ex deuotione ad tabernaculum ieiunijs, precationibusq;, ac alijs officijs deo militabant, quarum quoq; 1.Samuelis 2.mentio fit:cuiuſmodi etiam Hanna prophetiſſa fuit, Lucæ 2. Et Paulus 1.Timoth.5. ad illam ueterem conſuetudinem honeſtarum matronarum,uiduas deſolatas hortatur,ut in deum ſperātes inſtent obſecrationibus,

& orationibus noctе ac die, atq; exinde quoq; alia officia ac miniſteria uiduarum, quibus operam dare oportet, ordine commemorat. Num. 4. Et omnem ingredientem ad militandum militiam, ad ſeruiendum ſeruitiũ in tabernaculo. Et ad hanc militiam Paulus quoq; alludit, & Timotheum ſuum hortatur 1. Timot. 1. Hoc prę ceptum commendo tibi iuxta prophetias, quæ de te præceſſerunt, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem, & bonam conſcientiam, &c.

Participium præſens maſculini generis pluralis numeri צֹבְאִים. Num. 31. De medietate autem filiorum Iſrael, quos dimidiauerat Moſes de uiris militantibus. Ieſa. 29. Multitudo omnium gentium militantiũ contra Ariel. Et cum affixo. Ieſa. 29. Et omnium militantium contra eam. ubi tamen abſq; aleph eſt ſcriptum. Et in genere fœmineo צֹבְאֹת. Exod. 28. In aſpectu militantium. 1. Sam. 2. Et ꝙ cubarent cum mulieribus militantibus ad oſtium tabernaculi.

In tertia coniugatione legitur tantùm participium præſens מַצְבִּא. 2. Reg. 25. & Ieremiæ 52. Et ſcribam, principem militiæ, qui ad militiam conſtituebat populum terræ.

INDE NOMINA:

צָבָא. Militia, exercitus, ſtatio, quæ certo tempore & ordine cõſtituitur, ſiue in Eccleſia, ſiue foris in bello. Et memineris phraſis ſuprà indicatæ, quòd ingredi in militiam, ſit fungi miniſterio eccleſiaſtico: at egredi in militiam, ſit proficiſci in bellum. Numeri 1. Omnis egrediens in militiam in Iſrael. & ca. 4. Omnis qui ingreditur in militiam, ut faciat miniſterium in tabernaculo. 1. Sam. 28. Et congregauerunt Philiſtæi caſtra ſua in exercitum, ut pugnarent cum Iſrael, id eſt aciem. 1. Paral. 12. Viri militiæ ad bellum. Pſal. 68. Euangelizantium exercitum multum. * Legitur tamẽ ſemel cum litera he, loco aleph מִצָּבָה. Zacha. 9. Et caſtrametabor ipſe circa domum meam ab exercitu, à tranſeunte, & à reuertente, neq; tranſibit per eos amplius exactor, i. ne amplius ſit exercitus conſtitutus, neq; tranſiens, neq; reuertens. Num. 8. Et à filio uiginti annorum, & ſuprà, ingredietur ad militandum militiam in cultu tabernaculi. Sic Paulus uſus eſt iſta uoce 2. Corinth. 10. Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia deo ad demolitionem munitionum, &c. Et 1. Timoth. 1. Vt milites in eis bonam militiam. Et interdum pro tempore ad rem aliquã perficiendam conſtituto accipitur. Iob 7. Nunquid militia homini ſuper terra & ſicut dies mercenarij dies eius. Ita quoque Ieſaiæ 40. uſurpatur, de quo paulò infrà in ſtatu regiminis & affixorum. Præterea uſurpatur quoq; pro copia, poteſtate & ui, ꝙ exercitus conſtet copia, & potens ſit, uimq; inferat. Iob 10. Et uiciſſitudines, & exercitum cõtra me. Dan. 8. Et exercitus dabitur cõtra iuge ſacrificium propter tranſgreſſionem, id eſt, uis, potentia. & cap. 10. Et exercitus magnus. Quartò, dicitur de cultu & miniſterio Eccleſiaſtico, & ſacerdotio, quòd omnia ſuo tempore decenter & ordine fiebant. Dan. 8. Et ſanctuarium, & militia erant conculcatio. Et mox iterum: Et deiecit in terram de militia, & de ſtellis & conculcauit eas. In ſtatu regiminis & affixorum mutat prius cametz in ſeua. Num. 10. Et ſuper exercitum baculi Iſaſcar, Nathanael. 1. Paralip. 2. In omnis armis militiæ. & cap. 7. Latrunculi exercitus belli. Iudic. 9. Multiplica exercitum tuum, & egredere. Iob 14. In omnibus diebus militiæ meæ expectabo. Numeri 8. A filio quinquaginta annorum reuertetur à militia ſeruitij, & non ſeruiet ultrà. Ieſaiæ 24. In die illa requiret Iehoua ſuper militiam celſitudinis in excelſo, & ſuper reges terræ, id eſt ſacerdotium, & regnum. & cap. 40. Quoniam impleta eſt militia eius. Quod Marci 1. ita eſt redditum: Impletum eſt tẽpus, inſtatq; regnum dei, reſipiſcite, & credite Euangelio, &c. ubi, ut ſuprà quoque eſt indicatum, pro tempore cultus, & miniſterij Leuitici eſt dictum. Porrò quando coniungitur nomini שָׁמַיִם, tum primò de militia angelorum dicitur: ut 1. Regum 22. Vidi Iehoua ſedentem ſuper throno ſuo, & omnem exercitum cœlorum ſtantem iuxta eum à dextra eius, & à ſiniſtra eius.

Deinde de militia cœli, ſole, luna, & ſtellis. Gen. 2. Et conſummati ſunt cœli & terra & omnis militia eorum. Deut. 4. Ne quando eleues oculos tuos in cœlum &

ut

uideas ſolem & lunam, & ſtellas, omnem militiã cœlorum. 2.Reg.17. Et incuruauerunt ſe omni militiæ cœlorum. Pſal.33. Verbo Iehoua cœli facti ſunt, & ſpiritu oris omnis militia eorum. Zophoniæ 1. Et eos qui incuruant ſe ſuper tectis militię cœlorum. Nehem.9. Tu feciſti cœlos cœlorum & omnem militiam eorum.

Tertiò figuratè de cultu & miniſterio in cœlo templi. Ieſaię 34. Tabeſcet omnis militia cœlorum. Dan.8. Creuit uſq; ad militiam cœli, & deijcit in terram de militia, & de ſtellis, & conculcauit eas. Et pluraliter צְבָאוֹת. Deut.20. Et conſtituent principes exercituum in capite populi. Pſal.68. Reges exercituum pergẽt pergẽt.

Obſeruandũ eſt autem, ꝙ hoc nomẽ tantùm pluraliter nomini diuino attribuitur, & nunquàm ſingulariter, eò ꝙ Domino deo militent angeli deũ glorificando, & miniſtrando Eccleſiæ dei. Deinde ſol, luna & omnes ſtellæ cœli, luce, calore & influentia. Tertiò filij dei pro gloria dei, & ipſorum ſalute contra carnem, peccatum, mundum & diabolum. Et propter hoc fortaſſe myſterium D.Hieronymus monet in aliam linguam non eſſe transferendũ, ſiquidem & ſpiritus ſanctus & alij Apoſtoli non mutârint. 1.Sam.1. Ad ſacrificandum Iehoua Zebaoth in Silo. & cap.4. Attulerũt inde arcam fœderis Iehoua Zebaoth, ſedentis ſuper Cherubim. 2.Sam.5. Et Iehoua deus Zebaoth erat cum ipſo. Pſal.24. Iehoua Zebaoth, ipſe eſt rex glòriæ. Ieſa.2. Niſi Iehoua Zebaoth reliquiſſet nobis reſiduum. Pſal.59. Et tu Iehoua deus Zebaoth deus Iſrael. In ſtatu regiminis & affixorum צִבְאוֹת. Exod.12. Egreſſi ſunt omnes exercitus Iehoua de terra Ægypti. Iere.3. Exercitus gentium. Exod. 6. Iuxta exercitus eorum. & cap. 7. Vt educam exercitus meos, populum meum filios Iſrael, id eſt, copias. Legitur etiam forma maſculina צְבָאִים, de ordinibus tantùm angelorum. Pſal.103. Benedicite Iehoua exercitus eius, miniſtri eius facientes uoluntatem eius. Pſal.148. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum exercitus eius. Secundum hoc legitur Lucæ 2. Et facta eſt ſubitò cum angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium deum, & dicentium, &c.

1297 צָבָה Stetit ſurſum, tumuit, intumuit, inflatus, ſufflatus fuit. Et modo tantùm ſignificandi differt à uerbis יָצַב צָבָא. Num.5. Et tumeſcet uenter eius.

In tertia coniugatione הִצְבָּה, intumeſcere fecit, ſufflauit. Et legitur tãtùm ſemel, & quidẽ defectiuè in Infinitiuo, Num.5. Et ingredientur aquæ amaræ iſtæ in uentrem tuum, & intumeſcere facient uentrem.

INDE NOMINA:

צָב Tumor. Nume.7. Sex plauſtra tumoris, id eſt, tumida, tecta ſupernè, quaſi inflatus uterus. Et pluraliter צַבִּים. Ieſ.66. In equis, & in uehiculis, & in tumoribus, i. tũbis.

צָב Animal immundum, ex reptilium genere, quod alij crocodilum, alij teſtudinem, alij limacam, alij bufonem eſſe exiſtimant, qui tumet & plauſtri in modum graditur. Leuit.11. Muſtela & mus & teſtudo iuxta genus ſuum.

צָבֵה Nomen adiectiuum, generis fœminini, tumida. Nu.5. Et uentrem tuũ tumidum.

צְבָתִים Nomen pluralis numeri tantùm, tumuli, ſeu faſciculi, qui tument. Ruth 2. Extrahẽdo extrahetis illi de tumulis.

צְבִי Mutata he litera in iod. Et generaliter de qualibet re dicitur, quæ pulchrè ſtat ſurſum, & iucundè conſtituta eſt, mentemq; & ſenſum erigit ac iuuat, inflat ac dilatat, quæq; ad ſe amandam allicit, & ex qua uoluptas aliqua & oblectatio capitur: nam & Chaldæus חֶדְוָה reddidit. Ieſa.4. In die illa erit germen Iehoua in iucunditatem & in gloriam. & cap.13. Et erit Babel iucunditas regnorum. & cap.28. Flos marcidus iucũditas decoris eius. & cap.24 Ab extremis terræ cantica audiuimus, iucunditate de iuſto. Iere.3. Hæreditatem iucunditatis. Dan.11. Stabit in terra iucunditatis. Et in diſtinctione ſententiæ צֶבִי. Dan.8. Et creuit multùm uerſus Meridiem, & Orientem, & iucunditatem. Epitheton Iudeæ, ſeu Hieroſolymę. 2.Sam.1. Iucunditas Iſraelis ſuper excelſis tuis uulnerati ſunt. ubi iuuentutem ſic appellat, die junge manſchafft, quæ floret & iucũda eſt. Deinde etiã capreolus hoc nomine appellatur, quia excelſus ſtat, & iucundus eſt, q.d. iucundus. Chaldæus uertit טַבְיָא. Deuter.12. In omnibus portis tuis tam immundus, quàm mundus comedet ex ea,

quaſi eſſet capreolus & ceruus. Prouerb.6. Euade quaſi capreolus de manu uenatoris. Cantic.2. Similis eſt dilectus meus capreolo ſeu hinnulo ceruorum. Ieſ 13. Et erit quaſi capreolus fugatus. Et pluraliter צְבָיִים .2.Sam.2. Erat Azahel leuis pedib. ſuis, ſicut unus capreolorũ, qui ſunt in agro. Et interpoſita aleph litera צְבָאִים. 1.Paralip.12. Et ſicut capreoli ſuper montibus ueloces. Et in genere fœminino צְבִיָּה . Cantic.4. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. Et pluraliter צְבָאוֹת .Cantic.2. Adiuro uos filiæ Ieruſalem per capreas, &c.

1298 צבט Semel tantùm in ſcriptura legitur, neq; habet affine: quantum autem ex uerbis & reipſa colligi poteſt, ſignificat præbere, ſeu porrigere, ſeu apponere, aut quid ſimile. Ruth 2. Et porrexit ei toſtum, quæ comedens ſatiata eſt, & reliquum fecit.

1299 צבע Significat uulnerationem ſeu diffiſſionem in partes ruffo diſtinctas, cõgruitq; ſignificatione cũ uerbis צָבַע & בָּצַע, niſi q; ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Et legitur ex eo tantùm participium præteritũ primę coniugationis צָבוּעַ, & uertitur ab Hieronymo nominaliter, diſcolor. Ier.12. Volatile uulneratum hæreditas mea. eſt autem periphraſis noctuæ, quæ rubris maculis diſtincta eſt.

INDE NOMINA:

צֶבַע Vulneratum ſeu rubricatum, uel in partes diſciſſa ueſtis. Iud.5. Rubricatum acupictura ad colla ſpolium. Et pluraliter צְבָעִים . Iud.5. Spolium rubricatorum Siſræ, ſpolium rubricatorum.

אֶצְבַּע Tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis. Et ſingulariter ſignificat digitum, qui pollici eſt proximus, quo ſcribimus, & operamur. Ieſ.58. Emittendo digitum. Exod.8. Et dixerunt Magi ad Pharaonẽ, digitus dei eſt. ubi pro energia & efficacia diuina ponitur, ſicut & Chriſtus Lucæ 11. uocat digitum dei, ſpiritũ dei, quo eijciebat dæmonia, &c. In ſtatu affixorum mutat pathah in cametz. Leuit.4. Et intinget ſacerdos digitum ſuum in ſanguinem. Et pluraliter in ſtatu abſoluto אֶצְבָּעוֹת. Ieremiæ 52. Quatuor digitorũ concauitas. At in ſtatu regiminis & affixorũ אֶצְבְּעוֹת. 2.Sam.9. Et erat uir menſurarum, & digiti manuum eius, & digiti pedũ eius ſex & ſex, nempe uiginti quatuor numero. Pſalm.8. Videbo cœlos facturam digitorum tuorum. Pſal.144. Et digitos meos ad bellum.

1300 צבר Accumulauit, coaceruauit in horrea ſeu granaria. Et ut forma nõ multùm abludit à uerbo בָּצַר, ita quoque ſignificatione. Gen.41. Et coaceruauit Ioſeph frumentum, uelut arenam maris. Exod.8. Et coaceruauerunt ranas hinc inde in cumulos. Iob 27. Si coaceruauerint quaſi puluerem argentum. Pſal.39. Coacèruabit neſciens cui ea congreget. Habakuk 1. Omnem munitionem ridebit, & coaceruabit puluerem, & capiet eam.

INDE NOMEN,

צִבֻּרִים Aceruí. 2.Reg.10. Ponite ea in duos aceruos in introitu portæ.

1301 צדד Ab iſto themate inuſitato deductum eſt nomen per ſyncopem prioris literę daleth צַד, latus cuiuslibet rei: congruitq; cum uerbis צָדָה & צוּד. Deuter.31. Ex latere arcæ. 2.Sam.2. Et gladium ſuum in latus ſodalis ſui. Ieſaiæ 60. Et filiæ tuæ iuxta latus alemini. & cap.66. Et filiæ tuæ in latere portabuntur. In ſtatu affixorũ uertitur pathah in hirik, & daggeſſatur litera daleth. Geneſ.6. Et oſtium arcæ in latere eius pones. 1.Sam.20. Et ego tres ſagittas ad latus eius dirigam. Ezech.4. Et non uertaris à latere tuo in latus tuum. Et pluraliter צִדִּים. Iudic.2. Et erunt uobis in latera, & dij eorum erunt uobis in laqueũ, id eſt, retia: quia inſidię & retia tenduntur à latere, non in conſpectu, iuxta illud Prou.1. Fruſtra expanditur rete corã oculis alatorum. Et in ſtatu regiminis צִדֵּי. Exod.26. Ad latera tabernaculi. Similiter in ſtatu affixorum. Exod.25. E lateribus eius. & cap.30. In duobus lateribus eius. Num.33. Et in ſpinas in lateribus ueſtris.

לְצַד Contra, aduerſus. Dan.7. Et dicteria contra Altiſſimum dicet.

1302 צדה Laterauit, id eſt, inſidiatus eſt, ſeu uenatus eſt ex latere. Et congruit ſignificatione

ne cum צֹדֶה & צָדָה צָדָה. Exod.21.Et qui non inſidiatus eſt,ſed deus prædeſtinauit in manum eius.

Participium præſens צֹדֶה. 1.Sam.24.Et tu lateras animam meam,ut tollas eam, id eſt,uenaris eam, ſtruis inſidias animæ meæ.

In uoce paſſiua נִצְדָּה. Sophoniæ.3. Lateratę ſunt urbes eorum,ut ſint abſq; uiro, id eſt,ad latera expugnatæ: unde מְצוּדָה Ieſa.29. & מְצוֹדִים Eccleſ.9. tales receſſus dicuntur,ex quibus urbes oppugnantur.

INDE NOMEN,

צְדִיָּה Inſidiæ.Num.35.Aut proiecerit ſuper eum ex inſidijs,& mortuus fuerit.

1303

צָדַק Iuſtus fuit, iuſtè egit, iuſtam cauſam habuit, approbatus fuit propter fidem ſeu factum. Græci uerbum ſuum δικαιοῦμαι ab Hebræo mutuati ſunt. Gen.38. Et ea agnita,dixit Iudas, iuſta eſt magis quàm ego,id eſt,iuſtiùs egit, quàm ego,approbo eius cauſam eſſe iuſtiorem mea. Iob 4.Nunquid homo deo iuſtior erit.& cap.9. Et ſi iuſtus ſum, id eſt,iuſtam cauſam habeo,non tamen reſpondebo ei. Et iterum: Et ſi iuſtus ſum ore meo,tamen ipſe condemnat me.Pſalm.17.Iudicia Iehoua ueritas,iuſta ſunt pariter uniuerſa. Pſal.51. Vt iuſtus ſis in uerbo tuo.Ieſaiæ 43.Conſtituant teſtes ſuos, & ſint iuſti, id eſt, uerè teſtentur de iuſtitia. & cap.54. In Iehoua iuſti erunt.

In uoce paſſiua נִצְדַּק, & legitur tantùm Dan.8.Et dixit ad me, à ueſpera uſq; ad manè,dies duo millia trecenti,& iuſtificabitur ſanctuarium, i.mundabitur ab idolatria,& impietate.Sic Paulus eſt uſus 1.Corinth.6.Sed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis.

In ſecunda coniugatione צִדֵּק, iuſtificauit. Iob 32.Et iraſcebatur Eliab,cùm Iob iuſtificaret animam ſuam coram deo. Ier.3. Et iuſtificauit animam ſuam auerſatrix Iſrael pluſquàm præuaricatrix Iehuda. Ezech.16. Et iuſtificaſti ſororem tuam in omnibus abominationibus tuis.Et iterum:Et iuſtificabis ſororem tuam.

In tertia coniugatione הִצְדִּיק, iuſtificauit, iuſtum pronunciauit,iuſtitiam imputauit,approbauit alterius uel dictum,uel factum,adminiſtrauit iuſtitiam,reum ſeu accuſatũ abſoluit,& pronunciauit iuſtum, imputauit iuſtitiam gratis.Exod.23.Inculpatum & iuſtum ne occidas,quoniam non iuſtificabo improbum,id eſt, nõ patiar inultum abire,aut abſolui improbum. Deut.25. Si fuerit cauſa inter aliquos,& uenerint in iudicium,iudicẽt eos,iuſtificẽt iuſtum, & cõdemnent improbũ, id eſt, abſoluant iuſtam cauſam habentem. 2.Sam.15. Omnem uirum cui erit cauſa iudicialis,iuſtificabo eum,id eſt,adminiſtrabo ei iuſtitiam.Pſal.82.Afflictum & pauperem iuſtificate.Ieſaiæ 53.In notitia eius iuſtificabit iuſtus ſeruus meus multos.

Participium præſens מַצְדִּיק. Prou.17.Iuſtificans improbum, & condemnãs iuſtum, abominatio Iehoua uterq;. Et cum affixo. Ieſaiæ 50. Propè eſt iuſtificator meus,quis contendet mecũ. Et pluraliter ſtatus regiminis מַצְדִּיקֵי. Ieſaiæ 5.Iuſtificantes improbum propter munera. Dan.12. Et doctores fulgebunt ſicut ſplendor firmamẽti,& iuſtificatores multorum, quaſi ſtellæ in multa ſecula, qui multos doctrina Euangelij ad iuſtitiam perducent & iuſtificabũt, abſoluent à peccatis & annunciabunt illis remiſſionem peccatorum propter Chriſtum.

In quarta coniugatione הִצְטַדֵּק, iuſtificauit ſe,id eſt,excuſationem ſeu expurgationem inſtituit contra intentata crimina.Gen.44.Et dixit Iudas: quid dicemus ſuſtẽtatori noſtro,aut quid loquemur,aut quid iuſtificare nos uolumus? Sic uſus eſt Chriſtus Lucæ 16.Vos eſtis qui iuſtificatis uos ipſos coram hominibus.& cap.20. Et obſeruantes emiſerunt inſidiatores,qui ſe iuſtos ſimularent.

INDE NOMINA:

צַדִּיק Chaldaicè זַכָּאָה, Græcè δίκαιος, Latinè iuſtus,qui uacat culpa ſeu reatu, qui approbatus eſt, uel propter Chriſtum, uel factum. Et eſt contrarium nomini רָשָׁע. Geneſis 18. Vt occidas iuſtum cum improbo,& accidat iuſto ſicut improbo.Exo. 8.Iehoua iuſtus,ego uerò & populus meus ſumus improbi.2.Samuelis 4.Occide-

runt uirum iuſtum in domo ſua. Ieſa.26. Semita iuſta. Et quando deo attribuitur, non ſolùm ſignificat deum natura & eſſentia ſua iuſtum, uerùm etiam effectionaliter, quòd credentes iuſtificat, ſicut Zach.9. dicitur: Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator. Ierem.23 Germen iuſtum. Quod & Paulus exprimere uoluit eo quod Rom.3. ſcribit, ut ipſe ſit iuſtus, & iuſtificans, qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Et pluraliter צַדִּיקִים. Gen.18. Nunquid ſi fuerint quinquaginta iuſti. Exo.23. Ne peruertas uerba iuſtorum. 1.Reg.2. Iuſtiores, & meliores me ſunt. Et non tam ad perſonas ſeu homines refertur, quàm ad res alias. Deut.4. Quæ gens tam grandis, ut habeat ſtatuta, & iura iuſta, &c.

צֶדֶק Iuſtitia, ſi abſolutè legitur, de politica & publica intelligendum eſt. Leuit.19. In iuſtitia iudicabis populares tuos. Et iterum: Statera iuſtitię menſura & modius iuſtitiæ ſint uobis. Iob 8. An omnipotens peruerteret iuſtitiam. Prou.8. Per me principes conſtituunt iuſtitiam. Pſal.15. Qui ambulat integrè, & operatur iuſtitiam. Pſal.17. Audi Iehoua iuſtitiam, id eſt, id quod uerè iuſtum eſt, ſeu iuſtam cauſam. qualis eſt fides, uerbum & opera fidei. Pſal.118. Pateant mihi portæ iuſtitiæ. Et in ſtatu affixorum, quando de hominibus dicitur, tum ex publica fit priuata iuſtitia, id eſt, iuſta cauſa, qua coram hominibus & in conſcientia ſua ſe aliquis nouit eſſę iuſtum & irreprehenſibilem. Pſal.7. Iudica me Iehoua ſecundum iuſtitiam meam. Pſal.17. Audi Iehoua iuſtitiam meam. Pſal.35. Et lætabuntur qui beneuolunt iuſtitiæ meę. Pſal.37. Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam. Ieſaiæ 58. Et procedet ante te iuſtitia tua. At ſi de deo prædicatur, non ſolùm eſt iuſtitia, quæ in deo eſt, ſed qua deus improbos iuſtos pronunciat, iuſtificat, & acceptat, idq́ gratis fide propter Chriſtũ & eius obedientiam. Et dicitur in ſcriptura, iuſtitia dei, quòd ſolius dei gratia & beneficio nobis contingat, non noſtra dignitate, aut noſtris operibus ſeu meritis: proinde propriè remiſſio peccatorum, item miſericordia dei dicitur, qua ipſe nobis peccata remittit, & iuſtos reputat propter filium. Pſal.7. Gratias agam ipſi Iehoua propter iuſtitiam eius. Pſalm.35. Iudica me Iehoua ſecundum iuſtitiam tuam. Pſal.40. Euangelizaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna. Pſal.50. Et annunciabunt cœli iuſtitiam eius. Iere.33. Vocabitur Iehoua, iuſtitia noſtra. Danielis 9. Et adducatur iuſtitia æterna.

צְדָקָה Iuſtitia. Eſtq́ hoc nomẽ eiuſdem cum ſuperiore ſignificationis. Et ſi de hominum iuſtitia dicitur, ſignificat iuſtitiam politicam, & externam obedientiam. 1.Reg.3. In ueritate & iuſtitia & rectitudine cordis. Nehemiæ 2. Vobis nulla eſt pars, aut memoria, aut iuſtitia in Ieruſalem. Deut.6. Et iuſtitia erit uobis. Pſal.106. Et reputatum eſt ei in iuſtitiam in generationem & generationem. Danielis 4. Et peccata tua cum iuſtitia redimantur. Malach.3. Apportantes munus in iuſtitia. ubi opponitur hypocriſi. Et cum affixis uſurpatur pro iuſtitia particulari, & cauſæ, ſeu priuata beneficentia ſeu miſericordia, quæ nõ eſt iuris ſeu officij publici, ſed quam nos inuicem alter alteri priuatim debemus & exhibemus. Deut.24. Vt dormiens in ueſtimento ſuo benedicat tibi, & ſit tibi iuſtitia coram Iehoua, id eſt, bonum opus. 1.Reg.18. & Sam.19. Quæ eſt amplius mihi iuſtitia, id eſt, iuſta cauſa, id quod iure mihi debetur. Gen.30. Et reuertetur ad me iuſtitia mea. 1.Sam.26. Iehoua qui reddit unicuiq; iuſtitiam eius, & fidem eius. 2.Sam.22. Retribuet mihi Iehoua ſecundum iuſtitiam meam, id eſt, iuſtam meam cauſam. Hinc multi noui Teſtamenti loci intelligi poſſunt, qui loquuntur de priuata & perſonali iuſtitia: ut Mat.5. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra, pluſquàm Scribarum, & Phariſæorum, i. bona ueſtra opera. Et cap.6. Attẽdite, ne iuſtitiam ueſtram præſtetis coram hominibus. ubi Græcus habet eleemoſyna, ſicut & Iudæi etiam hodie iſto uocabulo pro eleemoſyna ſeu opere miſericordiæ utuntur. Et 1.Ioan.3. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt, id eſt, qui exercet caritatem ſeu opera caritatis. Si autèm de deo prædicatur, eſt gratuita remiſſio peccatorũ quam credentes à deo conſequuntur, & qua nos, qui rei eramus, deus iuſtos reputat & pronunciat propter filium. Gen.15. Et Abram credidit ipſi Iehoua, & imputauit ei iuſtitiam. Pſal.22. Veniens

& annunciabunt tibi iuſtitiã eius populo naſcituro, quam fecit. Pſal. 36. Iuſtitia tua ſicut montes dei. Et mox iterum: Et iuſtitia tua, rectis corde. Ieſa. 32. Opus iuſtitiæ pax. Iere. 33. Germen iuſtitiæ. Pſal. 24. Hic accipiet benedictionẽ à Iehoua, & iuſtitiam à deo ſalutari ſuo, id eſt gratiam, miſericordiam. Ieſa. 54. In iuſtitia præparabis me, id eſt in benefaciẽdo alijs. Ioelis 2. Dedit uobis iuſtitiam. Et pluraliter צְדָקוֹת, ſignificat ſemper & ubiq; iuſta & bona opera, beneficia, benefacta, opera miſericordiæ, ſiue hominibus, ſiue deo attribuatur. Iudic. 5. Ibi narrentur iuſtitiæ Iehoua, iuſtitiæ ruſticorum in Iſrael, id eſt benefacta Domini & ruſticorum. Ieſaiæ 33. Ambulans in iuſtitijs, & loquens recta. Dan. 9. Iehoua non ſecũdum iuſtitias noſtras. 1. Sam. 12. Omnes iuſtitias Iehoua, quas fecit uobis, & patribus ueſtris. Pſ. 10. Quoniam iuſtus Iehoua iuſtitias diligit. Pſal. 103. Facit iuſtitias Iehoua. Ieſaiæ 45. In Iehoua mihi iuſtitiæ, & fortitudo. Ezech. 3. Et immemores erunt iuſtitiarum eius, id eſt beneficiorum. Dan. 9. Iehoua, ſecundum omnes iuſtitias tuas auerte obſecro iram tuam. Mich. 6. Propter notitiam iuſtitiarum Iehoua.

### מִשְׁפָּט וּצְדָקָה

Reperitur in multis ſcripturæ locis nomen צֶדֶק, ſeu צְדָקָה iunctũ nomini מִשְׁפָּט, tum primò ciuiliter, ut iudiciũ alteram iudicij partem ſignificat, qua rei, & nocentes damnantur ac puniuntur, ita iuſtitia eſt abſoluere innocentes, eosq; iuris beneficio defendere ac tueri à malorum iniuria: quod equidẽ aliud eſt nihil, quàm iuris beneficium impertiri, & benefacere iuſto. Gen. 18. Et cuſtodient uiam Iehoua, ut faciãt iuſtitiam & iudicium. 2. Sam. 8. Et faciebat Dauid iudicium & iuſtitiam omni populo ſuo. Prou. 2. Tũc intelliges iuſtitiã & iudiciũ. Porrò utrũq; iudicis officiũ eſſe exequutũ Salomonẽ hiſtoria illa teſtatur mulierũ de puero uiuo inuicẽ cõtendentium: Iuſtitiã, quãdo puerũ tradit matri cuius erat: Et iudicium in hoc, φ dãnauit alteram, quę falſò iuſtam & innocentem accuſauit. Sic Iehu iudiciũ fecit occidendo falſos prophetas, & iuſtitiã ſeruando ueros prophetas. Ita iubet nos Spiritus ſanctus, ut iuſtificemus iuſta, & damnemus iniuſta, quæ ſi fecerimus, iudiciũ & iuſtitiam feciſſe dicimur: quæ duo potiſſimùm in externa & ciuili rerũ publicarũ adminiſtratione à nobis requirit, & exigit Deus. Cęterũ ſi eccleſiaſticè & ſpiritualiter, ſeu, ut ita dicam, Theologicè, iſta duo intellexeris, tum iudiciũ eſt legis prędicatio, qua timere deũ, uitare malũ, obſeruare mãdata dei iubemur, iuxta hoc Pſ. 31. Declina à malo. Et iuſtitia Euãgelion ſeu Euãgelij prædicatio, quæ docet fidere dei miſericordiæ in Chriſto promiſſæ, iuxta alterum huius dicti membrum: Et fac bonum. quemadmodum hæc ex ſcripturæ locis luculẽter intelligere poteris, quibus iſta duo coniuncta leguntur: ut Ieſaię 56. Cuſtodite iudiciũ, & facite iuſtitiam. Pſal. 89. Iuſtitia & iudicium, baſis throni eius, hoc eſt, regnũ dei conſiſtit in timore & fide. Pſal. 105. Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam, &c.

Poſtremò eſt & iuſtificari, peculiari modo ſignificãdi in nouo Teſtamẽto, idem quod corripi, argui, reprehendi, quo Chriſtus eſt uſus Lucæ 7. Et iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis, hoc eſt, qui debebant tãquam filij obedire ac ſubijci ſapientiæ, ſapientiã ut ſapientiores & magiſtri reprehẽdunt. Germani ſimili phraſi dicunt rechtfertigen, id eſt meiſtern/diſer will iederman rechtfertigen/ id
1304 eſt, meiſtern/ſtraffen/vberklugen. Et iuſtificatores, die meiſter klugling.

צָהַב Congruit ſignificatione cum זהב & דהב, hoc eſt, notat colorem aureum. Vſus eius uerbaliter eſt in participio paſſiuo ſecundæ coniugationis מֻצְהָב. Eſdræ 8. Et uaſa æris flaui, ſeu fului.

INDE NOMEN,

צָהֹב Nomen adiectiuum, id eſt aureum, id eſt, flauum ſeu fuluum. Leuit. 13. Et in ea pilus aureus, id eſt, aurei coloris ſeu flauus.

1305

צָהַל Hinniuit, mugiuit, uel lętitia, uel petulãtia & laſciuia, ut ſolẽt equi, & tauri: quãquàm poſtea figuratè etiam hominibus tribuatur, & non niſi modo ſignificãdi differt à uerbis צָלַח & צָלַל צָהַל: notat enim affectum, & motum ad aliquid.

Ieſaiæ 24.Hinnierunt ab Occidente. Iere.5. Hinniebant quiſq; ad uxorem ſodalis ſui.& cap.50.Et mugietis ſicut tauri.Itē cap.10.Hinni uoce tua filia Gallim. Eſther 8.Et ciuitas Suſan hinniebat & lætabatur.

In tertia coniugatione הִצְהִיל. Pſalmo 104. Ad faciendum hinnire faciem præ oleo, id eſt, ad exhilarandum faciem oleo, ut læta ſit & petulans. niſi malis pro הִצְהִיר poſitum.

INDE NOMEN,

מִצְהָלוֹת Hinnitus equorum, nomen pluralis numeri.Iere.8.Auditus eſt fremitus equorum eius, à uoce hinnituum robuſtorum eius cōtremuit terra. & cap.13. Adulteria tua,
1306 & hinnitus tui.

צֹהַר Nomen ſine uerbo, niſi q̄ ſignificatione conuenit cum uerbis זָהַר דָּהַר & סָהַר, & ſignificat feneſtram à ſplendore ſolis, qui per illam illabitur. Gen.6.Et feneſtram facies arcæ.

צָהֳרַיִם Nomen dualis numeri, & id tempus ſignificat, quo ſol in medio cœli inter ortum & occaſum clariſſimè fulget, & Latinis meridies dicitur.Gen.43.Quoniam hodie mecum comedent uiri in meridie. Deut.28.Et eris palpans in meridie. Pſalm.37. Et producet uelut lucem iuſtitiā tuam, & iudicia tua, ſicut meridiē.Iob 5.Et quaſi in nocte, ita palpabūt in meridie.Pſal.55. Veſpera & manè, & meridie meditabor. Ieſa.58.Et caligo tua erit uelut meridies.

יִצְהָר Oleum, à claritate & limpiditate. Deut.28. Vinum & oleum. 2.Reg.18. Et terram oleæ olei, & mellis.Oſeæ 2.Frumentum & muſtum, & oleum.Ioelis 2.Et excurrēt laci muſto, & oleo.Zach.4.Iſti ſunt duo filij olei. Et cum affixo.Deut.7.Frumentum tuum, muſtum tuum, & oleum tuum.

INDE VERBVM,

הִצְהִיר Olificauit, fecit oleum.Iob 24. Inter muros ſuos oleum facient, lacus calcauerunt,
1307 & ipſi ſitiunt.

צוּד A latere inſidiatus eſt, ut ſolent uenatores retia tendere feris, uenatus eſt, captauit: & cognationem habet ſignificatione cum uerbis צָדָה & צָדַר מָצַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi differāt.Gen.27.Vbi ille eſt, qui uenatus eſt uenationem. Thren.3.Venando uenati ſunt me ſicut auem.& ca.4.Venati ſunt greſſus noſtros.Gen.27.Et uenare mihi uenationem.Leu.17.Qui uenabitur uenationem beſtiæ, uel auis.Iob 38.Num uenaberis leoni prædam. & cap.10.Sicut leo uenaberis me.Pſal.140.Venabitur illum ad impulſiones, id eſt lapſus.Prouer.6.Et mulier animam uiri precioſam uenabitur.Gen.27.Ad uenādum uenationem, ut afferret.

In ſecunda coniugatione צוֹדֵד. Ezech.13.Animas uenabimini populi mei. Et iterum: Ad uenandum animas.

Participium præſens fœminini generis, pluralis numeri מְצוֹדְדוֹת. Ezech.13.Quibus uos uenamini ibi.

In quarta cōiugatione הִצְטַיֵּד, uenationem ſibi accepit.Ioſue 9. Iſte panis noſter erat calidus, quem uenationem nobis accepimus ipſum è domibus noſtris.

INDE NOMINA:

צַיָּד Venator: cuius plurale צַיָּדִים legitur Iere.16.Et poſtea mittam ad multos uenatores & uenabuntur.

צַיִד Venatio, & abuſiuè eſca, cibus, cōmeatus, uiaticum.Geneſ.10.Ipſe fuit præualidus uenatione.& cap.27.Vbi ille eſt, qui uenatus eſt uenationē.Et iterum: Ad uenandum uenationem. Et in diſtinctione ſententiæ צָיִד. Gen.27. Venare mihi uenationem. Nehe.13.Et conteſtatus ſum die in qua uenderent uenationem In ſtatu regiminis & affixorum צֵיד. Gen.27.Et comedam de uenatione filij mei.Leu.17. Qui uenabitur uenationem beſtiæ, uel auis. Gen.27. Comede de uenatione mea. Ioſue 9.Et omnis panis uenationis illorum aridus erat.Iob 38.Quis parabit coruo uenationem eius.Prou.12.Non inuret impoſtura uenationem ſuam. Et in forma
1308 fœminea צֵדָה. Ioſue 1.Parate uobis uenationem ad uiam.

צָוָה Iuſſit, præcepit, mandauit, amandauit, cōmendauit. Et plerunq; cōſtruitur cum par-

cum particula,uel etiam ſine ea. Similiter cum affixis.Gen.7. Quemadmodum præcepit Deus ipſum Noah:uel,cum Noah:ſiue,ipſi Noah.Ioſue 4.Præcipe ſacerdotibus,id eſt cum ſacerdotibus. Leuit.22.Præcipe filijs Iſrael. Deut.2. Et populo præcipe.& cap.28.Præcipiet Iehoua,tecũ ſit benedictio. Gen.49. Et cõſummauit Iacob præcipere filijs ſuis.Leuit.7.In die præcipere illi. Et quando ſequitur particula negatiua, tum eãdem uirtutẽ habet, quã habet Latinis uerbũ ueto, aut prohibeo. Gen.3. Comediſti de ligno, de quo præcepi tibi dicendo, non comedas de eo.1.Reg.22.Et rex Syriæ præcepit principibus curruum triginta duobus dicẽdo, non pugnabitis. Thren.1. Quia uidit ꝙ Gentes intrauerunt in ſanctuarium eius, quod pręcepiſti ne intrarent in Eccleſiam tuam.Ieſaię 10.Et ad populũ furoris mei amandabo eum. Iere.27. Et amandabis eos ad Suſtentatores ſuos. Secundò, idem Hebræis ualet,quod Latinis commendare,ordinare,decernere.Deut.33.Legem cõmendauit nobis Moſes.2.Sam.17.Sed Iehoua ordinauit,ut labefactaretur conſilium Achithophel bonum.Pſal.7.Suſcita ad me iudicium,quod commendaſti.Pſal 44.Decerne ſalutes Iacob.Pſal.68.Commẽdauit deus tuus regnum tuum.

Tertiò,idem illis ualet,quod Latinis promittere.Pſal.42. Die promiſit deus beneficentiam ſuam. Pſal.71.Promiſiſti ut ſalues me. Pſal.105.Recordatur perpetuò pacti ſui,uerbi quod promiſit.Pſal.111.Promiſit in perpetuũ pactum ſuũ. Pſal.133. Ibi promiſit Iehoua benedictionẽ. Secundò,conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed datiui caſus. Exod.1. Præcepit Pharao omni populo. 1.Sam.20. Et ipſe præcepit mihi frater meus. Ieſa.38. Præcipe domui tuæ. Sumitur tamen pro præpoſitione, De.Eſther 3. Quoniam ita præcepit de eo rex. Pſal.91. Angelis ſuis mãdauit de te. Thren.1. Præcepit Iehoua de Iacob circumquaq; hoſtibus eius.

Tertiò,cum אֶל. Gen.50.Et mandatum detulerunt ad Ioſeph,dicẽdo.2.Sam.17. Et mandata dedit ad domum,& ſtrangulatus eſt.1.Reg.11.Et mandatum dedit ad eum Ieſa.23.Iehoua mandatum dedit ad Canaan. Quartò,conſtruitur nonnunquam cum עַל.1.Reg.11.Quæ præcepi ſuper te,id eſt tibi.2.Par.7.Et ecce præcipiã ſuper locuſta, ut deuoret terram. Eſther 2. Quia Mardochai præceperat ſuper ea, ne indicaret.Ieſa.5.Et ſuper millibus præcipiam.Amos 2.Et ſuper Prophetis præcepi illis prophetando,ne prophetetis.

Participium præſens מְצַוֶּה. Gen.27. Audi uocem meam in ijs quæ præcipio tibi.Deut.27.Cuſtodi omne præceptum,quod ego præcipio uobis hodie.Ieſaię 55. Princeps & præceptor populorum.

In uoce paſſiua צֻוָּה. Num.3.Et recẽſuit eos Moſes iuxta os Iehoua,quemadmodum iuſſus erat.& cap.36.Et Suſtentator meus iuſſus eſt per Iehoua.Leuit.8.Quia ſic iuſſus ſum. Ezech.12. Quemadmodum iuſſus ſum. Exod.34. Et loquetur ad filios Iſrael,quæ iubebitur.

INDE NOMINA:

צַו Mandatum,præceptum.Ieſa.28.Mandatum ad mandatum,mandatum ad mandatum.Oſeæ 5.Eò quòd auſus eſt,& abijt poſt mandatum.

מִצְוָה Præceptum , mandatum , quod nos ligat & adſtringit ad obſeruationem alicuius rei. Deuter.6. Et hoc eſt præceptum ritus , & iura. & cap.17. Ne recedat à præcepto ad dextram uel ſiniſtram. 2.Paralip 14. Et ut facerent legem & præceptum. & cap.19.Inter ſanguinem & ſanguinem, inter legem & præceptum,inter ritus & iura etiã admonebitis eos. Prou.6. Quia lucerna eſt præceptum, & lex lux. Malach. 2. Et nunc ad uos mandatum hoc ô ſacerdotes. Et iterum : Vos ſcitis , quòd miſi mandatum iſtud ad uos. Et in ſtatu regiminis מִצְוַת. 2.Paralip.8. Et non dereliquerunt mandatum regis. 2.Paral.24. Vos tranſiiſtis mandatum Iehoua. Pſal.19. Præceptum Iehoua mundum. Et in ſtatu affixorũ מִצְוָתוֹ. Num.15.Et mandatum eius labefactauit.Pſa.119.Latum mandatũ tuum ualde. Et pluraliter מִצְוֹת. Leu. 26.Et non feceritis præcepta iſta.cap.27.Hæc ſunt pręcepta,quę pręcepit Iehoua. Prouer.10. Sapiens corde ſuſcipiet mandata. Similiter habet in ſtatu regiminis, & affixorũ.Leuit.4.Anima quæ errauerit per ignorantiam,ab omnibus mandatis

Iehoua

Iehoua.& cap.22.Et cuſtodietis præcepta mea,& facietis ea.Prouer.4.Serua præ-
1309 cepta mea & uiues.

**צוח** Clara,& limpida uoce exclamauit.Et ſignificatione congruit cũ uerbo צָהַל, niſi ꝙ hoc ad colorem,illud ad uocẽ referatur.Ieſa.42.De capite montiũ clamabũt.

INDE NOMEN,

צְוָחָה Clamor clarus,qualis eſt querulorum.Pſal.144.Non eſt clamor in plateis noſtris. Ieſa 24.Clamor ſuper uinum in plateis. Et in ſtatu regiminis צִוְחַת. Iere.14.Et cla-
1310 mor Ieruſalem aſcendit. Et cum affixo.Ier.46.Et clamore tuo repleta eſt terra.

**צום** Ieiunauit: & ut literarum tranſpoſitione, ita modo tantùm ſignificandi uariat à uerbo מוץ, eò quòd ieiunium emulgeat & exhauriat uires, & pinguedinẽ corporis.2.Sam.12.Propter puerum uiuum ieiunaſti.Et mox iterũ: Viuente ieiunaui. Ieſa.58.Vt quid ieiunauimus. Et in eo loco Propheta utrorumꝗ ieiunia deſcribit,hypocritarum & uerè piorum.Zach.7.Quoniam ieiunaſtis etiam plangendo. Eſther 4.Et ieiunate pro me, & ne comedatis neꝗ bibatis tribus diebus nocte & die, etiam ego & puellæ meæ ieiunabo ſic. 2.Sam.23.Et ieiunauit Dauid ieiunando.1.Reg.21.Et poſuit ſaccum ſuper carnem ſuam,& ieiunauit.Iud.20.Et ieiunauerunt.Eſdræ 8.Et ieiunauimus. Zach.7.An ieiunaſtis mihi?ubi oratio eſt omnino anomala, pro צַמְתֶּם לִי.

Participium præſens צָם. 2.Sam.12.Vt quid ego ieiuno?Nehemiæ 1.Et fui ieiunans & orans.

INDE NOMEN,

צוֹם Ieiunium.1.Reg.21.Euocate ieiunium.Pſal.109.Genua uacillauerũt à ieiunio.Ioelis 1.Euocate ieiuniũ. Et cum affixo manet inuariatum. Ieſa.58.In die ieiunij ueſtri. Et pluraliter צוֹמוֹת. Eſter 9. Erexerunt ſuper animam ſuam, & ſuper ſemen
1311 ſuum geſta ieiuniornm, & clamoris ſui.

**צוף** Fluctuauit: & differt tantum modo ſignificandi à uerbis צָפָה & צָף. Thren.3. Fluctuauerunt aquæ ſuper caput meum.

In tertia cõiugatione הֵצִיף. Deut.11.Qui fluctuare fecit aquas maris iunci ſuper facies eorum. 2.Reg.6. Præcidens lignum proiecit illuc,& fluctuare fecit ferrum.

INDE NOMINA:

צָפָה Fluctuatio,fluctus,fluor. Et cum affixo צָפָתְךָ. Ezech.32. Et irrigabo terram fluctuatione tui,de ſanguine tuo ad montes.

צוּף Fluctuatio,fluctus,fluor.Prouer.16. Fluor mellis ſermones iucunditatis. Et plu-
1312 raliter צוּפִים. Pſal.19.Et dulciora melle,& fauo fluorum,id eſt,fauo fluido.

**צוק** In prima coniugatione,quando regit poſt ſe accuſatiuum, ſignificat cogere,impellere,cõpellere, coartare,premere.Iud.14.Et indicauit ei,quia coegerat eum. Deinde ſecundum præpoſitionem, in, uel ex, uel alias circumſtantias uertere licebit, pro intorquere uel extorquere, imprimere uel exprimere, uel ſimpliciter torquere ſeu premere,ſicut exempla ſubſcripta docebũt.Iob 32. Quoniam plenus ſum uerborum, torquet me ſpiritus uentris mei. Pſal.41. Verbum Beliaal detorqueatur in eum.Iob 29.Et petra extorqueret apud me riuos olei. Ieſa.26. Iehoua in anguſtia requiſiuerunt te,extorſerunt orationem,cùm caſtigatio tua illis eſſet.Iob 28.Ferrum de terra ſumitur,& è lapide extorquetur æs,ſcilicet igni.

In tertia coniugatione הֵצִיק, preſſuram fecit ſeu intulit.Iudi.16. Et factum eſt,ꝙ preſſuram faceret illi uerbis ſuis. Deut.28.In obſidione & preſſura, quibus preſſuram faciet tibi inimicus tuus.Ieſa.29.Preſſuram faciam Arieli.Iere.19.In obſidione & preſſura,quibus preſſuram inferent illis inimici eorum.

Participium præſens מֵצִיק. Ieſaię 51.Propter ardorem,preſſuram facientis. Et pluraliter מְצִיקִים. Ieſa.29.Et preſſuras facientium ei.

INDE NOMINA:

צוֹק Preſſura.Dan.9.Et in preſſura temporum.

צוּקָה Preſſura.Prou.1.Cùm uenerit ſuper uos anguſtia & preſſura.Ieſa.8.Caligo & preſſura.& cap.30.In terra anguſtiæ & preſſuræ.

Preſſu-

מוּצָק Preſſura.Ieſa.8.Quoniam non eſt laſſitudo ad hanc preſſuram,quæ erit ei.
מָצוֹק Preſſura.Deuter.28.In obſidione & preſſura.1.Sam.22.Et congregati ſunt ad eum omnes uiri preſſuræ.Pſal.119.Anguſtia & preſſura inuenerunt me.
מְצוּקָה Preſſura.Iob 15.Terrebunt eum anguſtia,& preſſura.Zophon.1.Dies anguſtię,& preſſuræ. Et pluraliter מְצוּקוֹת. Pſa.25.Ex preſſuris meis eduxit me.Pſal.107.Ex preſſuris eorum liberauit illos.
צִינֹק Interpoſita litera nun,uinculi genus,à conſtringendo ſeu coartã do,quod alij trun cum,alij carcerẽ,alij manicas ferreas interpretantur.Ego Cippum. Et uidetur non
1313 multũ abludere à nomine יָקִים. Legitur tantũ ſemel Iere.29.Et pones eũ in Cippũ.

צוּר Quando regit poſt ſe accuſatiuum,tũm actiuè ſignificat concludere, cõcluden do premere,coartare,angere,coanguſtare,obſidere,conſtringere:congruitq́; ſi gnificatione cum uerbis צָרַר & אָצַר מָצַר יָצַר בָּצַר זָרַר, niſi q ut forma,ita modo ſi gnificandi inter ſe diſcrepẽt.Deut.14.Et dabis pro ea argentũ,& colligabis argen tum in manu tua.2.Reg.12.Aſcendens ſcriba regis,& ſacerdos magnus contraxe runt ac numerauerunt argentũ.Exod.23.Et coartabo coartatores tuos.Deut.2. Et cùm appropinquaueris ad filios Ammon,ne coanguſtes eos.Ieſa.11.Et Iehuda nõ anget Ephraim. Cantic. 8. Si eſt ianua,compingemus ſuper eam tabulas cedrinas. Pſal.139.Retrò & antè compegiſti me,& poſuiſti ſuper me manum tuam.

Deinde conſtructum cũ עַל ſignificat Hebræis cingere obſidionẽ, ſcilicet agge ribus,uallis,foſſatis,& id genus alijs munitionibus.Deut.20.Et ſi ciuitas illa nõ fe cerit tecum pacem,ſed bellum fecerit,cinges obſidionẽ contra eam.2.Sam.11. Va ſtauerunt filios Ammon,& obſidionem cinxerunt contra Rabba.2.Sam.20.Et ue nientes,obſidionẽ cinxerũt contra eum in Abel.2.Reg.16.Et obſidionẽ cinxerũt contra Achaz,uerũ nõ potuerũt expugnare.Ieſ.29.Et cingam cõtra te ſtationem.

Similiter quando cũ אֶל conſtruitur.Deut.20.Cùm obſidionẽ cinges contra ciuitatem aliquam multis diebus,&c.

Participium præſens,ſeu nomen participiale צָר, qui ſe opponit alicui,ut angat, anguſtator,aduerſarius, oppugnator, hoſtis. Eſther 6. Quoniam aduerſarius non perpendit damnum regis. Iob 16. Aduerſarius meus acuit oculos ſuos in me. Et pluraliter צָרִים. Iud.9.Et ecce ipſi obſidione cingunt ciuitatem contra te.1.Reg.15. Nadab & cunctus Iſrael oppugnabãt Gibethon.Eſther 8. Qui angebãt ipſos,tam paruulos quàm mulieres.Eſdræ 4.Audiuerunt aduerſarij Iudæ & Beniamin. Et in genere fœminino צָרָה,aduerſaria,aduerſatrix,quæ ſe opponit,& alteram angit. 1.Sam.1.Et irritauit eam aduerſaria eius irritatione.

In ſecunda coniugatione legitur participium præteritum, pluralis numeri,maſculini generis מְצֹרָרִים. Ioſue 9.Et utres uini ueteres,& laceratos,& conſutos.

In tertia coniugatione צִיֵּר, coartauit,compreſſit,concluſit,compegit.Deut.2. Ne coanguſtes Moabitas.1.Reg.7.Et cõpegit duas colũnas æreas. Et quãdoq; conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed.Ier.10. Et anguſtiam faciam eis. 2 Para.28.Et uenit ad eum Tiglathpinezer rex Aſſur,& faciebat anguſtiam ei,ſed tamen non præualuit ei.Et iterum:Et in tempore anguſtiam faciendi ei, id eſt quo angebat eum. Et cum prępoſitione עַל. 1.Reg.20.Et aſcendens obſidionem cin gebat contra Samariam,pugnauitq́; contra eam.

INDE NOMINA:

צָר Aduerſarius,coartator.Vide ſuprà in participio primæ coniugationis.
צַר Arctum,anguſtum, nomen maſculini generis. Pſal.4.In anguſto,latitudinem feciſti mihi.Hanc uerborũ antitheſin Paulus ſępenumerò imitatus eſt:ut 2.Corinth. 8.Non enim ut alijs ſit relaxatio, uobis autem anguſtia.ubi tamẽ ad anguſtiam rei familiaris tranſtulit.Item 2.Theſſal.1. Siquidem iuſtum eſt apud deum,reddere ijs qui affligunt uos, afflictionem:& uobis qui affligimini, relaxationem nobiſcum. Et 2.Corinthiorum 6.Os noſtrum apertum eſt erga uos Corinthij,cor noſtrum dilatatum eſt,non eſtis anguſti in nobis,ſed anguſti eſtis in uiſceribus ueſtris,&c.

Legitur etiam adiectiuè.Numeri 22.Stetit in loco anguſto,ubi non erat iterum

ad

ad diuertendum. 2. Reg. 6. Ecce locus in quo nos habitamus, apud te anguſtus eſt pro nobis. Et in genere fœminino צָרָה. Prou. 23. Et ciſterna anguſta eſt aliena.

צָרָה Anguſtia, preſſura, anxietas, coartatio, angſt. 1. Sam. 20. Qui eripuit me ex omni anguſtia. In ſtatu regiminis צָרַת. Gen. 42. Vidimus anguſtiam animæ eius dum ſupplicaret apud nos. Nehem. 9. In anguſtia magna ſumus. Et cum affixis. Gen. 35. In die anguſtiæ meæ. Iud. 10. Seruabit uos in tempore anguſtiæ ueſtræ. Et pluraliter צָרוֹת. 1. Sam. 10. Qui erat ſeruator noſter ab omnibus malis noſtris, & anguſtijs noſtris. Pſal. 25. Anguſtiæ cordis mei dilatatæ ſunt. Deut. 31. Et cũ inuenerint eum mala & anguſtiæ.

צָרָתָה Anguſtia. Pſal. 120. Ad Iehoua, cùm eſſet mihi anguſtia, clamaui, & exaudiuit me.

צַר Petra, ſ. anguſta & acuta. Ieſa. 5. Vngulæ equorum eius quaſi petra reputatæ ſunt. Poteſt etiam referri ad thema צָרַר.

צֹר Petra, ſcilicet acuta. Exod. 4. Et accepit Zippora petram, & præcidit præputium filij ſui, id eſt, aciem ſeu cultrum acutum. Ezech. 3. Sicut adamantem, qui durior petra eſt, dedi frontem tuam.

צוּר Petra. Exod. 17. Ecce ego ſto coram te ſuper petra, quæ eſt in Horeb, & percuties petram, & egredientur aquæ ex ea. & cap. 33. Siſte te ad petram. Pſal. 89. Auertiſti petram gladij, i. aciem. Trãſfertur etiam ad rem, quæ ſui conditione ſicca, ſterilis & infœcunda eſt. Ieſa. 51. Reſpicite ad petram unde exciſi eſtis, &c. De Abrahamo nunc centenario dicit, qui ut petra nullum ſemen, & fructum facit. Porrò de re etiam aliqua dicitur ſuper qua quis fidit & nititur, ut ſunt diuitiæ, potentia, ſapientia, &c. Pſal. 49. Mane etiam petra ipſorum inueteraſcet, i. fiducia, ſeu res in quibus fiduciam ſuam collocant: Similiter deo attribuitur, in quo contra omnes aduerſitates & iniurias hoſtium tuti conſiſtimus. Deu. 32. Ipſe eſt petra, integrũ eſt opus eius. Et iterum: Niſi petra ipſorum uendidiſſet eos. Et mox iterum: Et dicetur, ubi dij ipſorum, petra in qua ſperauerunt. 1. Reg. 2. Et non eſt petra, ſicut Deus noſter.
Et pluraliter צֻרִים. Num. 23. Quoniam de ſummitate petrarũ uidebo eum. Pſal. 88. Secuit petras in deſerto & potauit. Ioſue 5. Fac tibi cultros petrarum, & circuncide filios Iſrael denuò, id eſt, cultros acierum ſeu in petra acutos, cultros cotium ſeu ſilicum. ſicut ſuprà ex Pſal. 89. Auertiſti petram gladij, id eſt, aciem. Item 2. Sa. 2. Et uocatus eſt locus ille ager petrarum, id eſt, fortium contra impetum ſtantium.
In ſtatu regiminis צוּרֵי. 1. Sam. 24. Vt quęrerent Dauidẽ, & uiros ipſius ſuper ſuperficiebus petrarum ibicum. Legitur tamen etiã forma fœminea צוּרוֹת. Iob 28. Ex petris riuos elicit, & omne precioſum uidet oculus eius.

צוֹר Tyrus, celeberrima urbs Phœnicię, ideo ſic dicta, quòd in petra fuerit extructa, atque inſtar promontorij mari & tempeſtatibus maris fuerit oppoſita. 2. Sam. 24. Et uenerunt ad munitionem Tyri. Zach. 9. Et ædificauit Tyrus munitionem ſibi.

צוּרָה Figura, forma ſcilicet impreſſa, exemplar. Ezech. 43. Exemplar domus. Et iterum: Omnem figuram eius. Pſal. 49. Et figura eorum. Et pluraliter צוּרוֹת. Ezech. 43. Et omnes figuras eius.

מָצוֹר Obſidio, munitio, propugnaculum. Deut. 20. Nunquid homo eſt arbor agri, ut eat ante te in munitionem. Et iterum: Vt extruas propugnaculum contra ciuitatem. 2. Reg. 24. Et uenerunt ad ciuitatẽ cum munitione. Ezech. 4. Et ponet contra eam obſidionem. Micheæ 5. Obſidionem poſuit contra nos. Iere. 52. Et uenit ciuitas in obſidionem, id eſt, obſeſſa eſt. Ponitur quoq; per paronomaſian pro מִצְרַיִם Ægypto, ab arcibus, ciuitatibus, & munitionibus, quas ubiq; ad aquas habuit munitiſſimas. 2. Reg. 19. Ego ſedi & bibi aquas alienas, & ſiccaui plantis meis omnes riuos Ægypti, q. d. munitiſſima. Ieſ. 19. Et exaruerunt riui Ægypti. Et in genere fœminino מְצוּרָה. Nahum 2. Aſcendam diſſipator ſuper ſuperficiem tuam, ut clàm obſeruet munitionem. Et pluraliter מְצֻרוֹת. 2. Paral. 11. Ædificauit ciuitates munitionum. Ieſaiæ 29. Erigam contra te aggeres munitionum.

צַוָּאר Collum, à robore & firmitudine. Ieremiæ 28. Et tulit Canania propheta catenam de collo Ieremiæ. Et iterum: Iugum ferreum poſui ſuper collum omnium gẽtium.

Cantic.

Canticorum 4. Sicut turris Dauidis collum tuum. Et ſine aleph. Nehemiæ 3. Et magnifici eorum non præbuerunt collum ſuum ad opus ſuſtẽtatoris ſui. Et pluraliter in ſtatu regiminis & affixorum צַוְּארֵי. Ioſue 10. Super colla regum. Iud. 8. In collis camelorũ illorum. Gen. 45. Et ruit ſuper colla Beniamin, & fleuit ſuper collis eius. Vult ſignificare geſtum lætitiæ, quæ obruit totum collum ipſius. Legitur etiã forma fœminea צַוְּארוֹת. Micheæ 2. Vnde non poteritis ſubducere colla ueſtra.

צַוְּרֹנִים Colla. Cantic. 4. Per unum torquem collorum tuorum.

צִיר Cardo, locus arctus, & anguſtus, in quo ianua uoluitur. Prou. 26. Sicut ianua uertitꝰ ſuper cardine ſuo, ita piger ſuper reclinatorio ſuo. Item legatus hoc nomine dicitur, ſuper quo ceu cardine negotium uoluitur. Prouerbiorum 25. Sicut frigus niuis tempore meſſis, ita legatus fidelis mittentibus eum. Iere. 49. Legatus ad gentes miſſus eſt. Et pluraliter צִירִים. Ieſa. 18. Mittens per mare legatos. Legitur etiam ſignificatione ſimplici. Ieſ. 13. Anguſtiæ, & funes apprehendent eos. & cap. 21. Anguſtiæ apprehenderũt me, ſicut anguſtiæ parturiẽtis. Et figuratè pro cardinibus ſeu uertebris, in quibus iuncturæ uoluuntur. 1. Sam. 4. Et incuruauit ſe, & peperit, quia luxatæ erant ſuper ea uertebræ. Dan. 10. Luxati ſunt cardines mei ſuper me, id eſt, uertebrę, ſeu coxendices. Eſt iſto nomine idola dicunꝰ, eò ꝙ anguſtiã conſcientijs pariant. Ieſ. 45. Abierũt in ignominia fabricatores anguſtiarũ, id eſt, idolorum.

INDE VERBVM,

הִצְטַיֵּר Quartæ coniugationis, legatum ſe fecit, ſeu ſimulauit. Ioſue 9. Et abeuntes ſimulauerunt ſe legatos.

1314

## צחח

Candidus, nitidus, limpidus fuit: cõgruit ſignificatione cũ uerbo צָחָה, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Thren. 4. Candidiores fuerunt lacte.

INDE NOMINA:

צַח Candidus, nitidus, limpidus. Cantic. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Ieſaię 18. Sicut calor limpidus ſuper pluuia, ſcilicet ab effectu qui exiccat & glabriciẽ ſeu caluitiem facit, nec ſinit pluuiam humectare terram. Ierem. 4. Ventus limpidus in excelſis per deſertum, id eſt, non humectans. Et in genere fœminino pluraliter צַחוֹת. Ieſaiæ 32. Et lingua balborum feſtinabit lo qui clara.

צִחֶה Limpidus, id eſt, aridus. Et in ſtatu regiminis צְחֵה. Ieſa. 5. Et multitudo eius limpida ſiti, id eſt, arida.

צְחִיחַ Limpiditas. Ezech. 24. Quoniam ſanguis eius in medio eius fuit, ſuper limpiditatem rupis poſuit eum. Et iterum: Dedi ſanguinem eius ſuper limpiditatem rupis.

Et cum he motum ad locum importante צְחִיחָה. Pſal. 68. Et defectores cohabitando recipiunt ſe in limpiditatẽ, id eſt, locum aridũ, & ſiccũ, ubi eſt caluities, non herbæ, nec gramina, nec ſementa creſcunt, quæ terram operiant. Et pluraliter צְחִיחִים. Nehem. 4. Et conſtitui infernè locum poſt murum in limpiditates.

צַחְצָחוֹת Limpiditates. Ieſaiæ 58. Et ſatiabit in limpiditatibus animam meam, id eſt, locis aridis & glabris.

מֵצַח Frons, à glabricie: ſed de hoc uide ſuo in loco.

1315

## צַחֲנָה

Fœtor. Ioel. 2. Et aſcendet putredo eius, & aſcendet fœtor eius. Arbitror autem cognationem habere cum uerbo נָצַח, tranſpoſitione facta literarũ: fœtor enim ut res uehemens urget & contendit in altum: & eſt contrarium uerbo צָחָה.

1316

## צָחַק

Congruit ſignificatione cũ uerbo שָׂחַק, atꝗ etiam modo ſignificandi cum שָׂחַק: ſignificat enim alleuiationem in animo hilari, qui in riſum ſoluitur: ideo uerbo ridendi Hieronymus & reliqui uerterunt. Gen. 17. Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit, dixitꝗ in corde ſuo, an filio centum annorum naſcetur, & cum Sara, an filia ſeptuaginta annorum pariet? dixitꝗ Abraham ad Deum: utinam Iſmael uiueret coram te: & dixit deus, uerumtamen Sara uxor tua parit tibi filium, & uocabis nomen eius יִצְחָק. Ad hunc locum reſpiciens Chriſtus, uerbũ hoc gaudẽdi exponit Ioan. 8. Abraham pater ueſter exultauit ut uideret diem meum, uidit & gauiſus eſt. Eſt autem uerbum hoc iſto loco nõ dubitantis, ſed admirãtis exuberãtisꝗ

gaudij,ſicut & à Paulo Rom.4. & Hebræ.cap.11.utriuſq;,& Abrahæ & Saræ fides celebratur.Item Gen.18.Et riſit Sara intra ſe. Et iterum: Negauit Sara, dicens,non riſi,ſed timui:& ille dixit,non,ſed riſiſti.Gen.21.Omnis audiens ridebit mihi.

In ſecunda coniugatione צִחֵק, luſit: & eſt μῖσον. Iud.16. Et uocauerunt Simſoni de domo uinctorum, & luſit coram ipſis. ubi prius uerbum ſin habet ſiniſtrum,& alterum zade.Gen.39. Ecce adduxit nobis uirum Hebræum, ad illudẽdum nobis: Exod.32.Et ſedit populus ut comederet & biberet,& ſurrexerunt ad ludendum.

Participium præſens מְצַחֵק. Gen.19. Sed fuit uelut ludens in oculis generorum ſuorum.& cap.21.Et uidit Sara filium Agar Ægyptię,quem genuit ipſi Abrahę ludentem. cap.26. Et proſpexit Abimelech rex Philiſtæorum per feneſtram,& ecce Izhak ludebat cum Ribka uxore ſua.

INDE NOMINA:

צְחֹק Riſus.Gen.21.Riſum fecit mihi deus.Ezech.23. Et eris in riſum,& ſubſannationẽ.

יִצְחָק Nomen proprium filij Abrahę, quem ex Sara ſuſcepit, à riſu ſeu gaudio,ut ſuprà in uerbo ex Gen.17.& 18. Legiẽ quoq; יִשְׂחָק. Amos 7. Et deſolabunẽ excelſa Iſak.

1317 צחר Et in diſtinctione ſententiæ צָחֹר, nitidus,ſplẽdidus,lucidus.Et uidetur mihi cõgruentiã habere ſignificatione cũ nomine שַׁחַר, id eſt, aurora. Significat enim talem candorẽ,qui ſimul nitet,& lucet.Ezech.27.Cũ uino Helbon & lana nitida:

צְחֹרִים Nomen pluralis numeri tantùm.Iud.5.Vehentes ſuper aſinabus nitidis, ſeu ſplendidis.

1318 ציה Siccitas,quæ prouenit ex æſtu, & ardore ſolis:ideo cognationem habere uideẽ cũ uerbis צוה & יָצָא נָצָה.Iob 24. Siccitas & æſtus rapiunt aquas niuis. cap.30. In defectu & fame fugiebant ſolitarij in ſiccitatem. Pſal.62. In terra ſiccitatis, & laſſa ſine aquis.Pſal.78.Vt amaricarent Altiſſimum in ſiccitate.Pſal.108.& Ieſa.41: Et terram ſiccitatis in ſcaturigines aquarum.Ieſaię 35.Gaudebunt deſertum & ſiccum.& cap.53. Et ſicut radix de terra ſiccitatis. Iere. 50. Ecce poſtremum gentium deſertũ,ſiccitas & ſolitudo.Ezech.19.In terra ſiccitatis & ſitis. Et pluraliter צִיּוֹת. Pſal.105.Abierunt in ſiccitatibus flumina:

צִי Nauis:quia eſt pars ſicca,& ceu inſula in mari.Nã eadem ſignificatione nauis, qua אִי inſula, at non eadem ratione dicitur: illud enim inſulam à natando,hoc nauem à ſiccitate in mari denotat. Ieſa. 33. Et nauis grandis non tranſibit illum. Et pluraliter צִיִּים. Ieſaiæ 23.Aſſur fundauit eam nauibus.Dan.11. Venient contra eum naues ex Cithim. Legitur tamen bis ſimplici iod צִים: Num.25.Et naues de littore Macedoniæ.& Ezech.30.Egrediẽtur nuncij à facie mea in nauibus. Et tranſumptiuè ſeu ſynecdochicè uſurpatur צִיִּים pro hominibus, qui ſicca loca inhabitant: Pſal.72.Coram ipſo curuabũt ſe Zijm.& Pſal.72. Das illum eſcam, populo Zijm: ut ſit appoſitio:uel ſic,populo nauium,ſeu ſiccitatum. Sumitur tamen etiam pro animalibus terreſtribus in ſiccitatibus.Ieſa.13.Et cubabunt ibi Zijm. & cap.34. Et occurrent Zijm cum Iim. Iere.50.Propterea habitabunt Zijm cum Iim.Et hoc nomen arbitror in Apocalypſi cap.18.uerſum pro ſpiritibus immundis.

צָיוֹן Siccitas.Ieſ.25.Sicut æſtus in ſiccitate.& cap.32. Sicut diuiſiões aquarũ in ſiccitate:

צִיּוּן Signum.2.Reg.23.Quid ſignũ illud,quod ego uideo. Ezech.39. Et uidebit os hominis,& ædificabit iuxta illud ſignum donec ſepeliant ipſum ſepelitores. Et pluraliter צִיֻּנִים. Ieremiæ 31.Conſtitue tibi ſigna.

צִיּוֹן Nomen montis, in cuius uertice erat arx conſtructa, quæ à Dauide capta, ciuitas Dauidis eſt uocata, 2. Sam.5. Deinde in latere montis Aquilonari erat templũ; ſicut Pſal.49.teſtatur:Pulcher ſurculus gaudium totius terræ mons Zion,ad latera Aquilonis,ciuitas regis magni,&c.

1319 ציץ Floruit, effloruit, erupit in florem, uel quid aliud ſimile:ac cõgruit ſignificatione cum uerbis צִיץ & נָצָה נָצָא יָצָא בָּצַץ נוּץ אוּץ, niſi q; ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Legitur in prima coniugatione & uoce actiua tantum.Ezech.7.Floruit uirga,germinauit ſuperbia.

In tertia coniugatione הֵצִיץ. Num.17.Et floruit flos.Pſ.22.Et florebũt è ciuitate

ſi-

ſicut gramē terræ.Pſal.90.Manè floret,& præterit.Pſal.102.Et floruerunt omnes operatores concupiſcentiæ.Pſ.132.Et ſuper ipſo florebit diadema eius.

Participium præſens מֵצִיץ. Canticorum 2.Proſpiciens per cācellos. ubi ad uirtutis uiſiuæ eruptionem transfertur.

INDE NOMINA:

צִיץ Flos,ſcilicet ex folliculo enatus.Num.17.Et effloruit flos.Ieſaiæ 40.Et omnis gratia eius ſicut flos agri. Itē ala in uolucre plumata.Ieremiæ 48.Date alam Moab, ut auolando egrediatur. Et pluraliter צִיצִים. 1.Regum 6.Et cælaturæ florum.

Et in forma fœminea צִיצָה, quod in ſtatu regiminis צִיצַת legitur.Ieſaiæ 28.Eritq; flos marcidus.

צִיצִת Flos ſeu pluma capitis,id eſt,cincinnus ſeu capillitiū.Ezech. 8.Et apprehēdit me capillitio capitis mei. Item ornamentum capitis in modū floris.Græcus uertit πέταλον,id eſt,folium.Latina editio uertit laminam.Exod.28.Et facies coronam de auro puriſſimo.Nā ibidem & capite ſequenti uocat diadema ſanctitatis. Vſurpatur etiā pro fimbria ueſtimenti,hoc eſt,filis ex nodo egredietibus.Num.15. Et faciant ſibi fimbriam in angulis ueſtimentorū. Nunc uerò Iudęi fila numero octo ex lana contexta,quatuor angulis certa quadam lege in panno quadrangulari,quem טַלִּית appellant,uinciunt,eaq; hoc nomine uocant.

1320 צִית Differt tantū forma,non ſignificatione à uerbo יָצַת, quod inflammare, ſuccendere ſignificat. Legitur tantū ſemel, & in tertia cōiugatione הִצִּית, Ieſaiæ 27.Transgrediar in eam,& ſuccendam eam ſimul.

1321 צָלַל Obtectus eſt defenſionis cauſa,obmunitus eſt,adobumbratus tegumento,occluſus eſt,qđ fit applicatione alicuius rei.Idcirco à uerbis צָלָה & אָצַל בָּצַל modo tantū ſignificandi differt.Nehem.13.Et factū eſt,cū obtegēdæ eſſent portæ Ieruſalem ante ſabbathum, dixi & clauſæ ſunt ualuæ,& dixi,quòd non aperirent eas uſq; poſt ſabbathum,id eſt occludendæ eſſent.Exod.15.Operuit eos mare,occluſi ſunt uelut plumbum in aquas ualidiſſimas,i.demerſi ad fundum.Habakuk 3.Ad uocem occluſa ſunt labia mea,ne ſcilicet potuerim eloqui.

In uoce paſſiua נִצַּל.Ieremiæ 19.Ecce ego adduco malum ſuper locum iſtum, quod qui audierint,occludentur aures eius.

In ſecunda coniugatione צִלֵּל.1.Sam.3.Ecce ego facio rem in Iſrael,quam qui audierit,occludentur aures eius.Alij uerbo tinniendi reddiderunt.

In tertia coniugatione legitur tantùm participium præſens מֵצַל.Ezech.31.Et fronde obumbrante ſeu obtegente.

INDE NOMINA:

צֵל Vmbra,eò q iuxta corpus ſit,& obtegat,tegumentum,protectio,munitio. Gen. 19.Propterea ingreſſi ſunt in umbram contignationis meæ.Iud.9.Vmbram montium tu uides.Iob 8.Quia umbra dies noſtri ſuper terra.Pſal.36.In umbra alarum tuarum protectionem quęrent.Eccl.7.Quia in protectione ſapientię eſt in protectione argenti,id eſt,ſimiliter protegunt ſapientia,& argentum. In ſtatu affixorum tranſponit punctulum de zere in literam lamed,ut fiat daggeſſata,iſtoq; dagges indicetur defectus literę geminatę.Pſal.80.Operti ſunt montes umbra eius. Pſal.121.Iehoua umbra tua iuxta manum dextrę tuę.Num.14.Diſceſſit umbra eorum ab illis,ſed Iehoua nobiſcum eſt,id eſt protectio eorum.

צֶלֶל Vmbra. Et cum affixo mutat prius ſęgol in hirik,& alterum in ſeua.Iob 40.Operiunt eum umbracula umbrę eius. Et pluraliter צְלָלִים. Canticorum 2.Et aufugerint umbrę. Et in ſtatu regiminis צִלְלֵי.Ier.6.Et inclinantur umbrę ueſtrę.

צִלְצַל Vmbra.Ieſaię 18.Vę terræ,umbrę alarum.Iob 40.Aut cum fiſcella piſcator caput eius. Et dicitur hoc nomine fiſcella,eò quòd demergatur in profundum.

צֶאֱלִים Vmbracula,umbroſitates.Iob 40.Sub umbraculis cubat,operiunt eum umbracula umbræ ſuæ.

צְלִיל Torta,panis ſub cineres ſeu carbones coctus.Iud.7.Et ecce torta,panis hordeorū uoluebat ſe in caſtra Midian.

צְלָצַל Cicadæ ſeu locuſtæ ſpecies, quæ uolatu ſuo umbram obducit, uel terram occupat, aut ſtrepitu obtundit. Deuteronom. 28. Omnes arbores tuas, & fructus terræ tuæ exterminabit locuſta.

צֶלְצְלִים Inſtrumenta muſicalia, quæ alijs inſtrumentis adhibita, obſtrepunt, & ſuo ſtrepitu obthurant. Poteris uertere iuxta Hieronymi uerſionē, tintinabula ſeu cymbala. 2. Sam. 6. In tympanis & in ſiſtris, & in cymbalis. In ſtatu regiminis צִלְצְלֵי. Pſal. 150. Laudate eum in cymbalis auditus, laudate eum in cymbalis iubilationis.

מְצִלְתַּיִם Formam habet dualis numeri, Cymbala. 1. Paral. 13. Et in tympanis & in cymbalis. & cap. 15. Et in cymbalis æris.

צוּלָה Profunditas, quæ ſcilicet aquis obtecta, & obumbrata eſt. Etſi forma uideatur eſſe deriuatiuum à uerbo צלל, tamen, quia uerbo caret, libuit huc adſcribere. Legitur Ieſ. 44. Qui dico profunditati, exiccare.

מְצוּלָה Profunditas: ſimili ratione dicta, qua nomē צוּלָה. Pſal. 69. Et demerſus ſum in cœno profunditatis. Pſal. 107. Et mirabilia eius in profunditate. Ionæ 2. Proiecisti me in profundū. Et cum kybutz loco ſchurek daggeſſato lamed מְצֻלָּה. Zach. 1. Et ſtabat inter myrtos, quæ erant in profunditate. Et pluraliter מְצֻלוֹת. Pſalm. 68. De profunditatibus maris. Legitur tamen frequentiùs מְצוֹלוֹת. Exod. 15. Nehe. 9. & Pſal. 88. Et deſcenderunt in profunda ſicut lapis.

צֶלֶם Significat imaginē alterius rei primariæ, quaſi umbrā ſeu adumbrationē corporis ſeu rei primariæ, ein ebenbild oder nachbild. Gen. 1. Et creauit Deus hominem in imagine ſua, in imagine dei creauit illum. & cap. 9. Effundens ſanguinem hominis, per hominem ſanguis eius effundetur, quoniā in imagine dei fecit hominem.

Deinde etiam alia quadā ratione ponitur pro umbra, eò quòd umbra eſt imago corporis. Pſal. 39. Equidem in imagine ambulat uir. In ſtatu affixorū mutat prius ſægol in pathah, alterū in ſeua. Gen. 1. Faciemus hominē in imagine noſtra, ſecundum ſimilitudinem noſtram. cap. 5. Genuitq́ in ſimilitudine ſua iuxta imaginem ſuam. Pſalm. 73. Sicut ſomnium ſunt poſt euigilationem, Iehoua in ciuitate imaginem eorū deſpectam facies, id eſt, externam laruam eorum. Et pluraliter צְלָמִים: Et in ſtatu regiminis צַלְמֵי. Num. 33. Et omnes imagines anorum ueſtrorum, & imagines murium ueſtrorū. Ezech. 23. Et uidit uiros pictos in pariete, imagines Chaldæorum pictas minio. Et in ſtatu affixorū. Amos 5. Et portaſtis Siccuth regem ueſtrum, & Kiuun imagines ueſtras. 2. Reg. 11. Et imagines eius cōfregerunt bellè.

צַלְמוֹן Nomen montis non procul à Sichem urbe diſſiti, ab umbroſitate arborum ſic dicti: unde apparet etiam eſſe deductum ab iſto themate. Iud. 9. Et aſcendit Abimelech in montem Zalmon, ipſe & cunctus populus, qui ſecum erat, accepitq́ ſecures in manum ſuam, & ſuccidit denſos ramos arborum, &c. Et Pſal. 68. transfert obſcuritatem huius montis ad horribilem animi dubitationem, caliginem mentis, ignorationes dei, cùm inquit: Cùm expandit omnipotens reges ſuper ea, candefiet in Zalmon. Et loquitur de diuulgatione Euāgelij & luce eius, ad quā ceſſabunt tenebrę & dubitationes de Deo, &c.

צַלְמָוֶת Dictio eſt compoſita ex צֵל umbra, & מָוֶת mors: dicitur autem de illa umbra, qua oculi morientium hominum occupantur, quæ equidem triſtiſſima eſt, & porta ad mortem & inferos. Iob 10. Antequàm uadam & non reuertar ad terrā obſcuritatis, & umbræ mortis. Et iterum: In caligine umbræ mortis. cap. 12. Et educit in lucem umbram mortis. & cap. 16. Et ſuper palpebris meis umbra mortis. & cap. 38. Nunquid reuelatæ ſunt tibi portæ mortis, & portas umbræ mortis uidiſti. Pſal. 23. Etiāſi ambulauero in ualle umbræ mortis, non timebo malum.

1322

צָלָה Aſſauit, ſcilicet carnem ad prunas, ſeu ignem. Et congruit ſignificatione cū uerbis קָלָה & אָצַל נָצַל צָלַל צָחַל, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificādi inter ſe differant. Ieſa. 44. Aſſabo carnem & comedam. 1. Sam. 2. Da carnem ad aſſandum ſacerdoti. Ieſaiæ 44. Aſſabit aſſaturam & ſaturabitur.

INDE NOMEN,

צָלִי Aſſum, aſſatura. Ieſa. 44. Aſſabit aſſaturam. Et in ſtatu regiminis mutat cametz in

in ſeua. Exod. 12. Et comedent carnem nocte illa, aſſaturam ignis. Et iterum: Non comedetis ex eo crudum, neq; elixatione elixatum aquis, ſed aſſaturam ignis.

צְלִיל Torta: de pane dicitur. Iud. 5. Et ecce torta, panis hordeorum deuoluebat ſe in caſtra Midian, &c. Sed de hoc ſuprà in themate צָלַל.

1323

צָלַח Generaliter peruadere, pertranſire, perrumpere, idq; liberè & ualidè & ſine impedimento, uim ſuam exerere ſeu exertare ſignificat: & ſignificatione congruit, cum uerbis [illegible] & [illegible], niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Et licet μέσον ſit, tamen ſæpiùs in meliorem partẽ accipitur. Amos 5. Quærite Iehoua, & uiuite, ne fortè proficiat quaſi ignis domus Ioſeph & abſumat, id eſt, ne quando conflagret & comburatur. 1. Samu. 18. Et poſtridiè profecit ſpiritus dei malus in Saule, &c. ut ſcilicet ſine metu, præter omnem æquitatem & iuſtitiam furenter & temerè ferretur, & pro arbitrio contra Dauidem pro regni ſui conſeruatione nihil non attẽtarit & molitus ſit. 1. Sam. 19. Et pertranſiuerunt, ſcilicet feliciter Iordanem ante regem. Numeri 14. Cur ſic tranſgredimini præceptum Iehoua, hoc non proficiet, id eſt, proſperè cedet. Ieſaiæ 54. Omne inſtrumentum paratum contra te non proficiet. Ezechielis 17. Proficiet ne uitis illa? Et mox iterum: Ecce plantata, an proficiet. Ieremiæ 12. Quare uia improborũ profecit. Item cap. 13. Cinctorium non profuit ulli. & cap. 22. Vir ille non proficiet in diebus ſuis, quia non proficiet ut de ſemine ſuo aliquis futurus ſit, qui ſedeat ſuper throno Dauid, &c. Ezechielis 15. Nunquid proderit ad opus aliquod. & cap. 16. Et profeciſti ad regnum, id eſt, euecta es ad regnum. Pſalm. 45. Profice propter uerbum ueritatis. Et Paulus Apoſtolus hoc uerbo ſępè eſt uſus: ut 2. Timoth. 2. Ad maiorem proficient impietatem. & cap. 3. Proficient in peius. Et iterum: Sed non proficient amplius.

Sed hîc quoque phraſis quædam peculiaris obſeruanda eſt: quandocunque hoc uerbum in prima cõiugatione de nomine רוּחַ dicitur, quòd ſignificet, qui tali ſpiritu à Deo ſunt prædití, alium longè, & nouum animum, nempe ſolertem, prudentem, pium, ſanctum, fortem ac heroicum, alioſq; motus præclaros indipiſcantur, & illæ quidem uirtutes ſtatim ſeſe exerant, declarent, perrumpant & peruincant magnanimiter, perficiantur uniuerſa, quæ alioqui cùm ingenij, tum corporis humani uires naturales nõ poſſunt: ut de Simſone, de Saule in regni ſui initio dum in gratia dei exiſteret, de Dauide, de prophetis & Apoſtolis hiſtorię ſacræ teſtant̃.

De Samſone Iud. 14. cũ leonẽ ſibi obuiã factũ intrepidè aggredit̃ & diſcerpit, deinde triginta iuuenes Aſcalonitas interficit. & cap. 15. Ruptis funib. & uinculis maxilla aſini mille uiros proſternit, aliaſq; res egregias, & heroica facta deſignat. De Saule 1. Sam. 10. Quando mulio inter prophetantes ſimul prophetat, & in uirum planè alium & nouũ hominẽ mutatur. Deinde cap. 11. eodẽ ſpiritu agitatus, ciues in Gabes ab Ammonitarum obſidione grauiſſima liberat, & hoſtes magna ſtrage propulſat. De Dauide 1. Sam. 16. Qui in prima ſui unctione ſpiritu dei donatus ſtatim omnes hoſtes fundit & pulcherrimas de Goliad gigante deq; alijs hoſtibus uictorias reportat. Neq; mirũ tibi uideatur, quòd uerbi huius operationem per ſpiritum potiùs ad externam exertationẽ, & uirtutis emanationem refero, quàm ad internam immanentiã: ſiquidem mea ſententia perinde accipienda ſit atq; illa de qua Gen. 2. Et inſlauit in nares eius halitum uiuentem, &c. quæ ſimiliter non eſt intelligenda, quaſi deus inflauerit per nares in hominem iſtum halitum, quòd is ſolùm immaneat, ſed quòd halitus etiam ille per nares egrediatur & expiret, aliaſq; uitales operationes exerat & efficiat. Præterea & hoc eſt dignũ obſeruatu in iſta phraſi, q̃ non temerè præpoſitiones illę עַל & אֶל adiectæ ſint, nimirũ ut oſtendat ſcriptura illum ſpiritũ & eam energiã ſeu uirtutẽ non ipſorũ uiribus eſſe partã, ſed cœlitùs immiſſam & inditam: Ne ſapiẽs in ſapiẽtia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, neq; diues in diuitijs ſuis glorieť: ſed qui gloriať, in Iehoua glorieť. Sed indicabimus iam locos aliquot ſcripturæ, quibus hæc phraſis legitur: Iud. 14. Et ꝓfectus eſt ſuper eam ſpiritus Iehoua, & diſcerpſit illũ, quaſi diſcerpſiſſet hœdum. 1. Samu. 10. Et proficiſceť ſuper te ſpiritus Iehoua, & prophetabis cum illis, & mutaberis in

uirum alium.& cap.11. Et profectus eſt ſpiritus dei ſuper Saul.& cap.16.Et profectus eſt ſpiritus Iehoua in Dauidem.Iſta phraſi uſus eſt etiam Gabriel archangelus Lucę 1.Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,uirtus Altiſſimi obumbrabit tibi. & cap. 24.Ecce ego,inquit Chriſtus,mitto promiſſum patris mei ſuper uos,uos autem ſedete in ciuitate Ieruſalem, quouſque induamini uirtute ex alto. Similiter Actorum 1. Et accipietis uirtutē poſteaquàm ſpiritus ſanctus aduenerit ſuper uos, &c. Et Paulus Apoſtolus 1. Corinth. 15. Et gratia dei quæ profecta eſt in me, non fuit inanis.Et cùm ad Coloſ. 1. ſcribit: Ad quod ego etiam annitor decertans ſecūdum efficaciam eius agentem in me per uirtutem,&c.etiam ad illam ſpiritus efficaciam & operationem reſpexit, ſimulatq; uerbi huius ſignificationē expreſſit. Cæterùm in quo hoc uerbum in iſta phraſi à uerbo פָּעַם in ſimili propemodum phraſi uſitato differat,in radice פָּעַם cognoſces.

In tertia coniugatione הִצְלִיחַ,& quando poſt ſe regit accuſatiuum דֶּרֶךְ,tum ponitur tranſitiuè.Geneſis 24.Iehoua proficiet uiam tuam, id eſt,fortunabit. Ieſaiæ 48. Vocaui eum,adducam eum,& fortunabo uiā eius. Deut. 28. Neq; fortunabis uias tuas.Ioſue 1. Tunc fortunabis uiam tuam. At extra regimen uſurpatur neutraliter.Nehemię 1.Et concede profectum ſeruo tuo,id eſt,fortunam.cap.2.Deus cœli concedet fortunam nobis.Iere.2.Quoniam reiecit Iehoua cōfidentias tuas,ut nō poſſis habere fortunam ab illis.Pſal.1.Quodcunq; faciet,proficiet.1.Paral. 22. Erit Iehoua tecum,& proficies,& ædificabis domum Iehoua deo tuo.2. Paral.32. Ezechias profecit in omnibus operibus ſuis. Prou. 28. Qui celat iniquitates ſuas, non proficiet.Pſal.118.Euge Iehoua profice obſecro.Sic Lucas de Chriſto: Et Ieſus proficiebat ſapientia & ętate, & gratia apud Deū atq; homines.Et Ioannes in Canonica ſua tertia:Dilecte de omnibus opto, ut εὐοδοῦσθαι proſperè agant, & rectè ualeant,ſicut εὐοδοῦται proſperè agit anima tua.

Participium præſens מַצְלִיחַ.Gen.24.Fortunans uiam meam. Et iterum:Et omnia quæ faciebat Iehoua,proficiebat in manu eius.Pſal.37. Ne incandeſcas in proficientem uiam ſuam.

INDE NOMINA:

צְלֹחִית Frixorium, cui carnes, paſtilli & alia immiſſa,celeriter tranſeunt, friguntur & torrentur.2.Reg.2.Adferte mihi frixorium nouum.

צַלַּחַת Frixoriū.2.Reg.21.Quēadmodū qui defricat frixoriū,& defrixum uertit in faciem eius. Et in diſtinctione ſententiæ צַלָּחַת. Prou.19.& 26. Condit piger manū ſuam in frixoriū,& hanc piget referre ad os ſuū.Eſt aūt ſententia : Citius patiř corrumpi in caldario cibū, quàm ut ſtatim in os regerat: q̄ nimirū quæ friguntur & torrētur, ſtatim incaleſcant,& niſi ſtatim excipiantur,aduſtione diſpereant. Et pluraliter צְלָחוֹת. 2. Paral.35.Et quæ ſanctificata erant,coxerūt in ollis,lebetibus,& frixorijs.

1327 צֵלָע Coſta:& quia coſta eſt in latere,etiā pro latere quolibet,id eſt, re qualibet tranſſumitur,quæ eſt in latere,ſiue ſit tabula,ſiue ualua,ſiue exedra.Gen.2.Et ædificauit Iehoua deus coſtam, quam acceperat de homine in mulierem. Et in ſtatu regiminis mutat zere in ſægol צֶלַע.Exod.26.Et pro latere tabernaculi altero.2.Samuelis 16. Et Simei ibat in latere montis. In ſtatu affixorum mutat zere in pathah,& pathah in ſeua.Exod.25. Et duos circulos iuxta latus eius alterum. Iob 18. Et calamitas ordinata lateri eius. At in diſtinctione ſententiæ צָלַע. 1. Regum 6. Oſtium lateris. Ezech. 41. Et latitudo exedræ quatuor cubiti. Eſt & nomen regionis in terra Beniamin,cuius fit mentio 2.Samuelis 21.

צֶלַע Iſta forma tranſſumitur latus pro claudicatione ſeu lapſu, eò quòd claudicatio ſeu lapſus fiat in alterum latus. Pſalm. 38. Ego autem ad lapſum ordinatus ſum. Et in ſtatu affixorum. Pſalm. 35. Et in lapſu meo lætati ſunt. Ieremiæ 20. Omnes uiri pacis meæ obſeruant lapſum meum. Legitur autem pluraliter duplici forma,maſculina & fœminina.Maſculina צְלָעִים.1.Reg.6.Duas ualuas oſtio uni. Fœminina צְלָעוֹת.1.Regum 6.Et fecit exedras circunquaque.1.Regum 7.Super trabes quæ erat ſuper columnis. Ezech.41. Et exedrarū exedra erga exedram. In ſtatu

re-

regiminis & affixorum צַלְעֹת. Exo.25.Et introduces uectes, in circulos iuxta latẽra arcę. 1. Reg.6. Cum tabulis cedrorum. Et iterum: Cum tabulis fraxinorũ. Gen. 2. Et accepit unam de coſtis eius, & clauſit carnem in locum eius.

INDE

צֹלֵעַ Participium præſens, ſeu nomen participiale, maſculini generis, claudicãs ſeu claudus, qui in alterũ latus labitur. Gen.22. Et ipſe claudicabat ſuper fœmore ſuo. In genere fœminino צֹלֵעָה. Mich.4. Congregabo claudicantem in poſteritatem. Similiter Zoph.3. Et ſaluabo claudicantem, & reiectam colligam.

1324 צמם Congruit ſignificatione cum uerbis צָמָה & מָצַץ צָמַת צָמָא, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Et ex iſta forma legitur tantùm nomen participiale maſculini generis ſingularis numeri צַמִּים, id eſt, ſitibundus, uel exuctor ſeu conſtrictor. Iob 5. Et exhauriet ſitibundus facultatem ipſorum. & cap. 18. Præualebunt contra eum ſitibundus, &c.

1325 צמא Sitiuit: & congruit ſignificatione cum צָמַת, quia ſitis conſtringit, & cum מָצָה, quia ſitiens cupit exugere, & cum צָמַם. Iud.4. Quia ſitio. Pſal. 42. Sitiuit anima mea. Exod.17. Et ſitiuit ibi populus. Ruth 2. Et ſitiueris, ubi tamen formam habet, ac ſi deſcenderet à צָמָה.

Participiũ præſens צָמֵא, ſitiens. Ieſ.44. Effundam aquã ſuper ſitientem. & cap. 55. O omnis ſitiens, uenite ad aquas. Et pluraliter צְמֵאִים. Pſ.107. Famelici & ſitientes. Et in genere fœminino צְמֵאָה. Deut.29. Vt addat ebriam cum ſitiente.

INDE NOMINA:

צָמָא. Sitis. Deut.28. In fame & in ſiti. Iud.15. Et nunc moriar ſiti. Ieſa.5. Et multitudo eius arida ſiti. Amos 8. Et non ſitim ad aquam. In ſtatu affixorum. Pſal.69. Et ad ſitim meam propinabunt mihi acetum. Pſal.104. Frangent feræ ſitim ſuam. ibi ex uerbo frangendi intelligis ſitim, Hebræis dictam à conſtrictione.

צִמְאָה Sitis. Ieremiæ 2. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti.

צִמָּאוֹן De loco ſitibundo dicitur, & ſicco. Deuter. 8. Qui ductor tuus fuit in deſerto magno, & terribili, ſerpens ardens, & ſcorpius, & ſitis ſeu ſiccitas, quæ ſine aqua. quanquàm aliqui uelint ſignificare ſerpentis genus, quem à ſiti dipſadem uocant. Pſal. 107. Ponit flumina in deſertum, & ſcaturigines aquarum in ſitim, id eſt, ſiccitatem. Ieſa.35. Et factus eſt locus aduſtus in ſtagnũ, & ſiccitas in ſcaturigines aquarum.

1326 צמד Legitur in prima coniugatione tantùm in uoce paſſiua נִצְמַד, & ſignificat coniugari, combinari, unum alteri colligari, duo ſimul coniungi. Num.25. Et coniugatus eſt Iſrael ipſi Baal Peor. Pſal.166. Et coniugati ſunt ipſi Baal Peor. Huc reſpexit Paulus cum dicit 2. Cor.6. Nolite iugum ducere cum infidelibus.

Participium pluralis numeri נִצְמָדִים. Numeri 25. Occidite unuſquiſq; uiros eius qui coniugati ſunt ipſi Baal Peor.

In ſecunda coniugatione legitur tantùm participium præteriti temporis, generis fœminini מְצֻמֶּדֶת. 2. Sam. 20. Et Ioab accinctus erat tunica ueſtimenti ſui, & ſuper illam cingulum gladij coniugati ſuper lumbis eius.

In tertia coniugatione תַּצְמִיד. Pſalm.50. Et lingua tua coniugabit impoſturam, id eſt, concinnabit.

INDE NOMINA:

צֶמֶד Coniugatio, coniugium, iugum, unius ad alterum coniugatio, ſeu copulatio. Latini uerterunt par. Iud.19. Et puer erat cum ipſo, & par aſinorum. 1. Sam. 11. Et tulit par boum & in fruſta cõcidit. Ieſ. 21. Et ecce hîc uenit currus aliquis & par equorum. 2. Reg.5. An non dabitur ſeruo tuo onus paris mulorũ. 1. Sam.14. Quaſi in medio iugero iugi agri. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik, & alterum in ſeua. Iere. 51. Et diſpergam in te agricolam & iugale eius. Et pluraliter צְמָדִים. 1. Reg.10. Et arabat cum duodecim iugis ante ſe. In ſtatu regiminis צִמְדֵי. Ieſaię 5. Quia decem iuga uineæ facient bathum unum.

צָמִיד Coniugatura, colligatura, alligatura. Num.19. Omne uas quod opertum, cui non cõiugatio, id eſt, operculũ quod uaſi colligatũ. In reliquis omnibus ſcripturę locis

 ſigni-

ſignificat colligationem, ſeu ligamentum ad manus uel brachium ornatus gratia, quam Hieronymus uertit armillam. Et arbitror Germanos inde ſumpſiſſe, quòd huiuſmodi colligaturam appellāt lingua ſua ein geſchmeid. Num. 31. Pedale & armillam. Et pluraliter צְמִידִים. Gen. 24. Et duas armillas ſuper manus eius. Ezech. 16. Et dedit armillas ſuper manus tuas.

1328 צמח Succreuit. Gen. 2. Et omnem herbam agri, antequàm ſuccreſceret. Leuit. 13. Sin autem in oculis eius ſteterit macula, & crinis niger ſuccreuerit in ea. Iob 5. Neq; è terra ſuccreſcet afflictio. & cap. 8. Et è puluere alij ſuccreſcent. Ieſaiæ 42. Et noua ego annuncio, antequàm ſuccreſcant, audita faciam uobis. & cap. 44. Et ſuccreſcent quaſi inter herbam. Ezech. 17. Et ſuccreuit & factum eſt in uitem.

Participium præſens צֹמֵחַ. Exod. 10. Et comedet omnem arborem quæ ſuccreſcet in agro. Eccleſ. 2. Ad irrigandum ex eis ſaltum ſuccreſcentem ligna. Et pluraliter in genere fœminino צֹמְחוֹת. Gen. 41. Succreſcentes poſt illas.

In ſecunda coniugatione צִמַּח. Ezech. 16. Et pilus tuus ſuccreuit. Iud. 16. Cœpit capillus capitis eius ad ſuccreſcendum, poſtquàm raſus fuerat. 2. Samu. 10. Et dixit rex, manete in Iericho, donec ſuccreſcat barba ueſtra.

In tertia coniugatione הִצְמִיחַ. Gen. 2. Succreſcere fecit Iehoua deus de terra omnem arborem deſiderabilem aſpectu. & cap. 3. Spinas & tribulos ſuccreſcere faciet tibi. Deut. 29. Neq; ſuccreſcet, neq; aſcendet in ea ulla herba. Ieſa. 55. Et gignere fecerit eam & ſuccreſcere. & cap. 61. Sic ſuſtentator Iehoua ſuccreſcere faciet iuſtitiam & laudem coram omnibus gentibus.

Participium præſens מַצְמִיחַ. Pſal. 104. Qui ſuccreſcere facit herbam in mōtibus. Pſal. 132. Ibi ſuccreſcere faciam cornu Dauid, &c.

INDE NOMEN,

צֶמַח Creſcentia, germen, ſurculus. Geneſ. 19. Et creſcentiam terræ. Ezech. 16. Auctum ſicut creſcentiā agri, poſui te. Oſeæ 8. Creſcentia non faciet farinam. Et cum affixo mutat zere in hirik, & pathah in ſeua. Pſal. 65. Creſcentiæ eius benedices. Ieſ. 61. Sic nanq; terra producit creſcentiā ſuam. Et in ſequētibus locis Chaldęus ubiq; pro eo reddidit מְשִׁיחָא. Ieſ. 4. In die illa erit creſcentia Iehoua in iucunditatem. Iere. 23. Ecce dies uenient, & ſuſcitabo Dauidi creſcētiam iuſtam. & cap. 33. In diebus illis, & in tempore illo ſuccreſcere faciam Dauidi creſcentiam iuſtitiæ. Zach. 3. Ecce ego adduco ſeruum meum creſcentiam. & cap. 6. Ecce uir cuius nomen eſt creſcentia, quæ in loco ſuo ſuccreſcet, & ædificabit templum Iehoua.

1329 צמק Legitur uerbaliter tantùm participium præſens, pluralis numeri צֹמְקִים, & ex nomine eius deprehenditur ſignificatio. Oſeæ 9. Et ubera arentia.

INDE NOMEN,

צִמּוּקִים Vuæ exiccatæ & aridæ, quas nos paſſulas uocamus. 1. Sam. 25. Et centū paſſularū, i. botros ſeu maſſas paſſularū. Legit̃ tamē צִמּוּקִים 2. Sam. 16. Et centū paſſularū.

1330 צמר Lana. Leuit. 13. In ueſte lanæ. Prou. 31. Inquirit lanā & linum. Ieſa. 1. Si rubuerint ut uermiculus, uelut lana erūt. Et in diſtinctione ſentētiæ צָמֶר. 2. Reg. 3. Et centum millia arietū cum lana. Pſal. 147. Qui dat niuem ſicut lanam. Cum affixo mutat prius ſægol in pathah, alterum in ſeua. Oſeæ 2. Qui dant lanam meam.

צַמֶּרֶת Denſitas arboris, ſiue in ſummitate, ſiue in ramis & propaginibus: uel à ſimilitudine lanæ: ſunt enim lanuginoſæ arbores: uel ut ſignificatione congruat cum nomine צֶמֶר. Ezech. 17. Et tulit lanuginem cedri. Et cum affixo mutat prius ſægol in pathah. Ezech. 31. Et inter condenſa fuit lanugo eius.

1331 צמת Conſtrinxit, coartauit, ne poſſit reſpirare aut euadere. Thren. 3. Conſtrinxerunt in ciſternam animam meam.

In uoce paſſiua נִצְמַת. Iob 23. Quia nō cōſtrictus ſum ab obſcuritate. Iob 6. Tempore quo adurentur, cōſtringentur: & quādo incaluerint, extinguent̃ de loco ſuo.

In ſecunda coniugatione geminata ultima litera צִמְּתַת. Pſal. 88. Terrores cōſtrinxerunt me. & Pſal. 119. Conſtrinxit me zelus meus.

In tertia coniugatione הִצְמַתָּה. Pſal. 73. Conſtrinxiſti omnem fornicantem abs te.

Pſal.54.In ueritate tua conſtringe illos.Pſalm.101.Conſtringam omnes improbos terræ.Pſal.134.Et in miſericordia tua conſtringes eos.Pſal.94.Et in malitia eorum conſtringet eos,conſtringet,inquam,eos.

Participium præſens מַצְמִיתַי. Pſal.69.Corroborati ſunt conſtringentes me.

INDE NOMINA:

צַמָּה Conſtrictorium, id eſt, faſcia, qua comæ & cincinni conſtringuntur, ne diffluant. Et legitur cum affixo צַמָּתֵךְ. Cantic. 4. Oculi tui columbarum intra faſciam tuam. Ieſa.47.Explica faſciam tuam.

צְמִיתֻת Conſtrictio. Leuit.25. Terra non uendetur ad conſtrictionem, quia mea eſt terra. Et mox iterum:Stabit domus illa,quæ eſt in ciuitate,cui non eſt murus ad conſtrictionem ementi eam pro generationibus ſuis,&c.

1332

צנן Congruentiam habet ſignificatione cum uerbo שָׁנַן, etſi uerbaliter non eſt uſitatum.

INDE NOMINA:

צִנָּה Dicitur, quicquid eſt præacutum & perforat ſeu penetrat, ſiue ſit ſpada, ſiue pelta præacuminata,ſiue quid aliud.1.Sam.17.Et ferēs peltam,ibat ante eum.1. Reg. 10. Et fecit rex Salomo ducentas peltas auri ductilis,& ſexcenti aurei inducebātur ſuper peltam unam.1.Paralip.12.Et cum illis pelta & haſta.Pſal.5.Quaſi pelta, gratia circūdabis eum.Pſal:35.Apprehende ſcutum & ſpadam. Iere. 46. Inſtruite ſcutum & ſpadam. In ſtatu regiminis צִנַּת. Prouer.25.Sicut frigus niuis in die meſſis. ubi frigus hoc nomine dicitur, quòd inſtar ſpadæ pungat & penetret. Et pluraliter צִנּוֹת. 2.Paral.11.Et in ſingulis ciuitatibus clypeos & ſpadas. Amos 2. Et tollet uos in contis.Eſt autem Contus,haſta qua nautæ ſeu piſcatores utuntur in percontandis locis. Legitur etiam forma maſculea צִנִּים.Prou.22.Spadæ,laquei in uia peruerſi.Iob 5.Cuius meſſem famelicus comedet,atq; adeo ex ſpadis eripiet eam.

צְנִינִים Sudes,ſtimuli,ſpadæ,pali. Num.33. Et futurum eſt, ut quos reliquos feceritis ex illis,ſint in ſpinas in oculis ueſtris,& in ſpadas in lateribus ueſtris.Ioſue 23.Et in ſpadas in oculis ueſtris.Paulus Apoſtolus uertit hanc uocē Græcè σκόλοψ, quod palum præacutum ſignificat.2.Corinth. 12. Datus fuit mihi ſtimulus per carnē, nuncius ſatanæ ut me colaphis cederet.

צִנְצֶנֶת Genus uaſis,cui uenter eſt latus, & orificium acuminatum & ſtrictum, nos uertemus urnam.Et legitur tantùm Exod.16.Sume urnam,& pone ibi Man.

1333

צנח Quando poſt ſe regit accuſatiuum,tum actiuè ſignificat impingere, imprimere ui:& cōgruit ſignificatione cum uerbis צָלַח & נָחַת, niſi quòd ut poſitu literarū, ita modo ſignificandi inter ſe differāt. Iud.4. Et impreſſit clauum in tempus illius, & impreſſit in terram. Abſolutè extra regimen ſumitur neutraliter pro demitti, delabi.Ioſue 5.& Iud.1.Et delapſa eſt deſuper aſino.

1334

צנם Conuenientiā ſignificatione habere arbitror cū צֵן, & ſignificare acuitatē ſeu acumen. Et legitur ex iſto themate tantùm participium præteritum, ſeu nomen participiale צְנֻמוֹת. Gen.41.Et ecce ſeptem ſpicæ acuminatæ tenues.

1335

צנע Congruit ſignificatione cum uerbis כָּנַע כָּרַע יָעַץ יָצַע דָּכָה צַע, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi differant. Et notat prouolutionem, demiſſionē, ſubmiſſionem,humiliationem animi. Legitur in prima coniugatione tantùm participium præteriti temporis צְנוּעִים. Prouerb.11.Et cum ſubmiſſis ſapientia.

In tertia coniugatione הַצְנֵעַ. Micheæ 6.Et diligas pietatem,& humiliari ambulando cum deo tuo.

1336

צָנִיף Cidaris,Tiara,hoc eſt pileolum rotundum,non acuminatum, quo reges, ſacerdotes & iudices ſunt uſi,& inſigniti in capite. Et differt à מִגְבָּעָה modo tātùm ſignificandi:illud enim incuruū & rotūdum pileolum, hoc alam ueſtimēti incuruā, in qua aliquid contrahitur, ſignificat.Iob 29. Iuſtitiam indui, & hæc induebat me, quaſi pallium , & cidaris iudicium meum . Zachariæ 3. Ponant cidarim mundam ſuper caput eius :& poſuerunt Cidarim mundam ſuper caput eius. Et in ſtatu regiminis צְנִיף. Ieſaiæ 62. Et eris corona gloriæ, & Cidaris regni in manu dei tui.

Et

Et pluraliter צְנִיפוֹת .Ieſ.3.Sindones,& Cidares. pro quo Chaldæus כִּיתְרַיָּא. Et in forma fœminina צְנֵפָה. Ieſ. 22.Cidarizando cidarizabit te Cidari.

מִצְנֶפֶת Cidaris, Tiara.Exo.28.Et facies Cidarim byſſi.Ezechielis 21.Tolle cidarim & tolle coronam.

INDE VERBVM,

צָנַף Leuit.16.Et cum baltheo lineo accingetur,& cum cidari cidarabitur. Ieſa.22. Cidarizando cidarabit te cidari.Eſt autem ſarcaſmus,& alludit ad morem,quo honoratis uiris cùm mortui eſſent,cidaris imponebatur.

1337 צִינֹק Nomen quod uinculum ſignificat quo conſtringitur corpus hominis. Sed de hoc in themate ſuo צוק, à quo deriuatum eſt.

1338 צִנּוֹר Canalis, è qua delabitur aqua pluuialis de tectis.2.Sam.5. Et attigerit canalem. Et pluraliter צִנּוֹרִים.Pſal.42.In uoce canalium tuorum,id eſt,cataractarum, quas cœlo tanquam per canales cum ſonitu effundis.

צַנְתָּרוֹת Interpoſita litera thau.Zachariæ 4.Quæ inter duas canales auri,euacuantes deſuper illis aurum,id eſt oleum.

1339 צָעַד Inceſſit cum pompa.Gen.49.Filiæ incedit ſuper muro. ſingulariter uerbum poſuit partitiuè,id eſt unaquęq; ordine incedit,una poſt aliam.2.Sam.6. Et factum eſt,cùm progreſſi eſſent,qui portabant arcam Iehoua,ſex paſſus.Prou.7.Et uia domus eius incedet. Iere.10. Portando portantur, qui incedere neſciunt. Habakuk 3. In indignatione calcabis terram.

In ſecunda coniugatione.Iud.5.Et incedendo te de agro Ædom. Pſal. 68. Deus in egrediendo te,in incedendo te in ſolitudine.

In tertia coniugatione תַּצְעִדֵהוּ. Iob 3.Et incedere faciet eum ad regem.

INDE NOMINA:

צַעַד Inceſſus,greſſus,generis maſculini.Prou.30.Tria ſunt bonũ faciẽtia inceſſum. Et cũ affixis.Pro.4.Cùm ambulaueris,nõ artabitur greſſus tuus. ca.16.Iehoua ſtabilit greſſum eius. Et pluraliter צְעָדִים.2.Sa.6.Et factũ eſt,cùm inceſſiſſent ſex greſſus.

In ſtatu regiminis צַעֲדֵי. Iob 18. Artantur greſſus uirtutis eius. Et cum affixis. Prou.5.Infernum greſſus eius attingent.Thren.4.Inſidiati ſunt greſſibus noſtris.

צְעָדָה Motus,motio,cõmotio,agitatio.2.Sam.5.Cùm audieris cõmotionem in ſummitate mororũ. Chaldæus tranſtulit זִוָּעֲתָא, id eſt uocem, id quod 1.Paral.14.redditur:Cùm audieris uocẽ cõmotionis. Et pluraliter צְעָדוֹת.Ieſ.3.Et fimbrias. Chaldæus וְרִגְלַיָּא: Septuaginta περιπόρφυρα, id eſt clauatas ueſtes ex purpureis fimbrijs factas,reddiderunt.Hieronymus Græco nomine περισκελίδας,id eſt tibialia.

אֶצְעָדָה Armilla,quæ ſuper brachijs incedit,& inducitur.Num.31.Offerimus donationem ipſi Iehoua, quiſq; quod inuenit de uaſis aureis, armillam,&c. pro quo Chaldæus uertit שֵׁירִין, catenas. 2. Sam.1. Steti ſuper eum, & interfeci eum,& accepi coronã, quæ erat in capite eius, & armillam, quæ erat in brachio eius. Chaldæus tranſtulit שַׁטְמָתָא, id eſt armillam,multò rectiùs quàm in priore loco. Eſt igitur differẽtia inter hæc duo:צְעָדוֹת eſt ornamentum crurium, ſeu circumferentia in parte inferiore ueſtis circa crura:at אֶצְעָדָה ornamentum brachij.

מִצְעָדֵי Greſſus,inceſſus.Pſal.73.A Iehoua greſſus uiri dirigũtur. Et cum affixo.Dan.11. Et cunctis deſiderabilioribus Ægypti,Libyæ,Æthiopiæ per ingreſſus ſuos.

מַעֲצָד Literarum tranſpoſitione forceps, q; forcipe ferrum in ignẽ & ex igni aliàs transferatur.Legitur tantùm ſemel Ieſa.44.Et fabricatur ferrum in forcipe.

1340 צָעָה Volutauit,ſcilicet in terra:quadrat ſignificatione cũ uerbis צָבָא & צָעַן צָעַד, niſi quòd modo ſignificandi uarient. Legitur in prima cõiugatione participium præſens ſeu nomẽ participiale צֹעֶה, uolutãs,uolutator.Ieſ.51.Feſtinabat uolutator ut aperiret.& cap.63.Volutabat ſe in multitudine uirtutis ſuę. Et pluraliter צֹעִים. Iere.48.Et mittã ei uolutatores. Et in genere fœminino צֹעָה. Iere.2.Et ſub omni arbore uiridi tu uolutabas te meretrix.

In ſecũda cõiugatione צִעֵה .Iere.48.Et mittã uolutatores ei,& uolutabunt eum.

INDE

INDE NOMEN,

צעצעים Dicuntur, qui metalla diſcurrere & mouere faciunt. 2. Paral. 3. Et fecit in domo ſancti ſanctorum Cherubim duos opere mouentium.

1341 צען Volutatum eſt in terra, & loco humiliore. Et congruit ſignificatione cum uerbis צען & צעה צוע, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe uarient. Ieſ. 33. Tabernaculum quod nequaquàm uolutabitur.

1342 צעיף θερίστρον, theriſtrum: ita uerterunt etiam Septuaginta. Eſt autem theriſtrum autore Hieronymo, pallium quo mulieres ueſtiebãtur. Et Suidas ſcribit, quòd ſit θερινὸν ἱμάτιον, id eſt æſtiuum ueſtimentũ. Gen. 24. Et accepit theriſtrum & operuit ſe. & cap. 38. Et depoſuit ueſtimenta uiduitatis ſuæ à ſe, & operuit cũ theriſtro, atq; obuoluit ſe. Et cum affixo mutat cametz in ſeua. Gen. 38. Et ſurrexit & abijt & remouit theriſtrum ſuum à ſe, & induta eſt ueſtimentis uiduitatis ſuæ. Ex his tribus locis apparet fuiſſe genus ueli, quo mulieres caput ſeu faciẽ ornârunt, & non multùm differre à צניף.

1343 צעק Clamauit ex dolore animi. Et tam ſignificatione, q̃ conſtructione cõuenit cum uerbo זעק, neq; quicquã diſcriminis inter illa deprehẽdere poſſum, niſi circa primam literam. Primò, legitur abſolutè. 2. Reg. 6. Et clamauit, & dixit. Pſal. 34. Clamauerunt, & Iehoua exaudiuit. Pſal. 77. Vox mea ad Deum, & clamabo. Thren. 2. Clamauit cor meum. Gen. 27. Et clamauit clamore magno. Deut. 22. Puella quidẽ, quòd non exclamauit in ciuitate. Secundò, conſtruitur cum אל. Exod. 15. Quid clamas ad me? 1. Reg. 20. Clamauit ad regem, & dixit. 2. Reg. 4. Mulier quædam de uxoribus filiorum prophetarum clamauit ad Eliſæum.

Participium præſens pluralis numeri צעקים. Gen. 4. Vox ſanguinũ clamant ad me. Exod. 5. Atq; ideo clamant, dicentes. Et in genere fœminino צעקת. 2. Reg. 8. Et ecce mulier cuius filium uiuificauerat, clamabat ad regem.

In uoce paſſiua נצעק, conclamatus eſt. Iud. 7. Et cõclamatus eſt uir Iſrael de Naphthali. Iud. 10. Et conclamati ſunt filij Ammon. 1. Sam. 13. Et cõclamati ſunt populus poſt Saul. 2. Reg. 3. Et conclamati ſunt ex omni cingente cinctorium.

In ſecunda coniugatione legitur tantùm participium præſens מצעק. 2. Reg. 2. Eliſa uerò uidens, exclamabat, pater mi, pater mi.

In tertia cõiugatione הצעיק, & conſtruitur cũ accuſatiuo mediante articulo את. 1. Sam. 10. Et conclamabat Samuel populum.

INDE NOMEN,

צעקה Clamor, exclamatio. Geneſ. 27. Et exclamauit clamore magno. Exo. 11. Et erit clamor magnus in Ægypto. Ieſ. 5. Expectauit iuſtitiam, & ecce clamor, id eſt, querela. Iere. 49. Clamor in mari iunci auditus eſt. In ſtatu regiminis צעקת. Exo. 3. Ecce clamor filiorum Iſrael uenit ad me. Nehe. 4. Et factus eſt clamor populi. In ſtatu affixorum צעקתו. Exod. 22. Si clamando clamauerit ad me, audiendo audiam clamorem eius.

1344 צער Minor, uel minimus fuit, reputatione ad honoratiores, & nobiliores, id eſt uilior, contemptior fuit. Et generaliter conuenit cum uoce זער, & opponitur uerbo כבד: quia notat qualitatẽ, ſeu exiſtimationẽ modicam. Deinde congruit ſignificatiõe generali cum uerbis שער צער ערץ רעץ צרע רזע, niſi quòd modo ſignificandi differant, & hoc צער quodãmodo paſſiuè præualidari ab honoratiore ſeu maiore ſignificet. Legitur autem uerbaliter tantùm duobus in locis: Iere. 30. Glorificabo eos, & non minores erunt. Iob 14. Siue honorati ſint filij ſui, ipſe ignorat, ſiue minores ſint, id eſt, uiles, contempti, non intendit ad illos.

INDE NOMINA:

צעיר Minor, iunior. Geneſis 25. Duæ ſunt Gentes in utero tuo, & duo populi ex uiſceribus tuis diuidentur, & populus populo robuſtior erit, & maior ſeruiet minori. ubi opponitur רב, quod eſt autoritatis, dignitatis & præeminentiæ. Et Paulus Romanorum 9. μείζων, alterum uerò ἐλάσσων reddidit. Eſt autem utrunque qualitatis. Iudicum 6. Cognatio mea exhauſta eſt in Manaſſe, & ego minor in domo patris mei

mei.Iob 32.Minor ego in diebus,& uos eſtis antiqui.Pſal.119.Minimus ego & uilis.Pſal.68.Ibi Beniamin minimus ſubijcit illos. Et Paulus hãc prophetiã de ſe dictam intelligens,ſe ideo uocat minimum Apoſtolorũ,item abortiuum.Ieſ. 60.Paruus erit in mille, & qui minimus eſt, in gentẽ robuſtam. Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephratha parũ eſt, ut ſis in millibus Iehuda: ex te enim mihi exibit Dominator in Iſrael, **es iſt zugering dz du ſeieſt vnter dẽ tauſentẽ iñ Juda.** Id qđ Matthęus, aut interpres ipſius expreſſit per negatiuã: Nequaquã minima es inter principes Iuda,&c. Et in ſtatu affixorũ mutat cametz in ſeua. Ioſ. 6.In primogenito ſuo fundabit eam,& in minorenne ſuo collocabit portas eius. 1. Reg.16. Per Abiram primogenitũ ſuum fundauit eam, & per Segub minorẽ ſuum collocauit portas eius.

Et pluraliter צְעִירִים. Iob 30.Nũc uerò ridẽt ſuper me minores, ꝙ ego in diebus.

Et in ſtatu regiminis צְעִירֵי. Iere.49.Si non pertrahent eos paruuli gregis. Similiter habet in ſtatu affixorũ. Iere. 14. Magnifici eorum miſerunt minores ſuos pro aqua. cap.48. Fecerunt audire clamorem paruuli eius. Eius fœmininum צְעִירָה, minor natu, iunior, minorennis. Et eſt ætatis,& opponitur בְּכִירָה,id eſt,primogenita. Gen. 19. Et dixit primogenita ad minorem natu. & cap. 29. Non agitur ſic in loco noſtro,ut detur minor natu ante primogenitã.1.Sam.9. Et cognatio mea minor,quàm omnes cognationes tribus Beniamin. Eſt & abſtractum, minoritas, minorennitas,& eſt ætatis. Gen. 43. Sederunt coram eo primogenitus ſecundum primogenituram ſuam,& minorennitatem ſuam.

מִצְעָר In ſtatu abſoluto,paruum,modicum. Gen.19. Ecce euge ciuitas uicina eſt,ut fugiã eò,& eſt modica,eripiar,obſecro ibi,non'ne modica eſt,ut uiuat anima mea.Iob 8. Et erit principium tuum modicum, ſed nouiſſimum tuum creſcet ualdè. Pſal. 42. Atq; ab Hermonim monte modico. Ieſa.63. Ad modicũ occupauerunt populum ſanctitatis tuæ, id eſt parum eſt, quin non, &c. In ſtatu regiminis מִצְעַר. 2. Paral. 24.Quoniam in paucitate uirorum uenerunt exercitus Syrorum.

מִצְּעִירָה Nomen adiectiuum generis fœminini præpoſita litera mem. Dan.8.Ex illis egreſſum eſt cornu unum modicum,creuitq; plurimùm uerſus Meridiem.

צוֹעַר Nomen oppido inditum,non procul à Sodomis,quòd Lot illud à paruitate ſeu uilitate ita uocauit: antè, Bale dictum fuit. Gen. 19. Propterea uocatum eſt nomen oppidi Zoar.

צֹעֲרִים Paruuli.Zacharię 13.Percute paſtorem & diſpergentur oues, & reducam manum

1345 meam ſuper paruulos.

צִפְצֵף A uerbo פָּצָה deductum arbitror, quod aperto ore ſeu roſtro liberè clangere, ſeu ſtridere ſignificat,ſicut grues, anſeres, hirundines, ſtriges,& id genus aliæ aues aperto liberè ore ſonant,non gementes ut colũbæ,aut turtures.Ieſ.38. Sicut grus,hirundo,ſic ſtridam.& cap.29.Et è puluere oloquium tuum ſtridet.

Participium præſens מְצַפְצֵף. Ieſa.10. Et non fuit mouens alam,aut aperiens os,& ſtridẽs. Et pluraliter מְצַפְצְפִים. Ieſ.8.Intertogate apud Pythones,& apud Gnoſticos,qui ſtrident,& murmurant.

INDE NOMEN,

צַפְצָפָה Apertio oris,ſeu foſſæ,libera. Ezech.17. Iuxta aquas multas in apertione poſuit illud: ex qua ſcilicet facilè poterat euelli ſemen, ſicut Sedechiæ accidit: breui enim tempore poſtea euulſus eſt è ſcrobe,in quam à rege Babylonis erat poſitus. Aliorum portentoſas expoſitiones hîc lubens prætereo breuitatis gratia.

1346

צָפַד Adhæſit. Thren. 4. Adhæſit cutis eorum oſſi eorum. Nec alibi in tota ſcriptura legitur.Eſt autem Synonymum uerbo דָּבַק,& uerbo צָמַד.

1347

צָפָה Primo modo ſignificãdi, aperuit liberè & paſſim oculos, ſpeculatus eſt paſſim. Et in hoc modo ſignificãdi cõgruit cũ uerbo פָּצָה: utrũq; eñ latè aperire ſignificat,niſi ꝙ in hoc differãt, ꝙ alterũ de oris apertione,alterũ de oculorũ apertione dicatᷣ.Gen.31.Speculabitᷣ Iehoua inter me,& inter te,quãdo abſcondetᷣ uir à proximo ſuo,id eſt,quãdo aberit.Ieſ.21.Speculare ſpeculã. Pſ.66. Oculi eius in gentes ſpecu-

ſpeculantur.

Participium præſens צֹפֶה.Pſal.37.Speculatur improbus ad iuſtum,& quęrit interficere eum. Cant.7. Naſus tuus uelut turris Libani, ſpeculans faciem Damaſci.

Et in genere fœminino צֹפִיָּה . Prou.31.Speculatur ambulatiões domus ſuę. Et pluraliter צֹפִים. Prou. 15. In omni loco oculi Iehoua ſpeculantes malos & bonos.

Participium præteritum צָפֻו pro צָפוּי. Iob 15. Et expoſitus ad gladium, id eſt, ut gladium ſpeculetur.

In ſecunda coniugatione צִפָּה . Thren.4.Et in ſpecula noſtra ſpeculati fuimus ad gentem.Pſal.5.Manè præparabo tibi, & ſpeculabor.Ierem. 48.Sta & ſpeculare habitatrix Aroer. Micheæ 7. Et ego ad Iehoua ſpeculabor. Nahum 2.Speculare uiã. Habak.1. Et ſpeculabor ut uideam, quid loquatur.

Participium præſens מְצַפֶּה .1.Sam.4.Et ecce Eli ſedebat ſuper throno,iuxta uiã, ſpeculans.Ieſaiæ 21. Vade,conſtitue ſpeculatorem,ut quod uidet,annunciet. Et pluraliter מְצַפִּים .Micheæ 7.Dies ſpeculatorum tuorum requiſitio tua uenit.

Deinde hîc obſeruandum eſt, ꝙ hoc uerbum in hac ſecunda cõiugatione ſæpè habeat contrariam ſignificationem, & ſignificet aliquid obducere laminis,ne appareat aſpectui. Et ſic quandam habet cognationem cum uerbo צָפַן. Exod.36.Et tabulas obduxit auro.Et iterum:Et obduxit uectes auro.& cap.38. Et obduxit capita eorum.2.Reg.6.Et obduxit eam auro mundo.

Participiũ præteritum מְצֻפֶּה. Prou.6.Argentum ſcoriarũ obductũ ſuper fictili.

INDE NOMINA:

צֹפֶה Nomẽ participiale,ſpeculator. 2.Sam.13. Et eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos. 2.Sam.9.Et ſpeculator ſtans ſuper turre.Ezech.3. Fili hominis, ſpeculatorem poſui te domui Iſrael.& cap.33.Et ſpeculator ille,quando uiderit gladium, & non impreſſerit in tubam. Et pluraliter צֹפִים. 1.Sam.14.Et uidebant ſpeculatores Saulis. Num.23.Et deduxit eum in planiciem ſpeculatorum,id eſt, in quo potuerunt liberè ſpeculari.Iere.6.Et ſuſcitaui ſuper uos ſpeculatores.

צָפִית Specula.Ieſaiæ 21.Speculare in ſpecula:uel ſic,qui es in ſpecula.

צְפִיָּה Specula. Threnorum 4. In ſpecula noſtra ſpeculati ſumus ad gentem, quæ ſaluare non poterat.

מִצְפֶּה Forma maſculea,ſpecula. 2.Paral.20. Et Iehuda uenit ſuper ſpeculam in deſertum. Ieſ.21.Et uocauit leo ſuper ſpecula. Et in ſtatu regiminis מִצְפֵּה . Iudic.11.Et tranſiuit ſpeculam Gilead. Et in forma fœminea מִצְפָּה . Gen.31.Et ſpeculam, quia dixit, ſpeculabitur Iehoua inter me & inter te. Nehemiæ 3. Viri Gibeon & Mizpa. Oſeæ 5.Quoniam laqueus fuiſtis ipſi Mizpa,&c.

צִפּוּי Obductio.Numeri 16.Capitella ipſorum argentum,& obductio capitũ ipſorum. & cap.17. Et extenuârunt ea obductionem pro altari. Ieſaiæ 30. Contaminabitis obductionem ſculptilium argenti tui.

צֶפֶת Obductio:atꝗ idem ſignificat quod צִפּוּי . 2.Paral.3.Et obductio, quæ ſuper capite eius, erat cubitorum quinꝗ.

1348 צַפַּחַת Nomen ſine uerbo, & ſignificat uaſculum in quo continetur aqua uel oleum: aliàs uerterũt Scyphum, aliàs Lecythum. 1.Sam.26. Et nunc accipe euge haſtã, quæ eſt ad caput eius,& Scyphum aquæ.1.Reg.17.Et Lecythus olei non deficiet.

Et in diſtinctione ſententiæ צַפָּחַת . 1.Reg.17.Et parum olei in Lecytho.

צַפִּיחִית Simila, ſeu placenta:& opinor eſſe peregrinum, quanquàm aliqui à ſuperiore deducentes,à ſimilitudine Scyphi appellationẽ habere dicant.Exo.16. Et ſapor eius ſicut placentæ in melle.

1349 צָפַן Abſcondit,recondit,repoſuit,reponendo conſeruauit ſeu adſeruauit. Et congruit cum uerbo טָמַן, niſi ꝙ ut prima litera,ita modo ſignificandi parũ uarient. Item cum שָׁפַן inde deriuato. Et cum טמר in altero modo ſignificandi. Exo.2. Et abſcondit eũ tribus menſibus.Ioſue 2.Et accepit mulier uiros,& abſcõdit eũ, id eſt ſingulatim.Iob 10.Et hęc abſcõdiſti in corde tuo.& cap.17.Quia cor eorũ abſcondiſti ab intelligentia.Pſal.27.Quoniam abſcondet me in tabernaculo in die malo.

Pſal.23. Vltra ſtatutum meum conſeruaui ſermones oris tui. Iob 21. Deus aſſeruabit filijs eius laborem ipſius. Prou.2. Et præcepta mea aſſeruabis tecum. & cap.27. Qui aſſeruant eam, aſſeruant uentum. Cant.7. Noua & uetera dilecte mi aſſeruaui tibi. Pſal.31. Quàm multiplex eſt bonitas tua, quam recondiſti timentibus te. Pſal. 119. In corde meo recondi ſermonem. Prouer.2. Et recondet pro rectis ſucceſſum.

Et accipitur quandoque in malam partem, pro obſeruare ſeu inſidiari. Pſal.10. Oculi eius ad turbam infirmorum obſeruant, id eſt, inſidiantur turbæ pauperum. Pſal.56. Cohabitant, obſeruent. Prou.1. Obſeruabimus ad inculpatum.

Participium præſens צֹפְנֶיהָ. Prou.27. Aſſeruantes eam, aſſeruant uentum.

Participium præteritum צָפוּן. Prou. 13. Et recondita eſt pro iuſto ſubſtantia erronis. Et in ſtatu regiminis & affixorum צְפוּנְךָ. Pſal.17. Et recondito tuo implebis uentrem eorum. Et pluraliter in ſtatu affixorum. Iob 20. Omnis obſcuritas abſcondita eſt in reconditis ſuis. Pſal.83. Et conſultauerunt contra abſconditos tuos.

Et in genere fœminino צְפוּנָה. Oſeę 13. Colligata eſt iniquitas Ephraim, aſſeruatum eſt erratum eius.

In uoce paſſiua נִצְפַּן. Ierem. 16. Neq; abſcondita eſt iniquitas eorum ab oculis meis. Iob 15. Et numerus dierum abſconditi ſunt à tyrannis. & cap.24. Quare ab omnipotente non abſcondita eſſent tempora.

In tertia coniugatione הִצְפִּין. Iob 14. Vtinam in inferno reponeres me, reconderes me, donec auertatur ira tua. Exod.2. Et non potuit amplius abſcondere eum.

INDE NOMINA:

צָפוֹן Aquilo, ſeu plaga Aquilonaris, quę in terra Iudęa habitantibus abſcondita ſeu recondita eſt, ſicut nobis Septentrionalibus plaga Meridionalis abſcōdita & ignota eſt: unde Hebræis etiam חַדְרֵי penetralia dicitur. Exod.16. Ad latus Aquilonis. Ieſa.14. In lateribus Aquilonis. ca.43. Dico Aquiloni, da: & Auſtro, ne prohibeas. Iere.6. Ecce populus uenit de terra Aquilonis. Et ſequēte litera beth, uel lamed, quæ loco genitiui articuli ponuntur, צָפוֹן. Ioſue 11. Et ad reges qui ſunt ab Aquilone in monte, id eſt ab Aquilone montis. & cap.8. Et caſtrametati ſunt ab Aquilone ipſi Hai. Et iterum: Ab Aquilone ciuitati, i. ciuitatis. Et cum he litera motum ad locum importante צָפוֹנָה. Gen.13. Ad Aquilonem, & ad Meridiem. Ezech.47. Terminus Damaſci & Aquilonis ad Aquilonem.

צְפוֹנִי Aquilonaris. Ioelis 1. Et Aquilonarem remouebo procul à uobis.

מַצְפּוּנִים Abſcondita, recondita. Abdiæ 1. Quomodo nudati ſunt Eſau, & eruentur recondita eius.

1350 צֶפַע Species quædam ſerpentis uenenati hoc nomine dicitur à uulneratione: nam à uerbo פָּצַע deductum arbitror tranſpoſitione literarum facta. Eſt autē ea conditione, q̨ aluum matris uulneret egrediendo, & deinde animalia alia uulnerando inficiat ac necet. Quidam aſpidem, alij uiperam eſſe perhibent. Ieſaię 15. Quoniam de radice ſerpentis egredietur aſpis.

צִפְעֹנִי Eiuſdem cum ſuperiore ſignificationis, uulnerator. Prou.23. Nouiſſimū eius uelut ſerpens mordebit, & ut aſpis pūget. Ieſ.11. Et ſuper cauerna aſpidis. & cap.59. Oua aſpidis ruperunt. Et pluraliter צִפְעֹנִים. Ierem.8. Ecce ego mitto in uos ſerpentes uulneratores, in quos nihil ualet incantatio, & mordebunt uos, &c.

צְפִיעֵי Nomen pluralis numeri tantùm, & ſtatus regiminis: & uerecundè propheta ſtercora dixit à ſimilitudine aſpidum ex uentre matris erūpentium, Ezec.4. Ecce dedi tibi fimum pro ſtercoribus hominum.

צְפִעוֹת Genimina, tranſlatione ab aſpidū generatione, quæ fit uulneratione uteri materni ad fœtus generationē, facta, quę quoq; fit matris uulneratione. Ieſ.22. Et ſuſpendent ſuper ipſum uniuerſitatem gloriæ domus patris ſui egreſſiones & genimina.

1351 צָפַר Manè exortū eſt, manicauit, manè excitatum eſt, maturauit. Iud.7. Qui timidus eſt, & pauidus, conuertendo ſtatim maturet de monte Gilead.

INDE NOMINA:

צִפּוֹר Auis, à plumis & ungulis, quas ſtatim excluſa ex ouo ſecū producit. Ge.7. Et omne

ne uolucre iuxta ſpeciem ſuam omnem plumam, omnem alam, id eſt, omnẽ auem alatam. Leu. 14. Et mactet ſacerdos auem unam. Deut. 4. Similitudinẽ omnis auis alæ, quæ uolat in cœlo. cap. 34. Omnem autem mũdam comedetis. cap. 22. Quando obtulerit ſe nidus auis coram te in uia. Pſal. 102. Sicut auis ſolitaria ſuper tecto.

Legitur quoq; collectiuè. Gen. 15. Et turturem & pullum columbæ, & accepit ſibi omnia iſta, & diuiſit ea in medio, & poſuit uniuſcuiuſq; diuiſionem è regione ſodalis ſui, & auem non diuiſit. ubi collectiuè de turture & pullo columbę dicitur. Ezech. 39. Turbæ auis omnis alæ, & beſtiæ agri dedi te in cibum. Et pluraliter צִפֳּרִים. Leuit. 14. Et accipiet ad mundandum duas aues uiuas mundas. Pſalm. 104. Vbi aues nidificant. Eccleſ. 11. Et ſicut aues comprehenſæ laqueo.

צָפִיר Mas caprini generis, dictus quod ſtatim uillos, cornua & ungulas ex matre producat. Latini caprum, ſeu hircum uocãt. Dan. 8. Et hircus ille piloſus, eſt rex Græciæ.

Et in ſtatu regiminis צְפִיר. Ibidem: Et ecce hircus caprarum uenit ad Occidẽte.

Et pluraliter in ſtatu regiminis צְפִירֵי. 2. Paralip. 29. Et hircos caprarum ſeptem. Eſdræ 8. Et hircos errati duodecim.

צִפֹּרֶן Vnguis, quod maturè producantur ungues. Ier. 17. Erratum Iehuda ſcriptum eſt ſtylo ferri, ungue adamãti exaratũ in tabula cordis ueſtri. Et pluraliter צִפָּרְנִים. Legitur autem cum affixo Deut. 21. Et ipſa radet caput ſuum, & faciet ungues ſuas.

צְפִירָה Maturatio. Et hoc nomine appellãt Hebræi folliculũ, qui manè, id eſt, ſtatim protruditur. Ezech. 7. Venit folliculus ad te habitator terræ. Et iterum: Ecce dies, ecce prodijt folliculus, floruit uirga, germinauit ſuperbia. Et in ſtatu regiminis צְפִירַת. Ieſaiæ 28. In die illa erit Iehoua exercituũ in coronam iucunditatis & in folliculum decoris reliquijs populi ſui.

1252

צִקְלוֹן Alij ueſtimentum ſignificare dicunt, alij folliculum. 2. Reg. 4. Hordeum & frumentum recens in folliculo ſuo.

1353

צָרַר Concluſit, concludendo preſſit, coartauit, conſtrinxit, coanguſtauit. Congruit ſignificatione cum uerbis אָצַר מָצַר יָצַר נָצַר צוּר, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi differant. Prou. 3. Quis colligauit aquas uelut in ueſtimento. Oſeę 4. Colligauit uentum in alis ſuis. Num. 33. Et coartabunt uos in terra, in qua habitabitis. Pſalm. 129. Multùm coartarunt me à iuuentute mea, ſed non præualuerunt mihi. Num. 25. Coarta Midianitas & percutite eos. Et cum על conſtruitur, ſicut etiam צור. Leuit. 18. Sororem uxoris tuæ non ſimul accipies ad coartandum reuelando nuditatem eius contra ipſam, id eſt, comprimendum.

Participium preſens צֹרֵר. Iob 26. Qui colligat aquas in nubes ſuas, ut tamen nõ rumpantur nubes ſubter illis. Num. 10. Et ſi ingreſſi fueritis in bellum in terra ueſtra contra aduerſarium, qui coartat uos. Eſther 3. Detrahens anulũ dedit eũ aduerſario. Et pluraliter צֹרְרִים. Num. 25. Qui anguſtiã faciebant uobis ex inſidijs ſuis.

Et in ſtatu regiminis צֹרְרֵי. Ieſa. 11. Et aduerſarij Iehuda excindentur. Exo. 23. Et coanguſtabo anguſtiatores tuos.

Participium præteritum צָרוּר. Oſeæ 13. Colligata eſt iniquitas Ephraim. Et eius fœmininum צְרוּרָה. 1. Sam. 25. Et erit anima ſuſtentatoris mei colligata in faſciculo uiuentium. Et pluraliter צְרוּרֹת. Exod. 12. Tulit populus paſtam ſuam, antequàm fermentaretur, & reliquias ſuas colligatas in ueſtibus. 2. Sa. 20. Fuerunt concluſæ uſq; ad diem mortis ſuæ.

In tertia coniugatione הֵצַר. Deut. 28. Et anguſtiabit te in omnibus portis tuis. Nehe. 9. Et dediſti eos in manũ aduerſariorum ſuorum & coartationẽ fecerũt illis.

INDE NOMINA:

צַר Anguſtiator, coartator, oppugnator, hoſtis, aduerſarius. Num. 10. Contra aduerſarium, qui uos oppugnat. 1. Sam. 2. Et aſpicies aduerſarium in habitaculo. Eſther 7. Et dixit Eſther, uir aduerſarius & inimicus Hamõ. Sumit tamẽ ſæpè in abſtracto pro anguſtia, coartatione. Deut. 4. In anguſtia ſtatim inuenient te iſta omnia. Iud. 11. Et cur ueniſtis nunc ad me, quando anguſtia eſt uobis. 1. Sam. 13. Vir iſte uidẽs,

quia anguſtia ſibi,& urgeret̃ populus,abdidit ſe populus in ſpeluncas. 2.Sam.24. Et dixit Dauid ad Gad, anguſtia mihi uehemens, ſed incidamus in manū Iehoua, ꝙ miſerationes eius ſunt multæ,& in manum hominum non incidā.Hanc phraſin Paulus mutuatus,ad Phili.1.dicit:Coartor ex his duobus,&c.Iob 7.Loquar in anguſtia ſpiritus mei.Ieſ.30.Et dabit uobis Iehoua panem anguſtiæ.& cap.5. Et ecce obſcuritas,anguſtia , & lumen obſcuratum. pro quo tamen intelligūt quidam anguſtiam ſolis, quando deliquium patitur.

מֵצַר Anguſtia,forma maſculini generis.Pſ.118.Ex anguſtia inuocaui Iehoua. Et pluraliter מְצָרִים. Thren.1.Omnes perſequutores eius apprehenderunt eam in anguſtijs. Et in ſtatu regiminis מְצָרֵי. Pſal.116.Anguſtiæ inferni inuenerunt me. Et in forma fœminea מְצָרָה. Ier. 48.Et erit cor Heroum Moab in die illa,uelut cor mulieris in anguſtia,ſcilicet exiſtentis,id eſt,in partu.

צְרוֹר Faſciculus,ſacculus,loculus, in q̃ aliq̃d ligat̃,& cōſtringit̃.Gen.42.Et ecce uniuſcuiuſq; faſciculus argēti ſui in ſacco ſuo.1.Sam.25.Et erit anima ſuſtētatoris mei ligata in faſciculo uiuētiū apud Iehoua deū tuū. ubi equidē pro loculo uſurpat̃, ubi quis ligatus,& inuolutus iacet ac quieſcit,ut ex ſequēti mēbro uerſus ſumi poteſt: Anima aūt inimicorū tuorū extorqueatur,ſicut è medio palmę fundæ.Hinc eſt,ꝙ in tūbis ſuis Iudæi paſſim hanc inſculpūt ſententiā: Sit anima eius ligata in loculo uiuētiū.Et Porchetus quoq; dictū putat quaſi cōſeruatoriū, & Rabbini apothecā ſeu Cellariū animarū iuſtorū hoc nomine dici aſſeuerāt. Iob 14.Obſignata eſt uelut in faſciculo, trāſgreſſio mea. Cantic.1. Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi. Hag.1.Qui mercedē reponit,mercedē reponit in faſciculū perforatū. Accipitur tamē interdū per Synecdochē pro lapide ſeu calculo, qui ligari poteſt in faſciculo. Amos 5.Et nō cadet ſcrupulus in terrā,i.granū.2.Sam.17.Sicut ſcrupulus lapidis.

1354 Et pluraliter forma fœminea צְרוֹרוֹת. Gen.42.Et uiderunt faſciculos argenti ſui.

צָרַב Habet paulò molliorē ſignificationē,quam uerbū צָרַף, ſicut & literā molliorē habet. Et paulò duriorē quam חָרַב צָרַב. Et legit̃ tantū in uoce paſſiua ſemel נִצְרְבוּ,aduſtulatū eſt,Ezech.20.Nec extinguet̃ flāma, ſed aduſtulent̃ ea oēs facies à Meridie uſq; ad Aquilonem.

INDE NOMEN,

צָרֶבֶת Aduſtulatum,pus aduſtulatum,i.cruſta illa,quæ ex pure induruit,**der grind oder rufen**.Quidam reddiderunt cicatricem,alij corticem,alij aliter.Et legitur tantùm bis:Leui.13.Si autem loco ſuo ſteterit candor ille,nec creuerit,cruſta ulceris eſt, & mundabit eum ſacerdos.Et mox iterum:Quoniam cruſta aduſtionis eſt.

1355 צֳרִי Reſina.Eſt aūt humor ex arborib.defluens,in hiſpideq́; reſidens:quę licet apud ſcriptores medicos multiplex eſt,tamē cuius in ſacris fit mētio,haud dubiè probatiſſima eſt.Exiſtimo eſſe Balſamū,aut quid ſimile.Gen.43.Deferte uiro munus modicū Reſinæ,mellis & ſtoracis. Legitur etiam forma צְרִי. Gen.37.Et cameli eorum portantes aromata,& reſinā. Itē in forma צֹרִי. Ezech.27.Oleo & reſina.

1356 צָרַח Fortiter ſeu durè exclamauit,ut gigātes ſolēt,qui fortia habēt latera,& alios clamoris uehemētia quodāmodo feriūt.Cōgruit enī ſignificatiōe cū uerbis צָוַח & רָנַן, niſi ꝙ modo ſignificādi inter illa differentia eſt. Et in prima cōiugatione legit̃ tantū participiū præſens,maſculini generis צֹרֵחַ. Zoph.1.Accerimè antè exclamat gigas. In tertia coniugatione יַצְרִיחַ. Ieſa.42.Iubilabit,accerrimè prouocabit.

INDE NOMEN,

צְרִיחַ Locus utrinq; habēs prærupta & fortia latera,uel natura, uel arte:unde pro munitione uertere licebit.Iud.9. Et poſuerūt iuxta munitionem, & ſuccēderunt per eos munitionem igne.Et iterum:Et uenerunt ad munitionem domus dei Berith. Et pluraliter צְרִיחִים. 1.Sam.13.Et abdiderunt ſe populus in cauernis, & in latibulis,& in rupibus,& in munitionibus,& in foſſis.

1357 צֹרֶךְ Neceſſitas:ut neceſſitatis uocabulum accipiatur pro eo quod Latini dicunt,habere opus. Et in ſtatu affixi mutat holē in hatephcametz.2.Paral.2.Nos uerò cædemus ligna de Libano ſecundū omnē neceſſitatē tuā.Præterea in ſacris literis nuſpiā legit̃, at in cōmentarijs & ſcriptis Rabinorū prophanis frequēti eſt in uſu.

Con-

1358 צרע Cōgruit ſignificatione cum uerbis עצר ערץ זער רעץ רצע. Et legūtur in hac forma duo participia: Prius eſt participium præteritum primæ coniugationis, ſeu nomen participiale צָרוּעַ, id eſt, pſora perfoſſus, & qui prævalitus eſt perfoſſione ſeu corroſione malignæ ſcabiei. Et Latinis leproſus dicitur, ſeu ſcabioſus. Leuit. 13. Vir leproſus eſt. & cap. 14. Et ecce ſanata eſt plaga à leproſo, id eſt, ſcabioſo.

מְצֹרָע Alterum eſt participium præteriti temporis, maſculini generis ſecundæ coniugationis, ſeu nomen participiale, & ſignificat uerè leproſum. Leuit. 14. Hæc erit conſtitutio leproſi. 2. Sam. 3. Et non excindetur de domo Ioab fluxum patiēs, & leproſus. 2. Reg. 5. Fuitq́ uir ille fortis bellator, ſed leproſus. Et pluraliter מְצֹרָעִים. 2. Regum 7. Et quatuor uiri erant leproſi. Et mox iterum: Et uenerunt leproſi. Et in genere fœminino מְצֹרַעַת. Exo. 4. & Num. 12. Et ecce manus eius leproſa, ſicut nix.

צָרַעַת Pſora, congruente uocabulo, ſcabies ſeu lepra, corroſio prævalida. Leuit. 13. Plaga lepræ eſt. Et iterum: Si florendo floruerit lepra. 2. Reg. 5. Et lepra Naaman adhęrebit tibi. Et in diſtinctione ſententiæ צָרָעַת. Leuit. 13. Fueritq́ in cute eius plaga lepræ. Et nota, quòd ſcriptura Leu. 13. omnem ſcabiem ac pruriginē, quæ lepræ ſimilis eſt, aut ex qua naſci poteſt lepra, tantiſper lepram uocet, dum de ea à ſacerdote iudicatum fuerit. Et in ſtatu affixorum murat alterū pathah in ſeua, & thau literam fortificat. 2. Reg. 5. Tunc ſubtraheret eum à lepra ſua.

צִרְעָה Nomen inſecti, ſic dicti, quòd prævalidum habeat aculeum, quo perforando inficit & necat. Hieronymus uertit crabrones, noſtrates Iudęi ueſpas. Exod. 23. Et mittam crabrones ante te, & expellent Hiueum. Ioſ. 24. Et miſit ante uos crabrones, & expulit eos è conſpectu ueſtro.

1359 צרף Significationem habet paulò duriorem, quàm uerbum צָרַב, & tamē mitiorem quàm שָׂרַף. Et propriè dicitur de illis, qui argētum igni urunt, excoquūnt, examināt, & à ſcoria repurgant: quanquàm poſtea minus propriè de deo, eius'que uerbo alia probante dicitur. Iere. 6. Accenſus eſt follis, & conſumptum eſt plumbum, in uanum uſſit exuſtor. Zachar. 13. Et ducam tertiam partem per ignem, & uram eos ſicut uritur argentum. Pſal. 66. Vſſiſti nos, ſicut uritur argentum. Pſal. 17. Probaſti cor meum, requiſiuiſti nocte, uſſiſti me, ſed nihil inueniſti. Pſalm. 26. Vre renes meos, & cor meum. Pſalm. 105. Sermo Iehoua uſſit eum. Ieſaiæ 1. Et uram ad puritatem ſcórias tuas. cap. 48. Vſſi te, ſed non ſicut argentum, probaui te in teſta afflictionis. Dan. 11. Et de intelligentibus corruent ad urendum in eis, & ad mundandum. Iud. 7. Et dixit Iehoua ad Gideon, adhuc multi ſunt, deduc eos ad aquas, & uram eos tibi iſtic.

Participium præſens ſeu nomen participiale צוֹרֵף. Ieſaiæ 40. Et catenas argenti urit. Iere. 8. Ecce ego uro & probo eos. Iudic. 17. Et accepit mater eius ducentos argenteos, & dedit eos uſtori, qui fecit ex eo ſculptile. Item ſine uau צֹרֵף. Prou. 25. Aufer ſcorias de argento, & egredietur uſtori uas. Ieſaiæ 46. Conducunt uſtorem. Ierem. 10. Confunditur omnis uſtor à ſculptili. Et pluraliter צֹרְפִים. Nehemiæ 3. Vſiel filius Harhaia uſtorum.

Participium præteritum maſculini צָרוּף. Pſal. 12. Sermones Iehoua elegantes, argentum uſtum in ſublimatorio terræ. Eius fœmininum צְרוּפָה. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Sermo Iehoua uſtus, defecatus ſeptempliciter.

In uoce paſſiua יִצָּרְפוּ. Dan. 12. Mundabuntur & dealbabuntur, & urentur multi.

In ſecunda coniugatione legitur participium præſens מְצָרֵף. Malach. 3. Et ſedebit urens & mundificans argentum.

INDE NOMINA:

צֹרְפִי Vſtor, probator, examinator. Ierem. 6. In uanum uſſit uſtor.

מַצְרֵף Vſtrina. Prou. 17. Quod eſt uſtrina argento, & teſta auro.

צָרְפַת Sarepta, ciuitas Sidoniorum, ut Ioſephus libro Antiquitatum octauo cap. 13. teſtatur, in medio inter Tyrum & Sidonem ſita, cuius uinum Sidonius Poeta his celebrat uerſibus: Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Phalerna, Quæ'que Sareptano palmite miſſa bibas. Et nomen habere exiſtimo ab uſtrinis, id eſt, officinis, quibus

argentum excoquitur. Abdíæ 1. Et migratio exercitus huius de filijs Iſrael, quí inter Cananæos ſunt uſq; ad Zarphath, &c. 1. Reg. 17. Surge & uade in Sareptam Zidoniorum. ubí he litera finalis notat motum ad locũ, quam tamen Lucas Euangeliſta ac ſi ſubſtãtialis eſſet, ſcripſit σάρεφθα, cap. 7. Sed in ueritate dico uobis, multæ uiduæ erant in diebus Elíæ in Iſrael, quando clauſum eſt cœlũ annis tribus & menſibus ſex, quum facta eſſet fames magna per omnem terram, & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarephtha Sidonis ad mulierem uíduã. Porrò quòd noſtrates Iudæi nunc Galliam illam Occidentalem hoc nomine צָרְפַת uocant, id per-
1360 peràm faciunt, nec poſſunt eius appellationis ullam adducere rationem.

**צְפַרְדֵּעַ** Rana: quídam ſentiunt dictionem eſſe compoſitam, & dictam ranam, quòd cognoſcat lucem matutinam. Ego tamen exiſtimo eſſe Ægyptiam, non Hebræam. Exod. 8. Et aſcendit rana. Et pluraliter צְפַרְדְּעִים. Ibidem: Et producet fluuius ranas, &c.

## ק Pſal. 145.

## קָרוֹב יְהוָה לְכָל קֹרְאָיו לְכֹל אֲשֶׁר יִקְרָאֻהוּ בֶאֱמֶת׃

**קאה** Vide infrà in themate קוא.

**קב** Vide ſuprà in themate נָקַב.

1361 **קָבַב** Congruit ſignificatione cũ uerbis בָּקַס בּוּס יָקַב נָבַב נָקַב niſi q ut forma, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differant. Et ut אָרַר à corroſione, & קָלַל à leuitate, ita סבב à cauitate ſeu euacuatione, ſcilicet honoris & benedictionis dicitur malè precari, imprecari mala, maledícere. Num. 23. Cui non maledixit ei Deus. Et iterum: Maledices ei mihi inde. cap. 22. Veni maledic mihi populum iſtum. ca. 23. Et maledic mihi inde. pro קָבָה: uox enim eſt peregrina. Et iterum: Maledicendo. & cap. 24. Ad maledicendum inimicis meis.

In uoce paſſiua קֻבַּב. Num. 23. Cur maledicam. Iob 5. Et maledixi paſcuo eius ſu-
1362 bitò. cap. 3. Maledicant illi. Prou. 11. Maledicent illi populus.

**קִבֵּל** Accepit, recepit, excepit, perceptum habuit ab alio. Et importat reſpectum mutuum, ſeu uiciſſitudinem, quemadmodum etiam נָבַל חָבַל & זָבַל quandã relationem ſeu obligationem importãt. Eſther 4. Et miſit ueſtes quas Mardochai indueret, ſed non accepit. & cap. 9. Accepit Iudaicus populus, quæ ceperat priùs facere, & quæ ſcripſerat priùs ad eos Mardochai. Iob 2. Cùm bona acceperimus à Deo, cur mala quoq; non accipiamus. Prou. 19. Audi conſilium, & accipe diſciplinam. Sic Paulus Apoſtolus iſto uerbo utitur Gala. 1. Si quis uobis Euangelizauerit Euangelium præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Et iterum: Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.

In tertia coniugatione legitur participium præſens מַקְבִּילֹת. Exo. 26. Accipientes laqueolos unum ad alium.

INDE NOMINA:

**קֹבֶל** Receptio: quod tamen aduerbialiter uſurpatur, pro ex aduerſo, contrà, coràm: id enim eſt corã, quod eſt a conſpectũ, uel oculis, uel manibus: & importat reſpectum ſeu relatio

relationem. Chaldęus ſubinde uſurpat pro קֳדָם, ſeu נֶגֶד. 2. Reg. 15. Percuſſit eum coram populo, & occidit eum. Et cum affixo. Ezec. 26. Et baliſtam contra eam dabit in muros tuos.

Hîc non pręter rem me facturum exiſtimaui, ſiquidem Kabulę aliquoties apud ſcriptores mentio fit, certiq; nihil dum conſtet, quid per eam uocem ſignificetur, aliquid de ea adnotem. Iudæi antiquiores id doctrinæ genus hoc nomine Kabulę appellarunt, quæ non ex literis, ſeu libris ſcriptis, ſed ex ore, & uoce uiua aliorum recepta erat, quaſi receptionem ſeu doctrinā receptam dicas, ſicut מִדְרָשׁ uocárunt librum, quo hiſtoriæ, & res geſtæ erāt ſcriptæ. Aſſerunt autem primò eam à Deo Moſi in monte Horeb reuelatam. Deinde à Moſe Septuaginta ſenioribus populi uoce uiua traditam, & ita deinceps ordine perpetuo à ſenioribus alijs alijsq; pijs communicatam. Atq; eiuſmodi eſſe ſcientiam definierunt, quę à terrenis ad cœleſtia, à corporalibus ad ſpiritualia, ab infimis ad ſuprema, ab humanis ad diuina, à temporalibus deniq; ad æterna abducat. Et mihi tale doctrinæ genus fuiſſe uidetur, quale ſcholaſtici Doctores ſenſum ſcripturæ anagogicū, ſeu theologiam myſticam uocauere. Inſuper huic Kabulæ arcanam quandam operationem, uimq; miraculoſam attribuerunt, ſi religioſe ea quis utatur. Porrò Iudæi recentiores antiquioribus plùs ineptiētes, Kabulam in literarum ſyllabarumq; & nominum, præcipuè quæ Deo attribuuntur enumeratione, tranſpoſitione, ſymbolica literarum mutatione, & abſtruſa quadam ac omnino portentoſa interpretatione ſitam eſſe finxerunt. De qua & ueterum Kabula, ſi quis certior fieri cupit, legat tres libros doctoris Ioannis Reuchlini de arte Kabaliſtica inſcriptos, ſimiliter quæ Ioannes Picus Mirandulæ Comes, & Paulus Ritius, alijq; quamplurimi literis mandauerūt. Sed cùm hæc non ſolùm friuola & uana, ſed & impia planeq; ſuperſtitioſa ſunt, data opera prætereo, meamq; pijs piam de Kabula ſententiam exponam. Exiſtimo patrum ſeu Patriarcharum doctrinam religionis antiquitùs hoc nomine dictam, quę Gręca uoce poſtea παράδοσις, id eſt traditio uocata fuit, & hanc equidem non literis mandarunt, ſed ut eā Adam à Deo, ita ipſius liberi ex prædicantis patris ore acceperunt, poſtea ijdem ad Noachi uſq; tempora propagarūt, qui & tres ſuos filios, & alios docuit uſq; ad diluuium. A diluuio uerò poſtquā tres eius filij in mundi tres partes diſperſi ſunt, ſuis ſimiliter Eccleſiis eam, quam à patre receperant Kabulam, tradiderūt, atq; ita ea doctrina ab Adamo primitùs recepta, perpetua ſerie durauit, quouſq; durauerūt pij. Tandem uerò, ubi ſancti patres uita defuncti ſunt, Eccleſiis dei decreſcentibus, ſimulatq; doctrina illa patrum uera, uerusq; dei cultus decreuit: contrà gliſcente eius loco falſa doctrina & idolatria, adeò tandem uetus illa Patrum Kabula extincta eſt, ut paucæ ſolùm & breues ſentētiæ, ceu apophthegmata quædam, in uulgo reliquæ māſerint, quæ tamē partim antiquitatem, quæ non parū uel dictis uel rebus autoritatē parit, partim etiā propter uaticiniorū ueritatē & certitudinem, quæ nōnulli tamē pij obſeruabāt, religioſè ſemper & habitæ & ueneratæ ſunt. Verùm cùm temporū iam lōgiſſimo interuallo Græcis (ut de Iapethi tantùm ſucceſſoribus, qui Europę partes anteriores occupauerāt, nunc dicam) amplius non conſtaret, quo autore illæ ſentētię natę eſſent, nudaq; tantùm ac uidua Kabulæ uox rei iamdudū antiquatæ & exolitæ extaret, eiusq; uocis peregrinæ ſignificatio Græcè loquentibus ignota eſſet, pro ingenio ſuo, quo ad fabulas fingēdas paratiſſimo erāt, fœminā Sibyllę nomine fuiſſe cōmēti ſunt, quę multa ſecula uixerit, atq; eiuſmodi (ceu Deorū uates) ſentētias protulerit. Poſtremò aūt ut plures ſentētiæ alijs alijsq; in locis repertę ſunt, plures eſſe Sybillas finxerūt. Proinde quoties de Sibyllis, aut folio Sibyllæ, aut uaticinijs eius audieris, aliud cogites eſſe nihil, quàm Kabulæ ſiue libros, ſiue uaticinia, quæ ex Kabylla, id eſt Patrum doctrina recepta ſunt, & conſeruata: quanquā pleraq; temporum iniuria corrupta extare certiſſimū eſt. Hæc puto Doctis ſatisfactura eſſe, quæ de קַבָּלָה, i. Sibyllæ nomine diximus, maximè cū & uocū affinitas, quod ad pronūciationē, & ſcripturā attinet, & traditionē uertere licebit: deinde quòd Sibyllarū dicta, quæ à Lactātio

Firmiano,& alijs ſcriptoribus citantur,ijs quę nunc à me in mediũ producta ſunt, ſuffragentur. Nam ſic eãdem Theologiam,idemq; doctrinę genus fuiſſe certò deprehendes,ut quis inde intrepidè aſſeuerare ac pronunciare auſit, à Moſe & Prophetis calamo eſſe tandem conſcripta,quæ patres inde ab Adamo ad Moſi uſque tempora in Eccleſiis ſuis docuerunt & concionati ſunt. Poſtremò ad ſententiæ huius meæ confirmationem facit,quòd Sibyllarum omnium antiquiſſimã, ipſam Sambethen ex Perſide, & Noachi ſucceſſione originem & nomen ſuum traxiſſe aſſeuerant: quod equidem nomen ex שֵׁם & יֶפֶת nominibus filiorum Noach eſſe cõpoſitum, nemo ambigere debet, ſicut quoq; Sibyllam Erithræam Beroſi filiam commenti ſunt,eò quòd à Chaldæis, Abrahamo, eiusq; ſucceſſoribus talis Kabula & Theologia fluxerit.

1363 קבע Conculcauit, peſſundedit, ſupplantauit, oppreſſit: & conuenit ſignificatione cum uerbis עָקַב & בָּצַע, quæ ut literarum poſitu,ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differunt. Prouer.22. Quoniam Iehoua patrocinabitur cauſę eorum,& ſupplantabit ſupplantantes eos, anima. Malach.3. Num ſupplantabit homo Deum. Et iterum: Sed uos ſupplantatis me,& dicitis,in quo ſupplantauimus te?

Participium præſens קֹבֵעַ. Malach.3. Sed uos ſupplantatis me. Et iterum: Et me uos ſupplantatis gens uniuerſa.

INDE NOMINA:

קוֹבַע Galea rotunda inſtar colliculi in capite deſidens: & cognationem quãdam habet cum nomine גבע .1.Sa.17. Et poſuit galeam æneã ſuper caput eius. Ezech.13. Lanceam & ſcutum & galeam ponent contra te circumquaq;. Legitur tamen etiam כּוֹבַע . 1.Sam.17. Et galea ænea ſuper capite eius. Ieſa.59. Et galea ſalutis ſuper capite eius. Ezech.27. Clypeum & galeam ſuſpenderunt in te. Et pluraliter כּוֹבָעִים. 2. Paralip.26. Et diſpoſuit illis Vziahu pro toto exercitu ſcuta, & frameas,& galeas. Iere.46. Et ſtare in galeis.

קֻבַּעַת Fex, quæ ſubſidet in imo. Ieſa.51. Fecem calicis ſoporis bibiſti.

1364 קבץ Congregauit. Et non ſolùm de animaliũ, uerùm etiam quarũlibet rerũ cõgregatione dicitur. Et differt ſignificatiõe à uerbo אָסַף, ſicut differt apud Latinos uerbum congrego à uerbo colligo. 1.Reg.20. Congregauit omnem exercitum ſuum. 1.Sam.7. Cõgrega ad me uniuerſum Iſraelem. 2.Sa.3. Et congregabo ad Suſtentatorem meum regem,uniuerſum Iſraelem. Pſa.41. Cor eius congregabit iniquitatẽ ſibi. Deu.13. Et omne ſpoliũ eius congregabis. Gen.41. Et cõgregabũt omnẽ eſcã.

Participium pręſens קֹבֵץ. Ezech.22. Ecce ego congrego uos. Prou.13. Et congregans ſuper manu multiplicabit.

Participiũ præteritũ קְבוּצִים. Nehe.6. Et omnes pueri mei cõgregati ibi ad opus.

In uoce paſſiua נִקְבַּץ, congregatus eſt. Ioſue 10. Congregati ſunt aduerſum nos. Ieſa.60. Omnia pecora Kedar congregabuntur ibi. Eſther 2. Dum cõgregarentur puellæ. 1.Paralip.13. Et congregabuntur nobis.

Participiũ plurale,maſculini generis נִקְבָּצִים. Iere.4. Et diſpergentur omnis Iehuda,qui congregantur ad te. Et cum affixo. Ieſa.56. Et ad congregatos eius.

In ſecunda coniugatione קִבֵּץ. Deut.30. Et congregabo te ex omnibus populis. Mich.4. Congregauit uos. & cap.1. Quia de mercede meretricis congregauit. & cap.2. Congregando congregabo. & cap.4. Et expulſam congregabo. Ieſa.11. Et colliget expulſos Iſrael,& diſperſiones Iehuda congregabit.

Participiũ præſens מְקַבֵּץ. Ezech.16. Ecce ego congrego omnes amatores tuos. Ieſa.13. Et quaſi grex quem nemo congregat. Et pluraliter מְקַבְּצִים. Ieſ.62. Et congregantes eos, bibent illud.

Participiũ præteritũ generis fœminini מְקֻבֶּצֶת. Ezech.38. Cõgregata è populis.

In quarta coniugatione הִתְקַבֵּץ. Iudic.9. Et nunciatum eſt ipſi Abimelech,quòd congregaſſent ſe omnes uiri turris Sichem. Ioſue 9. Congregauerunt ſe pariter. Ieſ. 44. Et congregauerunt ſe uniuerſi illi.

INDE NOMINA:

קִבּוּץ Hoc nomine Hebręorum Grammatici unam uocalium uocant, q.d. congregatio, eò quòd labiorum congregatione pronuncietur. Et forma ipſius ſunt tria puncta in modum ſcalæ poſita, ſic ֻ.

קִבּוּצִים Nomen pluralis numeri tantùm, congregationes. Ieſa. 57. Quando clamaueris, liberent te congregationes tuæ.

1365 קָבַר Recondit in foramẽ, impoſuit in foramen ſeu foſſam, id eſt in ſepulchrum corpus corruptũ ſepeliuit. Et ut literarũ affinitate, ita ſignificatione congruit cum uerbis בִּקֵּר חָוַר חָפַר כָּפַר קָרַב רָכַס רָסַב, niſi quod modo ſignificandi inter ſe differant. Deinde quoque Germanicum inde defluxit literarum inuerſione facta, graben. Gen. 23. Sepeliuit Abraham Saram uxorem ſuam. Ioſue 24. Et oſſa Ioſeph ſepelierunt in Sichem. Gen. 50. Aſcende, ſepeli patrem tuum. & cap. 23. Et ſepeliam mortuum meum. Et iterum: Ad ſepeliendum mortuum meum. Deut. 21. Sepeliendo ſepelies eum. 2. Reg. 9. Et iuerunt ad ſepeliendum eam.

Participium præſens קֹבֵר. 2. Reg. 9. Et non erit ſepeliens. Et pluraliter קֹבְרִים. 2. Reg. 13. Ipſis ſepelientibus uirum.

Participium pręteritum קָבוּר. 1. Reg. 13. In ſepulchro, in quo uir dei ſepultus eſt. Et pluraliter קְבֻרִים. Eccleſ. 8. Vidi improbos ſepultos.

In uoce paſſiua נִקְבַּר. Ruth 1. Et ibi ſepeliar. Gen. 15. Sepelieris in ſenectute bona. Iere. 22. Sepultura aſini ſepelietur.

In ſecunda coniugatione קִבֵּר. Oſeæ 9. Moph ſepeliet eos.

Participiũ מְקַבֵּר. Iere. 14. Et non erit ſepeliens illis. Et pluraliter מְקַבְּרִים. Numeri 33. Et Ægyptij ſepeliebant ipſos, quos percuſſerat Iehoua.

In uoce paſſiua קֻבַּר. Gen. 25. Illic ſepultus eſt Abraham.

INDE NOMINA:

קֶבֶר Sepulchrum, ein grab, literarũ inuerſione. Pſal. 5. Sepulchũ apertũ guttur eorum. 2. Sa. 2. Et ſepelierũt eũ in ſepulchrũ patris ſui. In diſtinctione ſentẽtiæ קָבֶר. Gen. 23. In poſſeſſionẽ ſepulchri. Et in ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in hirik, & alterũ in ſeua. Nahum 1. Ponam ſepulchrũ tuum. Iere. 50. Sepulchrũ meũ. Et pluraliter forma maſculea קְבָרִים. Exo. 14. Non erant ſepulchra in Ægypto. Ieſa. 65. Qui habitãt in ſepulchris. Et in ſtatu regiminis קִבְרֵי. Iere. 26. Et proiecit cadauer in ſepulchra filiorũ populi. Et in ſtatu affixorũ. Gen. 23. In electo ſepulchrorũ noſtrorum ſepeli mortuũ tuum. Iere. 8. Educent oſſa de ſepulchris eorũ. Legitur quoque pluraliter forma fœminea קְבָרוֹת. Iob 21. Et ipſe ad ſepulchra educetur. At in ſtatu regiminis & affixorum קִבְרוֹת. Leuit. 11. Et uocauit nomen loci illius ſepulchra concupiſcentiæ. Ezech. 32. Sepulchra eius. cap. 37. Et ecce aperio ſepulchra ueſtra.

קְבוּרָה Sepultura, ein grebnis. Eccl. 6. Sepultura nõ fuit ei. Ieſa. 14. In ſepultura. Et in regimine קְבֻרַת. Gen. 35. Sepultura Rachel. Et cum affixis קְבֻרָתָהּ. Gen. 35. Et ſtatuit Iacob titulum ſuper ſepultura eius. Deut. 34. Et nõ nouit quiſquã ſepulturã eius.

1366 קָדַד Congruentiam quandam habet ſignificatione cum uerbis בָּקַר & יָקַר, niſi quod ut forma, ita quoque modo ſignificandi inter ſe differant. Significat autem propriè nictare, id eſt inclinare, quod fit quaſi pũctura aduſtionis celeriter. Legitur uerbaliter in uoce paſſiua נִקּוֹד. Gen. 24. Et inclinaui & proſtraui me. Et iterum: Et inclinauit uir & proſtrauit ſe coram Iehoua. 1. Reg. 1. Et inclinauit Batheba & proſtrauit ſe. 1. Sam. 24. Et inclinauit Dauid naſum, & proſtrauit ſe.

INDE NOMINA:

קָדְקֹד Repetita prima ſubſtantiali, uertex capitis, ubi capilli diſcriminantur in utranque partem, & nomen habet ab inclinatione. Deut. 33. Et diripit brachium cum uertice. ubi tamen pars pro toto ponitur. In ſtatu regiminis & affixorum ſeruat puncta inuariata. Gen. 49 Et uertici Nazirei fratrũ eius. Pſal. 68. Equidem deus cruentabit caput inimicorum ſuorum, uerticem capillitij. Deut. 28. A planta pedis uſque ad uerticem tuum. Pſal. 7. Super uerticem eius fraus ſua deſcendet.

קִדָּה Species cannæ ſeu fiſtulæ aromaticæ, quam Græci κάσιαν, id eſt caſiam uerterunt:

&

& eſt dicta ab inclinatione. Exo.30. Et caſię quingentos ſiclos. pro quo Chaldæus
1367 uertit קְצִיעֲתָא. Item Ezech.27. Caſiam & calamum.

**קָרַח** Verbum neutri generis, & ſignificat incendi, accendi, ſuccendi. Deu.32. & Iere. 17. Quoniam ignis accenſus eſt in ira mea. Ieſ.64. Iuxta accendi ignem liquidas aquas deferuet ignis, id eſt iuxta accenſum ignem.

Participium præſens קֹדְחֵי. Ieſa.50. Ecce omnes uos accenſores.

INDE NOMINA:

**קַדַּחַת** Morbus inflammans corpus: hunc alij carbunculum, alij ſacrum ignem, Hieronymus & noſtrates Iudæi febrim eſſe dicunt. Leuit.26. Inducam ſuper eos horrorem, inflationem, & inflammationem. Deut.28. Percutiet te, &c. & inflammatione.

**אֶקְדָּח** Nomen lapidis precioſi, quem Carbunculum uocant. Ieſaię 54. Et ponam cryſtal-
1368 lum feneſtras tuas, & portas tuas in lapides carbunculos.

**קָדַם** In ſecunda coniugatione ſignificat anteire, antecedere, præire, præcedere, eſſe priorem ſeu anteriorem, occurrere, ſuccurrere, præuenire, anteuertere, præoccupare, obruere. Et eſt aliàs temporis, aliàs loci: accipit̃ tam in bonã, q̃ in malam partem. Pſal.68. Præcedunt cantores, ſubſequũtur ludentes inſtrumẽtis muſicis. Pſal. 89. Miſericordia & fides præcedunt faciem tuam. Ionę 4. Propterea prǫoccupaui, ut fugerem Tharſis. Deut.23. Quia nõ præuenerũt uos pane & aqua cũ egrederemini ex Ægypto. Nehe.13. Qui nõ præuenerũt filios Iſrael pane & aqua. Ieſ.21. Pane ſuo ſuccurrerũt profugo. Pſal.59. Deus bonitatis meę ſuccurret mihi. Pſalm.69. Citò ſuccurrent nobis miſerationes tuæ. Iob 3. Quare præuenerũt me genua, ſcilicet obſtetricis, id eſt exceperũt. 2.Reg.19. Neq; præoccupabit eã ſcuto, i. oppugnabit. Pſal.17. Exurge Iehoua, anteuerte faciem eius. Pſal.88. Et mane oratio mea præuenit te. Pſal.95. Prǫueniemus faciẽ eius celebratione. Mich.6. Cũ quo prǫueniam Iehoua, nũquid præueniã eum cũ holocauſtis? Pſal.21. Quoniã obruiſti eũ benedictionibus bonis. Iob 30. Obruerũt me dies afflictionis. Pſa.18. Prǫoccupauerũt me laquei mortis. Et iterũ: Cùm præoccupaſſent me in die afflictionis meæ, factus eſt Iehoua ſtabilimentũ meũ. Hanc phraſin Paulus Apoſtolus ſeruans ad Galatas 6. uerbo Græco προληφθῆ reddidit: Etiamſi prǫoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, id eſt, præuentus antequã potuerit cauere. Et Valla quidem teſtatur occupare idem ſignificare, quod ui capere, & aliquid anteuertere ſeu præuenire.

In tertia coniugatione הִקְדִּימַנִי. Iob 41. Quis prǫuenit me, ut retribuam, id eſt prior mihi dat. Amos 9. Gladio morientur omnes erratores populi mei, qui dicunt, non accedet, neq; obruet propter nos malum.

INDE NOMINA:

**קֶדֶם** Quãdoq; eſt temporis, atq; idẽ ualet quod עוֹלָם. Deut.33. De uertice montiũ originis, & de delicijs colliũ ſeculi. Pſal.55. Audiet deus & opprimet eos, qui prǫſidet ab origine. Pſal.68. Vehenti ſuper cœlis cœlorũ originis. Pſ.74. Recordare Eccleſiæ tuæ, quam acquiſiuiſti ab origine. Pſal.119. Olim noui hoc de teſtimonijs tuis. 2.Reg.19. Quòd ab diebus originis cogitauerint iſtud. Et cõſtruit̃ ſępenumerò cũ præpoſitionibus, ut מִקֶּדֶם, quod idem ualet quod מֵעוֹלָם. Nehe.12. Ab origine erant principes cantorũ. Pſ.77. Reputabam dies ab origine. Item מִנִּי קֶדֶם. Pſal. 78. Eloquar ænigmata ab origine. Et ſi Deo attribuit̃, notat æternitatẽ. Mich.5. Et egreſſiones eius ante originẽ. Habak.1. Nunquid tu es ab origine Iehoua deus meus. Item cũ præpoſitione caph כְּקֶדֶם. Ier.30. Erũt filij eius ſicut antiquitùs. Thr. 4. Renoua dies noſtros, ſicut antiquitus. Et pluraliter in ſtatu regiminis קַדְמֵי. Prou.8. Ante primodia terræ. Interdum uerò קֶדֶם eſt loci. Num.23. Ex Syria adduxit me Balak rex Moabitarum de montibus Orientis. Pſal.139. Anterius & poſterius in me formaſti. Ieſ.2. Quoniam pleni ſunt magis, q̃ Oriẽs. ubi cõtinens pro cõtento, ſeu locus pro locato ponit̃. Iob 1. Eratq; uir ille magnus inter om̃es filios Oriẽtis. Et accerſit aliquando à fronte præpoſitionẽ mem. Gen.2. Et plantauit Iehoua deus hortũ in Æden ab Oriente, id eſt parte mundi anteriore. cap.10. Cùm ueneris uſq; Saphar montẽ Orientis. cap.11. Et factum eſt, cùm proficiſcerẽtur illi

ab

ab Oriente.Ieſa.9.Syri ab Oriente ſeu anteriore,ſcilicet parte. Et quando in fine accerſit he,tum notat motũ ad locum קֵדְמָה.Ioſue 19.Et egrediens de Sarid Orientem uerſus.Ezech.8.Et facies eorum rectà Orientem uerſus.

קַדְמַת Eſt interdum temporis,id eſt antequàm,priuſquàm. Pſal.129. Erunt ſicut gramen tectorum,quod priuſquàm euellatur,areſcit. Interdũ eſt loci,id eſt, ante. Gen.2. Qui fluit ante Aſſyriam.& cap.4. In terra Nod ante Æden. ubi tamen in prima habet ſubſcriptum hirik.Ieſ.23.A diebus antiquis origo eius. Ezech.16. Sic Samaria, & filiæ eius reuertẽtur ad priſtinũ,ſcilicet locum. Et pluraliter קַדְמוֹת. Ezech.26. Et collocabo uos in priora ueſtra,ſcilicet loca.

קַדְמוֹן Oriens,anterior ſcilicet pars:cuius fœmininum קַדְמוֹנָה legitur Ezech.47. Et dixit ad me,aquæ iſtæ egrediuntur ad regionem Orientalem.

קַדְמֹנִי Oriens,anterior,antiquior:& eſt loci & temporis. Ezech.10.Et ſtetit ianua portæ domus Iehoua anterioris. Zachar.14.Et egredientur aquę uiuæ ex Ieruſalem, pars earũ ad mare anterius,& pars earũ ad mare poſterius.ubi opponitur nomini אַחֲרוֹן. 1.Sam.24.Sicut dicitur prouerbio ueteri:Ab improbis egreditur improbitas. Et pluraliter in forma maſculina קַדְמֹנִים. Iob 18.Et priores apprehender horror.ubi opponitur nomini אַחֲרֹנִים.Ezech.28.Loquutus ſum in diebus anterioribus. Et pluraliter forma fœminina קַדְמֹנִיּוֹת. Ieſa.43.Ne recordemini priorum,& anteriora ne obſeruetis.Malach.3.Sicut in annis prioribus.

קָדִים Oriens,anterior plaga cœli:& eſt ſemper loci.Ezech.40.Portæ ad uiam Orientis. Exo.14.Et fecit Iehoua abire mare per uentũ Orientalem potentiſſimum.Putatur autẽ uentus ille eſſe Typhonius ſeu Euroaquilo,cuius quoq; fit mentio Actorum cap.27.Gen.41.Septẽ ſpicę acuminatæ & aduſtę Oriẽtali,ſcilicet uento. Et cum he motũ denotante ad locũ קָדִימָה. Ezec.40.Quæ reſpicit uiã Orientẽ uerſus,&c.

קְדוּמִים Nomen pluralis numeri, & temporis.Iud.5. Torrens Kiſon traxit eos, torrens antiquorum, torrens Kiſon.

1369

קָדַר Obſcurus fuit,nigreſcebat.Malach.3.Et obſcuratus fuit ſuper eos,dies.Ier.8.Super confractione populi mei cõfractus ſum,& obſcuratus ſum, id eſt contriſtatus ſum.& cap.14.Et obſcuratę ſunt ſuper terrã.Ioelis 2.Sol & luna obſcurati ſunt.

Participium præſens,ſeu potiùs nomẽ participiale קֹדֵר, obſcurus,triſtis.Pſal.35. Sicut lugens matrem, obſcurus incuruabar.Pſal.38.Quotidiè obſcurus incedebã. Iob 3.Obſcurus inceſſi abſq; æſtu,i.niger. Et pluraliter קֹדְרִים.Iob 5.Et obſcuri euehuntur ad ſalutẽ.& cap.6.Qui obſcuri propter pruinam,illos operiet nix,i.triſtes.

In tertia coniugatione הִקְדִּיר, obſcurauit.Ezec.32.Et obſcurabo ſtellas eorum. Et mox iterum:Omnia luminaria lucis in cœlo obſcurabo ſuper te.

In quarta cõiugatione הִתְקַדֵּר. 1.Reg.18.Et cœli obſcurati ſunt nubibus & uẽto.

INDE NOMINA:

קַדְרוּת Obſcuritas,nigredo.Ieſa.50.Induam cœlos obſcuritate.

קְדֹרַנִּית Obſcuritas:quanquàm cum uerbo conſtructum aduerbiaſcit. Malach.3. Et quòd inceſſimus obſcurè in conſpectu Iehoua exercituum.

קֵדָר Nepos Abrahæ,& filius Iſmaelis, Gen.25. & 1.Paral.1. à quo regio eodem nomine cognominata fuit Arabię petreæ, & populus illius regionis Hagareni ab ancilla Abrahæ dicti, qui corpore ob æſtum ſolis fuſco, ex pecoribus tantùm & raptu uiuunt, populo dei acerrimè infenſi. Pſal.120. Habitaui inter tabernacula Kedar. Cant.1.Fuſca ego,ſed decora filiæ Ieruſalem ſicut tentoria Kedar.Ieſaiæ 42. Villæ, quibus habitat Kedar. & cap.60. Omnes greges Kedar aggregabuntur tibi. Iere. 49.Surgite & aſcendite in Kedar,& uaſtabunt filios Orientis tabernacula eorum, & oues eorum auferent,cortinas eorum,& omnia uaſa eorum , & camelos eorum tollent illis. Ezec.27. Arabia & omnes principes Kedar, ipſi negociatores manus tuæ pro ouibus, & arietibus & hircis negociata es cum illis.

קִדְרוֹן Nomen uallis ſeu aluei, in quo torrens eodem nomine fluit, Hieroſolymã,uerſus Orientem à monte oliueti dirimẽs,ab opacitate ſicut Hieronymus quoq; teſtatur ſuper cap.31.Iere. quem poteris ibi conſulere. Legitur autem 2.Reg.23. Et extulit

lucum

lucum è domo Iehoua extra Ieruſalem ad uallem Kidron, & combuſſit eum in ualle Kidron. 2. Sam. 15. Et rex ipſe tranſibat per torrentē Kidron. 1. Reg. 2. Et ſi egreſſus tranſieris torrentem Kidron. 2. Reg. 23. Et currens inde ſtatim proiecit puluerem eorum in torrentem Kidron. Et Ioannes Euangeliſta in ſua hiſtoria cap. 18. facit eius mentionem, ꝙ Chriſtus ſeruator noſter peracta ultima cœna cum diſcipulis ſuis trans torrentem Kidron ambularit in hortum, ubi à Iuda proditus, & à co-
1370 horte & miniſtris Pontificum captus eſt.

קדש Sacer fuit, ſanctus fuit, cōſecratus fuit. Exo. 29. Et ſanctus erit ipſe, & ueſtes eius. Et iterum: Quicunq; attingere uoluerit altare, ſacer eſto. Num. 17. Et leuet thuribula de medio incendij, & hinc inde ignem ſpargat, quoniam conſecrata ſunt. Ieſaiæ 65. Ne tetigeris me, quia ſanctificabo te.

In uoce paſſiua נִקְדַּשׁ. Exo. 29. Teſtificabor quoq; ibi filijs Iſrael, & ſanctificabor in uobis in conſpectu Gentium. Leu. 22. Et ſanctificabor in medio filiorum Iſrael.

In ſecunda coniugatione קִדֵּשׁ, ſanciuit, ſanctificauit, conſecrauit, accōmodauit uſibus diuinis, ad ſacrū uſum deſtinauit, à cōmuni & prophano uſu ſegregauit in uſum ſacrum, ad cultum Dei deſtinauit, ad ſeruitium diuinū accommodauit. Gen. 2. Benedixit Deus diem ſeptimū, & ſanctificauit eum. Exod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum. 1. Sam. 7. Eleazarum & filium eius ſanctificauerunt, ut cuſtodiret arcam Iehoua. 1. Reg. 8. In die illo ſanctificauit rex medium atrium. 2. Reg. 10. Sanctificate ipſi Baal congregationem. Ioelis 2. Sanctificate ieiunium, conuocate cœtum, ꝙ nimirum ieiunia illa publica certis quibuſdam ritibus ac ſolennitatibus celebrari ac peragi ſolebant, ſicut etiam bella: ut Iere. 6. Sanctificate cōtra eam bellum. & cap. 51. Sanctificate contra eam gentes. Ioel. 4. Sanctificauerunt cōtra eum bellum, &c. Quia bella cùm apud Iudęos, tum etiam Gentes certis ceremonijs, legibus, ritibus, ſolennitatibus, inſuper etiam iuriſiurandi ſacratione interpoſita, ſacramentiq; obligatione ſuſcipiebantur, ac gerebantur, ſicut teſtatur Deut. cap. 20. ubi iura belli ordine commemorantur. Et extant exempla in hiſtorijs ſacris quæ idem teſtantur, ut 2. Sam. 15. & 18. ut interim taceam, quòd bella piorum, cultus fuerint deo placens.

Participium præſens מְקַדֵּשׁ. Ezech. 37. Ego ſanctifico Iſraelem. Leuit. 21. Ego Iehoua ſanctifico eum.

Participium præteritū מְקֻדָּשׁ. Ezec. 48. Sanctificato de filijs Zadok. Et pluraliter מְקֻדָּשִׁים. 2. Para. 26. Qui ſanctificati ſunt. Ieſ. 13. Ego præcepi ſanctificatis meis.

In tertia coniugatione הִקְדִּישׁ. Ioſue 20. Et ſanctificauerunt Kedes in Galilæa, ſcilicet in aſylum & locum ſacrū & inuiolabilem. 2. Sam. 8. Erantq; in manu eius uaſa argentea, uaſa aurea, & uaſa ærea, quæ ſanctificauit rex Dauid ipſi Iehoua cū auro & argento, quæ ſanctificauerat de cunctis gentibus, quas ſubegerat. 2. Para. 2. Ego ædifico domum pro nomine Iehoua dei mei ad ſacrificandum, & ad adolendum in conſpectu eius incenſum aromaticum. Atq; hîc obiter obſerua, ꝙ ut hoc uerbum in ſecunda coniugatione ad bellum accommodatur, ut paulò ſuperiùs oſtenſum eſt, ita in tertia coniugatione à prophetis Ieremia, & Zophonia à ritu ſacrificantium & mactantiū uictimas ad occiſionem & interfectionem quæ in bello fit, transfertur: ut Iere. 12. Sanctifica eos ad diem occiſionis. Zoph. 1. Quoniam præparauit Iehoua uictimam, & ſanctificauit uocatos ſuos, ſcilicet Chaldæos, ad hoc ſacrificium, qui illam uictimam deuorent. Hinc apud Prophetas ſceleratorum interfectio uictima Domini dicitur: ut Ieſa. 34. & Iere. 46. quòd interfectio ipſorum quaſi publicum ſacrificiū haberetur quo terra expiaretur. Conſimili propemodum figura loquendi uſus eſt Moſes Exod. 32. ubi dicit: Implete manum ueſtram hodie ipſi Iehoua, unuſquiſq; in filio ſuo, & in fratre ſuo, &c. à ritu conſecrandi ſacerdotes, quo pecudis ſanguine manus eorum tingebantur, tranſſumpta ad trucidationem, qua manus ſuas ſeditioſorum ſanguine cruentare iubebantur.

Participium pręſens מַקְדִּישׁ. Leui. 27. Et ſi qui ſanctificat, redemerit domum ſuam. Paulus detorquet uerbum hoc ad Euangelion, cùm Rom. 15. inquit, Sanctificans

cans Euangelium ut fiat oblatio gentium accepta,& ſanctificata in ſpiritu ſancto, &c. Et pluraliter מְקֻדָּשִׁים. Nehemię 12. Et ſanctificabant Leuitas,& Leuitę ſanctificabant filios Aaron.

In quarta coniugatione הִתְקַדֵּשׁ. 2. Paral. 5. Omnes ſacerdotes qui inuēti ſunt,ſanctificati ſunt. Leuit. 11. Et ſanctificabitis uos,& eritis ſancti,quia ego ſanctus Iehoua. 1. Sam. 16. Sanctificate uos, & uenite mecum ad ſacrificium. Ieſa. 30. Canticum erit uobis,ſicut in nocte,qua ſanctificatur feſtum.

Participiū maſculini generis,pluralis numeri מִתְקַדְּשִׁים. Ieſ. 66. Sanctificantes ſe & purificantes ſe in hortis. Et in genere fœminino מִתְקַדֶּשֶׁת. 2. Samu. 11. Ipſa ſanctificata eſt ab immunditia ſua, id eſt, ceſſauerunt ei menſtrua, non amplius paſſa eſt menſtruorum immunditiam,quòd ex Dauide rege iam concepiſſet.

INDE NOMINA:

קָדוֹשׁ Hebręis idem ſignificat,quod Gręcis ἅγιος,Latinis ſanctus,hoc eſt,purus à uitijs, impollutus, incōtaminatus, caſtus. Et opponitur nomini טָמֵא. Num. 6. Sanctus erit ipſi Iehoua. Exod. 29. Et coques carnem eius in loco ſancto. Nehe. 8. Quia ſanctus dies ipſi ſuſtentatori noſtro. Ieſa. 57. Et ſanctum nomen eius, excelſum & ſanctum inhabitabo. Theologicè autē hoc nomine uenit, qui in Chriſtum baptiſatus, & fide in Chriſtum renatus & purificatus eſt, 2. Corint. 1. Et quando hoc nomen deo attribuitᷣ, non ex eo ſolùm ſanctus dicitur, quòd ipſe ſua eſſentia & per & pro ſe ſit ſanctus, & purus & caſtus, ſed etiam effectionaliter, quòd etiam nos ſanctificet, & emundet à ſordibus peccatorū, & nos etiam tales eſſe uelit, ſicut inquit Leuit. 11. Eſtote ſancti, quia ſanctus ego Iehoua. Et in ſtatu regiminis קְדוֹשׁ. Ieſaię 1. Spreuerunt ſanctum Iſraelis. Pſal. 46. Lætificabunt ciuitatem dei ſanctam cohabitaculorum Altiſſimi. Et pluraliter קְדֹשִׁים. Leuit. 19. Sancti eſtote. 2. Paral. 35. Qui ſancti ſunt ipſi Iehoua. Iob 5. Et ad aliquem è ſanctis reſpicias.

קֹדֶשׁ Sanctitas, ſanctimonia, munditia, ſanctum, ſacrum, conſecratum. Exo. 3. Terra ſanctitatis eſt. & cap. 12. Et in die prima conuocatio ſanctitatis, & die ſeptima conuocatio ſanctitatis erit uobis. cap. 22. Et uiri ſanctitatis eritis mihi. Leuit. 22. Sanctitas erit ipſius Iehoua pro ſacerdote. Pſal. 77. Deus in ſanctitate, uia tua, id eſt opera tua ſunt ſacramenta: non enim cognoſcuntur à mundo. Pſal. 114. Factus eſt Iehuda in ſanctificationem, id eſt, ſacerdotium. Et pluraliter, uel קֳדָשִׁים: Exo. 29. Leuit. 22. Vel קָדָשִׁים: Ezec. 22. & 36. Et nota, ꝙ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים, nūc pro loco templi ſacratiſſimo accipiatur, in quo arca pacti erat repoſita, & in eo deus teſtificabatur populo, in quem non niſi ſemel in anno & ſummum tantùm ſacerdotē ingredi licebat, qui Sanctum ſanctorum, id eſt, ſanctiſſimū dicitur, & Latinè ſacroſanctum uertere poteris. Nunc pro altari, Exod. 29. Nunc pro panibus propoſitionis & pro ſacrificijs, quæ Aaroni tantùm & filijs ipſius cedebant, & illis in loco tantùm ſancto ueſci licebat, Leuit. 2. Nunc etiam pro uaſis, ueſtibus, alijsꝗ rebus, quibus in miniſterio ac dei cultu ſacerdotes tantùm utebantur.

מִקְדָּשׁ Sanctificatio. Ieſ. 8. Et erit in ſanctificationē. Deinde cōmuniter ſumitᷣ ꝓ ſanctuario, id eſt, loco ſacro in quo tantùm ſacra peragebantur, & reponebantᷣ. Exod. 15. Sanctuariū, ô Iehoua, quod firmauerūt manus tuæ. & ca. 25. Et faciēt mihi ſanctuariū. Nu. 18. Portabitis iniquitatē ſanctuarij. ubi locus pro locato poſitus eſt. Et in ſtatu regiminis מִקְדַּשׁ. Ioſue 24. In ſanctuario Iehoua. Ezech. 48. Sanctuariū Iehoua eſt. Et pluraliter מִקְדָּשִׁים. Ezech. 21. Et ſtilla ad ſanctuaria. Et in ſtatu regiminis מִקְדְּשֵׁי. Pſal. 73. Donec ueniam ad ſanctuaria dei. Et in ſtatu affixorum. Ezech. 28. Polluiſti ſanctuaria tua. Pſal. 68. Terribilis deus de ſanctuarijs tuis.

מִקְדָּשִׁים Sanctuaria. Ezech. 7. Et polluentur ſanctuaria.

קִדּוּשִׁים Lingua Iudæorum uulgari ſponſalia dicuntur, à ſanctitate, & munditia.

קָדֵשׁ Significatione contraria, cōmunis, extra coniugiū, prophanatus, pollutus, impurus, rei ueneræ deditus, quiꝗ uas ſuū in ſanctificatione & honore non poſſidet, ſcortator, meretricarius. Deuter. 23. Non ſit impurus de filijs Iſrael. Et pluraliter קְדֵשִׁים. 2. Reg. 23. Et diruit domos impurorū. Iob 36. Et uita eorū ſit inter impuros.

Et eius fœmininum קְדֵשָׁה, mulier communis, publica, prophana, quorumlibet
libidini & uſui expoſita, quæ corpus ſcortatione conſpurcat. Gen. 35. Vbi eſt pub-
1371 lica. Et iterum: Non fuit hîc publica. Deuter. 23. Non ſit publica de filiabus Iſrael.
Et pluraliter קְדֵשׁוֹת. Oſeæ 4. Et cum publicis ſacrificabant, id eſt, ſcortis.

קהה Cõgruit ſignificatione cũ uerbis כָּהָה & כָּהָה, niſi ꝙ modo ſignificãdi inter ſe ua
rient. Significat enim obſcurari, ſeu perturbari, ſeu hebetari. Et referẽ ad dentes
& ferrũ, quando ea obſcurata ſunt, ne uel mordeant uel ſecent: id quod Latini alijs
uerbis efferunt. Iere. 31. Patres comederunt labruſcam, & dentes filiorum obſtupe-
1372 ſcent. Et iterum: Omnis homo qui comedit labruſcam, obſtupeſcent dentes eius.
In ſecũda cõiugatione קֵהָה. Eccl. 10. Si obſtupuerit, ſeu obtuſum fuerit ferrũ, &c.

קהל In prima coniugatione uſitatum eſt tantùm in uoce paſſiua נִקְהַל, aggregatus
eſt. Eſther 9. Exod. 32. Et aggregatus eſt populus contra Aaron. Num. 16. Dum
aggregaretur aggregatio contra Moſen.
Participium maſculini generis pluralis numeri נִקְהָלִים. Ezech. 38. Et omnibus
aggregationibus quæ aggregantur.
In tertia coniugatione הִקְהִיל, aggregauit. Num. 8. Et aggregabis omnem aggre
gationem filiorum Iſrael. Deut. 4. Aggrega mihi populum.

INDE NOMINA:

קָהָל ἐκκλησία, Eccleſia, aggregatio. Leuit. 4. Si totus aliquis cœtus in Iſrael errauerit, &
latet hoc erratum ipſam Eccleſiam, id eſt aggregationem. ubi diſcrimen ponitur
inter קָהָל & עֵדָה, ut eſt inter partẽ & totum. Pſal. 22. In medio aggregationis lauda-
bo te. Deut. 9. In die aggregationis. & cap. 18. In die aggregationis. In ſtatu regi-
minis קְהַל. Gen. 28. Vt ſis in aggregationem populorũ. & cap. 35. Et aggregatio
gentium erit ex te. Exo. 12. Et mactabit eum uniuerſa aggregatio, cœtus Iſrael. ubi
iterum apparet euidens diſcrimen inter iſta duo uocabula, quòd prius generalius
ſit, quàm poſterius. In ſtatu affixorum קְהָל. Gen. 49. In aggregatione eorũ non
uniatur gloria mea. Ezech. 27. Et omnis aggregatio tua. & cap. 32. Et fuit aggrega-
tio eius. Exceptio tamen eſt in pronomine ſecundæ perſonæ pluralis numeri,
ubi ſub altera habet pathah. Deut. 5. Ad omnem aggregationem ueſtram.

קְהִלָּה Eccleſia, aggregatio. Nehemiæ 5. Et dedit ſuper eos aggregationẽ magnam. Et
in ſtatu regiminis קְהִלַּת. Deuter. 32. Hæreditatem aggregationi Iacob. Et hac uoce
uſus eſt ſæpè Paulus Apoſtolus: 1. Corinth. 14. At qui prophetat, Eccleſiã ædificat:
2. Corinth. 1. Eccleſiam dei, quæ eſt Corinthi. Et Lucas Actorum 2. Dominus autẽ
addebat, qui ſalui fierent quotidiè, Eccleſiæ. Atq; Iudęi etiam hodie uocant in lite-
ris ſuis hoc nomine ſynagogas ſuas.

מַקְהֵלִים Forma maſculini generis, aggregationes. Pſal. 26. In aggregationibus benedicam
Iehoua. Et in forma fœminina מַקְהֵלוֹת. Pſ. 68. In aggregationib. benedicite deũ.

קֹהֶלֶת Forma ipſa participium eſt præſentis temporis, generis fœminini, primæ coniuga
tionis. Etſi in titulo Eccl. 1. Salomoni diſertè attribuatur, & cum uerbo conſtrua
tur maſculini generis: Verba aggregatoris filij Dauid regis in Ieruſalem. Dixit ag-
gregator, Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. tamen poſtea in cap. 7. ubi legi-
tur: Vide iſtud inueni, dixit aggregatrix. uerbo adiungitur fœminini generis: un-
de apparet titulum libri referendum eſſe potius ad ipſius libri quàm autoris no-
men, maximè etiam ea de cauſa, quòd regis officium non fuerit concionari, ſed ſa-
cerdotum ac Leuitarum.

לַהֲקַת Facta literarum metatheſi, aggregatio. 1. Samuelis 19. Qui cùm uidiſſet aggrega-
tionem prophetarum.

יִקְּהַת Facta literarũ metatheſi, nomẽ generis fœminini, ſtatus regiminis, abſorpta litera
lamed, pũctulo dagges in kuph, pro יִלְקְהַת poſitum: & ſignificat Eccleſiam, aggre
gationem. Geneſis 49. Non recedet ſceptrum de Iehuda, aut legiſlator de pedi-
bus eius, donec uenerit Silo, & ei erit aggregatio populorum. Libet autem huc
adſcribere uarias interpretum cùm Iudæorum, tum Chriſtianorum huius uocis
expoſitiones. Inter Thalmudiſtas quidam ita uerterunt; Et erit ei deuaſtatio, ſeu
con-

confractio gentiũ. Alij à ferro obtuſo ſumpta metaphora, ita interpretati ſunt: Ille obtundet ſeu hebetabit gentes. Sed illorũ interpretationes primùm propter abſurditatem, deinde ꝙ odio in Chriſtianos potiùs, ꝙ̃ ueritatis ſtudio effictæ ſunt, omitto, aliorũq́; interpretatiões adducã. Onckelos Chaldęus paraphraſtes ita reddidit: Et ei auſcultabũt populi. uerbo uſus יִשְׁתַּמְּעוּן: quem ſecuti quidam Magiſtri Hebræorum nõ ita malitioſi ſimiliter pro auſcultatione & obedientia acceperũt.

Inſuper R. Salomo à uerbo קוה deducens, nomine אסיפת collectionis exponit in hanc ſententiam: Et ad ipſum erit collectio populorum. Et autor uulgaris editionis ſimiliter pro expectatione uertit à uerbo קוה. Et quidem ſi diligenter perpenderimus, non eſt uſqueadeo abſurda aut multùm aliena ab etymologia huius nominis expoſitio, & piam ſecum adfert ſententiã, quòd nimirũ Chriſto eſſent auſcultaturi cum magna expectatione. Sunt pręterea nõnulli Chriſtianorum non mediocriter docti, qui à uerbo נקה, deducunt, ita exponẽtes: Et ipſe purgabit populos, ſcilicet à peccatis ipſorum. quaſi Gabriel ad hanc alludere prophetiam uoluerit, cùm de Chriſto naſcituro dicit: Ipſe ſaluabit populum ſuum à peccatis ipſorum. Neq; ego horum ſtudium improbo, eò quòd ſententia iſta pia ſit, & analoga fidei. Verùm ut alijs ego liberũ permitto, ea quæ ipſis pio ſtudio ſunt uiſa adducere, ita ſimiliter ipſi mihi eandem ueniam & libertatem concedant, ut quæ ego ſentio, in mediũ producere liceat: quæ etſi noua, & inaudita aliquibus uideri poſſint, tamen moderatis & doctis placitura puto. Hanc ego uocẽ יִקְּהַת à uerbo iſto קָהַל perinde ut quoq; לְהַקַת deductam, & duo ſignificare arbitror. Primò in Gen. 49. Eccleſiam, concionem, aggregationem populorum uoce & prædicatione Euangelij ad Chriſtum aggregãdam, quemadmodum & Paulus hac phraſi ac uoce delectatus eſt, & eam ad ſecundã & futuram ad Chriſtum, noſtri aggregationem refert 2. Theſſalonic. 2. inquiens: Rogamus autem uos fratres per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtri aggregationem in illum, &c. Secundò ſignificare ipſam concionem, hoc eſt, uocem & doctrinã, ſicut Salomo hac uoce uſus eſt Prouerbiorum 30. Oculum, qui ſubſannat patri, & contemnit doctrinam matris, corui iuxta flumen effodient, &c. Quare perinde ut Latinis uox concio, nunc pro populi aggregatione, nunc pro ipſa doctrina & prædicatione, ita hæc apud Hebræos dictio יִקְּהַת in Geneſi pro Eccleſia & aggregatione, & à Salomone pro doctrina uſurpatur. Hanc certam & ueram eſſe uocis huius cùm etymologiam, tum quoq; ſignificationem, haudquaquàm dubito, & à multis doctis & bonis hoc meum ſtudium in indagandis fontibus probatum iri ſpero.

1373 קוֹא Vomuit, euomuit, obſcuro, ſcilicet animo, id eſt, perturbato, & faſtidiente ſtomacho: habet enim cognationem cum uerbo קָאָה. Leuitic. 18. Sicut euomuit gentem, quæ fuit ante uos. Ierem. 25. Bibite & inebriamini, & uomite. ubi apparet eſſe de forma קָאָה.

In tertia coniugatione הֵקִיא. Iob 20. Facultatẽ, quam deuorauit, euomuit. Prouerbiorum 23. Buccellam tuam, quam comediſti, hanc euomes. Ionę 2. Et euomuit Ionam in aridam.

INDE NOMINA:

קִיא Vomitus. Ieſaiæ 38. Omnes menſæ plenæ uomitu. Et cum affixo. Ieſ. 19. Sicut uolutatur ebrius in uomitu ſuo.

קֵא Tranſpoſita iod litera ad ſubiectum hirik. Prouerbiorum 26. Sicut canis reuertitur ad uomitum ſuum.

קָאַת Nomen auis immundæ & lege uetitæ, à uomitu, quam Septuaginta pellicanum, alij קיק, id eſt, cuculum, Hieronymus Onocrotalum uertit Leu. 11. & Deut. 14. Et onocrotalum. Et in ſtatu regiminis קְאַת. Pſ. 102. Similis ſum onocrotalo deſerti.

1374 קָוָה In prima coniugatione uoce actiua legitur tantùm participium præſens pluralis numeri קֹוֵי. Et dicũtur illi, qui magno animi deſiderio in aliquẽ intenti ſunt, & reſpiciunt, eumq́; expectant & amplectuntur, ſibiq́; applicant. Latini Interpretes uerbo expectandi tranſtulerunt, ut paulò infrà quoque indicabimus in ſecun-

da coniugatione:congruitq́; ſignificatione cum uerbo שוה, niſi quòd ut prima litera,ita modo ſignificandi differant.Pſal.25. Omnes expectātes te non pudeſient, id eſt,apprehendentes ſeu affectantes te. Pſal.37.Expectantes Iehoua habitabunt terram.Ieſaiæ 49.Quoniam non pudeſient expectantes te.

In uoce paſſiua נקוה, de aquis tantùm dicitur,& ſignificat affectationem: conſtruitur cum אל præpoſitione, quæ motum importat ad locum. Geneſis 1. Confluent aquæ ſub cœlis ad locum unū. Deinde metaphora ab aquis ſumpta,& ad Gentium confluentiam trāslata. Ieremiæ 3. Confluent ad eam omnes gentes propter nomen Iehoua ad Ieruſalem.

In ſecunda coniugatione eſt uſitatiſſimum קוה,& tantùm dicitur de motu & inclinatione animi,& uoluntatis. Variat autem modum ſignificandi ex conſtructione:poteris autem nunc transferre uerbo affectandi, nunc uerbo apprehendendi, nunc amplectendi,nunc intendendi. Paulum Apoſtolum exiſtimo uerbo Græco ἀποκαραδοκέω, id eſt,capite intēto contēplor reddidiſſe, ut ſit geſtus diligenter intuentiū.Hieronymus & poſt eum alij ferè omnes expectandi tranſtulerūt: & quidem non improbo,ſiquidem paupertas linguæ Latinæ propemodum ita cogit,ut iſto uerbo expectandi exponatur. Primò,ponitur abſolutè.Iob 17.Etiāſi expectauero,tamen infernus eſt domus mea,id eſt,ſi diu & circumquaq; ſpectauero. Pſal.39.Et nūc quid expecto Iehoua.Pſal. 69. Expectaui ad cōmiſerendum, id eſt, reſpexi circumquaq; ut cōmiſerentur mei,ſed nemo erat. Secundò,cum datiuo mediante articulo lamed.Gen.49.Salutari tuo intentus ſum.Iob 3.Intētus erit luci,& non. Ieſa. 5.Et intentus fuit iudició,& ecce caluitium. & cap. 60. Quoniam mihi inſulæ intentæ erunt,id eſt,affluent. Tertiò cum accuſatiuo. Pſal. 25. Integritas & rectitudo ſeruabunt me,quia expectaui te.Et iterū:Te expectaui quotidie.Iob 7.Et ſicut mercenarius expectat opus ſuum,id eſt,mercedē operis ſui.cap. 30.Sed bonum expectaui, & euenit malum. Pſalm. 40.Expectando expectaui Iehoua. Pſal. 56. Quomodo expectauerunt animam meam. Ieſaiæ 26. Iehoua expectauimus te.& cap.64.Cùm faceres mirabilia,quæ non expectauimus, id eſt, ſpectauimus,expetiuimus. Quartò, cum אל præpoſitione importante motum animi ad perſonam.Pſal.27.Specta ad Iehoua,conſtans eſto.Pſal.37. Specta ad Iehoua,& cuſtodi uiam eius.Ieſaiæ 51.Ad me inſulæ ſpectabunt.

INDE NOMINA:

קו In ſtatu abſoluto cum cametz. Primò ſignificat applicationē animi ad rem aliquā: Ieſ.28.Mandatū ad mandatū,mādatum ad mandatū: expectatio ad expectationē; expectatio ad expectationē. Secūdò ſignificat funiculū menſoriū,qui ad materiē ſeu ad ipſa ædificia applicat̄, & quo metiunt̄ & menſurant̄ regiones terrarū. Eſt autē in prophetis obſeruandum,quòd duplicē ponant funiculū,unum ad ædificandum,alterum in malum ad deſtruendū. Ieſ.28. Et ponam iudicium ad funiculum,& iuſtitiam ad pondus. cap.44. Dedolauit lignum, extendit funiculum.cap. 34. Et manus eius diuiſit funiculo. Legitur tamen ſemel cum pathah ſcriptum; Ezech.47.Et funiculus in manu eius,menſusq́; eſt mille cubitos. In ſtatu regiminis cum pathah קַו. 2.Reg. 21.Et extendi ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab.Ieſ.34.Et extendet ſuper eam funiculum inanitatis.Ieſa.18: Ad gentē funiculi,id eſt,quæ per funiculos dimetienda erit. ubi prius in regimine, alterū in ſtatu abſoluto,utrunq; autem ſimul diſtributiuè ponitur. Legitur tamen interdū קוה. 1.Reg.7.Et funiculus triginta erat cubitorum.pro quo 2.Paral.4.legit̄ קו. Itē Iere.31. Et egredie̅t amplius funiculus menſuræ.& Zach.1.Et domus mea ædificabitur in ea, & funiculus extendetur ſuper Ieruſalē,id eſt,uerbū dei,quod eſt inſtrumentum ædificij diuini,& certa regula, quæ non uariatur, neq; corrumpitur per traditiones hominū. Et in ſtatu affixorū,ut in ſtatu regiminis,fortificata inſū per litera uau.Pſal.19.In omnem terram exiuit funiculus eorū,id eſt,dimenſum eorum in doctrina Euāgelij.& eius propagatione: ad quam Paulus Apoſtolus quoque alludit 2.Corinth.10.Nos autem non in immenſum gloriabimur,ſed ſecūdum

menſu-

menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis deus pertingendi ad uos, &c.

תִּקְוָה Animi applicatio ad perſonã, ſeu tem aliquã, quã animi affectationẽ ſeu applicationẽ uertere licebit: alij expoſuerũt ſpẽ, alij expectationẽ. Ruth 1. Si dicerẽ, eſt mihi expectatio, ut eſſem hac nocte uiro, atq; etiã parerẽ filios. Iob 7. Dies mei leuiores ſunt radio textoris, & cõſumunẽ ſine expectatione, id eſt, cõſideratione. Prou. 19. Caſtiga filium dum adhuc ſpes eſt. In ſtatu regiminis תִּקְוַת. Iob 8. Expectatio hypocritarũ auferet̃. Pſal. 9. Neq; ſpes afflictorum auferet̃ perpetuò. Eſt & reale: & uocant Hebręi hoc nomine funiculum, qui alicui rei applicatur. Ioſue 2. Ecce cùm ingreſſi fuerimus in terrã, funiculum fili coccineum iſtum ligabis in feneſtra. Et mox iterum: Et ligauit funiculum coccineum in feneſtra. In ſtatu affixorum תִּקְוָה. Iob 4. Eſt' ne timor tuus, ſpes tua. Prou. 23. Et ſpes tua non excindetur.

מִקְוֶה Collectio, ſeu comprehenſio uel ſpiritualis & animi, quam uel ſpem uel expectationem uertere licebit. Eſdræ 8. Sed nunc adhuc ſpes eſt Iſraeli ſuper hoc. In ſtatu regiminis מִקְוֵה. Iere. 14. Spes Iſraelis ſaluator eius in tempore anguſtiæ. & cap. 50. Habitaculum iuſtitiæ, & ſpes patrum eorum Iehoua. Vel eſt aggregatio ſeu comprehenſio corporalis. 1. Paralip. 29. Sicut umbra, dies noſtri ſuper terra, & non eſt congregatio. 1. Reg. 10. Et congregatio mercatorum regis acceperũt congregationem in commutatione. ubi poſterius pro multitudine accipitur rerũ quarumlibet, quæ in negociationẽ ueniunt. Ieſa. 22. Et lacum feciſtis inter duos muros pro aquis piſcinæ ueteris. ubi pro aquarum congregatione, ſeu colluuie ponitur. Et in ſtatu regiminis מִקְוֵה. Gen. 1. Et uocauit deus aridã, terrã: & colluuiẽ aquarũ, uocauit mare, id eſt, confluentiam, aggregationem, ſcilicet aquarum. Exod. 7. Extende manum tuam ſuper Ægyprum, ſuper flumina eorum, ſuper riuos eorum, & ſuper ſtagna eorum, & ſuper omnem confluentiam aquarum eorum. Leuitic. 11. At fons, ciſterna, aggregatio aquarum munda erit.

1375 קוּט Propriè, diſſecatus eſt, quod fit cũ offenſione, quã uel tædiũ & languefactio, uel dolor cõcomitat̃. Et differt modo tãtùm ſignificãdi à uerbo קוֹץ. Iob 8. Q̃m diſſecabit̃ cõſtãtia eius, & domus aranei fiducia eius, id eſt, lãguefiet. Ceterùm in locis alijs omnibus transfert̃ ad animũ, **das hertz zerſchneidẽ/durchs hertz geen/verdrieſſen oder verdroſſen ſein**. Et uariè à Græcis redditur, ſicut in locorũ allegatione indicabimus. Pſal. 95. Quadraginta annis diſſecabar in generatione illa. Quod autor Epiſtolæ ad Hebræos cap. 3. citans hunc uerſum, reddidit προσώχθισα, id eſt, offenſus fui in generatione. Et Lucas paraphraſticè uerbo compoſito τροποφορεῖν exprimere uoluit, qđ eſt ferre, ac tolerare mores alicuius, Act. 13. Et circiter quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto.

In uoce paſſiua נָקוֹט, diſſecatus eſt. Ezech. 6. Et diſſecabũtur in faciebus ſuis ad mala, quæ fecerunt in cunctis abominationibus ſuis. & cap. 20. Et diſſecabimini in faciebus ueſtris propter cũcta mala ueſtra, id eſt, offendemini malis, erunt uobis in faciebus ueſtris iſta mala tanq; gladij. Iob 10. Diſſecata eſt anima mea in uita mea.

In quarta coniugatione הִתְקוֹטֵט. Pſal. 119. Videbam præfractos, & diſſecabar, q; ſermonẽ tuum non cuſtodiebant. Pſ. 139. Nónne odientes te odio habebã, & in illis qui inſurgebant aduerſum te, diſſecabar. Iſtã phraſin etiam Lucas imitatus, uerbo Greco διαπρίομαι diſſecor expreſſit, Actor. 5. His autem auditis, diſſecabantur & conſultabant ut interficerent illos. Similiter cap. 7. Audientes autem hæc, diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.

INDE NOMEN,

קֹט Diſſecatio. Ezechiel. 16. Iuxta modicum diſſecationis etiam magis perditè egiſti, quàm illi in omnibus uijs tuis, ſcilicet poſt Samariæ diſſecationem. Alij tamen aduerbialirer pro modicum accipiunt, ut ſit ſynonymum aduerbio מְעַט.

קוֹל Vox. Vide in themate קָלַל.

1376 קוּם Surrexit. Congruit ſignificatione cum uerbis שָׁכַם & שכב נָצַב, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe uarient. Coniugatur autem in præterito primæ cõiuga-

 tionis

tionis deficiente uau litera. 1. Sam. 17. Quando ſurrexit Philiſtæus. Exod. 33. Et ſurrexit omnis populus. Gen. 13. Surge, perambula terram. 2. Paralip. 6. Et nunc ſurge Iehoua deus. Pſal. 12. Et nunc ſurgam. Leuit. 19. Coram canicie ſurgite. Deuter. 13. Quando ſurrexerit in medio tui propheta. Deuteron. 19. Si ſurrexerit teſtis fraudis. Ioſue 2. Et nõ ſurrexerit amplius ſpiritus in uiro à facie ueſtra, id eſt, ſtabilis fuit.

Legitur tamen ſemel aleph pro uau קָאם. Oſeæ 7. Et ſurget tumultus in populo.

Et quando conſtruitur cum præpoſitione אֶל, importat hoſtilitatem. Gen. 4. Et ſurrexit Cain ad fratrem, id eſt, contra. Similiter cum עַל. Iudicum 9. Et uos ſurrexiſtis contra domum patris mei. Pſal. 27. Si ſurrexerit contra me bellum.

Secundò, quãdo de cõſilijs & cõſultationibus, uel de uerbo & doctrina, de promiſſionib. aut uotis, itẽ de iudicio ſeu iudicatiõe dicit̃, ſignificat ſtare, cõſiſtere, cõfirmari, ſtabiliri. Num. 30. Et ſtabũt uota eius. Ieſ. 7. Non conſiſtet, neq; erit, ſ. conſiliũ. Ieſ. 14. Quemadmodũ decreui, ita ſtabit. & cap. 46. Conſiliũ meũ ſtabit. cap. 40. Sed uerbũ dei noſtri ſtabit in æternũ. Deut. 19. In ore duorũ aut triũ teſtium ſtabit omne uerbum. Paulus Apoſtolus allegans hoc dictũ reddidit uerbo σταθήσεται, conſtituetur omne uerbum, id eſt, ratum, firmum erit. Et quando de oculis dicitur, Hebræis idem ſignificat, quod Latinis caligandi uerbum, das die augen ſtarren, id eſt ſtat uirtus uiſiua, nec diffunditur. 1. Samu. 2. Et oculi eius ſtabant, & non poterat uidere. 1. Reg. 14. Non poterat uidere, quia ſtabant oculi eius præ ſenio.

Tertiò legitur ſemel trãſitiue, ſequente accuſatiuo. Amos 7. Quis eriget Iacob? eſt enim paruus.

Participium præſens קָם, cuius plurale קָמִים in uſu eſt. Pſal. 3. Multi ſurgunt aduerſum me. Pſal. 92. In inſurgentes aduerſus me. Et cum affixis. Exo. 15. Deſtruxiſti inſurgentes tuos. 2. Samuel. 22. Inſurgentes mei. Et in genere fœminino קָמָה. Mich. 7. Filia ſurgit contra matrem ſuam.

In ſecunda coniugatione habet duplicem formam, ſicut עִוֵּל & עוֹלֵל: legitur interdum forma קִיֵּם cum iod mobili, ſecundum conſuetudinem uerborum perfectorum, ſtatuit, conſtituit, ſtabiliuit, confirmauit, comprobauit, ratificauit, erexit. Eſther 9. Et ſermo Eſther confirmauit uerba ſortium. Et mox iterum: Quemadmodũ ratificauit eis Mardochæus, id eſt, conſtituit. Pſal. 119. Diffluxit anima mea præ anguſtia, cõfirma me ſecundũ uerbum tuũ. Eſther 9. Et ratificauerunt, & acceperunt Iudæi ſuper ſe. Aliquando forma geminata קוֹמֵם. Ieſ. 58. Fundamenta generationis & generationis conſtitues. & cap. 61. Deſolationes priores conſtituent, id eſt, confirmabunt. Mich. 2. Et heri populus meus contra inimicum inſtabant.

In tertia coniugatione הֵקִים, erexit, ſtatuit, conſtituit, ſuſcitauit, exuſcitauit, ſtabiliuit, confirmauit, ratificauit. Ioſue 4. Et duodecim lapides erexit Ioſue in Iordane. Prou. 30. Quis conſtituit omnes terminos terræ. Pſal. 4. Et ſtatuit ſuper petram pedes meos. Gen. 38. Exuſcita ſemen fratri tuo. Ruth 4. Ad exuſcitandum nomen defuncti. 1. Sa. 22. Quia ſuſcitauit filius meus ſeruũ meum aduerſum me. Deut. 18. Prophetam exuſcitabo eis. Pſal. 119. Iuraui & ratificabo. Num. 30. Confirmauit ea, ſcilicet uota. ubi contrarium eſt uerbo הֵפֵר. Et quãdo de uerbo dicitur, ſemper huic uerbo eſt contrarium, ſicut & Apoſtolus Paulus interpretatur uerbo ἱστάω, ſtatuo, ſtabilio, facio ut aliquid ſtet, alioqui uacillans aut cadens, & opponit uerbo καταργέω, aboleo, antiquo, irritum facio: ut, cùm inquit Rom. 3. Legem igitur irritam facimus per fidem? abſit: imò legem ſtabilimus.

Participium præſens מֵקִים. Ge. 9. Erigo pactum meum uobiſcum. 1. Sam. 2. Suſcitans è puluere pauperem, id eſt, erigens.

In uoce paſſiua הוּקַם. Exo. 40. Erectum eſt tabernaculum. Vel cum kybutz הֻקַם. 2. Sam. 23. Et ait uir erectus ſuper Meſſiah, id eſt, certificatus de Meſſiah.

In quarta coniugatione legitur tantùm participiũ מִתְקוֹמֵם. Iob 27. Et inſurgens contra me, ſicut iniquus. Et pluraliter מִתְקוֹמְמִים. Pſal. 17. Ab inſurgentibus contra dexteram tuam. Et cum affixo תְּקוֹמְמֶיךָ pro מִתְקוֹמְמֶיךָ. Pſal. 139. Et in inſurgentes cõtra te ſtomachatus ſum. Et in genere fœminino מִתְקוֹמָמָה. Iob 20. Reuelabunt

labunt cœli iniquitatem eius, & terra ſtabit contra eum.

INDE NOMINA:

קוֹם Qui inſurgit contra aliquem, nomē uerbale, ſicut טוֹב bonus. Eius plurale קוֹמִים legitur 2. Reg. 16. Serua me à manu regis Iſrael, & inſurgentium contra me. Poteſt tamen eſſe participium pro קָמִים.

יְקוּם Nomen generale, quod ſubſiſtit ac uiuit in terra, ſubſtātia. Gen. 7. Et delebo omnē ſubſtantiā, quam feci à facie terræ. Et mox iterū: Et deleuit omnē ſubſtantiam, quæ fuit ſuper terra, ab homine uſq; ad pecus, uſq; ad reptile, uſq; ad uolucre cœlorum. Deut. 11. Omnem ſubſtantiā, quæ ſub pedibus eorum in medio totius Iſrael. Et arbitrantur nonnulli non inerudiri Autorē epiſtolæ ad Hebræos fidem ita more Hebræo, Græca tamen uoce ὑπόστασιν uocaſſe cap. 13. Si ſanè initiū ſubſtantiæ uſq; ad finem firmum tenuerimus. Similirer cap. 11. Eſt autem fides earum rerum quæ ſperantur ὑπόστασις, id eſt ſubſtantia. Et 4. Eſdræ 8. Qui habent ſubſtantiam bonorum operum, &c. niſi malis מַעֲבָר, ſicut Mich. 1. uſurpatur: de quo ſuo in loco.

קִים Forma maſculea, ſubſtantia, &, ut ita dicam, ſurrectio, reſurrectio. Iob 22. An non ſucciſa eſt ſubſtantia noſtra. Putat autem Noah, & ipſius filios, qui fuerunt noſtri ſubſtantia, quotquot poſt illos uiuimus, & nos ſumus reſurrectio ipſorum. Et in forma fœminea קִימָה. Thren. 3. Seſſionem eorum & ſurrectionem eorum aſpice.

קָמָה Frumentum in agro rectà ſtans, & nondum demeſſum, culmi & ariſtæ ſtantes, ſeges. Exo. 22. Et ſi cōbuſtus fuerir aceruus, uel ſeges. 2. Reg. 19. Ante ſegetem. Oſeæ 8. Culmus non ei, ariſta quæ non facit farinam. Ieſ. 17. Et erit ac ſi quis colligat meſſem ſegetis. Et pluraliter קָמוֹת. Iud. 15. Et miſit in ſegetes Philiſtæorum.

קוֹמָה Altitudo, ſtatura. Exo. 38. Et altitudo. Ieſaiæ 10. Et excelſi ſtatura. Ezech. 13. Super caput omnis ſtaturæ. In ſtatu regiminis קוֹמַת. 1. Reg. 7. Altitudo rotæ unius. Ieſaiæ 37. Et excindam altitudinem cedrorum. Et cum affixis קוֹמָתוֹ. Gen. 6. Et triginta cubitorum altitudo eius.

תְּקוּמָה Erectio, ſurrectio, reſurrectio. Leuitic. 26. Et non erit uobis reſurrectio coram inimicis ueſtris.

מָקוֹם Locus, ſeu ſpacium in quo ſtatur. Eſtq; tam terminatione, quàm appoſitione generis maſculini, ſed declinatione tantùm generis fœminini. Geneſis 13. Vſque ad locum. cap. 24. Et locus pro camelis. Ieſaiæ 66. Locus requies mea. Et in ſtatu regiminis mutat cametz in ſeua מְקוֹם. Gen. 12. Vſq; ad locum Sichem. Ieſa. 60. Ad glorificandū locum ſanctuarij mei. Leuit. 4. In loco holocauſti. Et eſt hîc obſeruandum, quòd hanc formam regiminis ſeruat, quādo ſequitur relatiuum שֶׁ, uel אֲשֶׁר: quanquàm non ponatur in regimine. Gen. 39. Loco quo uincti regis uinciebātur. Ezech. 21. In locum quo creatus es. Eccl. 11. Et ſi ad Aquilonē loco quo ceciderit lignū, ibi erit. Et pluraliter מְקֹמוֹת. 1. Sam. 7. Omnia loca hæc. Pſal. 103. Omnibus locis dominationis eius. 2. Paral. 33. Et loca. Amos 4. In omnibus locis ueſtris.

קוֹמְמִיּוּת Erectio. Leu. 26. Et ambulare faciam uos erecta ſtatura in erectione: uel, erectè.

אַלְקוּם Dictio cōpoſita ex אַל non, & Infinitiuo קוּם ſurgere. Et dicitur hoc nomine eiuſmodi, contra quem nemo inſurgere audet. Legitur Prouerb. 30. Hircus & rex non ſurgere cum eo, id eſt contra quos non inſurgere debes.

1475

קוֹן Vſuuenit tantùm in ſecunda coniugatione קוֹנֵן, & ſignificat producere ſeu extendere uocem, ut lamentantes producunt uocem in longum: congruitq; ſignificatiōe cum uerbis נְאַם & נְאֻם קָנָה קָנָא קָנֵן, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Ezech. 27. Et lamentabuntur ſuper te. & cap. 32. Lamentatio eſt, & lamentabuntur eam, filiæ gentium lamentabuntur eam. 2. Samuelis 1. Et lamentatus eſt Dauid lamentationem hanc. Ezech. 32. Super Ægyptum, & ſuper multitudinem eius lamentabuntur eam.

Participium pręſens fœminini generis מְקוֹנְנוֹת. Ieremiæ 9. Vocate lamētatrices, ut illæ ueniant.

INDE NOMINA:

קִינָה Lamentū, lamētatio. Ierē. 7. Eleua ſuper excelſis lamentationē. Amos 8. Et uertam

omnes ſolennitates ueſtras in luctum, & omnia cantica ueſtra in lamentationem.

Et pluraliter קִינוֹת. 2. Paral. 35. Omnes cantores & cantatrices in lamentationibus ſuis ſuper Ioſiiahu. Et forma maſculina קִינִים. Ezech. 2. Scriptum erat ſuper ea, lamentationes, gemitus, & planctus.

קַיִן Haſta, lancea in modum cannæ ſeu arundinis productæ. 2. Samuel. 21. Et pondus
1377 haſtæ trecentorum pondere æris.

קוס Ex eo legitur tantùm tertia futuri ſecundæ coniugationis יְקוֹסֵס pro יְקוֹצֵץ. Ezechiel. 17. Non'ne radices eius euellet, & fructum eius punget, ut ipſa areſiat?

INDE NOMEN,

קֶסֶת Pugillaris. Ezech. 9. Et pugillaris ſcriptoris ad renes eius.

קוֹף Simia. Vide ſuprà in themate נָקַף.

1378

קוץ Compunctus fuit: accõmodatur aũt ad multas res, de quibus dicit̃. Et in prima cõiugatione modo ſignificãdi nõ multùm abludit à uerbo קוּט. Porrò apud Latinos reſpõdet propemodũ ei uerbũ abhorreſcere à re quapiã, uel metu, quãdo ſcilicet cõſtruitur cũ ablatiuo מִפְּנֵי, id eſt, à facie ſeu cõſpectu: uel horrorẽ ſeu faſtidiũ & nauſeam habere, quãdo cõſtruitur cũ ablatiuo mediãte præpoſitione beth, in re aliqua. Germani exprimũt uerbo grauen. Greci nõ uno uerbo reddiderũt, ſicut in locorũ allegationibus indicabimus. Gen. 27. Cõpuncta fui per uitã meã à facie filiarum Heth. Exo. 1. Et cõpuncti ſunt à facie filiorũ Iſrael. Leuit. 20. Et cõpungebar in illis. Num. 4. Et anima noſtra cõpuncta eſt in pane iſto uili. & ca. 22. Et cõpunctus eſt Moab à facie filiorũ Iſrael. 1. Reg. 11. Et cõpũctus eſt in Iſraele. Prou. 3. Et ne cõpungaris in correptione eius. Autor Epiſtolæ ad Hebræos citans hoc Salomonis dictũ cap. 12. uerbo ἐκλύομαι, deficio, defatigor, reddidit, cùm ſcribit: Neq; deficias cùm ab eo argueris. licet Lucas Actor. 2. His additis, inquiens, cõpuncti ſunt corde. uerbo reddiderit κατανύττω, ſignificans faſtidium & dolorem actæ uitæ.

Participium præſens קָץ. Ieſaiæ 7. Derelinquetur terra in qua tu compungeris à facie duorum regum eius.

In tertia coniugatione הֵקִיץ retinet quidem ſignificationẽ neutralem, ſed modũ ſignificandi mutat, quem cõmunem habet cum uerbo יָקַץ, expunctus, extimulatus eſt, ſicut accidit illis, qui ſomno euigilant & excitantur: unde uerbo euigilandi, uel expergiſcendi uertere licebit. Ieſa. 29. Et euigilabit & uacua erit anima eius. Pſ. 3. Ego cubabo, & dormiam, & euigilabo: quia Iehoua ſuſtentat me. Pſal. 17. Satiabor quãdo euigilauerit effigies tua. Prou. 6. Cùm euigilaueris, ipſa differet tecum. Iere. 51. Et annunciauit ei dicens, non euigilauit puer. Iob 14. Donec non erunt coeli, non euigilabunt, neq; excitabuntur à ſomno ſuo.

INDE NOMINA:

קוֹץ Spina, à pũgendo. Gen. 2. Spinã & tribulum germinabit tibi. 2. Sam. 23. Et Beliaal, tanquã ſpina mota. Ezech. 28. Et ſpina dolore afficiens. Et pluraliter קוֹצִים. Exo. 22. Quũ ignis egreſſus inuenerit ſpinas. Iere. 4. Et ne ſeratis ſuper ſpinas. In ſtatu regiminis קוֹצֵי. Iud. 8. Et triturabo carnem ueſtram cum ſpinis deſerti.

קַיִץ Æſtas, tempus anni, quo ſol pungit & exuſcitat, id eſt facit matureſcere fructus, & fruges terræ. Gen. 8. Et æſtas & hyems. Pſal. 32. Verſus eſt ſuccus meus in ariditates æſtatis. Prou. 10. Colligit in æſtate filius prudens. Ieſ. 28. Sicut præcocia ante æſtatẽ.

Item ſæpenumerò ponitur pro fructibus æſtiuis, & cõmuniter pro ficubus æſtiuis, collectiuè. 2. Sam. 16. Et centum maſſas æſtiuarum. Iere. 40. Et uos colligite uinum, & æſtiuas, & oleum. Amos 8. Et ecce caniſtrũ æſtiuarum. In ſtatu affixorũ קֵיצֵךְ. Ieſaiæ 16. Super æſtiuas tuas, & ſuper meſſem tuam clamor ingruit.

INDE VERBVM,

קוּץ Æſtiuauit, æſtatem tranſegit. Ieſ. 18. Et æſtiuabit ſuper ea uolucris.

1379

קום Effodit, perfodit, foraminauit in occurſum uenæ: & cõgruit ſignificatiõe cũ uerbis חוּר & חָרָא חָרָה. 2. Reg. 19. & Ieſ. 37. Venam effodi, & bibi aquas peregrinas.

In

In tertia cõiugatione הֵקִיר, fodiendo occurrere fecit, elicuit aquas. Iere. 6. Quẽadmodum eructat puteus aquas ſuas, ita ipſa eructauit malitiam ſuam.

INDE NOMINA:

מָקוֹר Vena aquæ, fons, ſcaturigo. Prou. 25. Fons conculcatus, iuſtus amotus corã improbo. Zach. 13. Fons apertus domui Dauid. Et in ſtatu regiminis & affixorũ מְקוֹר. Pſal. 36. Apud te eſt fons uitæ. Prou. 10. Fons uitæ os iuſti. & cap. 14. Timor Iehoua fons uitæ. Leuit. 12. Et munda erit à fonte ſanguinis eius.

קָרִים Nomen adiectiuum. Prou. 25. Aquæ occurrentes ſeu ſcaturientes animæ laſſæ.

קֹר Frigus, uentus frigidior, uentus ſeu frigus obſtans, & occurrens, & perfodiens ſeu penetrans. Gen. 8. Frigus & æſtas. Et in genere fœminino קָרָה. Iob 24. Nec operimentũ in frigore. Iob 37. Ex penetrali uenit turbo, & ab Aquilone frigus. Pſ. 147. Ante frigus eius quis ſtabit, id eſt, ante impetũ occurrentis frigoris quis ſubſiſtet?

מְקֵרָה Refrigeriũ, refrigeratio, ſcilicet occurrẽs. Iud. 3. Et ipſe ſedebat in altana refrigerij.

קוּרֵי Telæ ſcilicet araneorum, foramina è quibus aranei occurrunt muſcis, & quæ ceu trabes occurrentes habent, ſicut in ædificio. Ieſa. 59. Et telas aranei texent. Aliàs

1380 etiam חוֹרִי dicuntur foramina ſeu retia, de quo ſuo in loco.

קוֹשׁ Congruit ſignificatione cũ uerbis קָשַׁשׁ & קָשָׁה יָקַשׁ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Et ſignificat illaqueare, complicare laqueos. Ieſ. 29. Et corripienti in porta laqueos complicabunt.

In ſecunda coniugatione & quadrata קוֹשֵׁשׁ, in faſces, ſeu faſces complicauit, ſeu conſtrinxit. Exod. 5. Ipſi ibunt, & complicabunt ſibi paleam. & cap. 15. Ad complicandum ſtipulam.

Participiũ præſens מְקוֹשֵׁשׁ. Num. 15. Et inuenerũt uirũ cõplicantem ligna. Et in

1381 genere fœ. מְקֹשֶׁשֶׁת. 1. Reg. 17. Et ecce ibi mulier uidua cõplicãs ſeu colligẽs ligna.

קֶטֶב Nomen ſine uerbo. Et meo quidem iudicio congruit ſignificatione cum uerbis חָסַב חָסָה קָטַף & קָצַב: ſignificat enim euulſionẽ, exciſionem, excidiũ ſeu exitiũ, hoc eſt, luem ſubitò euellentem, qualis eſt aut febris, aut peſtis, aut apoplexia, quæ ſubitò mortem adfert, & auellit, mors ſubitanea. Deut. 32. Atq; euulſione amariſſima. Pſal. 91. Ab euulſione, quæ uaſtat in meridie. Ieſa. 28. Turbo euulſionis.

קֹטֶב Euulſio. Et cum affixo mutat holem in hatephcametz. Oſeæ 12. Vbi euulſio tua Inferne? pro quo Apoſtolus 1. Corinth. 15. uertit νῖκος, id eſt uictoria, ad ſignificandum uictorioſam euulſionem. Septuaginta, ſtimulus. Hieronymus, morſus. Sym-

1382 machus, occurſus. Quinta editio & Theodotio, plaga.

קָטַל Diſſecuit. Iob 13. Si diſſecuerit me, in ipſo ſperabo. cap. 24. Ad lucem ſurget interfector, & diſſecabit oppreſſum & inopem.

INDE NOMEN,

קֶטֶל Sectio, diſſecatio. Abdiæ 1. Eò quòd excindetur uir de monte Eſau per diſſecatio-

1383 nem.

קָטֹן Paruus fuit, uel qualitate, uel quantitate. Gen. 32. Minor ſum omnibus beneuolẽtijs & omni ueritate, i. indignior. 2. Sa. 7. Et paruũ fuit hoc adhuc in oculis tuis. In tertia coniugatione הַקְטִין. Amos 8. Ad paruum faciendum modium, id eſt, ad diminuendum.

INDE NOMEN,

קָטֹן. Nomen ſubſtantiuũ, uel adiectiuum generis maſculini: & eſt quantitatis, uel qualitatis. Gen. 44. A maiore incepit, & in minore ceſſauit. Deut. 1. Tam paruũ, quàm magnũ audietis. 1. Sam. 15. Non'ne cùm paruus eſſes in oculis tuis. 2. Reg. 25. Omnis populus à minimo uſq; ad maximum. Ieſa. 60. Paruus erit in mille. Iere. 49. Ecce paruũ dedi te in gentibus, & contemptũ in hominibus. Gen. 1. Et luminare minus. 1. Sa. 2. Palliũ paruũ faciebat ei mater ſua. 1. Sam. 20. Ecce nõ faciet pater meus rem magnã, aut rem paruã. 1. Reg. 3. Ego ſum puer paruus, nõ noui egredi & ingredi, id eſt, non quod ad quantitatẽ, nec ætatẽ, ſed reſpectu tanti regiminis mihi impoſiti. Ieſ. 54. In momento modico deſerui te. Porrò quando poſitũ eſt in ſubdiſtinctione, aut diſtinctione ſententiæ, mutat holem in cametz, ſic קָטָן. Gen. 9. Et cognouit

quæ

quæ fecerat ei filius ſuus paruus. cap. 27. Et induit Iacob filium ſuũ minorem. cap. 44. Et natum ſenectutis paruum. 1. Samuelis 16. Adhuc reliquus eſt paruus. Ieſaiæ 22. Et omnia uaſa paruitatis. Et cum affixo fortificat literam nun punctulo dagges. 1. Regum 12. Minimus meus, denſior eſt lumbis patris mei. Ieremiæ 6. Quoniam à paruo eorum uſq; ad maiorem eorum. Similiter in plurali קְטַנִּים. 2. Reg. 2. Pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate. 2. Reg. 18. Vnum ſeruorum Suſtentatoris mei minorum. 2. Paralip. 36. Et omnia uaſa domus dei maiora & minora. Item in ſtatu regiminis קְטַנֵּי. 1. Sam. 9. Ego ſum de minimis tribuum Iſrael. Prouerb. 30. Quatuor iſta parua terræ. Et in genere fœminino קְטַנָּה. Geneſis 25. Et nomen minoris Rachel. Num. 22. Non potero præterire os Iehoua Dei mei, ut faciam magnum uel paruum. 1. Sam. 12. Niſi agna una parua. Et pluraliter קְטַנּוֹת. Pſal. 104. Animalia parua & magna. Pſal. 115. Benedicet timentes Iehoua maiores cum minoribus. Ezech. 16. Cùm tu acceperis ſorores tuas maiores te ad minores, quàm tu. Zach. 4.
1384 Quis tu contemptor es diei paruorum.

קָטַר Suffiuit, ſuffitum fecit, ſubfumigauit, adoleuit, odores incendit. 2. Regum 23. Et ſuffiebant ibi ſacerdotes. Ieſ. 56. Qui ſuffierunt ſuper montibus. Iere. 44. Nónne ſuffitum quem ſuffiuiſtis in urbibus Iehuda. Oſeæ 11. Et ſculptilibus ſuffient.

Participium præſens pluralis numeri מְקַטְּרִים. 2. Reg. 18. Fuerunt filij Iſrael ſuffientes illi. Et in genere fœminino מְקַטְּרוֹת. Ieremiæ 44. Suffiebant mulieres eorum dijs alienis. Sumitur tamen nominaliter pro ſuffimentis. 2. Paralip. 30. Et omnia ſuffimenta amouerunt.

Participium præteritũ generis fœminini מְקֻטֶּרֶת. Cãt. 3. Suffita myrrha, & thure.

In tertia coniugatione הִקְטִיר. Leuit. 9. Et adipem ſuffiuit ſuper altari. Leuit. 17. Et ſuffiet adipem. Exod. 29. Et ſuffies totum arietem. Et 1. Reg. 9. legitur præteritum in forma Imperatiui: Et ſuffiuit ſuper illud.

Participium præſens מַקְטִיר. 1. Reg. 3. Tantũ in Excelſis ipſe ſacrificabat & ſuffiebat. Et pluraliter מַקְטִירִים. 2. Paral. 13. Suffientes Iehoua holocauſta. Et in genere fœminino מַקְטִירוֹת. 1. Reg. 11. Et ſic fecit omnibus uxoribus ſuis ſuffientibus & ſacrificantibus dijs ſuis.

Participium præteritum מֻקְטָר. Malach. 1. Et in omni loco ſuffitur nomini tuo.

In uoce paſſiua הָקְטַר. Leuit. 6. Ipſi Iehoua totum ſuffietur.

INDE NOMINA:

קִטֵּר Suffitus, ſuffimentum. Iere. 44. Suffimentum, quod ſuffiuiſtis in urbibus Iehuda.

קִיטוֹר Fumus, uapor. Gen. 19. Et ecce aſcendit fumus terræ, ſicut fumus clibani. Pſal. 119. Sicut uter in fumo. Pſal. 148. Ignis, grando, nix, & uapor.

קְטוֹרָה Thymiama, ſuffitus, ſuffimentum. Deut. 33. Ponent ſuffimentum in furore tuo.

קְטֹרֶת Thymiama, ſuffitus, ſuffimentum. Exo. 30. Et altare ſuffitus. Et iterum: Et ſuffimentum quod facies. & cap. 40. Et pones altare aureum pro ſuffimẽto ante arcam. Et in ſtatu regiminis manet inuariatum. Numeri 4. Suffimentum aromatum. Et in ſtatu affixorum mutat holem in hatephcametz. Ezech. 16. & 23. Et oleum meum, & ſuffimentum meum.

מִקְטָר Nomen adiectiuum, ſuffitorium, id eſt altare ſuper quo adoletur. Et in ſtatu regiminis מִקְטַר. Exo. 30. Et facies altare ſuffitorium ſuffimenti.

מִקְטֶרֶת Vas, in quo fit ſuffitus, quod nos thuribulũ uocamus: poteris uertere ſuffitorium. Et cum affixo mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua, daggeſſata thau litera. Ezech. 8. Suffitorium ſuum in manu ipſius.

קְטֻרוֹת Suffumigationes, ſuffimenta. Ezechiel. 46. In quatuor angulis atrij erant atria ſuffimentorum.

קִיר Paries. Vide infrà in themate קוּר.

1385

קָלַל Significat propriè alleuiari, uel pondere, uel honore & exiſtimatione: & opponit uerbo כבד. Et ut אָרַר à corroſione, & קָבַב ab euacuatione, ita hoc קָלַל à leuitate honoris uel exiſtimationis, uel põderis dicit. Et differt modo tantũ ſignificãdi à

uerbo

uerbo קַלּוּ. Gen.8.Et cognouit Noah,quòd alleuiatæ eſſent aquæ. Iob 7. Dies mei leues fuerunt,pluſquàm radius textoris.Habakuk 1. Et leues erunt pluſquàm pardi equi eius.Nahum 1.Qui leuis fuiſti.Iob 39.Ecce leuis ſum: quid reſpō debo tibi?

Participium præſens,ſeu nomē participiale קַל, leuis:& per metalepſin, uelox, celer.2.Sam.2.Et Azahael erat leuis pedibus ſuis.Ieſ.5.Leuis ueniet.cap.19. Super nubem leuem.Iere.46.Ne fugiat leuis. Et pluraliter קַלִּים. Ieſ.18.Ite nuncij leues. Thren.4.Leues fuerūt perſequutores noſtri,plus quàm aquilæ cœli. Eccl.9. Quia non eſt leuibus curſus. Et in genere fœminino קַלָּה. Iere.2.Dromedaria leuis.

In uoce paſſiua נָקַל & נָקֵל. 2.Reg.3. Sed leue fuit hoc in oculis Iehoua.Ieſa.49. Leue fuit ut eſſes tu mihi ſeruus.2.Sam.6.Sed leuis ero poſthac,pluſquàm nunc,& ero humilior in oculis meis.Geneſ.16.Et leuis facta ſum in oculis eius.Et mox iterum:Et uidit,quòd concepiſſet,& leuis facta eſt domina eius in oculis ipſius.1.Samuelis 2.Et contemnentes me,leues erunt.

Participium נָקֵל,quod tamen nominaliter uſurpatur.Prou.14.Et ſcientia intelligenti leuis. Et in genere fœminino נְקַלָּה. Iere.6.Et ſanauerunt fracturam populi mei ſuper leuitate,dicentes,pax pax,& non pax.

In ſecunda coniugatione קִלֵּל, leuifecit,leuigauit, uilipēdit.Leuit.20.Patrem & matrem ſuam leuifecit.2. Samu.20.Quia leuifecit Chriſtum Iehoua.2.Samuelis 16. Leuifac Dauidem.Exod.22.Deos non leuifacies.Geneſis 8.Non addam leuifacere amplius terram.

Participium præſens מְקַלֵּל.Prouerb.20.Leuificans patrem ſuum.Iere.15.Vnuſquiſq; leuifacit me. Quod Rabonim dicunt eſſe compoſitum ſeu contractum ex קלה & קלל,breuitatis gratia.Leuit.24.Educ leuifacientem,id eſt maledicum. Et pluraliter מְקַלְלִים.1.Sam.3.Quia leuipendebant eas filij eius.

Participiū præteritū מְקֻלָּל, cuius plurale legit Pſ.37. Et leuifacti eius ſuccidenť.

In uoce paſſiua קֻלַּל.Ieſa.65.Et errans filius centum annorum leuificabitur.

In tertia coniugatione הֵקַל, ſi regit poſt ſe accuſatiuum,tum uſurpatur trāſitiuè: ut 2.Sam.19.Cur alleuiaſti me.Ezech.22.Patrem & matrē alleuiauerunt in te. Sin uerò abſolutè ponitur,tum uſurpatur neutraliter: ut Ieſa. 8. Iuxta tempus primùm alleuiauit ad terram Zabulon,& ad terram Naphthali,& poſtremò aggrauabitur, id eſt grauiùs ueniet.1.Reg.12. Pater tuus indurauit iugum noſtrum, ſed tu nūc alleuia à ſeruitute patris tui dura.Exod.18. Et omnem cauſam paruā iudicabunt ipſi, & alleuia à te,ut portent tecum.Ionæ 1.Et proiecerūt uaſa,quæ erant in naui,in mare,ad alleuiandum ab illis,id eſt,ut nauis eſſet leuior ab illis.

In coniugatione quadrata קִלְקֵל,leuigauit.Ezech.21.Leuigauit in ſagittis,interrogauit imagines,id eſt,expoliuit,ut cernerent in illis diuinatores.Eccleſiaſt.10. Si obtuſum fuerit ferrum, & ipſe non leuigauerit acies, tum robur multū præualebit.

In quarta coniugatione הִתְקַלְקֵל.Iere.4. Vidi montes,& ecce commouebantur, & omnes colles leuificauerunt ſe,id eſt fugiendo fuerunt celeres.

INDE NOMINA:

קַל Leuis,celer, uelox:nomen participiale, de quo ſuprà in participio præſenti primæ coniugationis.

נָקֵל Leuis,facilis:nomen participiale,de quo ſuprà in participio paſſiuæ uocis,&c.

קָלָל Nomen adiectiuum,leue,terſum,politum. Ezech.1.& Dan. 10. Et ſcintillantes ſicut aſpectus æris leuis:ſeu,politi.

קוֹל Generale nomen ad omnem uocem ſeu ſonum, ſiue articulatum, ſiue non articulatum, eò quòd leuis ſit, & uelociter feratur. Et manet ſemper inuariatum tam in ſtatu regiminis, quàm affixorum.Geneſ.3. Et audierūt uocem Iehoua Dei. & cap. 16.Et obediuit Abram uoci Sarai.& cap.39.Et clamaui uoce magna.cap. 27. Vox iſta,uox Iacob.Pſalm.19.Non eſt audita uox eorum.1.Samuel.14.Et eleuauit Saul uocem ſuam,& fleuit.Ieremiæ 42.Et uox tubæ non eſt audita.Ezechiel.1.Et audiui uocem alarum eorum,ſicut uocem aquarum.2. Reg.6. Non'ne uox pedum Suſtentatoris eius poſt eum? Pſal.18.Et Altiſſimus dedit uocē ſuam . Iob 37. Tonabit

Deus

Deus uoce ſua. Et pluraliter קֹלוֹת. Exo.9. Voces ceſſabunt,id eſt tonitrua. Et iterum: Et Iehoua dedit uoces & grandinem. Pſal.93. A uocibus aquarum multarum.

קְלָלָה Leuificatio,ſcilicet honoris & bonorũ: & opponitur nomini בְּרָכָה, ſicut קָלוֹן opponitur nomini כָּבוֹד. Noſtri uerterũt maledictionẽ. Gen.27. Inducã ſuper me leuigationẽ, & non auctionẽ. Deut.11. Et do corã uobis hodie leuigationem, & auctionem, id eſt maledictionem, & benedictionem. In ſtatu regiminis קִלְלַת. Deut.21. Quia leuigatio Dei, eſt ſuſpenſus, id eſt maledictio. Iud.9. Et uenit ſuper eos leuigatio Iothan. Prou.26. Sicut hirundinis eſt uolare, ita leuigatio ſine cauſa nõ eueniet.

Et cum affixo קִלְלָתוֹ. 2.Sam.16. Et reddet mihi Iehoua bonũ pro leuigatione eius.

Et pluraliter קְלָלוֹת. Deut.28. Et uenient ſuper te omnes leuificationes iſtæ.

מַקֵּל Baculus, uirga, à leuitate. Num.22. Et percuſſit aſinã baculo. Gen.30. Et tulit ſibi Iacob baculum populi. ubi tamen habet utrinq; pathah. In ſtatu affixorum nihil mutat, niſi ultimam in ſeua. Zach.11. Baculus meus. Et pluraliter מַקְלוֹת. Geneſ. 30. Super baculos. Zach.11. Et accepi mihi duos baculos.

1386 קָלָה

Torruit, torrefecit: & magnam habet cum uerbo קָלַל cognationem: quod enim torretur, leueſit. Iere.29. Ponat te Iehoua, ſicut Zidkilahu, & ſicut Achab, quos torruit eos rex Babel igni.

Participium præteritum. Leuit. 2. Spicam toſtam igni. Ioſue 5. Azymam & toſtam, id eſt ſpicam toſtam.

In uoce paſſiua נִקְלָה. Deut. 25. Et leuifiat frater tuus in oculis tuis. Ieſaiæ 16. Et leuifiat gloria Moab.

Participium præſens, ſeu nomen participiale, maſculini generis נִקְלֶה. 1.Sam.18. Et ego ſum uir pauper & leuipenſus. Ieſa.3. Leuipenſus contra honoratum. Prou. 12. Melior eſt leuipenſus, cui eſt ſeruus, quàm qui glorificat ſe, & indiget pane.

In tertia coniugatione legitur tantùm participium præſens מַקְלֶה: & in ſtatu regiminis מַקְלֵה. Deut.27. Maledictus leuifaciens patrem ſuum & matrem ſuam.

INDE NOMINA:

קָלוֹן Leuipenſio, id eſt ignominia. Et ut קְלָלָה opponitur בְּרָכָה, ita קָלוֹן opponitur כָּבוֹד, gloriæ. Pſal.83. Reple facies eorum leuipenſione. Habakuk 2. Satiatus es leuipenſione eorum potius, quàm gloria.

קִיקָלוֹן Nomen cõpoſitum ex קִי, quod ſignificat uomitum, & קָלוֹן leuipẽſio, ſeu ignominia, id eſt, uomitus ignomiæ. Habakuk 2. Vomitus ignominiæ ſuper gloriã tuam.

קַלַּחַת Caldare. Vide in themate לָשַׁח.

1387 קָלַס

Contumelia affecit extenuando, uilipendit. Ezech. 16. Nõ feciſti ſicut meretrix contumelia afficiendo mercedem, ſcilicet oblatam, ut exiguam.

In quarta coniugatione הִתְקַלֵּס, contumelioſus fuit extenuando. Habakuk 1. Et ipſe in reges cõtumelioſus fuit, ſeu extenuatiuus fuit, & principes ſunt riſus illi. Ezech.22. Quæ propè ſunt, & quæ procul ſunt, contumelioſa ſunt in te.

INDE NOMINA:

קֶלֶס Contumelia quæ fit cum extenuatione alterius, uilipẽſio. Pſal. 44. & 79. Ponis nos conuicium uicinis noſtris, ſubſannationem & contumeliã circumiacentibus nos. Ieremiæ 20. Quia factum eſt uerbum Iehoua mihi in conuicium, & in contumeliam quotidiè.

קַלָּסָה Contumelia. Ezech. 22. Propterea dedi te conuicium gentibus, & contumeliam omnibus terris. Arbitror autem hoc thema ſignificatione congruere cum סלס, & ſignificare extenuationem.

1388 קָלַע

Rotauit, circumrotauit in gyrum lapidem, rotulas fecit uel ſculpendo, uel nendo: & ut tranſpoſitione literarum, ita modo ſignificãdi uariat à uerbo עָקַל. Deinde etiam conuenientiam quãdam habet cum uerbis עָלַג & גָּלַע לָעַג עגל, quę omnia à rotunditate appellationem habent. 1. Regum 6. Et rotabat Cherubim & palmas, id eſt, in rotulas exculpebat Cherubim & palmas. Et iterum: Et rotabat ſuper eas rotulas.

Parti-

Participium preſens מְקַלֵּעַ. Iudic. 20. Omnis ille rotabat cum lapide ad pilum, & non aberrabat. Ieremiæ 10. Ecce ego rotabo habitatores terræ.

In ſecunda coniugatione קִלֵּעַ. 1. Sam. 17. Et accepit inde lapidē & rotauit, & percuſſit Philiſtęum. Et mox iterum: Et animam inimicorum tuorum rotabit in medio uolæ fundæ.

INDE NOMINA:

קַלָּע Rotator, id eſt qui lapidē funda rotat, fundibularius: cuius plurale קַלָּעִים legitur 2. Reg. 3. Et circumdederunt fundibularij, & percuſſerunt eam.

קֶלַע Rotatio, rotula, i. funda in qua lapides rotant. 1. Sam. 17. Cū fūda & cū lapide. Zacha. 9. Et deuorabūt, & ſubijcient lapidibus fundæ. In diſtinctione ſententiæ קָלַע. 1. Sam. 25. In medio uolæ fundæ. Iob 41. Pro ſtipula reputātur ei lapides fundæ. Et cum affixo mutat primam uocem ſægol in pathah. 1. Sam. 17. Et funda eius in manu ipſius. Et plur. קְלָעִים. 2. Paral. 26. Et pro lapidibus fundarū. Dicuntur etiā hoc nomine tapetes à rotulis, quæ illis fuerūt intextæ, uel ꝙ in profectione populi à Leuitis inuoluerentur. Exo. 27. Et tapetes atrio ſex, ex torta byſſo. 1. Reg. 6. Et duæ tapetes oſtij ſecundū rotundæ. Et in ſtatu regiminis קַלְעֵי. Exod. 38. Et fecit atrium in angulo aduerſus plagam Auſtralem tapetes atrij ſex, &c.

מִקְלַעַת Rotula, rotunditas. Et in ſtatu regiminis מִקְלַעַת. 1. Reg. 6. Rotula cucurbitarū. Et pluraliter in ſtatu abſoluto מִקְלָעוֹת. 1. Reg. 7. Atꝗ ſuper ore eius erāt rotulę. Et in ſtatu regiminis מִקְלְעוֹת. 1. Re. 6. Et in omnibus parietibus domus circūquaꝗ rotauit ſculpturas rotularum Cherubim & palmarum, & apertionū florū. Et ibidem iterū: Et rotabat ſuper eas rotulas Cherubim, &c. id eſt, rotulas, in quibus erant Cherubim.

1389 קֶמַח Farina ex quolibet frumento. 1. Reg. 17. Cadus farinæ non deficiet. Oſeæ 8. Ariſta non faciet farinā. Gen. 18. Accipe citò tria ſata farinæ ſimilæ. Num. 15. Decimam modij farinæ hordeorum. Et in diſtinctione ſententiæ קָמַח. 1. Regum 4. Triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinę. Ieſ. 42. Accipe molā, & mole farinam. Differentia autem, quæ eſt inter סֹלֶת & קֶמַח, cernes in סלת.

1390 קָמַט Contraxit rugas, corrugauit. Et ſignificatione cōgruit cū uerbo קָמַץ, niſi quòd modo ſignificandi diſcrepēt. Iob 16. Et quòd corrugaſti me, ꝓ teſtimonio fuit. In ſecunda coniugatione uoce paſſiua קֻמְּטוּ. Iob 22. Qui corrugati ſunt in non tempore, id eſt ante tempus.

1391 קָמַל Succiſum eſt ſine omni parſione ſeu commiſeratione, ſeu ignoſcētia. Et eſt cōtrarium uerbo חָמַל & אָמַל. Ieſa. 33. Deformatus eſt Libanus, ſucciſus eſt. & ca. 19. Arundo & carectum ſuccidentur.

1392 קָמַץ Contraxit in rugas, ut cùm uel manus in pugillū, uel labia in rugas, ſeu arctū cōtrahuntur. Et congruit ſignificatione cū uerbo קָמַט, niſi ꝙ modo ſignificandi parumper diſſideant. Leuit. 2. Et contrahet inde plenitudinē pugilli ſui. Num. 5. Et contrahet ſacerdos de oblatione memoriale eius.

INDE NOMINA:

קֹמֶץ Contractio uolæ, i. pugillus: qd' cum affixo mutat holē in kybutz. Leuit. 2. Et cōtrahet inde plenitudinē pugilli ſui. & cap. 6. Et eleuabit ex eo pugillo ſuo. Et iſto nomine dicitur à Grammaticis Hebræorum uocalis ָ, eò ꝙ prolatione eius contrahuntur labia. Et pluraliter קְמָצִים. Gen. 41. Et fecit terra in ſeptem annis ſaturitatis ad contractiones, id eſt ad pugillos.

גּוּמָּץ Concauitas, cauea, foſſa, fouea: à ſimilitudine pugilli. Eccl. 10. Fodiens foueam, in eam incidet.

1393 קִמּוֹשׁ Species quędam urticæ. Ieſ. 34. Succreſcent in palatijs eius ſpinæ, urtica. Et interpoſita Iod litera קִימוֹשׁ. Oſee 9. Vrtica poſſidebit eas.

קִמְּשׂוֹנִים Vrticæ. Prou. 24. Et ecce obduxit uniuerſum ipſum, urticetum.

1394 קָנַן Nidificauit, parauit nidum ſeu habitaciunculam. Et congruit ſignificatione cū uer-

uerbis קָנָה & סוּן קָנָא, niſi φ ut forma, ita modo ſignificandi diſcrepent. Ieſaiæ 34. Nidificauit eritius. Ezech. 31. In ramis eius nidificauerunt omnes aues. Pſ. 104. Illic aues nidificabunt. Ieremiæ 48. Et erit uelut columba, quæ nidificabit.

Participium præteritũ generis fœminini מְקֻנָּנָה, quanquàm in textu irregulariter ſit ſcriptum. Ieremiæ 22. Habitatrix in Libano, nidificata in cedris.

INDE NOMEN,

קֵן Nidus. Pſ. 84. Etiã paſſer inuenit ſibi domũ, & hirundo nidũ ſibi. Ieſ. 10. Et inuenit quaſi nidũ manus mea. & cap. 16. Et erit uelut auis mobilis nido emiſſa. In ſtatu regiminis mutat zere in pathah. Deut. 22. Cũ occurrerit nidus auis corã te. At in ſtatu affixorum mutat zere in hirik, daggeſſata litera nun. Deut. 32. Sicut aquila ſuſcitabit nidũ ſuum. Num. 24. Et pone in petra nidũ tuũ. Ieremiæ 49. Si eleuaueris tanquàm aquila nidum tuum. Iob 29. Cũ nido meo expirabo. Et pluraliter

1395 קִנִּים. Gen. 6. Nidos facies in arca.

קִנֵּא Habuit zelum, uel ex fauore, uel ex inuidentia & ſtudio æmulandi. Et quadrat ſignificatione cum uerbis סוּן קָנַן קָנָה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uariẽt. Et conſtructũ cũ lamed eſt fauoris. Num. 25. Pro eo φ zelũ habuit pro deo. 2. Sam. 21. Cũ zelũ haberet ipſe pro filijs Iſrael et Iehuda. Ioel. 2. Et habuit zelũ Iehoua pro terra ſua. 1. Reg. 19. Zelando zelatus fui pro Iehoua. Et ſemel in malum accipitur, & eſt inuidentiæ. Pſal. 106. At zelum habebat cõtra Moſen in caſtris contra Aaron ſanctum Iehoua.

Participium præſens מְקַנֵּא. Num. 11. Et dixit illi Moſes, an habes tu zelum p me, utinam uniuerſus populus Iehoua eſſent prophetæ. Quando autem cum accuſatiuo conſtruitur, ſignificat zelũ habere inuidẽtiæ. Gen. 26. Et fuit illi acquiſitio ouiũ, & acquiſitio armẽti, & famulitiũ multũ, & zelauerũt eũ Philiſtęi. Num. 5. Et zelabit uxorẽ ſuã. cap. 25. Pinhas filius Eleazar filij Aaron ſacerdotis auertit furorẽ meũ à filijs Iſrael, cũ zelaret ipſe zelũ meũ in medio ipſorũ. Ieſ. 11. Ephraim non zelabit Iehudam. 1. Reg. 14. Et ad zelũ accenderũt eũ præ omnibus, quæ fecerunt patres eorum. Ezech. 31. Zelata ſunt ea omnia ligna Æden, quæ ſunt in horto dei. Deu. 32. Ipſi ad zelandũ accenderunt me in non deo. Quando cum beth cõſtruitur, ſignificat ſimiliter habere zelũ inuidentiæ. Gen. 30. Et uidit Rachel, φ non genuiſſet ipſi Iacob, & habebat zelum contra ſororem ſuam. & cap. 37. Et zelũ habebant contra eum fratres ſui. Pſ. 37. Ne habeas zelum contra facientes iniuſtitiã. Pſa. 73. Quoniam zelum habui in glorioſos, cũ pacem improborum uiderẽ. Prou. 3. Ne habeas zelum in uirum fraudis, neq; eligas uias ipſius. & cap. 23. Ne habeat zelum cor tuum in errones.

In tertia coniugatione הִקְנִיא, ad zelũ accendit. Deut. 32. Ad zelum accendebant eum in alienis. Et iterum: Et ego ad zelum accendam eos in non populo. Pſ. 78. Et in ſculptilibus ſuis accenderunt ad zelandum eum:

INDE NOMINA:

קַנָּא Zelotes, æmulator. Exo. 20. Quoniam ego Iehoua deus tuus, deus zelotes. & ca. 34. Quoniã non curuabis deo alio, quia Iehoua zelotes nomẽ eius, deus zelotes ipſe. Deut. 4. Quoniam Iehoua deus tuus ignis deuorans eſt, deus zelotes.

קַנּוֹא Zelotes, æmulator. Nahum 1. Deus zelotes & uindex Iehoua.

קִנְאָה Græcè ζῆλος ſeu ζηλοτυπία, Latinè æmulatio, ſtudiũ & paſſio animi, ex eo proueniens, quòd timeat ne adſit alteri, quòd cum nemine uelit habere cõmune. Et Paulus reddidit duabus uocibus, ut eò pleniùs exprimeret uocis ſignificationẽ, Ro. 13. Non contentione & æmulatione, i. cõtentioſa æmulatione. Item Philip. 1. Nõnulli quidem per inuidiam, & contentionem, id eſt, inuidioſam contentionem.

Sũt aũt loci quibus in ueteri Teſtamẽto legiẽ: Num. 5. Et tranſierit ſuper ipſum ſpiritus zelotypiæ. Iob 5. Et perſuaſibilem occidet æmulatio. Prou. 6. Zelus eſt furor uiri, & non parcit in die uindictæ. cap. 14. Et putredo oſſium eſt zelus. cap. 27. Quis autem ſtabit coram zelo. Canticor. 5. Durus uelut infernus, zelus. Ieſaiæ 42. Sicut uir bellorũ excitabit zelum. Ezech. 8. Vbi erat ſedes ſimulachri zeli, poſſeſſoris

ſoris.& cap.16.Et dabo te ſanguinẽ furoris & zeli. Et in ſtatu regiminis קִנְאַת. 2.
Reg.19.Zelus Iehoua exercituum faciet iſtud.Pſal.69.Zelus domus tuę comedit
me.Eccl.4.Quòd illud eſſet æmulatio uiri contra proximũ ſuum. Et in ſtatu affi
xorum קִנְאָתִי. Num.25.Cùm zelaret ipſe zelum meum. Deut. 29. Et zelus eius in
uirũ iſtũ.Pſ.79.Pertranſit uelut ignis zelus tuus.Ieſ.63.Vbi eſt zelus tuus, & mul-
1396 ta fortitudo tua. Et pluraliter קְנָאֹת. Num.5.Quoniã oblatio zelotypiarum eſt.

קנה Parauit,comparauit,acquiſiuit induſtria,labore uel precio.Item habuit in po-
teſtate ſua.Et congruit cum uerbo Græco κτάομαι,quod & acquirere,& habe
re ſignificat:habet & quandã affinitatẽ ſignificatione cũ uerbis קָנָא & קֵן קוּן,
niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Deut.32.An nõ ipſe eſt pa
ter tuus,qui parauit te,qui fecit te,& cõfirmauit te. Pſal. 74. Recordare aggrega-
tionis tuæ,quam paraſti olim.Pſ.139.Quoniam tu paraſti renes meos.Prou. 8. Ie-
houa parauit me initiũ uiæ ſuæ.Pſal.78.In montẽ iſtũ,quẽ acquiſiuit dextera eius.
Ruth 4.Atque etiã Ruth Moabitiden uxorẽ Machlon acquiſiui in uxorẽ. Gen. 4.
Et Adam cognouit Hauam uxorẽ ſuam,& grauida facta eſt, & peperit Kain, di-
cens,acquiſiui uirũ ipſum Iehoua.Exo.15.Donec pertranſierit populus iſte, quẽ
acquiſiuiſti.Prouerbiorum 1.Acquire ſapientiam,acquire intelligentiam.cap.16.
Acquirere ſapiẽtiam,quantò melius eſt, quàm aurũ: & acquirere intelligentiam,
quantò eligibilius eſt,quàm argentum.Exod.21.Si comparaueris ſeruum Hebræ
um.Gen.25.Et ager quem comparauit Abraham à filijs Heth.& cap.47.Et tantũ
humum ſacerdotum non comparauit.& ca.33.Et comparauit portionem agri. 2.
Samuelis 24.Sed comparãdo comparabo abs te pro precio.Et iterum:Et compa
rauit Dauid aream & boues.

Participium præſens קֹנֶה. Prou.15.Qui audit increpationem,acquirit cor. Le
uit.25.Et erit uenditio eius in manu comparantis eam, uſque ad annum iobileum.
Deuter.28.Sed uenderis ibi hoſtibus tuis,& non eris comparator,id eſt, emptor.
Ieſ.14.Sicut emptor,ita uenditor.Prou.20.Malum eſt,malum eſt,dicit omnis em
ptor.Ier.7.Emptor nõ lætetur,& uenditor non lugeat. Et in ſtatu regiminis קֹנֵה.
Gen.14.Benedictus Abrã in deo excelſo,poſſeſſore cœli & terræ. Similiter in
ſtatu affixorum.Leuit.25.Et computabit cum emptore ſuo.Ieſ. 1. Nouit bos em-
ptorem ſuum. Et pluraliter קֹנִים. Zach.11. Paſce oues occiſionis,quas poſſeſſo
res illarum interfecerunt.

In uoce paſſiua נִקְנָה. Iere. 32. Comparetur ager in terra iſta.Et iterum:Adhuc
comparabuntur domus & agri.

In tertia coniugatione הִקְנָה. Zach.13.Vir colens humum ego ſum,quia homo
pecuarium comparauit me,&c.

Participiũ præſens מַקְנֶה. Ezech.8. Vbi erat ſedes ſimulachri, zeli poſſeſſoris.

INDE NOMINA:

מִקְנֶה Forma maſculea,Græcè περιποίησις,id eſt,acquiſitio.Exod.12.Et gregis & armẽ
ti acquiſitio magna ualde.Et ſic quoque Apoſtolus Petrus uſus eſt 1.Petri 2. & Pau
lus Epheſ.1.& Theſſal.2. Deinde aliquantò ſpecialiùs,acquiſitio pecoris ſeu a-
nimalium,quæ in paſcuis aluntur,peculiũ, pecus noſtra induſtria, noſtro labore
ſeu precio partũ, ein habe viehs. Et eſt nomen collectiuum.Gen.4.Ipſe eſt pater
habitantis tabernaculũ & pecoris.& ca.13. Et Abram erat diues ualde in pecore,
in argento,& in auro.ca.46.Viri paſtores gregis:nã uiri pecoris fuerũt. Num. 32.
Terra,quam percuſſit Iehoua corã aggregatione Iſrael,terra pecoris & ſeruis tuis
etiam pecus. In ſtatu regiminis מִקְנֵה. Gen.26.Et fuit illis acquiſitio gregis, &
acquiſitio armenti,& famulitiũ multũ.& cap. 47.Et adduxerunt pecora ſua ad Io
ſeph,& dedit illis Ioſeph panẽ pro equis,& pro acquiſitione gregis,& pro acqui-
ſitione armenti,& pro aſinis.& cap.49.Acquiſitio agri & ſpelunçe,quæ eſt in illo
à filijs Heth.Gen.13.Et fuit rixa inter paſtores pecoris Abrã,& inter paſtores pe-
coris Lot. In ſtatu affixorũ literã he non conuertit in thau,eò quod eſt nomen ma-
ſculini generis.Gen.30.Tu noſti,quomodo ſeruierim tibi,& quãta fuerit acquiſi-

tio tua apud me:uel ſic,quantum pecoris tui.& cap.36.Eſau uxores ſuas, & filios ſuos & filias ſuas,& omnē animā domus ſuæ,& acquiſitionem ſuam,& omne iumentum ſuum,& omnem ſubſtantiā ſuam. Et pluraliter ſtatus regiminis & affixorum מִקְנֵה.Gen.34.Pecora eorum,& pecuaria noſtra,& iumentum eorum nōn ne noſtra erunt.Exod.17.Vt occideres me,& filios meos,& pecora mea ſiti. Et in genere fœminino מִקְנָה,acquiſitio,emptio.Gen.23.Et ipſi Abrahæ erat ager in acquiſitione in oculis filiorum Heth.Ieremiæ 32.Sume literas illas,libellū emptionis,illum etiam obſignatum. In ſtatu regiminis מִקְנַת. Gen.17.Et acquiſitio argenti.Et eſt perſonale. Et iterum: Et accepit Abraham Iſmaelem filium ſuum, & omnes natos domi ſuæ,& omnem acquiſitionem argenti ſui.Exod.12.Omnis autem ſeruus,uir acquiſitionis argenti. In ſtatu affixorū מִקְנָתוֹ. Leuit.25.Iuxta multitudinē annorū multiplicabis acquiſitionē eius,& iuxta paucitatē annorum minues acquiſitionē eius.Et mox iterū:De argēto acquiſitionis eius, i. emptiōis.

קִנְיָן Acquiſitio,emptio,ſubſtātia ſeu res parta,quæ ad pecora pertinet.Ezech.38.Qui facit pecus & peculium. In ſtatu regiminis קִנְיַן. Leuit.22.Si ſacerdos acquiſiuerit animam acquiſitione argēti ſui. Et in ſtatu affixorum nihil uariat à ſtatu abſoluto.Gen.31.Pecus acquiſitionis ſuæ.& cap.34.Pecora eorum & pecuarium eorum,& iumentum eorum.& cap.36.Pecora ſua,& omne iumentum ſuum, & omne pecuarium ſuū, quod acquiſiuerant in terra Canaan. Ioſuæ 14. Et ſuburbanis eorum pro pecoribus eorum,& pro pecuario eorum.Pſal.105.Et dominaretur in omni acquiſitione ſua.Prouerbiorum 4.In omni acquiſitione tua acquire intelligentiam. Et pluraliter קִנְיָנֶךָ. Pſalm.104.Plena eſt terra acquiſitionibus tuis,id eſt,paratis tuis,quæ tu paraſti.

קָנֶה Nomē ſubſtantiuum maſculini generis,id eſt canna,calamus,culmus,arundo habens nodos ſeu internodia,dicta à longitudine.Et eſt primò duplex, naturalis ſcilicet & artificialis.Deinde naturalis iterū eſt duplex,aromatica, & nō aromatica. Aromatica eſt,cuius ſuccus per decoctionem fit ſaccarum,& Latinis canna, Germanis Zuckerkanne uocatur:Aliqui tamē alij putant eſſe calamum, quē Germani uocāt kalmus.Ieſ.43.Nō cōparaſti mihi pro argento cannā.Ier.6.Vt quid mihi thus de Saba ueniet,& canna optima è terra lōginqua.Ezech.27.Caſia & canna in mercatu tuo. Et in ſtatu regiminis קְנֵה.Exod.30.Et canna aromatis. Secundò ꝓ arundine naturali & nō aromatica.1.Reg.14.Quemadmodū agitatur arundo in aquis.2.Reg.18.Ecce innixus es ſuper baculo arundinis fractę.Ieſ.19.Arundo & carectum ſuccindentur.& cap.42.Arundinē quaſſatā nō cōteret. Gen. 41.Et ecce ſeptem ſpicæ aſcēdebant in culmo uno. Et collectiuè legit̄ Pſ.68.Increpa feram arundineti. Tertiò,pro calamo menſorio. Ezech.40.Et exedræ calamus unus longitudo.Ieſaiæ 46.Et argentum in calamo ponderant,id eſt ſtatera habente utrinq; lances. Quartò,pro artificiali à ſimilitudine.Exod.25.Tres Scyphi amygdali in calamo uno. Et pluraliter קָנִים. Exod.25. Et ſex calami egrediebantur.Ezech.42.Menſus eſt partem Aquilonis quingentis calamis. Et in forma fœminina קָנָה.Iob 31.Latus meum ab humero decidat, & brachiū meū in calamo cōfringat̄,i.cāna. Et pluraliter קָנֶיהָ. Exo.25.Et calami eorum ex eo.

קִנָּמוֹן Canna aromatica,quam Cinnamomum quoq; appellamus.Prouerbiorum 7.Suffiui cubile meum myrrha,aloe,& cinnamomo.Cantic.4.Canna & Cinnamomū. Et in ſtatu regiminis קִנְּמָן. Exod.3.Et Cinnamomum aromatis.

קסם Vide in themate ſuo קסם.

1397

# קָסַם

Diuinauit.Et eſt uerbū μέσον.1.Samuelis 28.Diuina obſecro mihi in Pythone. 2.Regum 17.Et diuinauerunt diuinationes.Micheæ 3.Principes eius pro munere iudicabant,& ſacerdotes eius pro precio diuinabant,id eſt,docebant.

Participium præſens,ſeu nomen participiale קֹסֵם, diuinus.Deuteron.18.Non inuenietur in te traducens filium ſuum,aut filiam ſuam,nec diuinās diuinationes. Ioſue 13.Et Bileam filium Peor diuinum illum occiderunt filij Iſrael.Ieſaiæ 3. Diui

num

num & ſenem, id eſt, prudentem, qui ex circumſtantijs cauſas dijudicat. Et pluraliter קֹסְמִים. Ezechielis 23. Et diuinantes eis mendacium. 1. Samuelis 6. Vocantes Philiſtæi ſacerdotes & diuinos, dicebant, quid faciemus cum arca Iehouæ? Ieſ. 44. Et diuinos dementabit. Et cum affixo. Iere. 27. Nolite audire prophetas ueſtros & diuinos ueſtros.

INDE NOMINA:

קוֹסֵם Diuinus. Vide ſuprà in participio.

קֶסֶם Diuinatio. Et eſt nomen μέσον. In malum accipitur in his locis: Num. 23. Nõ eſt diuinatio in Iſrael, quæ ſcilicet imaginatio eſt extra uerbum dei, quid & quæ ſit eius uoluntas ex noſtra uoluntate, id uerè eſt idolatria. 1. Samuelis 15. Erratum diuinationis eſt rebellio. Ezechielis 13. Viderunt diuinationem mendacij. cap. 21. Ad dextram eius erit diuinatio ad Ieruſalem. In bonũ accipitur Prouerbiorum 16. Diuinatio in labijs regis, in iudicio non tranſgreditur os eius. Et hæc eſt ſapientia carnalis quæ regit mundũ, & coniecturis, ſignis, & circumſtantijs cõſtat, & cõparatˀ. Eſtq; donum dei & reuelatio, quæ plurimum ualet in cauſis dijudicandis, alioqui obſcurioribus. Sic Salomo ex diuinatione iudicabat inter duas mulieres, 1. Reg. 3. Et Gellius definit iudicium eſſe diuinationem, quod diuinare quodammodo iudicẽ oporteat, quam ſententiam ſeſe ferre par ſit. Sed in diuinis diuinare aliud eſt nihil, niſi mera & uera idolatria, quando imaginamur de deo extra uerbũ Dei, quid ſit & quę eius ſit uolũtas ex noſtra uolũtate iudicare, **das er ſey wie wir meinen.**
Et pluraliter קְסָמִים. Deut. 18. Diuinans diuinationes. Et Num. 22. Et abierunt ſeniores Moab, & Midian, & diuinationes in manu ipſorũ, &c. ꝓ precio diuinationis poniṫ, quod Petrus Apoſtolus exponens, mercedẽ iniquitatis uocat, 2. Petri 2.

קְסֹם Diuinatio. Mich. 3. Propterea erit uobis nox ꝓ uiſione, & tenebræ pro diuinatiõe.

מִקְסָם Diuinatio. Et in regimine מִקְסַם. Ezech. 12. Non erit amplius omnis uiſio uanitatis, neq; diuinatio lubricitatis. & ca. 13. An non diuinationem mendacij dixiſtis.

קֶסֶת Vide in themate קוס.

1398 קַעֲקַע Signum impreſſum in corpore, ſtigma. Et congruit ſignificatione cum uerbis חָקַע & שָׁקַע, quæ fixionẽ, & impreſſionem ſignificant, & contrarium eſt ſignificatione uerbo יָקַע, quod luxationem denotat. Leui. 19. Et ſcripturam ſtigmatis non ponetis in uobis.

קוֹעַ Vir talibus notis inſignitus, ſicut Babyloniorum mos fuit, ut uiri principes eiuſmodi notis carne impreſſis inſignirentur. Ezech. 23. Filios Babylonis, & omnes Chaldæos, præfectum clarum, & inſignem.

1399 קער Verbaliter non eſt in uſu, ſed inde nomen eſt formatum קְעָרָה, quod acetabulũ uerterunt. Arbitror autem cognationem habere ſignificatione cũ uerbo רָקַע, & dictum hoc uaſis genus à diſtentione, quare uertam patinam à latitudine. Germani ſuperioris Germaniæ uocant **ein Tarr.** Num. 7. Triginta & centum ſiclorum patina una argentea. In ſtatu regiminis קַעֲרַת. Num. 7. Patina argenti una triginta & centum ſiclorum. Et pluraliter קְעָרוֹת. Num. 4. Et ſuper menſam facierum expandent pannum hyacinthinum, & apponent ſuper ipſam patinas & cochlearia. Et in ſtatu regiminis קַעֲרוֹת. Num. 7. Patinæ argenti duodecim. Et cum affixo. Exod. 25. Et facies patinas eius, & cochlearia eius.

1400 קָפָא Congelatum, condenſatum, conglomeratum, compactum eſt in rotunditatẽ. Exo. 15. Steterunt ſicut cumulus, fluctus, coagulatæ ſunt abyſſi in corde maris. In tertia coniugatione הִקְפִּיא. Iob 10. Nõnne ſicut lac mulſiſti, & ſicut caſeum coagulaſti me.

INDE NOMINA:

קְפָאִים Nomen participiale, coagulati. Sophoniæ 1. Requiram ſuper uiros coagulatos ſuper fecibus ſuis.

קִפָּאוֹן Condenſatio, compactio, opacitas. Zachariæ 14. Et fiet in die illa, non erit lux excellentiarum, aut opacitas, id eſt, non erit lux nimiùm excellens, neque denſior,

1401 ſed iuſti & iucundi ſplendoris,ſicut propheta ſequentibus mox uerbis exponit.

קָפַד Abrupit.Ieſaiæ 38.Abrupi uelut textor uitam meam.

INDE NOMINA:

קְפָדָה Abruptio.Ezech.7. Abruptio uenit.

קִפּוֹד Interpretum alij Ericium, alij Caſtorem, alij fibrum, cui horrendam morſus uim ſcriptores tribuunt,eſſe uoluerunt.At ego ex circumſtantijs ſcripturę auem ſignificare colligo,quæ ſupra paludibus & maribus rapidiſſimo uolatu fertur ex hirundinum ſpecie,quæ abreptis pedibus Apodes,aliàs Plinio referente, conſona cum Hebræa uoce, Cypſeli uocantur, Germanicè Merſchwalben. Ieſaiæ 14. Et ponam eam in poſſeſſionem Cypſelo,& in ſtagna aquarum.cap.34. Et poſſidebunt eam Onocrotalus & Cypſelus,& noctua.Zopho.2.Tam Onocrotalus,quàm Cy-
1402 pſelus in capitellis eius pernoctabunt.

קִפּוֹז Eiuſdem eſt ſignificationis cum קִפּוֹד, eò quòd literæ daleth & sdain ſint affines,& commutabiles. Ieſaiæ 34. Ibi nidulabit Cypſelus.

1403

קָפַץ Contraxit: differt modo tantùm ſignificandi à uerbis קָצָה & קָצַב קָבַץ. Pſal.77. Num contraxit in ira commiſerationes ſuas. Pſal.107. Et omnis iniuſtitia contraxit os ſuum,ne ſ. eloquatur, quod iuſtum eſt. Iob 8. Sed iniuſtitia contraxit os ſuum. Deut.15.Neque contrahas manum tuam à fratre tuo egeno.Ieſ.52. Super ipſum contrahent res os ſuum,id eſt,nihil loquentur contra ipſum.

In uoce paſſiua יִקָּפֵץ, contractus eſt.Iob 24.Secundum omnia contrahentur,& uelut caput ariſtæ ſuccidentur.

In ſecunda coniugatione legitur tantùm participium præſens מְקַפֵּץ. Canticor. 2.Vox dilecti mei, ecce ipſe uenit, tranſilit ſuper montes, contrahit ſuper collibus
1404 ſcilicet inſtar reptilis,quod contractione celeriter proſerpit.

קָצַץ Præſcidit,præſecuit. Et differt modo tantùm ſignificandi à uerbis סוּף קוּץ יסף קָצָה חָצָה. Et ut חָצָה aliquid dimidiare,ita hoc קָצַץ aliquid extremare notat. Deu. 25.Et detruncabis manum eius.

Participium præteritum קְצוּצֵי. Ieremiæ 9.Et ſuper omnes præciſos angulo habitantes in deſerto.

In ſecunda coniugatione קִצֵּץ, præſcidit, præſecuit, ſcilicet extrema. 2.Reg.18. Et præſecuit Hiskia fores templi.Exod.39.Et præcidit fila.Iud.1.Et apprehendentes eum prę́ſciderunt pollices manuum eius.2.Reg.16.Pręſecuit rex Achaz circūferentias baſium. Pſal.46. Et præſcidit haſtam. Pſalm.119. Iehoua iuſtus præſcidit funes improborum.

Participium præteritum מְקֻצָּצִים. Iudicum 1.Pollicibus manuum, ac pedum ſuorum præciſis.

INDE NOMINA:

קֵץ Finis,terminus.Et eſt tam temporis,quàm rerum præciſio.Geneſis 6. Finis omnis carnis uenit ante me.Deuter.15. A fine ſeptem annorum,id eſt,poſt finem ſeptem annorum:uel,poſt ſeptem annos. In ſtatu affixorum trāſponit alterum punctum de zere in literam ſequentē,ut ſignificet defectum literæ abiectæ. 2.Reg.19. Et intrabam diuerſorium extremitatis eius,ſyluam Carmeli ſui, id eſt,extremum diuerſorium. Iob 6.Quis finis meus.Thren.4. Venit finis ueſter.Danielis 9.Et finis eius erit in inundatione,& uſq; ad finem belli. Et pluraliter legitur ſemel קִנְצֵי, in medio nun loco dagges. Iob 18.Quouſque ponetis fines dictis.

קְוֻצּוֹת Nomen pluralis numeri tātùm, extremi,& finales capilli capitis, qui præſcinduntur,quos Latini Cincinnos uocant. Cantic.5. Cincinni eius criſpi.Et mox iterum:
1405 Caput meum plenum eſt rore & cincinni mei guttis noctis.

קָצַב Decurtauit,ſuccidit,excidit. Et congruit ſignificatione cū uerbis קָצַץ קָצָה קָפַץ, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi differant. 2.Reg.6. Et monſtrauit ei locum,& ſuccidit lignum,& proiecit illuc.

Parti-

Participium præteritũ fœminini generis pluralis numeri קצובות. Cantic.4. Dentes tui uelut grex decíſarum, ſcilicet ouium, id eſt detonſarum.

INDE NOMEN,

קצב Cæſura, inciſura, exciſio, ſculptura. 1. Reg. 6. & 7. Menſura una, & cæſura una utriq; Cherub, id eſt quantitas una, & qualitas una.

1406 קצה Modo tantùm ſignificandi differt à uerbo קצץ: ſignificat enim extremare, id eſt extrema præſcindere. Et differt quoq; modo ſignificandi à uerbo חצה, quod dimidiare ſignificat. Habakuk 2. Conſuluiſti confuſionem domui tuæ extremare populos multos, delinquens in animam tuam.

In ſecunda coniugatione קצה. 2. Reg. 10. In diebus illis cœpit Iehoua extrema præſcindere in Iſrael, & percuſſit eos Haſael in omni termino Iſrael.

Participium præſens מקצה. Prouer. 26. Extremat pedes, & iniuriam bibit, qui committit negocia in manu ſtulti.

In tertia coniugatione הקצות. Leuit. 14. Et domum faciat abradi intrinſecus circumquaq;, & effundet puluerem, quem extremauerunt extra ciuitatẽ, id eſt in extremitate præraſerunt. Et mox iterum: Et poſt extremare domum, & poſt incruſtare, id eſt poſtquàm extrema abraſit.

INDE NOMINA:

קצת Extremum, extremitas, finis. Ieſa. 7. Et non eſt extremitas theſauris eius, & impleta eſt terra equis, & non eſt extremum quadrigis eius. Nahum 2. Non eſt finis confirmationis gloriæ. Nahum 3. Non eſt finis cadauerum.

קצה Extremum, extremitas, finis. Gen. 19. Omnis populus ab extremitate, id eſt undiq;. Exo. 26. Ab extremitate ad extremitatem. In ſtatu regiminis קצה. Ioſ. 3. Ad extremum aquæ Iordanis. Pſal. 19. Ab extremo cœlorum egreſſio eius. Eſt & temporis. Deuter. 14. A fine trium annorum proferes omnem decimam. In ſtatu affixorũ ſeruat in prima cametz, & ſægol mutat in zere, ſeruata he litera קצהו. Gen. 47. Ab extremo termini Ægypti, uſq; ad extremũ eius. Ieſa. 56. Ab extremo eius. Et pluraliter in ſtatu regiminis קצוי. Pſal. 48. In extremis terræ. Et in ſtatu affixorum קציו. Ezech. 33. Et capiet populus terræ uirum unum de extremitatibus ſuis. Et in genere fœminino קצה. Exod. 37. Cherub unus ab extremo hinc, & Cherub alter ab extremo inde. Et pluraliter in ſtatu abſoluto קצות. Exo. 38. In quatuor extremitatibus. Pſal. 65. Et timebunt habitatores extremitatum. In ſtatu regiminis & affixorũ קצות. Exo. 28. Et pones duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis. 1. Reg. 12. Et fecit ſacerdotes de extremis populi, qui nõ erant de filijs Leui. Iob 28. Ad extrema terræ. Ieſaiæ 41. Ab extremis terræ. Exo. 39. In duabus extremitatibus eius. Iud. 18. De extremitatibus eorum.

מקצה Semper & ubiq; legitur in ſtatu regiminis, & ſignificat partem extremam. Geneſ. 47. Extremum fratrum ſuorum accepit, nempe quinq; uiros. Ioſue 15. Et fuerunt ciuitates extremitas tribus filiorum Iehuda uerſus terminum Edom. Legitur tamẽ ſæpè pro מקצת מקצה. Pſalm. 35. Ipſe eleuat nubes ab extremo terræ. Iere. 12. A termino terræ uſq; ad terminum terræ. Eſt etiam temporis. Deuteron. 14. A fine trium annorum. Ioſue 3. Et factum eſt à fine trium dierum. 2. Sam. 24. Et uenerunt à fine ſeptem menſium, &c.

מקצת Semper legitur in ſtatu regiminis forma fœminea, pars, portio. Danielis 1. Et dedit partem uaſorum. Nehemiæ 7. Et pars capitaneorum ex patribus. Danielis 1. Et in fine dierum. In ſtatu affixorum מקצתם. Daniel. 1. Et pars eorũ ſtabant coram rege. Et pluraliter מקצותם. Iudic. 18. Miſerunt filij Dan ex cognatione ſua quinq; uiros partes ſuas, uiros, filios belli.

קצין Dux, Capitaneus, qui eſt in extremitatibus, id eſt in principio & fine alicuius negocij gerendi, quiq; alios in ordine expedit, ſicut מאתי. Iud. 11. Eris nobis in ducẽ. Ieſaiæ 3. Dux eris nobis. Et pluraliter in ſtatu regiminis קציני. Ieſa. 1. Audite uerbum Dei duces Sodomę. Ioſue 10. Et duces domus Iſrael. Et cum affixo. Ieſ. 22. Omnes duces tui moti ſunt.

קיצונה Nomen adiectiuum generis fœminini.Exo.26.Sic facies in ora cortinæ extremæ in conſociatione ſecunda.

1407

קצח Genus eſt leguminis,cuius granum eſt nigrum,quod Gith uocāt. Columella libro 7.ſcribit in remedium adhiberi pecori,quādo faſtidio ciborum langueſcit. Et Plinius notat aliquos Melanthion,alios maloſpernion appellare, & eſſe optimum & excitatiſſimi odoris,& quàm nigerrimū:unde etiam Nigellā dici,tametſi Nigella alio nomine dicatur lolium inter frumenta naſcens. Ieſa. 28. Et ſpargetur Gith.Et iterum:Triturabitur Gith.Et mox iterum:Virga excutietur Gith.

1408

קצע Abraſit,ſcilicet in ſuperficie.Legitur autem in tertia cōiugatione הקציע.Leuit. 14.Et domum abradere iubeat intrinſecus circumquaq;,&c.

INDE NOMINA:

מקצעה Inſtrumenta,quibus aliquid defricatur ſeu abraditur,ſeu dedolatur,id eſt aſciæ ſeu dolabræ.Ieſaiæ 44.Faber lignorum extendit lineam,& format illud rubrica,& facit illud aſcijs.

מקצוע Angulus,in quo ſuperficies abſcinditur & finit.Ezech.26.Et ecce atrium in angulo atrij. Et pluraliter מקצעות. Ezech.46.In quatuor angulis atrij erant atria ſuffimentorū.Exo.26.In duobus angulis erūt. Legitur etiā forma maſculea מקצעים: Et in ſtatu regiminis מקצעי.Ezech.46.Ad quatuor angulos atrij.

מקצעות Anguli.Exod.26.Et duas tabulas facies in angulis tabernaculi.

מהקצעות Anguli.Ezech.46.Menſura una quatuor iſtorum angulorum.

קציעות Frutex aromaticus,quē nos etiā Caſſiam uocamus,cuius cutis abraditur ſicut Plinius teſtatur lib.12.cap.20.Naturalis Hiſtoriæ. Porrò in ſacra ſcriptura legitur Pſal.45.Myrrha,aloes,Kazia,&c.

1409

קצף Subitò efferbuit,ebulliuit,ſcilicet ira. Gen.41.Pharao efferbuit ſuper ſeruos ſuos.Deut.9.Timui ab ira & furore,quo efferbuit Iehoua ſuper uos.Ioſ.22.Et cras contra uniuerſum cœtum Iſrael efferueſcet.Eſther 2.Efferbuit Bithgam & Theres duo Eunuchi regis.

Participiū præſens קצף. Zach.1.Et feruore magno ego efferueo ſuper gentes ſecuras. In tertia coniugatione הקציף, efferueſcere fecit.Deuter.9.Recordare, & nō obliuiſcaris,q͂ efferueſcere feciſti Iehoua deū tuum.Pſ.106.Et efferueſcere fecerunt ſuper aquis cōtentionis.Zach.8.Et efferueſcere faciēdo patres ueſtros me.

Participium præſens,pluralis numeri מקצפים. Deute.9.Efferueſcere facientes fuiſtis ipſum Iehoua.

In quarta coniugatione התקצף. Ieſa.8.Cùm eſurierit,efferueſcet.

INDE NOMINA:

קצף Feruor,efferueſcentia ſubita.Num.1.Vt non fiat feruor ſuper cœtum filiorum Iſrael.cap.17.Et egreſſus eſt feruor à facie Iehoua.Deut.29.In ira,in ardore,& feruore magno.Ieſaiæ 54.In momento feruoris abſcondi faciem meam abs te ſubitò.ubi Propheta utitur primò paronomaſia,deinde ſimul alludit ad bullam aquę,quæ ut momentanea eſt,ita quoq; ipſius ira.Nam pro feruore ſeu efferueſcentia,id eſt bulla ſuper aqua accipitur.Oſeæ 10.Et ſicut bulla ſeu ſpuma in ſuperficie aquæ. Porrò in diſtinctione ſententiæ mutat prius ſægol in cametz קצף.Eſther 1.Et erit ſatis cōtemptus & feruoris. Zach.1. Efferbuit Iehoua ſuper patres ueſtros feruore. Et in ſtatu affixorum mutat plerunq; prius ſægol in hirik.Pſal.102.Propter comminationem tuam,& feruorem tuum.Ieſa.60.In feruore meo percuſſi te.Iere.10. A feruore eius commouebitur terra. Et ſemel tantùm ſeruat ſægol, Pſal.38.Neque in feruore tuo arguas me.

קצפה Tuber,qui eſt efferueſcentia,& ceu ſpuma in arbore.Ioel.1.Poſuit uitem meam in uaſtitatem,& ficum meam in tuberem.

1410

קצר Si regit poſt ſe accuſatiuum,actiuè ſignificat abbreuiare,decurtare,abſcindere, demetere.Iere.12.Seruerunt tritica,& tribulos demeſſuerunt.Oſeæ 10.Iniquitatē demeſſuiſtis.Ieſ.17.Et brachiū eius ſpicas metet. Sin aūt nō ſequitur accuſatiuus,tum abſolutè & neutraliter uſurpatur. Et modo tantùm ſignificādi differt à uer-

à uerbo קָצַר, & nomine קָצִיר. Ieſaiæ 28. Quia abbreuiatum eſt ſtratum. Mich. 2. Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus Iehoua. Ieſaię 59. Ecce nō abbreuiata eſt manus mea. Oſeæ 10. Metite ſecundum miſericordiam. Mich. 6. Tu ſeres, & nō metes. 1. Sam. 8. Et ad metendū meſſem eius. Num. 21. Et abbreuiata eſt anima populi mei in uia, id eſt, pertæſa. Iudicum 10. Et abbreuiata eſt anima eius in labore. Et cap. 16. Et abbreuiata eſt anima eius ad moriendum. Iob 21. Et quomodo non abbreuiaretur ſpiritus meus.

Participium præſens קוֹצֵר, quod plerunq; nominaliter ponitur. Pſal. 129. Quia non impleuit manum ſuam meſſor. Iere. 9. Poſt meſſorem. Et pluraliter קוֹצְרִים. 1. Samuelis 6. Et Bethſemitæ metebant meſſem triticorum. 2. Regum 4. Et egreſſus eſt ad patrem ſuum, ad meſſores.

Participium præteritum pluralis numeri generis fœminini קְצֻרוֹת. Ezech. 42. Et exedræ ſuperiores breues.

In ſecunda coniugatione קִצַּר. Pſal. 102. Abbreuiauit dies meos.

In tertia coniugatione הִקְצַרְתָּ. Pſal. 89. Decurtaſti dies iuuentutis eius.

INDE NOMINA:

קָצֵר Breuis. Et in ſtatu regiminis קְצַר. Prouer. 14. Breuis irarum, id eſt, qui citò iraſcit: & opponitur אֶרֶךְ אַפַּיִם. Et iterum: Et breuis ſpiritu exaltat ſtultitiam. Iob 14. Breuis dierum. Et pluraliter in ſtatu regiminis קִצְרֵי. 2. Reg. 19. Et habitatores eorū breues manu.

קֹצֶר Abbreuiatio, breuitas. Exod. 6. Et non obedierunt Moſi propter breuitatem ſpiritus, & propter ſeruitutem duram.

קָצִיר Abbreuiatio, decurtatio, demeſſio, meſſis. Gen. 8. Porrò omnes dies terrę ſeminis & meſſis. Exod. 34. Et in meſſe ceſſabis. Ieſaiæ 17. Et erit ac ſi quis cōgregaret meſſem ſtantem, & brachio ſuo ſpicas meteret. Oſeæ 6. Etiam Iehuda pones meſſem tibi. In ſtatu regiminis & affixorū קְצִיר. 1. Samuel. 6. Metentes meſſem triticorū. Ruth 2. Donec perficeretur meſſis hordeorū, & meſſis triticorum. 1. Sam. 8. Et ad metendum meſſem ſuam. Iob 18. Subtus radices eius areſcēt, & ſupernè amputabitur meſſis eius, id eſt, quicquid ſupernè excreſcit, amputandum. & ca. 29. Radix mea erat aperta ad aquas, & ros morabatur in meſſe mea. Et pluraliter קְצִירִים. Pſal. 80. Extendit meſſes ſuas uſq; ad mare, id eſt palmites, quæ demetuntur.

חָצִיר Fœnum, ſeu gramen oblongius & craſſius, creſcēs in locis incultis, pabulum adminiſtrans, uel animalibus, uel igni, & ſecatur falce: de quo ſuprà ſuo in loco.

1411 קָרָא Generaliter ſignificat uocare nomine, ſeu uerbis, quod plerunq; fit eius perſonæ aut rei, cui uocamus, nominatione. Germani exprimunt uerbo rüffen. Et differt à reliquis omnibus uerbis clamandi ſeu uociferandi, quæ tantùm clamorē & uociferationem important ſine nominis ſeu alicuius rei nominatione, neq; important relationem ad perſonam, ſeu ad rem, ſicut uerbum hoc קָרָא. Deinde congruit etiam ſignificatione cum uerbis קִיר & סוּר קָרָה, niſi quòd ut forma parum, ita modo ſignificandi differunt.

Habet autem uariam conſtructionem. Primò conſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed. Geneſ. 12. Et uocauit Pharao ipſi Abram. cap. 20. Et uocauit omnibus ſeruis ſuis. ca. 24. Et uocauerūt ipſi Rebeccæ. Ex. 8. Vocauit Pharao ipſi Moſi. Deut. 2. Moabitæ uocabāt eis Emim. 2. Sa. 9. Et uocauerūt ei ad Dauid. 2. Reg. 8. Vocauit Iehoua fami. Prouerb. 18. Et ore ſuo bello uocabit. Iere. 25. Quia gladio ego uoco ſuper omnes habitatores terræ. Gen. 1. Et uocauit deus luci, dies: & obſcuritati uocauit, nox. & ſic idem ualet quod dare, imponere, indere nomen: ut ibidem: Et dedit nomē deus firmamento, cœlum. Et iterū: Et dedit nomē deus aridæ, terra, & collectioni aquarum dedit nomen, Maria. Gen. 2. Et dedit nomina Adam omnibus iumentis, & uolucribus cœli, & omnibus beſtijs agri. Geneſ. 16. Propterea dedit nomē puteo, Puteus uiuētis. ca. 26. Et dedit eis nomina ſecundū nomina, quib. uocauerat eos pater ſuus. cap. 31. Dedit nomē ei Iacob Galed. Ioſ. 19. Dederūt nomē ipſi Leſcem Dan. Pſ. 146. Et omnibus ſigillatim nomina indit.

Secundò,

Secundò, interdũ regit poſt ſe accuſatiuũ cum articulo את ante שם, uel omiſſo nomine שם in eadem ſignificatione. Cum nomine שם. Geneſis 4. Et uocauit nomẽ eius. Et iterũ: Et uocauit nomen ciuitatis. Iterũ: Vocauit nomen eius Enos. ca. 11. Propterea uocauit nomẽ eius Babel. cap. 16. Vocauit nomẽ Iehoua loquẽtis cũ ea: Tu Deus uides me. Ruth 4. Age ſtrenuè & uoca nomẽ in Bethlehẽ, id eſt acquire nomẽ, & famam, fias celebris. Et ponitur hîc uerbum maſculini generis pro fœminino, ſecundũ hunc morẽ, quòd ſeniores matronæ præclara precantes maſculini generis uerbis utantur, ne uiris gloriã ſuã detrahãt, quorũ potiſſimum eſt ſtrenuè agere, ſuoq́; familias nomine inſignire. Vel ſine שם, de perſona. Gen. 27. Et uocauit Eſau filiũ ſuum maiorem. ca. 41. Et uocauit Ioſephũ. Exò. 2. Et uocauit matrẽ pueri. 1. Reg. 1. Et Salomonẽ fratrẽ ſuũ nõ uocauit. Et abſq; articulo את. Nu. 12. Vocauit Aaronẽ & Mariã. De re. Leu. 23. Solennitates Iehoua, quas uocabitis conuocationes ſanctitatis. Num. 25. Et uocabitis libertatẽ. & ca. 32. Et uocauit eas, uillæ Iair. 1. Reg. 21. Vocate ieiuniũ, & uocauerũt ieiuniũ. Ieſa. 46. Qui uocat ab Oriente turbam auiũ. & cap. 61. Ad uocandũ captiuis libertatem. Prouer. 27. Et oleum dextera ſua uocabit. Tertiò, aliquãdo abſolutè ponitur. Geneſis 39. Et uocaui uoce magna. & cap. 41. Et uocauerũt ante ipſum Abrech. Exo. 32. Et uocauit Aharon, & dixit. Hîc tamen obiter annotare libuit, quòd tertia perſona futuri, aliquot in locis imperſonaliter, ſeu paſſiuè accipiatur. Gen. 16. Ideo uocabitur nomẽ puteo, Viuens uidet me. Leu. 13. Immũdus, immundus uocabitur. Deut. 15. Quoniã uocabitur remiſſio Iehoua. Pſ. 49. Vocabuntur nominibus ſuis ſuper terra. Ieſ. 9. Et uocabitur nomẽ eius admirabilis, &c.

Quartò, conſtruitur cum אל præpoſitione, ad. Geneſ. 3. Et uocauit Iehoua deus ad Adam, & dixit ei, ubi es tu. cap. 19. Et uocauerunt ad Lot. cap. 22. Et uocauit angelus ipſius Iehoua ad Hagar. Exo. 3. Et uocauit ad eũ Deus. ca. 8. Et uocauit Pharao ad Moſen. 1. Sam. 14. Vocabo ad Iehoua, & dabit, &c. Quintò, quando de קרא uel מקרא uel ספר dicitũ, idẽ Hebræis ualet, quod Latinis uerbũ lego, clara uoce pronuncio. Deut. 17. Et leget in eo omnibus diebus uitæ ſuæ. 2. Regum 5. Et cùm legeret rex Iſrael epiſtolam. Iere. 36. Et legit Baruch in libro. Exo. 24. Et accepit librum pacti, & legit in aures populi. Deut. 31. Leges legem hanc coram omni Iſraele. Ioſue 8. Legit omnia uerba legis. Sextò, aliquoties cum שם componitur præter modum ſuprà prædictum, idq́; tamen bifariàm:

Primò, quòd habet præpoſitionem beth ante שם. Exod. 31. Vocaui in nomine Bezahel filiũ Vri. Ieſ. 45. Et uocaui te in nomine tuo, cũ me cognoſceres. Nu. 32. Et uocauerũt in nominibus nomina ciuitatũ, quas ædificauerunt. Et iterũ: Et dedit ei nomẽ Nobah in nomine ſuo. Ioſ. 21. Ciuitates illas, quas uocauit, i. recenſuit nominatim. Pſal. 49. Et uocantur in nomine ſuo ſuper terris. Ieſa. 41. Et uocabit in nomine méo, i. prædicabit. Hactenus uerbũ uocãdi ſemper præceſſit: Ieſaias tamẽ cap. 40. uerbũ ſemel poſtponit: Et ea omnia in nomine uocat, id eſt cũ nomine. Hîc aũt obſeruandũ eſt, ꝙ ſi uerbũ uocandi ſequatur nomẽ יהוה, id eſt uocare in nomine Domini, quòd ſit inuocare in nomine Iehoua, prædicare, profiteri publicè, glorificare, celebrare nomẽ יהוה, in quibus equidẽ uerus Dei cultus exterior cõſiſtit, nẽpe inuocatione, gratiarũ actione, prædicatione uerbi Dei & cõfeſſione. Hæc enim quatuor genera cõplectitur iſta Phraſis, in quibus uerus ac præcipuus uſus nominis יהוה cõſiſtit. Geneſis 4. Eo tẽpore cœptũ eſt uocari in nomine Iehoua. & ca. 12. & 26. Ædificauit ibi altare, & uocauit in nómine Iehoua. 2. Regum 5. Iratus Naaman, abijt cogitãs apud ſe: Egredietur, & uocabit in nomine Iehoua dei ſui. ubi externũ cultũ intelligit. 1. Paral. 16. & Pſ. 105. & Ieſ. 12. Laudate Iehoua, uocate in nomine eius. Exod. 33. Et uocabo in nomine Iehoua corã te. & ca. 34. Et uocauit in nomine Iehoua. 1. Regũ 18. Vos uocaſtis in nomine dei ueſtri, ego autẽ uocabo in nomine Iehoua. Et paulò pòſt iterum: Et uocauerunt in nomine Baal. Ioel. 2. Omnis qui uocauerit in nomine Iehoua, euadet. Quod prophetę dictum Paulus Rom. 10. citans, ſic interpretatus eſt: Quiſquis inuocauerit nomẽ

domini,

Domini, ſaluus erit. Et Petrus Actor. 2. Omnis quicunque inuocauerit nomē Iehoua, ſeruabitur. Et Act. 22. Et ablue peccata tua inuocato nomine ipſius. Sūt tamē nōnulli loci in quibus uerbum nomini poſtpoſitum cernitur: ut Pſal. 79. & Ier. 10. Effunde iram tuam ſuper gentes quæ non cognouerunt te, & ſuper regna, quæ in nomine tuo non uocauerunt. Pſal. 80. Viuifica nos, & in nomine tuo uocabimus. Pſal. 116. Et in nomine Iehoua uocabo. Secundò, legitur interdum, ubi ante שֵׁם habet præpoſitionem עַל. Deuter. 3. Vocauit ea ſecundum nomen ſuum. 2. Sam. 18. Et impoſuit nomen ſtatuæ ſecundum nomen ſuū. Sed in uoce paſſiua in iſta phraſi legitur frequentiùs, ut paulò inferiùs uidebimus. Tertiò, cum nomine שֵׁם, aut ſine eo, etiā alia ſignificandi ratione pro prædicare uſurpatur. Deut. 32. Et nomen Iehoua prædicabo. 1. Regum 11. Et uocauit contra altare in uerbo Iehoua. 2. Reg. 23. Iuxta uerbum Iehoua, quod uocauerat uir dei. Zach. 7. Vocauit Iehoua per manum prophetarum.

In uoce paſſiua נִקְרָא cum datiuo conſtructum mediante articulo lamed eundē ſignificandi modum retinet quē in actiua uoce habet. Gen. 2. Huic imponetur nomen uirago. Ieſa. 62. Quoniam tibi imponetur nomen. Secundò, cōſtruitur cum ablatiuo mediante præpoſitione beth. Gen. 21. In Izhak uocabitur tibi ſemē.

Tertiò, cum שֵׁם. Gen. 48. Vocetur in eis nomen meum, & nomē patrum meorum Abraham, & Izhak. Eſther 2. Non ingrediebatur ad regem niſi eam cuperet, uocareturque cum nomine. Ieſa. 43. Omnis quicunque uocatur cū nomine meo. & cap. 48. Qui uocamini cum nomine Iſraelis.

Præterea nota hanc phraſin: Vocari nomē ſuper aliqua perſona, aut re, pro, Eā ſortiri nomen ſeu appellationē ab aliquo, & conſtruitur cum עַל. Deut. 28. Et uidebunt omnes populi, quòd nomen Iehoua uocatū eſt ſuper te, & timebunt te. 2. Samuelis 12. Et uocabitur nomen meum ſuper eum. 1. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. Et cognoſcant quòd nomen tuum uocatur ſuper domum iſtam, quam ædificaui. 2. Paralip. 7. Super quos inuocatum eſt nomen meum. Ieſa. 4. Tantùm uocetur nomen tuum ſuper nos. Iere. 7. Venitis & ſtatis in domo ſuper quam uocatum eſt nomen meum. Eſdræ 2. Et uocatus eſt ſuper nomen earum. Exo. 5. Deus Hebręorum uocatus eſt ſuper nos. 1. Paral. 23. Filij eius uocati ſunt ſuper Leui.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua קֹרָא. Ieſa. 48. Et transgreſſor ab utero, uocatū eſt nomē tibi. & cap. 58. Et uocatum eſt nomē tibi, ſepiens rupturā. & cap. 48. Audi me Iacob & Iſrael uocatus meus, id eſt qui à me es uocatus, qui nomen à me habes. & cap. 65. Dixi, ecce ego, ad gentē, quæ nō eſt uocata in nomine meo.

INDE NOMINA:

קְרִיאִים Vocati, nominati, famoſi, celebres, berüffene. Num. 1. Iſti celebres cœtus.

קָרוּא Nomē participiale, uocatus, inuitatus, hoſpes. Eſther 6. Et etiā ego uocatus ei. Et pluraliter קְרוּאִים uel קְרֻאִים. 2. Sam. 15. Poſtea comedent uocati. 1. Regum 1. Et audiuit Adoniahu, & omnes inuitati. Ezech. 23. Principes & uocati. Prou. 9. In profundis inferni uocati eius.

מִקְרָא Conuocatio, Synodus, conuentus. Exo. 12. Et in die prima cōuocatio ſanctitatis. Leui. 23. Et die ſeptima ſabbathum requiei, conuocatio ſanctitatis. Num. 10. Et erunt tibi ad conuocationem cœtus. Et ponitur etiā pro lectione Nehemiæ 8. Et animaduertebant in lectione.

קְרִיאָה Prædicatio. Ionæ 3. Voca contra eam prędicationem, quam loquor ad te.

קוֹרֵא Perdix, à uocādo. 1. Sam. 26. Quia egreſſus eſt rex Iſrael ad quęrendū pulicē unum quemadmodum qui perſequitur perdicem in montibus. Iere. 17. Perdix incubās & non parit, &c.

1412 קָרַב

In prima cōiugatione eſt intranſitiuū, appropinquauit: & nō tam de perſonis, quàm de rebus dicitur. Et differt ſignificatiōe à uerbo נָגַשׁ, ſicut apud Latinos differt appropinquo ab accedo. Threnorum 1. Et appropinquauit finis noſter. Gen. 20. Et Abimelech non appropinquauit ad eā. Exo. 14. Et nō appropinquauit alter ad alterū. Ieſaiæ 65. Qui dicūt appropinqua ad te, ne attingas in me, quia

ego

ego ſanctificabo te,id eſt cede.Exo.40.In ingrediendo eos in tabernaculum conſtitutionis,& in appropinquādo eos ad altare lauabant.ubi addita eſt litera thau, perinde ac ſi nomen eſſet.Ezechiel.37.Et appropinquauerunt oſſa, os ad os ſuū. Deut.20.In appropinquando uos ad bellū. Et constructū cum אֶל, tum uerbū eſt caſtrenſe,ſeu militare,& ſignificat congredi in acie,pugnare cominus, conſerere manus,confligere,committere prælium.Pſal.27. In appropinquando aduerſum me malignos,ut abſumant carnem meam.2.Reg.16. Et appropinquauit rex contra altare,& obtulit ſuper ipſum. Voluit ſignificare regis contentionem ad ſacrificandum,ut contendere ſolent milites ad prælium.

Participium præſens more uerborum, quorum thema in ultima habent zere, ut יָרֵא חָפֵץ, ita קָרֵב. Num.1.Et aduena qui appropinquat.1.Sam.17. Et ibat Philiſtæus uadens & appropinquans ad Dauidem. Et pluraliter קְרֵבִים. Ezech. 45. Qui appropinquāt ut immolent ipſi Iehoua.Deut. 20. Vos appropinquatis hodie in bello contra aduerſarios ueſtros.

In uoce paſſiua נִקְרַב, & ſignificationem habet neutralem,hoc eſt,intranſitiuā, Exo.22.Et appropinquabit dominus domus ad iudices.Ioſue 7. Et appropinquabitis manè in baculis ueſtris.

In ſecunda cōiugatione קֵרֵב. Et ſi nullus ſequitur accuſatiuus,tū accipitur neutraliter,& tamē auget ſignificationem.Ezech.36.Quia appropinquauerūt,ut ueniant. Sed ſi ſequitur accuſatiuus nominis,uel pronominis,tum uſurpatur tranſitiuè.Ezech.36.Appropinquare fac illa,alterum ad alterum.Iob 37. Tanquā dux appropinquare faciam illos,ſcilicet greſſus meos.Oſeæ 7.Inæſtuarūt ſtudio offerēdi,tanq̃ clibanum cor ſuū, deripiēdo eos. Propheta uſus eſt data opera hoc uerbo,quod appropinquare facere ſignificat,& adiunxit fornaci, ut & eius æſtū innueret,ſiquidem & uerbū ſimul in literis cognationē habet cum uerbo חָרַב, quod ęſtu exiccari ſignificat, ſicut poſtea cū explicat hęc uerba obſcuriora,dicit: Omnes caleſcūt uelut cliban⁹.Gaudēt nãq; Prophetæ huiuſmodi paronomaſiis.

In tertia coniugatione הִקְרִיב, ſi ſequitur nomen ſiue pronomen ſeparatū aut affixū,tū eſt tranſitiuū,& ſignificat appropinquare fecit,id eſt obtulit.Leu.7.Pellis holocauſti,quod obtulit,ſacerdotis erit.Et iterum:Et offeret ſacerdos omnia. Exo.39.Et offeres ea in caniſtro.Iud.5.Obtulit butyrum.Deut.1.Rem difficiliorē uobis deferetis ad me.Ezechiel. 22.Obtuliſti dies tuos, & ueniſti ad annos tuos.

Quando abſolutè ponitur.Gen.12.Et factum eſt,cū appropinquaſſet,ut intrarent in Ægyptum.Exo.14.Et cùm Pharao appropinquaſſet.

Participium præſens מַקְרִיב .Leuitic.7.Ipſe offert oblationem ſuam. Et pluraliter מַקְרִיבִים. Leuit.21. Panem dei ſui offerunt. Et in ſtatu regiminis מַקְרִיבֵי. Num.16.Offerentes ſuffimentum.

INDE NOMINA:

קָרוֹב Propinquus, ſcilicet loco.Geneſ.45.Et eris propinquus apud me.Exo.12.Et accipiet ipſe etiā uicinū,qui propinquus iuxta domum ſuā. Eſt & temporis. Ieſa. 14.Et propinquum ut ueniat tempus eius. Et quando ab initio aſſumit literam aliquam ſeruilem,tum retinet cametz inuariatum,daggeſſata tamē ſemper prima litera ſubſtātiali,excepto uau copulatiuo. Sed in ſtatu affixorū mutat cametz in ſeua קְרוֹב. Exo.32. Vnuſquiſq; propinquum ſuum. Et pluraliter קְרֹבִים. Deut. 4.Cui ſunt Dij propinqui.cap.21.Qui ſunr propinqui occiſo.Ieſaiæ 33. Et ſcitote propinqui præualeſcentiam meam. Et cum affixis.Pſal.38.Propinqui mei. Et in genere fœminino קְרֹבָה. Gen.19.Ciuitas hæc propinqua. Et pluraliter קְרֹבוֹת. Iere.48.Super omnes ciuitates terræ Moab longinquas & propinquas.Ezec.22. Quæ propinquæ,& quæ longinquæ.

קְרָב Forma maſculina,appropinquatio,ſcilicet illa partium congredientium, cōgreſſus ille acierum,quem nos Latinè prælium dicimus,ſeu pugnam,ſeu conflictum, der angriff in der ſchlacht.2.Sam.17.Et facies tuæ ambulēt quoq; in præliū.Iob 38.Ad diē prælij.Pſal. 144. Qui inſtruit manus meas ad præliū. Legiē tamen in

duo-

duobus locis cum hatephcametz קְרָב. Pſal.55.Redemit in pace animam meam à prælio mihi intẽtato. Et in eodẽ Pſalmo ſeua ſimplex mutatur in hatephpathah: Mollificauerũt pluſquàm butyra os ſuum,& prælium eſt cor ipſorum. Et quidam exiſtimant hæc duo eſſe à forma קְרֹב, ſed ego tamen cenſeo nomina eſſe infinita.

Huius nominis fœmininũ eſt קְרָבָה, appropinquatio,id eſt prẹlium:quod tantùm ſemel,& in ſtatu regiminis קִרְבַת legitur,Ieſ.58.Poſtulauerunt à me iudicia iuſtitiæ,pugnam dei uoluerũt,i.uolunt congredi cum Deo,& cõtendere militariter.

קֶרֶב Nomẽ,quo dicitur primò,quicquid eſt in homine ſeu pecude propinquiſſimum,& intimum, ut ſunt cor,& cætera uiſcera. Similiter de mente, & cogitationibus cordis humani,quæ ſunt homini propinquiſſima & intima. Tertiò,etiam generaliſſimè de propinquiſſimo & intimo cuiuſcunque rei,etiam inanimatæ. Ac in ſtatu affixorum mutat perpetuò prius ſægol in hirik,& alterum in ſeua.Pſal.64. Peruestigabunt malitias,& abſconderunt perueſtigationẽ perueſtigatam,& mente quiſque & corde profundo.Pſal.5.Intimum eorum damna.Pſalm.62.Et in intimo ſuo maledicent.Iere.31.Dabo legem meam in intimum eorũ,&c. Quod autor epiſtolæ ad Hebrẹos ca.8.uertit εἰς τὴν διάνοιαν, id eſt in mentem.Gen.18.Et riſit Sara in intimo ſuo. 1.Reg.17. Reuertatur quæſo anima pueri eius, ſuper intimum eius. Geneſ.41.Et ingreſſẹ ſunt ad intimum earum,& non cognitum eſt,quòd ingreſſẹ eſſent ad intimum earum,id eſt uiſcera.Pſal.55.Cor meũ infirmatur in intimo mei. Leuit.3.Et offeret adipem operientem intimum,& omnem adipem, qui eſt ſuper intimum.Exod.12.Caput eius cum cruribus eius,& ſuper intimo eius.Leuit.1.Intimum & crura lauabit.Iud.18.In intimo populi. Prou.14.In intimo ſtultorũ cognoſcetur.Deut.17.De intimo fratrum.Num.14.De medio caſtrorum. Gen.45.In medio terræ. Et pluraliter קְרָבַי. Pſal.103. Benedicat anima mea ipſum Iehoua, & omnia intima mea nomen ſanctitatis ſuæ.

קָרְבָּן In ſtatu abſoluto habet perpetuò cametz. Significat autem generaliter omne donum ſeu munus,quod Deo offerẽ,tam de pecoribus,quàm frugibus,alijſque rebus: quare oblationis uocabulo commodiſſimè uertes. Leuit.1.Homo cùm obtulerit ex uobis Korban,id eſt oblationẽ. Et in ſtatu regiminis mutat cametz in pathah קָרְבַּן. Leu.2. Si obtuleris Korban muneris cocti in clibano. ubi habetur perſpicuè differentia inter קָרְבָּן & מִנְחָה, quòd prius ſit generalius,& poſterius ſpecialius,& tantùm de frugibus terræ dicatur.Num.31.Et obtulimus oblationem Iehoua. Eſt & hîc obſeruandum, quod & hoc nomine Chriſtus donaria uocarit in ſacrum templi Theſaurum repoſita,Marci 7.qui hanc uocem retinuit adiecta expoſitione.Expoſuit autẽ nomine δῶρον, cùm inquit:Si dixerit homo patri uel matri κορβᾶν, quod eſt δῶρον donum.Sic quoque Lucæ 21. Miſerunt εἰς τὰ δῶρα, in munera Dei. Sed Marcus retexens eandem hiſtoriam ca.12. uertit γαζοφυλάκιον, ſic ſcribens:Amen dico uobis,quòd uidua hæc pauper plus miſit, quàm omnes, qui miſerunt in Gazophylacium.Hinc apparet Chriſti tẽpore & poſt,tam donaria,quàm locum donariorum hac uoce dicta fuiſſe, ſicut & Ioſephus lib.2. Belli Iudaici cap.3. ſacrum theſaurum uocat. Et hiſtoria Tripartita lib.2.cap.6. teſtatur, Corbonam patria Iudæorum lingua dictum ſacrum ærarium.

1413 קָרָה Accidit,euenit, occurrit, obuiàm uenit,obuiàm factus eſt uel fato, uel fortuna ſeu caſu. Et legitur interdum etiã cum aleph. Et ut קָרָא dicitur de uoce ad aliam perſonam,uel rem,ita hoc dicitur de reali accidente ſeu occurſione. Geneſ.42.Ne fortè accidat ei exitium. ubi cum aleph ſcribitur. Similiter eodem capite: Si acciderit illi exitium in itinere.cap.44.Et acciderit ei interitus.ubi cum he ſcribitur,ſicut etiam in ſequentibus locis: Numeri 11. Nunc uidebis,an eueniat tibi uerbum meum uel non.cap.23.Si fortè Iehoua eueniat in occurſum meum.Eccleſiaſt.2. Et cognoui,quòd euentus unus eueniet omnibus illis.& cap.9.Tempore & neceſſitate eueniunt omnia.Danielis 10.Docebo te, quicquid eueniet populo tuo. Et quando de domo ſeu ciuitate dicitur, & regit poſt ſe accuſatiuum, tum ſignificat contignare, tignis tecta coniungere, facere ut tigna occurrant & coaptentur.

2.Paral.34.Ad contignandum domos.Nehe.2.Ad contignandum portas palátij.

In uoce paſſiua נִקְרָא, uel נִקְרָה. Num. 23. Et occurrit deus ipſi Bileam. Et iterum:Ego euẽtum expectabo illic.1.Sam.28. Viuit Iehoua,ſi continget tibi malum propter hanc rem.2.Sam.1.Caſu ueni in montem Gilboa.Deut.22.Quãdo occurrerit nidus auis coram te in uia. 2.Sam.2. Cùm uerò illuc forte ueniſſet uir Belial. Iere.4.Contritio ſuper contritionem eueniet.

In ſecunda coniugatione קֵרָה, actiuè.Nehem.3.Ipſi contignauerunt eam.Pſal. 104.Qui contignat aquis ſuperiora eius.

In tertia coniugatione הִקְרָה, uel הִקְרָא, cũ aleph, primò neutraliter, obtigit, contigit, occurrit, obuenit. Geneſis 24. Fac obtingat quæſo mihi hodie,& fac miſericordiam cum ſuſtentatore meo Abraham. & cap.27. Nam obtulit ſe Iehoua deus tuus ante me. Iere.32. Et obueniet uobis omne malum. Et actiuè, ſi poſt ſe regit accuſatiuum.Num.35.Contignabitis uobis ciuitates.

INDE NOMINA:

מִקְרֶה Accidens,euentus,caſus.Deut.23.Qui non eſt mundus propter accidens nocturnum. 1.Sam.6. Sed caſu factum ſit nobis. 1.Sa.20. Nam cogitauerat accidens eſſe, ne eſſet mundus.Eccleſ.3.Quoniam euentus filiorum Adam, & euentus iumenti, euentus unus utriſq;.

קֶרִי Contrarium,aduerſum:ſumitur tamen aduerbialiter contrà,aduerſus, ex aduerſo. Leuit.26.Si ambulaueritis mihi ex aduerſo.Et iterum: Sed ambulaueritis mihi ex aduerſo,ambulabo etiam uobis ex aduerſo. Et mox iterum:Ambulabo & ego uobis in furore ex aduerſo.

לִקְרַאת In occurſum, obuiàm, aduerbium. Et accipit affixa, contra,aduerſus. Iudicum 4. Et egreſſus eſt Iael in occurſum Siſræ. cap.11. Et ecce filia eius egreſſa eſt obuiàm ei. 2.Sam.10. Et ordinauit aciem contra filios Ammon. Et iterum: Et diſpoſuit aciem contra Syros.

קוֹרָה Tignum, trabs: quia trabes ſeu tigna in ædificijs inuicem occurrunt. 2.Regum 6. Accipiamus inde quiſque tignum unum.Et iterum:Vno cædente tignum, cecidit ferrum in aquam.Ge.19.Ideo uenerunt in umbram tigni mei, id eſt, tecti. pars pro toto. Et pluraliter קֹרוֹת. Cant.1. Tigna domorum noſtrarum cedrina. Significat etiam euentus,caſus,qui alicui occurrunt. Gen.42. Et uenerunt ad Iacob patrem ſuum,& narrauerunt ei omnes euentus ſuos.

מְקָרֶה Contignatio,tignorum compages. Eccl.10.Propter pigritias labaſcit cõtignatio.

קֶרֶת Ciuitas, ſeu oppidum ex tignorum conſtructione nomen habens, q.dicas,contignatio, ſeu tignorum complurium ſtructura. Iob 29. Quando egrediebar è porta iuxta ciuitatem.Prouerb.8.Iuxta ciuitatem.

קִרְיָה Ciuitas, eadem ratione, qua קֶרֶת dicitur. Deut.2. Non fuit ciuitas.1.Reg.1. Vox ciuitatis tumultuantis.Prou.11.Cũ iuſtis bene eſt,exultat ciuitas. Chaldęus plerunque uertit קַרְתָּא. Inde Phœnicum lingua Carthago nomen ſortita. Et pluraliter קִרְיוֹת.Iere.48. Amos 2. Arbitror autem non eſſe nomen appellatiuum, ſed proprium ciuitatis Moabitarum.

קִרְיָתַיִם Nomen urbis Moabitarum,cuius mentio fit Ezech.25.& cap.48.

קוּרֵי Nomen pluralis numeri,ſtatus regiminis,telæ araneorum.Et dicuntur, quòd telæ ſua etiam tigna habeant ſibi inuicem occurrentia: uel,quòd aranei eas plerunque in ſublimioribus ædium partibus ad tigna attexant: uel, quòd foraminatæ ſint, ut ſuprà quoq; in קוּר indicaui.Ieſa.59.Et telas aranei texent. Et iterum: Telæ eorum non erunt pro ueſte.

קִיר Paries,interſtitium,quòd paries oppoſitus ſit & obiectus,ut tranſitum prohibeat: uel, quòd ex tignis ſit compactus. 1.Samuel.19. Et transfixit haſtam in parietem. Leuitic.1.Iuxta parietem altaris.Ioſue 2.In pariete muri. Pſalm.62. Sicut paries inclinatus. Eſt & proprium nomen urbis Moabitarum.Ieſaiæ 15. Kit Moab exciſa eſt. Et pluraliter קִירוֹת. 1.Regum 6.Parietes domus.Et iterum:A pauimento uſque ad parietes.Exod.30.Operies tectum eius,& parietes eius.Iere.4. Ventrem meum

meum uentrem meum doleo, parietes cordis mei,id eſt,præcordia.

INDE VERBVM,

קִרְקַר Contrariæ ſignificationis, exparietauit, id eſt, parietem diruit. Numeri 24. Et di-
1414 ruet filios Seth.

Participium præſens מְקַרְקַר, pro מְקַרְקֵר. Ieſaiæ 22. Diruens parietem.

קָרַח Decaluauit,hoc eſt, forfice crines ſeu capillitium remouit. Et ut literarum tranſ poſitione, ita modo tantùm ſignificandi differt à uerbis רָחַם & חָרַשׁ חָסַר. Leuit. 21. Et non decaluabunt caluitium in capite ſuo. Et Micheæ 1. neutraliter: Decaluare, & tondere.

In uoce paſſiua נִקְרַח. Iere. 16. Et non incidet ſe, neq; decaluabitur pro illis. Fuit autem raſura capitis luctus indicium.

In tertia coniugatione הִקְרִיחוּ. Ezech. 27. Et decaluabunt ſuper te caluitium.

Participium præteritum מֻקְרָח. Ezech. 29. Omne caput decaluatum.

INDE NOMINA:

קֵרֵחַ Cui defluxerūt crines in poſteriore parte capitis,id eſt, in occipitio, qui natura caluus eſt,non tantùm in fronte. Et in hoc differt à גִּבֵּחַ, qui caluaſtrum ſignificat,hoc eſt,eum qui in fronte tantùm eſt caluus. Leuitic. 13. Caluus eſt. 2. Regum 2. Aſcende calue,aſcende calue.

קָרַחַת Caluicies illa naturalis, ſeu fortuita etiam in occipitio: & differt à nominé גַּבַּחַת, quod ſignificat caluiciem fortuitam, ſed tantùm in anteriore parte capitis. Leu. 13. Et ſi erit in caluitio. Et cum affixo קָרַחְתּוֹ. Leuit. 13. Germinans eſt in caluitie.

קָרְחָה Caluitium factum forfice, & erat indicium & ſignum luctus: differt igitur à קָרַחַת caluitie naturali ſeu fortuita: quare Latinis uocibus etiam diſcernere uolui, quòd naturalem,uocarim caluitiem: at manu ſeu forfice factum, caluitium Deut. 14. Et ne ponatis caluitium inter oculos ueſtros pro mortuo. Ieſaiæ 3. Pro factura criſpiciei caluitium. Ieſa. 15. Et in omnibus capitibus eſt caluitium, omnis barba detonſa eſt. & cap. 22. Ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cinctorium ſacci. Ieremię 48. & Amos 8. Super omni capite caluitium. Et cum affixo קָרְחָתֵךְ. Mich. 1. Dilata caluitium tuum.

קֶרַח Generaliter, gelu: eò quòd decaluet & lugere faciat folia arborum, & gramina terræ. Geneſis 31. In die conſumit me æſtus, & gelu in nocte. Ieremię 36. Et cadauer eius erit proiectum in æſtum interdiu, & in gelu noctu. Ezechielis 1. Et ſimilitudo ſuper capitibus uniuſcuiuſque beſtię firmamentum uelut forma cryſtalli. Dicitur autem Cryſtallum, eò quòd ex gelu, ſeu glacie indurata fiat. Et in diſtinctione ſentētiæ קָרַח. Iob 6. Qui abhorrent à gelu ſiue pruina, ſuper eos operiet nix. Iob 37. Ab anhelitu dei datur gelu.

קֹרַח Gelu, ſeu ſpecies quædam grandinis. Pſal. 147. Proijcit grandinem ſuam ſicut buc-
1415 cellas,coram frigore eius quis ſubſiſtet.

קָרַם Extendit, diſtendit, ſcilicet cutem, ſeu pellem. Ezechiel. 37. Et diſtendam ſuper uos cutem. Et mox iterum, ſed intranſitiuè: Et diſtenta erat ſuper eos cutis ſupernè: quanquàm etiam actiuè ita transferri poſſit: Et diſtenderat ſuper eos cutem ſupernè.

INDE NOMEN,

קַרְדֹּם Inſerta litera daleth, ſecuris, ab extenſione ſeu diſtentione. Et cum affixo mutat holem in kybutz. 1. Sam. 13. Vomerē ſuum & ſecurim ſuam. Et pluraliter קַרְדֻּמִּים 1. Sam. 13. Tridentum & ſecurium. Legitur tamen frequentiùs forma fœminina קַרְדֻּמּוֹת. Iudic. 9. Accepit Abimelech ſecures in manu ſua, & ſuccidit condenſa lignorum. Pſal. 74. Et cognoſcetur tanquàm ducens ſupernè in denſitate ligni ſecures. Ierem. 46. Et cum ſecuribus concedunt contra eam.

1416

קֶרֶן Nomen. Etſi forma eſt maſculini generis, tamen conſtructione nominum adiectiuorum, & uerborum eſt generis fœminini, ac propriè ſignificat κέρας, Latinè cornu, Germanicè horn. Et quia animalium cornua dura ſunt, & ſummū in eis eſt robur & potentia, & ſuam fiduciā in illis collocāt, illiſq; ipſis armata impetum

in alia faciunt, ac etiam ſeſe aduerſus aliorum iniuriam defendunt, figuratè ſępiſſimè pro potentia, regno, præſidio, & fiducia tranſſumitur. Transfertur etiam ad res alias, quæ forma ſimilitudinem referunt: ſic dicitur etiam de utriuſq; altaris in templo dei manubrijs angularibus. Item de radijs quos lux de ſe inſtar cornuũ diffundit. Dan. 8. Et hirco erat cornu uiſibile inter oculos ſuos. Et iterum: Et fractum eſt cornu magnum. Item: Cornu unum paruũ. Ioſue 6. Et cùm prolixi erunt cum cornu clangoris. 1. Sam. 16. Et accepit Samuel cornu unguenti, & unxit eum in medio fratrum eius. 1. Reg. 1. Et accepit Zadok ſacerdos cornu unguẽti ex tabernaculo. Ieſaiæ 5. Vinea fuit dilecto meo in cornu, filius pinguedinis. Micheæ 4. Surge & tritura filia Zion, quia cornu tuum ponam ferrum, & ungulas tuas æs, & cõminues populos multos. 1. Sam. 2. Et dedit potentiam ſuam regi ſuo, & exaltauit cornu uncto ſuo. Ierem. 48. Confractum eſt cornu Moab. Pſalm. 75. Dixi iactabundis, ne gloriemini: & improbis, ne eleuetis cornu. 2. Sam. 2. & Pſalm. 18. Scutum meum & cornu ſalutis meæ. Sic Zacharias uocat regnum Meſſiæ Dauidi promiſſum, cornu ſalutis, Lucæ 1. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui. Et in diſtinctione ſententiæ mutat prius ſægol in cametz קָרֶן. 1. Paralip. 25. Ad exaltandum cornu. In ſtatu affixorum mutat ſemper prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua. 1. Sam. 16. Imple cornu tuum unguento. 1. Sam. 2. Exaltatũ eſt cornu meum in Iehoua. Iob 16. Et malè affeci in puluere cornu meum. Pſal. 72. Ne eleuetis in altum cornu ueſtrum. Et in duali numero, quia animalibus duo ſunt cornua קַרְנַיִם. Danielis 8. Et uenit uſq; ad arietem, habentem duo cornua. Item קְרָנַיִם Amos 6. Nónne in firmitudine noſtra ſumpſimus nobis cornua. Habak. 3. Et ſplendor ſicut lux erit, cornua de manu eius illi, id eſt, radij. In ſtatu regiminis & affixorum קַרְנֵי. Deut. 33. Et cornua unicornis, cornua eius. 1. Reg. 22. Et fecit ſibi Sidkia cornua ferri. Pſal. 22. A cornibus unicornium exaudiendo liberabis me. Pſal. 75. Omnia cornua improborum confringam. Gen. 22. Et ecce aries à tergo detentus erat in condenſis, cornibus ſuis. Habet & pluralem numerum more fœmininorum in ſtatu abſoluto קְרָנוֹת. Ezech. 43. Et supernè cornua quatuor. Zacharię 2. Et ecce quatuor cornua. Et iterum: Hæc ſunt cornua, quæ uentilauerunt Iehudam. Et in ſtatu regiminis קַרְנוֹת. Exo. 29. Pones ſuper cornua altaris. 1. Reg. 1. Apprehendit in cornibus altaris. Pſal. 75. Et exaltabuntur cornua iuſti. Ezech. 27. Cornua Elephantis & Ebenum. Et in ſtatu affixorum nihil mutat à ſtatu regiminis, niſi quòd ſub thau ſubſcribunt cametz. Exod. 27. Et facies cornua eius ſuper quatuor angulis ipſius: ex eo ſint cornua eius. Et cap. 38. his uerbis repetitur: Et fecit cornua illi ſuper quatuor angulis eius, ex eo erant cornua eius obducta auro. Erant autem manubria, quibus aſcendentes ſacerdotes ad altare, & de altari deſcendẽtes nitebantur, atq; etiam ipſum altare commodiùs tranſportaretur, ſicut Ioab apprehẽdebat illa cornua altaris, 1. Reg. 1. quanquàm Exod. 37. legitur, ꝙ altare thymiamatis habuerit cornua, quæ erant obducta auro.

INDE VERBVM,

קָרַן Radiauit, emiſit iubar ſeu radios: referũt enim radij forma cornua. Exo. 34. Et Moſe non ſciebat, quòd radiabat cutis faciei ſuæ. Et mox iterum: Et uidit Aaron, & omnes filij Iſrael Moſen, & ecce radiabat ſeu coruſcabat cutis faciei eius, & timebãt accedere ad eum.

In tertia coniugatione legitur participium præſens, ſine tamen iod litera characteriſtica מַקְרִן. Pſalm. 69. Et placebit ipſi Iehoua, pluſquàm bos iuuenis, qui cor-
1417 nuat, id eſt, cornua producit.

קרס Repandum fuit. Ieſaię 46. Repanda incuruauerunt ſe pariter, neque potuerunt tamen eripere onus.

Participium præſens קֹרֵס. Ieſa. 46. Incuruus fuit Bel, & repandus eſt Nebo.

INDE NOMEN,

קְרָסִים Nomen pluralis numeri tantùm, quod Græcus κρίκους, i. fibulas ſeu uncinos tranſtulit. Et Hieronymus nunc circulos, nunc anulos, nunc etiã fibulas uertit: habent

autem

autem hoc nomen, quòd repandi ſint. Exod. 26. Et facies quinquaginta fibulas auri, & coniunges cortinas, unam cum altera fibulis. Et ibidem iterum: Et compones uelum cum fibulis. In ſtatu regiminis קַרְסֵי. Exo. 26. Et facies quinquaginta
1418 fibulas auri. Et cum affixo. Exod. 25. Et fibulas eius.

**קָרַע** Propriè ſignificat rumpere, diſrumpere, diſcontinuare, ſicut qui pannum, aut quid aliud continuum diſrumpit, & dilacerat. Et ut literarum poſitu, ita quoque ſignificatione uariat à uerbo רָקַע. 2. Reg. 5. Cùm audiret Eliſſa uir dei, quòd diſrupiſſet rex Iſrael ueſtimenta ſua, & miſiſſet ad regem, dicens, quare diſrupiſti ueſtimenta tua. Leuit. 13. Et ſi uiderit ſacerdos & ecce obſcurior plaga, poſtquàm lauit eam, diſrumpat eam à ueſtimento. Geneſis 37. Et ecce Ioſeph non erat in ciſterna, & diſrupit ueſtimenta ſua. 2. Samuelis 13. Et tunicam filorum, quæ erat ſuper ea, diſrupit. Ieſaiæ 64. Vtinam diſrupiſſes cœlos & deſcendiſſes. Ieremię 4. Si diſrumperes fuco oculos tuos. & cap. 22. Et diſrumpet ſibi feneſtras. & cap. 36. Et factum eſt, cùm legiſſet Iehudi tres paginas quatuor'ue, diſrupit nouacula ſcribę, id eſt, diſcidit. Ezechielis 13. Et abrumpam eos de brachijs ueſtris. Oſeæ 13. Et abrumpam clauſuram cordis eorum. Ioelis 2. Diſrumpite cor ueſtrum, & non ueſtimenta ueſtra. Et quando poſt ſe non regit accuſatiuū, tum abſolutè uſurpatur. 2. Reg. 17. Quoniam abruptus eſt Iſrael à domo Iehoua. Pſal. 35. Diſruperunt & non ceſſauerunt. Eccleſ. 3. Eſt tempus ad diſrumpendum & tempus ad conſuendum.

Participium præteritum קָרוּעַ. 2. Sam. 15. Et ecce in occurſum ei Huſai Archites diſruptus tunica, id eſt, dilaceratus. Et pluraliter קְרוּעִים. 1. Sam. 4. Et ueſtes eius diſruptæ. 2. Samuelis 1. Et ueſtes eius erant diſruptæ. Et in ſtatu regiminis קְרוּעֵי. 2. Sam. 13. Et omnes ſerui eius ſtabant diſrupti ueſtimentis. Iere. 41. Raſi barba, & diſrupti ueſtimentis.

In uoce paſſiua נִקְרַע. 1. Sam. 15. Et apprehendit in ala pallij eius, & diſrupta eſt, & dixit ad eum Samuel, diſrupit Iehoua Iſraelem abs te hodie.

INDE NOMEN,

קְרָעִים Rupturæ, partes diſruptæ, panni. 1. Regum 11. Et diſrupit illud in duodecim rupturas. 2. Reg. 2. Et apprehendit in ueſtimētis eius, & diſrupit ea in duas rupturas. Prouerb. 23. Et rupturis ueſtietur nudatio.

**קַרְקַע** Firmamentum, non ſupernum illud cœlorum, ſed infernum ædificiorum, quod Latini pauimentum appellant. Et de hoc nomine in themate רָקַע.

קַרְסַר De hoc uerbo in themate סָרָה.

1419

**קָרַץ** Breuiter ſeu raptim mouit, abbreuiauit nictū. Et congruit ſignificatione cū uerbo קָצַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi differant. Pſal. 35. Oſores mei fruſtrà nictent oculo.

Participium præſens קֹרֵץ. Prou. 6. Nictit oculis ſuis. Et iterum: Nictens oculo, dabit dolorem. & cap. 16. Incidens labia ſua perfecit malum.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua קֹרַץ, exciſus eſt. Iob 33. Et luto exciſus ſum etiam ego.

INDE NOMEN,

קֶרֶץ Excidium, ſcilicet repentinum. Ieremiæ 46. Excidium ab Aquilone uenit.

1420

**קֶרֶשׁ** Et in diſtinctione ſententiæ קָרֶשׁ, aſſer, tabula. Exod. 26. Decem cubitorum erit longitudo aſſeris, & cubiti & dimidij cubiti latitudo aſſeris unius. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua. Ezech. 27. Aſſerem tuum fecerunt eburneum. Et pluraliter קְרָשִׁים. Exod. 26. Et faceres aſſeres taber-
1421 naculi. Et in regimine קַרְשֵׁי. Exod. 16. Sic facies omnibus aſſeribus tabernaculi. Similiter in ſtatu affixorum. Exod. 35. Et aſſeres eius.

**קָשַׁשׁ** Eiuſdē eſt ſignificationis cū uerbis יָקַשׁ & קָשָׁה קוּשׁ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Et legit̃ ex eo uerbaliter tātùm Imperatiuus primæ cōiugationis. Zoph. 2. Colligite uos, & colligemini gens non cōcupiſcibilis.

INDE NOMEN,

קַשׁ Quiſquilia cuiuslibet materiæ, quę feſtinanter aut uento, aut igni conflagratur. Et modo tantùm ſignificandi differt à nomine חֲשַׁשׁ. Exo.15. Mittes furorem tuum & conſumet eos tanquàm quiſquiliam. Iob 13. Et quiſquiliam aridam perſequeris. Et cap.41. Sicut in quiſquiliam uertuntur ei lapides fundæ, ſicut quiſquilia reputãtur machinæ. Pſalm.83. Sicut quiſquilia coram uento. Ieſaiæ 47. Ecce facti ſunt quaſi quiſquilia ignis. Ieremiæ 13. Et diſſipabo eos quaſi quiſquiliam tranſeuntem per

1422 uentum deſerti.

קָשַׁב Vt uoce parum, ita modo tantùm ſignificandi differt à uerbo חָשַׁב, cogitauit, reputauit. Significat enim auſcultare, attendere, intẽdere animum ſeu cogitationem, eſſe aure & mente attentum ad uerba alterius. Et eſt ſimul etiam geſtus, ut fit aurium arrectione. In prima coniugatione legitur tantùm ſemel, Ieſ.32. Non reprimentur oculi uidentium, & aures audientium auſcultabunt: ſiue, attentæ erunt.

In tertia coniugatione הִקְשִׁיב abſolutè. 1.Sam.15. Melius eſt auſcultare, quàm adeps arietum. Zachariæ 7. Et renuerunt attendere. Iob 31. Attende Iob & audi mihi. Malachiæ 3. Et attendit Iehoua & audiuit. Ieremiæ 8. Attendi & audiui. Et in regimine nunc cum accuſatiuo ſine articulo aut præpoſitione, uel interpoſitis præpoſitionibus, nũc beth, nunc lamed, nunc אֶל, nunc עַל, conſtruitur. Ieremiæ 23. Quis attendit uerbum eius & audiuit. Pſalm.17. Auſculta clamorem meum. Pſal.10. Attendes aurem tuam. Pſalm.66. Attendit in uocem orationis meæ. Pſalm.86. Et attende in uocem precationum meàrum. Ieſaiæ 42. Vtinam attendiſſes præceptis meis. Prouerb.2. Accommoda ſapientiæ aurem tuam. Ieſaiæ 51. Attende ad me popule meus. Zachariæ 1. Et non attenderunt ad me. Ieremiæ 6. Quia ſuper uerbis meis non attenderunt.

Participium præſens מַקְשִׁיב. Prouer.1. Et non erat attendens. cap.17. Malignus non attendit ſuper labio iniquitatis. Et pluraliter מַקְשִׁיבִים. Cantic.8. Attendentes uoci meæ.

INDE NOMINA:

קֶשֶׁב Et in diſtinctione ſententiæ קָשֶׁב, attentio. Ieſaiæ 21. Et attendet attentione, multa attentione. 1. Regum 18. Et non erat reſpondens, necꝫ attentio. 2. Reg.4. Et non erat uox, necꝫ attentio.

קַשֻּׁבֶת Nomen adiectiuum generis fœminini. Nehem.1. Sit quæſo auris tua attenta.

קַשֻּׁבוֹת Nomen participiale pluralis numeri. Pſalm.130. Sint aures tuæ attentæ ad uocem

1423 precationum mearum. 2. Paralip.6. Et aures tuæ attentæ.

קָשָׁה Perplexum, intricatum, rigidum fuit, ut non facilè reſolui aut explicari, aut tractari & flecti poſſit: congruitꝙ ſignificatione cum uerbis קָשַׁשׁ & קוֹשׁ יָקֹשׁ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Canticor.8. Pertinax ſicut infernus, æmulatio. Gen.49. Maledicta ira ipſorum, quia ualida fuit, & furor ipſorum, quia pertinax fuit. Deut.1. Et cauſam quę perplexa erit ſupra uos, referetis ad me, & audiam eam. & cap.15. Ne difficile ſit in oculo tuo, cũ dimiſeris eum abs te. 1.Sam.15. Dura facta eſt manus eius ſuper nos. 2. Sam.19. Et rigidius erat uerbum uirorum Iudæ, quàm uerbum uirorum Iſrael.

In uoce paſſiua legitur tantùm participium maſculini generis נִקְשֶׁה, induratus. Ieſaiæ 8. Et peruadet in ea pertinax & famelicus, id eſt, qui dura patitur.

In ſecunda coniugatione קִשָּׁה. Geneſis 35. Et peperit Rachel, & difficilis fuit in partu ſuo.

In tertia coniugatione quando poſt ſe regit accuſatiuum, tum eſt tranſitiuum. Exod.7. Et ego pertinax reddam cor Pharaonis. Deut.10. Et ceruicem ueſtram ne pertinacẽ reddatis amplius. & cap.2. Quoniam pertinacẽ permiſerat Iehoua deus tuus ſpiritum eius. At extra regimen, & abſolutè poſitum uſurpatur neutraliter. Exod.13. Cùm pertinax eſſet Pharao ad dimittẽdum nos. Iob 9. Quis pertinax fuit aduerſus eum. Gen.35. Et factum eſt, quando difficilis eſſet in partu ſuo.

Participium præſens מַקְשֶׁה. Prou.28. Pertinax ſinens cor ſuũ, incidet in malũ. &

cap.

cap.29. Vir correptionū, pertinacē faciens ceruicē,ſubitò cōteretur ſine remedio

INDE NOMINA:

קָשֶׁה Intricatum,perplexum,pertinax,rigidum,difficile, nomen adiectiuum maſculini generis. Exod.18. Cauſam uerò difficilem referent ad Moſen. Deut.31. Ego noui amaritudinem tuam,& ceruicem tuam pertinacem.1.Sam.25.Sed uir eſt pertinax, & malis moribus. In ſtatu regiminis קְשֵׁה. Exo.32.Et ecce populus pertinax ceruice eſt.Iob 30.Si non fleui in difficultate diei. Et pluraliter קָשִׁים. 2.Samuelis 3. Ego adhuc ſum tener unctus rex, & uiri illi filij Zaruia rigidi pluſquàm ego. Et in ſtatu regiminis קְשֵׁי. Ezec.2.Filij pertinaces faciebus.& cap.3. Vniuerſa domus Iſrael fortes fronte, & pertinaces corde. Et in forma f[illegible] קָשָׁה. Deut.26. Vt ponant ſuper nos ſeruitutem difficilem.Iud.2. Neque [illegible]rum pertinaci.
Et cum uerbo conſtructum,aduerbiaſcit. 1.Sa.20.Si reſpo[illegible]t tibi pater tuus pertinaciter. Pſalm.60. Oſtendiſti populo tuo difficultatem. In ſtatu regiminis קְשַׁת. 1. Sam.1. Mulier difficilis| ſpiritu ego. Et pluraliter קָשׁוֹת. Gen.42.Et loquebatur cum eis difficilia.Et mox iterum:Loquutus eſt uir ille Suſtentator terræ nobis difficilia.

קְשִׁי Pertinacia.Deut.9.Ne reſpicias ad pertinaciam populi huius.

מִקְשָׁה Dicitur quicquid eſt,uel natura, uel arte perplexum & criſpū,ut palma,cucumerarium,capillitium, lucerna templi ad ſimilitudinem cucumerarij ſeu palmæ arboris fabrefacta.Iere.10.Quaſi palmæ criſpitudo ipſis,& tamē non loquuntur. Ad hanc figuram ſimulachrorum alludit etiam Ieſaias cap.44. Ad germen ligni adorabo,&c.Exo.25.Et facies duos Cherybim ex auro,criſpitudinē facies eos in duabus extremitatibus propiciatorij,ut ſcilicet ceu palma ramos ſurſum extēdant. Et iterum:Et facies lucernam de auro mundo,criſpitudo fiat ipſa lucerna,pes ei,calamus ei,cyphi ei,ſphærulæ ei,& germina ei ex ea erunt.Et iterum:Et uniuerſa hæc, ſcilicet lucerna,uniuſmodi criſpitudo. Ieſa.3.Pro facta criſpitudine, caluitium. Et Ieſa.1.Sicut pernoctatorium in criſpitudine, ſeu perplexitate, id eſt cucumerario, quod uidelicet ſtipite è terra ducto,ſubinde in latū ramuſculos & palmites in quibus flores,germina,folia,fructus excreſcunt,pertinaciter expandit.

קִשֻּׁאִים Cucumeres,fructus cucumerarij,mutata litera he in aleph. Num.11.In mētem nobis ueniunt cucumeres & pepones,&c.

קֶשֶׁת Arcus,à pertinacia,& rigiditate,quodq; in utraq; cornua diſtēdat,& rigeſcat.1.Samu.2. Arcus heroum.2.Sam.1.Arcus Ionathæ nō retroactus eſt.Pſal.46.Arcū confringet.Gen.9.Et apparebit arcus in nube. In diſtinctione ſentētiæ קָשֶׁת .1.Sam. 31. Sagittarij uiri arcu. 2.Sa. 1. Ad docendū filios Iehuda arcu. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah,alterū in ſeua. Thren.2. Tetendit arcū ſuū. Ioſ.24. Et non in arcu tuo. Pſal.37.Et tetēderunt arcū ſuum.Gen. 9. Et arcū meum ponam in nube. Et pluraliter קְשָׁתוֹת. Ieſ.13.Et arcubus pueros allident. In ſtatu regiminis & affixorū קַשְּׁתֹתָיו.Ieſ.5.Et oēs arcus eius extēti.Pſ.37.Arcus eorū confringent.

קַשָּׁת Ars arcuaria,id eſt totius rei, quæ ad arcum attinet.Et eſt nomen generale. Ge.21. Et factus eſt magiſter arcuariæ.

קַשְׂקֶשֶׂת Squama, ſquamatura, à perplexitate, & pertinacia, quia difficulter penetratur, & pertinaciter adhæret corpori.Leu.11.Omne,cui eſt pinna & ſquama in aquis. Et pluraliter forma fœminea קַשְׂקְשׂוֹת. Ezech.29. Et adhęrere faciam piſcē fluminum tuorum ſquamis tuis. Et pluraliter in forma maſculea קַשְׂקַשִּׂים,ſquamæ in lorica,

1424 à ſimilitudine & conditione piſcium.Ioſue 7.Et lorica ſquamarum erat indutus.

## קשה

Inde nomē קְשׂוֹת,quod ſemper pluraliter legitur,& ſignificat uaſa ad menſam ſacram in tabernaculo parata ex auro mūdo, quibus libabatur. Num.4. Et ſuper menſam facierum expandent ueſtē hyacinthinam, & ponēt ſuper ipſam patinas, cochlearia,& cyathos;& cantharos fuſionis. 1.Par.37. Pro fuſcinulis, & phialis & cantharis aurū mundū.ubi tamē cū puncto dextro eſt ſcriptū.Exo.37.Et fecit uaſa quę eſſent ſuper menſa,patinas eius,& cochlearia eius,& cyathos eius, & cantharos,quibus fundebatur ex auro mundo. Et cum affixo manet inuariatum. Exo.25

Et facies patinas eius,& cochlearia eius, & cãtharos eius,& cyathos eius, quibus
1425 fundebatur cum eis,&c.

קשח Legitur tantùm bis in ſacra ſcriptura,& in tertia coniugatione הִקְשִׁיחַ, & ſignificat abhorrere. Iob 39. Et abhorrere fecit filios eius tanquàm non eſſent ſui. Ieſa. 63. Quare errare facis nos Iehoua à uijs tuis, abhorrere facies cor noſtrum à timore tui,&c. Aliqui tamen alij putant hoc uerbum idem ſignificare, quod קָשָׁה, duri-
1426 ter tractauit.

קשט Firmitas, firmitudo, confirmatio, certitudo, firmamẽtum, fides. Et quidem Gellius quoq; dixit firmamentum pro fide. Pſal. 60. Dediſti timentibus te ſignum, ut extollatur pr[illegible] firmamentum, Sæla. Legitur etiam in forma קֹשְׁטְ. Prou. 22. Vt oſtende[illegible]rmamentum uerborum ueritatis, ut referres ſermones ueritatis mittenti[illegible]

קְשִׂיטָה Nummus, ſeu groſſus, qui fuit ſignum, & firmamentum contractus mutui. Ge. 33. Et emit partem agri, ubi tetendit tabernaculum ſuum de manu filiorũ Hamor pa-
1427 tris Sichem pro centum groſſo, id eſt groſſis. Iob 42. Et dederũt ei quiſq; groſſum.

קשר In prima coniugatione, ſignificat primò ligare, alligare ſimpliciter: atque in hoc ſignificandi modo Chaldæus ſemper uerbo קְטַר idem ſignificante reddidit. Gen. 38. Accipiens obſtetrix ligabat ſuper manum eius coccineum. Deuter. 6. Ligabis ea in ſignum ſuper manum tuam. Ieremiæ 51. Et cùm abſolueris legendo librum iſtum, liga ſuper eum lapidem. Iob 40. An ludes cum eo, quaſi cum auicula, uel ligabis eum, quaſi puellas tuas. ubi de ornamentorum applicatione loquitur. Ioſue 2. Ligabis funiculum illum in feneſtram. Iob 39. An ligabis unicornem in ſulcum fune ſuo.

Secundò, dicitur de animorumq; colligatione, & tum Hebræis idem ſignificat, quod Latinis coniurare, conſpirare, facere ligam. Et tum Chaldæus tranſtulit uerbo מְרַד, id eſt, rebellauit. 1. Reg. 16. Ligam fecit Simri, & percuſſit regem. 2. Reg. 10. Ligam feci contra ſuſtentatorẽ meum. Neh. 4. Et ligam fecerunt omnes ſimul, ut uenientes oppugnarent Ieruſalem. Amos 7. Ligam fecit contra te Amos in medio domus Iſrael.

Participium præſens pluralis numeri קֹשְׁרִים, conſpirantes, coniurati, colligati. 2. Sam. 15. Achitophel eſt inter coniuratos. 2. Reg. 21. Et percuſſit populus terræ omnes coniuratos contra regem Amon.

Participium præteritum קָשׁוּר, & pluraliter קְשֻׁרִים. Gen. 30. Et ligatæ oues erant ipſius Iacob, id eſt habentes maculas ligantes gregem. Et in genere fœminino קְשׁוּרָה. Gen. 44. Et anima eius ligata eſt cum anima huius. Prouer. 22. Stultitia ligata eſt in corde pueri.

In uoce paſſiua נִקְשַׁר. 1. Sam. 18. Et anima Ionathan ligata erat cum anima Dauidis. Nehem. 4. Et ligatus eſt totus murus.

In ſecunda coniugatione קִשֵּׁר. Iob 38. Num ligabis iucunditates plauſtri. Ieſaiæ 49. Quoniam omnibus ijs uelut ornamento ueſtieris, & alligabis ea ſicut ſponſa.

Participium præteriti temporis מְקֻשָּׁרוֹת. Gen. 30. Grex ligandorum, id eſt, quæ debebant fieri ligatæ.

In quarta coniugatione הִתְקַשֵּׁר. 2. Paralip. 24. Coniurauerunt contra eum ſerui eius. 2. Reg. 9. Et coniurauit Iehu filius Ioſaphat filij Nimſi contra Ioram.

Participium מִתְקַשְּׁרִים. 2. Paralip. 24. Et iſti ſunt coniurati illi contra ipſum.

INDE NOMINA:

קֶשֶׁר Liga, conſpiratio, coniuratio. Chaldæus מְרָדָא, id eſt rebellio. 2. Sam. 15. Et erat liga ualida. 2. Reg. 10. Et clamauit liga, liga. Ieſa. 8. Ne dicatis liga. Iere. 11. Inuenta eſt liga inter uiros Iuda. Et cum affixo mutat prius ſægol in hirik, & alterũ in ſeua. 1. Reg. 16. Liga eius quam colligauit.

קִשֻּׁרִים Ligamẽta, ligacula, ornamẽta, quibus uirgines & ſponſæ ſeſe ornant. Et pro tenijs commode accipi poteſt. Ieſ. 3. Fimbrias & tenias, ſcilicet ſtrictiores. Et cũ affixo. Iere. 2. Nũ obliuiſcetˀ uirgo ornatus ſui, aut ſpõſa teniarũ ſuarũ. Chaldæus קִשּׁוּטַיָּא.

## DE NOMINIBVS POLYSYLLABIS ET PEREGRINIS.

1428

**קִיקָיוֹן** Hieronymus hederam uertit, quanquàm in Commentarijs ſcribat, ꝙ Latinus ſermo hanc ſpeciem arboris non habeat, & naſci creberrimè in Palæſtina, lata habens folia in modum pampini, mirumq́ in modum ſi ſementem ieceris, citò confota, in arborem conſurgere, ita ut intra paucos dies, quam herbam uideras, arbuſtulã ſuſpicias, & in lingua Punica ſiue Arabica dici אלכרוע. Hactenus ille. Quæ ſi uera eſt ipſius deſcriptio, certè cucurbitæ ſimilior erit, ꝙ hederæ, utcunq; illos rideat qui cucurbitam ſignificare dixerunt. Et arbitror dictam à fructu, quem excauatum habet, & habere ſignificatione cognationẽ cum uerbis נָקָה & נָקַב, quæ uacuitatem ſeu cauitatem ſignificãt. Ionæ 4. Et diſpoſuit Iehoua deus cucurbitam.
1429 Et mox iterum: Et lætatus eſt Ionas ſuper cucurbita, &c.

**קִלְשׁוֹן** Inſtrumentum ruſticum, quod quidam furcam, alij ſarculũ reddiderunt. Veriſimile eſt originem traxiſſe à uerbo קָלַשׁ, & dictum à leuitate ac politia, ſeu quòd minimè politum. Et legitur ſemel 1. Sam. 13. Et uomerum, & triplicati
1430 ſarculi, id eſt habentis tres dentes.

**קַרְסֻלַּיִם** Nomen dualis numeri, tali. 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Dilatabas paſſus meos, & non uacillauerunt tali mei.

ר Pſal. 34.

רַבּוֹת רָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם יַצִּילֶנּוּ יְהוָה׃

1431

**רָאָה** Oculis, uel animo apprehendit rem aliquã obiectã: non poteſt autem in prima cõiugatione uoce actiua reddi uno uerbo cõmodiùs, niſi uerbo uidendi. Et ut uerbum uideo Latinis conſtruitur cum accuſatiuo, ita uerbum רָאָה in lingua Hebræa propriè regit poſt ſe accuſatiuum mediãte articulo אֵת, uel ſine eo, uel cum pronominibus affixis: magnamq́ habet ſignificatione cognationem cum uerbo אוֹר. Deinde contrariam habet ſignificationem uerbo יָרֵא. Nam ut uerbum יָרֵא obiectum oculis, & animo auerſari ſignificat, ita hoc uerbum רָאָה oculos, uel animum intendere in obiectum, & id apprehendere ſignificat. Geneſis 29. Laborem manuum mearum uidit deus. 2. Sam. 14. Et faciem regis non uidit. 2. Reg. 13. Quia uidit preſſuram Iſrael. Eccleſ. 1. Cor noſtrum uidit ſapientiam. Nehem. 9. Vidiſti afflictionem patrum noſtrorum. Geneſ. 29. Et factum eſt, poſtquàm uidit Iacob Rachel filiam Laban. cap. 37. Vade nunc, & uide pacem fratrum tuorum. Exod. 2. Et uidit eum, quòd pulcher eſſet. Prou. 7. Et uidebam. Item figuratè pro experiri, ſentire ſumitur. Ieſa. 44. Caleo, uidi ignem. Iere. 17. Et erit ſicut arbor plantata iuxta aquas, & iuxta riuũ emittet radices ſuas, non uidebit ſi uenerit æſtus, eritq́ foliũ eius uiride.

Aliquando de ſpirituali uiſione dicitur, qualis eſt Prophetarum. Ieſa. 30. Qui dicunt Videntibus, nolite uidere. Ezech. 1. Et uidebam, & ecce uentus turbinis uenit. Ioel. 2. Iuuenes ueſtri uiſiones uidebunt.

Eſt & hoc obſeruandum, ꝙ Imperatiuus huius uerbi ſæpè uſurpatur pro aduerbio demonſtrandi, en, ecce. 1. Sam. 15. Vide, uerba tua bona ſunt & recta. 1. Sam. 25. Vide, obediui uoci tuæ. Ge. 27. Vide odorem filij mei. Pſal. 84. Clypee noſter, uide Deus. Ier. 2. Videte uerbũ Iehoua. Quando cõſtruitur cũ datiuo mediante articulo lamed, tũ idẽ ualet, quod Latinis cõpoſitũ, Prouideo. Ge. 22. Iehoua prouidebit ſibi holocauſtũ. 1. Sam. 16. Quoniã prouidi inter filios eius mihi regẽ. Pſal. 64.

Narrant

Narrant quomodo abſcōdant laqueos,dicentes,quis prouidebit eis. Semel tamen ſimpliciter ponitur, 1.Sam.16. Homo uidet in oculos, deus autē uidet in cor.

Quando conſtruitur cum præpoſitione beth,tum uſurpatur bifariàm,uel in bonam partem pro uidere optata cum uoluptate.Num.22. Videbant in me. Pſal.54. Et in inimicos uidit oculus meus.Pſal.118.Ego uidebo in [illegible]ores meos. Iob 20. Ne uideat in riuos. Michea 7.Educet me in lucem,& uidebo in iuſtitiā meam. Vel in malum,pro uidere aduerſa cum triſtitia,& dolore. Gen.21. Non uidebo in mortem pueri,& ſedēs ex aduerſo leuauit uocem ſuam, & fleuit.cap.29. Vidit Iehoua in afflictionem meam. cap.44. Niſi fortè uidere uelim in malum, quod inueniet patrem meum.Num.11. Vt non uideam in malum meum. Tamen etiam abſolutè aut cum aliꝭs caſibus ſumitur in bonam partem, uidere cum gaudio & uoluptate.Ieſ.53.Poſt laborem animæ ſuę uidebit,ſaturabitur.& cap.60.Tunc uidebis, & diffiues,&c.Gen.6.Et uiderunt filiꝭ Dei filias hominū,&c. Eſt & alia phraſis,& quidem ſingularis in Infinitiuo huius uerbi, quæ legitur 2.Reg.23.Et occidit eum in Megeddo,cùm eum uidiſſet,&c. Vide infrà in quarta cōiugatione, in qua uſitatior eſt hæc phraſis.

Participium præſens maſculini generis רֹאֶה. Gen.13. Omnem terram, quam tu uides,dabo tibi.& cap.31. Video ego faciem patris ueſtri. Iere.1. Quid tu uides Ieremia?& dixi,baculum amygdali ego uideo.1.Sam.9.Olim in Iſrael ſic dicebat aliquis,cùm iret inquirere Deum,uenite & ibimus ad Videntem:nam qui hodie propheta,uocabatur olim Videns.2.Para.16. In illo tempore uenit Anani Videns,ad Aſſa.Gen.16.Tu deus uides me quia dixit, nónne etiam hîc uidi poſt uidentē me. ubi prius habet hatephcametz pro holem. Et cum affixis.Iob 7.Nec aſpiciet me oculus uidentis me.Ieſaiæ 47. Non eſt uidens me. & cap.20.Quis uidet nos. Et pluraliter רֹאִים. Exod.20.Et uniuerſus populus erant uidentes uoces & lampades. Iud.13. Et Manoach,& uxor eius uidebant.Num.14. Omnes uiri uidētes gloriam meam.Ieſaiæ 32.Et non caligabunt oculi uidentium.cap.30.Qui dixerunt Videntibus,id eſt Prophetis. In ſtatu regiminis & affixorum.Eſther 1. Vidētes faciem regis.Eccl.7. Videntibus ſolem.2.Reg.25.Ex uidentibus faciem regis.Iob 20. Videntes eum dicent,ubi eſt? Ieſa.14. Videntes te. Pſal.22.Omnes uidentes me ſubſannabunt me. Et in genere fœminino רֹאָה.Prouer.20.Oculus uidens. Et pluraliter רֹאוֹת.Gen.45.Ecce oculi ueſtri uident.Iere.42.Sicut oculi tui uident nos.

Participium præteritum fœminini generis, pluralis numeri רְאֻיוֹת .Eſther 2. Vt darentur ei ſeptem puellæ uiſendæ:aliꝭ,ſpecioſæ,ſpectabiles,formoſæ.

In uoce paſſiua נִרְאָה . Geneſ.1.Et uideatur arida.& cap.8.Et uiſa ſunt cacumina montium.Exod.16.Et ecce gloria Iehoua uiſa eſt in nube.Exod.34.Et uir non uideatur in toto monte.

Eſt & hîc obſeruandum, quòd quandò perſona nominatur à qua procedit ipſa uiſio,aut quæ alteri apparet, tum non conſtruitur cum ablatiuo mediante præpoſitione mem,more aliorum paſſiuorum,ſed cum præpoſitione אֶל : unde apparet, quòd, ſicut ab initio dixi, uerbum hoc actiuè ſignificat apprehēdere obiectum aliquod, uel oculis carnalibus, uel animo, ita paſſiuè ſignificat ad aliquem deferri uiſionem.Geneſ.18.Et uiſus eſt ad eum Iehoua in querceto Mamre. cap.48. Deus omnipotens uiſus eſt ad me in Luz.Exod.3.Et uiſus eſt angelus Iehoua ad eum in flamma ignis.Leui.13.Et uidebitur ad ſacerdotē.Pſal.90. Videatur ad ſeruos tuos, opus tuum,& decor tuus ſuper filios eorum.

Deinde & hoc ſcias, quòd interdum conſtruatur,cum datiuo mediāte articulo lamed. Iere.31. Procul Iehoua eſt uiſus mihi. Exod.13. Azyma comedetur ſeptem diebus, & non uideatur tibi fermentum, neq; uideatur tibi fermentum in cunctis terminis tuis.Leuit.14.Quaſi plaga uidetur mihi eſſe in domo.

Conſtruitur tamen cum accuſatiuo mediante articulo אֵת, ſed rariùs. Deut.31. Quando conuenit cunctus Iſrael ad uideri faciem Iehoua dei tui. ubi etiam he characteriſtica paſſiuæ uocis abiecta eſt.

Parti-

Participiũ præſens נִרְאֶה. Gen.35.Facias ibi altare Deo, qui uideretur ad te, cùm fugeres à facie Eſau fratris tui.

In ſecunda coniugatione uoce actiua רִאָּה. Ezech.28.Ante reges poſui te ad uidendum in te.

In uoce paſſiua רֻאָּה Iob 33.Defecit caro eius, ne uideri poſſit, & prominent oſſa eius, quæ non uidebantur.

In tertia cõiugatione הֶרְאָה, uidere fecit, id eſt oſtendit. Et regit poſt ſe accuſatiuum. Ge.41.Et hoc uerbum quod loquutus ſum ad Pharaonem, eſt id, quod deus facturus eſt, & uidere fecit Pharaonem. & cap.48.Et uidere fecit me deus etiam ſemen tuum. Exo.9.Et quidem propter hoc conſtitui te propter uidere facere te potentiam meam. Exo.33. Videre fac me obſecro gloriam tuam. Num.8.Iuxta uiſionem, quam uidere fecit Iehoua Moſen. Pſal.4. Quis uidere faciet nos bonum. Pſal. 59. Videre faciet me in obſeruatores meos.

Participium præteritũ maſculini generis מָרְאֶה. Exo.25. Vide igitur, & fac iuxta exemplar eorũ quod tu uideri factus es in monte. Et in genere fœminino מָרְאָה, uel מָרְאָה, quę quia in naturã nominum abeunt, ideo infrà ponentur.

In uoce paſſiua הָרְאָה. Leuit.13.Et uideri facta erit ſacerdotem, id eſt, oſtendetur ſacerdoti. Exod.26.Et ſecundum exemplar, quod uideri factus es in monte. Deut. 4. Tu uideri factus es uidere ad ſciendum.

In quarta cõiugatione הִתְרָאָה. Ge.42. Dixit Iacob filijs ſuis, cur uidetis uos mutuò. 2.Reg.14. Veni ut uideamus nos inuicẽ facietenus. Et mox iterũ: Et aſcendit rex Iſrael, & uiderũt ſe facietenus, ipſe & Amaziahu rex Iehuda, ſind einãder vnder die augẽ gezogẽ, cõgreſſi ſunt. Vide ſuprà etiã hãc phraſin in prima cõiugatione.

INDE NOMINA:

רֹאֶה Viſio. Ieſaiæ 28. Errauerunt in uiſione. Et cum affixo. Gen.16. Nónne etiã hîc uidi poſt uiſionem meam.

רְאִי Alij uitrum, alij ſpeculũ. Iob 37. Extẽdes cum eo nubes ſolidas, uelut uitrũ fuſum.

רֳאִי Viſio, uiſus. 1.Sam.16. Et pulcher uiſu. Iob 33. Deſit caro eius à uiſione, id eſt, ne uideri poſſit. Nahum 3. Proijciã ſuper te abominationes, & infatuabo te, & ponam te uelut uiſum, id eſt monſtrum.

רָאָה Nomen auis, ab acumine uiſus. Hieronymus uulturem reddidit Deut.14. pro quo Leuit.11. ſcriptum eſt דָּאָה.

מַרְאֶה Forma & genere maſculino, uiſus, uiſio, uiſum. Gen.2. Fecit Iehoua deus germinare omnem arborem de humo deſiderabilem ad uiſum. cap.12. Scio equidem, quòd tu ſis mulier pulchra uiſu. cap.41. Deuorabant uaccæ illæ malæ uiſu, atq; tenui carne ſeptem uaccas pulchras uiſu. Exod.3. Diuertam nũc, ut uideam uiſionem hanc magnam, quare nõ comburatur rubus. Num 8. Iuxta uiſionem, quam uidere fecit Iehoua Moſen. 2.Sam.23. Ipſe percuſſit Ægyptium, uirum uiſu. Ieſaiæ 53. Videbamus ipſum, & non erat uiſus. Ezechiel.41. Viſio, ſicut uiſio. Et in ſtatu regiminis מַרְאֵה. Exo.24. Et uiſio Iehoua uelut ignis ardens in cacumine montis. Leuit.13. Et uiſio plagæ profundior erit. Ieſa.11. Non ad uiſionem oculorum iudicabit. In ſtatu affixorum. Leuit.13. Et profundior non uiſio eius, quàm cutis. Iob 41. Ecce ſpes eius mendax facta eſt, & non tolletur ad uiſionem eius. Et pluraliter מַרְאִים. Et cum affixis. Iob 40. Non etiam ad uiſionem eius abijcietur. Ezech.1. Viſio earum. Dan.1. Et conſpiciantur coram te aſpectus noſtri. Et in forma fœminina מַרְאָה. Num.12. In uiſione ad ipſum faciam me notum. 1.Sam.3. Et Samuel timuit indicare uiſionem ipſi Eli. Danielis 10. Et uiri qui erant mecum, non uiderunt uiſionem.

Et pluraliter מַרְאוֹת. Gen.46. Et loquutus eſt deus ad Iſrael in uiſionibus noctis. Ezech.1. Et aperti ſunt cœli, & uidi uiſiones dei. Exod.38. Et faciebat labrũ ęreum, & baſim eius æream in uiſionibus militantium, quæ militabant ad oſtium tabernaculi teſtimonij, id eſt, in feneſtris.

רְאוּת Viſum, uiſio. Eccl.5. Niſi uiſio oculorũ eius. Et pluraliter רְאוֹת Ieſ.42. Viſiões ſunt multę, & tamẽ nemo obſeruat, apertio auriũ, & nemo audit. Et in ſtatu regiminis

ראות

רָאוֹת. 2.Paralip.26.In diebus Zachariæ intelligentis in uiſionibus dei.

מוֹרְאָה Nomen participiale tertiæ coniugationis.Zoph.3.Væ monſtroſæ & pollutæ.

מֻרְאָה Veſicula in animali, quod proſtet ad conſpectum. Leuit.16. Et tollet ueſiculam eius cum pluma.

מַמְרֵא Nomen proprium uiri, à quo extructum fuit & plantatum quercetum, quod ab ipſo appellationem obtinuit, quanquàm Hieronymus putet nomen eſſe appellatiuum. Gen.18.Et uiſus eſt ad ipſum Iehoua in quercero Mambræ.

1433 רָאַם Legitur uerbaliter in iſta forma tantùm ſemel, & congruit ſignificatione cum רָמַה & רוּם קָמַם אָרַם, quæ ut forma tantùm, ita quoque modo ſignificandi inter ſe uariant: ſignificant autem omnia leuationem, eleuationem. Zach.14.Et eleuabitur, & habitabitur in loco ſuo.

INDE NOMINA:

רְאֵם Animal ſæuum & ferum, ſic dictum, quòd cornu in altum eleuet, & nos Monocerotam, ſeu unicornẽ eſſe putamus. Num.23. Sicut fortitudines unicornis, illi. Deut. 33. Et cornua unicornis cornua eius. Legitur tamen interiecta litera iod, quieſcente tamen רְאֵים. Pſal.92.Et exaltabitur, ut unicornis cornu meum. Legitur tamen loco aleph, litera iod quieſcens רֵים. Iob 39.Num uolet unicornis ſeruire tibi, aut pernoctabit ad præſepe, aut ligabis unicornem ad ſulcum fune ſuo. Et pluraliter רְאֵמִים, Pſal.29.Et ſaltare fecit eos, ſicut uitulum Libanum: & Sirion, ſicut filium unicornium. Ieſa.34. Et deſcendent unicornes cum eis. Legitur tamen ſemel רֵמִים. Pſa.22.Et à cornibus unicornium exaudiendo libera me.

רָאמוֹת Alij corallium eſſe uolunt, fortaſſe à ſimilitudiue cornu unicornis, quod propemodum refert. Ego unicornu, quod magno in precio etiamnum habetur. Iob 28. Ramoth, & Gabis non prædicabitur. Ezech.27. Syria negociatrix tua propter multiplicem facturam tuam, Rubinum, purpuram, & polymitã, & byſſum, & Ramoth, & Cadcod dedit in mercatus tuos.

1434 רֹאשׁ Caput. Et quia caput in corpore humano eſt membrum ſummũ, & præcipuum, etiam aliæ res ſummę & præcipuæ hoc nomine dicũtur. Et in ſingulari numero ſeruat ubique & ſemper holem immutabiliter. Leuit. 4. Suſtinebit manum ſuam ſuper caput iuuenci. Iudicum 9. Et proiecit mulier quędam fragmen lapidis molaris ſuper caput Abimelech. 1.Samuel. 17. Et accepit Dauid caput Philiſtei. 2.Sam. 3. Num caput canis ſum ego. Secundò pro perſona ſimpliciter per ſynecdochen, pars principalior pro toto. Iud.5. Diuident ſpolium puellæ capiti uiri, id eſt, perſonæ uirili. Tertiò, pro perſona, quæ ut caput in corpore humano ſummum eſt, & cætera membra corporis ratione gubernat, ita ipſa in familia ſeu politia ſummam adminiſtrationem habet, ideoq; licebit uertere Latinè, uel capitaneum, uel ſummatem. Num.14. Ponemus caput, & reuertemur in Ægyptum. cap. 25. Filia Zur capitis plebium. Iudic.11. Et ſis nobis in caput. 1.Paral.15. Ioel erat caput, & Saphan ſecundus. Pſal.110. Cruentaſti caput ſuper terra multa. Paulus Apoſtolus Chriſtum uocat caput Eccleſiæ, Epheſ.1. Quartò, pro ſummitate cuiuslibet rei. Geneſ.47. Et incuruauit ſe Iſrael ad caput lectuli. Exod.17. Ego ſto ſuper capite collis. & cap.19. Ad caput montis. Num.23. De capite petrarum uidebo eum. 1.Reg.7. Et coronæ, quæ erant ſuper capite columnarum. 1.Reg.8. Caput rotundum erat throno. Eſther 5. Et attigit caput ſceptri. Prouerbiorum 23. Sicut qui iacet in capite mali. 1.Regum 21. Et collocate Naboth in caput populi. 1.Paral.16. Tunc poſuit Dauid in capite ad celebrandum Iehoua. Prouerbiorum 1. In capite multitudinis uocabit. Iob 29. Et ſedebam in capite. Threnorum 1. Facti ſunt aduerſarij eius in capite. 1.Samue.9. Et dedit illis locum in capite inuitatorum. Iob 22. Et uide caput ſtellarum, quàm ſublimes ſint. & cap.24. Et uelut caput ariſtæ ſucciden tur. Quintò, ſæpè metaphoricè uſurpatur. Ieſaiæ 1. A planta pedis uſque ad caput, non eſt in eo integri quicquam. Gen.3. Ipſum obruet tibi caput. Pſal.110. Propterea exaltabit caput. Gen.40. Et fecit Pharao conuiuium omnibus ſeruis ſuis, & leuauit caput principis pincernarum, & caput principis piſtorum in medio ſeruorum

rum ſuorum.2.Regum 25.Leuauit Euilmerodach rex Babylonis eo anno quo regnare cœperat,caput Iehoiacin regis Iehuda de carcere. Sextò, pro ſummitate,ſubſtãtiuè:uel adiectiuè,pro pręcipua,potiſſima.Exo.30.Et tu accipe aromatum caput:uel,quę ſunt caput.Ioſ.11.Quoniã Hazor antea erat caput omnium regnorum iſtorum.Ieſaiæ 7. Caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Razin.cap.9.Et excindet Iehoua ex Iſrael caput & caudam.Ezechielis 27.In capite omnis aromatis.Pſal.18.Factus eſt in caput anguli.Pſal.119.Caput uerbi tui eſt ueritas. Adiectiuè. 2. Regum 25. & Ieremiæ 52. Et accepit magiſter macellariorũ ipſum Saria ſacerdotem ſummum illum. 1. Paralip. 27. Beniahu filius Iehoiada ſacerdos ſummus.Pſal.141.Vnguentum capitale nequaquàm franget caput meum.1.Samuelis 13.Caput unum reſpiciebat ad uiam Ophra,id eſt,unum agmen,ſeu una acies.

Septimò,eſt temporis.Exod.12.Menſis iſte ſit uobis caput menſium, primus ſit uobis inter menſes anni. Prouerb.8. A capite,à primordijs terræ. Eccl.3.Quod fecit deus à capite uſq; ad finem . Ieſaiæ 41. Quis annunciauit à capite,ut ſciamus. & cap.48.Non à capite in abſcondito loquutus ſum. Octauò,pro ſumma multitudinis partium. Exod. 30. Si leuaueris caput filiorum Iſrael iuxta cenſitionẽ eorum.Numeri 1. Leuate caput uniuerſæ congregationis filiorum Iſrael, id eſt, ſummam. Et Apoſtolus Paulus ex iſta phraſi & nomine facit uerbum,ad Epheſ. 1. Vt capitularet omnia per Chriſtum,id eſt,ad caput ſeu ſummam reuocaret omnia.

Nonò,amaritudo præcipua,quæ eſt in aſpide, id eſt, fel uenenatum, & bilis, & bilioſum uenenũ.Deut.32.Furor draconum,uinum eorum, & fel aſpidũ crudele.

Deinde nomen eſt herbæ uenenatiſſimæ, quæ in agris copioſiſſimè prouenit, iſtis noſtris terris incognitæ. Oſeæ 10. Et germinabit ſicut fel iudicium ſuper areis agri.Deut.29.Radix fructificans fel,& abſinthium. Petrus Apoſtolus ad hunc locum reſpiciens,Simoni mago dicit Actorũ 8. In felle amaritudinis & colligatione iniquitatis uideo te eſſe.ubi duas in Hebręo uoces una,ut ſolet,explicat,ſignificãs illum prorſus infectũ contagioſa impietate. Similiter autor Epiſtolæ ad Hebræos cap.12.ita reddidit:Pacem ſectemini cum omnibus,& ſanctimoniam,ſine qua nemo Deum uidebit,curam agentes,ne quis ſit,qui deficiat à gratia dei,ne qua radix amarulentiæ ſuppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi,&c. Et de tali etiam nonnulli intelligunt quo acetum Chriſto mixtum fuit, ut in cruce ſuſpenſus biberet, ſicut & ſpiritus ſanctus antè futurum prædixerat. Pſal. 69. Et dederunt in carpſellum meum fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. At Chriſtus ſciens uoluntatem patris ſui, quòd non ueneno, ſed morte crucis moriendum ſibi eſſet, potum recuſauit,& obediens factus uſq; ad mortem,mortem crucis ſuſtinuit.

Tertiò,de cuiuslibet rei acerbitate figuratè dicitur.Ierem.8.Et potauit nos aqua fellis.Thren.3.Et circũdedit felle & defatigatione.Et iterũ:Recordare afflictionis meæ, & defectionis, mei abſinthij & fellis.Amos 6. Vertiſtis in fel iudiciũ, & fructũ iuſtitiæ in abſinthiũ. Et ſcribitur ſemel cũ uau loco aleph רוש, Deut.32.Vuæ earum uuæ fellis,botri amaritudinum. Et in ſtatu regiminis manet, ut ſuprà dixi, inuariatum. Geneſ.48.Et poſuit ſuper caput Ephraim, qui erat iunior,& ſiniſtram ſuam ſuper caput Manaſſe.Ionę 4.Percuſſit ſol ſuper caput Ionę. Similiter in ſtatu affixorũ nihil mutat.Leu.9.Nõ circũcidetis angulũ capitis ueſtri. 1. Sa. 28. Propterea cuſtodẽ capitis mei ponã te,id eſt corporis.pars pro toto. Similiter Dan. 1. Et damnabitis caput meũ apud regẽ. Gen.11.Et turrim,& caput eius in cœlũ.cap.28.Et ecce ſcala conſtituta in terrã, & caput eius attingebat in cœlum. & cap. 40. Suſtollet Pharao caput tuum.Pſal.3.Et exaltans caput meum. Et pluraliter mutat ubiq;,& ſemper holem in cametz רָאשִׁים.Exo.18. Et elegit Moſes uiros uirtutis ex omni Iſrael,& poſuit eos capita ſuper populum.1.Paral.7.Et Isbom, & Samuel erant capita in domo patrum ſuorũ.Gen.2.Et fluuius egrediebatur ex Æden ut irrigaret hortum,& erat in quatuor capita.Iud.7.Et diuiſit trecentos in tria capita. 1. Sam.13.Et egreſſus eſt proſternator ex caſtris Philiſtæorũ cũ tribus capitibus . Iob 1.Chaldæi poſuerunt tria capita,id eſt,agmina. In ſtatu regiminis רָאשֵׁי. Exod.6.

Hæc ſunt capita patrum Leuitarum in familijs eorum. Geneſ.8. Et uiſa ſunt capita montium. 2. Samuelis 5. In capitibus mororum. 1. Reg. 8. Vt uiderentur capita uectium. Ezech. 6. In omnibus capitibus mõtium. In ſtatu affixorum etiam ſeruat cametz. Deut. 1. Et ponam eos in capita ueſtra. & cap. 29. Capita ueſtra, baculi ueſtri, ſeniores ueſtri, & baculiferi ueſtri. Pſal. 24. Eleuate portæ capita ueſtra. Pſalm. 139. Et mihi quàm precioſæ ſunt cogitationes tuæ, quàm inualuerunt capita earũ, id eſt, ſummæ.

רִאשׁוֹן Nomen maſculini generis, primus, prior: & eſt temporis. Gen. 8. In primo. & cap. 25. Et egreſſus eſt prior ruffus. Exod. 12. Primus ipſe ſit uobis inter menſes anni. Iudicum 20. In die primo. Iob 15. Num primus hominum natus es? Ieſaiæ 44. Ego primus, & ego poſtremus. Et pluraliter רִאשֹׁנִים. Exo. 34. Sculpe tibi duas tabulas, ſicut priores. Zach. 7. Quæ prędicauit Iehoua per manum prophetarum priorum.

Et in genere fœminino רִאשֹׁנָה. Ioſ. 2. Quoniam illis erat ſors prima. Iudicum 2. Sicut bello primo. Sumitur tamen plerunq; ſubſtantiuè. Gen. 13. Quod ibi fecerat in principio. Num. 10. Et profecti ſunt in principio. Deuter. 13. Manus tua ſit in eum in principio. Et quando cum uerbo conſtruitur ſine præpoſitione, uſurpatur aduerbialiter. Gen. 33. Et poſuit famulas & liberos earum principiò. Numeri 2.

רֵאשִׁית Principiò proficiſcẽtur. 1. Reg. 18. Et facite primò. Et pluraliter רִשֹׁנוֹת. Gen. 41. Septem uaccas priores. Ieſaiæ 41. Priora, quæ fuerunt, indicate.

Principium. Eſtq; temporis & dignitatis. Geneſis 40. Et fuit principium regni ſui Babel. & cap. 49. Principium roboris mei. Num. 24. Principium gẽtium Amalek. Leuit. 2. Oblatione principij offeretis ex eis ipſi Iehoua. & cap. 23. Et offeretis manipulum principij meſſis ueſtræ ad ſacerdotem. Deut. 18. Principium frumenti tui, muſti tui, olei tui, & principium uelleris ouium tuarum des ei. 1. Sam. 13. Et accepit populus de ſpolio oues, & armenta, principiũ anathematis ut ſacrificaret. Pſal. 78. Principium laborum in tentorijs Cham. Pſal. 111. Principium ſapientiæ timor Iehoua. Prouerbiorum 1. Timor Iehoua principium ſcientiæ. cap. 4. Principium ſapientiæ eſt comparare ſapientiam, id eſt, præcipua & ſumma ſapientia: iuxta hoc Eccl. cap. 10. Principium dulcedinis fructus eius, id eſt, præcipua ſeu ſumma dulcedo. Gen. 1. In principio creauit deus cœlum & terram. Ieremiæ 28. In principio regni Zidkijahu. Ieſaiæ 46. Qui annuncio à principio poſterius. In ſtatu affixorũ manet inuariatum. Iob 8. Et in principium tuum modicũ. cap. 42. Et Iehoua benedixit poſtremum Iob, pluſquàm principium eius. Et pluraliter רִאשֹׁתֵיכֶם. Ezech. 36. Et meliùs faciam, quàm à principijs eius.

מְרַאֲשֹׁת Capitale, id eſt res quę ponitur ſubter, uel ſuper, uel iuxta caput, ſiue neceſſitatis, ſiue ornatus gratia. Gen. 28. Et accepit de lapidibus loci, & poſuit capitale ſibi: nos uocamus ceruical, ſeu culcitram. 1. Sam. 19. Et tegumentum caprarum poſuit capitale eius. & cap. 26. Et ecce Saul iacebat dormiens in plauſtriburgio, & haſta eius fixa erat in terra capitalis eius. 1. Reg. 19. Et ecce capitale eius erat uſtulata in pruna. Et pluraliter in ſtatu regiminis מְרַאֲשֹׁתֵי. 1. Sam. 26. Et accepit Dauid haſtam, & uaſculum aquæ, capitalia Saulis, id eſt, quæ fuerant ad caput Saulis. Et cum affixo. Ieremiæ 13. Dic regi, & dominæ, humiliemini, ſedete, quia decidit capitalia ueſtra, corona magnificentiæ ueſtræ. ubi tamen ſub mem eſt ſubſcriptum pathah, & plurale pro ſingulari: dignitas ueſtra ſumma.

1435 רָבַב Multum fuit, multiplex fuit, multiplicatum fuit, ſiue quantitate, ſiue qualitate. Legitur ubique neutraliter: congruitq; ſignificatione cum uerbis רָבָה רָהַב רִיב 3: niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Ieſaiæ 54. Et multiplicabitur pax filiorum tuorum. Exod. 23. Et multiplicetur contra te beſtia agri. 1. Samuel. 25. Hodie multiplicati ſunt ſerui qui aufugiunt, quiſq; à facie ſuſtẽtatoris ſui. 1. Paral. 23. Et filij Rechabeam multiplicati ſunt excellenter. Pſal. 4. A tẽpore, quo frumentum eorum, & muſtum eorum multiplicata ſunt. Iere. 46. Quia multiplicati ſunt ſupra locuſtam. Gen. 49. Et exacerbauerunt eum, & multiplicati ſunt, & aduerſati ſunt ei, habentes ſagittas. ubi eſt quantitatis paſſim.

INDE NOMINA:

רַב Et in diſtinctione ſententiæ cum cametz רָב, nomen maſculini generis, & ponitur ſubſtantiuè, & adiectiuè, eſtq; quantitatis, uel qualitatis: aliquando actionis ſeu operationis. Geneſis 24. Ecce paululum multum eſt nobiſcum. Exod. 1. Populus filiorum Iſrael eſt multus. 1. Samuel. 26. Multus eſt locus inter nos, id eſt, latus, patẽs. Numeri 16. Multum eſt uobis. Geneſis 33. Eſt mihi multum frater mi, ſit tibi quod tuum eſt. Pſal. 18. Emittit ſagittas ſuas, & diſſipat eos, & fulgura multum, & terret eos. Pſalm. 123. Quoniam multum facti ſumus pudore. Exod. 34. Et magnus pietate & ueritate. 2. Samuelis 23. Magnus rebus geſtis. Ieſaiæ 63. Magnus ad ſaluandum. Geneſis 25. Et maior ſeruiet minori. Numeri 26. Et maiori multiplicabis hęreditatem ſuam. & cap. 13. Num paruus ſit, uel magnus. 2. Regũ 25. Nabuſaradam magiſter Laniorum. Danielis 1. Et dixit rex Aſpanat magiſtro Eunuchorum. Prouerbiorum 26. Magiſter parat omnia, id eſt, peritus artis ſuæ. Sic Iudęi hodie uocant inter ipſos Magiſtrum, ſeu potiùs doctorem hoc nomine רַב. Et aliqui eorum addita litera iod רַבִּי, antiquitùs uerò dixerunt רַבּוֹנִי Rabboni, ſicut Ioannes Euangeliſta teſtatur capite 20. Rabboni, quod dicitur magiſter, &c. Et pluraliter רַבִּים. Geneſis 21. Et peregrinatus eſt Abraham in terra Philiſtæorum diebus multis. Pſal. 32. Multi dolores ſunt improbo. Ieſa. 53. Erratum multorum portauit. Ieremiæ 5. Conuocate contra Babel multos. Et in ſtatu regiminis רַבֵּי. Iere. 41. Et magni regis, id eſt, magnates. Et cum affixo. Iob 16. Circumdederunt me magnates eius. Et in genere fœminino רַבָּה. Gen. 6. Quia multa malitia hominum ſuper terra. Num. 11. Et percuſſit Iehoua in populo plaga magna ualdè. Pſalm. 110. Cruentabit caput in terra magna, id eſt lata, quod eſt caput ubique terrarum. Et quando conſtruitur cum uerbo ſiue nomine, tum aduerbiaſcit. Pſal. 62. Non commouebor multùm. Et in ſtatu regiminis רַבַּת. 1. Sam. 2. Et multa liberorum infirmata eſt. Ieremiæ 51. Multa theſaurorum, id eſt, diues. Vſurpatur tamen bis in abſtracto pro multitudine, ſeu pleraq; parte ſeu maiore parte multitudinis, & uniuerſitatis alicuius. 2. Paral. 30. Quia multitudo in Eccleſia, qui non ſignificati erant, id eſt maior pars. Et mox iterũ: Et multitudo ex Ephraim, id eſt, maior pars. Et quando cõſtruitur cũ uerbo, tum aduerbiaſcit, ſicut in ſtatu abſoluto. Pſal. 65. Multùm ditabis eam. Pſ. 120. Multũ cohabitauit ei anima mea. Pſal. 123. Quoniã multũ ſatiata eſt anima mea ſubſannatione. Semel tamẽ habet in ultima cametz רַבָּה. Pſ. 129. Multùm preſſerũt me à iuuẽtute mea. Sumit tamẽ interdũ iod literã paragogicam רַבָּתִי. Thren. 1. Quomodo ſedet ſolitaria, ciuitas multa populo, facta eſt tanquàm uidua multa in gentibus, id eſt, glorioſa & celebris multitudine populi.

רוֹב Cum uau, uel ſine uau, multitudo, pluralitas, copia. Gen. 27. Et multitudinem frumenti, & muſti. Ioſue 9. Et calceamenta noſtra inueterata ſunt propter multitudinem uiæ nimiæ. 1. Regum 3. Neque recenſebitur præ multitudine. Iob 11. A multitudine uerborum non reſpondebitur. Pſalm. 51. Secundum multitudinem miſerationum tuarum dele tranſgreſſiones meas. Ieſaiæ 1. Ad quid mihi multitudo ſacrificiorum tuorum. In ſtatu affixorum mutat holem in kybutz, licet ſemel tãtùm ſit in uſu, Deut. 7. Non propter multitudinẽ ueſtram præ omnibus populis, id eſt, excellentiam. Et pluraliter רֻבֵּי. Oſeæ 8. Scripſi ego magnalia legis meæ.

רְבִיבִים Nomen pluralis numeri, generationes, ſtillæ: & eſt collectiuũ, ſignificans depluitionem, quæ neq; ros eſt, neq; denſa pluuia, ſed quæ lentè cadit, & eius guttæ cerni poſſunt. Deut. 32. Et ſicut deſtillatio ſuper gramẽ. Pſal. 65. Cum deſtillatione liquefacis eam. Pſal. 72. Sicut depluitio, irrigatio terræ. Ieremiæ 3. Prohibita eſt deſtillatio, & ſerotinus imber non fuit. & cap. 14. Aut cœli dabunt deſtillationem. Mich. 5. Sicut ros à Iehoua, ſicut deſtillatio ſuper gramen.

רִבּוֹ Nomen numerale. Et ſi abſolutè ponitur, ſignificat myriadem, id eſt, decem millia, habens appellationem à multitudine. Non enim maior eſt numerus. 1. Paralipom. 29. Et drachmas decem mille, & æris decem mille. Et cum adiuncto nomine numerali totidem myriades facit: ut Ionæ 4. Et ego non miſererer ſuper Niniue ciui-

tate magna, in qua ſunt plures quàm duodecim myriades hominum, id eſt, duodecies mille millia hominum: & ſecundum ueterem noſtram translationem, centum & uiginti millia hominum.

רִבּוֹא Eiuſdem eſt cum רִבּוֹ ſignificationis, hoc eſt, ſignificat etiam Myriaden, id eſt, decē millia, ſed legitur cum numerali monadico, quod ut alia, duplicat denarium. Eſdræ 2. Et omnis aggregatio ſimul quadraginta millia. Et pluraliter רִבּוֹאוֹת, eodē modo ſe habet cū monadico numero. Eſdræ 2. Auri drachmas ſexaginta millia, & mille. Et ſine adiūcto numerali ualet, ut רִבּוֹ, id eſt, decem millia. Dan. 11. Et deijciet decem millia, & non roborabitur. Sumitur tamen numerus finitus pro infinito.

רְבָבָה Congruit ſignificatione cum רִבּוֹא & רִבּוֹ, id eſt, myrias, hoc eſt, decem millia. Et ſimiliter appellationem habet à multitudine, & ſeorſim legitur. Leuit. 26. Et centum ex uobis decem millia. Deuter. 32. Et duo fugarent decem millia. Iudicum 20. Atq; mille de decem millibus. Pſalm. 91. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextera tua. Canticorum 5. Inſignitus præ decē millibus. Ezech. 16. Decem millia, uelut germen agri dedi te. Et in compoſitione, habens ante ſe אַלְפֵי. Gen. 24. Tu ſis in multa millia myriadū. Et in numero duali רִבֹּתַיִם, bis dena millia, binę ſeu duæ myriades, multa millia duplicata. Pſal. 68. Curruum dei bis dena millia. Et pluraliter רְבָבוֹת, multæ myriades, multa dena millia. 1. Sam. 18. Et Saul dixit, attribuerūt Dauidi multa dena millia, & mihi attribuerūt millia. Et in ſtatu regiminis רִבְבוֹת & רִבְבוֹת. Deuter. 33. Et hæc ſunt multa dena millia Ephraim. Et iterū: Et ueniet cum pluſquàm multis denis millibus ſanctis. Pſal. 3. Nō timebo à multis denis millibus populi. Mich. 6. In multis myriadibus torrentibus olei. Et quando poſt ſe habet nomen אַלְפֵי, tum propè innumerabilem multitudinem notat. Num. 10. Conuerte Iehoua ad multa dena millia millium Iſrael.

INDE

Participium præteritum ſecundæ coniugationis fœminini generis מְרֻבָּבוֹת. Pſal.
1436 144. Oues noſtræ millificantes, multa dena millia parientes in uillis noſtris.

## רָבַד

Congruit ſignificatione cum uerbis רָצַף & רָבַד רָפַד רָבַץ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi differant. Significat autem ſternere ornatus gratia. Prou. 7. Stragulis ſtraui lectum meum.

INDE NOMINA:

רָבִיד Stragulum, quale circum collum ſternitur ornatus gratia: licebit uertere uel collare, uel torquē. Ezech. 16. Et ſtragulum circū collum tuum. Et in ſtatu regiminis רְבִיד. Gen. 41. Et poſuit ſtragulum circum guttur eius.

מַרְבַדִּים Stragula, quibus ornantur lecti. Prouer. 7. Stragulis ſtraui lectum meum. & cap. 31. Stragula facit tibi, byſſus & purpura amictus eius.

1437

## רָבָה

In prima coniugatione ſemper uſurpatur neutraliter: congruitq; ſignificatione cū uerbis רָבַב & רִיב רָחַב: ſignificat enim multiplicari ſiue quantitate, ſiue qualitate. Deut. 30. Et uiues & multiplicaberis. cap. 8. Vt uiuatis & multiplicemini. Exod. 1. Ne fortè multiplicetur. Et iterum: Et multiplicatus eſt populus. Geneſis 1. Et auis multiplicetur in terra. & cap. 8. Et multiplicatæ ſunt aquæ. Deuteron. 14. Et multiplicata fuerit ſuper te uia, quòd non poteris portare illud. 1. Samuelis 14. Quòd non multiplicata eſt ſtrages in Philiſtæos. Pſalm. 16. Multiplicabuntur dolores eorum.

Participium præſens רֹבֶה. Gen. 21. Et factus eſt multiplicans arcum, id eſt, extendens arcum ſeu magiſter arcus.

In ſecunda coniugatione רִבָּה. Pſal. 44. Et non multiplicas in precijs. Ezech. 19. In medio leunculorū multiplicauit catulos ſuos. Iud. 9. Multiplica exercitum tuū, & egredere. Thren. 2. Quem palmis tractaui, & multiplicaui, id eſt, extendi.

In tertia coniugatione הִרְבָּה, multiplicauit: & ſemper actiuè uſurpatur. Deut. 1. Iehoua deus noſter multiplicauit uos. Oſeæ 8. Et quia multiplicauit Ephraim altaria. Geneſ. 3. Multiplicando multiplicabo dolorem tuum. 2. Samuelis 18. Et multiplicauit ſylua deuorando in populo. 1. Samu. 22. & Pſal. 18. Et oppreſſionibus tuis multipli-

In ſartagine, in oleo fiat uecta, quam adferes. & cap.7 Et ſimilam, uectam. Et 1. Paralip.23.pro inſtrumento, in diſtinctione ſententiæ ponitur מֻרְבֶּכֶת, pro ſartagine & pro uectorio.

1439 רבע Quaternauit. Cõgruit ſignificatione cũ uerbo רָבַץ: utrunq; enim cubare ſignificat, licet diuerſo modo: nam רָבַץ notat cubitũ, qui contractis & cõpoſitis pedibus animaliũ, quietis cauſa fit, uerbi aũt huius רָבַע actus ſeu operatio, quatuor innixis pedibus more quadrupedũ ueneris exercendæ cauſa perficitur: unde à quaternario numero ſignificationẽ accepit talis ſubactio, quaſi dicas, quadrupedare. Leuit.18. Non dabis ulli pecori concubitũ tuũ, ut contamineris cũ eo. Et mulier non ſtabit ante iumentũ, ut ſuccumbat ei, quia nephas eſt. & cap. 20. Mulier ad quodcunq; acceſſerit iumentũ ut ſuccumbat cum illo, occides mulierem & iumentum.

In tertia coniugatione הִרְבִּיעַ, fit tranſitiuum. Leuit.19. Iumentum tuũ non ſinas concumbere cum altera ſpecie. Et præter hos tres locos in hac obſcœna ſignificatione nuſpiam legitur in tota Biblia.

Participium præteritum primæ coniugationis, quod tamẽ etiã nominis naturã induit, רָבוּעַ, quadratũ, quadrũ. Exo.30. Ipſum altare quadratũ erit. & cap.39. Quadratũ fuit. Ezech.43. Quadratũ erat in quatuor quadrangulis ſuis. Et pluraliter רְבֻעִים. 1. Reg.7. Omnes ianuę, & poſtes quadratę. Et in genere fœminino רְבֻעָה. Ezech.41. Et Baſilicæ poſtis erat quadrata. Et iſto nomine uocârunt Grammatici Hebræorum punctulum quadratum, qui ipſis nota eſt ſubdiſtinctionis.

In ſecunda coniugatione legitur tantùm participium præteritum מְרֻבָּע. Ezech. 45. Quadratum circumquaq;. Et in genere fœminino מְרֻבַּעַת. Ezech.40. Et menſus eſt atrium latitudine centum cubitorum, & longitudine centum cubitorum, quadratum: ſeu, per quadram. Et pluraliter מְרֻבָּעוֹת. 1. Reg. 7. Et circumferentiæ earum, quadratæ, & non rotundæ.

רֹבַע Quartale, quartarius, quarta pars. Num.23. Quis numerauit puluerem Iacob, & numerum quartarij Iſraelis, id eſt, quartam partẽ Iſraelis. 2. Reg.6. Et quartarium Kabi ſtercoris columbini quinq; argenteis.

רֶבַע Quartale, quartarius, quarta pars. Exod.29. Quarta pars Hin. 1. Sam. 9. Ecce inuenta eſt in manu mea quartale ſicli argenti. Pſalm.139. Semitam meam, & recubitum meum muniuiſti. Et pluraliter רְבָעָיו in ſtatu affixi. Ezech.43. Quadratũ erat in quatuor quadrangulis ſeu quadris, ſeu quadraturis ſuis.

אַרְבַּעָה Quatuor, nomen numerale cardinale, & à Grammaticis iudicatur eſſe maſculini generis, etſi in he terminetur. Gen.2. Et erat in quatuor capita. & cap.14. Quatuor reges cum quinq; regibus. Num.7. Et quatuor iuuencos. Iungitur tamen ſæpè nominibus fœminini generis. Gen.46. Omnes animæ quatuordecim. Legitur etiã forma regiminis אַרְבַּעַת. Num. 7. Duo plauſtra, & quatuor boues dedit filijs Gerſon. Iud.11. Quatuor diebus in anno. 2. Sam.21. Quatuor iſti nati ſunt ipſi Repha in Gath. Et cum affixo. Ezech.1. Et alæ eorum, quatuor ipſis. Et in genere fœminino forma maſculina אַרְבַּע. Leuit.11. Omne reptile inter uolucria, quod ambulat ſuper quatuor. Gen.11. Quatuor & triginta annis. Deut.3. Quatuor cubiti latitudo eius. Exodi 27. Quatuor anulos in quatuor angulis eius. Deut. 22. Super quatuor alis. Legitur tamen interdum iunctum nominibus maſculini generis. Ioſue 21. Ciuitates quatuor. Exod. 27. Quatuor ordines lapidum. Et ſi coniungitur alio nomini numerali, tum ferè ſemper præcedit maiorem numerum. Geneſis 11. Vixit quatuor centũ annis. & cap.23. Terra ualet quatuor centum ſiclos. & cap.32. Quatuor centum uiri populi ſui. Attamen 2. Samuelis 21. poſtponitur maiori numero: Viginti & quatuor. At pluraliter אַרְבָּעִים notat numerum denarium, hoc eſt, quater decem, ſeu quadraginta, & eſt communis generis. Gen.7. Ego pluam ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. cap. 5. Vixitq; Kenan quadraginta annis. Iudicum 12. Fuerunt ei quadraginta filij. Et ſemel legitur adiectiuè poſitum pro numerali ordinis. Num.33. In anno quadrageſimo exitus filiorum Iſrael. Et in numerorum coniunctione præponitur plerunque numero minori.

Gen.

Gen.18.Si inuenero ibi quadraginta & quinq;. Nu.35. Quadraginta & duę ciuitates,&c. excepto numero millenario, cui poſtponitur. Ioſ. 4. Circiter quadraginta millia expeditorum ad militiam.Iud.5.& Ioſue 4.Quadraginta millia in Iſrael.

אַרְבַּעְתָּיִם Quadruplum.2.Sam.12.Et agnam reſtituet quadruplo.

רְבִיעִי Nomen numerale ordinis maſculini generis,quartus.Gen.1.Et fuit ueſperè,& fuit manè,dies quartus. Exod. 28. Ordo quartus. Ioſue 19. Egrediebatur ſors quarta.2.Sam.3.Et quartus erat Adnia. Et in genere fœminino רְבִיעִית. Zach.6.Et quadriga quarta.Leuit.19.Et anno quarto erit fructus. Exod. 29. Et libaminis quarta hin uini.Leuit.23.Et fundent uinum quartam hin.1.Reg.6.Et ſic fecit ad ianuam Baſilicæ poſtes,de lignis oliuarum de quarta,id eſt quadratas.

רִבֵּעִים Quartani.Exod.20.& 34.Requirens iniquitatem patrum ſuper filios in tertianos,

1440 & quartanos odientium,&c.

רָבַץ Congruit ſignificatione cũ uerbis רָבַשׁ & צָבַר חָבַר רָבַר: ſignificãt enim hęc omnia accubitũ & recubitũ,quod eſt in cumulum reclinando,mẽbra cõtrahere ſeu componere:& ut שכב eſt hominũ,ita רָבַץ propriũ eſt animaliũ quadrupedum: itaq; ut forma,ita modo ſignificãdi ſuperiora uerba diſcrepãt.Gen.49.Catulus leonis Iehuda,à præda fili aſcẽdiſti,incuruauit ſe,accubuit ſicut leo & ſicut leęna:quis ſuſcitabit eum?Ezech.19.Leæna inter leænas accubuit.Num.22.Videns aſina angelum Iehoua,& ſtatim decubuit ſub Bileam.Pſ.104.Et in cubilibus ſuis cubabũt. Ieſa.11.Pardus cum hœdo cubabit.Iob 11.Cubabis,& non erit qui abſterreat.

Participium præſens רֹבֵץ . Gen.4. Ad ianuam erratum cubat.cap.49.Cubat intra duos terminos.Exod. 23. Si uideris aſinum odientis te decumbentem ſub onere ſuo. Et pluraliter רֹבְצִים.Geneſ.29.Ecce ibi tres greges ouium cubabunt iuxta eum. Et in genere fœminino רֹבֶצֶת . Deut. 22. Et mater incubat ſuper pullis ſuis, aut ſuper ouis.Gen.49.Benedictionibus abyſſi cubantis infernè.Deut.33.Ex rore & abyſſo cubante infernè.

In tertia coniugatione הִרְבִּיץ,cubare,ſterni,ſubſterni fecit.Cantic.1. Indica mihi ubi paſcas, & cubare facias in meridie. Pſ.23.In paſcuis graminis cubare me faciet. Ezech.34.Ego paſcam oues,& cubare faciam eas.

Participium præſens מַרְבִּיץ . Ieſa.54.Ecce ego ſterno ſuper fucum lapidęs tuos, Et pluraliter מַרְבִּיצִים. Iere.33. Vbi cubare faciunt paſtores gregem.

INDE NOMINA:

רֵבֶץ Cubile,accubitus. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik,& alterum in ſeua.Prou.24.Ne uaſtes cubile eius.Iere.50.Paſtores obliti ſunt accubitus ſui.

מַרְבֵּץ Cubile.Zophon.2.Quomodo facta eſt in uaſtitatem,& in cubitum beſtiarum.

מִרְבַּץ Cubile,accubitus.Ezech.25.Atq; filios Ammon in accubitum gregis.

רבק Verbaliter non eſt in uſu:tantùm legitur ex eo nomẽ participiale מַרְבֵּק ,atq; ex eius ſignificatione apparet congruere ſignificatione cũ uerbis רָבַס רָמַץ רָפַס קָבַר & קָרַב, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi differãt:dicitur autem hoc nomine participiali ſaginarium,hoc eſt,locus ſeu ſtabulum, in quo uituli alligati ſunt,ut ſaginentur.1.Samuelis 28.Et mulieri illi erat uitulus adhæſionis. Iere.46. Mercenarij eius in medio eius ſunt uelut uituli adhæſionis. Amos 6. Comedentes agnos de grege,& uitulos medio adhæſionis . Malachiæ 4. Et egrediemini, & pingueſcetis ſicut uituli adhæſionis.niſi intelligere malis de uitulis, qui uberibus matrum adhæ

1441 rent,& ſaginantur.

רְגָבִים Glebæ,ſeu potiùs limi ſeu luta,nomen pluralis numeri. Et modo tãtùm ſignificãdi differt à nomine עָרָב.Iob 38.Vt colliqueſcat puluis in fluorem, & limi cohęreſcant, id eſt condenſentur. Et in ſtatu regiminis רִגְבֵי. cap. 21. Dulces fuerunt ei limi aluei.

1442

רָגַז Motus,commotus eſt uel loco,uel metu,uel ira:& tam inanimatis,quàm animatis rebus attribuitur:opponiturq; quieti cùm corporis,tum animi. Et modo tantùm ſignificandi differt à uerbis רָגַשׁ רָעַשׁ & רָגַשׁ.

De loco.

2.Paralip.7.& cap.17.Et plantabo eum,ut habitet in loco ſuo, & non moueatur amplius.Ieſ.14.Infernus deſubter commotus eſt tibi,in occurſum tibi.

De metu ſeu dolore animi.

Exod.15.Audiuerunt populi, & commoti ſunt.Ieſaiæ 32.Diebus aliquot ultra annum,commoueamini uos,quæ ſecuræ eſtis.Et mox iterum: Cõmoueamini uos ſecuræ,id eſt,trepidate. ubi רְגָזָה eſt ſecũda perſona Imperatiui pluralis numeri pro רְגַזְנָה. Iere.33.Metuerit,& cõmouebuntur ſuper omni bono.Ioelis 2.Cõmouebantur omnes habitatores terræ,quia uenit dies Iehoua.Pſ.4.Cõmoueamini,& nolite errare.Hunc locũ Paulus ad Epheſ.4. citãs,uerbo Græco ὀργίζεσθε reddidit,ab Hebræa uoce non admodum abludente.1.Sam.14.Et commota eſt terra, quia erat ex terrore dei.Ioelis 2.Ante illum commota eſt terra.2.Sam.22.Et fundamenta cœlorum mota ſunt.Ieſaiæ 5.Percuſſit eum,& moti ſunt montes.

De ira.

Geneſis 45.Ne commoueamini in uia. Prouerbiorum 29. Vir ſapiens ſi in ius uocatus fuerit cum ſtulto,ſiue commoueatur,ſiue rideat,non tamen in quiete erit. Ezechielis 16.Quia non fuiſti memor dierum iuuentutis tuæ, & fuiſti commotioni mihi in omnibus illis,id eſt,irritaſti ſeu prouocaſti me ad iram.Pſal.4. Commoueamini,& nolite errare.

In tertia coniugatione הִרְגִּיז. 1.Sam.28.Cur commouiſti me,ut aſcendere faceres me.Ieſaiæ 13.Propterea cœlos mouebo & mouebitur terra de loco ſuo.& cap.22. Qui commouit regna.Iere.50.Qui commouebit habitatores Babel.

Participium præſens מַרְגִּיז. Iob 9.Qui mouet terrã de loco ſuo.Ieſ.14. Nunquid eſt iſte uir,qui mouet terram,& concutit regna. Et pluraliter מַרְגִּיזִים. Iob 12.Abundant felicitate tabernacula prædonum,& eorum qui cõmouent terram, habitacula tuta ſunt,id eſt prouocant.

In quarta coniugatione הִתְרַגֵּז.2.Reg.9.& Ieſaiæ 37.Seſſionem tuam,& exitum tuum,& introitum tuum noui,& commoueri tuum contra me.

INDE NOMINA:

רַגָּז Nomen adiectiuum. Deuter.28.Et dabit tibi Deus cor commotionis,id eſt, inquietudinis.

רֹגֶז Commotio:& opponitur quieti.Iob 3.Ibi improbi ceſſauerunt à commotione. Et mox iterũ:Non fui felix,nec fui tranquillus,nec quietus,& tamẽ uenit cõmotio.& cap.13.Homo natus de muliere,breuis eſt dierũ,& plenus cõmotione.cap.37. Attendite attentè in cõmotione uocis eius,id eſt,qua cõmouet,& terret alios.& cap. 39.In terrore & commotione foueam facit in terra.Habakuk 3.In cõmotione commiſerationis recorderis. In ſtatu affixi mutat holem in hatephcametz.Ieſ.14. Iehoua dabit requiem à labore & à commotione tua. Et in genere fœminino רָגְזָה.

1443 Ezech.12.Et aquas tuas in commotione,& in ſolicitudine bibes.

רֶגֶל Pes.Et cognationem ſignificatione habet cum רוּג רגן רגל. Exod.21.Manũ pro manu,pedem pro pede.Num.22.Preſſit pedem Bileam ad parietẽ. Iob 28.Quæ prohibentũ à pede.Pſal.36.Aut ueniat ad me pes ſuperbiæ.Ieſa.1.A uola pedis uſq; ad caput.Ezech.29.Non tranſibit per eam pes hominis,neq; pes iumenti. Gen.33. Et ego ducam ſenſim ad pedẽ pecoris,quod eſt ante me,& ad pedẽ puerorũ,id eſt ad greſſum. Et in diſtinctione ſentẽtiæ רָגֶל. Leuit.21.Aut ſit uir in quo eſt fractura pedis.Deut.2.Vola pedis. In ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in pathah,& alterum in ſeua.Geneſis 30.Et benedixit Iehoua te ad pedem meum,ſiue per pedem meum,id eſt,quòd ego hinc inde cucurrerim,& perluſtrauerim omnia.Deuter.11. Non eſt ſicut terra Ægypti de qua egreſſus es, ubi ſeminabas ſemen tuum, & irrigabas in pede tuo ſicut hortum holeris.Sic 1. Samu.25.Et quinq; puellæ eius,quæ ambulabant ad pedem eius.Ieſaię 57.Si reduxeris à ſabbatho pedem tuum,ut non facias uoluntatẽ tuã in die ſancto meo. Gen.41.Abſq; te nõ leuauit quiſquã manũ ſuam,uel pedẽ ſuum.Deut.8.Pes tuus non tumuit.2.Sam.14.A uola pedis ſui uſq;

in uerticem non ſit macula in eo. In forma duali רַגְלַיִם, dicit̃ de duobus pedibus, aut etiam pluribus. 2. Sam. 4. Et ipſi Ionathæ filio Saul erat filius afflictus pedibus, ſeu utroq; pede. 2. Reg. 9. Niſi caluariam & pedes, & uolas manuum. Iob 29. Oculi eram cæco, & pedes eram claudicanti ego. Prouerb. 6. Pedes præcipites ad currendum ad malum. Et in diſtinctione ſententiæ רַגְלָיִם. Leuit. 11. Omne motabile alatum cui ſunt quatuor pedes. Ieſaiæ 7. Et pilum pedum. Et in ſtatu regiminis רַגְלֵי. Geneſis 24. Et pedes uirorum. Ioſue 3. Volæ pedum ſacerdotum. 1. Samuelis 25. Et detur pueris ambulantibus in pedibus ſuſtentatoris mei, id eſt, negocijs. Ieſaiæ 52. Quàm iucundi ſunt ſuper montibus pedes Euangelizantis. In ſtatu affixorum. Geneſis 18. Et leuate pedes ueſtros. & cap. 49. Non diſcedet ſceptrum à Iehuda, & legislator ab inter pedibus tuis. Exod. 11. Et cunctus populus, qui eſt in pedibus tuis. Iudicum 8. Date quæſo rotulas panis populo, qui eſt in pedibus meis. 2. Regum 3. Non fuit aqua pro caſtris, & pro iumentis, quæ erant in pedibus eorum. Et pluraliter רְגָלִים, repedationes, id eſt, uices. Exod. 23. Tribus repedationibus feſtiuabis mihi in anno. Num. 22. Percuſſiſti me hîc tribus repedationibus, id eſt, uicibus.

רַגְלִי Pedes, miles pedeſtris. Exod. 12. Circiter ſexcenta millia peditis, præter paruulos. 2. Sam. 10. Viginti millia peditis. Et pluraliter רַגְלִים. Ierem. 12. Si cum peditibus cucurriſti, & non defatigauerunt te, quomodo inflammabis eos.

מַרְגְּלֹת Nomẽ fœminini generis ſingularis numeri. Et ut מְרַאֲשֹׁת, capitale, ita hoc pedale, ſeu pedamentum ſignificat, id eſt, quicquid eſt inferne ad pedes. Ruth 3. Et deuolues pedale eius, & accubes. Et iterum: Et deuoluit pedale eius & recubuit. Dan. 10. Et pedimentum eius, ſicut ſpecies æris.

רֹגֵל Nomen fontis, cuius fit mentio 2. Samu. 17. & 1. Reg. 1. licet nonnulli uelint ſic dici fullonem, qui pedibus pannos, & ueſtes lauet.

גּוֹרָל Sors, eò quòd conſtet exploratione: ſed de hoc nomine quære ſuo in loco.

INDE VERBVM,

רָגַל Pedauit, detulit pedibus. Et cognationem habet ſignificatione cum רָגַן רָכַל וְרָטַן & רָגַל. Pſal. 15. Qui non detulit ſuper lingua ſua, nec fecit ſodali ſuo malum.

In ſecunda coniugatione רִגֵּל, quando de perſona dicitur, licebit uertere uerbo deferendi. 2. Samuelis 19. Et detulit in ſeruo tuo ad Suſtentatorem meum regem.

Quando autem de loco, tum uerbo uel indagandi, uel explorandi. Deuter. 1. Et explorauerut eam. Ioſue 7. Aſcendite & explorate terram, & aſcenderunt uiri & explorauerunt Ai. 1. Paral. 19. An non potiùs propter perſcrutari, & uertere, & explorare terram. Num. 14. Ad explorandum terram.

Participium præſens pluralis numeri מְרַגְּלִים. Geneſis 42. Et dixit ad eos, exploratores eſtis. Et iterum: Nos omnes filij ſumus, uiri unius, recti ſumus, non ſunt ſerui tui exploratores.

In tertia coniugatione תִּרְגַּל. Oſeæ 11. Ego pædagogum dedi ipſi Ephraim, qui
1444 acciperet eum ſuper brachia ſua. ubi tamen thau pro he ſcriptum eſt.

רָגַם Propriè ſignificat obruere lapidibus. Nam ferè ſemper adiũctum habet nomen אֶבֶן, aut plurale אֲבָנִים. Et modo tantùm ſignificandi differt à uerbo סָקַל. Et רָגַם licet ſignificet quoq; lapidare, tamen ut uoce, ita ratione ſignificandi inter ſe differunt. Et uerbum רָגַם ſemper de multitudine undiq; obruentium dicitur, ut totus ille obruatur, & aceruo lapidum tegatur. Cõmuniter autem regit poſt ſe accuſatiuũ. Leuit. 20. Lapide obruent eos. Num. 12. Vt obruerent eos lapidibus. Deut. 21. Obruent eum omnes uiri ciuitatis ſuæ lapidibus. Ezech. 16. Et obruent te lapide. Vel ſine appoſitione nominis. Leuit. 24. Et obruent eum tota aggregatio. Et interdum interponunt præpoſitiones, uel beth, uel עַל. Leuit. 24. Obruendo obruent in eum. Ezech. 23. Et obruent ſuper eas lapidem.

INDE NOMINA:

רִגְמָה Et in ſtatu regiminis רִגְמַת, & cum affixo רִגְמָתָם. Et ſignificat obruitionem, quæ fit lapidibus. Pſalm. 68. Ibi Beniamin paruulus ſubijcit eos, principes Iehuda obruitio

tio eorum. Loquitur de obruitione, qualis eſt lapidum, ſeu grandinis ſeu tonitrui. Et huc haud dubiè alluſit Chriſtus, cùm Marci 3. Iacobum & Ioannem בני חרגם filios tonitrui appellat, quòd potentia Euangelij obruturi erant plurimos.

מַרְגֵּמָה Aceruus ſeu cumulus lapidum. Prou. 26. Sicut ſcrupulus lapidis in aceruo, ita qui tribuit ſtulto honorem. Loquitur autem de lapide precioſo in funeſtum aceruum lapidum proiecto, qui deſtinatus erat, ut eo damnati obruerentur, atque ideo huic populo abominabilis erat.

1445 רגן

Cõgruit ſignificatione cum רָגַז רָגַל רכל: ſignificat enim delationem infamiæ ab uno ad alium: differtq́ ab illis modo tantùm ſignificandi. Legitur ex eo nomen participiale רוֹגְנִים, delatores, infamatores, infames. Ieſa. 29. Et cognoſcent errones ſpiritu intelligentiam, & infamatores diſcent legem.

INDE VERBVM,

נִרְגָּן Vocis paſſiuæ: & ſignificationem habet actiuam ſeu neutralem, detulit pedibus eundo ad alium. Deut. 1. Et detulerũt in tentorijs ſuis, & dixerũt: odio Iehoua nos eduxit de terra Ægypti. Pſal. 106. Et detulerũt in tentorijs ſuis, & non obedierunt uoci Iehoua, id eſt murmurauerunt, ſuſurrauerunt.

Participium, ſeu nomen participiale נִרְגָּן, delator. Prou. 16. Et delator diſiungit ducem. cap. 18. Verba delatoris ſunt ſicut uerbera. & cap. 26. Abſq; lignis extinguetur ignis, & abſq; delatore quieſcet rixa.

1446 רגע

Duos ſignificandi modos habet contrarios. Primo, ſignificat concitatum eſſe, commotum, conturbatũ eſſe ſubitò. Et in hoc ſignificandi modo differt tantũ modo ſignificandi à uerbo רָגַע, quod eſt quãtitatis, hoc autem temporis. Iob 7. Cutis mea cõcitata eſt, & abominabilis facta eſt, id eſt citò corrugauit. & cap. 26. In uirtute eius concitatum eſt mare: uel actiuè, in uirtute ſua concitauit mare.

Participium præſens רֹגַע. Ieſa. 51. & Iere. 31. Ego Iehoua deus tuus concito mare, & fremunt procellæ eius.

In uoce paſſiua הֵרָגְעִי. Iere. 47. Concitare & ſile, id eſt corripe.

In tertia coniugatione הִרְגִּיעַ. Iere. 5. Propter concitare terram, & cõmotionem facere in habitatores Babel. ubi præteritum ponitur pro Infinitiuo.

INDE NOMINA:

רֶגַע Momentum, citum, exiguum ſeu minutum tempuſculum. Pſal. 30. Quoniam momentum eſt in ira tua, id eſt ira tua eſt momentanea. Exo. 33. Momento uno aſcendam in medium tui, & conſumam te. Et abſolutè ſine adiectiuo conſtructũ cum uerbo plerunq; aduerbiaſcit, momento, citò, ſubitò. Iob 32. Citò morientur. Pſal. 6. Auerſi pudeſient citò. Ieſa. 47. Et euenient tibi duo illa citò: in die una ſterilitas & uiduitas. Iere. 4. Citò deuaſtata ſunt tentoria mea, citò cortinæ meæ. Iere. 18. Citò loquar contra gentem. Et quando ante ſe aſſumit aliquam particulam encliticam, tum nominaliter accipitur: בְּרֶגַע. Iob 21. Et in momento in Infernũ detrudentur. Ieſaiæ 54. In momento modico dereliqui te. Item כִּמְעַט. Ieſa. 26. Abſcondere circiter modicum momentum, donec pertranſeat indignatio. Eſdræ 9. Et nunc circiter exiguum momentum facta eſt gratia à Iehoua deo noſtro, &c.

Inſuper in diſtinctione ſententiæ mutat ſægol in cametz, & accerſit plerunque ante ſe aliquam particulam encliticam: uel עֲדֵי. Iob 20. Et gaudium hypocritæ uſque ad momentum. Vel כְּ. Pſalmo 73. Quomodo facti ſunt in deſolationem tam citò. Vel כְּמוֹ. Thren. 4. Quæ ſubuerſa eſt quaſi momento. Et pluraliter רְגָעִים, id eſt omnia ſeu ſingula momenta. Iob 7. Requiris eum ſingulis manè, ſingulis momentis probas eum. Ieſaiæ 27. Ego Iehoua conſeruo eam, ſingulis momentis irrigo eam. Ezechielis 27. & 32. Et pauebunt in ſingula momenta, quiſque pro anima ſua.

אַרְגִּיעָה Momentum. Prou. 12. Labium ueritatis ſtabilietur perpetuò, ſed ad momentũ linguæ mendacij. Sed adiunctum uerbo, aduerbiaſcit. Ieſaiæ 51. Et iudicium meum in lucem populorum citò. Ieremię 49. Quoniam citò currere faciam eum cum illa. & cap. 50. Quoniam citò currere faciam eos ab illa.

Dein-

**רגע** Deinde modo ſignificandi contrario in uoce paſſiua נִרְגַּע, quietatus eſt. Iere. 47.
O mucro leh oua, quouſq; nõ quieſcis, colligeris ad uaginã, ſis quietatus, & ſile.
In tertia coniugatione הִרְגִּיעַ, quieuit. Ieſa. 34. Etiam ibi quieuit lamia, & inuenit
ſibi quietem. Deut. 28. Inter gentes illas non requieſces, neq; erit quies plantæ pe-
dis tui. Iere. 31. Ambulando ad requieſcere ſuum Iſrael.

INDE NOMINA:

רִגְעֵי Quieti. Pſal. 35. Quoniam non pacem loquuntur, ſed contra quietos terræ uerba
fallaciarum excogitant.

מַרְגֵּעָה Quies, requies. Ieſa. 28. Si dixerit quiſpiam ad eos, hæc requies, date requiem laſſo,
& hæc eſt requies, ſed noluerunt audire.

מַרְגּוֹעַ Quies, requies. Iere. 6. Et quæ melior fuerit in ea, ambulate, & inuenietis requiem
animabus ueſtris. Matthæi Euangeliſtæ interpres Græcus, quiſquis ille fuit, Chri-
1447 ſti uerbum citantis, hunc locum reddidit uerbo Græco ἀνάπαυσιν.

**רגשׁ** Conuenit, coitionem, coniunctionem, conſociationem, confœderationem fe-
cit. Et congruit ſignificatione cum uerbo רָגַז: unde Septuaginta reddiderunt
uerbo ἐφρύαξαν, fremuerunt, ſeu concitatæ ſunt, ſeu commotæ gentes. Videtur au-
tem contrariam habere ſignificationem uerbo גָּרַשׁ, quod eiectionem ex ſocieta-
te, aut conuerſatione hominum ſignificat. Et legitur uerbaliter tantùm Pſalm. 2.
Quare conuenerunt Gentes.

INDE NOMEN,

רֶגֶשׁ Coniunctio, conuentio, conuenticulum, ſocietas. Pſal. 55. In domo dei ambulaba-
mus in ſocietate. Et in forma fœminina, ſed mala ſignificatione רִגְשָׁה. Et in ſta-
tu regiminis רִגְשַׁת. Pſalmo 64. Abſcondas me à cõuenticulo operantium ex con-
1448 cupiſcentia.

**רדד** Cõgruit ſignificatione cum uerbis יָרַד מָרַד רוּד רָדַס רָדַם, niſi quòd ut forma, ita
modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Significat autẽ ſuperioris in perſonã uel
rem inferiorem actionem, ſicut domini in ſeruum, regis in ſubditos: proinde Lati-
ni communiter uerbo dominandi tranſtulerunt, quod certè fit, cùm dominus ſub-
iectionem habet, populum ſibi ſubijcit, aut ſubiectum habet, & poteſtatem habet
in inferiorem. Et legitur ſolùm in prima coniugatione actiuè. Pſal. 144. Qui ſubij-
cit populos ſubtus me. pro quo 2. Samuelis 22. ſcriptum eſt מוֹרִיד. Ieſ. 45. Quem ap
prehendi dextera ſua, ut ſubdam coram eo Gentes. ubi ponitur Infinitiuus ad for-
mam מְשֹׁךְ. Iere. 2. Quare dicit populus meus, poteſtatem habemus, non ueniemus
ad te, id eſt nos ipſi habemus ſubditos, non eſt opus, ut tuæ nos poteſtati ſubijcia-
mus. Oſeæ 11. Sed Iuda adhuc poteſtatem habet cum deo.

INDE NOMEN,

רְדִידִים Pluralis numeri tantùm, uelamen, quo mulieres caput uelabant. Cant. 5. Tulerunt
uelamen à me. Ieſa. 3. Tiaras & uelamina. Et Paulus 1. Corinth. 11. uocat ἐξουσίαν, id
eſt poteſtatem: Propter hoc debet mulier poteſtatem habere, id eſt, uelamen in ca-
pite propter angelos: quia uelamen cogit eam demittere oculos, ſignificetq; illam
1449 eſſe ſub alterius imperio.

**רדה** Congruit ſignificatione cum uerbis יָרַד מָרַד רד רָדַד רָדַם, niſi quòd ut forma,
ita modo ſignificandi differãt: ſignificat autem hoc poteſtatem habere, iure uti,
ius & dominiũ uſurpare in perſonam, aut rem ſubiectam, & inferiorem, ſubijcere
ſibi aliquid, exercere dominium in perſonã ſeu rem aliam. Latini uerbo dominan-
di ſeu regnãdi expreſſerũt. Et conſtruitur plerunq; cum accuſatiuo mediante præ-
poſitione beth Gen. 1. Et dominamini in piſces maris. Leu. 25. Dominamini in eũ
in ſæuitia. 1. Reg. 4. Et ipſe dominabatur in omnem regionem trans flumen. Pſal.
110. Dominare in medio inimicorum tuorum. Aliquando cum accuſatiuo ſine
præpoſitione interueniente: ut Ezech. 34. Et in potentia ſubieciſti eos. Leuitic. 25.
Non ſubijciat eum in duritia. Thren. 1. Deſcendendo ſubiecit illud.

Et nota, quod quando hoc uerbũ conſtruitur cũ nomine יָד, tum habet עַל præpo-
ſitionem, ſicut uerbum יָדָה in tertia cõiugatione, & ſignificat in manus deſumere,
demit-

demittere ex loco ſuperiore. Iud. 14. Et deſumpſit illud in manus ſuas. Et mox itetum: Nec indicauit eis, quòd de cadauere leonis deſumpſiſſet mel, &c. Reſpicit autem ad fauum quem cùm apes in altum defigunt, qui eum accipere uelit in manus deſcēdere ſinat, & deſumat ſuper manus. Iere. 5. Et ſacerdotes deſumebant, ſcilicet oblationes & leuandas in manus ſuas. Hoc ideò annotare uolui, ne quis in his iam allegatis locis hoc uerbum aliam ſignificationem habere putet à ſuperiore, ſed modo tantùm ſignificandi ab eo differre cognoſcat.

In ſecunda coniugatione רדה, legitur aliàs conſtructum cum datiuo mediante articulo lamed. Iud. 5. Tunc dominabitur relictus glorioſis populi. Aliàs cum accuſatiuo mediante præpoſitione beth. Ibidem: Iehoua dominabitur per me in fortes. Pſal. 72. abſolutè: Et dominabitur à mari uſque ad mare.

In tertia cōiugatione הרדה. Ieſa. 41. Quis dedit corā eo gentes, & reges ſubiecit.

1450 **רדם** Congruit ſignificatione cum uerbis ירד מרד רוד רדד רדה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi differant. Venit autem uſu tantùm in uoce paſſiua נרדם, obrutus fuit profundo ſopore, detractus, oppreſſus fuit ſopore ſeu ſtupore. Iudicū 4. Nam ipſe oppreſſus erat ſopore. Ionæ 1. Et iacebat & obrutus erat ſopore. Dan. 8. Et ſtupore cecidi ſuper faciem meam in terram.

Participium נרדם. Pſal. 76. Ab increpatione tua deus Iacob inſoporatur tam currus, quàm equus. Prouerbiorum 10. Oppreſſus ſopore in meſſe, filius ignauus eſt, id eſt ſomnolentus.

INDE NOMEN,

תרדמה Sopor, ſomnus profundus. Gen. 2. Et immiſit Iehoua deus ſoporem ſuper Adam. & cap. 15. Et ſopor ingruit ſuper Abram. 1. Sam. 26. Quoniam ſopor Iehoua ceciderat ſuper eos. Iob 4. Sicut ſolet ſopor ingruere ſuper homines.

1451 **רדף** Sequi, inſequi, perſequi, proſequi, ſiue in bono, ſiue in malo. Et cōſtruitur nunc cum accuſatiuo, ſiue nominis, ſiue pronominis. Item cum אחרי, & rariùs cum lamed articulo datiui caſus. Iud. 4. Et Barak perſequutus eſt poſt currus. Pſal. 143. Quia perſequutus eſt inimicus animam meam. Leuitic. 26. Et perſequetur eos uox filij impulſi. Gen. 44. Surge, perſequere uiros. Pſal. 34. Inquire pacem & proſequere eam. Ioſue 2. Perſequimini citò poſt eos. Pſal. 7. Perſequatur inimicus animam meam. tametſi quidam cenſent eſſe compoſitum ex prima, & ſecunda coniugationibus. Pſal. 18. Perſequar inimicos meos, & apprehendam eos. Ioſue 23. Vir unus ex uobis perſequetur mille. Iob 19. Cur perſequutionem faciemus illi. Ioſue 8. Cur reuerſus eſt Saul à perſequendo. Pſal. 38. Pro proſequi me bonum.

Participium præſens רודף. 1. Samuelis 24. Poſtquàm tu perſequeris. Threnor. 1. Et iuerunt abſque robore ante perſequentem. Ieſa. 1. Et ſectatur retributiones. Prou. 21. Sectans iuſtitiam & pietatem, inueniet uitam. Et pluraliter רודפים. Iudic. 8. Et perſequentes. Ioſue 2. Quando egreſſi ſunt, qui perſequebantur poſt illos. Et in ſtatu regiminis רודפי. Ieſa. 51. Audite me ſectatores iuſtitiæ. Pſal. 119. Quando facies contra perſequutores meos iudicium. Threnorum 4. Leuiores fuerunt perſequutores noſtri aquilis.

In uoce paſſiua נרדף, perſequutionē paſſus eſt. Thren. 5. Super ceruices noſtras perſequutionem paſſi ſumus.

Participium נרדף. Eccl. 3. Et deus requiret perſequutionem paſſum.

In ſecunda coniugatione רדף, auget ſignificationem. Oſeæ 2. Et ſectabitur amatores ſuos. Nahum 1. Et inimicos ſuos perſequetur tenebris. Prouerb. 13. Errones perſequetur malum.

Participium præſens מרדף. Prou. 11. Et ſequitur malum ad mortē ſuam. & cap. 19. Qui ſectatur ſermones.

In uoce paſſiua רדף. Ieſ. 17. Et perſequutionem patietur ſicut palea.

In tertia coniugatione הרדיף. Iudicum 20. Circumdederunt ipſum Beniamin, perſequuti ſunt eum.

Participium preteritum מרדף. Ieſ. 14. Perſecutionem paſſum ſine prohibitione.

Terti-

1452 **רהה** Territus eſt: & ut uoce & ſcriptura, ita ſignificatione congruit uerbo יָרֵא. Ieſaiç 44. Ne paueatis, neq; terreamini, an non ex tunc audire feci te, & annunciaui, & uos eſtis teſtes mei, &c.

1753 **רָהַב** Intumuit, ſuperbiuit, inualuit, præualuit. Et ſignificatione cõſentit cum uerbis רָבָה רוּב רָבַב, niſi q ut forma, ita modo ſignificãdi inter ſe diſſentiant. Prouerbiorum 6. Quando ueniſti in manum proximi tui, exhibete perturbatum, & præualebis proximo tuo. Ieſ. 2. Et inualeſcent iuuenis in ſenem, & uilis in honorabilẽ. & cap. 60. Mirabitur & exuberabit cor tuum. Pſal. 90. Dies annorũ noſtrorũ anni ſeptuaginta, & excellere eorum, labor & dolor.

In tertia coniugatione הִרְהִיב. Pſalm. 138. Et inualeſcere facis me in anima mea uirtute. Cantic. 6. Auerte oculos tuos à me, quoniam ipſi præualuerunt me.

INDE NOMEN,

רַהַב Tumor, elatio, altitudo, ſuperbia. Iob 9. Auxiliatores ſuperbiæ. & ca. 26. Et in prudentia eius inficitur elatio. In cæteris ſcripturæ locis: ut Pſalm. 87. & 89. item Ieſa. 30. & 51. pro Ægypto ponitur, propter ſuperbiam ipſius, quam prophetæ reprehendunt.

1454 **רהט** Congruit ſignificatione cum רחת & רָסָה רסס רָחַץ, niſi quòd ut forma, ità modo ſignificandi inter ſe differant. Deriuantur autem inde

NOMINA:

רְהָטִים Canales. Gene. 30. Et poſuit uirgas, quas decorticauerat, in canales. Exod. 2. Et impleuerũt canales, ut potarẽt oues patris. Sunt aũt dictç, q in eis decurrãt aquæ.

רָהִיטִים Trabes, quæ tranſcurrũt ædificia, uel in quibus decurrit aqua pluuialis. Cantic. 2. Trabes noſtri fraxini. Item cap. 7. Et cæſaries capitis tui ſicut purpura, ſicut rex uinctus plicas, &c. quæ ſcilicet decurrunt per ueſtimentum, & figuram habent trabium ſeu canalium.

1455 **רוּב & רִיב** Contendit, litigauit, diſceptauit, ſiue priuatim, ſiue coram Iudice: & dicitur tantùm de uerbali contentione, ſeu actione. Atq; quandam cognationem habet cum uerbis רָבָה & רָהַב רָבַב, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uariẽt. Nam in lite multiplicatio eſt uerborũ, argumentationum, argumentorum, probationum, & dilutionum. Iudic. 11. An non litigando litigauit cum Iſrael, & pugnando pugnauit cum eo? & ca. 21. Et cùm uenerint patres eorum, & fratres eorum ad litigandum nobiſcum. Pſal. 35. Litiga Iehoua cũ litigatoribus meis. Prouerbiorum 25. Litem tuam litiga cum ſodali tuo, ſed ſecretum alterius ne reueles. & cap. 30. Qui emungit naſum, elicit litem. Micheæ 6. Surge, & litiga cum montibus. 2. Sam. 25. Benedictus Iehoua, qui litigauit litem opprobrij mei, id eſt egit cauſam meam. Thren. 3. Litigaſti Iehoua lites animæ meæ. Ierem. 50. Aſſertor eorum fortis Iehoua exercituum nomen eius, litigando litigabit litem eorum. Ieſaiæ 1. Iudicate pupillo, litigate uiduæ. & cap. 3. Conſtitutus eſt ad litigandum Iehoua. & cap. 34. Annus retributionum ad litigandum ipſi Zion.

Participium pręſens רָב. Ieſaiæ 45. Væ litiganti cum Plaſte ſuo. Ieremię 51. Ecce ego litigo litem tuam.

In tertia coniugatione הֵרִיב. Gen. 26. Et litigauerunt paſtores Gerar cum paſtoribus Izhak. & ca. 31. Et litigauit cum Laban. Exod. 17. Et litigauit populus cũ Moſe, & dixerunt, date nobis aquam ut bibamus: & dixit illis Moſes, quid litigatis mecũ, quid tentatis Iehoua? Exo. 21. Et ſi litigauerint uir, & percuſſerit alter ſodalem ſuum. 1. Samuelis 15. Et uenit Saul ad ciuitatem Amalek, & litigauit in torrente, ſ. cum Keneo, donec perſuaderet illi, ut iſtinc diſcederet. Iob 33. Quare contra eum litigaſti. ubi omiſſa eſt prima litera characteriſtica. Iere. 2. Quare porrò litigabo uobiſcum, & cum filijs filiorum contendam. Iudicum 6. An uos litigabitis pro Baal. Ieſaiæ 27. In menſurando eam, in dimittẽdo eam litigabis ei. & cap. 51. Et deus tuus litigabit populo ſuo.

Participium præſens pluralis numeri, ſtatus regiminis מְרִיבֵי. 2. Sam. 22. & Pſ. 18. Euadere feciſti me de litigioſis populi mei.

INDE NOMINA:

רִיב Lis,rixa,controuerſia,cauſa iudicialis. Geneſis 13. Et fuit lis inter paſtores. Exod. 23. Neque reſpondeas ſuper lite, ut declines poſt multos. Deut.1. Onus ueſtrum, & litem ueſtram.cap.19. Si ſteterint duo uiri, quibus eſt lis corā Iehoua. & cap.21. Et iuxta os eorum erit omnis lis, & omnis plaga. 2.Samuelis 15. Et factum eſt, ut omnem uirum cui erat lis,ut ueniret ad regem pro iudicio. Iob 29. Et litem quam ego non intelligebam,perquirebam.Ieſa.1.Et lis uiduæ nō ueniebat ad eos. Ier.11. Quoniam ad te deuoluam litem meam. Ezechielis 44. Et ſuper lite ipſi ſtabunt ad iudicium.Habakuk 1.Et eſt lis, & tranſactio eleuatur, id eſt, ſuſpenditur. Et pluraliter רִיבֹת. Deuter.17. Verba litium in portis tuis.Iob 13.Et lites labiorum meorum obſeruate.

מְרִיבָה Lis,rixa.Geneſis 13. Ne ſit obſecro lis inter me, & inter te. Exo.17.Et uocauit nomen loci, tentationem & litem. In ſtatu regiminis מְרִיבַת. Numeri 27. Iſtæ ſunt aquæ litis Cades.

יְרִיבִים Litigatores,rixatores.Pſ.35.Litiga Iehoua cum litigatoribus meis.Ieſa.49.Et cum litigatoribus tuis ego litigabo.Ezech.18.Auſculta ad uocem rixatorum meorum.

יְרֻבַּעַל Cognomen Giddeonis,quia contra ciues pro Baal litigantibus litigauit.Iudicum 6.Et uocauit eum in die illa Ierubaal,dicendo, litiget contra eum Baal, quòd ſub-
1456 uertit altare eius.

רוּד Legitur tantùm in tertia coniugatione הֵרִיד.Congruit ſignificatione cum uerbis יָרַד מָרַד. רדה רָדַד & רָדַם,niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient: ſignificat enim hoc deſcendere facere. Gen.27. Et fiet, ꝙ deſcendere facies iugum eius de collo tuo,id eſt,excuties.1.Reg.6.Et deſcēdere faciet ſuper Cherubim aurum,id eſt ſternet.Pſal.55.Attende mihi,& audi me,cùm deijcior in quere-
1457 la mea.ubi figuratè à corpore ad animum,& animi conſternationem transfertur.

רָוָה Feriri pluuia aut alio humore,humectari,humefieri,madefieri,irrigari, inebriari: & importat redundantiam: congruitq́ſignificatione cum uerbo יָרָה, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi uarient. Ierem.46. Et deuorabit gladius, & ſatiabitur,& humectabitur à ſanguine eorum. Prouerb.7. Madefiemus uberibus ſeu amoribus. Pſal.36. Humectabuntur pinguedine domus.

In ſecunda coniugatione רִוָּה. Ierem.31.Et irrigabo animam ſacerdotum adipe. Ieſaiæ 34. Quia humectatus eſt in cœlo gladius meus.Et mox iterum: Et humectabitur terra eorum ſanguine. Pſalm.65. Cumulos eius humecta. Ieſaiæ 16. Humectabo te lacryma mea.ubi irregulariter eſt ſcriptum pro אֲרַוֶּה.Prouerb.5.Amores eius irrigabunt,id eſt ubera.

In tertia coniugatione הִרְוָה. Ieſaiæ 55.Humectauit terram. Threnor.3.Humectauit me abſinthio.Ierem.3.Quia humectauit animam laſſam.

Participium præſens מַרְוֶה. Prou.11.Et humectans etiam ipſe humectabitur.

INDE NOMINA:

רָוֶה Nomen adiectiuum maſculini generis,madidus,irriguus.Ieſa.58.Et erit uelut hortus irriguus. Et in genere fœminino רָוָה. Deuteron.29. Vt auferatur madida cum ſitiente.

רִי Irrigatio.Iob 37.Etiam propter irrigationem aggrauabit nubem.

רְוָיָה Nomen adiectiuum.Pſal.23.Calix meus redundans. Item abſtractiuè. Pſalm.66.
1458 Sed eduxit nos ad irriguum.

רָוַח Verbum perfectum primæ coniugationis, flauit, efflauit, id eſt, reſpiratio fuit, reſpirauit,refrigeriū,relaxatio fuit,ſiue relaxationi ſeu reſpirationi fuit: importatq́ſecum motum & agitationem. Atque conuenit ſignificatione cum uerbis יָרַח & אָרַח יָרַח, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient. 1.Sam.16. Cùm acciperet Dauid citharā, & luderet manu, ſtatim reſpiratio erat Sauli, ut bene haberet.Iob 32. Loquar, ut reſpiratio fiat mihi: uel ſic,ut reſpirationi ſit mihi, ſcilicet mea loquutio.Iob 6. Ad efflandum uerba oppreſſionis.

In ſecunda coniugatione legitur participium præteritū,pluralis numeri מְרֻוָּחִים.

Ieremiæ

Ieremiæ 22. Ædificabo mihi domum menſurarum, & ſuperiora reſpirationum ſeu refrigerij, ſeu flatuum.

INDE NOMINA:

רֶוַח Reſpiratio, relaxatio, ſpaciũ, intercapedo, progreſſio, dilatatio, protẽſio. Eſth. 4. Si tacendo tacueris in tempore iſto, reſpiratio & liberatio ſtabit Iudæis. Geneſ. 32. Tranſite ante me, & ponite relaxationem inter gregem & gregem, id eſt ſpacium relaxationis. Et in genere fœminino רְוָחָה. Exod. 8. Et uidit Pharao, quòd facta eſt relaxatio, aggrauauit cor ſuum, & non audiuit eos. Et cum affixo. Threnor. 3. Ne abſcondas aurem tuam ad ſuſpirium meum, & ad clamorem meum.

רַחַת Ventilabrum, uannus, ſeu pala. Ieſaiæ 30. Comedent pabulum acidum, uentilatum uentilabro & uanno.

רֵיחַ Spiritus, ſpiratio, odor, fragrantia, quæ excitatur motu & agitatione. Et in ſtatu regiminis & affixorum רֵיחַ. Gen. 27. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri. Leuit. 1. Vt ſint holocauſtum ignitum odoris refocillationis ipſi Iehoua. Numeri 15. Ad faciendum odorem refocillationis ipſi Iehoua. Iob 14. Ab odore aquæ refloreſcet.

Et legitur figuratè pro fama & celebritate nominis. Exo. 5. Fœtere feciſtis odorem noſtrum in oculis Pharaonis. Et in numero duali רֵחַיִם, mola: duobus enim conſtat lapidibus, ſuperiore & inferiore: & habet nomen uel à uento, quem uelocitate curſus excitat: uel, quòd inſtar uenti capitur: uel, quòd farina, quæ molitur, odorẽ gratum ſpiret. Exo. 11. Vſq; ad primogenitum ancillæ, quæ eſt poſt molam. Num. 11. Aut molent in mola, aut tundãt in mortario. Deut. 24. Nemo tollat loco pignoris molam ſuperiorem & inferiorem. Videtur tamẽ hoc in loco רֵחַיִם ſignificare molam integram, hoc eſt, ſuperiorem & inferiorẽ molarem: ſed רֶכֶב inſtrumentum ad molam neceſſarium, & nõ lapidem inferiorem. Ieſ. 47. Tolle molam, & mole farinam. Ier. 25. Vocem ſponſi & ſponſæ, uocem molæ, & lumen lucernæ.

רוּחַ Spiritus: dicitur autem ſpiritus Hebręis de natura, ſeu re ſpirituali, quæ nec carnẽ, nec oſſa habet, idq; duplici ratione, uel actiuè, quæ ſcilicet ſpirat, agitat, & mouet: uel paſſiuè, quæ ſpiratur, agitatur & mouetur. Et generaliter magnam habet cognationem ſignificatione cum nominibus נְשָׁמָה & נָשַׁף נָשַׁב נֶפֶשׁ: dicitur autẽ de multis uarijs naturis ſeu rebus, ſicut ordine indicabimus.

Primò de ſpiritu, qui eſt natura Deus & tertia in diuinis perſona. Numeri 11. Et cùm requieuiſſet ſuper eos ſpiritus, prophetauerunt. Iob 26. Spiritus ipſius cœlos ornauit. Gen. 6. Non iudicabit ſpiritus meus cum homine amplius. Pſal. 139. Quò ibo à ſpiritu tuo? Ioelis 3. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem. Zach. 12. Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper ciues Ieruſalẽ ſpiritũ gratiæ & precum. Pſal. 51. Et ſpiritum ſanctum ne auferas à me. In his ſuperioribus exemplis uel ex adiuncto, uel ex relatiuo pronomine intelligi poteſt, quòd ſonẽt de ſpiritu ſancto. Sunt præterea loci alij, ubi huic nomini apponitur, uel אֱלֹהִים, uel יְהוָה, & tunc etiam intelligitur de ſpiritu ſancto. Gen. 1. Et ſpiritus dei incubabat ſuper facie aquarũ. Exo. 31. Repleui eum ſpiritu Dei, in ſapientia & intelligẽtia, in ſcientia & omni arte. Iudic. 3. Et factus eſt ſpiritus Iehoua ſuper ipſum, & iudicauit Iſrael. & cap. 13. Et cœpit ſpiritus Iehoua agitare eum. 1. Sam. 16. Et ſpiritus Iehoua receſſit ab eo. 1. Sam. 19. Et factus eſt ſpiritus dei ſuper nuncios Saulis, & prophetauerunt etiam ipſi. 2. Sam. 23. Spiritus Iehoua loquutus eſt per me, & ſermo eius ſuper lingua mea. Iob 33. Spiritus dei fecit me, & flatus Omnipotentis uiuificauit me. Ieſ. 11. Et quieſcet ſuper eum ſpiritus Iehoua, ſpiritus ſapientiæ & intelligẽtiæ, ſpiritus conſilij, &c. Ieſ. 40. Areſit gramen, emarceſcit flos, ſed quando ſpiritus Iehoua flat in ea. Et iterum: Quis ſtabiliuit ſpiritũ Iehoua. pro quo Paulus 1. Cor. 2. Quis cognouit mentem Iehoua. Micheæ 2. Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus Iehoua. Secundò, de ſpiritu, ſeu ſpirituali natura & ſubſtantia, ut ſunt angeli. Sic intelligunt hoc dictum 1. Regum 18. Et erit, cùm ego diſceſſero à te ut ſpiritus Iehoua tollat te in locum, quem ego neſcio, &c. de angelo à Domino ſubornato iuxta illud: Angelis ſuis mãdauit de te. & Pſal. 104. Qui fecit angelos ſuos ſpiritus.

Tertiò, de ſpiritu,ſcilicet malo: unde ſemper habet aliquod attributum,quod ſignificat de angelo malo intelligendum eſſe. Iudic. 9. Et miſit deus ſpiritum malum inter Abimelech & uiros Sichem. 1.Samuelis 16. Et perturbauit ſpiritus malus à Iehoua. Et iuxta hoc intellige quoque hoc dictum ibidem: Vnde factum eſt, cùm eſſet ſpiritus dei apud Saul,ſtatim accipiebat Dauid citharam,&c.id eſt, ſpiritus,ſcilicet à deo. 1.Regum 22. Et egreſſus eſt ſpiritus quidam,& ſtetit coram Iehoua,& dixit,ego perſuadebo ei: dixitq; Iehoua ad eum,in quo? & ille dixit,Ego egrediar,& ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Zachar. 13. Sed & prophetas,& ſpiritum immundum auferam de terra. Ex hoc loco in hiſtoria Euangeliſtarum diabolus ſæpè uocatur ſpiritus immundus. Ieſaiæ 29. Quia effudit ſuper uos Iehoua ſpiritum ſoporis, & obſtruxit oculos ueſtros, prophetas & primarios ueſtros uidentes excæcauit. Quartò, de ſpiritu hominis, ut eſt natura & ſubſtantia ſpiritualis à Deo cōditore homini inſufflata, qua uiuit, intelligit, & mouetur,&c. Iob 12. In cuius manu eſt anima omnis uiuētis, & ſpiritus omnis carnis cuiuslibet. & cap. 32. Sed ſpiritus eſt in homine, & flatus omnipotentis facit eos intelligentes. Pſalm. 22. In manus tuas commendo ſpiritum meum. Pſalm. 78. Recordatus eſt, quòd caro eſſent, ſpiritus uadens, & non rediens. Pſalm. 104. Abſtrahit ſpiritum eorum, & deficiunt, & in puluerem ſuum reuertuntur. Pſal. 146. Emigrat ſpiritus, & ipſe reuertitur in terram ſuam. Eccleſ. 12. Tunc reuertetur puluis in terram, ſicut prius fuit, & ſpiritus reuertetur ad deum, qui dedit illum. Zachar. 12. Qui format ſpiritum hominis intra ipſum. Ezechielis 37. Vaticinare ad ſpiritum, & dic ad ſpiritum, ſicut dicit Iehoua, à quatuor uētis ueni ſpiritus, & ſuffla in iſtos interfectos, ut uiuant: & uenit ſpiritus in eos, uixeruntq;, & ſteterunt ſuper pedes ſuos exercitus magnus ualde. Quintò, ponitur ſæpenumerò pro mente ſeu animo, ſiue mentis impetu. Prouerbiorum 1. Eructabo uobis ſpiritum meum. Gen. 26. Et fuerunt amaritudo ſpiritus ipſi Izhak & Rebeccæ. 1.Samuelis 1. Mulier perplexa ſpiritu ego. Geneſis 41. Et manè perculſus erat ſpiritus eius. Danielis 2. Habuit ſomnium Nabucadnezar, & perculſus eſt ſpiritu ſuo. Geneſis 45. Et reuixit ſpiritus Iacob patris ipſorum. Exod. 35. Et omnis, quem uoluntarium reddidit ſpiritus. Numeri 14. Quia fuit ſpiritus alius in eo. Deuteron. 2. Quoniam indurauit Iehoua deus tuus ſpiritum eius. Ioſue 2. Neque manſit erectus ſpiritus in ullo uiro à facie ueſtra. Pſalm. 32. In cuius ſpiritu non eſt impoſtura. Prouerbiorum 11. Qui fidelis eſt ſpiritu, celat uerbum. & cap. 29. Totum ſpiritū ſuum profert ſtultus. Eccleſ. 1. Et afflictio ſpiritus. Ezechielis 11. Et dabo uobis cor unum, & ſpiritum nouum intra uos. Pſalm. 51. Et ſpiritum rectum innoua intra me. Ezechielis 13. Væ prophetis fatuis, qui ambulant poſt ſpiritum ſuum. Pſalm. 34. Et contritos ſpiritu ſaluabit. Pſalm. 51. Sacrificia dei, ſpiritus fractus. 1.Paralipomen. 5. Suſcitauit deus Iſrael ſpiritum Pul regis Aſſur. 2.Paralipom. 21. Et excitauit Iehoua contra Iehorā ſpiritum Philiſtinorum. Eſdræ 1. Et excitauit Iehoua ſpiritum Cores regis Perſarū. 2.Regum 2. Fiat obſecro os duplex in ſpiritu tuo ſuper me. Sic accipitur aliquando pro animo commotiore. Exod. 6. Veruntamen non audierunt Moſen propter breuitatem ſpiritus. Num. 5. Aut cùm uirū peruaſerit ſpiritus æmulationis. 1.Reg. 10. Et non fuit in ea amplius ſpiritus, id eſt, non potuit ſe amplius continere. Prouerbiorum 14. Longus irarum multam habet intelligētiam, ſed breuis ſpiritu excitat ſtultitiam. Sextò, pro energia, uirtute, efficacia uiuificante & agitante: & opponitur carni. Ieſaiæ 31. Equi ipſorum ſunt caro, & non ſunt ſpiritus. Sic aliquando accipitur pro uirtute, uita animali. Iudic. 15. Et cùm Simſon bibiſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius. 1.Samuelis 30. Et dederunt ei fragmentum caricæ & duos uuarum palmites, & reuerſus eſt ſpiritus eius ad ipſum. Eccleſiaſt. 3. Euentus filiorum hominum, & euentus iumentorum unus eſt inter eos: nam ſicut ille moritur, ſic moritur illud, & ſpiritus unus eſt in omnibus. Et mox iterū: Quis cognoſcit ſpiritum filiorum hominum, num ille aſcendat ſurſum: & ſpiritum iumentorum, num ille deſcendat deorſum in terram.

Septimò,

Septimò, dicitur ſæpè de aere, ſeu uento elementari. Geneſis 3. Et audiuerunt uocem dei ambulantis in horto ad uẽtum diei, id eſt, ea diei parte, qua aura flaret. Geneſis 8. Et fecit Iehoua tranſire uentum ſuper terram. Exodi 10. Et Iehoua adduxit uentum Orientalem ſuper terram. 2. Samuelis 22. Et uiſus eſt ſuper alis uenti. 1. Reg. 18. Et factum eſt, ut cœli obſcurarentur nubibus & uento. 2. Regum 3. Non uidebitis, neque uentum, neque pluuiam. Iob 21. Erunt tanquàm ſtramen coram uento. Eccleſiaſt. 11. Qui obſeruat uentum, nunquàm ſeminabit. Ezechielis 5. Et diſpergam omnes reliquias tuas in omnem uentum. Accipitur tamen interdum ſingulari phraſi pro uanitate, euaneſcentia, à uento ſumpta metaphora, qui uanidus eſt. Iob 15. An ſapiens reſpondebit ſcientiam uenti. Eccleſiaſt. 5. Qui laborabit in uentum. Ieſaiæ 28. Et in uentum iudicium. Micheæ 2. Si eſſem uir ambulans ſpiritu, id eſt, uento, uanus.

Octauò, ſi conſtruitur cum nomine חַיִּים, tum accipitur pro uento ſeu flatu uitali. Gen. 6. Vt perdam uniuerſam carnem, in qua eſt ſpiritus uitæ ſub cœlo. & cap. 7. Omnia in quorum naribus eſt anhelitus ſpiritus uitæ, quæcq; erant in arida, mortua ſunt. Ezechielis 1. Et ſpiritus uitæ erat in rotis.

Nonò, ſi adiunctum habet nomen אַף, tum ſignificat anhelitum, qui eſt in naribus: & tã de deo dicitur per ἀνθρωποπάθειαν, quàm de hominibus. De deo. Exo. 15. Et per flatum narium tuorum coaceruatæ ſunt aquæ. 2. Samuelis 22. & Pſalm. 18. Et apparuerunt inundationes maris, & detecta ſunt fundamẽta orbis ab increpatione Iehoua, ab anhelitu ſpiritus naſi eius. Iob 4. Ab anhelitu Dei auferentur, à ſpiritu naſi eius conſumentur. De homine. Iob 27. Quamdiu halitus eſt in me, & ſpiritus dei in naſo meo, id eſt, ſpiritus à deo inſufflatus.

Decimò, ſi adiunctum habet uel פֶּה, uel שְׂפָתַיִם, tum ſignificat ſpiritum, id eſt, halitum, qui ex ore ſeu labiјs procedit. Pſalm. 33. Verbo Iehoua cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis exercitus eorum. Iob 15. Propaginẽ eius exiccabit flamma, & diſcedet ſpiritus oris ſui. Pſalm. 135. Non eſt ſpiritus in ore ipſorum. Ieſaiæ 11. Et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet improbum. Item aliquando ſine adiectis ſuprà dictis nominibus. Pſalm. 104. Emittis ſpiritum tuum, & creabuntur, renouabis faciem terræ. Iob 21. Spiritus meus nauſea eſt uxori meæ. Semel conſtruitur cum nomine בֶּטֶן, Iob 32. Plenus ſum uerborum, anguſtiam facit mihi ſpiritus uentris mei, id eſt, magna mea ſapientia, qua turgeo, & ſum inflatus. Et pluraliter רוּחוֹת, ſpiritus. Pſal. 104. Qui fecit angelos ſuos, ſpiritus. Numeri 16. Ceciderunt ſuper facies ſuas, dicentes: Deus, qui es deus ſpirituum omnis carnis. Prouerbiorũ 16. Et ſtabilit ſpiritus Iehoua. Et accipitur aliquoties pro plagis, ſeu partibus mundi, unde uenti oriuntur. 1. Paralip. 9. Ad quatuor uentos agebant excubias, ad Orientem, Occidentem, Septentrionem & Meridiem. Ieremiæ 49. Et adducam contra Elam quatuor uentos, à quatuor extremitatibus cœlorum. Ezechielis 37. A quatuor uentis ueni ſpiritus. Danielis 8. Aſcenderunt quatuor pro eo, ad quatuor uentos cœlorum. Legitur tamen רְוָחוֹת, Ieremiæ 49. Et diſperſi uos in
1459 omnes uentos iſtos.

**רוּם** Congruit ſignificatione cũ uerbis רָאַם & רמה רָמַם אָרַם, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient. Significant hæc omnia eleuationẽ ex loco ſeu cõditione humiliore ad ſuperiorem. Suntq; etiã gradus inter hæc tria רוּם נָשָׂא & גָּבַהּ, ut ſuo in loco indicabimus. Deuter. 8. Et eleuetur cor tuum, & obliuiſcaris Iehoua dei tui. Pſalm. 131. Neque eleuati ſunt oculi mei. Deuteron. 32. Manus noſtra eleuata eſt. 1. Samuelis 1. Eleuatum eſt cornu meum in Iehoua. Ieſaiæ 26. Iehoua, eleuata eſt manus tua. Pſalm. 57. Eleuare ſupra cœlos. Pſalm. 46. Eleuabor in gentibus. Ieſaię 52. Ecce prudenter aget ſeruus meus, eleuabitur, ſupportabitur, & ſublimabitur ualdè. Hîc habes tres gradus inter hæc tria uerba. Pſal. 27. Et nunc eleuabitur caput meum ſupra inimicos meos. Pſal. 89. Eleuabitur cornu noſtrum. Geneſis 7. Et eleuata eſt ſupra terram. Pſalm. 86. Et in iuſtitia tua eleuabuntur. Ieſa.

49. Et ſtratæ meæ eleuabuntur. Deut. 17. Abſque eleuari cor eius, id eſt, ne eleuetur cor eius. Ezech. 10. Ad eleuandum ſuper terram. Pſal. 12. Cùm eleuari uilitates filiorum hominum, id eſt, cùm eleuantur.

Participium præſens רם, elatus, eleuatus. Deuter. 1. Populus eleuatus, pluſquàm nos. Pſalm. 138. Quoniam eleuatus eſt Iehoua, & humile uidet. Ieſaiæ 2. Super omnem ſuperbum & elatum. & cap. 6. Sedēs ſuper thronum eleuatum & ſublimem. Ibi iterum cognoſcis gradus duos. Et pluraliter רמים. Deuteronom. 12. Super montes eleuatos. 2. Samuelis 22. Et oculi tui ſuper elatos. Iob 21. Et ipſe elatos iudicat. Pſalm. 78. Et ipſe ædificauit uelut excelſa, ſanctuarium ſuum. Ieſaiæ 2. Et ſupra omnes cedros eleuatas & ſublimes. Et iterum ibi uides diſcrimen inter hæc duo uerba. Et in ſtatu regiminis רמי. Ieſaiæ 10. Et eleuati ſtatura expulſi. Et in genere fœminino רמה, & habet accentum in poſteriore ſyllaba. Exod. 14. & Num. 15. In manu eleuata. Et pluraliter רמות. Pſal. 18. Et oculos elatos humiliabis. Prou. 6. Oculos elatos. Et interſerta aleph litera quieſcente ראמות. Prouer. 24. Eleuatæ ſunt ſtulto ſapientiæ.

In ſecunda coniugatione רומם, eleuauit, extulit, euexit. Ieſaiæ 1. Filios educaui & euexi. & cap. 23. Euexi uirgines. Ezechielis 31. Abyſſus eleuauit ipſum. Pſalm. 99. Eleuate Iehoua deum ueſtrum. Ieſaiæ 25. Iehoua deus meus es tu, eleuabo te. Oſeæ 11. Vnus non eleuaret ſe. Pſal. 27. In petram eleuabit me. Prouerbiorum 14. Iuſtitia eleuat Gentem. Pſalm. 75. Eleuabuntur cornua iuſti. Eſdræ 9. Ad eleuandum domum dei noſtri.

Participium præſens מרומם. 1. Samue. 2. Humiliat & ſubleuat. Et cum affixo. Pſal. 9. Qui eleuas me de portis mortis.

Participium præteritum מרומם. Nehemiæ 9. Benedicam nomini gloriæ tuæ, & eleuatum ſupra omnem benedictionem, & commendationem.

In tertia coniugatione הרים, eleuauit, extulit è loco ſeu conditione humiliore. 1. Regum 11. Et leuauit manum ſuam in regem. Leuitic. 2. Et eleuabit ſacerdos de oblatione recordationis eius. & cap. 6. Et leuabit cinerem, ſcilicet amouendo de loco humiliore. Geneſis 14. Leuaui manum meam ad Iehoua. Numeri 31. Omne aurum leuandæ eleuauerunt ipſi Iehoua. 1. Paralipom. 30. Quia Ezechias rex Iuda eleuauit aggregationi Iſrael mille iuuencos, &c. & Principes eleuauerunt multitudini. Exod. 14. Et tu leua uirgam tuam. Numeri 18. Et eleuabitis ex ea leuandam Iehoua. Ieſaiæ 58. Quaſi tuba eleua uocem. Pſalm. 74. Leua pedes tuos. Ieſaiæ 57. Eleuate offendiculum. & cap. 14. Eleuabo thronum tuum. Pſal. 110. Propterea eleuabit caput. 1. Sam. 2. Et eleuabit cornu Chriſti ſui. Eſdræ 3. Eleuando uocem. Numeri 18. In eleuando uos adipem eius.

Participium præſens מרים. Pſalm. 3. Eleuans caput meum. Prou. 14. Et breuis ſpiritu eleuat ſtultitiam, id eſt, præbet conſpicuam. Et pluraliter in ſtatu regiminis מרימי. Oſeæ 11. Et ero illis ſicut eleuantes iugum in maxilla eorum. Et cum affixo. Ieſaiæ 10. Et eleuantes eam, ſicut qui eleuat baculum, non arborem.

In uoce paſſiua הורם. Exod. 29. Et quæ eleuata eſt de ariete. Leuit. 4. Quemadmodum eleuatum eſt de boue. Danielis 8. Et ab eo leuatum eſt iuge, id eſt, ablatum, ſublatum.

In quarta coniugatione legitur irregulariter, & defectiuè הרומו. Num. 16. Leuate uos è medio aggregationis huius, & abite, **macht euch auff/hebt euch dauon.** Ieſaiæ 33. Nunc eleuabor. Ezech. 10. Et eleuati ſunt ipſi Cherubim. Et iterum: Eleuabantur à terra. Legitur tamen ſemel perfectè & regulariter, Dan. 11. Et eleuabit ſe, & magnificabit ſe ſupra omnem deum.

INDE NOMINA:

רם Eleuatus, elatus. Vide ſuprà in participio præſenti primæ coniugationis.

רום Elatio, eleuatio. Habakuk 3. Eleuatio manus ſuas ſuſtulit. Et in genere fœminino רומה. Micheæ 2. Et non ibitis in elatione, id eſt, elatè.

Elatio

רוּם Elatio, eleuatio, nomen infinitum. Prouerbiorum 21. Elatio oculorum, & dilatatio cordis. & cap.25. Cœlum eſt in eleuatione, & terra in profunditate, at corregum abſque perueſtigatione. Ieſaiæ 2. Et curuabitur elatio uirorum. & cap.10. Et ſuper magnificentiam elationis oculorum eius. Et רֻם. Ieremiæ 49. Et elationem cordis eius.

רָמָה Idem quod בָּמָה, altare ſeu ædificium eleuatum, quod ſcriptura Excelſum uocat. Ezech. 16. Et feciſti tibi Excelſum. Et cum affixo רָמָתֵךְ. Ezech.16. In omni initio uiæ ædificaſti Excelſum tuum. Et iterum: Et Excelſum tuum feciſti. Et pluraliter רָמוֹת. Ezech.16. Et diruent Excelſa tua.

רָמוּת Eleuatio. Ezech.32. Et implebo ualles eleuatione tua, id eſt ſtatura tua excelſa.

רֹמְמוּת Eleuatio. Ieſaiæ 33. A uoce tumultus fugerunt populi, ab eleuatione tua diſſipatæ ſunt Gentes.

מָרוֹם Elatus, eleuatus, excelſus. Ieſaię 22. Excidens in Excelſo ſepulchrum ſuum. & cap. 24. Super thronum excelſum in excelſo. Pſalm.10. Excelſum iudicia tua. Pſal.92. Tu excelſus in æternum Iehoua. Pſalm.93. Fortis in excelſo Iehoua. In ſtatu regiminis מְרוֹם. 2. Reg.19. & Ieſaiæ 37. Ego aſcendi excelſum montium, id eſt, celſitudinem montium. Ieremiæ 49. Qui apprehendis celſitudinem collis. Et pluraliter מְרוֹמִים. Ieſa.33. Ipſe excelſa habitat. Prou.8. In uertice Excelſorum. Eccle.10. Poſitus ſtultus in excelſis multis, id eſt, dignitatibus. In ſtatu regiminis מְרוֹמֵי. Iudic.5. Et Naphthali ſuper excelſis agri. Prouer. 9. Vocabit ad ſummitates excelſorum ciuitatis. Et cum affixo. Iob 25. Faciens pacem in excelſis eius.

תְּרוּמָה Eleuatio, id eſt oblatio, quam aliquis de bonis ſuis deo dicabat: & cùm offerretur, in altum eleuabatur: unde ab illo ritu nomen accepit: poteris leuandam uertere. Chaldæus paraphraſtes tales oblationes uertit אַפְרָשׁוּתָא, quòd eſſent ſeparatæ à cõmuni uſu. Hinc Rabinus quidam Pragæ transferebat mihi, ein abſcheidung. Et donaria illa, quæ parietibus, & columnis templi ornatus cauſa ſuſpendebãtur, anathemata dicta ſunt Lucæ 21. Sed uidebimus exempla. Exo.25. Loquere ad filios Iſrael, ut accipiant mihi leuandam ab omni uiro, qui uoluntarium exhibuerit cor ſuum, accipietis leuandam meam. Hæc eſt autem leuanda, quam accipietis ab eis, aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, purpuram, & coccum bis tinctam, & linum, & pilos caprarum, &c. & cap.29. Et armum leuandę. Ieſa.40. Pauper pro leuanda, lignum, quod non putreſcet, ſibi eliget. Malach.3. Decima & leuanda.

Et ſemel legitur תְּרוּמִיָּה, Eze.48. Eritq; illis leuanda de leuanda terræ. Et in ſtatu regiminis תְּרוּמַת. Exo.30. A filio uiginti annorũ, & ſuprà dabitur leuanda Iehoua. Deut.12. Adducetis illuc holocauſta ueſtra, & ſacrificia ueſtra, & decimas ueſtras, & leuandam manus ueſtræ, & uota ueſtra, & uoluntaria ueſtra, & primogenita boum ueſtrorum, & ouium ueſtrarum. In ſtatu affixorum תְּרוּמָתִי. Exo.25. Accipietis leuandam meam. & cap.29. Et de ſacrificijs eorum leuanda eorum ipſi Iehoua. Et pluraliter תְּרוּמוֹת. Num.18. Et loquutus eſt Iehoua ad Aaronem: Et ego ecce dedi tibi cuſtodiam leuandarum mearum de omnibus ſanctificatis filiorum Iſrael: tibi, inquam, dedi eas propter unctionem, & filijs tuis in ſtatutũ æternitatis. 2.Sam.1. Et agros leuandarum. Prouerbiorum 29. Et uir leuandarum euertit eum, id eſt munerum.

רָמָה Nomen loci & ciuitatis, fortaſsè ab altitudine, in tribu Beniamin. Iere.31. Vox in
1460 Rama audita eſt. Sunt & alia oppida huius nominis.

## רון

Ouauit: congruitq; ſignificatione cum uerbis רָנַן רָנָה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi differant. Prouerb.29. Et iuſtus ouabit, & lætabitur.

1461
## רוע

In prima coniugatione non eſt uſitatũ, ſed in cæteris: & ſignificat uoce plena & læta perſonare, ſiue id fiat inſtrumẽto oris, ſiue tubę aut buccinæ: differtq; modo tantũ ſignificãdi à uerbo רָנָה, atq; cenſeo uerbũ Latinũ triũpho inde mutuatũ,

in quantum eſt uocis, non ut nunc Latini abutuntur pro triumphum agere de reportata uictoria, exhibere ſpectaculũ uictoriæ: quare cùm magis proprium nunc non habeamus, eo utemur in uerſione.

In ſecunda coniugatione paſſiuæ uocis הוּרַע. Ieſaiæ 15. Et in uineis non ouabitur, nec triumphabitur.

In tertia coniugatione הֵרִיעַ. Numeri 10. Imprimetis, ſed non triumphabitis. Et mox iterum: Et triumphabitis in buccinis. Ioſue 5. Triumphabũt populus triumpho magno. & cap. 6. Et triumphauit populus, & impreſſerunt in tubas. Iudicum 15. Et Philiſtæi triumphabant in occurſum eius. Iob 30. Triumphabant ſuper illos tanquàm furem. Iob 38. Cùm ouarent pariter ſtellæ manè, & triumpharent omnes filij Dei. Pſal. 41. Non triumphet inimicus meus contra me. Pſal. 95. Triumphabimus Petræ ſalutis noſtræ, Zach. 9. Exulta uehementer filia Zion, triumpha filia Ieruſalem. Ieſaiæ 15. Propterea turma Moab triumphabunt. Micheæ 4. Nunc quare triumphas pro amico: uel ſic, Triumphas triumphatione. Semel pro triſti uociferatione ſeu perſonatione uſurpatur, Iudic. 7. Et cucurrit uniuerſa turma, & uociferati ſunt & fugerunt.

Participium præſens מְרִיעִים. Eſdræ 3. Nam populus triumphabant triumpho magno.

In quarta coniugatione הִתְרוֹעֵעַ. Pſal. 60. Ad me Palæſtina triumpha. & Pſal. 108. Super Palæſtina triumphabo. Pſal. 65. Iubilabunt & triumphabunt.

INDE NOMINA:

רֵעֹה Triumphus, triumphatio. Exod. 32. Et audiuit Ioſua uocem populi cum triumphatione, dixitq; ad Moſen, uox belli eſt in caſtris.

תְּרוּעָה Triumphus, triumphatio: & eſt uocis, non pompæ ſeu ſpectaculi. Leuit. 23. Et facies tranſire tubam triumphationis in menſe ſeptimo. Numeri 10. Et imprimetis triumphum, & proficiſcentur caſtra, & figetis triumphum ſecundum. Et iterum: Triumphum imprimẽt ad profectionem ipſorum. cap. 29. Dies triumphi erit uobis. & cap. 31. Et buccinas triumphationis in manu eius. 2. Samuelis 6. Adducebãt arcam Iehoua in triumpho, & uoce tubæ. Eſdræ 3. Et multi cum triumpho & lætitia eleuãdo uocem. Iob 8. Donec impleat riſu os tuum & labia tua triumpho. cap. 33. Oſtendet faciem ſuam cum triumphatione. Pſal. 33. Benedicite cum triumpho. Pſal. 47. Aſcendit Deus cum triumpho. Pſal. 150. Laudate eum in cymbalis triumphationis. Et in ſtatu regiminis תְּרוּעַת. Num. 23. Iehoua deus eius eſt cum eo, & triumphus regis eſt cum eo. complectitur autem iſto nomine hîc totum apparatum regium. Eſdræ 3. Et populus non poterat cognoſcere uocem triumphi læ-

1462 titiæ, præ uoce fletus populi. Iere. 4. Audiuiſti anima mea triumphationem belli.

רוף Legitur uerbaliter tantùm ſemel in ſecunda coniugatione רוֹפַף, & ſignificat contundi, conteri concuſſione, Iob 26. Columnæ cœli concutientur, & obſtupeſcent ab increpatione tua.

INDE NOMINA:

רִיפוֹת Contuſiones, contritiones, tritica, grana ſeu legumina, quæ tunduntur ex ſiliquis. 2. Sam. 17. Et expandit ſuper eum legumina trita. Prouerb. 27. Si contuderis ſtultum in mortario inter legumina, non diſcedet ſtultitia ab eo.

תְּרוּפָה Contritio, contuſio. Ezech. 47. Et erit fructus eius in cibum, & folium eius pro

1463 contritione, id eſt, medebitur contritioni.

רוץ Cucurrit, accurrit: & importat ſimul inclinationem, promptitudinem, pronitatem, propenſionem: cõgruitq; ſignificatione cum uerbis שָׁרַץ & רָצָה רָצָא רָצַץ, niſi quòd ut forma parum, ita modo tantùm ſignificãdi inter ſe diſcrepent: hoc uerbum רוץ attribuitur corpori. Gen. 18. Et ad armentum cucurrit Abram. 2. Sam. 18. Ego curram, & dixit ei, curre, & cucurrit. 2. Sam. 22. & Pſalm. 18. In te incurſionem faciam expeditus. Pſal. 59. Sine iniquitate concurrent, id eſt culpa. Ieſaiæ 42. Neq; reſtrictus erit, neq; procurret, ut ponat in terra iudiciũ, i. ſeruabit medium ſeu

modum

modum & tempus,neque ceſſator erit,neque præceps.

Participium præſens רָץ,quod tamen ſæpe accipitur nominaliter. 2.Sam.18. Quare ergo tu curris fili mi.Et mox iterum: Et uidit Naaman uirum currentem.Iob 9. Dies mei leuiores curſore.Ierem. 51.Curſor obuiàm curſori currit. Et pluraliter רָצִים.1. Regum 1. Quinquaginta erant uiri curſores ante ipſum.2.Paral.30.Et abierunt curſores cum Epiſtolis. Item רָצִין more Chaldæo.2.Reg.11.Audiuit Athália uocem currentium ex populo.

In tertia coniugatione הֵרִיץ, quando poſt ſe regit accuſatiuū nominis, uel pronominis, uſurpatur tranſitiuè, aliàs abſolutè & neutraliter. Et notat celeritatem actionis eius perſonæ uel rei,de qua dicitur. Iudic.9. Deiecit quædam mulier fragmentum lapidis molaris ſuper caput Abimelech, & conculcauit caput eius, ſcilicet celeriter,id eſt,concuſſit ruendo cranium eius.Gen.41.Et currere fecerūt eum de fouea,& adduxerunt eum,id eſt extraxerunt eum celeriter. Ierem.49.Et quando quietem fecero,currere faciam ipſum ab ea, id eſt, remouebo ſtatim eum. Pſal. 68.Æthiopia currere faciet manus ſuas ad Deum, id eſt, extendet celeriter manus ſuas.1.Sam.17.Tolle pro fratribus tuis,&c. & currere fac in caſtra fratribus tuis, id eſt,curriculo defer. 2.Paral.35.Et quæ ſanctificata erāt,coxerūt in ollis, lebetibus, & caldarijs,& currere fecerūt ad omnes filios populi, id eſt, curriculo detulerunt.

In quarta coniugatione הִתְרוֹצֵץ. Geneſ.25. Et concurrebant inuicem filij intra ipſam,id eſt collidebant,conculcabant ſe.

INDE NOMINA:

מֵרוֹץ Curſus.Eccleſ.9.Quoniam non eſt leuium curſus,neq; fortium bellum. Et in forma fœminina מְרוּצָה,curſus,idq; bifariàm:Paſſiuè,id eſt oppreſſio,conculcatio.Iere 22.Super effuſione ſanguinis innocentis, & ſuper calūnia & oppreſſione ut facias. In ſtatu regiminis מְרֻצַת, actiuè.2.Reg.18.Video curſum primi, quaſi ſit curſus Achimaaz. Similiter cum affixis. Iere.8.Quiſq; reuerſus eſt in curſum ſuum. & cap.23.Et fuit curſus ipſorum malus.

אֶרֶץ A currendo, quòd in ea curratur, ſeu quòd ſit oppreſſa, & infimum omnium elementorum, adq; eam inclinent, & tendant grauia quæq;, imò etiam quòd curſus aliorum Elementorum ſit circa eam.Et generaliter ſignificat omnem terram ſiue informem & uacuam,ſiue diſtinctam & repletam creaturis,puram ſiue impuram, habitabilem,ſiue inhabitabilem.Gen.1.In principio creauit deus cœlum & terrā, & terra erat uaſta & uacua. Et iterum,ſed ſpecialiùs: Et uocauit Deus aridam, terram.Item:Germinet terra germen cuius ſemen ſit ſuper terra.& ca.18. Et benedicentur in eo omnes Gentes terrę. Vſurpatur adhuc ſpecialiùs pro peculiari aliqua terra,loco ſeu territorio,Germanicè ein land.Pſal.35. Et ſuper māſuetos terræ.Ieſ.14.Omnes hirci terræ. Aliquādo pro loco imo ſeu infimo, ſicut cœli uocabulū ſæpè pro loco ſupremo ponitur.Pſal.148.Magnificētia eius eſt ſupra terrā & cœlos.Ezech.1.Et ecce rota una in terra. Inſuper ſæpè continens pro contento. 1.Sam.14.Turbauit pater meus terrā.& cap.27.Et percuſſit Dauid terram,& non permiſit uiuere,neq; uirum,neq; mulierem.Prou.28.Propter tranſgreſſionem terrę,multi ſunt ei principes.& ca.30.Vt comedant pauperes de terra. Notabis autem,q; in diſtinctione ſententiæ,& præpoſitis literis,hoc memoriali בּוֹזְלַת comprehenſis ſeruet aliquādo prius ſægol inuariatum,interdū uerò mutet in cametz.

Deinde ſi ה in fine habuerit appenſum,motum ad locum denotans אַרְצָה, ſemper mutet prius in pathah,& alterum in ſeua.Gen.19.Et profectus eſt inde Abraham ad terram Auſtralem.& cap.24.Et incuruauit ſe in terrām. Similiter habet in ſtatu affixorum. Et pluraliter אֲרָצוֹת.Ier.28. Adprophetauerunt ad terras multas.Pſal.107.Et de terris congregauit eos. Et in ſtatu regiminis אַרְצוֹת. Pſal.105. Et dedit eis terras Gentium.Pſalm.116.In terris uiuentium.

1464

רוּשׁ Excuſſus,deſtitutus fuit poſſeſſione,ſeu hæreditate, exterminatus fuit:& ſignificatione congruit cum רָשַׁשׁ. Item cum uerbis יָרַשׁ & גָּרַשׁ, in uoce paſſiua.

Pſal.

Pſalm.34.Leunculi exterminati ſunt & eſurient,ſed quærentes Iehoua non defici ent omni bono.

In ſecunda cõiugatione הוֹרִישׁ, exterminio deleuit,exterminauit.Ieremiæ 5. Comedet uitem tuam,& ficum tuã,& exterminabit ciuitates munitionis tuæ, in quibus tu confidis, gladio, id eſt, ut non amplius habitentur,aut ſint poſſeſſiones & hæreditates in illis.

In quarta coniugatione legitur participium מִתְרוֹשֵׁשׁ. Prouerbior. 13. Eſt qui ſe diuitem iactat,& nihil habet omnino,& qui pauperem ſe eſſe ſimulat, & facultatem multam.

INDE NOMINA:

רָשׁ Nomen participiale,pauper,qui eſt extra poſſeſsionem ſeu hæreditatem, neque poſſeſsionem neque hæreditatem habet.Latinè exprimi non poteſt, ideo pauperis uoce oportet interpretari.1.Samuelis 18. Quoniam uir pauper & uilis. Pſalm. 82.Afflictum & pauperẽ iuſtificate. Prou.18. Suppliciter loquitur pauper.& cap. 28.Et qui dat pauperi,nõ eſt defectus. Et ibidẽ iterũ,adiectiuè:Vir pauper defraudans exhauſtos. Et pluraliter רָשִׁים. Prouer.22. Diues in pauperes dominatur.

רָאשׁ Pauper.2.Samuelis 12.Duo uiri erant in ciuitate una,unus diues, alter pauper, & pauperi nihil erat quicquam, niſi ouis una paruula. Prouerbiorum 10. Pauperem efficit manus impoſturæ.Alij tamen pro abſtracto ſumunt, & ita interpretantur: Paupertatem efficit manus doloſa. Et pluraliter רָאשִׁים. Prouerbiorum 13. Multum edulij in ſulcis pauperum.

רֵאשׁ Paupertas.Prou.30.Paupertatem & diuitias ne dederis mihi. Et cũ affixo manet inuariatum.Prou.6.Et ueniet ſicut uiator paupertas tua.

רֵישׁ Paupertas.Prou.13.Paupertas & ignominia illi, qui euacuat diſciplinã. Similiter cum affixo.Prou.10.Sed conſternatio exhauſtorum paupertas ipſorum.

רִישׁ Paupertas.Prou.28.Qui colit terram ſuã,ſatiabitur pane:ſed qui ſectatur ocia, ſatiabitur paupertate. Et cum affixo manet inuariatum.Prouerbiorum 31.Bibet,
1465 & obliuiſcetur paupertatis ſuæ.

רזה Attenuauit,macilentum reddidit.Zophon.2.Terribilis Iehoua ſuper illos, qui attenuauit omnes deos terræ.

In uoce paſſiua יִרְזֶה. Ieſaiæ 17. Et pinguedo carnis eius attenuabitur.

INDE NOMINA:

רָזָה Nomen adiectiuũ fœminini generis,& opponitur nominibus בְּרִיאָה & שְׁמֵנָה. Numeri 13.Qualis ſit terra,pinguis'ne,an tenuis.Ezechielis 34.Inter pecus pingue,& inter pecus tenue.

רָזִי Tenuitas,macilentia.Ieſ.24.Ab extremitate terræ audiuimus Pſalmos,iucunditatem iuſto:& dixi,tenuitas mihi,tenuitas mihi,uæ mihi.

רָזוֹן Tenuitas,macies,macilentia.Pſalm. 106. Et miſit tenuitatem in animam ipſorum, id eſt,faſtidium.Prouerbiorum 14.Et ubi non eſt populus,timor tenuitatis, id eſt, ibi metuenda eſt tenuitas.Ieſaiæ 10.Mittet ſuſtentator Iehoua exercituum in pingues eius tenuitatem.Mich.6.Et modius tenuitatis,indignatio.

אֶרֶז Cedrus,à gracilitate & proceritate. Vide ſuprà ſuo in loco.

תִּרְזָה Cedri ſpecies,à tenuitate,quia procera,& tamen gracilis,non frondoſa,nec reſina
1466 pinguis,ein thanne. Ieſaię 44. Tulit pinum,& ilicem.

רזח Inde deriuatum eſt nomen מַרְזֵחַ, coctio,elixatio, qualis fiebat in exequijs mortuorum:unde pro taberna tranſtulerunt. Et uidetur ſignificatione cognationẽ habere cum רתח & רזה. Ieremię 16.Ne ingredieris in domum coctionis, neq; abeas ad plangendum.

INDE NOMEN,

מִרְזַח Coctio.Amos 6.Et auferetur coctio extenſionum,ſeu ſuperfluitatum.

1467

רָזַם Annuit. Chaldęus Paraphraſtes uerbum Hebręum, uerbo רְמַז interpretatus eſt, Prouerbiorum 6. Et uerbum hoc רָזַם in Rabinorum ſcriptis ponitur pro an-

annuere. Autumo ego ſignificatione cōgruere cum uerbis רָזָה & זָרַם ,זָמַר, & ut literarum poſitu, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe differre: hæc enim tria celerem & raptum motum important. Legitur tantùm ſemel Iob 15. Quid occupat te cor tuum, & quid nictant oculi tui, ſcilicet ſubtiliter.

1468 רוֹזְנִים Quantum ex locorum conſideratione & circunſtantijs ſumi poteſt, proximum gradum poſt regem obtinuerunt, quales ſunt in regum aulis conſiliarij, iuriſperiti, legislatores. Interpretes uerterunt principes. Iudic. 5. Audite reges, auſculta te principes. Pſal. 2. Statuerunt ſe reges terræ, & principes conſultauerunt pariter. Prouerb. 8. Per me reges regnant, & principes conſtituunt iura. & cap. 31. Non regibus bibere uinū, neq; principibus ſiceram. Ieſaiæ 40. Qui ponit principes in nihilum, iudices terræ uelut inane facit. Habakuk 1. Et ipſe contra reges contemptorem ſe declarabit, & principes ludibrio ſunt illi. Si etymologiam ſpectaueris, dicuntur, quòd gracilem habent intellectum, & ſubtilē in iudicandis cauſis & negocijs, in decidendis cauſis forenſibus. Et ut שָׂרִים adhibebantur à regibus ad menſuratam officiorum in aula adminiſtrationē ſuper piſtores, pincernas, lanios, captiuos, tributa, pecora, militiam: ita רֹזְנִים tantùm adhibebantur conſultationibus, & deliberationibus grauioribus, & condebant etiam iura & leges.

1469 רָחַב Latum factum eſt, dilatatum eſt, neutraliter. Et congruit ſignificatione cū uerbis רָחַף & רחב חָרַב פָּרַח בָּרַח, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Et opponitur uerbo צרר. 1. Sam. 2. Dilatatum eſt os meum. Ad huius dicti imitationem dixit Paulus 2. Corin. 6. Cor noſtrum dilatatum eſt, non eſtis anguſti in nobis, &c. Ieſaiæ 60. Obſtupeſcet & dilatabitur cor tuum. Ezech. 41. Et dilatabatur & circuibat ſupernè.

In uoce paſſiua legitur participium נִרְחָב. Ieſaiæ 30. Et depaſces pecus tuum in die illa paſcuum latum.

In tertia coniugatione הִרְחִיב. Et trāſitiuè uſurpatur, ſi regit poſt ſe accuſatiuum: aliàs, neutraliter. Exod. 34. Et dilatabo terminum tuum. Pſalm. 82. Dilata os tuum. Micheæ 1. Dilata caluitium tuum. Habakuk 2. Qui dilatauit uelut infernus, animam ſuam. Pſalm. 25. Anguſtiæ cordis mei dilatatæ ſunt. Ieſaiæ 30. Tophthe etiam ipſi regi decreta, profundata eſt, dilatata eſt. Geneſ. 26. Et uocauit nomen eius latitudines: quia nunc dilatationem fecit Iehoua nobis. Prouerb. 18. Donum hominis latum faciet illi. Pſalm. 4. In anguſtia latum feciſti mihi, id eſt, conſolatus es me, liberaſti me, quia ut triſtitia contrahit cor, ita gaudium, & liberatio dilatant frōtem, & conſolantur cor: iuxta illud Salomonis dictum, Prouerb. 15. Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deijcietur ſpiritus. Sic ſolet Paulus Apoſtolus ſæpè opponere hæc duo, anguſtiam & latitudinem: ut 2. Corinth. 1. Qui conſolatur nos in omni anguſtia noſtra, &c.

INDE NOMINA:

רָחָב Latus, nomen adiectiuum maſculini generis. Iob 30. Sicut eruptio lata uenient.

Et in ſtatu regiminis רְחַב. Prouerb. 28. Latus anima, excitabit contentionem. Pſalm. 101. Elatum oculis, & latum corde, ipſum non feram. Ponitur tamen ſemel in abſtracto, Prouerb. 21. Altitudo oculorum, & latitudo cordis. Et pluraliter in ſtatu regiminis רַחֲבֵי. Iob 38. Vſq; ad latitudines terræ. Ieſaiæ 33. Locus fluuiorū, aquæductuum latorum manuum, id eſt utrinque. Et in genere fœminino רְחָבָה. Exo. 3. Ad terram bonam & latam. Pſal. 119. Latum mandatum tuum nimis. Legitur tamen abſtractiuè. Pſal. 119. Et ambulabo in latitudine, id eſt, lætitia. Et in ſtatu regiminis רַחֲבַת. Ieſaiæ 22. Ad terram latam manuum.

רַחַב Latitudo, relaxatio, Græcè ἄνεσις: & opponitur nomini Hebræo צָרָה, & Græco θλῖψις. Iob 36. Atque etiam remoui te ab ore anguſtiæ in latitudinem. Sic quoque Paulus eſt uſus 2. Corin. 2. Non habui relaxationem in ſpiritu meo. Item 2. Cor. 8. Ne alijs ſit relaxatio, uobis autem anguſtia. 2. Theſſa. 1. Et uobis qui affligimini relaxationem nobiſcum, &c.

רֹחַב Latitudo. Exod. 26. Latitudo tabulæ unius. 1. Regum 4. Et dedit deus ſapientiam Salomo-

Salomoni, & intelligentiam multam ualde, & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris. Et in ſtatu affixorum mutat holē in cametz ſimplex, uel hatephcametz. Gen. 6. Quinquaginta cubitorum latitudo eius. Exo. 25. Et dimidium cubiti latitudo eius. Ezech. 42. Sic latitudo eorum.

רְחֹב Platea, à latitudine. Gen. 19. In platea pernoctabimus. Nehem. 8. Et in platea portæ aquarum. Et pluraliter רְחֹבוֹת. Amos 5. In omnibus plateis planctus. Zacha. 8. Et plateæ ciuitatis implebuntur pueris. Thren. 4. In plateis noſtris.

מֶרְחָב Latitudo. Pſal. 18. Et eduxit me in latitudinem. Pſal. 31. Statuiſti in latitudinem pedes meos. Et pluraliter ſtatus regiminis מֶרְחֲבֵי. Habakuk 1. Qui ambulat in latitudines terræ.

1470 רָחֵל Ouis. Et eſt nomen ſpeciei, & ſexus fœminei. Ieſaiæ 53. Et ſicut ouis, quæ coram tondentibus obmuteſcit. Et pluraliter רְחֵלִים. Gen. 32. Oues ducentas, & arietes uiginti. Cant. 6. Dentes tui ſicut grex ouium, quæ aſcenderunt de lotione. Et cum affixo nihil mutat. Gen. 31. Oues tuæ & capræ tuæ non abortierunt.

1471 רָחַם In prima cōiugatione ſemel legitur, & ſignificat propriè, ſi ita liceret dicere, Inuiſcerauit, intra uiſcera introcluſit, ſummo, ac intimo amoris affectu tactus erga aliquem, quem deus hominum uiſceribus indidit. Pſal. 18. Inuiſcerabo te Iehoua fortitudo mea, id eſt intimis uiſceribus meis amplectar te.

In ſecunda cōiugatione רִחַם, inuiſcerauit aliquem, intimo commiſerationis affectu aliquem proſequutus ſeu amplexus eſt, quo uidelicet uulua ſeu matrix ſolet concipere, complecti, fouere, alere, tueri, & conſeruare fœtum. Atq; ut literarum inuerſione, ita ſignificatione aduerſatur uerbo חָרַם, quod deuouere, excommunicare ab uſu & conſuetudine communi hominū, & è medio tollere ſine omni commiſeratione ſignificat. In nouo Teſtamento redditū eſt uerbo Græco σπλαγχνίζομαι. Ier. 42. Et dabo uobis uiſcera, & commiſerebitur uos. Deut. 33. Cōmiſerebor quemcunq; commiſerebor. Ieſa. 9. Et uiduas eius nō commiſerebitur. & cap. 13. Et fructum uentris non cōmiſerebuntur. & cap. 49. Num obliuiſcetur mulier infantis ſui, ne commiſereatur filium uteri ſui. Zach. 1. Iehoua exercituum uſquequò tu non commiſereberis Ieruſalem. Habakuk 3. In ira commiſereri, id eſt, commiſeratio. Pſal. 103. Secundum commiſereri patrem erga liberos, ita commiſerebitur Iehoua ſuper timentes eum. Matthæi interpres ita reddidit cap. 9. Cùm autem Ieſus uidiſſet turbas, affectu miſericordię tactus eſt erga illos. Et Lucas cap. 15. Vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, &c.

Participium præſens מְרַחֵם. Pſal. 116. Deus noſter commiſeretur. Ieſaiæ 49. Qui commiſerans eos, ducet illos. & cap. 54. Dixit commiſerans te Iehoua.

In uoce paſſiua רֻחַם. Oſeæ 1. Voca nomen eius non commiſerata. & cap. 2. Qui in te commiſerebitur pupillus. Prou. 28. Qui autem confitebitur, & derelinquit, commiſerebitur, id eſt, miſericordiam conſequetur.

INDE NOMINA:

רֶחֶם Matrix, aliàs etiam pia mater dicta. Nam ut panniculus ille tenuior firmans ac tegens cerebrum, maternam cuſtodiam cerebro impendit ne lædatur, ideo piæ matris nomen adeptus eſt, ita panniculus matricis, quia illi alteri, & materia & officio eſt ſimilis, etiam Hebræis iſto nomine רֶחֶם pia mater dicitur. Iudico autē ipſum uerbum ac cætera quoq; nomina ab iſto nomine רֶחֶם eſſe deriuata. Gen. 20. Concludendo cōcluſit Iehoua omnem matricem domus Abimelech. Exo. 34. Omnis apertio matricis mea eſt. Iob 3. Quare non à matrice mortuus ſum. Iere. 5. A matrice ſanctificaui te. Oſeæ 10. Da eis matricem abortientem, & ubera arentia. Pſalm. 110. Ex matrice auroræ tibi ros, pueritia tua, id eſt, ut ex matrice auroræ ros, ita eſt pueritia tua, id eſt, pueri tui. Sumitur ſemel pro miſericordia, Iob 24. Obliuiſcetur eius matrix, id eſt, ipſa miſericordia. Et in diſtinctione ſententiæ, רָחֶם. Ierem. 20. Quòd non occidiſti me à matrice. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, & alterum in ſeua. Geneſ. 29. Et aperuit matricem eius. 1. Sam. 1. Et Iehoua concluſerat matricem eius. Iere. 20. Et matrix eius eſt conceptus perpetuitatis.

Matrix

רֶחֶם Matrix:& ſynecdochicè,& poeticè pars pro toto,i.pro puella.Et dualiter רַחֲמָתַיִם. Vtrunq; legitur Iudicum 5.An non inueniẽtes diuidẽt ſpolium,matricem,& duas matrices capiti uiri,id eſt unã uel duas matrices ſeu puellas. Et in diſtinctione ſententiæ רָחַם.Prouerbiorum 30.Infernus,& clauſura matricis.Ieſaiæ 46.Portami ni à matrice.

רַחוּם Attributum dei,miſerator, cõmiſerator,miſericors.Exo.34.Et uocauit Iehoua, Iehoua deus miſerator & gratioſus.Deut.4.Quia deus miſerator Iehoua deus tuus.

רַחֲמָנִיּוֹת Threnorum 4.Manus mulierum miſericordium cõxerunt infantes ſuos.

רַחֵם Nomen infinitum,commiſeratio,miſericordia. Habakuk 3. In ira commiſeratio.

Et pluraliter רַחֲמִים. Geneſ. 43.Et deus omnipotens dabit uobis miſericordias. Pſalm.103.Qui coronat te pietate & miſericordijs.Ieſ.54.Et in miſerationibus magnis congregabo te. Et in ſtatu regiminis רַחֲמֵי. Prouerbiorum 12.Et cõmiſerationes improbi ſunt crudelitas,id eſt utcunque improbus miſericors eſt, tamen ea miſericordia eſt crudelitas. Et ſimiliter cum affixis.1.Reg.3.Quia aduſta ſunt uiſcera eius ſuper filio ſuo.Pſalm.51.Et ſecundũ multitudinẽ cõmiſerationũ tuarum dele tranſgreſſiones meas.Amos 1.Propterea quòd perſequutus eſt gladio fratrẽ ſuum,& perdidit uiſcera eius,id eſt infantes. Eſt & hîc notandũ,quod tam in Euangeliſtis,quàm Apoſtolorum ſcriptis uiſcera uſurpantur Hebræo more pro miſericordiæ affectu.Sic Luc.2.Per uiſcera miſericordiæ dei noſtri,in quibus nos uiſitauit oriens ex alto.Paulus Philip.1.Teſtis eſt mihi deus,quàm deſiderem uos omnes in uiſceribus Ieſu Chriſti.Item 1.Ioannis 3.Qui habuerit ſubſtãtiam mundi, & uiderit fratrem ſuum egentem,& clauſerit uiſcera ſua ab eo,&c.

רָחָם Nomẽ auis lege uetitæ,quã Hieronymus Porphyrionem,alij picam,alij aliam eſſe uoluerunt.Nos ſequimur illos,qui Pelicanum reddiderunt,quòd à ſingulari erga pullos miſericordiæ affectu prædicetur. Leuit. 11. Et Onocrotalum & pelicanum. Et Deut.14.legitur רָחָמָה: Et Onocrotalum & pelicanum.

1472

רָחַף Motum eſt,agitatum eſt expanſione ſeu dilatatione. Et congruit ſignificatione cum uerbis רָחַב רָבַב בָּרַח פָּרַח, niſi quòd ut litera & literarum poſitu, ita modo ſignificandi inter ſe differant.Ieremiæ 23.Commota ſunt omnia oſſa mea,id eſt tremuerunt agitatione.

In ſecunda coniugatione רִחֵף. Deut.32.Sicut aquila excitabit nidum ſuum, ſuper pullis ſuis agitabitur,ſcilicet expanſione alarum.

Participium pręſens מְרַחֶפֶת. Geneſis 1.Et ſpiritus dei agitabatur expanſione alarum,ſuper ſuperficie aquarum.

1473

רָחַץ Abluit,ſcilicet à ſordibus corporis,quod fit uehementiore quadam defricatione & abſterſione.Et congruit ſignificatione cum uerbis רָצַח & צָרַח חָרַץ, niſi q; ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe differãt. Leuit. 8. Et crura abluit aqua. & cap.22.Niſi abluerit carnem ſuam aqua.Exod.40.Et ablues inteſtina eius.Ieſ.4.Si abluerit Iehoua ſordes filiarum Zion.Gen. 43.Et abluit faciem ſuam, & egreſſus eſt.Exod.30.Et abluent manus ſuas & pedes ſuos.2.Regum 5.Abluere,& mundare.Gen.24.Ad abluendum pedes ſuos.Exod.2.Ad abluendum in flumine.& ca.30.Et facies concham ad abluendum.

Participium præſens רֹחֶצֶת. 2.Sam.11.Et uidit mulierem abluentem deſuper tecto. Et pluraliter רֹחֲצוֹת. Canticorum 5.Abluti lacte.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua רֻחַץ. Prouer.30.Et à ſorde ſua nõ eſt ablutus.Ezech.16.Non abluta es.

In quarta coniugatione הִתְרַחֵץ. Iob 9.Si abluero me aquis niuis.

INDE NOMINA:

רַחַץ Ablutio.Pſal.60.Moab olla ablutionis meæ. Et in genere fœminino רַחְצָה. Canticorum 4.& 6.Quæ aſcenderunt de ablutione.

מַרְחֶצֶת Iudæi uulgari ſua lingua balneum uocant,hoc eſt,locum lotionis ſeu lauacrum.

1474

רָחַק Lõgè ſeu procul abfuit,remotum fuit.Et ut literarum tranſpoſitione, ita modo

Vu tantùm

tantũ ſignificãdi inter ſe differũt קָרַץ & חָרַשׁ חָשַׁר. Et hoc רָחַק opponit uerbo קָרַב, appropinquauit. Ieſ. 59. Propterea procul abſuit iudiciũ à nobis. Et mox iterũ: Et procul abſuit à nobis. Thren. 1. Quia procul abeſt à me conſolator. Exod. 23. A falſa cauſa procul abſis. Ieſ. 49. Et procul aberunt abſorptores noſtri. Semel tamen uſurpatur tranſitiuè, Micheæ 7. Dies ille longiùs propagabit ſtatutum.

In ſecunda coniugatione רִחַק, longè amouit, procul remouit. Ieſaiæ 6. Et procul remouit Iehoua homines. cap. 26. Longè amouiſti omnes fines terræ, id eſt, ꝓpagaſti. & cap. 29. Et cor eius procul remouit à me. Ezechielis 43. Nunc procul remouebunt meretricationem ſuam.

In tertia coniugatione הִרְחִיק, ſi regit poſt ſe accuſatiuum, uſurpatur tranſitiuè. Iob 19. Fratres meos procul remouit à me. Ioel. 2. Et Aquilonarẽ remouebo à uobis. Pſ. 103. Remouit longè à nobis tranſgreſſiones noſtras. Aliàs extra regimẽ ſumitur neutraliter. Gen. 44. Et egreſſi urbem, non longè abſuerunt. Ioſue 3. Surrexerunt in cumulum unum procul abeſſe ualdè ab Adam ciuitate.

INDE NOMINA:

רָחוֹק Longè remotus, procul poſitus. Pſalm. 22. Longè remotus à ſalute mei. Prouerb. 31. Mulierem uirtutis quis inueniet, & longè remota præ margaritis emptio eius. Ieſaiæ 57. Pax longinquo & propinquo. Legitur quoq; ſubſtantiuè. Ieſaiæ 3. Attamen longinquitas erit inter uos, & inter ipſum circiter duo millia cubitorum.

Vſurpatur etiam aduerbialiter. Pſalm. 19. Procul ab improbis ſalus. Aſſumit etiam ab initio præpoſitiones. Pſalm. 10. Quare Iehoua ſtabis in longinquo, i. lõgè. Geneſis 37. Et uiderunt de longinquo. 1. Samuelis 26. Et ſtetit ſuper cacumine mõtis de longinquo. Ieſaiæ 22. Et formatorem eius de longinquo non uidiſtis. Et eſt interdum etiam temporis. Pſalm. 139. Intellexiſti cogitationes meas à longinquo. Ieſaiæ 25. Conſilia à longinquo. Ieremię 31. A longinquo Iehoua uiſus eſt. Et accerſit aliquando ultra mem, etiam lamed לְמֵרָחוֹק: & eſt loci, & temporis. 2. Paralipomen. 26. Et egreſſum eſt nomen eius uſq; in longinquum. Iob 36. In longinquum oculi eius uidebunt. 2. Samuelis 7. Et loqueris etiam de domo ſerui tui in longinquum. 2. Regum 19. Nonne audiuiſti in longinquo, quòd eam fecerim, id eſt, iam olim. Et pluraliter רְחֹקִים. Deuteron. 13. Siue propinqui apud te, ſiue lõginqui. Ioſue 9. Longinqui nos ſumus à uobis. Eſther 9. Propinquis & lõginquis. Zachariæ 6. Et longinqui uenient. Et in genere fœminino רְחֹקָה. Deuteron. 29. Et ignotus qui uenerit è terra lõginqua. 2. Paral. 6. Ad terram longinquam, uel ꝓpinquam. Eccl. 7. At illa longinqua eſt à me. Et pluraliter רְחֹקוֹת. Deut. 20. Sic facies omnibus ciuitatibus longinquis à te. Ieremiæ 49. Super cunctas ciuitates Moab longinquas & propinquas.

מֶרְחָק Longinquitas. 2. Samuelis 15. Et ſteterunt intercapedine longinquitatis. Prou. 25. Fama bona è terra longinquitatis. Ieſaiæ 13. Venient è terra longinquitatis. & ca. 46. Et terra lõginquitatis. Ier. 4. Veniẽtes è terra longinquitatis. Pro. 31. A longinquitate adfert panẽ ſuũ, i. è lõginquo. Ieſ. 30. Ecce nomẽ Iehoua uenit è lõginquo.

רְחֵקִים Longinqui. Pſal. 73. Et longinqui tui ſuſtollentur.

מַרְחַקִּים Nomen pluralis numeri tantùm, longinquitates, diſtantiæ. Ieſaiæ 33. Videbũt terram lõginquitatũ. Ier. 8. Ecce uox clamoris filiæ populi mei è terra longinquitatũ.

מֶרְחַקִּים Longinqui. Zach. 10. Seminabo eos inter populos, & inter longinquos recordabuntur mei. Et in ſtatu regiminis מֶרְחַקֵּי. Ieſaiæ 8. Omnes longinqui terra.

1475 רָחַשׁ Eructauit, ebulliuit prę calore ſeu feruore. Pſal. 45. Ebulliuit cor meum uerbum bonum.

INDE NOMEN,

מַרְחֶשֶׁת Patina, in qua ebulliuntur farinacea oleo. Tranſlatio uulgaris habet ſartago. Leuit. 2. Et ſi fuerit oblatio ſartaginis, oblatio tua. & cap. 7. In ſartagine.

1476 רֶטֶט Horror, tremor, qui quidẽ cõcuſſio eſt, ſeu cõcurſatio celera ſanguinis, ſeu frigoris per totũ corpus, & horripilatio: cõgruitq; ſignificatione cum uerbis רָעַשׁ
רָתַת רָטַשׁ רָחַשׁ, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Ieremiæ 49

Diſſo

Diſſoluta eſt Damaſcus,uertit ſe,& tremor apprehendit eam.Germani uocāt mu
1477 tuato ab Hebræis nomine den Kiten.

רטב Humidum fuit,madebat.Iob 24.A fluxu montium humectabuntur.

INDE NOMEN,

רְטוֹב Humectatio,humiditas.Iob 8.Humiditas eſt ante ſolem.

1478

רטש Alliſit ad lapidē,ſeu parietē.Et ut literarū poſitione,ita modo tantū ſignificandi differt à שָׁרַשׁ. 2.Reg.8.Et paruulos eorū allides.Ieſ.13.Et arcus pueros allidēt.
In uoce paſſiua רֻטַּשׁ. Ieſaiæ 13.Paruuli eorū allidentur in oculis ipſorum.Oſeæ
1479 10.Et mater ſuper filijs allidetur.Nahum 3.Etiam paruuli eius allidentur.

ריק Vſitatum eſt tantùm in tertia coniugatione הֵרִיק, euacuauit, euacuando attenuauit,exinaniuit.Et congruit ſignificatione cum uerbis רָטַשׁ & רָבַק מָרַשׁ מָלַשׁ, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi differant.Leuit.16.Et euacuabo poſt uos gladium.Gen.14.Et euacuauit initiatos ſuos,id eſt,fecit expeditos.Pſalm.18. Sicut lutū platearum euacuabo eos,ſcilicet ut nihil eorum ſuperſit.Eccl.11. Si implentur nubes,pluuiam ſuper terrā euacuabunt.Ieſaiæ 32.Ad euacuandum animā eſurientem. Ierem. 48. Et uaſa eius euacuabunt.Ezech.28.Et euacuabunt gladios ſuos.Habak.1.An non propterea euacuabunt ſagenam ſuam.Malach.3.Si nō aperuero uobis feneſtras cœli,& euacuauero uobis benedictionem.

Participium præſens מְרִיקִים.Gen.42.Cùm ipſi euacuarent ſaccos ſuos. Zach. 4.Euacuantes deſuper ipſis aurum.

In uoce paſſiua תּוּרַק. Cantic.1.Ob odorem unguentorū tuorum bonorū ſicut unguentum quod euacuabitur,eſt nomen tuum.Ieremiæ 48.Et quietus eſt in fecibus ſuis,& non euacuatus fuit de uaſe in uas.

INDE NOMINA:

רֵק Nomen participiale,maſculini generis, uacuus. Geneſ.37.Et ciſterna erat uacua, non in ea aqua.Deuterono.32. Quia non uerbum uacuum hoc à uobis,ſed ipſum eſt uita ueſtra.Nehemiæ 5.Et ita ſit excuſſus & uacuus. Et pluraliter רֵיקִים, uel ſine iod רֵקִים. Iudicum 7.Et cados uacuos.& ca.9.Et conduxit pro eis Abimelech uiros uacuos & temerarios.2.Reg.4.Vaſa uacua non pauca accipies. Prouerbiorum 12.Qui perſequitur uacuos,deficit corde.& cap.28.Qui ſectatur uacuos,ſaturabitur paupertate.2.Sam.6.Sicut reuelando reuelari unus uacuorum. Et in genere fœminino רֵקָה. Ieſaiæ 29. Tū uacua eſt anima eius. Ezechielis 24. Et ſtatuā eam ſuper prunis uacuam. Et pluraliter רֵקוֹת. Geneſ.41.Et ſeptem ſpicę uacuę.

רִיק Vacuum,uacuitas:& cum uerbis conſtructum aduerbiaſcit.Pſal.4. Diligetis uacuitatem,quæretis mendacium.Ieremiæ 51. Collocauit me uas uacuitatis. Pſalm. 2.Et populi meditantur uacuè.Pſalm.73.Quam uacuè purgaui cor meum.Ieſa.30. Et Ægyptij uanè & uacuè auxiliabūtur. Et per protheſin lamed לָרִיק, aduerbiaſcit etiam.Leuit.26.Et ſeminabitis uacuè.Et iterum:Et cōſummabitur uacuè facultas ueſtra.Ieſ.49. Vacuè laboraui. Itē cū particula בְּדֵי. Ier.51.Et laborauit populus in uacuum,i.uacuè.Habakuk 2.Et populi uacuè fatigant̄,i.ſine fructu, fruſtrà.

רֵיקָם Loco aduerbij uſurpatur, eò quòd ſemper cum uerbo conſtruitur, ideoq́ etiā eſt indeclinabile, ſicut חִנָּם,etſi multi uelint eſſe nomen omnis generis,numeri,& caſus.Geneſis 31.Quia me uacuè dimiſiſti me. Exod.3.Non abibitis uacuè.& ca. 23. Et non uidebuntur facies meæ uacuè.Deuteron.15.Et quando dimiſeris eum liberum abs te,non dimittes eum uacuè. Ruth 1.Ego plena abij, & uacuè reduxit me Iehoua.2.Samuelis 1.Et gladius Saul non reuerſus eſt uacuè.Iob 22. Viduas dimiſiſti uacuè.Pſal.25.Pudefient excurſores uacuè.Ieſaiæ 55. Ita uerbum meum quod egreditur ex ore meo,non reuertetur ad me uacuè,ſed efficit quod uolebam.Iere.
1480 14.Reuerſa ſunt uaſa eorum uacuè.

ריר Spuit,expuit.Leuit.15.Hæc erit immundicies eius in fluxu ſuo,cuius expuit caro eius fluxum ſuum,aut obthurata fuerit caro eius à fluxu ſuo.

INDE NOMINA:

רִיר Fluor,ſputum,ſaliua.Iob 6.Aut eſt ſapor in ſputo uitelli,id eſt albugine. Et cum affixo.1.Sam.21.Et deſcendere fecit ſaliuam ſuam in barbam ſuam.

סַגְרִיר Vocem eſſe arbitror compoſitam ex סג Chaldæo,id eſt multum,& רִיר fluor,q.d. multus fluor, hoc eſt pluuia multum defluens.quanquam poſſit etiam à סָגַר deduci,ut in illo themate eius mentionem fecimus. Legitur autem Prou.27.In pluuium aſſiduum in die fluoris.

1481 רָכַךְ Molle,tenerum,extenſum fuit.Cõgruit ſignificatione cum uerbis אָרַךְ מָרַס רִיס רָפַס, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe diſſideant. Et opponitur rei compactæ,& condenſatæ,& per conſequens duræ ſeu induratæ. 2. Regum 22.Quia tenerum fuit cor tuum,& humiliatus es coram Iehoua. Et in regimine tranſitiuè. Pſalm. 55. Mollificauerunt uerba ſua ſupra unguentum, & tamen ſunt ſpicula.Deut.28.Quæ non tentauit plantam pedis ſui collocare ſuper terram præ teneraſcere,id eſt teneritudine.

In uoce paſſiua יֵרַךְ. Deut. 30. Ieſaiæ 7. & Ieremiæ 51. Ne molleſcat cor ueſtrũ. Ieſaiæ 7.Et cor tuum non molleſcat à duabus caudis titionum.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua רֻכְּכָה. Ieſaię 1.Et non mollificata eſt oleo.

In tertia coniugatione הֵרַךְ. Iob 23.Et deus emolliuit cor meum.

INDE NOMINA:

רַךְ Nomen participiale maſculini generis,mollis,tener.Gen. 18.Et tulit filiũ armenti tenerum & bonum.Deut.20.Quicunq; eſt mollis corde. & cap. 28. Vir mollis in te.2.Samuelis 3.Ego autem hodie tener & unctus rex:at uiri illi,filij Zaruiæ duriores me. Et pluraliter רַכִּים. Geneſis 33.Et pueri ſunt teneri. Et in genere fœminino רַכָּה. Deuteron.28.Et quæ tenera eſt in te. Prouerbiorum 25. Lingua mollis frangit oſſa. Et pluraliter רַכּוֹת. Geneſis 29.Et oculi Liæ erant teneri. Iob 40. Si loquatur tibi mollia.

מֹרֶךְ Mollities,teneritudo.Leuit.26.Et inducam mollitiem in cor eorum.

יָרֵךְ Fœmur:& in diſtinctione ſententiæ יָרֵךְ, à teneritudine: ſunt enim illæ corporis partes circa fœminalia & lumbos tenerrimę.Et quia fœmur eſt in latere,ſępiſſimè pro latere accipitur.Geneſis 24.Er poſuit ſeruus manũ ſuam ſubter fœmur Abrahæ ſuſtẽtatoris ſui.Exo.40.Ad latus cohabitaculi Aquilonem uerſus.Iudicum 4. Et accinxit eum ſubter indumenta ſua ſuper fœmur dexteræ ſuæ.Geneſis 32.Propterea non comedunt filij Iſrael neruum illum obrutum,qui eſt ſuper concauitate fœmoris.Numeri 5.Vt cadat fœmur.Iudicum 15. Et percuſſit eis humerum ſuper fœmur.Ieremiæ 31.Compoſui ſuper fœmur.Pſ.45.Accingere gladio tuo ſuper fœmur fortiſſimè.Ezechielis 24.Omnem fructum bonum, fœmur ſcilicet & humerum. Et in ſtatu affixorum יְרֵךְ. Geneſis 24.Pone nunc manum tuam ſuper fœmur meum.& cap.32. Et attigit in cõcauitate fœmoris eius. Et iterum:Et ipſe erat claudicans ſuper fœmore ſuo.& cap.46.Egreſſæ ſunt de fœmore eius.Exo.25.Lucernã,fœmur eius,& calamũ eius. Excipitur tamẽ unus locus,ubi ponitur יַרְכָתוֹ. Geneſis 49.Et fœmur eius uſq; ad Sidonem,id eſt latus eius. Et in numero duali. יְרֵכַיִם. Exod.28.A lumbis uſq; ad fœmora erunt.Canticorum 7.Iuncturæ fœmorum tuorum,monilia factura manuum artificis. Vel alia forma יַרְכָתַיִם. Exo.26. In fœmoribus,id eſt lateribus.Ezech. 46.In lateribus uerſus Occidẽtem. Et pluraliter in ſtatu regiminis יַרְכְּתֵי. Exo. 26. Et ad latera cohabitaculi Occidentẽ uerſus facies ſex tabulas.Iudicum 19.In lateribus montis.1.Samuelis 24.Et uiri eius in lateribus cauernæ ſedentes.Ieſaiæ 14.Veruntamen ad infernum detruderis ad latera laci.Pſal.48. Mons Zion in lateribus Aquilonis. Pſ. 128. Vxor tua ſicut uitis fructifera in lateribus domus tuæ.Ionæ 1.Et Ionas deſcendit ad latera nauis.

1482 רָכַב Superuectus eſt,ſuperferebatur, uerbum neutri generis. Et congruit ſignificatione cum uerbis בָּרַךְ בָּרַב רָכַךְ רָחַב רָחַף, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſeſe diſcrepent.Eſther 6.Et equus ſuper quo uehebatur rex.Numeri 22. Ego aſina tua,ſuper qua ueheris.1.Samuelis 30.Qui uehebantur ſuper Camelis.2. Samuelis

Samuelis 13. Et uehebantur unuſquiſq; ſuper mula ſua. Pſalm. 18. Vehebatur ſuper Cherub, & uolabat. Pſalm. 45. Iſte eſt decor tuus, ſis fortunatus, uehere. Ieremiæ 6. Super equis uehentur.

Participium præſens רֹכֵב, quod etiam nominaliter accipitur. Ieſaiæ 19. Ecce Iehoua uehitur ſuper nube Leui. Zachariæ 9. Et uehens ſuper aſino. Geneſis 49. Et décidit uector eius retrorſum. Deuter. 33. Non eſt ſicut deus Ieſurum, uector cœlorum ſit auxilium tuum, id eſt qui ubiq; quaq; patet cœlum, gubernat omnia. 2. Regum 9. Et abijt uector equi. Pſal. 68. Sternite uectori in tranquillis. Et iterum: Vectori in cœlis cœlorum inde ab initio. Et pluraliter רֹכְבִים. Iudicum 10. Erant ei triginta filij uehentes ſuper triginta pullis. 2. Reg. 18. & Ieſaiæ 36. Vt det tibi uectores ſuper illis. Et in ſtatu regiminis רֹכְבֵי. Iud. 5. Vectores aſinarum. Et in genere fœminino רֹכֶבֶת. 1. Samuelis 25. Ipſa uehebatur ſuper aſino.

In tertia coniugatione הִרְכִּיב, uehere fecit, ſuperimpoſuit alicui animali, uel rei inanimatæ. Geneſis 41. Et uehi iuſſit eum in curru ſecundario. Exod. 4. Et ſuperimpoſuit eos ſuper aſinum. 1. Reg. 1. Et ſuperimponetis filiũ meum ſuper mulam. 2. Samuelis 6. Et ſuperimpoſuerunt arcam dei ſuper plauſtrum nouum. Pſal. 66. Vehere feciſti homines ſuper caput noſtrum. Ieſaiæ 58. Et uehere faciã ſuper excelſa terræ. Oſeæ 10. Vehere faciam Ephraim. 2. Reg. 13. Impone manum tuam ſuper arcũ, & impoſuit manum ſuam, &c.

INDE NOMINA:

רַכָּב Vector, ductor. 1. Reg. 22. Et dixit ad uectorem ſuum. 2. Reg. 9. Accipe uectorem.

רְכוּב Nomen participiale, uectorium, uehiculum. Pſalm. 104. Qui ponit nubes uehiculum ſuum.

מֶרְכָּב Forma maſculina, uehiculum, uectorium, ſella, ephippia. Leuitic. 15. Et omne uehiculum, quo uehitur menſtruoſus, immundum erit. Canticorum 3. Et uehiculum eius ex purpura. 1. Regum 4. Et fuerunt Salomoni quatuor millia ſtabula equorũ, pro uectura ſua. Et in genere fœminino מֶרְכָּבָה, uehiculum, currus, quadriga, carruca. 1. Samuelis 15. Et fecit ſibi Abſolom currum. 1. Paralipom. 28. Similitudo currus Cherubim extendentes alas. Zachariæ 6. In curru primo equi ruffi. Et in ſtatu regiminis מִרְכֶּבֶת. Gen. 41. Currus alterius, ſeu ſecũdi. In ſtatu affixorum ſeruat in prima ſægol. Geneſis 46. Et ligauit Ioſeph currum ſuum, & aſcendit. Et pluraliter מַרְכָּבוֹת. Zach. 6. Ecce quatuor currus. Et in ſtatu regiminis מַרְכְּבוֹת. Exo. 15. Demerſi ſunt currus Pharaonis. Ieſaiæ 22. Et ibi currus gloriæ tuæ.

רֶכֶב Nomen, quod plerunq; collectiuè ponitur, pro expeditione curuum, curratura, uectura. Geneſis 50. Et aſcendit cum ipſo tam currus, quàm equitatus. Exod. 14. Et accepit ſexcẽtos currus, & omnem currum Ægypti. Et iterum: Et omnes equi curruum Pharaonis. Vſurpatur interdum per ſynecdochen pro equis curruũ, perinde ut פָּרָשִׁים aliquando pro equis, aliàs pro equitibus ſumitur. 2. Samuelis 8. Et eneruauit Dauid omnes currus, id eſt, equos in curribus. Dicitur etiã hoc nomine lapis molæ ſuperior, qui uehitur ſeu fertur ſuper inferiore. Deuteron. 24. Non accipies pro pignore inferiorem, & ſuperiorem, ſeu uectorem. Iudicum 9. Fragmẽtum uehiculi ſuper caput Abimelech. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik, & alterum in ſeua. Exod. 14. Et ligauit currum ſuum. 2. Reg. 19. In multitudine currus mei. Et pluraliter in ſtatu regiminis רִכְבֵי. Canticorum 1. Currus Pharaonis. Et in genere fœminino רִכְבָּה. Ezechielis 27. In ueſtimentis libertatis ꝓ uehiculo. Eſt quoque hîc obſeruandum, quòd hoc uerbum ſimul cum ſuperuectatione, etiam gubernationem, moderationem, præſidentiam, & adminiſtrationem rerum publicarum includat, quòd nimirum illi, qui uel ad regni adminiſtrationem accerſendi ac inautorandi erant, aut qui iam rerum gubernacula tenerent, curru ſeu mulo ſeu equo ſeu alio iumento ueherentur. Atque ut rectores ſeu uectores, currum ſeu alia iumẽta habenis pro arbitrio dirigunt ac moderantur, ita illi etiam conſilijs, prudentia, legibus populum ſibi ſubditum, gubernent: quod exemplis ſuprà citatis liquidò conſtat. Quare ſcriptura nobis rerum omnium admi-

niſtrationem tanquàm quadrigam ſeu uehiculum adumbrat:ut clariſſimè in uiſione Ezechielis cap.1.& 10.cernere licet:in qua uelut in quadriga ſunt quatuor animalia,item quatuor rotæ:ſupernè apparet firmamẽtum, quod ſuper quadriga ceu tegumentum expanditur,& ſuper tegumento eſt ſella,ſeu ſedes in qua gloria domini reſidet,& quadrigam uoce omnipotentiæ ſuæ regit,moderaturq́, & in quatuor terræ partes, id eſt, quocunq; uult, pro nutu & arbitrio ſuo agit. Ad quem uectorem,& quadrigam haud dubiè autor Epiſtolæ ad Hebræos in eius ſtatim ueſtibulo alludit,cùm ſcribit:Qui moderatur omnia uerbo potenriæ ſuæ. Nam ſi ſingula collatione perpenderis,ſimilitudinem reperies:ut enim Ezechiel gloriã domini dicit uehi ſuper quadriga uoce omnipotentiæ, atque eam moderari, ita autor Epiſtolæ Chriſtum,quem ſplendorem gloriæ quoque uocat,moderari omnia uerbo potentiæ ſuæ ſcribit.Deinde uertit quoque uocem Hebræam רוֹכֵב, participio Græco φέρων,quod hoc præcipuè in loco,non ſignificat propriè portans ſeu baiulans,ſed agens potiùs,ſeu mouens ac moderans:ſiquidem φερόμενα Græcis dicuntur,quæ impetu quodam aguntur,& φορὰν impetum uocãt: ſicut & Petrus in poſteriore Epiſt.cap.1.uſus eſt:Spiritu ſancto agitati ſeu impulſi.Et ἄγειν καὶ φέρειν dicitur,qui ſuo arbitratu moderatur aliquid,non aliter atq; Hebræis uerbum רכב.

Et quanquàm multa Kabyliſtæ recentiores de מֶרְכָּבָה ſcribant, tamen exiſtimo ueteres uecturam,id eſt prouidenriã ac gubernationẽ illam uniuerſalẽ dei, quam Theologi omnipotentiam,& actionem dei uniuerſalẽ uocant,illa uoce uoluiſſe ſignificare.Hæc eò prolixiùs tractare uolui,quòd prouidentiã eiusq; omnipotentiam ac generalẽ actionẽ mirificè illuſtrent. Atq; diligẽti ſcripturarũ cõſideratione ſtudeamus Spiritus ſancti mentẽ cognoſcere,quod equidẽ citra linguæ Hebrææ notitiam aſſequi minimè poſſumus.Nolo aũt hìc quicquã de regno Chriſti per Euangelij uocẽ per totũ terrarũ orbẽ diuulgando,quod per Ezechielis quadrigam ſignificaẽ,dicere, ꝙ non ſit huius inſtituti,& eiuſmodi Theologis relinquenda duxerim.Quas uerò ex iſta Ezechielis uiſione fabulas finxerint de Api & Serapione,infrà in dictione שׁוֹר indicabimus.Nec te tamen latere uolo,quòd ab hoc uer-
1483 bo רכב non multũ abludat ſignificatione uocabulum כרב: de quo ſuo in loco.

רכל Congruit ſignificatione cum רגן & רגל, & ſignificat pedationem, i. delationẽ, uel mercium,uel uerborum,niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differant.

Participium præſens,ſeu nomen participiale רוֹכֵל, delator mercium, negociator,ſeu inſtitor,qui defert merces de uno ad aliũ locum.Cant.3.Ex omni puluiſculo negociatoris. Et pluraliter רוֹכְלִים. 1.Reg.10.Præter uiros indagationis, & circulationem negociatorũ.Ezech.17.Et introduxit eã in terram Canaan, in ciuitatem negociatorum poſuit eam. Et in regimine רֹכְלֵי. Ezech.17.Et negociatores Seba. Et in ſtatu affixorum.Ezech.27.Filij Dedan negociatores tui. Et in genere fœminino רֹכֶלֶת, negociatrix. Ezech. 27. Negociatrix populorum ad inſulas multas. Et cũ affixo.Ezech. 27. Dedan negociatrix tua. Accipitur tamen in abſtracto pro negociatione.Ezech.27.Sicut exercitatus negociatione tua.

INDE NOMINA:

רָכִיל Delator,ſ.uerborum,qui hinc inde defert uerba, quò,ut negociator ex mercibus, ita ipſe ex uerbis aliquid lucri reportet.Leuit.19.Non obambulabis delator in populo tuo.Prou.11.Inambulaus delator reuelat arcanum. Semel uſurpatur abſtractiuè.Ezech.21.Viri delarionis fuerunt in te. Ponitur aliquot in locis aduerbialiter.Iere.6.Vniuerſi illi deſertores deſertorum obambulant delatoriè.& cap.9.Et omnis frater delatoriè ambulabit.

רְכֻלָּה Negociatio Ezechielis 28.In multitudine ſapientiæ tuæ,in negociatione tua,multiplicaſti opes tuas.

מַרְכֹּלֶת Negociatio. Et cum affixo.Ezech.27.Et cedri negociatio tua.

1484

רכס Eleuauit,extulit.Exod.28.& 39. Et eleuabunt pectorale cum anulis ſuis ad anulos Ephod.

INDE NOMINA:

רְבָסִים Nomen ſubſtantiuũ,pluralis numeri,elata,excelſa.Ieſaiæ 40.Et elata in uallem.

רִכְסֵי Nomen ſubſtantiuum,pluralis numeri,ſtatus regiminis,elationes.Pſal.31.Tu abſcondes eos in abſconſione faciei tuæ ab elationibus uiri.

1485 רכש

Quantum ex locis ſcripturæ,in quibus ponitur,conijci poteſt, animal eſt celerrimum,uecturæ & æquitatui aptum.Quidã Dromedariũ,alij ueredariũ,alij Camelorum ſpeciem ſingularem eſſe uolunt.Ego cum illis ſentio , qui muli eſſe ſpeciem aſſerunt,qui naſcitur conuentione ſeu coitione equæ & onagri : & ut litera, ita modo tantùm ſignificandi differre à uerbo רֶכֶשׁ. Eſther 8.Et miſit literas per manum currentium equis,uectoribus mulo. Et iterum:Curſores,uectores muli. Nahum 1. Liga currum pro mulo. In diſtinctione ſententiæ רֶכֶשׁ. 1.Regum 4. Et hordeum & ſtramen pro equis,& pro mulis adducebant.Et ex 2.Paralipo.9.propemodum elucet,pro eo poſitum eſſe פְּרָדִים.

רְכֻשׁ uel רְכוּשׁ Cùm ſeorſum ponitur abſolutè,ſignificat generaliter omnem ſubſtantiã mobilem,comparatam & in unum cõportatam,at quando ſibi habet adiuncta bona, tum exceptis illis alia notat,quæ nõ ſunt expreſſa.Gen.14.Et abſtulerunt omnem ſubſtantiam Sodomæ.Et iterũ:Da mihi animã & ſubſtantiã tolle tibi.Num.16.Et deuorauit eos & domos eorũ,& omnẽ hominẽ,qui erat ipſi Korah,& omnẽ ſubſtantiam.1.Paral.27.Omnes iſti principes ſubſtãtiæ regis Dauid.& cap.28.Et principes omnis ſubſtantiæ & pecuariæ.2.Paralip.32.Quia dederat ei Deus ſubſtantiam multam ualdè.Dan.11.Et reuertetur in terrã ſuam cum ſubſtantia magna. In ſtatu affixorum manet inuariatum.Gen.12.Et tulit Abram Sarai uxorem ſuam,& Lot filium fratris ſui,& ſubſtantiam eorum quam comparauerant.& cap.13.Et nõ ſuſtinuit eos terra ad habitandũ unà , quia erat ſubſtantia eorum multa. Numeri 35.Pro iumentis eorum,& pro ſubſtantia eorum,& pro omni animante eorum.

INDE VERBVM,

רָכַשׁ Comparauit ſubſtantiam,comportauit ſeu collegit ſubſtantiã , conſubſtantiauit. Geneſ.31.Et abduxit omne pecus ſuum,& omnem ſubſtantiam ſuam, quam comparauerat in Padan Syriæ.& cap.36.Et omnẽ acquiſitionem ſuam,quam cõparauerat in terra Canaan.& cap.12.Et tulit Abram Sarai uxorem ſuam , & Lot filium

1486 fratris ſui,& ſubſtantiam eorum,quam comparauerant.

רמם

Congruit ſignificatione cum uerbis רָאַם רוּם אָרַם רָמָה, niſi ꝙ ut forma , ita modo ſignificandi differant:ſignificant enim omnia eleuationem, ſed alia , & alia ratione.Iob 22.Et uide caput ſtellarum,quàm eleuatæ ſunt.& cap.24.Eleuati ſunt modicum,& non ipſi.Num.24.Et eleuabitur ſupra Agag regem eius . Ezech. 10. Et in eleuando illos eleuabantur & ipſæ.

INDE NOMINA:

רוֹמָם Eleuatus.Pſal.66.Et eleuatus ſub lingua mea. Et in genere fœminino רוֹמֵמָה. Pſ. 118.Dextera Iehoua eleuata. Et pluraliter in ſtatu regiminis רוֹמְמוֹת. Pſal.149.Eleuationes Dei ſunt in gutture eorum.

רוֹמְמוּת Eleuatio.Ieſaiæ 33.A uoce ſtrepitus fugerunt populi , ab eleuatione tua diſperſæ ſunt Gentes.

רִמָּה Vermis:ſed uide in רָמָה.

רִמּוֹן Malogranatum. Vide in themate רָמָה.

1487 רמה

Eleuando præcipitauit,ſtatim excuſſit,ſeu eiaculatus eſt:& modo tantùm ſignificandi differt à uerbis ארם & רָאַם רום רָמַם: dicitur autem de tali eiaculatione, quæ fit cum pręcipiti eleuatione,uel perſonæ,uel rei.Exo.15.Equum & uectorem eius excuſſit:ſeu,eiaculatus eſt in mare.

Participiũ præſens רֹמֶה, & in regimine רֹמֵי. Iere.4. A uoce equitis, & iaculãtis arcu. Et plur.ſtatꝰ regiminis רֹמֵי . Pſ.78.Filij Ephraim applicãtes,eiaculãtes arcu.

In ſecunda cõiug atione רִמָּה,non de eiaculatione arcus,ſed de facto,& actione fraudulenta dicit,qua quis tanquã fraudulentus arcus alium eleuat, fallit & elu

 dit

dit,imponere alicui,eiaculari ſeu excutere aliquem de ſpe,aut re ipſius, einen auf ſetzen/auffs ſtiel ſetzen.Prouerb.26.Sicut uir qui eludit ſodalem ſuum.Paulus uſus iſto uerbo 2.Theſſal.4.ita uertit:Ne quis ὑπερβαίνειν in negocio fratrē.2.Sam. 9.Seruus meus fefellit me.Gene.29.Vt quid fefelliſti me.Ioſue 9.Vt quid fefelliſtis nos.1.Paralip.12.Ad fallendum me.

INDE NOMINA:

רַמָּא Excuſſio,proiectio. Et in ſtatu regiminis רָמַת. Iud.15.Et uocauit locum illum, proiectio mandibulæ.

רְמִיָּה Fallacia,impoſtura,qua ſpecie ueri & iuſti aliquis fiducia ſua excutit̃,ein auffſatz. Oſeæ 7.Sicut arcus fallaciæ.Pſ.71.Verſi ſunt ſicut arcus fallaciæ.Iob 13.Num Deo loquemini iniuſtitiam,& illi loquemini fallaciā.Pſal.32.Non eſt in ſpiritu eius fallacia.Prouerb.10.Paupertatem facit manus fallaciæ. & cap.12. Non inurit notam fallacia uenationi eius.

מִרְמָה Fallacia,fraus,impoſtura,dolus,deceptio, quando ſpecie ueri ac boni aliquis fiducia ſeu re ſua,qua nitebatur,excutitur.Gen.27.Venit frater tuus in fallacia. Pſal. 5. Virum ſanguinum & fallaciæ abominabitur Iehoua.Prouerb.11. Bilanx fallaciæ, abominatio eſt ipſi Iehoua. Et pluraliter מִרְמוֹת. Pſal. 10. Maledictione os eius plenum eſt,& fallacijs & fraude.Pſal.35.Verba fallaciarum excogitabunt.

תַּרְמָה Fallacia,impoſtura.Iud.9.Et miſit nuncios ad Abimelech in fallacia.

תַּרְמִית Fallacia,impoſtura.Pſal.119.Quia falſa eſt fallacia eorum. Iere. 8. Apprehēderunt in fallacia.Zoph.3.In ore ipſorum lingua fallaciæ.

רִמּוֹן Malogranatus,arbor:& malogranatum,fructus,nomen arboris & fructus, tā naturalis,quàm artificialis.Et eſt uox aut peregrina,aut appellationem habet à conditione ſua,quòd ſcateat granis.Num.20.Et ficus, & uitis, & malogranatus. 1.Sa. 14.Sub malogranato,quæ eſt in Migron. Cantic. 4. Quaſi fragmen malogranati,gena tua.Ioel.1.Malogranatus,palma,& malus.Exo.28.Tintinabulum aureum, & malogranatum. Et cū affixo.Cant.8.Et de muſto malogranati mei. Et pluraliter רִמּוֹנִים. Cantic.4. Et appoſuerunt tintinabula in medium malogranatorū.
Et in ſtatu regiminis רִמּוֹנֵי. Exo. 28. Et facies ſuper fimbrijs eius malogranata hyacinthi,& purpuræ,&c.

רִמָּה Vermis:ſic dictus,quòd eleuatione & proiectione ſeu iaculatione gradū promoueat.Exo.16.Neq; putruit,neq; uermis fuit in eo.Iob 7.Induta eſt caro mea uerme. & cap.25.Quantò magis homo uermis.Ieſa.14.Subter te ſternetur uermis.

INDE VERBVM,

רוּם Vermiculauit,uermibus ſcatuit.Exo.16.Et uermiculauit uermes & putruit.

1488

רֹמַח Romphęa,genus gladij habentis foramen haſtæ.Chaldæus רוּמְחָא. Septuaginta σειρομάστην,quod Suidas ſcribit eſſe inſtrumentū quoddā ferreū, anſam ligneā habens.Arbitror à מָרַח deductum,quod imprimere ſignificat. Num. 25. Et accepit Romphæā in manum ſuam.2.Paralip. 25. Tenentem Romphæam, & clypeū.
Et pluraliter רְמָחִים. 2.Paralip.11.Et in qualibet ciuitate clypeos & Romphęas. Iere.46.Expolite Romphæas.Ioel.3.Et falces ueſtras in Romphæas. Et cū affi

1489 xo mutat holem in hateph cametz.Nehem.4.Cum Romphæis ſuis.

רַמָּךְ Equa.Et pluraliter רַמָּכִים. Eſther 8.Mulos magnos filios equarum.

1490

רָמַס Congruit ſignificatione cum uerbo רָפַס, niſi q̧ ut litera media parum,ita modo tantum ſignificandi differant,i.metalepſi:nam ut רָפַס calcare, conculcare, ſ.pedibus,ita רמס conculcando pedibus turbare ſignificat. Vnde libuit hoc uerbū uerbo quatiēdi uertere,hoc eſt,quodā ſono cōcutere pedib.2.Re.7. Et cōculcauit eū populus,& mortuus eſt.2.Reg.14.Pertranſiuit eā beſtia agri,quę eſt in Libano & cōculcauit carduū.Pſ.7.Perſequat̃ inimicus animā meā, et apprehēdat, & cōculcet in terrā uitā meā.Pſ.91.Cōculcabis leonē & draconē.Ieſa.1. Quis requiſiuit de manu

manu ueſtra quatere atria mea.& cap.26. Conculcabit eam pes. cap.41. Sicut figulus conculcabit lutum.cap.63.Et conculcabo eos in furore meo. Mich.5.Et quaſi leunculus inter greges ouium,qui cùm tranſiuit,cõculcabit,& diripiet, & non ereptor. Et ſcribitur interdum ſin ſiniſtrum pro ſamech.Gen.9.In omni quod quatiet humum.Pſal.104.Ponis obſcuritatẽ & fit nox,in ea quatit omnis beſtia ſyluæ.

Participium præſens,maſculini generis רֹמֵשׂ, quod tamen nominaliter uſurpatur.Geneſis 1.Et in omne quatile quod quatit ſuper terra.Et mox iterum:Et omni quatili ſuper terra in quo eſt anima uitæ. & cap. 7. Et expirauit omnis caro quæ quatit ſuper terra.Leuit.11.Ne polluatis animas ueſtras in omni motabili, quod quatit ſuper terra.Pſ.69.Laudate eũ cœli & terra & maria,& omne calcatile in eis.

Et in genere fœminino רֹמֶשֶׂת. Gen.1.Creauit deus dracones magnos, & omnẽ animam uiuam calcantem,quam motauerunt aquæ iuxta ſpeciem ſuam.Leuit.11. Et omnis animæ uiuentis,quæ calcat in aquis.

In uoce paſſiua נִרְמַס. Ieſa.28 Pedibus conculcabuntur coronæ ſuperbiæ.

INDE NOMINA:

רֶמֶשׂ Calcatile, quatile, nomen uniuerſitatis ad omnia animalia quæ eleuatis pedibus quatiunt ſeu pulſant,ſicut generaliter שֶׁרֶץ ſignificat, quicquid curſitat ſeu ſeſe motitat rependo,& pedibus terram quatit ſeu pulſat.Geneſ. 1. Et omne calcatile humi ſecundum ſpeciẽ ſuam.cap.6.Ab homine uſq; ad animal,& ad calcatile. cap.9. Omne calcatile quod uiuit,erit uobis in cibum. 1.Reg.4.Et loquutus eſt de animalibus,& de uolucribus,& de calcatili,& de piſcibus.Pſal.104.Hoc mare magnum & latum,ibi eſt calcatile ſine numero.Pſalm.148.Beſtia & omne iumentum,calcatile,& auis alata.

מִרְמָס Conculcatio.Ieſa.5.Et erit in cõculcationẽ. Dan.8. Et exercitũ conculcationem.

Et in ſtatu regiminis מִרְמַס. Ieſa.7.Et erit in dimiſſionem boum, & in conculcationẽ gregis. Scribitur tamen ita in ſtatu abſoluto.Ieſ. 10. Et ponat eum in conculcationem quaſi lutum platearum.

1491 רנן Exclamauit ex lætitia:& plerũq; eſt ouationis,& acclamationis gratulandi cauſa.Leuit.9.Quod uidens uniuerſus populus,ſtatim gratulati ſunt,& ceciderunt in facies ſuas.Iob 38.Cùm ouarent ſtellæ matutinæ.Pſal.35.Ouent & lætentur, qui beneuolunt iuſtitiæ meæ.Prouer. 1.Sapientiæ foris exclamabunt. Ieſ.12. Hinni & oua habitatrix Zion. ca.24.Extollent uocem ſuam, congratulabuntur. cap.35. Et ouabit lingua muti.cap.54.Oua ſterilis,quæ non peperit. cap.65.Et ſerui mei ouabunt præ bonitate cordis.Zacha.2. Oua & lætare filia Zion. Thren.4. Surge,oua in nocte in principio cuſtodiarum.

In ſecunda coniugatione רִנֵּן. Ier.31.Et uenient,& ouabunt in Altiſſimo Zion. & cap.51.Et ouabunt ſuper Babylone cœlum & terra. 1.Paral.16. Tunc ouabunt ligna ſyluæ.Pſal.5.Perpetuò ouabunt.Pſal.20.Ouabimus in ſalutari tuo.Pſalm.33. Ouate in Iehoua.Pſal.51.Ouabit lingua mea iuſtitiam tuam.Pſal.65. Eos qui egrediuntur manè & ueſperè acclamatis.Pſal.145.Et iuſtitiam tuam ouabunt.

In uoce paſſiua רֻנַּן. Ieſaiæ 16.Et in uineis non ouabitur.

In tertia coniugatione הִרְנִין, coniugatur perfectè.Et quando regit poſt ſe accuſatiuum,tum uſurpatur tranſitiuè.Deuter.32. Ouare facite Gentes populum eius. Iob 29.Et cor uiduæ ouare faciebam. Pſal.32. Et ouate omnes recti corde. Pſal.81. Ouate deo potentiæ noſtræ.

In quarta coniugatione legitur participium præſens מִתְרוֹנֵן Pſalm. 78. Et euigilauit tanquàm dormiens Iehoua,uelut heros, qui ouat à uino.

INDE NOMINA:

רִנָּה Vox,qualis eſt uel lętantiũ,uel querulantiũ,gratulatio,gloriatio,acclamatio, ouatio,exclamatio,uociferatio.Pſ.42.In uoce ouationis,& celebrationis in multitudine feſtiuãte.Pſ.47.Triũphate deo cũ uoce ouationis.Pſ.105.Et eduxit populũ ſuũ cum lętitia,cum ouatione electos ſuos.Pſal.107.Et recenſebit opera eius cum ouatione.Pſal.126.Cum ouatione metent.Et iterum: Veniendo uenient cũ ouatione, portan-

portantes manipulos ſuos. Prouer. 11. Et quando auferuntur improbi, ouatio. Ieſa. 48. Fugite de Chaldæis in uoce ouationis. De querela & uoce triſtium. 1. Reg. 8. Vt audias ad acclamationem & orationem, quā ſeruus tuus orat in conſpectu tuo hodie. 1. Reg. 22. Et tranſiuit exclamatio iſta in caſtris, cùm ingrederetur ſol, dicēs: Vnuſquiſq; ad ciuitatem ſuam & quiſq; ad terram ſuam. Iere. 7. Et ne aſſumas pro eis acclamationem & orationem. Et in ſtatu affixorum רִנָּה, ſignificat ſemper uocem ſeu acclamationē querulantiū. Pſal. 17. Attēde acclamationem meam. Pſal. 61. Audi deus acclamationem meam. Pſal. 106. Et uidit, quādo anguſtia eſſet ipſis, & cùm audiret ipſe acclamationem eorum. Pſal. 142. Attende ad acclamationem meam. Ieremiæ 14. Quando ieiunauerit, non ego audiam ad acclamationē eorū.

רְנָנָה Ouatio. Et eſt ſemper uox lætantium. Iob 3. Ecce nox illa ſit ſolitaria, non ueniat ouatio in ea. Pſal. 110. Venite ante ipſum cū ouatione. In ſtatu regiminis רִנְנַת. Iob 20. Quoniam ouatio improborum, & à propinquo, id eſt non diu durat. Et pluraliter רְנָנוֹת. Pſal. 63. Quaſi adipe & pinguedine ſatiabitur anima mea, cum labijs ouationum laudabit os meum.

רָנֵּי Nomen infinitū pluralis numeri, ſtatus regiminis, acclamationes, ouationes. Pſal. 32. Acclamationibus euadere faciendi circumdabis me.

רְנָנִים Struthiocameli. Iob 39. Alam Struthiocamelorum plauſibilem. Quanquàm aliqui alij malint pauones ſignificare. Puto autem habere appellationem, uel à ſtri-
1492 dore & ouatione, uel à gloria alarum, quas habet criſpas.

רָנָה Significatione quadrat cum uerbis רָנַן & רוּן, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi differant: dicitur autem de ſtrepitu armorum. Iob 39. Contra ipſum perſtrepet pharetra, frendor cuſpidis & haſtæ.

1493 רָסַס Humectando diſſoluit. Ezechielis 46. Et olei tertiam partē Hin ad humectandum ſimilam.

INDE NOMEN,

רְסִיסִים Stillæ, ſtillicidia, complutiones, quæ humectant, & diſſoluunt. Amos 6. Et percutiet domum magnam diſtillationibus, ſcilicet ut diſſoluatur. Et in ſtatu regiminis רְסִיסֵי. Canticorum 5. Quoniam caput meum plenum eſt rore, cincinni mei ſtillis noctis.

1494 רֶסֶן Frenum. Pſal. 32. Non ſitis ſicut equus & mulus ſine intellectu, habena & freno os eorum obthurando, ſi non acceſſerint ad te. Inſuper metaphoricè trāſſumitur pro regimine ſeu gubernatione. Iob 3. Et frenum à facie mea abiecerunt. Ieſ. 30. Et frenum ſeducens in maxillis populorum. Exiſtimo autē hoc nomen habere cognationem cum nomine רזן, quod talem ſignificat, qui ad gubernacula Rei
1495 publicæ ſedet, neq; differre à רזן, niſi etymologia.

רָעַע Quando poſt ſe regit accuſatiuum, ſiue nominis, ſiue pronominis, tum eſt tranſitiuum, & eſt pœnæ, afflictionemq; importat, ac contrariam ſignificationē habet uerbo רָעָה, paſcendi. Et licebit uertere uerbo depaſcendi, metaphora ſumpta à paſtoribus & pecoribus depaſcētibus radicitùs prata & uiridia. Iob 34. Depaſcet robuſtos ſine inueſtigatione, & ſtatuet alios in locum ipſorum. Iere. 15. Num depaſcet ferrum, ferrū ab Aquilone? Pſal. 2. Depaſces eos in uirga ferri. Legitur tamen ſemel neutraliter, Ieſ. 24. Et malè depaſta eſt terra. Secundò, quando autem abſolutè ponitur extra regimen, tum cōgruit cum uerbo רָעַע, & ſignificat malum, iniquum, durum, aſperum, aduerſum, triſte eſſe: & biſariàm uſurpatur, uel ut ſit culpæ: ut Deut. 15. Et malus fuerit oculus tuus in fratrē tuū egenū, & nō dederis ei. Ieſa. 8. Sitis mali, & tamē cōſternabimini. Vel pœnæ & afflictionis, & tum Hieronymus uerbo diſplicendi reddidit. Leuitic. 10. Et factum eſt, cùm populus petulanter ageret, malum fuit in auribus Iehoua. Et iterum: Et in oculis Iehoua malum fuit. Numeri 22. Et nunc ſi malum fuit in oculis tuis, reuertar ad mea. Ioſue 24. Et ſi malum eſt in oculis ueſtris colere Iehoua. Prouerbiorum 24. Ne uideat Iehoua, & malum ſit in oculis eius.

Parti-

Participium præteritum רֹעָה. Prouerb.25.Dens malè affectus,& pes uacillans.

In uoce paſſiua יֵרוֹעַ. Prouerb.11.Malè afficietur, qui ſpondet pro alio. & cap.13.Et paſcens ſtultos,malè afficietur.

In tertia coniugatione הֵרַע, malè egit,malè fecit,malè tractauit,afflixit.Exod.5. Malefecit populo huic.Ioſue 24.Et iterum:Malefaciet uobis.Ruth 1.Et Omnipotens malefecit mihi.Geneſis 43.Quare malefeciſti mihi. Num. 20. Et malefecerũt nobis Ægyptij.Pſal.105.Et prophętis meis ne malefaciatis.Ierem.25.Non malefaciam uobis. Et regit etiã poſt ſe accuſatiuũ. Deuter.26.Et malè affecerunt nos Ægyptij.Pſal.44.Malè affeciſti populos.Pſal.74.Omnia malè affecit inimicus in ſanctuario.Micheæ 4.Er quam malè affeci. Et conſtruitur ſemel cum עַל, 1.Reg.17.An etiam ſuper uiduam,apud quam ego peregrinor, poſuiſti malum ut occideres filium eius,id eſt obruiſti malo. Legitur tamen ſæpè abſolutè. Gen. 19. & Iudicum 19.Ne quæſo fratres mei malè agatis.1.Samuelis 12. Et ſi malè agendo malè egeritis,tam uos,quàm rex ueſter auferemini.Ieſaiæ 1.Deſinite malè agere. Ieſa.41.Et bene agetis,& malè agetis.Ieremiæ 7.Malè egerunr pluſquàm patres ipſorum.& cap.38.Suſtentator rex,malè egerunt uiri iſti.Zophoniæ 3.Neq; bene agit, neq; malè agit.

Participium præſens ſeu nomen participiale מֵרַע. Prouerb.17.Malignus attendit ad labium petulantiæ.Ieſaiæ 9.Quoniam uniuerſitas eius eſt hypocrita & malignus.Danielis 11.Er duorum regũ illorum cor ad malignum.Et pluraliter מְרֵעִים. Iob 8.Neq; apprehendat manu malignos.Pſal.22.Cõgregatio malignorũ circumgyrauerunt me.Pſ.119.Diſcedite à me maligni.Ieſa.1.Semen malignorum.

In quarta coniugatione הִתְרוֹעֲעָה. Ieſa.24.Malefiendo depaſta eſt terra.

INDE NOMINA:

רַע Cum pathah in cõtinuitate ſermonis,at in diſtinctione ſententiæ, & quãdo à fronte habet unam literarum בהמל, tum mutat pathah in cametz. Et primò ſubſtantiuè uſurpatur,pro malo culpæ:& opponitur nomini טוֹב. Gen.24.Nõ poſſumus loqui ad te bonum aut malum.Geneſ.2.Lignum ſcientiæ boni, & mali. Leuit. 27. Æſtimabit illud ſacerdos inter bonum,& inter malum.Et iterũ:Aut malum in bonum.Iud.2.Fecerunt filij Iſrael malum in oculis Iehoua.Prouer.1.Pedes eorum ad malum currunt.& cap.6.Vt cuſtodias te à muliere mali.Et iterum cap.20. Malum eſt,malum eſt,dicir omnis emptor.& cap.28.Viri mali non curant iudicium.Ieſaię 5.Vę qui dicitis ad malum,bonum:& ad bonum,malum.Ezech.11.Cõſultant cõſiliũ mali. Et ſemel legitur in continuitate orationis cũ cametz,2.Paral.33.Vt facerent malum pluſquàm Gentes. Et quando cum uerbo cõſtruitur, tunc aduerbiaſcit.Prouerb.11.Malè affligetur,qui ſpondebit pro alio. Et pluraliter,רָעִים, & uſurpatur ſubſtantiuè & adiectiuè. Deinde eſt interdum culpæ: ut Iob 35. Propter ſuperbiam malorum.Prouer.15.In omni loco ſunt oculi Iehoua,ſpeculantes bonos & malos.Et irerum:Os improborum eructat mala.

Secundò,uſurpatur adiectiuè,aliquando pro malo culpæ.Et eſt aliàs perſonale,aliàs reale.Geneſis 38.Et erat Er primogenitus Iehuda malus in oculis Iehoua. Nehemiæ 2.Er non fueram malus in conſpectu eius,id eſt triſtis.1.Samuelis 30.Et reſpondit omnis uir malus & Beliaal.Ieſaię 3.Væ improbo malo.Geneſis 6.Er omne figmẽtum cogitationum hominis malum omni die.& cap.octauo, Quia figmentum cordis hominis malum à iuuentute ſua.Exod.33.Er audiuit populus uerbum malum iſtud.Numeri 20.Et introduceres nos ad locum illum malum, qui nõ profert ſemina, &c. Deuteron.1. Generatio mala hæc.cap.15. Omnis macula mala.cap.22.Et protulit ſuper eam nomen malum. Prouerbiorum 23. Ne comederis panem mali oculi.cap.28.Pręceps ad diuitias,uir eſt mali oculi.

Eſt autem Hebręa phraſi malus oculus, inuidus, qua & Chriſtus eſt uſus Mathęi 20. An oculus tuus malus, quòd ego bonus ſum: ſicut econtrà, Oculus bonus pro liberali ponitur Prouerbiorum 22. Bonus oculus ipſe benedicetur. Aliquando uſurpatur pro malo poenę, ſeu afflictionis. Geneſis 40.

Et

Et aſpectus earum erat malus.Prouerb.25.Super cor malum,id eſt triſte. Et pluraliter רָעִים. Gen.40.Quare facies ueſtræ ſunt malæ hodie.ca.47.Sed mali fuerũt dies annorum uitæ meæ.Deut.28.Infirmitates malas,& permanentes.cap.6.Portenta magna & mala in Ægypto.Prou.15.Omnes dies afflicti ſunt mali.2.Reg.2. Sed aquæ malæ ſunt, & terra ſterilis. Nehemiæ 2. Quare facies tuæ ſunt malæ. Et in genere fœminino רָעָה mala, & eſt contrarium nomini טוֹבָה. Et ſumitur aliquando ſubſtantiuè,aliquando adiectiuè. Deinde bifariàm etiam ut in maſculino genere ſumitur: Primò,pro malo culpę: ut Geneſis 44. Quare retribuiſtis malum pro bono.Exod.10.Videtis quòd malum coram facie ueſtra. Iudicum 20.Et auferamus malum ex Iſrael. 1. Regum 1.Et ſi malum inueneris in eo. 1.Regum 12.Quoniam adiecimus ſuper omnia errata noſtra malum, quòd petierimus nobis regem.Pſalmo 52.Quid glorìaris in malo,Prępotens. Geneſis 39. Et quomodo faciam malum magnum iſtud. Et in ſtatu regiminis רָעַת, ſubſtantiuè: & eſt culpę.Gen.6.Et uidit deus quòd multum eſſet malum hominis in terra.Iud. 9.Et reddidit deus malũ Abimelech,quod fecerat patri ſuo.Oſeę 10. Propter malum malitię ueſtrę. Zach.8.Et quiſq; malum ſodalis ſui non cogitabitis. Et cum affixo רָעָתֵךְ. Iere.3.In meretricatione,& malo tuo. Et pluraliter רָעוֹת. Exo.23.Nõ ſis poſt multos ad mala.Prouer.15.Et os improborum eructat mala. Secundò,ſumitur pro malo pœnę ſeu afflictionis.Gen.19.Non potero euadere hoc malum,ne quando apprehẽdat me malũ hoc,& moriar.2.Samuelis 19.Et malum erit tibi iſtud ſupra omne malum, quod uenit ſuper te à iuuentute tua. Nehem. 2. Et malum fuit illis malo magno.2.Sam.24.Et pœnitebit Iehoua ſuper malo.Ieſa.45. Faciens pacem & creans malum. Et cũ uerbo conſtructũ abſolutè,aduerbiaſcit. 2.Sam.12.Si dixerimus ad eum,mortuus eſt puer,& faciet malè.1.Sam.29.Et nõ facies malè in oculis Satraparũ. In ſtatu affixorũ.Num. 11. Vt non uideam in malum meum.Num.35.Neq; quęrens malum eius.1.Sam.24.Ecce Dauid quęrit malum tuum.Iere.2.Et in tempore mali ipſorum dicent,&c. Thren.1.Audiuerunt malum meum. Et pluraliter רָעוֹת. Deut.31.Et inuenient eum mala multa, & anguſtię.Pſal.34.Multa mala iuſto,ſed ex illis omnibus liberat eũ Iehoua.Pſal.88.Quoniam ſatiata eſt malis anima mea.Gen.41.Vaccæ aliæ aſcendentes de fluuio malæ aſpectu.Et iterum: Vaccæ tenues & malæ.

רוֹעַ Malum:primò culpæ,malitia,actiuè.Deut.28.Propter malum ſtudiorum tuorum. 1.Sam.17.Ego cognoui ſuperbiam,& malum cordis tui. Ieſa.1. Remouere malum ſtudiorum ueſtrorum. Iere.24. Quæ non comedebantur propter malum. Nehe. 1. Non eſt hoc,niſi malum cordis. Deinde eſt etiam pœnæ & afflictionis.Gen. 41. Non uidi ſicut has,in tota terra Ægypti in malo. Eccleſ.7. Quia in malo faciei bene erit cordi.Hoc Salomonis dictum explicat Paulus 2.Corinth.7.

מֵרַע Malum,ſcilicet culpæ.Dan.11.Et duorum regum illorum cor ad malum.

רְעוּת Malum,ſcilicet pœnæ.Eccl.1.Omnia ſunt uanitas,& malum ſpiritus.

רַעְיוֹן Malum,ſcilicet pœnæ.Eccl.1.Cognoui,quòd etiam hoc eſt malum ſpiritus.cap.2. In omni labore ſuo,& in malo cordis ſui.

1496 רָעֵב Exarſit,ſeu exaruit fame,eſuriuit:congruitq; ſignificatione cũ uerbis בָּעַר & עָבַר & שָׁרַב, & ut metatheſi literarum, ita quoq; modo ſignificandi differunt. Prou. 25. Si eſurierit oſor tuus,ciba eum.Ieſaię 8.Et tranſibit per eam induratus,& eſuriet: & erit,quando eſurierit,etiam efferueſcet.Iere. 42. Et propter panem non eſuriemus.

In tertia coniugatione הִרְעִיב. Deut.8.Et eſurire faciet te.Prouer.10. Non eſurire ſinet Iehoua animam iuſti.

INDE NOMINA:

רָעֵב Nomen participiale,eſuriens,famelicus.2.Samu.17. Populus eſt eſuriens & laſſus, & ſitibundus in deſerto.Ieſ.38. Frange eſurienti panẽ tuum. Et pluraliter רְעֵבִים. 2.Reg.7.Quia eſurientes ſumus.

רָעָב Fames,eſuries.Gen.12.Et fuit fames in terra.Deu.32.Aduſtiones famis.2. Sam. 21. Et fuit fames in diebus Dauid.Amos 8.Et mittã famem in terram, nõ famẽ panis.

Fames

רְעָבוֹן Fames. Pſal.37.In diebus famis ſatiabũtur. Et in ſtatu regiminis רַעֲבוֹן. Gen.44. Frumentum famis domuum ueſtrarum.

1497 רָעַד Tremuit.Pſalm.104. Qui reſpexit terram & tremuit. In tertia coniugatione legitur tantùm participium pręſens מַרְעִיד. Danielis 10. Steti tremens. Et pluraliter מַרְעִידִים. Eſdræ 10.Et ſteterunt trementes.

INDE NOMEN,

רַעַד Tremor.Pſal.55. Timor & tremor ingredietur in me. Et in diſtinctione ſententiæ רָעַד. Exod.15. Apprehendet eos tremor. Et in forma fœminea רְעָדָה. Iob 4. Timor occurrit mihi,& tremor.Pſ. 2. Seruite ipſi Iehoua in timore, & exultate in tremore.Pſ.48.Tremor apprehẽdit uos.Ieſ.33. Tremor apprehendit hypocritas.

1498 רָעָה Pauit uel ſe,uel alios.Et quando tranſitiuè de paſtura ſeu paſtione dicitur, tum ſimul omnia complectitur,quæ ſunt boni paſtoris officia, & quæ ad paſturam pertinent:nempe,familiariter adeſſe ouibus.& dulci erga eas eſſe affectu, agendo,regendo,educendo,& introducendo,paſcendo,alendo,potando,curando, & defenſione à lupis etiam cum animæ ſuæ & uitæ periculo,ſicut à propheta conditiones boni paſtoris Pſalm.23.& à Chriſto Ioannis 10. & alibi deſcribuntur. Eſtq; contrariæ ſignificationis uerbis רָעַע רֵעַ,quæ affectum erga alios malum & actiones ac opera ex malo affectu nata ſignificant.Attribuitur quoque ſæpè pijs regibus & prophetis,qui ſana doctrina,& ſalutaribus legibus populum regunt & paſcunt,quemadmodum etiã Græcis uerbum ποιμαίνω, paſcere & regere more paſtorũ ſignificat. Tranſitiuè uſurpatur,quando poſt ſe regit accuſatiuum.Geneſ.29. Potate gregem & ite, paſcite.cap.30. Paſcam gregem tuum & cuſtodiam. 2. Sam. 2.Tu paſces populum meum.Pſal.78.Et pauit eos in integritate cordis ſui.Ezech. 34.Et excitabo ſuper eos paſtorem unum,& paſcet eos,ſeruum meum Dauid.Michæę 5.Ipſe ſtabit & paſcet in fortitudine Iehoua.& cap.7.Paſce populum tuũ uirga tua.Ezech.34.Et pauerunt paſtores ſeipſos,& oues meas non pauerunt. Prou. 10.Labia iuſti paſcent multos.Oſeæ 9.Horreum & torcular non paſcent eos.Ier.3. Et paſcent uos ſcientia & intelligentia.& cap.22.Omnes paſtores tuos paſcet uẽtus,id eſt ducet ſeų pellet,ut uentus ſolet gregem agitare & abducere. & Pſal. 49. Mors paſcet eos,id eſt,arrodet eos. Solet ſcriptura aliquando hoc uerbo uti mimiticôs,ſeu per antiphraſin,metaphora ſumpta à pecudibus quę depaſcũt paſcua, uel à paſtoribus, qui ad optima paſcua ſolent pecudes deducere, ut ea depaſcant: ut Mich.5.Et depaſcent terram Aſſur gladio. Iere. 2. Etiam filij Noph & Tachpanes depaſcent tibi uerticem. Extra autem regimen uſurpatur neutraliter. Exod. 34.Etiam oues,& boues non paſcentur ad proſpectum montis iſtius.Pſalm.37. Et paſcere fideliter. Ieſaiæ 5. Et paſcentur agni iuxta ordinem ſuum. Iere. 11. Incendit ignem iuxta eam,& depaſti ſunt rami eius. Ionæ 3. Non paſcentur, & aquam non bibent. Mich.7.Et paſcentur Baſan & Gilead iuxta dies priſtinos.

Participium præſens רֹעֶה. Gen. 30. Et Iacob paſcebat oues Laban reliquas. & cap.48. Deus qui paſcit me ab eſſendo me uſq; in hanc diem.1.Sam.16. Et ecce paſcit in ouibus.Prou.13.Paſcens ſtultos malè afficietur. Ieſ.44.Paſcitur cinerem. Oſeæ 14.Ephraim paſcitur uentum, & perſequitur Orientalem. Et in malum. Iob 24.Qui depaſcit ſterilem,quæ non parit. Eſt & רֹעֶה nomen participiale, de quo infrà inter nomina. Et pluraliter רֹעִים. Gen.37.An non fratres tui paſcunt in Sichem. 1. Paralip.27. Et ſuper boues, qui paſcebantur in Saron. Et per antiphraſin.Ieremiæ 12.Paſtores multi perdiderunt uineam meam,id eſt,depaſtores,depopulatores.Ita Chaldæos uocat. Et in genere fœminino רֹעָה .Gen.29.Et Rachel ueniebat cum ouibus,quę erant patris ſui,quas paſcebat ipſa. Et pluraliter רֹעוֹת. Iob 1.Et aſinæ paſcebantur iuxta loca eorum.

In ſecunda cõiugatione רֵעָה,familiariter aſſociauit.Iud.14.Et facta eſt uxor Simſonis ex ſodalibus eius quos aſſociauerat ſibi.

In quarta coniugatione הִתְרָעָה, aſſociauit, ſeu conſociauit ſe familiariter. Prou. 22. Ne aſſocies te cum homine iracundo. Legitur etiã forma quadrata ac ſi eſſet

à רֵעַ. Prouerbiorum 18. Vir ſociorum ad conſociandum ſe, & amicus adhærens pluſquàm frater.

INDE NOMINA:

רֹעֶה Paſtor, nomen participiale. Geneſis 37. Erat paſtor cum fratribus ſuis. cap. 49. Inde paſtor, lapis Iſrael. Numeri 27. Vt non ſit cœtus Iehoua uelut oues, quibus non eſt paſtor. 1. Samuel. 17. Paſtor fuit ſeruus tuus patris ſui inter oues. 1. Reg. 22. Vidi omnem Iſrael diſperſum ad montes ſuos uelut oues, quibus non eſt paſtor. Ieſaiæ 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet. Iere. 51. Diſperſi in te paſtorem & gregem eius. Zach. 13. Percute paſtorem, diſpergētur oues. Eccl. 14. Tradita à paſtore quodam.

Et in ſtatu regiminis רֹעֵה. Gen. 4. Et erat Ebel paſtor ouium. cap. 46. Quia abominatio Ægyptijs omnis paſtor ouiū. ca. 47. Et dixerūt ad Pharaonē, paſtor ouiū ſerui tui, tam nos, quàm patres noſtri, id eſt, ſinguli fuerunt paſtores. Pſ. 80. Paſtor Iſraelis audi. Et in ſtatu affixorū. Pſal. 23. Iehoua paſtor meus, non deficiam. Ieſa. 44. Qui dicit ipſi Cores, paſtor meus eſt. Et pluraliter רֹעִים. Exod. 2. Venerūt paſtores. Et iterum: Vir Ægyptius eripuit nos de manu paſtorum. Cant. 1. Iuxta habitacula paſtorum. Ieſ. 49. Et ipſi paſtores non norunt diſcernere. In ſtatu regiminis & affixorum. Gen. 13. Et erat contentio inter paſtores pecoris Abram, & inter paſtores pecoris Lot. Gen. 46. Sūt uiri paſtores ouium. Gen. 13. Inter paſtores meos, & inter paſtores tuos. Iere. 50. Paſtores eorum ſeduxerunt illos.

רֹעִי Paſtor, litera he commutata in iod. Ieſ. 38. Tanquàm tabernaculum paſtoris. quanquàm multi uelint eſſe plurale per apocopen literæ mem.

רְעִי Paſcuum. 1. Reg. 4. Et uiginti boues paſcui.

מִרְעֶה Paſcuum. Gen. 47. Quia non eſt paſcuum pro grege. 1. Paral. 4. Vt quærerent paſcuum pro ouibus ſuis, & inuenerunt paſcuum pingue & bonum. Thren. 1. Quia non inuenerunt paſcuum. Ezech. 34. Et in paſcuo pingui paſcent. Ioelis 1. Non eſt paſcuum illis. In ſtatu regiminis & affixorū מִרְעֵה. Ieſ. 32. Paſcuū gregum. Iob 39. Explorat in montibus paſcuū ſuum. Et pluraliter in ſtatu regiminis מִרְעֵי. Ezech. 34. Et reliquum paſcuorum ueſtrorum conculcatis pedibus ueſtris.

מַרְעִית Paſcuum. Pſal. 74. Et fumat ira tua in oues paſcui tui. Pſal. 79. Et nos populus tuus & oues paſcui tui. Et Ieremiæ 10. ponitur pro ipſo grege paſcēte: Et omnis grex diſperſus eſt.

רֵעֶה Amicus, ſodalis, ſocius, familiaris, coniunctus. Et in nouo Teſtamento πλήσιος eſt redditum, id eſt proximus: notat enim illū, qui alteri animi cōiunctione familiaris, **dein neben menſch / dein nechſter**. 2. Sam. 15. Et uenit Chuſai familiaris Dauidis in ciuitatem. 1. Reg. 4. Et Zabud filius Nathan Sacerdotis erat familiaris regis.

רֵעַ Idem quod רֵעֶה. 2. Samu. 13. Et ipſi Amnon erat familiaris. Pſalm. 35. Velut cum familiari, uelut cum fratre mihi ambulaui. Pſalm. 88. Elongaſti à me amicum, & familiarem. Ieremiæ 9. Et omnis familiaris fraudulenter ambulabit. Prouerbiorum 17. Omni tempore diligit familiaris. Et in ſtatu affixorum ſeruat zere. Iere. 6. Vicinus & familiaris eius. Iob 36. Et annunciabit eam familiaris eius. Exod. 2. Vtquid percuties familiarē tuum. 1. Sam. 15. Dabo illud familiari tuo meliori te. Cant. 5. Et iſte familiaris meus. Iob 31. Et oſtio familiaris mei inſidiatus ſum. & cap. 6. Et foditis contra familiarem ueſtrum. Iere. 3. Tranſgreſſa eſt uxor à familiari ſuo. Legitur etiam de partibus ad inuicem pertinentibus. Gen. 15. Poſuitque unamquanque partem è regione familiaris ſui. Et legitur ſemel cum pathah רַע, Pſal. 15. Qui iurat familiari ſuo, & non mutat. Et pluraliter רֵעִים. Ieremiæ 3. Et tu meretricata es cum familiaribus multis. Canticorum 5. Comedite familiares. Et in ſtatu regiminis רֵעֵי. Iob 2. Et audiuerunt tres familiares Iob. Et cum affixis. 2. Samuelis 12. Et dabo familiaribus tuis. Pſal. 38. Amici mei, & familiares mei. Pſal. 28. Loquentes pacem cū familiaribus ſuis. 1. Reg. 16. Et propinquos eius, & familiares eius. Iob 42. Quando orauit ipſe pro familiaribus ſuis. Habakuk 2. Vę propinanti familiaribus ſuis. Et in genere fœminino רֵעָה, cuius plurale in uſu eſt רֵעוֹת. Iudicum 11. Ego & ſociæ meæ. Pſal. 45. Poſt eam ſociæ eius.

Sodalis

מרע Sodalis, ſocius, familiaris, proximus, coniunctus familiariter. Gen. 26. Et Aſuſuth familiaris eius. Iudicum 14. Et facta eſt uxor Simſonis familiaris ipſius. & cap. 15. Tradidi eam ſodali tuo. Et pluraliter מרעים. Iudicum 14. Et acceperunt triginta ſocios. Et cum affixo. Prouerbiorum 19. Omnes fratres pauperis oderunt eum, multò magis ſocij eius elongant ſe ab eo.

רעיה Socia. Cantic. 1. Ecce tu pulchra es, ſocia mea.

רעות Socia. Exod. 11. Vnaquæque à ſocia ſua. pro quo ſuprà cap. 3. dixerat à uicina ſua, & à cohabitatrice domus ſuæ. Eſth. 1. Et regnum eius det rex ſociæ illius meliori illa.

רענן Vide infrà inter nomina tetragrammata.

רע Cogitatio, uoluntas, ſcilicet amica & propenſa. Pſalm. 139. Attendis ad uoluntatem meam à longe. Et pluraliter ibidem רעי: Et mihi quàm precioſæ ſunt uoluntates tuæ deus, &c.

יריעה Ala, ſeu pars una, quarum multæ ſimul laqueolis conſociatæ, integrum tentorium conficiebant, ſub quo habitabatur. Et Hebræis nomẽ habet ab conſociatione, ſeu coniunctione. Alij cortinam, alij ſequuti Septuaginta αὐλαῖον, alij aliter uerterunt. Conficiebantur autem ex uarijs materijs. Tabernaculi alæ erãt ex ſerico textæ inferiores, ſed quæ ſupertegebantur, ex pellibus caprinis propter cœli intemperiem. Exo. 26. Longitudo alæ unius quatuor cubitorũ. Et mox iterum: Et facies laqueolos ex hyacintho alæ unius. Et iterum: Quinque laqueolos faciet in ala una, & quinquaginta laqueolos facies in extremitate alę, ut coniungatur alteri, & excipiant laqueoli illi, quælibet alteram ſuam. 2. Sam. 7. Arca dei habitat intra alam. integrum tentorium per extenuationem unam tantùm alam uocat. Pſal. 104. Extendit cœlũ uelut tentorium. Et pluraliter יריעות. Exo. 26. Tabernaculum facies, decem alas ex byſſo torta, hyacintho, purpura & cocco. Numeri 25. Portabunt alas tabernaculi. Exod. 36. Fecit etiam alas caprarum pro tentorio ſuper habitaculum, undecim alas fecit eas. Canticorũ 1. Velut tentoria Kedar, & aulæa Salomonis. Habakuk 3. Contremiſcent tentoria terræ Midian.

1499 רעל Legitur uerbaliter tantùm ſemel, idque in tertia cõiugatione paſſiuæ uocis הרעל, & ſignificat neutraliter, tremere. Et congruit ſignificatione cum uerbo רעם, niſi quòd ut litera, ita modo ſignificandi differant. Deinde ut literarum tranſpoſitione, ita ſignificatione differt à uerbo ערל. Nahum 2. Et fraxini tremebant, id eſt, lanceæ ex fraxino.

INDE NOMINA:

רעל Tremor. Zach. 12. Ecce ego ponam calicẽ tremoris. Et pluraliter רעלות, quod ſignificat ornamentum muliebre. Et rectè ſignificare arbitror mitram, quæ bracteis aureis tremit, mit gulden fleitterlein gezieret. Ieſa. 3. Et armillas, & tremulas.

תרעלה Tremor, qualis eſt ebrioſorum. Pſalm. 60. Potaſti nos uino tremoris. Ieſa. 51. Feces calicis tremoris bibiſti.

1500 רעם Congruit ſignificatione cum uerbis רעש & רעל, & ſignificat cõmotionem corporis. Ezechielis 27. Et commouerunt facies. Pſalm. 69. Commouebitur mare & plenitudo eius.

In tertia coniugatione הרעים. Pſalm. 29. Deus gloriæ commotionem fecit. 2. Samuelis 22. Commotionem faciet è cœlo Iehoua. Iob 40. Et uoce ſicut ille, commotionem facies. 1. Samu. 1. Propter commouere facere eam, id eſt, propterea quòd commoueret eam.

INDE NOMEN,

רעם Motus, motio, cõmotio, tremor, concuſſio, quæ tonitru comitatur, & non eſt propriè ille ſonus ſeu fragor. Iob 26. Et commotionem præualeſcentiæ eius quis intelliget? cap. 39. Commotionem principum, & uociferationem. Et in diſtinctione ſententiæ רעם. Pſal. 81. Exaudiam te in abſconſione commotionis. Et cum affixo. Pſal. 77. Vox cõmotionis tuæ in ſphæra. Et in genere fœminino רעמה. Iob 39. Num dabis equo præualeſcentiam, num indues collum eius commotione.

1501 רעת Senſim defluxit, ſeu influxit. Atque tam ſignificatione, quàm modo ſignificandi

congruit cum uerbo עָרַף, in ſecundo modo ſignificandi. Iob 36. Defluant ſuper hõmines multos. Pſ. 65. Et ueſtigia tua defluent pinguedine. Et iterũ: Defluent amœna deſerti. Prouerb. 3. Et nubes defluent rorem.

In tertia coniugatione הַרְעִיפוּ. Ieſaiæ 45. Defluite cœli è ſupernis.

1502 רָעַץ Præualuit opprimendo, præualidè oppreſſit. Conuenit ſignificatione cum uerbis רָצַץ & צָרַע צָרַר עָרַץ עָצַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Exod. 15. Dextera tua præualidè oppreſſit inimicum. Iud. 10. Et præualidè oppreſſerunt, & peſſundauerunt filios Iſrael in anno illo.

1503 רָעַשׁ Commotus eſt terrore ad fugam, tremuit. Congruit ſignificatione cum uerbis רָנַץ & רָעַם רָגַל רָשַׁע. Iere. 9. Commota eſt uniuerſa terra. Pſalm 72. Et commouebitur ſicut Libanus, fructus eius. Ioel. 2. Commoti ſunt cœli: ſeu, commouerunt ſe cœli. Nahum 1. Montes commoti ſunt ab eo. Ezech. 38. Et amouebunt ſe à facie mea piſces maris. & cap. 26. Commoti ſunt muri tui.

Participium præſens רֹעֲשִׁים. Iere. 4. Vidi montes, & ecce commouebantur.

In tertia coniugatione הִרְעִישׁ. Pſal. 60. Commouiſti terram. Ezech. 31. Commoui terram. Iob 39. Num commouebis eum ſicut locuſtam, ſcilicet in fugam.

Participium præſens מַרְעִישׁ. Ieſaiæ 14. Commouens regna. Haggei 2. Ego commoueo cœlos.

INDE NOMEN;

רַעַשׁ Commotio. 1. Reg. 17. Non in uento Iehoua, ſed poſt uentum commotio: non in commotione Iehoua, & poſt commotionẽ ignis: nõ in igne Iehoua, ſed poſt ignẽ uox ſilens ſubtilis. Ezech. 3. Et uox commotionis magnæ. & cap. 12. Panem tuum in commotione comedes. Iob 41. Et ridebit ad commotionem clauæ. Ieremię 47. A commotione currus eius. & cap. 39. In commotione & ira ſcrobificabit terram.

1504 רָפָא Leniuit morbum ſeu dolores, medicatus eſt, ſanauit. Et dicitur quoque figuratè de rebus inanimatis. Congruit ſignificatione cum uerbo רָפָה, niſi quòd ut ultima litera, ita modo ſignificãdi inter ſe diſcrepent. Gen. 20. Et ſanauit deus Abimelech. Numeri 12. O deus ſanitatem reſtitue obſecro illi. Deuteron. 32. Vulnero, & ego ſanabo. 2. Paralipom. 7. Et ſanabo terram eorum. Pſalm. 41. Sana animam meam, quia erraui tibi. Pſal. 60. Sana fracturas eius. Pſal. 107. Miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos. Eccleſiaſt. 3. Tempus interficiendi, & tempus ſanandi. Ieremiæ 3. Sanabo auerſiones ueſtras. Iob 5. Ipſe uulnerat & manus eius ſanabunt. ubi in forma רָפָה ſcriptum eſt.

Participium præſens רֹפֵא, quod tamen etiam nominaliter uſurpatur. 2. Regum 20. Ecce ego ſanitatem reſtituo tibi. Pſal. 103. Qui mederis omnibus ęgritudinibus meis. Ieremiæ 8. Aut non eſt medicus tibi. Exod. 15. Omnem ægritudinem, quam ego poſui in Ægypto, non ponam ſuper te: quia ego medicus tuus, id eſt, pręſeruator tuus. Et pluraliter רֹפְאִים. Geneſ. 50. Et præcepit Ioſeph ſeruis ſuis medicis, ut aromatibus condirent patrem ipſius, & condierunt medici Iſraelem 2. Paral. 16. Et in ægritudine non conſuluit Iehoua, ſed medicos. In ſtatu regiminis רֹפְאֵי. Iob 13. Medici Idoli uniuerſi uos.

In uoce paſſiua נִרְפָּא. Leuit. 14. Sanata eſt plaga. Ieſa. 53. Et liuore eius ſanitas recuperata eſt nobis. 1. Sam. 6. Tunc ſanabimini. 2. Reg. 2. Et ſanatę ſunt aquæ uſq; in diem iſtum. Iere. 15. Noluit ſanari. & cap. 51. Medicauimus Babel, & non ſanata eſt: ubi in forma רִפָּה ſcribitur.

In ſecunda coniugatione רִפֵּא. Exod. 21. Et ſanando ſanabit. 2. Reg. 2. Et ſanitatem reſtitui aquis illis, non erit inde amplius mors. 1. Regum 18. Et reparauit altare Iehoua, quod dirutum erat.

In quarta coniugatione הִתְרַפֵּא. 2. Regum 18. Et reuerſus eſt Ioram rex, ut ſanaret ſe in Iezrael.

INDE NOMINA:

רָפָא Scribitur etiam cũ he רָפָה, nomen uiri Gigantis in Nob. 2. Sam. 21. Et Isbi in Nob, qui erat de filijs ipſius Rapha, cuius haſta trecenta pondo æris habebat. Et iterum.

Et erāt quatuor nati ipſi Rapha in Gath. Et quia ipſe Gigas erat mōſtroſæ magnitudinis, ideo pluraliter רְפָאִים omnes Gigantes & tyranni dicebantur, quaſi dicas, ſani, ualidi. Et quia Gigantes propter tyrannidē malè audiebāt, quaſi certò damnati, ideo ſæpè pro infernalibus accipiť, ſicut Germani quoq; uocant tales **betriſen/ hellrieſen.** Gen. 14. Et percuſſerunt gigantes in Aſtheroth Karnaim. Deuter. 2. Gigantes reputantur etiam ipſi, ſicut Anakim. Et iterum: Et reliquum Gilead, & omnem Baſan, regnum Gog dedi dimidiæ tribui Manaſſe, totum funiculum Argob cum tota Baſan, quæ etiam ipſa uocatur terra Gigantum. & cap. 3. Et tantùm Og rex Baſan remanſit ex reliquijs gigantū, cuius lectus erat ferreus, &c. Ioſue 15. Qui eſt in regione uallis Hinnom ad Occidentem, quiq; eſt in termino uallis gigātum ad Aquilonem. Ieſaiæ 26. Et terram gigantum præcipitabis. Pſalm. 88. Num mortuis facies miraculum, aut gigantes reſurgentes celebrabunt te. Prouerbiorum 2. Quoniam incuruata eſt ad mortem domus eius, & ad gigantes orbitæ eius. & cap. 9. Et ille neſcit, quòd gigantes ſint ibi in profunditatibus Inferni hoſpites eius. & cap. 21. Homo errans à uia prudentium, in cœtu gigantum requieſcet. Ieſa. 14. Excitat tibi gigantes, omnes hircos terræ. Iob 26. Gigantes aguntur ſub aquis, & cohabitatores eorum, id eſt, magni piſces.

רִפְאוּת Medicina. Prou. 3. Medicina erit umbilico tuo.

רְפֻאוֹת Remedium. Iere. 30. Remedia, obductio non eſt tibi. Et cap. 46. Fruſtrà multiplicaui remedia. Ezech. 30. Vt dentur remedia.

מַרְפֵּא Pharmacum, remedium, medela. 2. Paral. 21. Percuſſit eū Iehoua in uiſceribus eius, ægritudine ſine remedio. Prouerbiorum 12. Lingua ſapientum, medicina. Ieremiæ 14. Quare percuſſiſti nos, & non eſt nobis remedium. Vide de hoc nomine etiam in uerbo רָפָה.

תְּרוּפָה Medicina, medela, remedium. Ezechielis 47. Et erit fructus eius in cibum, & fo-
1505 lium eius in medicinam.

**רָפַד** Cubauit. Et cōgruit ſignificatione cum uerbis רָבַץ & רָבַד, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Iob 41. Cubat ſuper aſperis uelut in luto.

In ſecunda coniugatione רִפֵּד, ſtrauit. Iob 17. Et in obſcuro ſtraui lectum meum. Cantic. 2. Sternite mihi in pomis.

INDE NOMEN,

רְפִידָה Stratum. Et cum affixo legitur Canticorum 3. Columnas eius fecit argenteas, & ſtratum eius aureum.

רַפְסֹדוֹת Inſerta litera ſamech, Rapſodes, uox etiam Græcis communis, Latinè rates à ſtratura, quòd ſcilicet aquis ſint ſuperſtratæ. Legitur autem 2. Paralip. 2. Et nos ſecabimus ligna in Libano, quotquot tibi neceſſaria fuerint, & adducemus ea tibi rati-
1506 bus per mare ad Iapho. pro quo 1. Reg. 5. דֹּבְרוֹת.

**רָפָה** Dimiſit, remiſit: cōgruit ſignificatione cum uerbo רָפָא, niſi quòd ut ultima litera, ita modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Et opponitur uerbo חָזַק, quod apprehēdere, & retinere ſignificat. Iud. 8. Tunc remiſit ſpiritus illorum ab eo. cap. 19. Ecce nunc remiſit dies ad ueſperaſcendum. 2. Sam. 4. Audiens autē filius Saul, quòd mortuus eſſet Abner in Hebron, remiſerunt manus eius, & totus Iſrael perterritus eſt. 2. Paral. 15. Et uos pertinaces ſitis, neq; remittatis manus ueſtras. Ieſ. 5. Et ſtipulam flamma dimittet. Exod. 4. Et dimiſit ab eo.

In uoce paſſiua legitur participium pluralis numeri נִרְפִּים. Exo. 5. Quoniam remiſſi facti ſunt, ideo uociferantur. Et iterum: Remiſſi eſtis, remiſſi, inquam.

In ſecunda coniugatione רִפָּה. Iob 12. Et baltheum fortium remiſſum fecit, id eſt, diſſoluit. Ezech. 1. Et cùm ipſa ſtarent, remittebant alas ſuas.

Participium præſens מְרַפֵּא. Iere. 38. Ipſe remiſſas facit manus uirorum belli. ubi aleph ſcriptum eſt pro he. Et pluraliter מְרַפִּים. Eſdræ 4. Populus terræ remiſſas faciebant manus populi Iehuda.

In tertia coniugatione הִרְפָּה. Deut. 4. Quoniam deus cōmiſerator Iehoua, deus tuus non dimittere ſinet te, neq; diſperdet te. & capite 9. Dimitte à me ut extermi-

nem eos.& cap.31.Ipſe ambulabat tecum, non dimittet te,neq; derelinquet te. Ioſue 10.Ne remittas manus tuas à ſeruis tuis.Iudicum 11.Dimitte à me duobus menſibus.2.Samuelis 24.Remitte manum tuam.2.Regum 4. Permitte illi,quia anima eius amara eſt illi.Pſalm.37.Dimitte ab ira.Nehemię 6.Secundum quod remiſſum fecero illud.Iob 7.Non dimittis me,donec abſorbeam ſaliuam meam.& cap.27.Iuſtitiam meam apprehendi, & non dimittam eam. Pſalm. 138. Facta manuum tuarum ne dimittas.

In quarta coniugatione הִתְרַפָּה. Prouer.24. Si remiſſum exhibueris te in die anguſtiæ,anguſta erit uirtus tua.

Participium præſens מִתְרַפֶּה. Prouerbiorum 18. Etiam remiſſus in officio ſuo. Et pluraliter מִתְרַפִּים. Ioſue 18. Quouſque remiſſos exhibetis uos, ut ueniatis & occupetis terram.

INDE NOMINA:

רָפֶה Remiſſus.Numeri 13.An ſtrenuus ſit,aut remiſſus. In ſtatu regiminis רְפֵה. 2. Samuelis 17.Et ipſe laſſus & remiſſus manibus. In genere fœminino pluraliter רָפוֹת. Iob 4.Manus remiſſas confortabis.Ieſaiæ 35.Confortate manus remiſſas.

רִפְיוֹן Remiſſio.Iere.47.Non reſpexerunt patres ad filios præ remiſſione manuum.

מַרְפֵּא Remiſſio.Prou.14.Vita carnium,cor remiſſionis,id eſt,manſuetudinis,ſeu lenitatis.Eccleſ.10.Quia remiſſio,quieſcere facit delicta. Vide ſuprà in uerbo רָפָא.

רְפָתִים Stabula, in quibus iumenta remiſſionem habent à labore. Habakuk 3. Et non eſt bos in ſtabulis.

תְּרָפִים Dicuntur, quòd in loco ubi poſita ſunt, dimittantur, uel domi,uel in templo, nec aliò transferuntur,niſi nomen peregrinum & gentilitium dicere malis. Ponitur autem alicubi pro imaginibus ſeu ſimulacris ſacris:ut Geneſ.31. Et furata eſt Rachel ſimulacra patris ſui. 1. Samuelis 19. Et accepit Michol ſimulacra, & poſuit in lectum, & tegumentum caprinum poſuit capitale eius, & operuit ueſte. Zachariæ 10. Quoniam ſimulacra loquuta ſunt iniquitatem, & Magi uiderũt falſum: Alicubi pro rebus ad cultum diuinum pertinentibus ponitur. Iud. 17. Et fecit Ephod & Theraphim. & cap. 18. Non ſcitis quòd ſit in domibus illis Ephod, Theraphim & ſculptile & fuſile. 2 Regum 23. Et Pythones & Gnoſticos & Theraphim. Oſeæ 13.Quoniam diebus multis ſedebunt filij Iſrael ſine rege & ſine principe,& ſine ſacrificio,& ſine ſtatua,& ſine Ephod,& Theraphim. Alicubi pro ipſo cultu idolatrico,ſeu ipſa idololatria.1.Samuelis 15. Quia erratum Magiæ eſt rebellio,& iniquiras & Theraphim,reluctari.

1507 רָפַס

Congruit ſignificatione cum uerbo רָמַס, niſi quòd modo tantùm ſignificandi uarient:ſignificat autem hoc cõculcando perturbare. Et legitur aliquoties commutata litera ſamech in ſin ſiniſtrum. Danielis 7. Et reſiduum pedibus perturbaſti.Ezech.32.Et cõculcaſti aquas pedibus tuis, & perturbaſti flumina eorum. cap. 34.Et reliquas aquas pedibus ueſtris perturbabatis.

In uoce paſſiua legitur participium נִרְפָּשׂ. Prou.25.Fons perturbatus,& ſcaturigo deſtructa,iuſtus lapſus coram improbo.

In quarta coniugatione הִתְרַפֵּס. Prou.6.Exhibe te perturbandum ſeu perturbatum,& præualebis proximo tuo.

Participium præſens מִתְרַפֵּס. Pſal.68.Increpa ferã arundinis, cœtum taurorum inter uitulos populorum perturbantem inter conculcantes propter argentum.

INDE NOMINA:

רֶפֶשׁ Perturbatio.Ieſ.57. Sed eijciunt aquæ eius perturbationem & lutum,id eſt ſpumã. tametſi exemplaria Venetijs excuſa habeant רֶפֶשׁ, cum dextero ſchin, & tum idẽ ſignificat,quod פֶּרֶשׁ, literarum facta tranſpoſitione.

מִרְפָּשׂ Perturbatio.Ezech.34.Et perturbationem pedum ueſtrorum bibent.

1508 רָפַק

Adhæſionem ſignificat:nam cõgruit ſignificatione cum uerbis דָּבַק & רָבַק. Et ut trãſpoſitione literarũ,ita ſignificatione differt à uerbo פָּרַק, qđ auulſionẽ notat

tat. Legitur ttanùm ex eo uerbo participium fœminini generis quartæ coniugationis מִתְרַפֶּקֶת. Canticorum 8. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ex deſerto adhærens pone dilectum ſuum.

רָמַשׂ Conculcandò perturbauit. Vide ſuprà in רָפַס.

1509 רָצַץ In aliquem cucurrit, id eſt, conculcauit, oppreſſit, concuſſit: itaq; modo tantùm ſignificandi inter ſe differunt רוץ רָצַץ רָצָא רָצָה שָׁרַץ. 1. Samuelis 5. Quem defraudaui, aut concuſſi. Idem eſt uerbum quod Lucas cap. 3. Ne quem concutiatis, διασείσητε, uertit.

Participium præſens pluralis numeri ſtatus regiminis רַצֵּי. Pſal. 68. Increpa ferã arundinis, cœtum taurorum, qui perturbant inter cõcutientes propter argentum.

Participium præteritum רָצוּץ. Deut. 28. Et eris iugiter defraudatus, & conquaſſatus cunctis diebus. 2. Reg. 18. & Ieſaiæ 36. Ecce fiduciam collocaſti ſuper baculo arundinis conquaſſato. Ieſaiæ 42. Calamum conquaſſatum non confringet. Oſeæ 5. Defraudatus eſt Ephraim, & oppreſſus iudicio. Et pluraliter רְצוּצִים. Ieſaiæ 58. Et dimittere concuſſos, liberos.

In uoce paſſiua נָרֹץ. Eccl. 12. Et conquaſſatur rota ad puteum. Ezech. 29. Cũ ipſi apprehenderent te manu, conquaſſabatur.

In ſecunda coniugatione רִצַּץ. Iob 20. Quoniam concuſſit, & dimiſit exhauſtos. Iud. 10. Et ualidè oppreſſerunt, & concuſſerunt filios Iſrael. 2. Paral. 16. Et concuſſit Aſa quoſdam de populo. Pſal. 74. Tu conquaſſaſti capita Leuiathan.

In cõiugatione quadrata רוֹצֵץ, diſcurrit. Nahum 2. Aſpectus eorum uelut lampades, uelut fulgura diſcurrent.

Participium præſens, pluralis numeri fœminini generis הָרֹצְצוֹת. Amos 4. Quæ conculcatis egenos.

1510 רָצָא Differt modo tantùm ſignificandi à uerbis שָׁרַץ & רוץ רָצַץ רָצָה, & ſignificat diſcurrere. Ezech. 1. Et animalia diſcurrendo & reuertendo ſicut uiſio fulguris.

1511 רָקַד Saltauit pre lętitia, exultauit: congruitq; ſignificatione cum uerbo רַקֵּד. Pſal. 68. Quare exilitis montes gibboſi, &c.

1512 רָצָה A uerbis שָׁרַץ & רוץ רָצַץ רָצָא modo tantùm ſignificandi differt: nam ut illa ad corpus, ita hoc ad animum refertur. Et ſignificat accurrere animo, hoc eſt fauore & beneuolẽtia proſequi, prono & prompto eſſe & accurrere animo & affectu, bonam habere uoluntatem erga aliquem. Et quia uariè conſtruitur, ideo uno uerbo Latino eius ſignificatio exprimi non poteſt:

Primò, quando cum accuſatiuo, ſiue nominis, ſiue pronominis conſtruitur, tum licebit uertere, acceptare, approbare, amore, beneuolentia, & prona uoluntate proſequi. Leui. 26. Tunc acceptabit terra ſabbatha ſua. Et iterum: Et tunc acceptabunt ſeu approbabunt iniquitatem ſuam, id eſt, pœnam pro iniquitate approbabunt. Et ſimili phraſi uſus eſt Ieſaias cap. 40. 2. Paralip. 36. Donec acceptaret terra ſabbatha ſua. Pſal. 102. Quoniam acceptauerunt ſerui lapides eius. Prouerb. 3. Et ſicut pater filium beneuolentia proſequetur. Eccleſ. 9. Quia antea approbauit deus facta tua. Ezech. 20. In odore fragrantiæ acceptabo uos. Malach. 1. An acceptabo eam de manu ueſtra. 1. Reg. 29. Et ſcio deus meus, quòd tu es probator cordis, & rectos acceptas. Pſal. 51. Quoniam non cupis ſacrificiũ: ſtatim enim darem, & holocauſta non acceptas. Pſal. 85. Acceptas Iehoua terram tuam, reducis captiuitatem Iacob, id eſt, beneuolentia & fauore proſequeris. Pſal. 119. Voluntaria oris mei accepta obſecro Iehoua. Malach. 1. Et oblationẽ non acceptabo de manibus ueſtris.

Et cum affixis pronominibus. Gen. 33. Et acceptaſti me. 2. Sa. 24. Deus tuus acceptet te. 2. Paralipom. 10. Si eris in bonum populo huic, & acceptaueris eum, & loquutus fueris ad eos uerba bona. Iob 33. Orabit ad deum, & acceptabit eum. Pſalm. 44. Quia acceptaſti eos. Ezechielis 20. Ibi acceptabo eos.

Secundò, ſi cum ablatiuo conſtruitur mediante præpoſitione beth, tum cōmodè uertes, bonam uoluntatem habuit. Et nō multùm differt ſignificatione, & eiuſdem eſt conſtructionis cum uerbo חָפֵץ, complacitum habuit. Differentiam autem illorum uidebis in uerbo חָפֵץ. 1. Paralip. 28. In domo Iehuda eſt domus patris mei, & inter filios patris mei, in me bonam uoluntatem habuit, ut conſtitueret me regē ſuper omnem Iſrael. 1. Paralip. 29. Propter habere me bonam uoluntatem in domo dei mei, eſt mihi theſaurus auri & argenti. Pſal. 147. Nō in tibijs uiri bonam uoluntatem habebit. Ieſaiæ 42. Electus meus in quo bonam uoluntatem habuit anima mea. Mich. 6. An bonam uoluntatem habebit in millibus hircorum. Haggei 1. Et ædificabunt domum, & bonam uoluntatem habebo in ea.

Tertiò, ſemel conſtruitur cum עִם. Pſal. 50. Quando uidebas furem, currebas cū eo, ſcilicet animo, id eſt conſentiebas ſeu colludebas cum eo.

Quartò, aliquoties abſolutè ponitur, & licebit uertere acceptū, gratum, approbatum eſſe. Deut. 33. Et opus manuum eius ſit acceptum. Iob 14. Acceptus erit uelut mercenarij dies eius. Pſal. 40. Sis bona uoluntate Iehoua, ut eripias me. Pſal. 49. Hæc eſt uia ſtultitiæ eorum, attamen poſteri ipſorum ore ſuo approbant.

Participium præſens רוֹצֶה. Pſal. 147. Acceptat Iehoua timentes eum. Pſal. 149. Quoniam bonam uoluntatem habet Iehoua in populo ſuo.

Participium præteritum רָצוּי. Deut. 33. Aſſer erit acceptus fratribus ſuis. Eſther 10. Et erat acceptus multitudini fratrum ſuorum.

In uoce paſſiua נִרְצָה, acceptum ſeu acceptabile factum eſt, bonæ uoluntatis factum eſt. Leuit. 1. Et fiet acceptum ei, id eſt pro eo. & cap. 7. In die tertio non acceptabitur, qui offert illud. & cap. 19. Et ſi comedendo comedetur in die tertia, execrabile eſt, non acceptabitur, id eſt non erit acceptum, ſeu acceptabile. cap. 22. Pro uoto non acceptabile erit. Ieſa. 40. Accepta eſt iniquitas, id eſt pœna iniquitatis, qua animi pœnitentia ducti, agnitione iniquitatis afficiuntur, ea approbatur, accepta & grata eſt, & habent in pœna pœnitentiæ bonam uoluntatem. Simili phraſi legitur in uoce actiua Leuit. 26. ex quo loco Propheta ea deſumpſit.

In ſecunda coniugatione רִצָּה. Iob 20. Filij eius quærent bonam uoluntatē pauperum, & manus eius reddent laborem ipſorum.

In tertia cōiugatiōe הִרְצָה. Leu. 26. Tūc quieſcet terra, & acceptabit ſabbatha ſua.

In quarta coniugatione הִתְרַצָּה, & conſtruitur cum præpoſitione אֶל. 1. Sam. 29. In quo acceptum faciet ſe apud Suſtentatorem ſuum.

INDE NOMINA:

רָצוֹן Gratia, acceptatio, bona uoluntas, beneuolentia, fauor, propenſus animus, quem quis habet erga alium, Græcè εὐδοκία. Exod. 28. Et erit ſuper fronte eius iugiter ad acceptationē illis coram Iehoua. Leui. 19. Et ſacrificabitis ſacrificium retributionū ipſi Iehoua, ad acceptationem ueſtri offeretis. & cap. 22. In quocunque eſt macula, illud non offeretis: quoniam non ad acceptationem erit uobis. Prouerb. 10. Labia iuſti agnoſcunt bonam uoluntatem, ſed os improborum peruerſa. 2. Paralipo. 15. Et cum omni bona uoluntate quæſiuit eum. Eſdræ 10. Facite confeſſionem ipſi Iehoua Deo patrum ueſtrorum, & facite bonam uoluntatem eius. Eſther 1. Vt facerent iuxta bonam uoluntatem uiri & uiri, id eſt uniuſcuiuſq;. Pſal. 5. In modū ſcuti bona uolūtate coronabis eum. Pſal. 40. Facere bonam uoluntatē tuam deus meus cupiui. Pro quo author Epiſtolæ ad Hebręos θέλημα uertit. Prou. 8. Et hauriet bonam uoluntatem à Iehoua. Ieſaiæ 61. Ad prędicandum annum acceptationis, id eſt acceptabilem, ſeu bonæ uoluntatis. pro quo Lucas uertit δεκτόν. Item cap. 49. In tempore acceptationis exaudiui te. Paulus 2. Corinth. 6. citans hunc Ieſaiæ locum, uertit Græcè χάριν: aliàs in nouo Teſtamento communiter nomine εὐδοκίας uerſum eſt: ut Lucæ 2. Gloria in excelſis Deo, pax in terra, hominibus bona uoluntas. Matth. 11. Certè pater, ſic fuit εὐδοκία bona uoluntas apud te, &c. Legitur etiam de re animo accepta & grata. Deut. 33. Naphthali ſatur bona uoluntate, & plenus benedictione Iehoua. Loquitur enim de donis & bonis, quæ deus in illū bona ſua

uolun-

uoluntate contulit. Malachiæ 2. Non amplius reſpicere ad oblationem, neq; accipere bonam uoluntatem de manu ueſtra, id eſt munus bona uoluntate ueſtra oblatum. Porrò Iacob patriarcha ex indignatione animi in malam partem accepit Geneſis 49. Quoniam in ira ſua occiderunt uirum, & in uiolentia extirparunt bouem, mutwillen.

תִּרְצָה Ciuitas huius nominis in regno Iſrael ſita, ab amœnitate dicta: cuius fit mentio Ioſue 12. 1. Regum 15. & 18.

1513 **רָצַח** Violenter occidit hominem, præſcidit homini uitam, intulit mortem homini ferro, ſiue alio inſtrumento ſeu modo: idq; ſciens, uel neſciens: trucidauit. Et cõgruit ſignificatiõe cum uerbis רָצַץ & זָרַח חָרַץ, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Exod. 20. Non oceides. Deut. 22. Quia ſicut ſurgeret uir contra ſodalem, & occideret animam eius. 1. Reg. 21. An non occidiſti, ſimulatq; poſſediſti. Oſeæ 4. Peierare, & mentiri, & occidere, &c.

Participium præſens, ſeu nomẽ participiale רֹצֵחַ, occiſor, homicida. Num. 35. Vt fugiat illius occiſor, qui occiderit ſodalem ſuum ignoranter, & non oderit eum nudiuſtertius. Et mox iterum: Et ſi inuenerit eum aſſertor ſanguinis, & occiderit ultor ſanguinis occiſorem.

In uoce paſſiua אֵרָצֵחַ. Prou. 22. In medio platearum occidar.

Participium fœminini generis הָרְצוּחָה. Iud. 20. Et reſpondit uir mulieris occiſæ.

In ſecunda coniugatione תְּרַצְּחוּ. Pſal. 62. Vſquequò inſidiamini, ut occidatis. Pſal. 94. Et pupillos occident. Oſeę 6. Coniuratio ſacerdotũ, uia occidunt ad Sichẽ, &c. Atq; huc reſpexit Chriſtus Lucæ 10.

Participium præſens מְרַצֵּחַ. 2. Reg. 6. Nunquid uidiſtis, quòd miſerit filius homicidę illius, ut auferat caput meum. Et pluraliter מְרַצְּחִים. Ieſ. 1. Et nũc homicidæ.

INDE NOMEN,

רֶצַח Occiſio, homicidiũ. Pſal. 42. Quaſi occiſio in oſſibus meis. Ezech. 21. Ad aperiendum os ad homicidium.

1514 **רָצַע** Præualuit imprimendo, ſeu perforauit: præualidè impreſſit, ſeu perforauit. Congruit ſignificatione cum uerbis רָצַץ & זָרַע זָעַר עָרַץ צָעַר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Exod. 21. Et perforet Suſtentator eius aurem ipſius perforatoria, id eſt, ſubula. Notat autem tacitè præualeſcentiam & dominium in ſeruum.

INDE NOMEN,

מַרְצֵעַ Nomen inſtrumenti præacuti, quo quid perforatur: hoc Hieronymus, & alij poſt illum ſubulam uerterunt. Exo. 21. Et perforet Suſtentator ipſius aurem eius perforatorio, id eſt ſubula. Deuteron. 15. Et accipies perforatorium, & pones in aurem eius, & in oſtium.

1515 **רָצַף** Videtur eſſe compoſitum ex שָׂרַף & רָצַץ: ſignificat enim ſterni ad ardendũ ſeu comburendũ, quanquàm uerbaliter tantùm participiũ pręteritũ in uſu ſit, רָצוּף. Cantic. 3. Et medium eius ſtratum erat amore propter filias Ieruſalem, id eſt, ardebat amore: uel, ardor amoris.

INDE NOMINA:

רִצְפָּה Carbo accenſus, ſeu uiuus ſuper pauimento. Ieſaię 6. Et uolabat ad me unus de Seraphim habens in manu ſua carbonem ignis. Sumitur autem in alijs locis pro ipſo pauimento lapideo atrij, in quo ſuper carbonibus parabãtur tortę, & oblationes. 2. Paral. 7. Procidebant faciebus in terram ſuper pauimentum, & adorabant. Ezechiel. 4. Et ecce Exedræ & pauimentum factum in atrio per circuitum. Et in ſtatu regiminis רִצְפַּת, quod tamen generaliter uſurpatur pro pauimento lapideo. Eſther 1. Lectuli aurei erant ſuper pauimento parij & marmoris.

רְצָפִים Nomen pluralis numeri tantùm, pruna ſeu carbones accenſi. 1. Reg. 19. Et cùm reſpexiſſet me, ecce in loco capitis mei torta prunæ ſeu carbonum, & uas aquæ.

מַרְצֶפֶת Pauimentum. 2. Reg. 16. Poſuitq; ipſum ſuper pauimentum lapideum.

Atte-

1516 רקק Attenuationem,ſeu tenuitatem ſignificat:congruit enim ſignificatione cũ uerbis רִיס רָבָה מָרַק מָלַס, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient.
Ex eo autem legitur tãtùm participiũ pluralis numeri, fœminini generis, quod tamen nominis naturam induit, רַקּוֹת. Ge.41.Et tenues carne.Et iterum:Comedebant uaccæ tenues & malæ,ſeptem uaccas priores pingues. Atq; in eo loco ſæpè repetuntur hæ uoces רַקּוֹת & דַלּוֹת.

INDE NOMINA:

רַקָּה Tempus, pars capitis tenuior, ſicut לֶחִי à politie, gena dicitur. Et legitur tantùm cum affixis. Iud. 5. Et infixit clauum in tempus eius. Cantic. 4. Sicut fragmentum malogranati tempus tuum.

רָקִיק Placẽta,torta,cruſtula, à tenuitate. Exo.29. Et placentã unam de caniſtro azymorum. Et in ſtatu regiminis רְקִיק. Num.16.Et placentam azymæ unam. Et pluraliter in ſtatu regiminis רְקִיקֵי.Exo.29.Et placentas azymarum unctas oleo.

רַק Extenuationis ſeu excluſionis particula,id eſt,tamen,tantùm,tantummodo.Gen.20.Tantùm non eſt timor Dei in loco iſto.& cap.14.Præter tantùm ea,quę comederunt pueri.cap.19.Tantùm uiris iſtis ne malefacias.Num.12.An tantummodo per Moſen loquutus eſt Iehoua.Ioſue 9.Tantùm ſit Iehoua deus tecum.1.Reg.11.Tamen totum regnum non rumpam.

1517 רקב Putruit,putreſcebat.Prouer.10.Et nomen improborum putreſcet.Iere.40.Lignum quod non putreſcat,eliget.

INDE NOMINA:

רָקָב Putredo.Iob 12.Et ſicut putredo in oſſibus eius pudenda.& cap.13.Et ipſe ſicut putredo ueteraſcet.Oſeæ 5.Et ſicut putredo,domum Iehuda.Habakuk 3.Ingrediatur putredo in oſſa mea. Et in ſtatu regiminis רְקַב.Prouerbiorum 14.Et putredo oſſium,Zelotypia.

רִקָּבוֹן Putredo.Iob 41. Reputabit tanquàm paleam ferrum, tanquàm lignum putredinis æs.

1518 רקד Exiliuit,exultauit præ lætitia.Et congruit ſignificatione cum uerbo דּוּר. Pſalm.114.Montes exilierunt ſicut arietes.Eccleſiaſt.3.Eſt tempus plangendi, & tempus exultandi.
In ſecunda coniugatione רִקֵּד.Iere.13.Et piloſi exultabunt ibi. Ioelis 2.Super capite montium exultabunt.Iob 21.Et pueri eorum exultabunt.
Participium præſens מְרַקֵּד.1.Paral.15. Et uidit Dauidem exultãtem & ludentẽ.
Et in genere fœminino מְרַקֵּדָה.Nahum 3.Et quadriga exultans.
In tertia coniugatione הִרְקִיד.Pſal.29.Et exultare fecit eas ſicut uitulum.

1519 רקח Condiuit aromata,pigmentauit.Exo.30.Vir qui pigmentauerit.
Participiũ præſens רֹקֵחַ,quod tamẽ nominaliter uſurpatur,condimentarius, pigmẽtarius,id eſt qui multas & uarias ſpecies aromaticas ſimul cõponit, & condit. Exo.30.Factura pigmentarij.Eccl.10.Quemadmodũ muſca mortua putreſcere,& exhalare fœtorẽ facit unguentum pigmentarij. Et pluraliter in ſtatu regiminis רֹקְחֵי.1.Paralip.9.Et de filijs ſacerdotum pigmentarij pigmenti ex aromatibus.
In ſecunda coniugatione legitur participium pręteritũ pluralis numeri מְרֻקָּחִים.2.Paral.16.Pigmentatis in pigmenti ſactura.
In tertia coniugatione הַרְקַח. Ezech.24.Et condi conditura,& oſſa adurantur.

INDE NOMINA:

רַקָּחִים Condimentarij,pigmentarij. Nehemiæ 3.Hannania filius pigmentariorum. Et in genere fœminino רַקָּחוֹת.1.Sam.8.Et filias ueſtras accipiet in pigmentarias, & in coquas,& in piſtrices.

רִקֻּחִים Pigmenta,condimenta.Ieſaiæ 57.Et multiplicaſti pigmenta tua.

רֶקַח Conditura.Cantic.8.Potabo te uino conditurę,id eſt condito.

רֹקַח Conditura,condimentum,pigmentum. Exo.30.Pigmentum pigmenti factura pigmentarij.Et iterum:Et facies illum ſuffitum pigmenti factura pigmentarij.

מִרְקָחִים Pigmentationes.Canticorum 5.Germina pigmentationum.

Confe-

מֶרְקָחָה Confectio, conditura, pigmentum conſtans ex multis ſpeciebus aromaticis. Iob 41. Feruere facit ut ollam, profundum, mare ponit tanquàm cocturam. Ezechielis 24. Multiplica ligna, accende ignem, conſuma carnem, & pigmenta pigmentum, & oſſa adurantur.

מִרְקַחַת Pigmentum, conditura, confectio. Exod. 30. Pigmentum pigmentationis factura pigmentarij. 1. Paralipo. 9. Pigmentarij pigmenti ex aromatibus. 2. Paralipo. 16. In
1520 pigmenti factura.

רקם Legitur in prima coniugatione tantùm participium præſens, maſculini generis רֹקֵם, & ſignificat nominaliter talem artificem, qui uarias formas & figuras multis coloribus effigiare nouit, ſicut acupictores uarietate res diſtinguunt: quare arbitror transferendum uariegator. Exo. 26. Et facies uelum pro ianua templi de hyacintho, purpura, & cocco bis tincto, & byſſo torta, factura uariegatoris. & cap. 35. Omne opus inciſoris & induſtrij, & uariegatoris.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua רֻקַּם, uarietate membrorũ & partium diſtinctus fuit. Pſal. 139. Variegatus ſum in inferioribus terræ.

INDE NOMEN,

רִקְמָה Variegatura, uel naturalis, uel artificialis. 1. Paral. 29. Lapides fuci & uariegaturæ, id eſt, diuerſorũ colorum. Ezechielis 17. Aquila magna, magna alarũ, longa membrorum, plena plumarum, cui uariegatura. Iudic. 5. Spolium rubricatorum uariegaturæ. Ezech. 16. Indumentũ tuum fuit byſſus, & ſericum, & uariegatura. & cap. 27. Et byſſus in uariegatura ex Ægypto fuit expanſio tua. Et in ſtatu affixorum. Ezech. 16. Et accepiſti ueſtes uariegaturæ tuæ, & operuiſti ea. & cap. 16. Et ueſtes uariegaturæ ſuæ. Et in numero duali רִקְמָתַיִם. Iud. 5. Rubricatum uariegaturarum duplicium ad colla ſpoliũ. Et pluraliter רְקָמוֹת. Pſal. 45. In uariegaturis adducetur regi. Arbitror autem hoc uerbum modo tantùm ſignificandi differre à רָגַם,
1521 quod multis & diuerſis lapidibus obruere ſignificat.

רָקַע Continuauit, extendit, diſtendit, & extendendo confirmauit: rem aliquam, quæ priùs fluida & rara erat, confirmauit, & in latum extendit, ſicut æs fluidum fundendo in latum, aut res alia fluida & rara condenſando diſtenditur. Et ut literarum poſitu, ita quoque ſignificatione diſcrepat à uerbo קָרַע, quod id, quod continuum erat & expanſum, rumpere ſeu diſrumpere & dilacerare ſignificat. Ezech. 6. Percute manu tua, & diſtende pede tuo, ſcilicet lutum. 2. Sam. 22. Sicut lutum platearum comminuam eos, diſtendam eos.

Participium præſens רֹקַע. Pſal. 136. Extendenti cœlum ſuper aquas. Ieſa. 42. Extendens terram, & egreſſiones eius.

In ſecunda coniugatione רִקַּע. Exod. 39. Et extenderunt laminas auri. Num. 16. Et diſtendent eas in operimentum altaris. Ieſa. 40. Et aurifaber in auro extendit illud, id eſt diducit.

Participium præteritum מְרֻקָּע. Ierem. 10. Argentum extenſum de Tharſis adducetur, id eſt bracteatum.

In tertia coniugatione תַּרְקִיעַ. Iob 37. Extendiſti'ne cum ipſo nubes firmas ſicut ſpeculum fuſum.

INDE NOMINA:

רִקֻּעֵי Nomen pluralis numeri tantùm, ſtatus regiminis, extenſiones. Num. 16. Et fecerũt ex illis extenſiones laminarum, id eſt laminas extenſas.

רָקִיעַ Extenſio, expanſio compacta & ſtabilis, id eſt, res expanſa, quæ firma, compacta & ſtabilis eſt. Differt autem à שָׁמַיִם, primò etymologia, quia illud à quantitate & qualitate, id eſt, extenſione & firmitudine materiæ dicitur, quòd firma & compacta ſit extenſio: unde Latini firmamentum dixerunt, & rectè quidem: nam quid aere & aqua mollius & fluidius? & tamen Deus ita firmauit illam extenſionem, ut quouis ære & adamante ſit durabilior, nec motus pernicitate conſumatur: at שָׁמַיִם à natura & ſubſtantia aquarum appellationem habet. Secundò, differt ab eo, ut totum à parte: nam hoc ſæpè etiam ſingulos horizontes

zontes ſignificat. Tertiò, quòd שָׁמַיִם non rarò pro inferiore aeris regione ponatur, in qua uolucres uolitant, & quæ eſt ſupra capitibus noſtris, non item firmamentũ in quo ſol, luna, & reliqua omnia luminaria exiſtunt, tametſi Moſes quoq; ſcribat firmamentum dictum eſſe cœlum, ſicut poſtea quoque crebrior eſt in ſacra ſcriptura cœli, quàm firmamenti appellatio. Geneſis 1. Et dixit, fiat firmamentum in medio aquarum, & ſit diuidens inter aquas & aquas, & fecit deus firmamentũ, & diuiſit inter aquas, quæ ſubter firmamentũ, & inter aquas, quæ ſupra firmamentum, & factum eſt ita, & uocauit Deus firmamentum, cœlum. Et iterum: Et dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cœlorum. Pſalm. 19. Cœli recenſent gloriam Dei, facturam manuum eius annunciat firmamentum. Daniel. 12. Et qui erudiunt, ſplendebunt ſicut ſplendor firmamenti. Et in ſtatu regiminis רְקִיעַ. Geneſ. 1. Et fecit deus duo luminaria magna, luminare maius in dominiũ diei, & luminare minus in dominium noctis, & ſtellas, & poſuit ea deus in firmamento cœlorum, ut lucerent ſuper terram. Et iterum: Et uolucre quod uolet ſupra terrã, erga faciem firmamenti cœlorum.

קַרְקַע Firmamentum, non ſupernum illud cœlorum, ſed infernum ædificiorũ, quod Latini pauimentum uocant. Cenſeo autem à uerbo iſto duxiſſe originẽ, repetita tantùm media ſubſtantiali litera. Num. 5. Quod erit in pauimento cohabitaculi. 1. Regum 6. A pauimento domus uſque ad par[illegible]em tegumenti. Amos 9. Si abſconditi fuerint ab oculis meis in pauimento mar[illegible] Et in diſtinctione ſententiæ קַרְקַע. 1. Regum 7. A pauimento ad pauimentum. Eſt & nomen urbis Iudæ, cuius mentionem facit Ioſua capite 15.

1522 רשׁשׁ Congruit ſignificatione cum uerbo רוּשׁ: legitur ex eo tantùm paſſiuum ſecũdæ coniugationis רֻשַּׁשׁ. Malach. 1. Si dixerit Ædom, eiecti ſumus poſſeſſione, reuertemur, & ædi[illegible]cabimus arida, &c.

1523 רשׁע In prima coniugatione ſignificat neutraliter improbè, & ſeditioſè agere contra Deum & uerbum eius, eſtq; ſemper culpæ: habet magnã affinitatem ſignificatione cum uerbo רָעַשׁ, niſi q; ut literarum tranſpoſitione, ita modo ſignificandi uarient. Et opponitur uerbo Hebræo צָדַק. Chaldæus plerunque tranſtulit uerbo חוב. Vulgaris editio, & alij omnes interpretes impiũ eſſe, aut impiè agere. 1. Reg. 8. Et ſi conuerſi precati fuerint in terra inimicorũ ſuorum, dicentes, aberrauimus, improbè egimus. Iob 9. Si improbè egi, quare hac uanitate laboro. Eccleſ. 7. Ne improbè agas multùm, neq; ſis ſtultus: cur enim morieris ante tempus? Et duobus in locis poſt ſe nomen habet mediante articulo ablatiui caſus: 2. Sam. 22. & Pſal. 18. Cuſtodiui uias Iehoua, & nõ improbè egi à deo meo, id eſt nõ factus ſum ſeditioſus contra Domini uerbum & uoluntatem, non defeci per incredulitatem à Domino.

In tertia coniugatione הִרְשִׁיעַ: opponit̃ uerbo הִצְדִּיק. Primò, uſurpatur abſolutè, ut in prima coniugatione pro improbè ſeu ſeditioſè agere pro ſe, & ſua perſona. 2. Paralip. 22. Quia mater ipſius conſilio ſuo induxerat eum ad improbè agendum. & 2. Paral. 20. Poſt hæc aſſociauit ſe Ioſaphat rex cũ Achazija rege Iſrael, qui improbus erat ad faciendum. Paulus hanc phraſin imitatus eſt, cũ ad Titum ita ſcribit: Et ad omne opus reprobi, &c. Nehe. 9. Tu enim iuſtus es ſuper omni illo quod uenit ſuper nos: quoniam ueritatem feciſti, nos autem improbè egimus. Iob 34. Si ipſe dat quietem, quis improbè aget, id eſt, perturbabit ſeu ſeditionem mouebit?

Secundò, uſurpatur pro iure condemnare, pronunciare improbum & reum. Exo. 22. Ad deos perueniet cauſa utriuſq;, & utrum condemnauerint dij, reddet duplum proximo ſuo. Deut. 25. Si fuerit lis inter uiros, accedant ad iudicium, & iudicent inter ipſos, & iuſtificent iuſtum, & condemnent improbũ. 1. Reg. 8. Et audies in cœlo, facieſq; & iudicabis ſeruos tuos condemnando improbum, ut des uiam ipſius in caput eius, & iuſtificando iuſtum, ut des illi ſecũdum iuſtitiam ipſius. Iob 9. Si iuſtus eſt, contendo, os meum cõdemnabit me. & cap. 15. Condemnabit te os tuum, non ego. cap. 10. Dico ad Deum, ne condemnes me. Pſal. 37. Nõ condemnabit eum, cùm ipſe iudicatus fuerit. Ieſaię 10. Ecce Iehoua auxiliabitur mihi, quis me con-

condemnabit. Paulus ad Rom.8.ad hunc locum alludens, Deus eſt qui iuſtificat, quis ille qui cõdemnet: uerbo κατακρίνων reddidit. Sic Matt.12. Ex uerbis tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Et paulò inferiùs: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam. Tertiò, quando tribuitur uel deo, uel magiſtratui officium ſuum faciẽti executiuè, tum eſt pœnæ, & ſignificat realiter & facto condemnare, hoc eſt, punire, ſumere pœnam. 1. Samuel.14. Et in omni loco, ad quem Saul diuertit, cõdemnabat, id eſt, pœnam infligebat, dabat damnum. Iob 34. Vtique deus non condemnabit, ſ. improbè, neq; peruertet iudicium. Prouerbiorum 12. Bonus hauriet gratiam à Iehoua, ſed uirum practicarum damnabit.

Participium præſens מַרְשִׁיעַ. Prouer. 17. Iuſtificans improbum, & condemnans iuſtum, uterque eſt abominatio Iehoua. Et pluraliter in ſtatu regiminis מַרְשִׁיעֵי. Danielis 11. Condemnatores fœderis, perſuadebit blanditijs.

INDE NOMINA:

רָשָׁע Chaldæus חַיָּבָא. In Hebræo ſæpenumerò opponitur nomini צַדִּיק. Diuus Paulus uertit Græcè ἀδόκιμος. Vulgaris editio impius, quã Latini omnes ſunt ſequuti: propriè tamen dicitur improbus, inquietus, turbator, damnoſus, reus. Gen.18. An exterminabis iuſtum cum improbo. Exo.2. Et dixit ad improbum, quare percutis ſocium tuum. & cap.23. Non ponas manum tuam cum improbo, ut ſis teſtis fraudis. Et iterum: A cauſa mala recedas, inculpatum & iuſtum non occidas, quia non iuſtifico improbum, id eſt, ſontem, reum. Num.35. Non accipiatis precium redemptionis pro uita homicidæ, quando ipſe reus ad moriendum, ſed morte moriatur, id eſt, reus mortis, ſicut in Matthæo Græcè redditum ἔνοχος θανάτου. Deut. 25. Et quando quis fuerit filius plagarum, reus ſeu condemnatus. 2. Paral.19. Num improbo uoluiſti ferre auxilium, & oſores Iehoua diligere. Pſal.37. Mutuum accipit improbus, & non reddit: iuſtus autem miſeretur & largitur. Pſal.109. Quando ad iudiciũ pertrahetur, egredietur improbus, id eſt, reus, ſeu condẽnatus. Puto etiã Ioan.8. uerſum Græco κακοποιός, i. malefactor, nocens: Si non eſſet hic improbus, nocens, ſeditioſus. Legitur etiam interdum adiectiuè. Prouer.11. Quando moritur homo improbus, perit expectatio, ſcilicet uitæ æternæ. Et pluraliter רְשָׁעִים. Exod.9. Dixit Pharao, Iehoua iuſtus eſt, ego autem & populus meus improbi. Num.16. Recedite à tabernaculis uirorum improborum, id eſt, ſeditioſorũ. 1. Sam.2. Pedes beneficorum ſuorum cuſtodiet, ſed improbi in obſcuro compeſcentur. 2. Samuelis 4. Quando uiri improbi occiderunt uirũ iuſtum in domo ſua ſuper lecto ſuo, id eſt, ſeditioſi. Iob 30. Ibi ceſſant improbi graſſari. Prouerbiorum 20. Diſpergit improbos rex ſapiens, id eſt, ſeditioſos. & cap.29. Suſtẽtator aliquis qui attendit ad uerba mendacij, omnes ſerui eius improbi, id eſt excitant ſuis delationibus & mendacijs motus & damna. Pſal.82. Egenum de manu improborũ eripite. Prouer.4. Viam improborum ne ingrediaris, ſed deuita eam & præteri: neq; enim dormire poſſunt, niſi aliquod malũ facinus perpetrarint, & priuãtur ſomno ſuo, niſi ruinã fecerint. Et paulò pòſt ſequitur רֶשַׁע: Comederunt enim panẽ improbitatis, & uinũ fraudũ biberunt. Ibi etymologia nominis explicatur, quòd illi propriè ſint improbi, qui malis animi perturbationibus mouentur ad malè agendum. Pſal.3. Percuſſiſti enim omnes inimicos meos maxilla, dentes improborum confregiſti. Loquitur de Abſolone filio ſeditioſo, & eius complicibus, qui regem regno expulerant. Ieſa.57. Improbi ſicut mare cõcitum, quod quieſcere nõ poteſt, ſed aquę eius eijciunt lutum & cœnum: non èſt pax, dicit deus meus, improbis. Ibi iterum etymologia nominis exprimitur, & deſcribitur ingeniũ ſeditioſorum. Et in ſtatu regiminis רִשְׁעֵי. Pſal.75. Bibẽt omnes improbi terrę. Et in genere fœminino רְשָׁעָה. Ezech.3. Neq; dehortatus es improbum à uia ſua improba.

רֶשַׁע Improbitas, inquietudo, turbatio, motus, ſeditio. 1. Samuelis 29. Ab improbis proficiſcitur improbitas. Vult Dauid iſta prouerbiali ſentẽtia ſe expurgare à ſuſpicione & nota ſeditionis, quòd à ſeditioſis & malè feriatis hominibus excitentur ſedi-

tiones & motus,ſe uerò non eſſe talem,qui ſe regi opponat. Iob 34. Ad ambulandum cum uiris improbitatis.Prou.4.Qui comederunt panẽ improbitatis,& uinũ fraudum biberunt.cap.12.Non confirmabitur homo in inquietudine.Eccleſ.3. Vidi ſub ſole locum iudicij,& ibi improbitas: & locũ iuſtitiæ, & ecce ibi fraus. Prouerbiorum 28.Deſertores legis approbant improbitatem,&c. In ſtatu affixorũ mutat ſægol in hirik, & pathah in ſeua. Deuteron.9. Ne reſpicias ad pertinaciam populi huius,neq; ad improbitatem eius,neq; ad erratum eius.Ieremię 14.Agnoſcimus Iehoua improbitatem noſtram. Et in genere fœminino רִשְׁעָה.Prouer. 13.Sed improbitas peruertit erratum.Ieſa.9.Exarſit uelut ignis ſeditio. Loquitur enim eo in loco propheta de ſeditione,eamq; igni comparat graſſanti in ſpinas & dẽſas ſyluas.Ezechiel.5. Commutauit iudicia mea in improbitatem magis,quàm gentes.Zacharię 5.Et dixit, hæc eſt improbitas. In ſtatu regiminis רִשְׁעַת.Deut. 9.Ne dicas propter iuſtitiam meam introduxit me Iehoua, ut poſſiderem terram hanc,& propter improbitatem gentium iſtarum expulit eos. Ezech.18.Et improbitas improbi ſuper ipſum erit. Et in ſtatu affixorum.Deut.25.Et percutiet eum in conſpectu ſuo iuxta modum improbitatis ſuæ.Prouerbiorum 11. In improbitate ſua cadet improbus.

מִרְשַׁעַת Nomen fœminini generis, ſtatus abſoluti. 2.Paral.24. Quoniam Athalia improba, & filij eius irruperunt in domum Dei, & omnia quæ erant conſecrata pro domo Iehoua,fecerunt pro Baalim.

1524

**רֶשֶׁף** Legitur tantùm nominaliter: cõgruitq; ſignificatione cũ uerbo שָׂרַף, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarienr. Et ſignificat generaliter quicquid uolando adurit,incendit,& inflammat.Deuter.32.Attenuatione famis,& deuoratione ardoris.Habak.3. In cõſpectu eius ibat peſtis, & egrediebatur ardor à pedibus eius. Iob 5. Homo ad laborem naſcitur, ut filij uolatilis urentis eleuant ſe uolando.Alludit ad שָׂרָף,id eſt,ſerpentem ignitum,qui alatus uolabat & adurebat. Et pluraliter רְשָׁפִים.Pſalm.78.Et tradidit grandini iumenta eorum, & pecora eorũ fulgetris,quę ſcilicet uolando incendunt. In ſtatu regiminis רִשְׁפֵי. Pſal. 76. Ibi confregit uolatilia ignita arcus, ſcutum, & gladium, & bellum.Sic Paulus cùm loquitur, Epheſ.6. Super omnia aſſumpto ſcuto fidei quo poſſitis omnia iacula mali illius ignita extinguere.Canticor. 8.Pertinax eſt uelut infernus, æmulatio,fulgetra eius uelut fulgetra ignis,flamma Iehoua.

רֶשֶׁת Rete. Vide in themate ſuo יָרַשׁ.

1525

**רָתַת** Congruit ſignificatione cum uerbis רָטַט רָחַשׁ רָפַס רָפַשׂ, & ſignificat tremorem ſeu horrorem.Oſeæ 13.Cùm loqueretur Ephraim horrorem,erat ipſe exaltatus in Iſrael. Vocat autem propheta doctrinam impiam & idolatricam, quæ conſcientias terret,& tremere facit.

1526

**רָתַח** Coquendo ebulliuit,ebulliendo ſonuit,efferbuit: congruit ſignificatione cum uerbis חָמַם & חָרַר חָרָה, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificãdi inter ſe uarient. Ezechielis 24.Ebullire fac ebullitiones eius.

In tertia coniugatione הִרְתִּיחַ. Iob 41. Feruere faciet ſicut ollam, profundum, mare ponet quaſi pigmentarium.

In ſecunda coniugatione uocis paſſiuæ רֻתָּחוּ. Iob 30. Inteſtina mea feruent, & non ceſſant.

INDE NOMEN,

רְתָחִים Bullæ efferueſcentes.Ezech.24.Ebullire fac bullas eius.

1527

**רֹתֶם** Alij pro Iunipero accipiunt. Ego arbitror eſſe geniſtam, quæ frutex eſt ad uincula & ligamina apta. Item ex eo,Plinio teſte,lina fiunt.1.Regum 19. Et ipſe abijt in deſertum itinere unius diei, & ueniens ſedit ſubter geniſtam unam. Et pluraliter רְתָמִים. Iob 30.Et radix geniſtarum cibus ipſorum. Pſal.104. Cum carbonibus geniſtarum.

INDE VERBVM,

רָתַם Geniſta ligauit ſeu uinciuit. Micheæ 1. Liga currum ad mulum ô habitatrix Lachis.

1528 **רתק** Ligari, uinciri, concludi. Et uſuuenit tantùm in uoce paſſiua יֵרָתֵק. Eccleſ. 12. Quouſq; non conſtringetur funiculus argenteus. quanquàm exemplaria multa habent יֵרָחֵק.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua רֻתַּק. Nahum 3. Et omnes magnates conſtricti fuerunt in compedibus.

INDE NOMINA:

רַתּוּק Vinculum, clauſtrum, clauſura. Ezech. 7. Fac uinculum, quoniam terra plena eſt iudicijs ſanguinarijs.

רְתִיקוֹת Vincula, clauſtra, clauſuræ. Ieſa. 40. Ligamenta argentea conflat.

רַתִּיקוֹת 1. Reg. 6. Et fecit tranſire in clauſuris aureis ante oraculum, quam obduxit auro.

DE NOMINIBVS TETRAGRAMMATIS ET PEREGRINIS.

1529 **אַרְנֶבֶת** Lepus: alij à uerbo inuſitato רָנַב deducentes, dicunt literam aleph eſſe formatiuam nominis. Ego uerò ſi non cenſerem eſſe peregrinum, potiùs ab אָרַב deducerem, quòd hoc animal obnoxium ſit inſidijs hominum, & propterea etiam natura ſit timidum & lateat, diceremq; literam nun eſſe formatiuam nominis. Legitur tãtùm duobus in locis in Moſe, qui inter uetita ad eſum commemorat: Leuit. 11. Et leporem: quia ſupernè ruminat, at ungulam non diuidit. & Deuter. 14. Camelum & leporem.

1530 **רֻטֲפַשׁ** Verbum ſecundæ coniugationis paſſiuæ uocis, & compoſitum ex רָטַב & uerbo טוּשׁ, & ſignificat humectari latè. Iob 33. Humectata eſt caro eius præ iuuentute.

1531 **רַעֲנָן** Arbitror hoc nomen à uerbo רָעָה, id eſt paſcere, eſſe deductum, ſicut à uerbo שָׁאָה deriuatur nomen שַׁאֲנָן, & ſignificare uiride: uiridia autem paſcua eſſe nemo eſt qui ignoret. Deut. 12. Et ſuper colliculis, & ſub omni arbore uiridi. Pſal. 52. Ego autem ſum ſicut olea uiridis in domo Dei. Pſal. 92. Vnctus ſum oleo uiridi. Ierem. 17. Et erit folium eius uiride. Et pluraliter רַעֲנַנִּים. Pſal. 92. Pingues, & uirides erunt. Et in genere fœminino רַעֲנָנָה. Iob 15. Et ramus eius non eſt uiridis. Cantic. 1. Etiam lectulus noſter eſt uiridis.

1532 **רִשְׁיוֹן** Nomẽ ſine uerbo: alij iuſſum ſeu mandatum, alij facultatem ſiue licentiã uerterunt. Mihi uidetur eſſe uox Perſica. Legitur tantùm ſemel Eſdræ 3. Vt adferrent ligna cedrina de Libano ad mare Iapho iuxta licẽtiam ſeu conceſſionem Cores regis Perſarum ad ipſos. Porrò Iudæi noſtrates uel diſceſſuri ab alijs, uel operis aliquid aliorum pace, & fauore facturi, honoris cauſa tanquàm ueniã precaturi dicunt, בִּרְשׁוּת שָׁמַיִם, uel בִּרְשׁוּת הַשֵּׁם, cum fauore Dei, perinde ut nos abituri, uel aliquid operis facturi, cum gratia & fauore Dei dicimus atq; præfamur.

1533 **רְשִׁים** Verbum Chaldaicum: ſignatum, notatum, exaratum eſt. Danielis 5. Hæc eſt ſcriptura, quæ ſignata eſt.

INDE NOMEN,

רָשׁוּם Signatura. Danielis 10. Sed indicabo tibi ſignaturam in ſcriptura uera.

ש Pſal.145.

שׁוֹמֵר יְהוָה אֶת כָּל אֹהֲבָיו וְאֵת כָּל
הָרְשָׁעִים יַשְׁמִיד׃

1534

ש Non eſt mei nũc inſtituti indicare officia literarũ, cùm hoc pręcipuè ad Grammaticos attinet, de duplici pronunciatione ſecundum quod punctus uel ſupra dextrum cornu, uel ſiniſtrum collocatur, neq; etiam quòd in numerationibus ſignum ſit numeri trecẽtarij, neq; quãdo poſtpoſita litera lamed articulus eſt pronominum ſeparatorum genitiui caſus: ſed inquantum ab initio dictionibus prępoſita, uerè eſt ſignificatiua, tum ſignificat idem, quod אֲשֶׁר id eſt qui, quæ, quod: item, quia, quòd: differtq; tamen ab illo, quòd non cõſtituit per ſe, & ſeorſum dictionem ſeparatã, ſicut alterum. Deinde אֲשֶׁר perpetuò ſeruat ſua puncta, hoc uerò non item. Cant. 4. Quæ aſcenderunt de ablutione. Ieſa. 37. In uia qua uenerũt in ea. Iud. 6. Et facies mihi ſignum, quòd tu loqueris mihi. Eccleſ. 3. Et ut uideatur, quòd ipſi iumentum apud ſe. Eccl. 8. Quòd etiã hoc eſt uanitas. Et iterum: Et ſunt improbi ad quos attingit quaſi factum iuſtorum. Pſal. 146. In filio hominis quòd non ipſi ſalus. Et aſſumit aliquãdo per protheſin beth. Gen. 6. Non iudicabit ſpiritus meus inter homines porrò, eò quòd etiam caro. Vel etiam ultra beth addit in fine, uel ſimplex lamed, ut בְּשֶׁל propter. Eccl. 8. Hoc opus quod fit ſub ſole, propter quod homo laborat. Vel addit ultra lamed particulam מִי, ita בְּשֶׁלְּמִי, id

1535

eſt, propter quod. Ionæ 1. Vt ſciamus propter quod malum hoc nobis.

שֵׁשׁ Lini genus ſubtiliſſimi & candidiſſimi, cętera lina precio uincens, & nomẽ habet à candore. Interpretes communiter uerterunt byſſum. Et quidem ex locis aliquot conijcere licet eſſe byſſum, quanquàm בּוּץ reſpondente uocabulo byſſus dicatur, & fortè nomen eſt exoticum, שֵׁשׁ autẽ Hebræum. Gen. 41. Et induit eum ueſtimentis byſſi, & poſuit torquem auri ſuper collum eius. Exo. 25. Et hyacinthũ & purpurã, & coccinũ bis tinctum & byſſum. & cap. 26. Et tabernaculum facies decem alarum ex byſſo torta. & cap. 28. Et conſtringes interulã byſſi, & facies mitrã byſſi. & cap. 39. Et fecerunt tunicas byſſi factura textoris Aaroni & filijs eius, & mitram byſſi, & ornamenta pileorum byſſi, & ſubligacula lini byſſi tortæ. Ezechiel. 16. Indumentum tuũ byſſus, & ſericũ & uariegatura. Prou. 31. Byſſus & purpura indumentum ipſius. Deinde ſignificat marmor candidiſſimũ, quod Parium uocant. Eſther 1. Et columnæ Parij. Et iterum: Pro pauimento, marmor, & Parium. Cantic. 5. Tibiæ eius columnæ Parij. Legitur tamen ſemel שַׁיִשׁ, 1. Paralip. 29. Et lapides marmoris in copia.

שֵׁשׁ Nomen numerale cardinale, quod eadem ſignificatione multæ linguæ mutuarũt ab Hebræo, ſex. Et eſt heteroclitum genere, tametſi Hebræorum Grammatici aſſerant eſſe fœmininum, ac conſtruitur nominibus pluralis numeri. Exo. 21. Sex annis ſeruiet. cap. 12. Circiter ſex millia peditum. 2. Samuelis 21. Et digiti manuum eius, & digiti pedum eius, ſex & ſex. Iob 5. In ſex anguſtijs eripiet te. Et quando immediatè ſequitur dictio monoſyllabica, uel alia polyſyllabica, quæ ei adhæret uirgula שֶׁשׁ־, tum habet ſubſcriptum ſægol. Prouerbiorum 6. Sex illa odit Iehoua. Numeri 5. Sex plauſtra. Deinde addit quoque literam he שִׁשָּׁה, & dicunt eſſe generis maſculini, quanquàm ego heteroclitum iudicem. Gen. 30. Quia genui ei ſex filios. Iudic. 20. Et ſex millia uirorum. Et eſt ſemel numerale ordinis. 1. Paral. 25. Sexta decima pro Hanaiahu. Et in ſtatu regiminis שֵׁשֶׁת. Exod. 16. Sex diebus colligetis illud. & ca. 25. Sic pro ſex calamis. Num. 2. Et ſex milliũ. Et pluraliter שִׁשִּׁים, eſt decadicon, ſignificans ſexaginta. Gen. 5. Et uixit Mahaleel quinq; annis

annis & ſexaginta annis.& cap.46.Omnes animæ ſexaginta & ſex.Num.7.Hirc; ſexaginta,agni anniculi ſexaginta.

שִׁשִּׁי Nomē adiectiuum numerale ordinis maſculini generis, ſextus.Gen. 1.Et fuit ueſperè,& fuit manè,dies ſextus.& ca.30.Et genuit filium ſextum.Haggei 1.In menſe ſexto in die primo mēſis. Et in genere fœminino addit literā thau שִׁשִּׁית. Exo. 26.Et duplicabis aulæam ſextam.Leuit.25.Anno ſexto. Legitur tamē ſubſtantiuè.Ezech.4.Et aquam in menſura bibes, ſextarium Hin.& cap. 45.Et Sextarium Ephæ de coro tritici.

INDE VERBVM,

שִׁשָּׁה Secundæ coniugationis,id eſt ſextauit, id eſt in ſex partes diuiſit, ſeu ſextam partem accepit.Ezech.45.Et ſextabis Epham de coro hordei.

1537 שִׁשֵּׁא Verbum ſecundæ coniugationis,quod quidam à nomine שֵׁשׁ deducentes,pro ſextare,id eſt ſextam partem accipere exponit.Contrà quidā alij poſt Hieronymum,& Chaldæum interpretem Hebræis idem ſignificare dicunt, quod Latinis uerbum lactare,ſeducere,perſuadere,atq; ita interpretantur. Ezech.39.Et circumagam te & ſeducam te,aſcendereq; faciā te de lateribus Aquilonis. Ego uerbum eſſe equeſtre iudico, & ſignificare plaudere equos, & illis adblandiri, & ſic uertendum:Et auertam te,& palpabo te,ut primùm fiat,quando equo frenum inijcitur,tum retrocedit,ægreferendo,alterum equitis iterum adblandientis & palpantis equo iam frenato reconciliandi gratia.

1538 שָׁשַׁר Alij rubricam,alij minium,alij Sinopidem eſſe dixerunt.Eſt autem Sinopis, ciuitas ſplendidiſſima Ponti, ubi terra illa rutila ſinopis foditur, quæ apta eſt ad pingendum penicillo.Ieremiæ 22.Et unctū Sinopide.Ezechielis 23.Imagines Chaldęorum formatę ſinopide.

1539 שָׁאַב Hauſit,extraxit ex puteo aquā. Et modo tātùm ſignificādi differt à uerbo,שָׁאַף: quod non aquam,ſed aerem,aut quid aliud haurire ſignificat.Gen.24.Etiā Camelis tuis hauriā.Et iterū:Et hauſit omnibus Camelis. Ieſ.29.Et haurietis aquas. Nahum 3.Aquam munitionis hauri tibi.1.Samuelis 9.Ad hauriendum aquam.

Participium pręſens שֹׁאֵב. Deut.29.Vſq; ad haurientem aquas tuas. Et pluraliter in ſtatu regiminis שֹׁאֲבֵי. Ioſue 9.Haurientes aquas. Et in genere fœminino pluraliter שֹׁאֲבֹת. Gen.24.Tempore,quo egrediuntur haurientes.

INDE NOMEN,

מַשְׁאַבִּים Hauſtores.Iud.5.Inter aquęhauſtores.

1540 שָׁאַג Rugiuit:& eſt propriū leonum,tametſi metaphoricôs etiā de aliorū uoce dicatur.Amos 3.Leo rugiuit.Pſ.38.Rugiui propter gemitum cordis mei.Pſ.74.Rugierunt hoſtes tui.Iere.25.Rugiendo rugiet.Ioëlis 3.Iehoua è Zion rugiet.

Participium pręſens שֹׁאֵג. Iud.14.Catulus leonū rugiebat. Et pluraliter שֹׁאֲגִים. Zophonię 3.Principes in medio eius,ut leones rugientes.

INDE NOMEN,

שְׁאָגָה Rugitus.Ieſaię 5.Rugitus ei ut Leonis. In ſtatu regiminis שַׁאֲגַת. Zach.11. Vox rugitus leunculorum. Et cum affixo.Pſ.22. Verba rugitus mei.Pſal.32.In rugitu meo. Et pluraliter שַׁאֲגֹת. Iob 3.Et effundebantur uelut aquę,rugitus mei.

1541 שָׁאָה Repentè irruit,impreſſionem fecit,irruptionem fecit,pręcipitāter ingruit, obruit cum magno impetu,fragore & ſtrepitu,ut fit in illis ſubitis malorū irruptionibus: congruitq; ſignificatione cū uerbis אנש יאש נוש נשש נשא נשה נשת שיה, niſi q ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe uarient:ſingula enim obruitionem ſignificant,tamen alio atq; alio modo.Ieſ.6.Si obrutę fuerint ciuitates abſq; habitatore,id eſt,ſi poſt irruptionem uaſtatę fuerint.& cap.17.Et ſtrepitus populorū, ſicut ſtrepitus aquarum ualidarum irruent.

In uoce paſſiua נִשְׁאָה. Ieſaię 6.Si domus erunt ſine homine,& terra obruta erit deſolatione.

In tertia coniugatione legitur Infinitiuus cum litera gerundiua,licet tamen irre

gulariter לְמַשּׁוּאוֹת, qui quidem nominaliter uſurpatur. Ieſa.37. Nunc adduxi eam, & erit in ruinas aceruorum combuſtorum.

In quarta cõiugatione משתאה, etſi in ea tãtùm participiũ legatur, & trãsferatur ad animũ. Gen. 24. Vir autẽ ille irruebat in eam, tacẽs quidẽ ut cognoſceret, num fortunaſſet Iehoua uiã ſuã, uel non: blumpffet/ſul auff ſie/gedachte auff ſie.

INDE NOMINA REGVLARIA:

שְׁאִיָּה Ruina, quæ fit cum fragore & ſtrepitu. Ieſa.24. Relicta eſt in ciuitate deſolatio, & ruina percuſſa eſt porta.

שָׁאוֹן Ruina, irruptio, interitus, præcipitiũ. Et per metalepſin, ſonitus, fragor, tumultus, ſtrepitus, fremitus, ſonus qui ubi profunditas eſt & præcipitiũ, ruinã ſubſequitur. Pſal.40. Et eduxit me de lacu præcipitij, id eſt, præcipiti. Iere. 25. Veniet tumultus uſq; ad finem terræ. & cap.46. Clamauerunt ibi Pharao rex Ægypti, interitus, ſeu ſonitus. & cap.48. Et deuorauit angulum Moab, & uerticem filiorum tumultus. Oſeæ 10. Et ſurgit tumultus in populo. Amos 2. Et morietur in ſtrepitu Moab, in clangore, in uoce tubæ. Et in ſtatu regiminis שְׁאוֹן. Pſal.65. Qui compeſcit fremitũ mariũ, fremitũ fluctuũ eorum, & fremitũ populorũ. Pſal.74. Fremitus inſurgentiũ contra te aſcendit iugiter. Ieſa.13. Vox tumultus regnorũ gentium. cap.17. Et fremitus populorum, uelut fremitus aquarum ualidarũ irruent. & cap.24. Ceſſauit ſtrepitus exultantiũ. Iere.51. Redditus eſt tumultus uocis eorum. Et in ſtatu affixorum nihil uariat à ſtatu regiminis. Ieſa.5. Et ſtrepitus eius.

שׁוֹאָה Cum uau, uel abſq; eo, שֹׁאָה, tumultus, impetus, tempeſtas, graſſatio repẽtina cum ſtrepitu & fragore. Pſal.63. Illi uerò qui ad oppreſſionem quærebãt animam meã, peruenient ad inferiora terræ. Prou.1. Cùm uenerit uelut tempeſtas metus ueſter, id eſt, quod metuebatis. Ieſ.10. Et quando tẽpeſtas è longinquo ueniet. Ezech.38. Velut tempeſtas uenies, uelut nubes ad operiendum terram, eris. Pſal.35. Veniet ei ruina, quam non ſciebat, & rete ſuum, quod abſconderat, capiet eum. Et in ſtatu regiminis שֹׁאַת. Prou.3. Ne timeas à pauote ſubito, neq; à tumultu improborum, quando uenerit.

הַשֵּׁאת Nomen compoſitum ex שָׁאָה & נָשָׂא, ruina. Thren.3. Formido & fouea fuit nobis, ruina & fractura.

מְשׁוֹאָה Oppreſſio. Et ſemper iungitur nomini שֹׁאָה, ut minus ſignificãti. Iob 30. Tempeſtas & oppreſſio. & cap.38. Vt ſanet impetum & oppreſſionem. Zophon.1. Dies tempeſtatis & oppreſſionis.

תְּשׁוּאוֹת Sonitus. Iob 39. Sonitum exactoris nõ audit, id eſt, crepitũ flagelli. Item תְּשֻׁאוֹת, Iob 36. Sonitus tugurij eius. Ieſaiæ 22. Tumultuationibus plena eſt ciuitas. Zach. 4. Quando eduxerit lapidem capitis eius, uociferationes gratia gratia ei.

מַשָּׁאוֹן Oppreſſio, prçcipitatio. Prouerb.26. Celat enim odium in oppreſſionem. Sed de hoc etiam ſuprà in נָשָׁא.

מַשּׁוּאוֹת Præcipitia. Pſal.73. Deijcis eos in præcipitia. Scribitur etiã cum kybutz מַשֻּׁאוֹת. Pſal.74. Eleua plantas tuas ad præcipitationes perpetuitatis, id eſt, ut præcipites & opprimas perpetuò. Sed de hoc etiam in themate נָשָׁא.

שָׁוְא Præcipitantia, temeritas. Exo.23. Non eleues rumorem temeritatis, id eſt uanitatis. Iob 31. Si ambulaui cum prçcipitantia. Pſal.60. Præceps eſt ſalus hominis. Prouerb. 30. Temeritatem & uerba mendacij remoue procul à me. Ieſaiæ 30. Ad cribrandũ gentes in cribro prçcipitantiæ. Ezech.12. Quoniam non erit amplius omnis uiſio temeritatis, & diuinatio lubricitatis. Et quando apponitur uerbo, tum aduerbiaſcit. Exo.20. Non eleues nomen Iehoua temerè, ſeu præcipitanter.

שַׁאֲנָן Tumultuatio, ſtrepitus, ſicut à רָגַז fit רֹגֶז. 2.Reg.19. & Ieſa.37. Propter commoueri tuum contra me, & quia tumultuatio tua aſcendit in aures meas, ſtatim ponã hamum in naſum tuum. Loquitur autem de tumultuatione ſeu armorum ſtrepitu, quo Sennacherib ſuperbiebat & gloriabatur ac etiam confidebat.

INDE VERBVM,

שַׁאֲנַן Quod nomini ſignificatione omninò contraria ſignificat, quietũ ſeu tranquillum eſſe

eſſe. Iere. 3. Reuertetur Iacob, & tranquillus erit, neq; erit qui terreat. cap. 48. Et tranquillus fuit Moab à pueritia ſua, & deſedit ſuper fecibus ſuis, neq; euacuatus eſt de uaſe in uas. Iob 3. Simul uincti, tranquilli ſunt, nec audiunt uocem exactoris.

INDE NOMEN,

שַׁאֲנָן Quietus, tranquillus: & per metalepſin, ſecurus, & inſolens, eò quòd tranquillitas homines reddat ſecuros & inſolentes. Prouerb. 1. Et tranquillus à formidine mali. Ieſa. 33. Habitaculum tranquillum. Iob 12. Fax contempta in cogitationibus inſolentis. Legitur tamen ſemel interpoſita litera lamed שַׁלְאֲנָן, ſicut à nomine לַהֶבָה legitur שַׁלְהֶבָה, Iob 21. Totus ipſe tranquillus & fortunatus. Et pluraliter שַׁאֲנַנִּים. Pſal. 123. Multùm ſatiata eſt anima noſtra ſubſannatione tranquillorum, id eſt inſolentium. Amos 6. O inſolentes in Zion qui confiditis in monte Samariæ. Zach. 1. Ira magna ego iraſcor ſuper gentibus ſecuris. Et in genere fœminino pluraliter שַׁאֲנַנּוֹת. Ieſa. 32. Mulieres ocioſæ ſurgite, audite uocem meam. Et iterum: Et ſedebit populus meus in habitaculo pacis, & in refrigerijs tranquillis.

1542 שאט Spinam ſeu aculeum immiſit, pupugit, compũnxit. Cõgruit ſignificatione cum שׁוּט, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Eius participium præſens tantùm eſt in uſu שָׁאטִים. Ezech. 28. Et nõ erit amplius domui Iſrael ſentis amarulenta, & ſpina dolorem inferens, ex omnibus, qui in circuitu ſunt, qui compungũt eos. Et in genere fœminino etiam pluraliter שָׁאטוֹת. Ezech. 16. Sicut tempore opprobrij filiarum Philiſtæorum, quæ compungunt te undiq;.

INDE NOMEN,

שְׁאָט Compunctio. Et eſt doloris, & lætitiæ ſeu uoluptatis. Ezechielis 25. Cum compunctione in anima. & cap. 36. In lætitia totius cordis, in compunctione animæ, id eſt titillatione. Similiter cum affixo. Ezechielis 25. Et læteris in omni titillatione tua in anima.

1543. שָׁאַל Quando ad perſonã refertur, accipitur pro rogare, interrogare, cõſulere. Sin aũt de re aliqua alia dicitur, tum ualet idem quod Latinis petere, poſtulare: fit autẽ utrunq; uerbis, non ambulatione corporali, & differt in eo à uerbo בִּקֵּשׁ. Coniugatur autem in nonnullis locis irregulariter, & uariam habet conſtructionem.

Primò, regit poſt ſe accuſatiuum, uel nominis, uel pronominis. Geneſis 38. Interrogauit uiros loci illius, dicens. & cap. 44. Suſtẽtator meus interrogauit ſeruos ſuos. & cap. 32. Et interrogauit Iacob, & dixit, indica quæſo nomen tuum. Deu. 32. Interroga patrem tuum, & narrabit tibi. Ioſue 4. Si interrogauerint filij ueſtri cras patres ſuos. 1. Reg. 19. Petiuit animam ſuam, ut moreretur. Ionæ 4. Petiuit animam ut moreretur, pertęſus, ſcilicet uitæ. Iud. 15. Aquam petijt, & ipſa lac dedit. Pſal. 122. Petite pacem Ieruſalem. Cum affixis. Geneſis 32. Si occurrerit tibi Eſau frater meus, & interrogauerit te, dicens, cuius es tu? Et cap. 37. Et interrogauit eum uir, dicens, quid, quid quæris?

Secundò, quando Hebræi interrogare aliquid de, uel ex perſona, uel re uolunt, utuntur articulo datiui caſus lamed. Gen. 20. Et interrogauerunt uiri loci de uxore eius. Deuter. 4. Interroga nunc de diebus prioribus, qui fuerunt ante te. 2. Reg. 8. Et interrogauit rex ex muliere. 1. Samuelis 2. Pro petitione, quam petiuit à Iehoua. Geneſis 43. Et interrogaui de illis de pace. Exod. 18. Et interrogauit uir ex proximo ſuo de pace. 1. Sam. 10. Et interrogabunt ex te de pace. 1. Sam. 25. Et interrogabitis ex illo nomine meo de pace. 2. Samu. 11. Et interrogauit Dauid de pace Ioab, de pace populi, & de ſalute belli.

Tertiò, quando ab aliquo aliquid petere ſeu poſtulare uolunt, tum utuntur, uel mem præpoſitione, uel מֵעִם, uel מֵאֵת: ut Exod. 3. Et poſtulabit mulier à cohabitatrice ſua. Deut. 10. Et nunc Iſrael, quid Iehoua deus tuus poſtulabit à te. & cap. 18. Iuxta omnia quę poſtulaſti à Iehoua deo tuo. Ioſue 15. Et factum eſt, cùm ingreſſa eſſet, & incitaſſet eum, ut poſtularet à patre ſuo agrum. Pſal. 2. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.

Quartò, quando uolunt interrogare de aliquo, tum utuntur præpoſitione עַל.

Eccl.7.Quoniam nõ ex ſapientia interrogaſti ſuper hoc,id eſt,de hoc. Iſta phraſi ſimili modo uſus eſt Virgilius in iſto uerſu,

Multa ſuper Priamo rogitans,ſuper Hectore multa.

Quintò,quando de Dei uoluntate certiores fieri uolunt, & cõſulere eum, tum apponunt præpoſitionem beth. Num.25. Et interrogabit pro eo in iudicio Vrim coram Iehoua. Iudic.1. Poſt mortem Ioſue interrogauerunt filij Iſrael in Iehoua. & cap.18.Interroga nunc in deo,ut ſciamus,&c.

Participium præſens שֹׁאֵל .2.Sam.3.Tantùm rem unam peto abs te.Deu.18.Interrogans Pythonem. Et pluraliter שֹׁאֲלִים .1.Sam.8.Qui petierãt ab ipſo regem. Et in genere fœmin. שֹׁאֶלֶת .1.Re.2.Quare petis Abiſagi Sunamithẽ Adoniæ.

Participium præteritum שָׁאוּל, accommodatus per uocationem.1.Sam.1. Omnibus diebus quibus fuerit ille accõmodatus ipſi Iehoua. 2.Reg.6. Heu ſuſtẽtator mi,hoc accõmodatũ datũ eſt. Hoc nomine primus rex populi dei dictus eſt, à deo per Samuelem prophetã ad regni gubernationem accõmodatus. Sic etiam Paulus Apoſtolus nomen ſuũ ad uocationẽ ſuam accõmodans, ad Rom.1. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti,uocatus Apoſtolus,ſegregatus in Euangelium Dei,&c.

In uoce paſſiua ſignificat precibus impetrare aliquid.1.Sam.18.Et dices, precibus impetrauit à me Dauid ut curreret in Bethlehem.Nehe.13. Et poſt finem dierum precibus impetraui à rege.

In ſecunda coniugatione שָׁאַל . 2.Sam.20.Interrogando interrogent in Abel.

In tertia coniugatione הִשְׁאִיל, accommodatò dedit precibus. 1.Samuel.1. Ego quoque accommodaui eum ipſi Iehoua omnibus diebus.Exod.12.Et accommodauerunt ea,& ſpoliauerunt Ægyptios.

INDE NOMINA:

שְׁאֵלָה Petitio.Iudic.8.Petam à uobis hanc petitionem.1.Sam.2.Pro petitione, quam petiui à Iehoua. Et cum affixis.1.Sam.1.Dedit Iehoua mihi petitionem meam.Iob 6.Vtinam ueniat petitio mea. Et deficiente litera aleph.1.Sam.1.Deus Iſrael concedat petitionem tuam.

מִשְׁאֲלוֹת Petitiones.Pſal.20.Impleat Iehoua omnes petitiones tuas. Pſalm.37. Et dedit tibi petitiones cordis tui.

שְׁאוֹל Licet aliquoties ſine uau legatur, tamen primam uocẽ nunquàm mutat, eſtq́ nomen ſingularis numeri tantùm,quod quidam ſignificare dicunt foſſam, aliqui alij ſepulchrũ,nõnulli ipſam mortẽ,alij ſtatum mortuorũ,plurimi uerò infernũ,id eſt, locũ damnatorũ.Ego in ea ſum ſentẽtia,quòd exiſtimem plerũq; in ſcriptura pro loco mortuorũ ſub terra eſſe poſitũ & uſurpatum, & Hebræis ſic dictũ, eò quòd grauia queq; deorſum petãt ac tendant,neq; etiã ſatiari poſſit,ſicut ex Prou.ca.30. claret: ſicut & Lactantius in quodã carmine nominis etymologiã reddidiſſe uidetur,cũ ſcribit: Inferus inſatiabiliter caua guttura pandit. Et aliter cõmodè uerti non poteſt,quàm nomine Infernus.Deut.32.Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & exarſit in infernũ inferiorem.Sic alio utitur nomine idẽ ſignificãte. Ezech.cap.31. Et deijcieris cum lignis Eden ad אֶרֶץ תַּחְתִּית terrã inferiorẽ, in medio præputiatorũ cubabis. 1.Reg.2. Et non ſinas deſcendere caniciem eius pacificè in Infernũ. Et iterum: Et ſinas deſcendere caniciẽ eius cum ſanguine in Infernum. Iob 7.Sic qui deſcendit in infernum, non aſcendet. cap.11. In ſublimitatibus cœlorũ quid ages, profunditatem infra infernũ quomodo cognoſces? cap.17.Etiamſi expectauero, tamen infernus eſt domus mea,in obſcuro ſterno lectum meum. cap.24. Vt terra arida & ſiccitas rapiunt aquas niuis,ſic infernus illos, qui peccauerunt. & cap.26. Apertus eſt infernus corã eo,nec habet tegumentũ perditio. Pſal.6. Quoniam in morte non eſt memoria tui:in Inferno quis celebrabit te? Pſal. 27. Infernus & perditio non ſaturantur,ſic nec oculi hominis ſaturantur. Pſal.31. Confundantur improbi & cõpeſcantur in inferno.Pſal.49.Sicut oues in inferno ponãtur, mors depaſcat eos.Pſal.55.Obruat eos mors,deſcendant in infernum uiuentes. Pſal.39. Si aſcendero in cœlum, ecce ibi es: ſi ſubſternor in inferno, ecce ades. Pſalmo 141.

Sicut qui ſecat & findit ligna ſuper terra, ſic diſperguntur oſſa in inferno. Prouerb. 1. Deuorabimus eos ſicut infernus uiuētes. cap. 9. Et neſcit, quòd gigantes ſint ibi, & in profunditatibus inferni hoſpites eius. cap. 30. Tria ſunt quæ non ſaturantur, & quartum nunquàm dicit, ſufficit, infernus, clauſtrum matricis, &c. Eccl. 9. Non eſt factum, aut cogitatio, aut ſcientia, aut ſapientia in inferno, ad quem tu uadis. Cantic. 8. Fortis eſt amor, ut mors: & pertinax uelut infernus, Zelotypia. Ieſaiæ 5. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum, ſine modo deſcendit gloria eius & diuitiæ eius. & cap. 14. Deiecta eſt in infernum ſuperbia tua, ſtrepituſq; organorum, uermis eſt ſtratum ſubtus te, & tegumentum tuum, tinea. Et iterum: Infernus infernè commotus eſt, ad aduentum tuum, excitauit ibi Gigantes, omnes hircos terræ ſuſcitauit, è thronis ſuis omnes reges gentium. & cap. 28. Pepigimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus prouiſionē. & cap. 38. Ego dixi, in ſucciſione dierum meorum ambulabo ad portas Inferni. & cap. 57. Miſiſti legatos tuos procul, & humiliaſti te uſq; ad infernum. Ezech. 32. Loquentur cum eo fortes heroum de medio inferni, & cum auxiliatoribus eius, qui deſcenderunt, & iacent circumciſi cum interfectis gladio. Amos 9. Si abdiderint ſe in infernum, inde manus tua tollet eos: & ſi cœlos aſcenderint, inde eos deturbabo. Ionæ 2. De uētre inferni clamaui, & exaudiſti uocem meam. Habakuk 2. Qui dilatat ſicut infernus, animam ſuam, & ſicut mors, quæ non ſaturatur. Ex his locis iam allegatis clarum eſt nomen hoc ſignificare locum ſubter terra, quo mortui deſcendunt & cubant: ideo uerbo deſcendendi ſæpiùs iungitur.

Nota eſt & conſuetudo Hebrææ linguæ, quòd nomen uerbo iunctum aduerbiaſcat: ut deſcendere infernū pro deſcendere inferiùs, ſeu deorſum dicant. Deinde quòd ut alia nomina localia, ita & hoc nōnunquàm aſſumat in fine he literam שְׁאֹלָה, quæ in eiuſmodi nominibus notat motum ad locum. Geneſ. 37. Et ſurrexerunt omnes filij, filiæq; eius, ut conſolarentur ipſum, ſed recuſans conſolationem, dixit, deſcendam ad filium meū lugens ad infernum. & cap. 42. Et deducetis caniciem meam cum mœrore ad infernum. Num. 16. Cùm aperuerit humus os ſuum, & deuorauerit eos cum omnibus quæ habent, & deſcenderint uiuentes ad infernum, & ſcietis, quòd irritauerint uiri iſti ipſum Iehoua: factum itaq; eſt, cum ceſſaret loqui omnia uerba iſta, rupta eſt terra, quæ erat ſubter illos, aperuitq; terra os ſuum, & deglutiuit eos atq; domos eorū, & omnes homines, qui erāt cùm Corah cum uniuerſa ſubſtantia: & deſcenderunt ipſi cum omnibus, quæ habuerunt uiuētes in infernum, operuitq; eos terra, & ablati ſunt è medio aggregationis. Et in Ieſaia legitur forma שְׁאָלָה, cap. 7. Pete tibi ſignum à Iehoua deo tuo profundando deorſum, uel altificando ſurſum. ubi opponitur aduerbio לְמַעְלָה, ſurſum: ſicut ſuprà aliquoties habuimus, ubi nomini שָׁמַיִם opponitur.

Sumitur tamen aliquoties hoc nomen שְׁאֹל, pro horribili conſternatione animi, & ſenſu iræ dei, & cruciatuum infernalium propter peccata, quales etiam ſancti in hac uita ita ſentiunt, ut putent ſe à Deo reiectos, & omni gratia & auxilio deſtitutos eſſe, cuiuſmodi etiā filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus in horto, cùm diceret: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem: & in cruce, cùm exclamaret, Deus meus, deus meus, quare me deſeruiſti, &c. ſenſit & ſuſtinuit: ſicut huius inferni crebra fit in ſcriptura mentio: ut 1. Samuelis 2. Iehoua mortificat & uiuificat, deducit ad infernum, & reducit. Item 2. Samuelis 22. & Pſal. 18. Funes inferni circumcinxerunt me, & laquei mortis ceperunt me. Pſal. 30. Iehoua deduxiſti ex inferno animam meam, uiuificaſti me à deſcendentibus in lacum. Pſal. 116. Circumcinxerunt me funes mortis, & anguſtiæ inferni apprehenderunt. Item Pſal. 16. Quia non derelinques animam meā in Inferno, id eſt, in illis horroribus, & doloribus inferni, & ſenſu inferorum in cruce, &c.

1544 שָׁאַת Hauſit, attraxit, anhelauit, inhiauit: & differt à שָׁאַב modo tantùm ſignificandi, quod de hauſtione tantùm aquæ ex puteo, hoc uerò de hauſtione oris ſeu animi dicitur. Pſal. 56. Quoniā inglutiuit me homo. Ier. 14. Et onagri ſteterūt ſuper excel-

excelſis,& attraxerũt uẽtum,id eſt,aerem. Iob 5. Et inhiabit latro diuitias eorum. & cap.7.Sicut ceruus inhiat umbram.& cap.36.Ne anheles noctu.

Participium præſens שׁוֹאֵף. Ecclef.1. Et óccidit ſol, & ad locum ſuum anhelat. Pſal.57.Et ſeruabit me à conuicio abſorbentis me. Et pluraliter שֹׁאֲפִים.Amos 8.
1545 Qui abſorbent inopem.

**שאר** Reliquum manſit,ſ.de aliquo altero.1.Samuelis 16.Adhuc reliquus eſt Minor. In uoce paſſiua נִשְׁאַר. Ioſue 8.Et relictus eſt uir in Hai. Ieſaię 24.Et relinquetur homo paucus.Gen.7. Et relictus eſt tãtùm Noach, & qui cum ipſo erant in arca. Exod 8.Non relictus eſt unus.cap.10.Non relinquetur ungula. Ieſa.49. Ego relictus ſum ſolus.Deuter.4.Relinquemini uiri numero.Ieſaię 11.Qui relinquetur ab Aſſur.Num.12.Et relicti ſunt duo homines.Ezechiel 9. Et relictus ſum. ubi aleph litera interpoſita eſt.

Participium præſens נִשְׁאָר. Gen.32.Et erit caſtrametatio reliqua in euaſionem. & ca.42.Nam frater eius mortuus eſt,& ipſe ſolus relictus. Et pluraliter נִשְׁאָרִים. Gen.14.Et reliqui in montem fugerunt. Et in genere fœminino נִשְׁאָרָה. 2.Reg. 19.Euaſio filiæ Iſrael,quæ relicta eſt. Et in forma alia. Exod.10. Quæ relicta eſt uobis. Ieſa.13.Hæc terra relicta eſt. Et pluraliter נִשְׁאָרוֹת. Zach.11.Et reliquę deuorabunt.& cap.12.Omnes familiæ reliquæ.

In tertia coniugatione הִשְׁאִיר. Exod.10.Quicquid reliquerat grando. Num.21. Vt non relinqueret ei reſiduum. Deut.2.Non reliquimus reſiduum.& ca.28. Non relinquet tibi frumentum.1.Sam.14.Relinquemus in eis uirum. Num.9. Non relinquent ex eo uſq; ad mane.Eſdræ 9.Vt relinqueret nobis euaſionem.

INDE NOMINA:

**שְׁאָר** Reliquum ex eadem carne,ſeu populo : & manet inuariatum. 1.Paral.11. Et Ioab excitauit reliquum ciuitatis.Ieſaię 10.Reſiduum reuertetur,reliquum,inquam, Iacob ad deum præualidum.Et iterum : Et reliquum ligni ſyluæ eius.& ca.11.Et erit uia reliquo populi ſui.& cap.17.Et reliquum Syriæ. Malach.2.Et nõ unus fecit,& tamen reliquus ſpiritus illi.Ieſ.14.Et excindam de Babylone nomen,& reliquum filium & nepotem.

**שְׁאֵר** Extra legem Moſi de ſanguinitate, ſignificat carnem, quæ eſt reliqua pars animalis poſt animam.Pſal.78.Num etiam panem poterit dare,aut parabit carnem populo ſuo.Et iterum : Pluit ſuper eos ſicut puluerem,carnem.Mich.3.Qui comederunt carnem populi mei. Et cum affixis.Pſal.73.Defecit caro mea,& cor meum. Prou.5.Cùm conſumpſiſti carnẽ tuã,& reliquũ tuum.ca.11. At perturbat carnem ſuam crudelis.ubi tamen ſin habet ſiniſtrum. Sic etiam Paulus uocat Iudęos ſuã carnem,ex eadem carne natos,Rom.11.Miniſterium meum illuſtro,ſi quomodo ad æmulandum prouocarem carnem meam, & ſaluos reddam nonnullos ex illis. Item Iere.51. Direptio mei, & caro mea eſt ſuper Babylonem. Mich.3. Et carnem eorum de oſſibus ſuis. At in lege Moſi de conſanguinitate, eſt propinquus ſecundũ carnẽ,& carnis propagationem.Leuitic.18.Qui cùm fuerint ad omnẽ reliquitatem ſanguinis ſui,non appropinquent,ut reuelet nuditatem.Et iterum:Nuditatẽ ſororis patris tui nõ reuelabis,reliquitas, id eſt, reliquus patris tui eſt.& ca. 25.Siue patruus eius,ſiue filius patrui eius redimet eum. In ſtatu regiminis nihil mutat.Exo.21.Si aliam acceperit illi relictionem eius, tegumentum eius,& compreſſionem eius non minuat.Leuit.20.Nuditatem ſororis matris tuæ non reuelabis,alioqui relictionem ſuã nudauit.& cap.21.Niſi apud reliquum ſuum, qui propinquus eſt illi. Num.27. Non dabitis hæreditatem eius reliquo ſuo,qui propinquus eſt ei ex familia ſua. Legitur etiam cum he paragogico שַׁאֲרָה.Leu.18.Nuditatem uxoris & filiæ eius non reuelabis,filiam eius,aut filiam filiæ eius non accipies,ut reueles nuditatem eius,reliquitas ſunt,ſcelus eſt.

**שְׁאֵרִית** Reliquum,relictio,reliquia ex eadem origine.Geneſis 45.Vt poneret uobis reliquiam in terra. 2.Regum 19. Quoniam è Ieruſalem egredietur reliquia & euaſio de monte Zion.Ierem.47.Philiſtæos reliquiam inſulę Caphthor.Mich.4. Et ponam

nam claudicantem, & reliquiam & debilem in gentem ualidam. Et in ſtatu affixorum nihil uariat. Ieſa. 15. Et reliquiam tuam occidet. & cap. 44. Et reliquiam eius in deum facit. Ezechielis 5. Et diſpergam omnem reliquiam tuam in omnem uentum.

שְׁרִית Reliquia, per ſyncopen literæ aleph. 1. Paralip. 12. Atq; etiam reliquiæ Iſrael cor unum. Et cum affixo. Ierem. 15. Si non reliquia tua in bonum.

מִשְׁאֶרֶת Reliquia. Deuter. 28. Benedicta ſporta tua, & reliquia tua. Et iterum: Maledicta ſporta tua, & reliquia tua. Et pluraliter מִשְׁאֲרוֹת. Exo. 8. Et in reliquias tuas. & cap. 12. Et portabat populus paſtam ſuam antequàm eſſet fermentata, reliquias ſuas ligatas in ueſtimentis ſuper dorſo ſuo.

1546 שְׂאֹר. Arbitror cum ſuperiore habere affinitatem ſignificatione, niſi quòd ut pũcto, ita modo ſignificandi uariet: ſignificat autem fecem, quæ in uaſe reliqua manet, qua infermentatur maſſa panis. Exod. 12. At in die prima ceſſare facietis fermentum è domibus ueſtris. Et iterum: Fermentum non inueniatur in domibus ueſtris. Leuit. 2. Quia omne fermentum, & omne mel non ſuffitum facietis ex eo, ignitam ipſi Iehoua.

1547 שָׁבָה Cõgruit ſignificatione cum uerbis יָשַׁב שָׁבַת שׁוּב, niſi quòd ut forma, ita quoq; modo ſignificandi inter ſe uarient. Nam יָשַׁב de motu in loco, שָׁבַת de ceſſatione ſeu fine motus, שׁוּב de reditu ad locum priſtinum, שָׁבָה uerò de motu à loco habitationis dicitur, hoc eſt, notat abducere ex loco habitationis, ſeu abducere captiuum. Ier. 41. Et uerterunt ſe omnis populus, quem captiuum abduxerat Iſmael. Et iterum: Captiuas abduxit Iſmael omnes reliquias populi. Geneſ. 34. Et uxores eorum captiuas abduxerunt. Num. 24. Donec Aſſur captiuum abducat te. Gene. 31. In die captiuum abducere alienos exercitum eius.

Participium præſens pluralis numeri שֹׁבִים. Ieſa. 14. Et erunt abductores abductoribus ſuis. Pſal. 137. Quia illic interrogauerunt nos abductores noſtri.

Participium præteritum שְׁבוּיִם. Ieſaiæ 61. Vt prædicarem abductis libertatem, id eſt, captiuis. Et in genere fœminino pluraliter שְׁבֻיוֹת. Geneſis 31. Et duxiſtis filias quaſi captiuas.

In uoce paſſiua נִשְׁבָּה. Geneſis 14. Et audiuit Abram, quòd captiuus abductus eſſet frater ſuus. 1. Sam. 30. Et filiæ captiuæ abductæ ſunt.

INDE NOMINA:

שָׁבִי Abductus in captiuitatem. Et in genere fœminino שְׁבִיָּה. Ieſaiæ 52. Solue uincula abducta filia Zion.

שֶׁבִי Abductio, captiuitas. Num. 21. Et captiuam abduxit ex eo captiuitatem. Pſalm. 68. Abduxiſti captiuam captiuitatem. In ſtatu regiminis mutat ſægol in ſeua. Ieſaiæ 49. Et num captiuitas iuſti euadet? Amos 4. Cum captiuitate equorum ueſtrorum. Tametſi ſæpè etiam in diſtinctione ſcribatur cum ſeua. Exod. 12. Vſq; ad primogenitum captiuitatis. Numeri 31. Cape ſummam prædæ captiuitatis. Threnorum 1. Abierunt in captiuitatem. Porrò in ſtatu affixorum interdum ſeruat ſægol: ut Iudicum 5. Captiuam abduc captiuitatem tuam. Sæpiùs tamen mutat ſægol in hirik. Deuteronom. 31. Et captiuam abduxeris captiuitatem eius. Numeri 21. Et remouebit ueſtem captiuitatis eius. Ieremiæ 46. De terra captiuitatis eorum. Numeri 31. Et captiuitas ueſtra. Et in genere fœminino שִׁבְיָה. 2. Paralipom. 28. Reducite captiuitatem, quam captiuam abduxiſtis. Deuteron. 21. Et uideris in captiuitate.

שְׁבוּת Abductio, captiuitas. Ieremiæ 3. Et conuertam captiuitatem populi mei. cap. 31. Cùm conuertero captiuitatem eorum. Scribuntur tamen multa cum iod, quæ leguntur cum ſchurek: & econtrà: ut Ezech. 16. & 29. Iere. 49. Thren. 2. Et pluraliter שְׁבִיתַיִם. Ezech. 16. Et captiuitatem captiuitatum tuarum.

שִׁיבַת Abductio, in ſtatu regiminis שִׁיבַת. Pſalmo 126. In reducendo Iehoua abductionem Zion. Et cum affixo. 2. Samuelis 19. Et ipſe nutriuit regem in abductione eius in Machanaim.

שֹׁהַם Nomen lapidis precioſi, qui in tertio ordine pectoralis locum habuit. Septuaginta interpretes uerterunt ἀχάτης, Achates, Exod. 28.

1548 שׁבח Significat primò prouehere uerbis, uel laudibus, promouere laudatione, commendare apud alios. Eccl. 8. Et cõmendabam ego lætitiam. Pſal. 147. Cõmenda Ieruſalem ipſum Iehoua. Pſal. 117. Commendate eum omnes populi. Pſal. 145. Generatio generationi cõmendabit facta tua. Pſal. 63. Labia mea cõmendabunt te. ubi nun litera, eſt paragogica futuri. Deinde ſignificatione contraria, ſignificat cõtinere, colubere, compeſcere. Pſal. 89. In eleuando procellas ſuas tu cõpeſces eas. Prouerbiorum 29. Totum ſpiritum ſuum efflabit ſtultus, at ſapiens tandem compeſcet illum.

In tertia coniugatione legitur tantùm participium præſentis temporis מַשְׁבִּיחַ. Pſal. 65. Qui compeſcit ſonitum marium.

1549 In quarta coniugatione הִשְׁתַּבֵּחַ. Pſal. 106. Vt comenderis in Eccleſia tua.

שׁבט Et in diſtinctione ſententiæ שֵׁבֶט, uirga, baculus, qui naſcitur ex arbore ſeu radice arboris. Et uidetur cognationẽ habere ſignificatione cum uerbis שָׁסַף & שָׁפַט. Exod. 21. Et ſi percuſſerit aliquis ſeruũ ſuum, uel ancillam ſuam baculo, ut moriatur ſub manu eius. Leuitic. 27. Omne quod tranſierit ſub baculo, ſ. paſtoris. Prou. 10. Et uirga corpori deficientis corde. 2. Sam. 7. Et corripiam eum uirga hominũ. & ca. 23. Et deſcendit ad eum baculo. Prou. 29. Virga & correptio dabit ſapientiam. Iudic. 5. De Zabulon trahentes cum baculo ſcribæ, id eſt, calamo. Pſal. 2. Depaſces eos cum uirga ferri. Ieſaiæ 11. Et percutiet terram uirga oris ſui. & cap. 14. Fregit Iehoua uirgã improborum, ſceptrum dominantium. Amos 1. Et tenentem baculum regni tui, id eſt, ſceptrum. Gen. 49. Nõ auferetur baculus de Iehuda, id eſt, regnum. Inſuper multis in locis figuratè eodem modo tribum aliquam ſignificat, quo nomen מַטֶּה, ſed non eadem ratione: nã מַטֶּה tribum ſignificat, quia nomen tribus erat inſcriptũ baculo: ſed dicitur שֵׁבֶט, quòd ex arbore, ſeu ſtirpe enata ſit, i. patre: unde duodecim tribus baculi ſunt dicti, quòd ex uno patre Iacobo nati ſint: utrunq; tamen figuratè pro ſceptro, id eſt, regimine, ſeu regno. Num. 4: Ne exſcindetis baculũ familiarum Kaathitarum è medio Leuitarum. & ca. 18. Fratres quoq; tuos baculum Leui, baculum patris tui, adiunges tibi. Ex illo loco perſpicuum diſcrimẽ habetur inter מַטֶּה & שֵׁבֶט. Et ca. 21. Procedit ſtella ex Iacob, & ſurget baculus ex Iſrael. & cap. 29. Ne quando ſit in uobis uir, aut mulier, aut familia, aut baculus, cuius cor reſpiciat hodie à Iehoua. Iudic. 18. An melius eſt, ut ſis ſacerdos domui uiri unius, aut ut ſis ſacerdos baculo, & familiæ in Iſrael. Iob 37. Nũquid præcipit eis ſuper faciem orbis in terram, ſiue baculo, ſiue terræ ſuæ. Pſal. 74. Et uindicaſti baculũ hæreditatis tuæ. Ezech. 19. Et egreſſus eſt ignis de baculo ramorum eius, fructus eius abſumens. In ſtatu affixorum mutat primam uocẽ zere in hirik, & alteram ſægol in ſeua. Iob 9. Auferat à me uirgam ſuam. Pſal. 23. Virga tua, & pedum tuum. Mich. 7. Paſce populum tuũ cum uirga tua. Iud. 21. Quiſq; ad baculum ſuum & ad familiam ſuam. Et pluraliter שְׁבָטִים. 2. Sam. 18. Et accepit tres baculos in manum ſuam, & transfixit in cor Abſolonis. Ioſ. 13. Et nunc diuide terram iſtam in hæreditatem pro baculis. In ſtatu regiminis שִׁבְטֵי. Gen. 49. Omnes iſti ſunt baculi Iſrael duodecim. 1. Samuelis 9. Nónne filius Iemini ſum de minimis baculis Iſrael, & familia mea modica præ omnibus familijs baculorum Beniamin. 1. Reg. 18. Et accepit Elijahu duodecim lapides ſecundum numerum baculorum filiorum Iacob. In ſtatu affixorum habet formam partim ſtatus abſoluti, & cum aliquibus pronominibus formam ſtatus regiminis. Pſal. 105. Et non erat in baculis eius debilis. Deuter. 12. In uno baculorum tuorum. Ioſ. 11. Per baculos ſuos. Deuter. 1. Baculis ueſtris.

1550 שׂבך Congruit ſignificatione cum uoce סְבַךְ, niſi quòd aliquantò eſt ſignificationis auguſtioris: nam non tantùm de intricatione ſeu perplexitate lignorum, ſed etiam aliarum rerum dicitur: & legitur tantùm nominaliter.

שְׂבָךְ Sicut סְבַךְ, ꝑplexitas. 2. Sam. 18. Et ingreſſus eſt mulus ſubter ꝑplexitatẽ quercus.

Perple-

שְׂבָכָה Perplexitas.Iob 18.Quoniam mittitur ſicut rete in pedes eius,& ſuper perplexitate ambulabit, id eſt, laqueo. Inde communiter pro retiaculo artificioſè fabrefacto ex re aliqua uſurpatur,id eſt,pro cancellis.1.Reg.7.Super retiaculum unum.2.Regum 1.Et cecidit Achozias per retiaculum ſuperioris ſui. Et pluraliter in forma maſculea.1.Regum 7.Perplexa ſicut retis. Et in forma fœminea שְׂבָכוֹת.1.Regum 7.Retiacula duo.

1551

**שבל** Verbaliter non eſt in uſu,ſed nomina inde deriuata, quæ ductū,actum,curſum, ſeu fluxum ſignificant,ſecundum eius rei,de qua dicuntur, conditionē ſeu qualitatem,gang/lauff/ſtrich/ſtrom/ſchus/flus.

שֹׁבֶל Tibia,ſeu totus pes,unde à coxa uſq; ad plantam decurrit. Ieſ.47.Denuda tibiam. Alij communiter uerterunt plantam.

שְׁבִיל Actus,trames,ſemita,qua currit & quæ aliò currit.Pſal.77.In mari uia tua,& ſemita tua in aquis multis,& ueſtigia tua non cognoſcuntur. Et pluraliter in ſtatu regiminis שְׁבִילֵי. Iere.18.Et faciam impingere eos in uijs ſuis ſemitis perpetuitatis.

שִׁבֹּלֶת Fluxus,ſeu curſus aquarum,ſtrom.Pſal.69.Et fluxus inundauit me.Et iterum: Ne inundet me fluxus aquarum. Ieſaię 27. Et triturabit Iehoua à fluxu fluuij uſque ad fluuium Ægypti.Iudic.12.Profer igitur Schibboleth,qui dicebat Sibboleth. Dicitur etiam hoc nomine culmus, frumēti calamus, qui à radice uſq; in ſpicā ſuccreuit.Iob 24.Et uelut caput culmi ſuccidentur, id eſt,ſpica. Hinc ego Cibeles Poetis dictam exiſtimo,quæ agricolis pro dea frugū habita,& uenerata fuit, ac poſtea quoq; Cererem & Rheam,alijsq; neſcientes uocis originē,nominibus appellarūt.
Et pluraliter שִׁבֳּלִים, ſpicæ.Gen.41.Et ecce ſeptē ſpicæ ſuccreſcebant in calamo uno,plenæ & bonæ.Ruth 2.Vadā nunc in agrū,& colligā ſpicas.Ieſ.17. Cuius brachium ſpicas metit,& erit qui colligit ſpicas in ualle Rephaim. In ſtatu regiminis שִׁבֳּלֵי, ſchoſſer.Zach.4. Quid ſunt duo iſti culmi oliuarum,id eſt,ramuſculi.

שַׁבְּלוּל Limax,quod ſtatim diffluit.Pſal.58.Sicut limax liqueſcens,abibit.

1552

**שבים** Cuius plurale in uſu eſt שְׁבִיסִים. Quidā autumāt idem ſignificare, quod שְׁבִיבִים propter literarum quam inter ſe habent affinitatē.Et fuit genus ornamenti, habens appellationem à circumcirculatione, circumconcluſione. Aliqui fibulas, alij uittas,Chaldæus שְׁבִיסַיָּא, Septuaginta κοσσύμβυς tranſtulerūt.Ego rotulas uertam,ſeu circulos.Ieſaiæ 3.Et circumconcluſiones,&c.

1553

**שבע** Septem:nomē numerale cardinale, generis fœminini, multitudinē ſeu copiam ſignificans:& conſtruitur ſingulariter etiam in maſculino genere cum nominibus pluralis numeri: & ut cætera numeralia monadica, ita etiam hoc præponit maiori numero:ac congruit ſignificatione cum nomine שֶׂבַע, niſi quòd parū differat modo ſignificandi.Geneſ.5.Et uixit Seth ſeptem annos.cap.21.Statuitq; Abraham ſeptem agnas. Ieſ.4. Et apprehendent ſeptem mulieres uirū unum. Et cum uerbo ſine nomine ſubſtantiuo conſtructum, uſurpatur aduerbialiter pro ſepties. Eſt autem numerus ſeptenarius, numerus multitudinis ſeu ſaturitatis. Leuitic. 26.Et addam corripere uos ſepties.Pſal.119.Septies in die laudaui te. Prouerbiorū 24.Septies cadet Iuſtus.cap.26.Quoniā ſeptem abominationes in corde ſuo. Et in genere maſculino שִׁבְעָה. Gen.7.Ex omni animali mundo accipies ſeptē, ſeptē. Numeri 25. Para mihi hic ſeptem iuuencos,& ſeptem arietes.Geneſ.7.In ſeptimo decimo die menſis. Ioſue 18.In ſeptem partes. 1. Samuelis 2. Donec ſterilis pareret ſeptem.Prouerbiorum 26.Sapientior eſt piger in oculis ſuis,quàm ſeptem, qui reſpondent ſapienter. ubi ponitur pro multis: nam numerus ſeptenarius eſt uniuerſitati conſecratus,quòd ſeptem diebus uniuerſus mūdus abſolutus eſt. Legit ſemel interiecta litera nun, Iob 42. Et fuerunt ei ſeptem filij. In regimine שִׁבְעַת. Gen.7. Ad diem ſeptimum aquæ diluuij fuerūt ſuper terram. & cap.8.Et expectauit adhuc ſeptem dies alios. Et pluraliter שִׁבְעִים, eſt generis communis, ſignificatq; numerum denarium,id eſt,decies ſeptē,id eſt ſeptuaginta. Et conſtruitur plerunq; cum nominibus ſingularis numeri,ſicut cętera numeralia cardinalia.Gen.5.

Et uixit Henan 70. anno, id eſt, annis. & cap. 51. Et defleuerunt eum Ægyptij ſeptuaginta die, id eſt, diebus Exod. 24. Et ſeptuaginta è ſenioribus Iſrael. Num. 11. Congrega mihi ſeptuaginra uirum, id eſt, uiros. cap. 33. Septuaginta palmæ.

שִׁבְעָתַיִם In alia forma, ſeptem. 2. Sam. 21. Et ceciderunt ſeptem illi pariter. Nec tamen abſq; cauſa uſurpata eſt hæc forma.

שִׁבְעָתַיִם Septuplum. Geneſ. 4. Omnis qui occiderit Kain, ſeptuplum uindicabitur. Prou. 6. Et inuentus reddet ſeptuplum, ſeu ſeptempliciter. Ieſa. 30. Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptuplum, ſeu ſeptempliciter.

שְׁבִיעִי Nomen numerale ordinis maſculini generis, ſeptimus. Gen. 2. Conſumauit deus in die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat, & benedixit diem ſeptimum. 1. Paralip. 2. Dauid erat ſeptimus. Et in genere fœminino שְׁבִיעִית. Exo. 21. Et ſeptimo anno egredietur liber. Leuit. 25. Et anno ſeptimo.

שָׁבוּעַ Hebdomada, ſeptimana. Loquitur autē ſcriptura de hebdomadibus, aliàs dierū, aliàs annorum: ut in Daniele cap. 8. Et confirmabit pactū multis, hebdomada una, & in dimidio hebdomadę ceſſare faciet ſacrificium. In ſtatu regiminis cum kybutz שְׁבֻעַ. Geneſis 29. Comple hebdomadam huius, & compleuit hebdomadam huius. Et pluraliter שָׁבֻעִים. Danielis 9. Septuaginta hebdomadę. Et mox iterum: Vſq; ad Chriſtum ducem hebdomadæ ſeptem, & hebdomadæ ſexaginta & duæ. Et iterum: Et poſt hebdomadas ſexaginta & duas excidetur Chriſtus. Legitur ſæpè etiam forma fœminea pluraliter שָׁבֻעוֹת. Exo. 34. Et ſolennitatem hebdomadarum facies tibi. Deut. 16. Septem hebdomadas numerabis tibi. Et mox iterum: Incipies numerare ſeptem hebdomadas. Et iterum: In ſolennitate hebdomadarū; id eſt, pentecoſtes. Et in regimine שְׁבֻעוֹת. Iere. 5. Hebdomadas ſtatutorum meſſis cuſtodit nobis, id eſt, hebdomadas ſtatas & certas. Ezech. 45. Erit uobis paſcha ſolennitas hebdomada, ſeu ſeptenario, ſeu ſeptem dierum.

INDE VERBVM;

נִשְׁבַּע Voce paſſiua ſignificationem habet neutralem. Et ſignificat iurare, eò quòd iuramenta ſacra debebant fieri, & fiebant etiam multis & ſufficientibus teſtibus, ĳſdemq; multipliciter confirmato animo, & confirmatis argumentis. Geneſ. 24. Et qui iurauit mihi. Pſalm. 110. Iurauit Iehoua, & non pœnitebit eum. Exod. 32. Quibus iuraſti eis. Ioſue 6. Quemadmodum iuraſtis eis. Geneſ. 25. Iura mihi hac hora. Ioſue 2. Iurate euge mihi. Gen. 21. Ego iurabo. Ieſa. 65. Iurabit per deum ueritatis. Gen 31. Et iurauit Iacob per pauorem patris ſui. Num. 30. Vel iurando iuramentum. Ierem. 7. Et iurando falſò.

Participium נִשְׁבָּע. Ieſa. 65. Et qui iurat per terram. Zach 5. Omnis iurāns. Et pluraliter נִשְׁבָּעִים. Ieſaiæ 48. Qui iuratis per nomē Iehoua. Zoph 3. Qui iurant ipſi Iehoua, & qui iurat in Malchom. Et in genere fœminino נִשְׁבָּעוֹת. Ieſaiæ 19. Et iurantes ipſi Iehoua.

In tertia coniugatione הִשְׁבִּיעַ, adiurauit. Exo. 13. Adiurando adiurauit filios Iſrael. Numeri 5. Et adiurabit eam. Cantic. 2. Adiuraui uos filiæ Ieruſalem. Geneſis 24. Et adiurabo te per Iehoua. & cap. 50. Et adiurauit Ioſeph filios Iſrael. 1. Sam. 20. Addidit Ionathan adiurare Dauid.

Participium præſens מַשְׁבִּיעַ. 1. Reg. 22. Quot uicibus ego adiuro te, ut nō loquaris ad me, niſi ueritatem in nomine Iehoua.

INDE NOMEN,

שְׁבוּעָה Iuramentum. Nehemiæ 6. Quia multi erant in Iehuda uiri iuramenti ei, id eſt, qui iuraſſent ei. Ieſ. 65. Et dimittetis nomen ueſtrum in iuramentum dilectis meis. Et in genere fœminino שְׁבֻעָה. Num. 5. Dabit Iehoua te in maledictū, & in iuramentum in medio populi tui. Deut. 7. Iuramentum quod iurauit patribus ueſtris. Et in ſtatu regiminis שְׁבֻעַת. Exo. 22. Iuramentū ipſius Iehoua erit inter utrūq;. Num. 5. Et adiurabit ſacerdos mulierem per iuramentum maledictionis. Zachar. 8. Et iuramentum falſi ne diligatis. Et in ſtatu affixorū, uel cum ſchurek, uel kyburz. Gen. 24. Et eris uacuus à iuramēto meo. Pſ. 105. Et iuramenti ſui Izhak. Et pluraliter

raliter שְׁבָטוֹת. Habakuk 3. Iuramenta baculorũ ueritas. Legitur etiam in forma maſculina iuxta fœmininum poſitum שְׁבֻעֵי. Ezech. 21. Et erit illis uelut diuinatio
1554 uanitatis in oculis eorum, iuramenta iuramentorum.

שָׂבַע Satiatus eſt, ſatur fuit: atq; arbitror congruentiã habere cum שָׁבַע, dextro ſchin: & ut puncti poſitu, ita modo tantùm ſignificandi differre, ex cauſa in ſuperiore themate aſſignata. Deut. 31. Et comedet & ſatiabitur. Iob 7. Et ſaturabor euagationibus. Pſal. 88. Et ſatiata eſt anima mea malis. Prouerb. 20. Aperi oculos tuos, & ſatiare pane. & cap. 30. Ne ſatier, & abnegem. & cap. 12. Satiabitur pane. Ioelis 2. Et comedetis comedendo & ſatiando.

In ſecunda coniugatione שַׂבַּע. Pſal. 90. Satia nos manè benignitate tua. Ezech. 7. Animam ſuam non ſatiabit.

In tertia coniugatione הִשְׂבִּיעַ. Pſal. 107. Quia ſatiauit animam appetẽtem. Pſal. 91. Longitudine dierum ſatiabo eum. Iob 9. Satiabit me amaritudinibus. & cap. 3. Ad ſatiandum uoraginem.

Participium præſens מַשְׂבִּיעַ. Pſal. 103. Qui ſatiat bono os tuum. Pſal. 105. Satietatem præbes omni uiuo beneuolentiam.

INDE NOMEN,

שָׂבֵעַ Nomen participiale, ſatur. Gen. 25. Senex & ſatur. Prouer. 19. Et ſatur pernoctabit.

Et in ſtatu regiminis שְׂבַע. Gen. 35. Senex & ſatur dierum. Deut. 33. Satur beneuolentia. Iob 10. Satur ignominia. Et pluraliter שְׂבֵעִים. 1. Sam. 2. Saturi pro pane cõducti ſunt. Et in genere fœminino שְׂבֵעָה. Prou. 27. Anima ſatur calcabit fauum.

שָׂבָע Satietas, ſaturitas. Gen. 41. Et obliuioni tradetur omnis ſaturitas. Et iterum: Ecce anni ſeptem ueniunt ſaturitatis. Prou. 3. Et implebuntur horrea ſaturitate.

שֹׂבַע Satietas, ſaturitas. Exo. 16. Quando comedebamus panem ad ſaturitatem. Pſal. 16. Satietas lætitiarum cum facie tua. Et in ſtatu affixorum mutat holem in hateph cametz. Deuter. 23. Comedes uuas ſecundum animam tuam ad ſatietatem tuam. Ruth 2. Et dedit illi quod ſuperfuerat, de ſatietate ſua. Et in genere fœminino שָׂבְעָה. Ieſ. 23. Vt comedant ad ſatietatem. & cap. 56. Ignorauerunt ſatietatem. Et cum affixo. Ibidem: Abſq; ſatietate tua.

שִׂבְעָה Satietas, ſaturitas. Et in ſtatu regiminis שִׂבְעַת. Ezech. 16. Et ſaturitas panis.

1555 Legit̃ tantũ in ſecũda cõiugatione, & ſignificat in rotundũ arctiores introrſum
שִׁבֵּץ circulos facere ornatus gratia, quod fiebat, uel à phrygionibus intexendo, uel ex auro arte aurifabrorum, ut in medio lapis precioſus introcluderetur tali forma:  & licebit uel bullam, uel roſam ſeu palam appellare. Tametſi olim mihi Rabinus Pragæ Germanicè uerbaliter keſtlen, id eſt arculari interpretaret̃: ſic depingendo:  non in rotundum, ſed quadrum. Et licebit interpretari circumconcludere, circumcirculare, circumgyrare. Exo. 28. Et circumconcludes tunicam byſſi.

Participium præteritum מְשֻׁבָּצִים. Exo. 28. Et ordo quartus Chryſolitus, & Onychus, & Iaſpis circumconcluſi auro in plenitudinibus ſuis.

INDE NOMINA:

שָׁבָץ Circũconcluſio. 2. Sa. 1. Et dixit ad me, ſta euge ſuper me, & occide me, quia apprehendit me circũconcluſio: nam tota adhuc anima in me eſt. Loquitur autẽ de corporali hoſtium circumconcluſione, unde locus ei ſubinde factus fuerit arctior.

תַּשְׁבֵּץ Nomen adiectiuum. Exo. 28. Et tunica circumcirculata, id eſt texta, ut haberet circulos arctiores & arctiores.

מִשְׁבְּצוֹת Tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis. Exod. 28. Et pones catenas complicatas ſuper circumcõcluſionibus, id eſt bullis in quibus erãt lapides precioſi. Et iterum: Circundatos circumcirculationibus auri facies eos, ſcilicet lapides. Pſal. 45. Tota glorioſa filia regis intus de circumcirculationibus auri indumentum eius. Puto autem ſignificatione congruere cum nomine שְׁבִיסִים, quod inter ornamenta muliebria commemoratur Ieſa. 3. de quo etiam ſuprà in ſuo loco.

1556 שָׁבַר Primò, ſignificat propriè frangere. 1. Reg. 13. Non comedit leo cadauer, neq; fregit aſinum. Pſal. 105. Omnem baculum panis fregit. Ieſa. 14. Fregit Iehoua baculum

lum improborũ.Exo.12.Os nõ frangetis in eo.Amos 1.Et frangã uectẽ Damaſci. Leuit.26.Et fregi põdera iugi ueſtri.Iere.19.Et franges lagenã. Iob 38. Et frangebã contra ipſum ſtatuto meo, id eſt, frangebã illud ſtatuto meo, id eſt littore. Leu. 26. Et frangam ſuperbiam contumaciæ ueſtræ. Prouerb.25. Lingua mollis frangit os. Thren.1. Vocauit contra me tempus ad frangendum iuuenes meos. Pſal. 69. Cõuiciũ fregit cor meũ. Pſal. 104. Bibunt inde omnes feræ agri, & frangunt ſitim ſuam.

Participium præſens שֹׁבֵר. Pſal.29. Vox Iehoua frãgit cedros. Iere.49. Ecce ego frango arcum Elamitarum. Ezech.4. Ecce ego frango baculum panis.

Participium præteritum, ſeu nomen participiale שָׁבוּר. Leuit.22. Cæcum, aut fractum. Et pluraliter in ſtatu regiminis שְׁבוּרֵי. Pſal.147. Qui medetur fractis corde.

In uoce paſſiua נִשְׁבַּר. Pſal.124. Laqueus fractus eſt, & nos erepti ſumus. Ieſ. 14. Fractus eſt baculus exactoris tui. Leui.6. Vas teſtaceũ in quo cocta fuerit, frangatur. 1.Sa.4. Et fracta eſt ceruix eius. 1.Reg.22. Quia fractæ ſunt naues in Esbon Geber. Iere.22. Quoniã fracti ſunt omnes amatores tui. Dan.8. Et abſq; manu frangetur. 2.Paral.14. Et perſequutus eſt eos Aſa, ut nullus eorũ maneret uiuus, quoniam fracti erant coram Iehoua. At legitur ſemel actiuè, quando regit poſt ſe accuſatiuum, Ezech.6. Quando fregi cor eorum meretricio.

Participium ſeu nomen participiale נִשְׁבָּר. Pſal. 51. Cor fractum. Et cum pathah נִשְׁבַּר. Exo.22. Et illud mortuũ fuerit, aut fractũ, aut captum nemine uidente.

Et pluraliter נִשְׁבָּרִים. Iere.2. Ciſternas fractas, quæ nõ retinẽt aquã. Et in ſtatu regiminis נִשְׁבְּרֵי. Pſal.34. Propinquus eſt Iehoua fractis corde. Ieſa.61. Ad ligandũ fractos corde. Et in genere fœminino נִשְׁבָּרָה. Pſal.51. Sacrificia Dei ſunt ſpiritus fractus. Et in altera forma נִשְׁבֶּרֶת. Ezech. 27. Tempus fractæ à maribus. & cap. 34. Et fractum non ligaſtis. Zach.11. Et fracto non medebitur: uel, fracturæ.

In ſecũda coniugatione, שִׁבַּר: at in diſtinctione cũ zere, שִׁבֵּר: & auget ſignificationẽ. Exo.32. Et proijciẽs de manu ſua tabulas, cõfregit eas. 2. Reg. 18. Et cõfregit ſtatuas. 2.Reg.25. Mare æreũ, quod erat in domo Iehoua, cõfregerũt Chaldæi. 2.Paral.34. Et ſculptilia & fuſilia cõfregit & cõminuit. Pſ.76. Ibi cõfregit ſagittas arcus. Pſal.107. Quoniã confregit ianuas æreas. Iere.43. Et confringet ſtatuas domus ſolis. Pſal.3. Dentes improborũ confregiſti. Exo.9. Et omnes arbores agri confregit.

Participium præſens מְשַׁבֵּר. 1.Reg.19. Et uentus magnus & ualidus diſrumpens montes, & confringens petras.

In tertia coniugatione הִשְׁבִּיר. Ieſa.66. An fracturã facere ſinam, & non gignam.

In uoce paſſiua הָשְׁבַּר. Iere.8. Super fractione populi mei, ego fractus ſum.

INDE NOMINA:

שֶׁבֶר Fractura. Leuit.21. In quo eſt fractura pedis, uel fractura manus. & cap.24. Fractura pro fractura. Prou.15. Fractura eſt in ſpiritu. & ca.16. Ante fracturã eſt ſuperbia. Iere.4. Quoniã malũ ego adduco ab Aquilone, & fracturã magnam. Et in ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in hirik, & alterũ in ſeua. Ieſ. 30. Repentè ueniet fractura eius. Ioſue 7. Cùm audiſſet Giddeon relationem ſomnij, & fractionẽ eius, id eſt, interpretationẽ, diſtributionẽ partium & membrorũ eius. Et pluraliter שְׁבָרִים. Iob 41. Et à fracturis erratũ deprecantur. Eſt & nomen loci, à fractura quam ibi multi ſunt paſſi. Ioſ.7. Et perſequuti ſunt eos à porta, uſq; ad Sebarim, percuſſerũtq; eos, &c. Et in ſtatu affixi שְׁבָרֵי. Pſal.60. Sana fracturas eius, quia concuſſa eſt.

שִׁבָּרוֹן Fractura. Iere.17. Et duplici fractura frange eos. Et in ſtatu regiminis שִׁבְרוֹן. Ezechiel.21. Ingemiſce in fractura lumborum.

מִשְׁבָּר Et in ſtatu regiminis מִשְׁבַּר. Oſeæ 9. Quia tempore non ſtabit in fractura filiorum.

Et pluraliter in ſtatu regiminis מִשְׁבְּרֵי, fractiones, actiuè & paſſiuè: unde & fluctus & procellæ dicuntur, ſicut & דַּכִּים, quæ naues frangũt, & ipſæ quoq; franguntur & colliduntur. 2.Sam.22. Circumdederunt me fracturæ mortis, id eſt procellæ. Pſal.93. Supra fremitus aquarum multarum excellẽtes, procellas maris. Et cum affixis. Pſal.42. & Ionæ 2. Omnes fractiones tuæ ſuper me tranſierunt. Pſalm.88. Et omnibus fracturis tuis oppreſſiſti me.

Fractu-

מַשְׁבֵּר Fractura,ſcilicet matricis.2.Reg.19.& Ieſaiæ 37.Quia uenerunt filij uſq; ad fracturam,& non eſt uirtus amplius ad pariendum.

**שָׁבַר** Secundo modo, perinde ut uerbum בָּרָה, quando de edulijs dicitur à ritu cōtrahentium,pro paciſci de re emēda,ſeu pro emere uſurpatur. Et uerbum כָּרַת, quā do iungitur cum nomine בְּרִית, à ritu ineuntiū fœdera,qui in diſſectione animalium obſeruabatur,ſcindere ſeu ferire fœdus ſignificat: ita hoc uerbum שָׁבַר, etſi à ſuperiore themate ſignificatione nihil differat, tamen in emptione & uenditione iunctū cum nomine לֶחֶם,uel בַּר, uel אֹכֶל,uel de illis intellectū,tum frangere eſcam, uel frumentum,uel panem,Hebræiſq; idem ſignificat,quod comparare,uel diſtribuere ſeu diſpertiri frangendam,ſeu magis propriè fragmentare.Gen.41.Aperuit Ioſeph omnia horrea, in quibus erat,& fragmentauit Ægyptijs, id eſt, diſtribuit. Deut.2.Eſcam fragmentabitis ab ipſis pro argento, ut comedatis, atq; etiā aquam ſcindetis ab ipſis pro argento,ut bibatis. Ieſ.55. Venite,fragmentate,& comedite, uenite,inquam,fragmentate abſq; argento. Gen.41. Et omnes regiones uenerunt in Ægyptum ad fragmentandum apud Ioſeph.

Participiū pręſens שֹׁבְרִים.Gen. 47.Et collegit Ioſeph omne argentū quod inueniebatur in terra Ægypti, & in terra Canaan pro frangēda quā ipſi fragmentabāt.

In tertia coniugatione הַשְׁבִּיר.Deut.2. Cibum pro argento fragmētare ſinas me, ut comedam. Amos 8.Quando tranſiuit menſis,ut fragmentemus frangendam,id eſt,ut uendamus frumentum, & ſabbathum,ut aperiamus frumentum. Et iterum: Et quiſquilias pro frumento fragmentabimus.

Participium præſens מַשְׁבִּיר.Ge.42.Ioſeph erat dominator ſuper terram,& erat fragmentator ſuper omni populo terræ.Prou.11.Qui claudit frumentum, maledicit ei populus,ſed benedictio capiti fragmentantis.

INDE NOMEN,

שֶׁבֶר Frangenda,diſtributio frangendæ.Geneſis 42.Et uidens Iacob,quia eſſet frangenda in Ægypto.Et iterum: Et uos ite, afferte fracturam famis ad domos ueſtras, id eſt,frumentum quo frangitur fames.

1557 **שָׂבַר** Intueri in aliquid infractis oculis & infracto animo: & uidetur planè cōtrariam habere ſignificationem uerbo ſuperiori. Latini nunc uerbo ſperandi, nunc expectandi tranſtulerunt. Et uerbum סבר frequenti apud Chaldæos in uſu eſt. Legitur in prima coniugatione tantùm in præſenti participio שֹׂבֵר. Nehemiæ 2. Et eram intuens in muros.

In ſecunda coniugatione שִׂבֵּר. Pſal.104.Omnia iſta ad te intuētur,ut des eſcam illorum in tempore ſuo.Pſal.119.Intuitus ſum in ſalutem tuam, Iehoua. Pſalm.145. Oculi omnium ad te intuentur,& tu das illis eſcam ſuam in tempore ſuo. Ieſaię 38. Non intuebuntur deſcēdentes puteum ad ueritatem tuam.Eſth.9. Diem in quem ſpectauerunt inimici Iudæorum,ut dominarentur illis.

INDE NOMEN,

שֶׂבֶר Intuitus,intuitio,aſpectus:alij uerterunt ſpes,ſeu expectatio:quod cum affixis mutat prius ſægol in hirik,& alterū in ſeua. Pſal. 119. Et ne auertas me ab intuitu meo. Pſal.146.Intuitus eius eſt ad Iehoua deum ſuum.

1558 **שָׁבַת** Congruit ſignificatione cū uerbis יָשַׁב & שָׁבָה שׁוּב, niſi quòd ut forma,ita quoque modo ſignificandi uarient. Nam ut שׁוּב reditum ad locum,שָׁבָה abductionē ſeu motum de loco,& יָשַׁב motum in loco:ita שָׁבַת ceſſationem, ſeu quietem à motu & opere ſignificat. Ideo licebit uertere uerbo ceſſandi, uel quieſcendi. Gen. 2.Et benedixit deus diem ſeptimum, & ſanctificauit eum, quia in eo ceſſauit ab omni opere ſuo quod creauit deus,ut faceret. Et iterum: Et ceſſauit die ſeptimo ab omni opificio ſuo. Leuit.26. Tunc quieſcet terra. Ieſa. 14. Quomodo ceſſauit exactor.& cap.24.Ceſſauit gaudium tympanorū.Gen.8. Et dies & nox non ceſſabūt.

In uoce paſſiua נִשְׁבַּת. Ezech. 30. Et ceſſabit in ea ſuperbia fortitudinis eius. & cap.6.Et ceſſabunt idola ueſtra.

In tertia cōiugatione הִשְׁבִּית.2.Reg.23.Et ceſſare fecit ſacerdotes,id eſt, remouit.

Pſal. 119. Tanquàm ſcoriam ceſſare feciſti omnes improbos terræ, id eſt abieciſti. Ezech. 12. Ceſſare faciam parabolam. Exo. 5. Ceſſare facietis eos ab omnibus oneribus ſuis. Pſal. 8. Vt ceſſare facias inimicum.

Participium præſens מַשְׁבִּית. Iere. 16. Ego ceſſare facio gaudium.

INDE NOMINA:

שֶׁבֶת Ceſſatio, quies. Prouer. 20. Gloria eſt uiro ceſſatio à lite. quod tamen etiam ſic exponi poteſt: manere à lite. ut ſit Infinitiuus uerbi יָשַׁב. Et in diſtinctione ſententiæ שָׁבֶת. Ieſa. 30. Fortitudo eorum ceſſatio. Et in ſtatu affixorum mutat prius ſægol in hirik, & alterum in ſeua. Exod. 20. Tantùm ceſſationem eius dabit.

שַׁבָּת Sabbathum, ceſſatio, quies. Exo. 16. Quia ſabbathum eſt ipſi Iehoua. Et iterum: Et in die ſeptimo, ſabbathum nõ erit in eo. 2. Reg. 4. Non eſt nouilunium, neq; ſabbathum. Et in ſtatu regiminis שַׁבַּת. Leuit. 25. Et erit ceſſatio ſeu requies terre. 1. Paralip. 9. Ad præparandum ſabbathum, ſabbathum, id eſt per ſingula ſabbatha. Et in ſtatu affixorum. Num. 28. Holocauſtum ſabbathi in ſabbatho ſuo. Leuitic. 23. A ueſpera ad ueſperam quieſcetis in ſabbatho ueſtro. Et pluraliter שַׁבָּתוֹת. Leui. 23. Septem ſabbatha integra erunt. 1. Paral. 23. Holocauſta ipſi Iehoua ſabbathis. In ſtatu regiminis & affixorum שַׁבְּתוֹת. Leui. 23. Præter ſabbatha Iehoua. & cap. 25. Et numerabis tibi ſeptem ſabbatha annorum, ſeptem annos, ſeptem uicibus, & erunt tibi dies ſeptem, ſeptem ſabbatha annorum, quadraginta nouem anni. 2. Paralip. 36. Donec perficiat terra ſabbatha ſua.

שַׁבָּתוֹן Sabbathũ, quies. Exo. 16. Sabbathũ, ſabbathũ ſanctitatis ipſi Iehoua, id eſt magnũ ſabbathũ. Leui. 23. Sex diebus fiet opus, & in die ſeptimo ſabbathũ ſabbathi, i. magnũ ſabbathũ. Et iterũ: Sabbathũ ſabbathi erit uobis & affligetis animas ueſtras.

מִשְׁבָּת Ceſſatio, quies, ocium. Thren. 1. Riſerunt ſuper ocio eius.

1559

שָׁגַג Incogitanter, inconſideratè, ignoranter egit. Et eſt ſemper culpæ. Congruitq; ſignificatione cum uerbo שָׁגָה. Leui. 5. Et teget ſuper eo ſacerdos, propter incogitantiam ipſius, quam incogitãter egit, quòd ipſe non cognouerit, & remittet ei.

Participium præſens שֹׁגֵג. Iob 12. Ipſius eſt incogitans. Pſal. 119. Antequàm humiliarer, ego eram incogitans. In genere fœminino שֹׁגֶגֶת. Num. 15. Tegetq; ſacerdos ſuper anima incogitante per erratum propter incogitantiã coram Iehoua.

INDE NOMEN,

שְׁגָגָה Inconſideratio, incogitantia, error ex incogitantia commiſſus: & eſt culpæ. Leuit. 4. Anima quæ errauerit per incogitantiã in cunctis mandatis Iehoua quæ fieri nõ debent, &c. Leuit. 22. Si quis comederit ſanctum per incogitantiam. Num. 35. Vt illuc fugiat omnis homicida, qui percuſſerit animam per incogitantiam. Eccleſ. 5. Ne dicas coram angelo, quia incogitantia eſt. & cap. 10. Eſt malum quod uidi ſub ſole, quaſi incogitantia, quæ egreditur de facie potentis. In ſtatu affixorum שִׁגְגָתָם.

1560 Num. 15. Super incogitantia ipſorum.

שָׂגָא Congruit ſignificatione cum uerbis גָּבַר & שָׂגַב, niſi quòd ut forma, ita módo ſignificandi differant, & diſcrepat à uerbis רָבָה & סוּג: ſignificat autem creſcere, condenſari. Iob 8. Aut creſcet carectum ſine aquis.

In tertia coniugatione תַשְׂגִּיא. Iob 36. Memento, ne amplifices opus eius, de quo cantant homines.

Participium præſens מַשְׂגִּיא. Iob 12. Multiplicat gentes, & rurſum aufert eas.

INDE NOMEN,

שַׂגִּיא Magnus, amplus, amplificus. Iob 36. Ecce deus magnus, quem nõ cognoſcimus.

1561 & cap. 37. Et enim magnus uirtute.

שָׂגַב Significat altiorem eſſe, quàm ut tranſcendi aut capi poſſit. Deut. 2. Non fuit ciuitas, quæ fuiſſet altior à nobis, omnes tradidit Iehoua deus noſter in conſpectu noſtro, id eſt, quam non tranſcendere & expugnare potuimus. Iob 5. Et mœrentes exaltentur ad ſalutem.

*In uoce paſſiua* נִשְׂגְּבָה. Pſal. 139. Ardua eſt ſcientia ſupra me, altior eſt, q̃ ut præualeam

leam ei.Prouer.18.Turris ualida nomē Iehoua,eò curret iuſtus,& exaltabitur.

Participium נִשְׂגָּב.Pſal.148.Laudate nomen Iehoua, quia altum eſt nomen eius ſolum ipſum,id eſt, non poteſt expugnari. Et in genere fœminino נִשְׂגָּבָה. Prou. 18.Et eſt uelut murus altus in cogitatione ſua.Ieſa.26.Quoniam proſtrauit habitatores excelſi,ciuitatem altam humiliabit.

In ſecunda coniugatione שִׂגֵּב. Pſal.20.Exaltet te nomen Dei Iacob. Pſal. 59.Ab inſurgentibus cōtra me exalta me. Pſal.107. Et exaltabit egenum ab oppreſſione. Ieſa.9.Et exaltabit Iehoua coartatores Rezin contra ipſum.

In uoce paſſiua שֻׂגַּב.Prouer.29.Sed confidens in Iehoua exaltabitur.

In tertia coniugatione הִשְׂגִּיב. Iob 36.Ecce deus altus eſt in uirtute ſua.

INDE NOMEN,

מִשְׂגָּב Altum,altitudo,exaltatio, locus editus, & hoſtibus inacceſſus, ad quem tempore perſequutionis ſeu belli perfugitur. Pſal. 48. Deus in mœnijs notus pro alto. In ſtatu regiminis מִשְׂגַּב. Ieſ.25.Et munitionem exaltationis murorum tuorum proſtrauit. Et in ſtatu affixorum fortificat poſteriores duas literas thematis. 2. Sam. 22.& Pſal.18.Exaltatio mea & refugium meum. Ieſaiæ 33. Refugia petrarum exal-

1562 tatio eius.

שגה Significatione à ſuperiore שָׁגַג nō differt,niſi quòd auguſtiorem habeat.Significat enim errare ignoranter ſeu incogitanter, inconſideratè agere. Leuitic. 4. Quòd ſi totus cœtus Iſrael incogitanter egerit. Num.15. Et ſi incogitāter egeritis, & non feceritis omnia iſta præcepta,&c.1.Sam.26.Ecce ſtultè egi, & incogitanter egi multùm ualdè.Iob 6.Et ubi erraui,ſignificate mihi. Prouer. 5. In amore eius errabis iugiter.Ezech.34.Errauerunt oues meæ.

Participium præſens שֹׁגֶה. Prouerb. 20. Deriſorem facit uinum,& turbatorem ſicera:& quicunq; errat in eo,non erit ſapiens.Ezech. 45. Virum incogitātem, ſeu errantem. Et pluraliter שֹׁגִים. Pſalm.119.Maledicti qui errant à mandatis tuis.Et iterum:Conculcaſti omnes errantes à ſtatutis tuis.

In tertia coniugatione הִשְׁגָּה. Pſal.119. Ne errare ſinas me à mandatis tuis.

Participium præſens מַשְׁגֶּה. Iob 12.Ipſius eſt errans & errare faciens. Deuter.27. Maledictus qui errare ſinit cæcū in uia.Prouerb.28.Qui errare facit rectos in uiam malam,id eſt ſeducit.

INDE NOMINA:

מִשְׁגֶּה Incogitantia,error.Gen.43.Ne fortè error ſit.

מְשׁוּגָה Incogitantia,error.Iob 19.Quòd ſi uerè erraui,apud me pernoctet error meus.Forma iſta ferè refert uerbum שׁוּג,quod tamen non eſt in uſu.

שְׁגִיאוֹת Incogitantiæ,errata ignorantiæ,errata.Pſal.19.Errata quis intelliget.

שִׁגָּיוֹן Inconſcientia,profeſſio innocentiæ, ſeu non agnoſcentis conſcientiæ obiecta crimina.Pſal.7.Innocentia Dauidis,quam cecinit ipſi Iehoua.

שִׁגְיוֹנוֹת Innocentiæ. Habakuk 3. Oratio Habakuk Prophetæ ſuper innocentijs, ſeu inco-

1563 gitantijs.

שגא Congruit cum uerbis נָשָׂא & שָׂגָה ſignificatione, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi uarient.Notat enim creſcere, augeri,ampliari,condenſari, coagmentari.Iob 8. Vt licet principium ſit exile, tamen poſtremum tuum augebitur ualdè. Pſal.92.Iuſtus ut palma florebit,ſicut cedrus in Libano condenſabitur.

In ſecunda coniugatione geminatum legitur שִׂגְשֵׂג,& intendit ſignificationem. Ieſa.17.In die plantationem tuam amplificabis multùm.

In tertia coniugatione הִשְׂגּוּ.Pſalm. 73. Ecce iſti improbi & felices ſeculi amplificant facultates.

INDE NOMEN,

סְגָנִים Magnates,amplifici.Sed de hoc ſuprà in ſuo loco.

1564

שגח Non eſt uſitatum,niſi in tertia coniugatione הִשְׁגִּיחַ,& ſignificat intentè,& cum animi obſeruatione proſpicere & intueri.Et eſt geſtus,ſicut uerba שָׁקַף & נָבַט.

Pſal.33.De habitaculo ſeſſionis ſuæ proſpexit ad omnes habitatores terræ. Ieſ. 14.
1565 Videntes ad te proſpicient.

**שגל**

Participium præſens מַשְׁגִּיחַ. Cant.2.Proſpiciens è feneſtris.

Cōgruit ſignificatione cum uerbis גָּאַל & גָּלָה גָּלַל עוּל, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi uarient:ſingula enim uolutionem ſeu uolutationem generaliter ſignificant,alio tamen atq; alio modo : hoc noſtrum uolutationem ſignificat, quæ fit in actu uenereo,cùm fœmina à uiro ſubagitatur, ſiue in coniugio fiat, ſiue extra coniugium.Et quia uerbum hoc uiſum fuit Hebræorū Magiſtris obſcœnius caſtis auribus, ideo in margine eius loco plerunq; uerbum שָׁכַב ſubſtituerunt parùm uerecundius, quod cubare ſignificat. Et quemadmodum שָׁטַם eandem ſignificationem,quam habēt גָּמַם קָמַם סוּט,ita etiam ſimili ratione שָׁגַל ſignificat uolutationē, qua uerba ſuprà memorata,licet non eodem modo. Deut. 28. Vxorem deſponſabis tibi,& uir alius ſubagitabit eam.

In uoce paſſiua נִשְׁגַּל. Ieſa.13. Paruuli allidentur in oculis ipſorū,diripientur domus eorum,& uxores ipſorum ſubagitabuntur.Zach.14.Et capietur urbs,& diripientur domus,& uxores ſubagitabuntur.

In ſecunda coniugatione uocis paſſiuæ שֻׁגַּל.Iere.3.Eleua oculos tuos ad Excelſa,& uide ubi non ſubagitata fueris.

INDE NOMEN,

שֵׁגָל Coniunx, contoralis, quæ ſcilicet marito ad ſubagitationem deſpōſata, & nuptui tradita eſt. Et de regia coniuge in ſcriptura legitur. Pſal. 45. Aſtitit coniunx ad de-
1566 xtram tuā in aurato Ophir.Nehe.2. Et dixit mihi rex, & cōiunx ſedens iuxta eum.

**שגע**

Legitur in ſecunda coniugatione participium præteritum מְשֻׁגָּע, quod ad inſaniam redactum ſignificat, & cuius ratio ſeu cerebrum percuſſum eſt: congruit autē ſignificatione cum uerbo נָגַע:nos nominaliter uertimus pro inſano,ſeu ueſano.Deut.28.Et eris inſanus à uiſione oculorū tuorum,quam uidebis. 2.Reg.9. Ob quam cauſam ingreſſus eſt ad te ueſanus ille.Iere.29. Vt ſitis præfecti domus Iehoua omni uiro inſano,& prophetare præſumēti. Oſeæ 9. Stultus eſt propheta, inſanus,uir uenti. Et pluraliter מְשֻׁגָּעִים.1.Sam.21.Num egenus ueſanorum ego.

In quarta coniugatione הִשְׁתַּגֵּעַ .1. Sam. 21. Num egenus ueſanorum ego, quòd adduxiſti hunc ad inſaniendum contra me.

Participium מִשְׁתַּגֵּעַ.1.Sam.21.En uidetis uirum inſanientem.

INDE NOMEN,

שִׁגָּעוֹן Perculſio animi,inſania,ueſania.Deut.28 Percutiet te inſania, cæcitate, & ſtupore cordis.2.Reg.9.Quoniam cum inſania ducit currū, wie er vnſinnig were. Zach.
1567 12.Percutiam omnem equum ſtupore,& uectorem eius cum inſania.

**שגר**

Fructus ſeu fœtus iumentorum uiuus,& non mola,qui eſt & agit cum matre:& congruit ſignificatione cum uerbo רֶחֶם.Exo.13.Et omnem apertionem, fœtum iumenti.pro quo Chaldæus וְלַד. Ceterùm in alijs locis legitur in ſtatu regiminis שְׁגַר. Deut.7.Muſtum tuum,& oleum tuum, & fœtum boum tuarum. Item cap. 28.Benedictus fructus uentris tui,& fructus pecoris tui, & fœtus boum tuarū.pro
1568 quo Chaldæus tranſtulit בַּקְרֵי.

**שדד**

Generaliter ſignificat in uniuerſum permeare, peruniuerſitare, ſiue in bonum, ſiue in malum,hoc eſt,in uniuerſum dare,uel adimere,ubertim & affluenter dare uel uaſtando,& depopulando diripere,& auferre: quanquàm uerbaliter ſemper in malam partem accipiatur. Transferemus autem uerbo deuaſtare, quòd Latina lingua magis accommodatum non habeat: congruitq; ſignificatione cū uerbo שׁוּד.Ierem. 47.Ad deuaſtandum omnes Philiſtæos.& cap.49. Deuaſtate filios Orientis. Ezech. 32. Deuaſtate magnificentiam Ægypti. Pſal, 17.A facie improborum illorum qui deuaſtauerunt me.

Participium præſens שׁוֹדֵד,uaſtās,deuaſtator,depopulator. Iob 15.Cùm fuerit in pace,uaſtator ueniet ei.Ieſa.16.Sis latibulum illi,à uaſtatore.Iere. 25. Quoniam deuaſtat Iehoua paſcua eorum. Et pluraliter שׁוֹדְדִים. Iob 12.Felicia ſunt tabernacu-
la

la deuaſtantium. Ieremiæ 12. Venerunt deuaſtatores. In ſtatu regiminis שֹׁדְדֵי. Abdiæ 1. Aut deuaſtatores noctis.

Participium præteritum שָׁדוּד. Iudicum 5. Inter pedes incuruatus eſt, cécidit, iacuit, inter pedes eius incuruatus eſt, cécidit in quo curuatus eſt; ibi cécidit deuaſtatus, id eſt, exanimatus, extinctus, uel exterminatus & interemptus in uniuerſum. Ieſaiæ 33. Væ uaſtatori, & tu non deuaſtatus. Iere. 4. Tu uerò deuaſtata, quid facies?

In genere fœminino שְׁדוּדָה. Pſal. 137. Filia Babylonis deuaſtata.

In uoce paſſiua legitur irregulare, id eſt, compoſitum ex futuro & præterito, Micheæ 2. Vaſtando uaſtati ſumus.

In ſecunda coniugatione more uerborum perfectorum שִׁדֵּד. Prouerb. 11. Peruerſitas temerariorum deuaſtabit eos. Prouer. 24. Ne inſidieris improbè habitacula iuſti, nec deuaſtes cubile eius. In ſequentibus locis eſt ruſticum, & ſignificat aruum iam aratum, uel occa, uel uerriculo contundere. Ieſaiæ 28. Et uaſtabit humū ſuam. Oſeæ 10. Vehi feci Ephraim, arabit Iehuda, uaſtabit ſibi Iacob. Iob 39. Num ligabis unicornem in ſulco fune ſuo, aut uaſtabit ualles poſt te.

Participium præſens מְשַׁדֵּד. Prouerb. 19. Qui deuaſtat patrem, & profligabit matrem, filius eſt pudendus.

In uoce paſſiua שֻׁדַּד. Ieſ. 15. Quoniam in nocte deuaſtata eſt Ar Moab. Ieremiæ 49. Deuaſtata ſunt tabernacula mea. Ioel. 1. Deuaſtatus eſt ager, luxit humus, quia deuaſtatum eſt frumentum. Nahum 3. Deuaſtata eſt Niniue. ubi tamen ſcriptum eſt in prima hateph cametz pro kybutz.

In tertia coniugatione uocis paſſiuæ הוּשַׁד. Ieſaię 33. Quando cōſummaueris tu deuaſtator, deuaſtaberis. Oſeæ 10. Quælibet munitionum tuarum deuaſtabitur.

INDE NOMINA:

אֶשֶׁד Meatus, fluxus qui permeat, alueus aquarum. Numeri 21. Et meatus uallium. Et pluraliter אֲשֵׁדוֹת. Ioſ. 10. Et planiciem & fluxus. Et in ſtatu regiminis אַשְׁדּוֹת. Ioſ. 12. Subtus in fluxibus Piſga.

שְׁרֵמוֹת Nomen quod ut cùm forma, tum ſymboliſmo, ita etiam ſignificatione congruit cum nomine שְׁדֵפָה: habet quoq; nonnihil affinitatis cum uerbo שמד, tranſpoſitis literis: item cum שָׁדַד. Significat autem primò ariditatem ex aduſtione ſolis. Ieſa. 37. Et habitatores earum curti manu, conſternati, & confuſi, facta ſunt herba, & uiror oleris, fœnum tectorū, & ariditas ante culmum. pro quo 2. Regum 19. ſcriptum eſt שְׁדֵמָה. Deinde pluraliter in ſtatu abſoluto שְׁדֵמוֹת ſignificat loca arida, ut ſunt arua, quæ aratro ſulcantur, ut frumenta, & alia legumina in illis creſcant ac proueniant, ea autem quæ aratro ſunt proſciſſa, non ſunt humida nec graminoſa, ut horti & prata: ideo commodè uertere licebit, arua. Ieremiæ 31. Omnem uallem cadauerum & cinerum, & omnia arua uſque ad uallem Kidrón. Habakuk 3. Ficus, olea, & arua non proferunt cibum. Et in ſtatu regiminis שַׁדְמוֹת. Deuteronom. 32. De uite Sodomæ uitis eorum, & de aruis Gomorræ. 2. Regum 23. Et combuſſit ea extra Ieruſalem in aruis Kidron. Ieſaiæ 16. Quoniam arua Heſbon exciſa ſunt.

שַׁד Mamma, uber: quia illius humor & ſuccus per uniuerſum corpus cōfluendo permeauit, & puerorum quoque corpora permeat, aliaq; humectat & alit. Ieſaiæ 60. Et ſuges lac gentium, & mammam regum ſuges. Iob 24. Rapiunt ab ubere pupillum. Et in diſtinctione ſententiæ mutat pathah in cametz. Threnorū 4. Etiam dracones extrahunt mammam. Et dualiter שָׁדַיִם, ubera, ſcilicet duo. Geneſis 49. Benedictionibus uberum & uteri. Iob 3. Quare anteuerterunt me genua, & quare ubera, quæ ſuxi. Canticorum 8. Vbera non habet. Oſeæ 9. Da eis matricem ſterilem, & ubera arentia. Ioelis 2. Et qui ſugunt uberá. In ſtatu regiminis שְׁדֵי. Pſal. 22. Fiducia mea ab uberibus matris meæ. Cant. 8. Sugentem ubera matris. Et in ſtatu affixorum ſeruat cametz. Cantic. 1. Inter ubera mea pernoctabit. & cap. 4. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli. Oſeæ 2. Et adulteria ab uberibus.

Humor,

לְשַׁד Humor,ſuccus,ſucculentia, humidum radicale, quod per totum corpus permeat, & illud uniuerſaliter humectat.Nu.11.Et erat ſapor eius uelut ſapor humoris pinguis. Et in ſtatu affixorum fortificat daleth punctulo dagges.Pſal.32.Verſus eſt humor meus in ſiccitates æſtatis.

שַׁדַּי Attributum dei,quaſi dicas,uberrimus, cuius bonitas permeat per uniuerſas creaturas,dans illis eſſentiam,uitam & motum.Græci uerterunt παντοκράτωρ, Latini omnipotens: quanquàm non pauci malint eſſe compoſitum ex שׁ relatiuo, & דַּי abundantia,ubertas,copia,ut uidere licet in nomine דַּי.

שִׁדָּה Inſtrumentum muſicum, quod ſuauitate concentus permulcet ac permeat totum hominem.Eccleſ.2.Et delicias filiorum hominum,omnis generis inſtrumenta muſica. Voluit em̃ iſta geminatione ſignificare uniuerſitatẽ inſtrumẽtorũ muſicaliũ.

1569 שדה

Pars terræ, quæ neq; mons, neq; ſylua, neq; campeſtre, neq; deſertum,ſed culta eſt aruis,paſcuis,pratis,arboribus,herbis & hortis.Nam cõgruere arbitror cum nominibus quæ à uerbo שָׁדַד deriuãtur.Chaldæus uertit חַקְלָא. Hieronymus ager. Gen.2.Et omnem fruticem agri, antequàm eſſet in terra, & omnis herba agri, antequàm germinaret.cap.33.Et comparauit partem agri. & cap.39. Fuit benedictio in omnibus,quę fuerunt ei in domo & in agro.Leuit.26.Et lignum agri,dabit fructum ſuum.Num.16.Dediſti nobis hæreditatẽ agri,& uineæ.Ieſaiæ 5.Agrum cum agro coniungunt.Ezech.21.Et uaticinare ad ſyluam agri. Intelligit autem per ſyluam,urbem,quæ ex ſylua extructa eſt.2.Reg. 4.Et inuenit uitem agri,id eſt, agreſtem & feram.Item Gen.25.Et erat Eſau uir gnarus uenator,uir agri,id eſt agreſtis.

Et in ſtatu regiminis שְׂדֵה. Gen.41.Eſcam agri ciuitatis, qui eſt circa eam.Prou. 24.Super agrum uiri pigri tranſiui. In ſtatu affixorum ſeruat cametz abiecta interdum he litera.Leuit.19.Non conſumabis extremitatem agri tui metendo.Et iterum:Sex annis ſeres agrum tuum. Et pluraliter שָׂדוֹת. Exod.8. De domibus, de atrijs,& de agris.1.Sam.22. An uobis omnibus dabit filius Iſai agros & uineas. Ieremiæ 6.Agros & mulieres. In ſtatu regiminis & affixorum trãſformat cametz in ſeua.1.Sam.8.Agros ueſtros.Nehem.12.Et de agris Geba.

שָׂדַי Mutata tantùm litera he in iod,ager.Pſal.50.Et uniuerſitas agri penes me eſt. Pſal. 96.Exultet ager,& q̃cquid in eo eſt.Ioel.2.Ne timeatis pecora agri. In diſtinctione mutat alteram uocem pathah in cametz שָׂדָי. Deuteron.32. Et comedit fructũ agri. Pſalmo 8. Atque etiam pecora agri. Et pluraliter in ſtatu regiminis שְׂדֵי. Ruth 2. Quæ reuerſa eſt cum Noami ex agris Moab. 2. Samuelis 1. Et agri leuandarum.Pſal.132.Inuenimus eam in agris ſyluæ,id eſt,urbis ex arboribus ſyluæ ædificatæ.Ieſaiæ 32.Super agros deſiderij.

1570 שדף

Ex eo legitur participium præteriti temporis duplici forma, שְׁדוּפוֹת & שְׁדֻפוֹת: congruitq; ſignificatione cum forma שְׁדֻפֹת: utrunq; enim ſignificat ariditatem. Geneſ. 41. Septem ſpicæ arefactæ uento Orientali.Et mox iterum: Septem ſpicæ tenues arefactæ uento Orientali.

INDE NOMINA:

שְׁדֵפָה Ariditas.2.Reg.19.Et habitatores earum curti manu, conſternati & confuſi, facta ſunt herba agri,& uiror oleris,fœnum tectorum,& ariditas ante culmum.pro quo Ieſaiæ 37.ubi eadem hiſtoria repetitur,ſcriptum legitur שְׁדֵמָה.

שִׁדָּפוֹן Ariditas,quæ cauſatur uento Orientali.Deuter.28.Et ardore & ariditate. 1.Reg.8. Aut erit ariditas.Amos 4.& Haggei 2.Percuſſi uos ariditate.

1571 שְׂדֵרוֹת

Congruit ſignificatione cum nomine סֵדֶר, & ſignificat tabulas ordine ſeu ſerie quadam collocatas.1.Regum 6.Et texit domum imbricibus & tabulis ex cedris.2.Regum 11.Et qui ingreditur intra tabulas,moriatur.Et mox iterum: Educite eam extra tabulas.

1572 שֶׂה

Nomen generale,& tam de oue, q̃ de capra dicitur:nos etiã generali uocabulo pecudis reddemus.Chaldęus cõmuniter trãſtulit אִמְּרָא. Et differt à nomine צֹאן, quod collectiuum eſt,hoc autẽ ſingulare.Geneſ.22.Ecce ignis & ligna: ſed ubi eſt pecus in holocauſtũ? & cap.30.Trãſibo per omnẽ gregẽ tuũ hodie, auferẽdo inde

omnem

omnē pecudē punctatā & maculoſam, & omnē pecudē nigrā in agnis, & pūctatā in capris. Exo. 12. Pecus integer, maſculus filius anni erit uobis, quē de agnis, & de capris accipietis. Et cap. 22. Si quis dederit proximo ſuo aſinum, aut bouem, aut pecudem, aut quodcunq; animal ad cuſtodiendū. Num. 15. Sic fiet pro boue uno, aut pro ariete uno, pro pecude in agnis, aut in capris. Ieſa. 53. Sicut pecus ad mactationem ducetur. Iere. 5. Pecus diſperſa Iſrael. Ezech. 34. Et iudicabo inter pecudē pinguem & pecudem macilentam. Et in ſtatu regiminis שׂה. Deut. 14. Bouem, pecudem agnorum, & pecudem caprarum. Et in ſtatu affixorum mutat he in iod. Deuteron. 22. Non uideas bonum fratris tui, aut pecudem eius. 1. Samu. 14. Quiſq; bouem ſuum, quiſq; pecudem ſuam.

1573 **שָׂהֵד** Teſtificator. Iob 16. Teſtis meus eſt in cœlo, & teſtificator meus in Excelſis.

**שָׂהֲדוּתָא** Teſtimonium. Gen. 31. Et uocauit eum Laban, aceruum teſtificationis. Hinc autē apparet uocem eſſe Syriacam, qua Laban eſt uſus in Meſopotamia Syrię.

1574 **שֹׁהַם** Onyx, lapis maximi precij. Gen. 2. Ibi eſt bdellium, & lapis Onyx. Exo. 25. Lapides Onychis. & cap. 28. Onyx & Iaſpis. Iob 28. Non ſternetur cum auro Ophir, cum Onyche precioſo, & Saphiro.

1575 **שׁוּב** Significatione congruit cum uerbis יָשַׁב שָׁבָה שָׁבַת, niſi quòd ut literarum poſitu & uariatione, ita quoq; ſignificandi modo uarient. Nam יָשַׁב de motu in loco, שָׁבַת de motu à loco, שָׁבָה de fine ſeu ceſſatione motus, hoc autem שׁוּב de motu ad locum dicitur qui fit in reditu: unde uerbo redeundi ſeu reuertendi ſeu conuertendi transfertur. Gen. 18. Et Abraham reuerſus eſt in domum ſuam. Iere. 3. Et non reuerſa eſt ad me præuaricatrix. Ezech. 46. Et munus reuertetur ad principem. ubi eſt tertia perſona generis fœminini, & ſcribitur thau pro he litera. Exod. 32. Reuertere à furore iræ tuæ, & pœniteat te mali huius. Num. 25. Et reuertatur ſeu auertatur ardor iræ Iehoua. In illis iam citatis locis ſignificat abitionem, maximè uerò, quando cum nominibus חָרוֹן & אַף conſtruitur. Leui. 13. Et ſi reuertetur caro uiua, & uertetur in alborem. 1. Samu. 30. Et reuerſus eſt ſpiritus eius in ipſum. Iere. 14. Et reuerſa ſunt uaſa eorum uacua. Eſt autem hæc phraſis obſeruanda, quòd quando cum alio immediatè uerbo cōſtruitur, tum Hebræis idem ualet, quod Latinis, rurſus, iterum, denuò. Ioſ. 5. Et iterum circumcide filios Iſrael ſecundò. Iob 7. Non reuertetur oculus meus uidere bonum, id eſt, non iterum uidebit bonū. Pſal. 85. Nónne tu reuerterîs, uiuificabis me, id eſt, rurſum uiuificabis me. Ezechiel. 8. Et adhuc reuerteris, uidebis abominationes maiores, id eſt iterum uidebis. Zach. 8. Sic iterum cogitaui, &c. Secundò, ſæpè conſtruitur cum præpoſitione אֶל. 1. Reg. 8. Conuertentur ad te & laudabunt nomen tuum. Ieſa. 44. Conuertere ad me, quia ego redemi te. Zachariæ 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.

Tertiò, & quando cum lamed conſtruitur, idem ualet quod אֶל. Leui. 27. Redibit ager ad illum. Prouer. 1. Conuertimini ad correptionē meam. Ezech. 46. Et reuertetur ad Principē. ubi eſt tertia perſona generis fœminini, & ſcribitur thau pro he. Quartò, quando regit poſt ſe accuſatiuum mediante articulo אֶת, & de captiuitate dicitur, tum eſt tranſitiuum. Deut. 30. Et cōuertet Iehoua deus tuus captiuitatem tuam, & miſerebitur tui. Iob 42. Et Iehoua conuertit abductionem. Legitur tamen ſine articulo. Pſal. 11. In conuertendo Iehoua abductionem populi ſui. Iere. 48. Et reducam abductionem Moab. Quintò, conſtructum cum præpoſitione אַחֲרֵי, idem Hebræis ualet, quod ſequi, ſubſequi. Ruth 1. Reuertere poſt cognatā tuā. 1. Sam. 15. Et reuerſus eſt Samuel poſt Saul, id eſt, ſubſequutus eſt Saulē.

Sin uerò cū מֵאַחֲרֵי cōſtruitur, tum ſignificat auerti, diſcedere, recedere. Nu. 31. Si auerſi fueritis ab eo. Deut. 23. Ne uideat rē obſcœnā, & auertat abs te. Ruth 1. Ne cogas me, ut deſerā te, & auertar à te. 1. Sa. 15. Quoniā auerſus eſt à me. 2. Sa. 2. Quare nō dicis populo, ut auertatur à fratribus ſuis. Et iterū: Et Ioab auerſus eſt ab Abner. 2. Sam. 11. Et auertemini retrò ab ipſo. Ier. 3. Et à me ne auertaris, id eſt, recedas.

Sextò

Sextò, abſolutè conuerſionem ſignificat ſiue reſipiſcentiã: & ſcholaſtici doctores uocârunt contritionem ſeu pœnitentiam. Deut. 30. Tu autẽ conuerteris, & audies uocem Iehoua. Iere. 5. Noluerunt conuerti, id eſt pœnitere ſeu reſipiſcere.

Participium præſens שָׁב. Zach. 7. Et erit terra deſolata poſt eos à prætereunte & redeunte. Et pluraliter שָׁבִים. Ieſaiæ 1. Zion in iudicio redimetur, & conuertentes eius in iuſtitia, id eſt reſipiſcentes. Ieſ. 59. Veniet ipſi Zion redemptor, & reuertentibus à tranſgreſſione in Iacob.

Participium præteritum pluralis uumeri שׁוּבִים. Mich. 2. Reuerſi ex bello.

In ſecunda coniugatione שׁוֹבֵב, reduxit, reſtituit, reparauit, auertit, abduxit, ſeduxit: accipiturq; in utranq; partem, bonam & malam. Iere. 50. Et reducã Iſraelem ad paſcua ſua. Pſal. 60. Iratus es, reſtitueris nobis. Pſalm. 23. Animam meam reducet, id eſt, recreabit, reuocabit. Ieſa. 49. Ad reducendũ Iacob ad ipſum. Mich. 2. Reſtituendos agros noſtros diſpertiet. Ieſa. 47. Sapientia tua & ſcientia tua auertit te. Iere. 8. Quare auerſus eſt populus iſte. cap. 50. Ad montes auerterunt eas. Ezech. 38. Et auertam te, & ponã ſpinas in maxillas tuas. & cap. 39. Et auertam te. In illis duobus locis poſterioribus ſonat de illa auerſione, qua equites retroagunt equos, cùm inijcere frenos conanẽ, quanquàm etiã ſic exponi poſſit: Et reducã ſeu adducã te, &c.

Participium præſens מְשׁוֹבֵב. Ieſa. 58. Reſtaurans ſemitas ad habitandum. Et in genere fœminino מְשׁוֹבֶבֶת. Ezech. 38. Ad terram auerſam à gladio.

In tertia coniugatione הֵשִׁיב. Gen. 14. Et ſubſtantiã eius reduxit. cap. 20. Et nunc reſtitue uxorem uiro. & cap. 37. Et refer mihi uerbum. Exo. 19. Et retulit Moſes uerba populi ad Iehoua. Geneſ. 50. Reddendo reddet nobis omne malum, quod fecimus illi. Amos 1. Super tribus ſceleribus Damaſci, ſed ſuper quarto reddam ei, id eſt retribuam ei, id eſt puniam eum. Vult autem dicere: Tria ſcelera ei condonabo, ſed quartum puniam, propter alia quædam ſua ſcelera, quæ commiſit, non puniã, ſed hoc non condonabo, quòd triturauit raſtris, &c. Deu. 4. Et non reuocaueris ad cor tuum, quòd Iehoua eſt deus. Ieſaiæ 4[illegible]. Et non reuocabit ad cor. 1. Reg. 8. Et reuocabunt ad cor ſuum. Et quando de ira ſeu furore dicitur, ſignificat auertere iram ſeu furorẽ, ut in prima coniugatione. Num. 25. Pinhas auertit furorem meum à filijs Iſrael. Porrò ſi de facie dicitur, ſignificat in ſententia negatiua auerſari, repellere. 1. Reg. 2. Ne auerſeris faciem meam. Et iterum: Et non auerſabitur faciem tuam. Pſal. 132. & 2. Paralip. 6. Ne auerſeris faciem uncti tui. Contrà autẽ in ſententia affirmatiua ſignificat idem, quod ferre, tolerare, ſuſtinere. 2. Reg. 18. & Ieſa. 36. Quomodo feres faciem ducis unius. quanquàm & uerbo auertendi interpretari licebit: Quomodo auerſeris ſeu repelles faciem ducis unius.

Participium præſens מֵשִׁיב. Ieſa. 38. Ecce ego reduco umbram. & cap. 44. Conuertens ſapientes retrorſum.

Participium præteritum מוּשָׁב. Gen. 43. Et argentum redditum in ore ſaccorum ueſtrorum. Et pluraliter מוּשָׁבִים. Ieremiæ 27. Vaſa domus Iehoua reducta ſunt ex Babylone.

In uoce paſſiua הוּשַׁב. Gen. 42. Redditum eſt argentum tuum. Exod. 10. Et reuocatus eſt Moſes & Aaron ad Pharaonem.

INDE NOMINA:

שׁוּבָה Conuerſio. Ieſa. 30. In conuerſione & quiete ſaluabimini.

שִׁיבָה Reductio. Pſal. 126. Quum reduxerit Iehoua reductionem Zion.

מְשׁוּבָה Auerſio. Ieremiæ 8. Quare auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione perpetua. Et cũ kybutz מְשֻׁבָה. Iere. 3. Reuertere auerſio Iſrael. Et pluraliter מְשֻׁבוֹת. Ieremiæ 3. Medebor auerſionibus ueſtris.

תְּשׁוּבָה Reditus, reditio, reuerſio. 1. Sam. 7. Et reuerſio eius erat in Rama, quoniam ibi erat domus eius. Et in ſtatu regiminis תְּשׁוּבַת. 2. Sam. 11. & 1. Reg. 20. Et factum eſt in reuolutione anni. Et pluraliter תְּשׁוּבוֹת. Iob 21. Et in reſponſionibus ueſtris relicta eſt tranſgreſſio.

שׁוֹבָב Auerſus, ſeductus. Ieſaiæ 57. Ipſe uerò abijt auerſus in uia cordis ſui. Et pluraliter

ter שׁוֹבָבִים. Ieremiæ 3. Conuertimini filij auerſi, ait Iehoua. Et in genere fœminino שׁוֹבֵבָה. Ieremiæ 31. Vſquequò diuertis filia auerſa, id eſt, ſeducta.

שְׁבָבִים Auerſiones, abiectiões, remotiones, reiectamēta. Oſe. 8. Ex Iſrael enim eſt artifex, qui fecit illũ, nequaquàm deus ipſe eſt, ideò reiectamēta erit uitulus, ein ſchabab.

שָׁבִיב Flamma, ſcintilla. Et in ſtatu regiminis שְׁבִיב. Iob 18. Etiam lux improborum extinguetur, neq; ſplendebit ſcintilla ignis eius. Arbitror autem hoc nomen Chal-
1576 daicum eſſe, ſicut & שְׁבִיבָא Chaldæis ſcintillam ſignificat, ut Danielis 3.

**שׂוג** Legitur cum ſin ſiniſtro ſemel, & quidem in uoce paſſiua נָשׂוֹג, 2. Sam. 1. Arcus Ionathan non actus eſt retrorſum. Cætera uide in themate סוג.

1577
**שׁוֹד** Congruit ſignificatione cum uerbo שָׁדַד, & ſignificat deuaſtare in uniuerſum. Pſal, 51. Alue quæ peruaſtabit meridie.

In ſecunda coniugatione שׁוֹדֵד. Oſeæ 10. Et deuaſtabit ſtatuas eorum. Ierem. 5. Lupus campeſtrium deuaſtabit eos.

In tertia coniugatione יְשָׁדֵּם. Prou. 11. Et peruerſitas temerariorum deuaſtabit eos. Iod tranſpoſita eſt, & tranſiit in dagges.

In uoce paſſiua יוּשַּׁד. Ieſa. 33. Quando conſumaueris tu uaſtator, deuaſtaberis. Oſeæ 10. Et quælibet munitionum tuarum deuaſtabitur.

INDE NOMINA:

שֵׁד Cuius tamen plurale שֵׁדִים ſolùm in uſu eſt. Et ſignificat dæmones, ſeu dæmonia, quæ tantùm deuaſtant, & uniuerſales ſunt deuaſtatores. Deuteronom. 32. Sacrificabant dæmonijs, non Deo. Pſalm. 106. Et ſacrificauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs.

Vaſtator, deuaſtator, homo. Ieſaiæ 16. Ceſſauit uaſtator. In alijs locis ſumitur in abſtracto, uaſtatio, deuaſtatio uniuerſalis. Iob 5. Non timebis à deuaſtatione, quãdo ueniet. Pſal. 12. Propter deuaſtationem oppreſſorum nunc ſurgam. Ieſaiæ 13. & Ioel. 1. Propinquus eſt dies, ſicut deuaſtatio ab omnipotente ueniet. Ieſa. 5. Deua-ſtatio & confractio, & fames, & gladius. Oſeæ 12. Quotidiè mendacium, & deua-
1578 ſtationem multiplicat.

**שׂוּד** Obduxit calce. Deutero. 27. Erigetis lapides iſtos, quos ego hodie præcipio in monte Ebal, & obduces eos calce.

INDE NOMEN,

שִׂיד Calx. Deut. 27. Et obduces eos calce. Ieſ. 33. Et erunt populi combuſtiones calcis. Amos 2. Quapropter quòd combuſſit ipſe oſſa regis Edom in calcem. Et pluraliter tranſlatione iod literæ in daleth שִׂדִּים. Gen. 14. Omnes illi cõſociati in ual-
1579 lem calcium, ubi eſt mare ſalis.

**שָׁוָה** Æquum ſeu æquabile fuit, adæquatum eſt. Et congruit ſignificatione cum uerbo שָׂוָה, niſi quòd ut parum pronunciatione primæ literæ, ita etiam modo tantùm ſignificandi differant. Prou. 3. Et omnia deſiderabilia eius non æquabuntur cum ea. cap. 26. Ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne quãdo adæqueris illi etiam tu. Ieſ. 40. Et ad quem aſſimilabitis me, ut æqualis ſim. Deinde quæ æqualia ſunt, etiam congruunt, expediunt ac proſunt. Ideo in horum uerborum ſignificatione Hebræi figuratè uſurpant. Iob 33. Aberraſſem & rectum curuaſſem, ſed non æquum fuiſſet mihi, id eſt, non conueniſſet, non profuiſſet mihi, non fuiſſet commodum.

Participium præſens שֹׁוֶה. Eſther 3. Et regi non æquum eſt, ut dimittat eos. & cap. 5. Omne iſtud non eſt æquum mihi per omne tempus. & cap. 7. Quia aduerſarius non adæquat cum damno regis.

In ſecunda coniugatione שִׁוָּה. Ieſ. 28. An non cùm adæquauit ſuperficiem eius. Pſal. 16. Adæquaui Iehoua coram me iugiter. Pſal. 21. Gloriam & decorem æquabis ſuper eum, id eſt, æqualem & ipſi dignam. Pſal. 89. Æquaui auxilium ſuper Gigantem. Pſal. 131. Si non adæquabam, & compeſcebam animam meam, ut ſ. eſſet æquo animo. Oſeæ 10. Vitis uacua, Iſrael fructum adæquabit ſibi.

Participium præſens מְשַׁוֶּה. 2.Samuelis 22.& Pſalm.18.Adæquans pedes meos ſicut ceruorum.

In tertia coniugatione תִּשְׁוֶה. Ieſa. 46. Cui aſſimilabitis me & adæquabitis me. Thren.2.Quem adæquabo tibi,ut conſoler te. Denique legitur compoſitum ex uoce paſſiua primę coniugationis,& quarta coniugatione נִשְׁתָּוָה. Prou.27.Stillicidium aſſiduum in die pluuiæ & mulier litium adæquatur.

שַׁי Munus,compenſatio beneficij. Vide ſuo in loco.

1580

# שׁוּחַ

Quadrat ſignificatione cum uerbis שָׁחַח שָׁחָה שָׁחַח יָשַׁח, licet hæc forma uerbaliter non ſit uſitata, ſed tantùm nomina.

שׁוּחָה Fouea, foſſa, terra inclinata, in quam incidentes perduntur: atque idem ſignificat, quod שִׁיחוֹת & שַׁחַת. Iere.2.In terra ſolitudinis & foueæ. & cap.18. Quia foderunt foueam animæ meæ.Prouer.22.Fouea profunda os alienarum.

שִׁיחָה Fouea. Pſal.57. Foderunt ante me foueam, & ceciderunt in medium eius. Iere.18. Quia foderunt foueam ad capiendum me. Et pluraliter שִׁיחוֹת. Pſal.119. Foderunt mihi temerarij foueas.

שׂוּחַ Cum ſin ſiniſtro. Vide ubi infrà eſt poſitum,in שִׂיחַ.

1581

# שׁוּט

Circumeundo demiſit ſe.Et congruit ſignificatione cum uerbis שָׁאַט שׂוּשׂ בָּשַׁשׁ & יָשַׁשׁ: & ut literarum poſitione,ita modo ſignificandi uariãt. Numer.11. Circumcirca demiſit ſe populus, & collegerunt.2.Sam.4.Circui nunc in omnibus baculis Iſrael.Et iterum: Et circuierunt in omni terra.Iob 1.A circumeundo in terra.

In ſecunda coniugatione שׁוֹטְטוּ. Iere.5. Circuite plateas Ieruſalem. Amos 8. Et ab Aquilone uſque ad Orientem circuibunt,ut quęrant uerbũ Iehoua.Dan.12.Circuibunt multi,& multiplicabitur ſcientia.

Participium præſens מְשׁוֹטְטִים. Zach.4.Oculi Iehoua ipſi circumeunt in uniuerſa terra. Et in genere fœminino etiam pluraliter מְשׁוֹטְטוֹת. 2.Paral.16.Quoniam Iehoua oculi eius circueunt in tota terra.

In quarta coniugatione הִתְשׁוֹטַטְנָה. Ierem.49.Et circuite in macerijs.

INDE NOMINA:

שַׁיִט Remex,qui in mari nauem circumagitat ſulcando.Ieſaię 33.Non ambulabit in eo nauis remigis. Et pluraliter שָׁטִים. Ezechielis 27.Habitatores Zidon & Aruad fuerunt remiges tui.

מָשׁוֹט Remus.Ezech.27.Deſcẽdent è nauibus ſuis omnes tenẽtes remum. Et pluraliter legit̃ cũ dagges מְשׁוֹטִים.Ezec.27.Ex quercubus de Baſan fecerũt remos tuos.

שׁוֹט Flagellum,quo aliquis circumpungitur. Nahum 3. Vox flagelli, & uox ſtrepitus rotæ.Ieſa.28.Flagellum inundans cùm tranſierit,non eueniet nobis. Iob 5. A flagello linguæ abſconderis.& cap.9.Si eſt flagellum,interimat ſubitò.Prou.26.Flagellum equo. Et pluraliter שׁוֹטִים.1.Reg.12.Pater meus caſtigauit uos flagellis.

שֹׁטֵט Flagellum.Ioſ.23.Et in flagellũ in lateribus ueſtris. Alij palũ,alij ſpinã eſſe dicũt.

שִׁטָּה Nomen arboris,quã Theodotio ſpinã uertit.Et diuus Hieronymus ſcribit genus eſſe arboris naſcentis in Eremo,ſpinæ albę habentis ſimilitudinem,unde arca fœderis,& omnia inſtrumẽta tabernaculi fabrefacta ſunt, & addit lignum eſſe imputreſcibile,& leuiſſimum omnium lignorũ tam in fortitudine,quàm in nitore ſoliditatem & pulchritudinem ſuperans.Ieſaiæ 41.Dabo in deſerto cedrum,ſittam & Myrtum. Et pluraliter שִׁטִּים. Exo.25.Et facient arcam de lignis Sittim.Et mox iterum: Et facies uectes lignorum Sittim. & cap.26. Et facies pro operimento quinque columnas Sittim.& cap.27.Et facies altare de lignis Sittim.

1582

# שׂוּךְ

Sepiuit uepribus:congruitque ſignificatione cum uerbis סוּךְ סָכַךְ שָׂבַךְ סִבְסֵךְ כָּסַס כָּסָה יָסָה מָסַךְ נָסַךְ, niſi quod ut forma,ita modo ſignificandi differant. Iob 3. Nonne tu ſepiuiſti circa eum,id eſt, feciſti ſeptum,ſeu munitionem. Oſeæ 2. Ecce ego ſepiam uiam tuam ſpinis.

In ſecunda coniugatione שׂוּךְ. Iob 10. Oſſibus & neruis circumſepiſti me.

INDE NOMINA:

שׂוֹךְ Perplexitas lignorũ, ramus frondoſus & perplexus. Et in ſtatu affixi. Iud. 9. Succiderũt quiſq; ramũ ſuum. Et in genere fœminino שׂוֹכָה. Iud. 9. Succidit ramum.

שׂכה Nomen loci, fortaſſe à ſpineto. 1. Samuelis 17.

שִׂכִּין Spinæ. Num. 33. Erunt in oculis ueſtris ſpinæ.

שַׂכִּין Spinæ, ſeu cultelli in modum ſpinæ acuti. Prouerbiorum 23. Et ſtatue cultellos in guttur tuum.

מְשׂוּכָה Spinetum, uepricetum, ſenticetum, dumetum. Mich. 7. Bonus eorum eſt ſicut paliurus, rectus aſperior quàm ſpina. Et in ſtatu regiminis מְשֻׂכַת. Prou. 15. Via pigri ſicut ſpina ſenticeti, uia autem rectorum plana eſt. Ieſ. 5. Remoue ſpinetum, & erit depaſtio. Et cum affixo. Ierem. 5. Auferre uepricetum eius.

שֻׂכּוֹת Nomen pluralis numeri tantùm, ſpinæ, pali præacuti. Iob 40. Nunquid implebis in palis cutem eius, plenè ſuſpendes.

1583 שׁוּל Fimbria: & cognationem habere arbitror cum נָשַׁל & יָשַׁל שָׁלַל, quæ detractionem ſignificãt, & ſic dictas fimbrias, quia in inferiore ueſtiũ parte remotæ ſunt, & poterant detrahi. Legitur pluraliter tantùm in ſtatu regiminis שׁוּלֵי. Exo. 28. Tintinabulum aureum, & malogranatum ſuper fimbrijs ſupari circumquaq;. Et in ſtatu affixorum. Ieſa. 6. Et fimbriæ eius replebant aulam. Ieremiæ 13. Reuelatæ ſunt fimbriæ tuæ. Threnorum 3. Immunditia eius eſt in fimbrijs eius. Nahum 3. Et reuelabo fimbrias tuas.

שׁוּמִים Allia: arbitror uocem eſſe Ægypticam. Numeri 11. Porriq; & cepe & allia. Sed uide infrà in שָׁמַם.

1584 שׂוּם Legitur etiam in forma שִׂים, ſicut בִּין & בּוּן שִׁית שׁוּת. Et generali ſignificatione congruit cum שׁוּת, poſuit, licet differat ab eo modo ſignificandi. Nam ut שׁוּת ultra generalem ſignificationem, quæ eſt ponere cum ſtudio, cura, arte, & ordine, &c. peculiariter etiam de compoſitione, quæ ornatus gratia fit, dicitur, ita hoc ultra generalem quoq; ſignificationem, quam cõmunem cum שׁוּת habet, qua arte, cura & ordine ponere ſignificat, de aurium, oculorũ, cordis, & animæ poſitione, uel ad ſingularẽ obſeruantiã, uel in periculũ, uel mortem dicitur. Præterea & hoc eſt obſeruandũ, quòd ut שִׁית & שׁוּת, ita hoc uerbũ in prima coniugatione caret futuro, loco autẽ ipſius in uſu eſt futurũ tertiæ coniugationis. Deinde quòd Imperatiuus ſequitur formã poſterioris formæ, Infinitiuus formã utriuſq;. Gen. 21. Poſuit ſuper humerum eius. & ca. 30. Et ponebat Iacob baculos. Exo. 4. Et pones uerba in os eius. Ieſaiæ 51. Quæ poſuit profunda maris uiã. 1. Sam. 15. Recollige quid fecerit Amalek, qui oppoſuit ſe ei in uia cùm aſcenderit ex Ægypto. Cant. 6. Anima mea poſuit me. Gen. 24. Pone euge manum tuam. & cap. 44. Et pone argentũ. 1. Sam 8. Pone nobis regẽ. Iere. 31. Pone tibi amaritudines. Cant. 8. Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum. Gen. 43. Ponite panem. Deu. 7. Ponendo pones ſuper te regem. Nehem. 8. Et ponere intellectum. Geneſ. 45. Ad ponendum nobis reliquias. 1. Sam. 8. Ad ponendum ei principes. Prou. 8. In ponẽdo ipſum mari ſtatutum ſuum. Pſal. 86. Et nõ poſuerunt te ante ſe. 2. Sam. 14. Abſq; ponere uiro meo nomen, i. ut non ponant uiro meo nomen. 2. Sam. 19. Ad ponendum regem ſuper cor ſuum, id eſt, ut rex ponat ſuper cor ſuum, id eſt, ut curet, **das ers zu hertzen füre**. Iob 1. Poſuiſti'ne cor tuum ſuper ſeruum meum.

Participium præſens שָׂם. Pſal. 104. Qui ponit nubes currum ſuum. Et pluraliter שָׂמִים. Ieſaiæ 5. Ponentes tenebras in lucem.

In tertia cõiugatione uſuuenit tantùm in futuro. 1. Sam. 28. Et ponã ante te buccellam panis. 1. Sam. 2. Ponet tibi Iehoua ſemen. Numeri 23. Verbum quod ponet deus in os meum, loquar. Gen. 2. Et poſuit ibi hominem. Num. 6. Et ponet tibi pacem. 1. Sam. 22. Ne ponat rex in ſeruum ſuum quicquam. 2. Reg. 8. Et conſtituit faciem ſuã, & poſuit uſq; ad ſuffuſionem. Ezech. 44. Et poſuiſtis cuſtodias. Legitur tamẽ ſemel Imperatiuus huius coniugationis, Ezech. 21. Pone te ad ſiniſtram.

Sunt præterea aliquot phraſes ſingulares in hac coniugatione. Prima, ponere cor ad aliquid. 2.Sam.18.Quoniam ſi fugiendo fugerimus, non ponēt ad nos cor,& ſi moriemur medietas noſtra, non apponēt ad nos cor,i.non curant. 1.Regum 2. Et erga me poſuerunt uniuerſus Iſrael facies ſuas. Secunda phraſis. 1.Sam.28. Et poſui animam meam in manibus meis. Tertia. 1.Reg.19. Sic faciant dij & addant,niſi hoc ipſo tempore cras poſuero animã tuam, ſicut animam unius ex illis. Et iuxta hanc phraſin etiã Chriſtus paſtor animarũ noſtrarũ dixit Ioan.10.Ego pono animã meã.Et iterum:Sumã eam,nemo tollit eam à me, poteſtatem habeo ponẽdi eam, & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi eam. Item Petrus, Ioã.13.Animã meã pro te ponã,i.exponam pro te uitam meã. Item 1.Ioan.3. Quia ille animã ſuã pro nobis poſuit,& nos debemus pro fratribus animas ponere,&c.

Participium præſens מְשִׂים. Iob 4. A mane uſq; ad ueſperam contenentur abſq; apponente,id eſt,animaduertente,ſeu curante.

In uoce paſſiua legitur quoque tantùm in futuro. Gen.24. Et poſitum eſt ante illum ad comedendum.& cap.50.Et poſitus eſt in arca.

INDE NOMINA:

שׂוּמָה Nomen participiale, repoſitum. 2.Sam.13. Quia apud Abſolonem fuit repoſitũ. Manet altamente repoſtum.

תְּשׂוּמֶת Depoſitum.Leuit.6.Et negauerit populari ſuo in credito, uel in depoſito manus.

1585 שׁוַע Extendit,exeruit,protulit uocẽ,ſeu clamorẽ ad aliquẽ,acclamauit pro ſalute & opitulatione.Et cõgruit ſignificatione cũ uerbis שִׁעֲשַׁע שׁעה שָׁעַע ישׁע,niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient. Et contrariam habet ſignificationem uerbo שָׁעַע.Iob 19.Si acclamauero,non tamen iudicium. Pſal.88.Ego ad te Iehoua acclamaui.Thren.3. Etiamſi clamauero,& acclamauero.

Participium præſens מְשַׁוֵּעַ. Iob 29.Quoniam eripiebam oppreſſum acclamantem.Pſal.72.Nam liberabit egenum acclamantem.

INDE NOMINA:

שׁוֹעַ Acclamatio.Ieſa.22.Acclamatio ad montem.

שׁוּעַ Acclamatio.Iob 30.Non eſt in interitu ſuo illis acclamatio. Aliqui tamen ſic exponunt: Sed in ruina ſua illis ſalus.ut ſit nomen à uerbo ישׁע.

שֶׁוַע Acclamatio.Pſal.5.Attende ad uocẽ acclamationis meæ. Et in genere fœminino שַׁוְעָה: & in ſtatu regiminis שַׁוְעַת. 1.Sam.5.Et aſcẽdit acclamatio ciuitatis in cœlũ.Ier.8. Ecce uox acclamationis filiæ populi mei. Et in ſtatu affixorũ.Exo.2.Et aſcendit acclamatio eorũ ad Iehoua. 2.Sam.22.Et exaudiet de aula ſua uocẽ meã, & acclamatio mea in auribus eius. Pſal.34. Et aures eius ad acclamationẽ eorum.

תְּשׁוּעָה Opitulatio,ſalus. De hoc in themate ישׁע.

1586 שׁוּת Feſtinanter obruit afflatu ſeu anhelitu.Cõgruit ſignificatione cum uerbis נָשַׁב נָשַׁף נָשַׁם נשׁשׁ & שָׁמַם,niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient. Ge.3. Et inimicitiam ponam inter te, & inter mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen illius:ipſum obruet tibi caput,& tu obrues ei calcaneum.

INDE NOMEN,

שְׁפִיפוֹן Colubri ſpecies, qui obruit flatu. Gen.49. Et ceraſtes ſuper ſemita. Vide etiam in themate שָׁפַף.

1587 שׁוּק Cõgruit ſignificatiõe cum uerbis נָשַׁק & שָׁקָה שָׁקַק,niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient.Significat autem excurrere præ abundantia.Latini uocant redundare,ſeu exundare. Et legitur in ſecũda coniugatione שׁוֹקֵק. Pſal.65.Requiſiuiſti terram,& excurrere feciſti eam,id eſt,exundare eam.

In tertia coniugatione הֵשִׁיק. Ioelis 2. Et excurrent laci muſto & oleo. & cap.4. Quia plenum eſt torcular, excurrunt laci: ſiquidem multa eſt malitia eorum.

INDE NOMINA:

שׁוֹק Pes totus, inde à coxẽdice unde excurrit, uſq; ad talos: nos appellabimus tibiam.

Exod.

Exo.29.Et tibiam dextram.Iud.15. Percuſſit eos tibia,& ſuper fœmore plaga magna.1.Sam.9.Et leuauit coquus tibiam,& quod erat ſuper eo.Ieſ.47.Reuela tibiã, trãſi flumina. Et in numero duali שׁוֹקַיִם.Deu.28.Percutiet te Iehoua ulcere malo in genibus,& in tibijs.Prou.26.Erigite tibias à claudo,ita prouerbiũ eſt in ore ſtultorũ. Et in ſtatu regiminis שׁוֹקֵי. Pſ.147.Nec in tibijs uiri beneuolentiã habebit.

Similiter cum affixo.Cantic.5.Tibiæ eius,columnæ marmoreæ.

שׁוּק Vicus, angiportus, qui à platea aliorſum excurrit, ſicut tibia excurrit ex corpore. Prou.7.Trãſit in uico iuxta angulum ipſius. Eccl.12. Et claudentur ianuæ in uico.

Et pluraliter שְׁוָקִים.Canticorum 3.Circuite ciuitatem in uicis& plateis,quęram quem diligit anima mea.

תְּשׁוּקָה Excurſio,accurſio,occurſio.Ge.3.Et ad uirũ tuũ accurſio tua,& ipſe poteſtatẽ habebit in te.Significaſ aũt illa accurſiõe,ꝙ ſpõtanea eſſe debeat mulieris inclinatio ad uirũ,ſicut potẽtia loco motiua obſequens eſt mẽti rectrici.&ca.4. Et ſi bene egeris,ad ianuã erratũ cubat,& ad te accurſio illius,& tu poteſtatẽ habebis in illud. Cant.7.Ego erga dilectũ meum, & erga me accurſio ipſius. Alij interpretati ſunt

1558 appetitus,deſideriũ. Significat aũt promptã uoluntatẽ & obſequẽtiã erga aliquẽ.

שׁוּר Et in forma שִׁיר:nam in utraꝗ forma legitur. Et ſignificat generaliter rectà intẽdere,extendere,diſtendere, dirigere aliquid: congruitꝗ ſignificatione cũ uerbis אָשַׁר יָשַׁר שׁוּר , niſi quòd ut forma,ita modo ſignificãdi uarient. Primo,quãdo ad uocem refertur, Hebræis notat intendere ſeu extẽdere uocem ceu catenam nodoſam,quod fit colorando cantum.Et Latini canere, ſeu cantare dicunt. Et in hoc primo ſignificandi modo ſeruat in præterito, & participio præſenti formam priorem:in Imperatiuo,& Infinitiuo formam poſteriorem. Futuro caret in prima coniugatione,ſed eius loco uſurpatur futurũ tertiæ coniugationis. At in reliquis ſignificandi modis ſemper cõiugatur ſecundũ priorem formã.Pſal.7.Inconſcientia Dauidis,quam cecinit ipſi Iehoua.Pſal.33.Cantate ei canticum nouum.1.Sam.18.Et egreſſæ ſunt mulieres ex omnibus ciuitatibus Iſrael ad cantandum.

Participium præſens שָׁר.Prou.25.Et cãtans in canticis cordi afflicto. Et quia participiũ pręſens tranſit pleruncꝗ in naturã nominis,ideo reliqua infrà inuenies.

In ſecunda coniugatione שׁוֹרֵר, cantillauit.Iob 36.Quemadmodum cantillauerunt homines.Zoph.2. Vox cantillabit in feneſtra.

Participium præſens מְשׁוֹרֵר.1.Par.6.Heman cantor. Et pluraliter מְשׁוֹרְרִים,ubi ſimul etiam fœmininum מְשׁוֹרְרוֹת ponitur.Eſdræ 2.Cantores & cantatrices.

In tertia coniugatione uſiratum eſt tantùm in futuro.Pſalm.59.Et ego cantabo potentiam tuam.Pſ.106.Cantabunt laudem tuam.Pſ.21. Cãtabimus & pſallemus potentiam tuam.Iudic.5. Et cecinit Debora. Secundo ſignificandi modo in prima coniugatione,coniugatur ſecundum priorem formam, & quando refertur ad oculos,notat Hebræis extẽdere,intendere, ſ. aciem oculorum,dirigere aciem, procurrere ad obſeruãdum rem aliquã, proſpicere, aſpicere, obſeruare. Num.24. Aſpiciam eum,ſed non propè.Iob 7.Non aſpiciet me oculus. & cap.17. Et expectationem meam quis aſpiciet.Cant.4.Proſpice de uertice Ammana. Oſeæ 13.Et ero illis ſicut leo, & ſicut pardus ad uiam proſpiciẽs. Iob 33. Aſpiciet ad homines, & dicet,&c. Tertio, etiam de porrectione ſeu exportatione reali dicitur qualis fit in exportatione munerum, quæ extento brachio porrigi & offerri ſolent,& ſeruat etiam primàm formam.Ieſaiæ 57. Excurrebas ad gregem cum oleo,&c.

INDE NOMINA:

שָׁר Nomen participiale ex primo ſignificandi modo,cantans, cantor qui in modum catenę nodat ſeu colorat uocem.Prou.20.Et cantor cum canticis. Et pluraliter שָׁרִים, cantores. Pſal.68.Anteuertunt cantores, pòſt Muſici. Et in genere fœmi nino שָׁרוֹת. 2.Sam.19.Nunquid audire poteſt ſeruus tuus amplius uocem cantorum & cantatricum.Eccl.2.Feci mihi cantores & cantatrices. (candi.

מְשׁוֹרֵר Cãtor:nomẽ participiale,de quo ſuprà in ſecũda cõiugatione primi modi ſignifi-

**שִׁיר** Cantio, cantus, canticum, cantilena. Pſal.33. Cantate ei canticũ nouum. Ieſ.30. Canticum erit uobis. Ezech.33. Sicut canticum amorum. Pſalm.42. Et nocte cãticum eius. Et pluraliter שִׁירִים. Gen.31. Et in Canticis. Prou.25. Et cantans in canticis cordi afflicto. Cant.1. Canticum canticorum, id eſt optimum & excellentiſſimum canticorum: ſicut Hebræi etiam dicunt, Sanctum ſanctorum, id eſt ſanctiſſimum: &, ſeculũ ſeculorũ. Et in genere fœminino שִׁירָה. Exo.14. Tunc cantabat Moſe & filij Iſrael canticũ hoc ipſi Iehoua. Nume.21. Tunc cantabat Iſrael canticũ iſtud.
Et in ſtatu regiminis שִׁירַת. Ieſ.5. Cãtabo nunc dilecto meo canticũ patrui mei. & cap.23. Sicut canticum meretricis. Et pluraliter שִׁירוֹת. Amos 8. Cantica templi.

**שׁוּר** Inſpector, obſeruator, inſidiator: ex ſecundo modo ſignificandi. Pſal.92. Et reſpiciet oculus meus obſeruatores meos.

**שׁוֹרֵר** Ex ſecundo modo ſignificandi: obſeruator, inſpector, inſidiator. Et pluraliter שׁוֹרְרִים. Pſal.5. Propter obſeruatores meos. Pſal.59. Deus uidere fecit me in obſeruatores meos. Pſal.54. Retribuat malum obſeruatoribus meis.

**שְׁרִרוּת** Ex ſecundo modo ſignificandi: inſidioſæ ac prauæ cordis intentiones ſeu obſeruationes, inſidiæ ſeu machinationes, inſidioſa & praua cõſilia. Deut.29. Et ambulabo in intentione cordis mei. Ier.3. Poſt cogitationes cordis ſui peſſimas. Et legitur etiam forma שְׁרִירוּת. Pſa.81. Et dimiſi eum in intentione cordis ſui.

**שׁוּר** Ex ſecundo & tertio modo ſignificandi: ædificium ex quo proſpicitur, uel quod procurrit, & foràs extenditur, ac inſtar bouis ſtat completum, & per omnes commiſſuras coagmentatum, propugnaculum ſeu promontorium, ein buſtwehre. Gen.49. Et pro libidine ſua euerterunt propugnaculum. Et iterum: Et filiæ inceſſerunt ſuper propugnaculo. 2.Sam.22. In deo meo tranſiliã propugnaculum. Et pluraliter שָׁרוֹת. Iere.5. Aſcendite propugnacula. Ezech.27. Naues Tharſis propugnacula tua. Item שׁוּרוֹת. Iob 24. Intra propugnacula ſua oleum facient.

**שׁוֹר** Bos, nunc craſſior & habitior, quiq; ad perfectam & ętatem, & magnitudinẽ corporis excreuit, diſtenditq; cutem & corpus, habens corpus diſtentum & plenum. Chaldaicè תּוֹר. Et arbitror Gręcis imitatione etiã uocis ταῦρον, Latinis taurũ hinc dictũ ex tertio modo ſignificandi. Nam primò עֵגֶל, uitulus dicitur: pòſt adultior factus, quando iam generat & fructificat, פַּר iuuencus: ultimò שׁוֹר dicitur, id eſt, taurus, quando iam per totum corpus diſtentus & compactus eſt. Leuit.22. Taurus, ouis, & capra. Iud.6. Accipe iuuencum tauri. Pſal.69. Et acceptius erit, quàm taurus iuuenis, qui ungulas & cornua producit. Similis eſt phraſis illi, qua 1. Sam.30. dicitur אִישׁ נַעַר, uir iuuenis. Et pluraliter שְׁוָרִים. Oſeæ 12. In Gilgal tauros ſacrificauerunt.

**יְשֻׁרוּן** Denominatiuũ à שׁוֹר deriuatum. Deinde multas alias alluſiones ad iſta duo nomina factas eſſe arbitror, q.d. populus in unum corpus coalitus, tanquàm taurus. Deu.32. Impinguatus autem Ieſyrun recalcitrauit, impinguatus, incraſſatus, adipe obductus dereliquit deum factorem ſuum. Item cap.33. Et fuit in Ieſſyrum rex. Et mox iterum: Non eſt ſicut deus Ieſurun. Ieſ.44. Ne timeas ſerue meus Iacob, & Ieſyrum, quem elegi. Ex his locis conſtat pro Iſraele ſeu populo Iſraelitico eſſe poſitũ, alluſione ſumpta à tauro ſiue corpore per cõmiſſuras & compages completo, augmẽto dei. Hinc Deut.33. Ioſeph comparatur tauro pulcherrimo: & familiæ, & cognationes Iſrael, dicuntur אַלְפֵי, à numero plenitudinis. Huc reſpexit etiã Ieſaias cap.1. ubi deus dicit: Filios educaui & euexi, at ipſi præuaricati ſunt cõtra me, cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem non cognouit, populus meus non intellexit. Sic Paulus de Corinthiaca Eccleſia utitur, 1.Corint.4. Iam ſaturati eſtis, iam ditati eſtis, abſq; nobis regnum adepti eſtis, &c. Similiter Epheſ.1. Et dedit eum caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, quæ eſt corpus illius complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet. Item cap.6. Vt augeſcamus in illum per omnia. Et iterum: Vt creſcamus in uirum perfectũ in menſurã ætatis plenæ adultæ Chriſti, in quo totũ corpus coagmentetur, & cõpingatur per

om-

omnem commiſſuram,&c.Et Coloſ.2.Hęc obtinens caput ex quo totum corpus per commiſſuras & compages ſubminiſtratum & compactum augeſcit augmento dei,&c. Non igitur à uerbo יָשַׁר eſt formatum, ut quidam uolunt,pro rectiſſimo uertentes, ſed pro populo Iſraelítico, qui fuit ſimilis corpori per commiſſuras & compages compacto, & adimpleto, cuius caput Chriſtus, &c. Inſuper & hoc adijcere libuit de Deo Ægyptiorum,quem Serapin uocârunt,quòd etſi quidam uelint dictum שָׂרַף ab urendo, alij זְעִיר אַפַּיִם paruum aſpectu,quòd ſic patriarchæ Chriſtum uocarint longè tanquàm puerum paruum ſpiritu ac fide proſpiciētes,tamē,ſaluo omniū iudicio,iudico dictū שׁוֹר אַפִּי bouis faciē,eò quòd tam Ægyptijs, ꝙ Hebræis שׁוֹר bos ille Græcis paulò uariato nomine Oſyris poſtea dictus eſt,atq; originē ac cultū eius fluxiſſe à Ioſepho,& familia ipſius,'qui cùm in Ægyptū trāslati deo boues & pecudes ſacrificarēt,quę igni è cœlo delapſo cōſumerētur, Ægyptij praua imitatione Apin bouē ſacrum & quaſi è cœlo delapſum coluerūt:quę religio,& qui cultus etiā à populo Iſraelitico receptus eſt,ſicut ſacrę teſtantur hiſtoriæ de ſacrificijs pecudū ex opere operato merētibus remiſſionem peccatorū:item uitulis aureis ab Hieroboā inſtitutis. Et Lactant.Firm.in libr.De uera ſapiētia,& cap.10. his uerbis affirmat:Cū,inquiēs,Moſes dux eorū aſcēdiſſet in montē,atq; ibi 40.diebus moraretur,aureū caput bouis,quem uocāt ipſi Apin, ꝙ eos ſigno præcederet,figurarunt,&c. Et ſi quis plura uidere cupit de Api,cōſulat Plin.lib.8.Natural.hiſt. cap.46. Ammianū Marcellinū lib. rer.geſt.22.Item hiſtoriam Eccleſiaſticam lib.11.cap.23. & Auguſtinum lib.18.De ciuitate dei,cap.5.

שָׁרוֹן Regio plana & extenſa,teſte Hieronymo,inter Tabirium montem, & lacum Tiberiadis, & à Cæſarea uſque ad Ioppe ſe ultrà extendens. Hæc pinguis & fertilis eſt.Eius fit mentio Ieſaiæ 33.& cap.65.

תְּשׁוּרָה Ex tertio modo ſignificandi,munus, quod ad demerendum aliquem præmitti, & extenſis manibus porrigi ſolet.1.Samuelis 9.Et munus nullum nobis eſt,quod uiro Dei exhibeamus.

1589 שׂוּר Cum ſiniſtro puncto, princeps fuit, principem egit, principatū adminiſtrauit, adminiſtrationē ſeu officium habuit ſuper ciues,aulicos,piſcatores,pincernas, lanios, captiuos, tributa,pecora, militiam,&c.Et interpretes uerterunt Principatum gerere.Et congruit ſignificatione cum uerbis שָׂרָה & שָׂרַר. Iudic.9.Et principatum habuit Abimelech ſuper Iſrael tribus annis.Prouerb.7.Per me gubernatores gubernant,& principes principatus adminiſtrant.Ieſ.32.Ecce ad iuſtitiam regnabit rex,& principibus dabitur,ut ad iudicium principatus adminiſtrent. Oſeæ 12. Et principaliter aggreſſus eſt angelum,& præualuit.

In tertia coniugatione הֵשִׂיר,principem fecit,ſeu conſtituit.Oſeæ 8.Ipſi reges inſtituerunt,& non ex me: & principes fecerunt,& non cognoui.

1590 שׂוּשׂ Et in forma שִׂישׂ gauiſus eſt,affectus eſt gaudio,uoluptatem, & oblectationem habuit in animo. Et non eſt geſtus, ſed affectus cordis & animi. Inſuper in præterito,participio præſenti & infinitiuo uſurpatur in priore forma: at in Imperatiuo & futuro, in altera forma.Deu.28.Quemadmodū gauiſus eſt Iehoua ſuper uos.Ieſ.66. Et gaudebit cor ueſtrum. Pſal.119. In uia teſtimoniorū tuorum gauiſus ſum.Ieſ.65.Et gaudebo in populo meo. Thren.1. Omnes inimici mei audiuerunt malum meum,gauiſi ſunt,quod tu facis.& cap. 4.Gaude & lætare.Ieſaiæ 65.Gaudete & exultate in omnem æternitatem. Pſal.19. Gaudebit ſicut heros ad currendum uiam. Pſal.35. Gaudebit in ſalute eius. Zoph.3. Gaudebit ſuper te in lætitia. Ezech.21.O gauderemus ſi uirga filij mei reiectionis eſſent omnia ligna. Pſal.40. Gaudebunt & lætabuntur in te.Pſal.68.Gaudebunt in lętitia. Excipitur tamen unus locus,ubi irregulariter ſcriptum eſt, יְשֻׂשׂוּם pro יְשֻׂשׂוּן, Ieſaiæ 35. Gaudebunt deſertum & ſiccitas.Deut.30.Ad gaudendum ſuper te.Ieſa.61.Gaudendo gaudebo in Iehoua.Iob 39.Et gaudebit in potentia.

Participium præſens שָׂשׂ. Pſal.119. Gaudeo ſuper ſermone tuo. Ieſaiæ 64. Occurrebas cum gaudente.

INDE NOMINA:

שָׂשׂוֹן Gaudium,uoluptas & oblectatio animi & cordis.Ieſa.12. Haurietis aquas in gaudio.& cap.51.Gaudium & lætitia inuenietur in ea. Ierem.15. Et fuit uerbum tuum mihi in gaudium.Eſther 8.Lætitia & gaudiũ Iudæis. Et in ſtatu regiminis שְׂשׂוֹן. Pſal.51.Redde mihi gaudium ſalutis tuæ.

מָשׂוֹשׂ Gaudium. Ieſa.32.Super omnes domos gaudij. In ſtatu regiminis & affixorum מְשׂוֹשׂ.Ieſa.24. Ceſſauit gaudium citharæ. & cap.62. Gaudium ſponſi ſuper ſponſa. Quanquàm ſemel in hac forma legatur in ſtatu abſoluto,Ieſ.8.Gaudium cum

1591 Rezin.Ier.49.Ciuitas gaudij mei.Oſeæ 2.Ceſſare faciam omne gaudium eius.

שׁוּה Et in forma שִׁית: nã in utraq; forma legiẽ,ut שִׁישׂ & שׂוֹשׂ בִּין & בּוֹן שִׂים & שׂוּם: cõgruitq; ſignificatione cum uerbis שָׁתָה & שָׁתַת, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi uarient. Item cum uerbo שׂוּם,licet ultra id quod ponere cum arte & cura & ordine ſignificet, etiam ornatus cauſa ponere, ſeu componere, ſeu diſponere & concinnare notat. Eſt & hoc obſeruandum,quòd in prima coniugatione caret futuro,& eius loco in uſu eſt futurum tertiæ cõiugationis. Deinde,quòd præteritum & participium præſens referant priorem formam thematis: Imperatiuus poſteriorem:Infinitiuus autem formam utriuſque.Geneſis 4. Et uocauit nomen eius שֵׁת,quia poſuit mihi deus ſemen aliud.Exo.7. Et non poſuit cor ſuum etiam ad hoc.Pſalm.8.Et omnia poſuiſti ſub pedibus eius. Exod.33. Et non poſuerunt quiſq; ornatum ſuum ſuper ſe. 1.Reg.11. Quia principem ponam eum omnibus diebus uitæ ſuæ. Pſal.3.Vndique poſuerunt ſe aduerſum me. Pſal.84.In quo ponat pullos ſuos.2.Reg.9.Et Iezabel audiens, ſtatim poſuit cum fuco oculos ſuos,id eſt compoſuit,adornauit. Prou.26. Labijs ſuis cognoſcetur oſor, & ſi in corde ſuo poſuerit impoſturam.Iob 22.Et pone pro puluere aurum. Pſal.9.Pone Iehoua timorẽ illis.Pſal.83.Pone eos ut rotam.Ier.31.Pone cor tuum ad uiam. Pſalm.48.Ponite cor ueſtrum ad murum. Ieſaiæ 22. Equites ponendo poſuerunt ad portam.Ier.7.Mulieres ad ponendum paſtam. Iob 3. Quorum patres reiecisſem ponere cum canibus ouium mearum.

In tertia coniugatione uſitatum eſt tantùm in futuro,Gen.3.Et inimicitiam ponam inter te,& inter mulierem. & cap.46. Et Ioſeph ponet manum ſuam ſuper oculos tuos.& cap.48.Et miſit Iſrael dexterã ſuam, & poſuit ſuper caput Ephraim. Iob 9.Ponet manum ſuam ſuper ambos nos.& ca.10.Ponat à me, ut refociller parumper.Ier.13.Expectabitis lucem, & ponet illam in umbram mortis. Pſal.62. Opulentia ſi prouenerit,ne apponetis cor,id eſt ne curetis.

In uoce paſſiua legitur quoque in futuro tantùm. Exo.21. Si redemptio ponetur ei,dabit redemptionem animæ ſuæ ſecundum omne quod ponetur ei.

INDE NOMINA:

שֵׁת Ea corporis pars, qua ponitur homo ſedẽdo, & illi quoq; ueſtitus concinnior ornatus gratia apponitur,& Latinè podex,ſeu nates dicitur.Ieſaiæ 22.Et denudatos podice. Et pluraliter שָׁתוֹת, poſitiones, id eſt fundamẽta poſita. Pſa.11. Quoniã fundamenta diruentur.Ieſ.19.Et erunt poſitiones eius contuſæ, id eſt hami, qui in fundum aquarum ponuntur ad capiendum piſces.Alij tamen ita exponunt: Aggeres eius ſunt contuſi,ne ſcilicet aquas contineant. 2.Samu.4. Et præcidit indumenta eorum in medio circa podices eorum,& dimiſit eos.

אֲשִׁיוֹת Fundamenta,ſcilicet poſita. Vide ſuo in loco.

שִׁית Græcis κατάστημα,ſtatus ſiue poſitus,id eſt,ueſtitus,in quo ordine plicæ & alia artificioſè ſunt poſita, cõpoſitio, diſpoſitio, ornatus diſpoſitus,ueſtis cõcinna.Pſal. 73.Propterea tãquàm torques,ornat eos ſuperbia,operietur tanquàm ueſtitu cõpoſito, iniuria eorũ. Prou.7. Et ecce mulier ueniet obuiàm illi, ornatu meretricis.

שַׁיִת Genus ſpinæ,ſeu collectiuè,ſpinetum,à ponendo. Ieſa.5. Et aſcendet ueprıcetum & ſpinetũ.& ca.9.Quia perflagrabit,uelut ignis ſeditio, uepricetum, & ſpinetum deuorabit. Et in diſtinctione ſententiæ commutat pathah in cametz. Ieſaiæ 7.

Non

Non ueniet illuc timor uepriceti & ſpineti. Et in ſtatu affixorum contrahit duas uocales in unum hirik. Ieſaiæ 10. Et deuorabit ſpinetum eius.

שְׁתִי Stamen, quod liciatorio apponitur. Sed de hoc in themate שָׁתָה.

1592 שׁוּת Congruit ſignificatione cum uerbo שָׁזַף: nam ſignificat ex alto aſpicere. Iob 20. Oculus qui aſpexit eum, non adijciet. Et mox iterum: Et non aſpexit eum oculus uulturis. Cantic. 1. Quia aſpexit me ſol.

1593 שׁזר Cognationem quandam habere arbitror cum uerbis קָשַׁר שָׁשַׁר, & ſignificare complicationem, perplexitatem, contorſionem.

INDE NOMEN,

מְשֻׁזָּר Complicatum, retortum, adiectiuum byſſi. Exod. 26. Byſſo retorta. Et cap. 39. abſolute ponitur: Fecerunt ſuper fimbrias ſupari malogranata hyacinthi, purpuræ, & uermiculi bis tincti, retortæ.

1594 שׁחח Inclinatum, incuruatũ eſt deorſum, proſtratum eſt, neutraliter, ſi poſt ſe non regit accuſatiuum. Congruit ſignificatione cum uerbis שָׁחָה & שָׁחָה שׁוּחַ יָשַׁח, niſi quod ut forma tantùm, ita modo ſignificandi uarient. Ieſa. 2. Et proſternetur celſitudo hominum. Et iterum: Et proſternetur ſuperbia hominum. Prou. 14. Proſternentur mali corã bonis, & improbi ad portas iuſti. Habak. 3. Proſtrati ſunt colles æternitatis. Pſ. 35. Sicut lugens matrẽ, ater incuruabar. & Pſal. 38. Et incuruabar & deprimebar uehemẽter ualdè. Thren. 3. Et cõſternatur in me anima mea. Pſal. 44. Et proſtrata eſt in puluerẽ anima mea. Prou. 2. Quoniã incuruata eſt ad mortem domus ipſius. Pſal. 107. Diminuti ſunt, & proſtrati ſunt. Iob 9. Subter eum proſternuntur adiutores ſuperbiæ. & ca. 38. Quoniam incuruantur in cauernis, ſedent in latibulo. Ieſa. 60. Et uenient ad te incuruatum filij oppreſſorũ tuorum, i. ad ſupplicandum. Sed quando regit poſt ſe accuſatiuum, tum eſt tranſitiuum. Pſal. 10. Et contundet & incuruabit, & deijciet in multo ſuo robore cœtum perturbatorum.

Participium præſens שַׁח, quod nominaliter quoq; accipi poteſt. Iob 22. Et inclinantem oculos deorſum ſaluabit.

In uoce paſſiua נָשַׁח. Ieſa. 2. Et incuruatur homo. cap. 5. Incuruatus eſt homo, & humiliatus eſt uir. & cap. 29. Et de puluere incuruabitur ſermo tuus. Eccl. 12. Et incuruabuntur omnes filiæ cantus.

In tertia coniugatione הֵשַׁח, proſtrauit. Ieſa. 25. Et munitiones altitudinis murorum eius proſtrauit. & cap. 26. Quoniam proſtrauit habitatores ſublimitatis.

In quarta coniugatione הִשְׁתּוֹחֵחַ. Pſal. 42. Quid conſternaris anima mea, & fremis in me. Et iterum: Iehoua, in me anima mea conſternata eſt.

INDE NOMEN,

שַׁח Humilis, depreſſor. Iob 22. Et depreſſorem oculorum ſaluabit.

1595 שׁחד Munerauit. Iob 6. Et de facultatibus ueſtris munerate mihi. Ezec. 16. Et munerasti eos, ut uenirent ad te.

INDE NOMEN,

שֹׁחַד Munus. Exo. 23. Et munus non accipies: quia munus excæcat uidentes. Deut. 10. Qui non ſuſcipit perſonam, neq; accipit munus. 1. Reg. 15. Ecce, ego miſi tibi munus argenti & auri. Pſal. 15. Et munus ſuper inculpato non accepit.

1596 שׁחה Inclinatus, incuruatus eſt deorſum, proſternatus eſt. Et congruit ſignificatione cũ uerbis שָׁחַח & שָׁחַח שׁוּחַ יָשַׁח, niſi quòd ut forma tantùm, ita modo ſignificandi parum uarient. Ieſ. 5. Qui dixerunt animæ meæ, proſternere, ut tranſeamus.

In tertia coniugatione הִשְׁחָה. Prouer. 12. Sollicitudo in corde uiri conſternat illud, at uerbum bonum exhilarat ipſum.

In quarta coniugatione הִשְׁתַּחֲוָה, coniugatur perpetuò irregulariter: aut enim accerſit poſt alteram ſubſtantialem literam uau, aut he ultimam ſubſtantialem in uau commutat. Item in tertia perſona futuri cum ſimplici uau, eſt ſingularis numeri, יִשְׁתַּחוּ: at cum duplici, eſt pluralis numeri, ita יִשְׁתַּחֲווּ.

Habet

INDE NOMINA:

שָׂשׂוֹן Gaudium,uoluptas & oblectatio animi & cordis,Ieſa.12. Haurietis aquas in gaudio.& cap.51.Gaudium & lætitia inuenietur in ea. Ierem.15. Et fuit uerbum tuum mihi in gaudium.Eſther 8.Lætitia & gaudiũ Iudæis. Et in ſtatu regiminis שְׂשׂוֹן. Pſal.51.Redde mihi gaudium ſalutis tuæ.

מָשׂוֹשׂ Gaudium. Ieſa.32.Super omnes domos gaudij. In ſtatu regiminis & affixorum מְשׂוֹשׂ.Ieſa.24.Ceſſauit gaudium citharæ. & cap.62. Gaudium ſponſi ſuper ſponſa. Quanquàm ſemel in hac forma legatur in ſtatu abſoluto,Ieſ.8.Gaudium cum

1591 Rezin.Ier.49.Ciuitas gaudij mei.Oſeæ 2.Ceſſare faciam omne gaudium eius.

שׁוּת שִׁית Et in forma שִׁית: nã in utraq; forma legiť,ut שִׂישׂ & שׂוּשׂ, בִּין & בּוּן, שִׂים & שׂוּם: cõgruitq; ſignificatione cum uerbis שָׂמָה & שָׁתָה, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi uarient. Item cum uerbo שׂוּם,licet ultra id quod ponere cum arte & cura & ordine ſignificet, etiam ornatus cauſa ponere, ſeu componere, ſeu diſponere & concinnare notat. Eſt & hoc obſeruandum,quòd in prima coniugatione caret futuro,& eius loco in uſu eſt futurum tertiæ cõiugationis. Deinde,quòd præteritum & participium præſens referant priorem formam thematis: Imperatiuus poſteriorem:Infinitiuus autem formam utriuſque.Geneſis 4. Et uocauit nomen eius שֵׁת,quia poſuit mihi deus ſemen aliud.Exo.7. Et non poſuit cor ſuum etiam ad hoc.Pſalm.8.Et omnia poſuiſti ſub pedibus eius. Exod.33. Et non poſuerunt quiſq; ornatum ſuum ſuper ſe. 1.Reg.11. Quia principem ponam eum omnibus diebus uitæ ſuæ. Pſal.3. Vndique poſuerunt ſe aduerſum me. Pſal.84. In quo ponat pullos ſuos.2.Reg.9. Et Iezabel audiens, ſtatim poſuit cum fuco oculos ſuos,id eſt compoſuit,adornauit. Prou.26. Labijs ſuis cognoſcetur oſor, & ſi in corde ſuo poſuerit impoſturam.Iob 22.Et pone pro puluere aurum. Pſal.9.Pone Iehoua timorẽ illis.Pſal.83.Pone eos ut rotam.Ier.31. Pone cor tuum ad uiam. Pſalm.48.Ponite cor ueſtrum ad murum. Ieſaiæ 22. Equites ponendo poſuerunt ad portam.Ier.7.Mulieres ad ponendum paſtam . Iob 3. Quorum patres reieciſſem ponere cum canibus ouium mearum.

In tertia coniugatione uſitatum eſt tantùm in futuro.Gen.3.Et inimicitiam ponam inter te,& inter mulierem. & cap.46. Et Ioſeph ponet manum ſuam ſuper oculos tuos.& cap.48.Et miſit Iſrael dexterã ſuam, & poſuit ſuper caput Ephraim. Iob 9.Ponet manum ſuam ſuper ambos nos.& ca.10.Ponat à me, ut reſociller parumper.Ier.13.Expectabitis lucem, & ponet illam in umbram mortis. Pſal.62. Opulentia ſi prouenerit,ne apponetis cor,id eſt ne curetis.

In uoce paſſiua legitur quoque in futuro tantùm. Exo.21. Si redemptio ponetur ei,dabit redemptionem animæ ſuæ ſecundum omne quod ponetur ei.

INDE NOMINA:

שֵׁת Ea corporis pars, qua ponitur homo ſedẽdo, & illi quoq; ueſtitus concinnior ornatus gratia apponitur,& Latinè podex,ſeu nates dicitur.Ieſaiæ 22.Et denudatos podice. Et pluraliter שָׁתוֹת, poſitiones, id eſt fundamẽta poſita. Pſa.11. Quoniã fundamenta diruentur.Ieſ.19.Et erunt poſitiones eius contuſæ, id eſt hami, qui in fundum aquarum ponuntur ad capiendum piſces.Alij tamen ita exponunt : Aggeres eius ſunt contuſi,ne ſcilicet aquas contineant. 2.Samu.4. Et præcîdit indumenta eorum in medio circa podices eorum,& dimiſit eos.

אָשִׁיוֹת Fundamenta,ſcilicet poſita. Vide ſuo in loco.

שִׁית Græcis κατάστημα,ſtatus ſiue poſitus,id eſt,ueſtitus,in quo ordine plicæ & alia artificioſè ſunt poſita, cõpoſitio, diſpoſitio, ornatus diſpoſitus,ueſtis cõcinna.Pſal. 73.Propterea tãquàm torques,ornat eos ſuperbia,operietur tanquàm ueſtitu cõpoſito, iniuria eorũ. Prou.7. Et ecce mulier ueniet obuiàm illi, ornatu meretricis.

שַׁיִת Genus ſpinæ,ſeu collectiuè,ſpinetum,à ponendo. Ieſa.5. Et aſcendet uepricetum & ſpinetũ.& ca.9.Quia perflagrabit,uelut ignis ſeditio, uepricetum, & ſpinetum deuorabit. Et in diſtinctione ſententiæ commutat pathah in cametz. Ieſaiæ 7.

Non

Non ueniet illuc timor uepriceti & ſpineti. Et in ſtatu affixorum contrahit duas uocales in unum hirik. Ieſaiæ 10. Et deuorabit ſpinetum eius.

שְׁתִי Stamen, quod liciatorio apponitur. Sed de hoc in themate שָׁתָה.

1592 שָׁזַף Congruit ſignificatione cum uerbo שָׁקַף: nam ſignificat ex alto aſpicere. Iob 20. Oculus qui aſpexit eum, non adijciet. Et mox iterum: Et non aſpexit eum oculus uulturis. Cantic. 1. Quia aſpexit me ſol.

1593 שָׁזַר Cognationem quandam habere arbitror cum uerbis קָשַׁר שָׁשַׁר, & ſignificare complicationem, perplexitatem, contorſionem.

INDE NOMEN,

מָשְׁזָר Complicatum, retortum, adiectiuum byſſi. Exod. 26. Byſſo retorta. Et cap. 39. abſolute ponitur: Fecerunt ſuper fimbrias ſupari malogranata hyacinthi, purpuræ, & uermiculi bis tincti, retortæ.

1594 שָׁחַח Inclinatum, incuruatũ eſt deorſum, proſtratum eſt, neutraliter, ſi poſt ſe non regit accuſatiuum. Congruit ſignificatione cum uerbis שָׁחָה & שָׁחָה שׁוּחַ יָשַׁח, niſi quòd ut forma tantùm, ita modo ſignificandi uarient. Ieſa. 2. Et proſternetur celſitudo hominum. Et iterum: Et proſternetur ſuperbia hominum. Prou. 14. Proſternentur mali corã bonis, & improbi ad portas iuſti. Habak. 3. Proſtrati ſunt colles æternitatis. Pſ. 35. Sicut lugens matrẽ, ater incuruabar. & Pſal. 38. Et incuruabar & deprimebar uehemẽter ualdè. Thren. 3. Et cõſternatur in me anima mea. Pſal. 44. Et proſtrata eſt in puluerẽ anima mea. Prou. 2. Quoniã incuruata eſt ad mortem domus ipſius. Pſal. 107. Diminuti ſunt, & proſtrati ſunt. Iob 9. Subter eum proſternuntur adiutores ſuperbiæ. & ca. 38. Quoniam incuruantur in cauernis, ſedent in latibulo. Ieſa. 60. Et uenient ad te incuruatum filij oppreſſorũ tuorum, i. ad ſupplicandum. Sed quando regit poſt ſe accuſatiuum, tum eſt tranſitiuum. Pſal. 10. Et contundet & incuruabit, & deijciet in multo ſuo robore cœtum perturbatorum.

Participium præſens שַׁח, quod nominaliter quoq; accipi poteſt. Iob 22. Et inclinantem oculos deorſum ſaluabit.

In uoce paſſiua נִשַּׁח. Ieſa. 2. Et incuruatur homo. cap. 5. Incuruatus eſt homo, & humiliatus eſt uir. & cap. 29. Et de puluere incuruabitur ſermo tuus. Eccl. 12. Et incuruabuntur omnes filiæ cantus.

In tertia coniugatione הֵשַׁח, proſtrauit. Ieſa. 25. Et munitiones altitudinis murorum eius proſtrauit. & cap. 26. Quoniam proſtrauit habitatores ſublimitatis.

In quarta coniugatione הִשְׁתּוֹחֵחַ. Pſal. 42. Quid conſternaris anima mea, & fremis in me. Et iterum: Iehoua, in me anima mea conſternata eſt.

INDE NOMEN,

שַׁח Humilis, depreſſor. Iob 22. Et depreſſorem oculorum ſaluabit.

1595 שָׁחַד Munerauit. Iob 6. Et de facultatibus ueſtris munerate mihi. Ezec. 16. Et munerasti eos, ut uenirent ad te.

INDE NOMEN,

שֹׁחַד Munus. Exo. 23. Et munus non accipies: quia munus excæcat uidentes. Deut. 10. Qui non ſuſcipit perſonam, neq; accipit munus. 1. Reg. 15. Ecce, ego miſi tibi munus argenti & auri. Pſal. 15. Et munus ſuper inculpato non accepit.

1596 שָׁחָה Inclinatus, incuruatus eſt deorſum, proſternatus eſt. Et congruit ſignificatione cũ uerbis שָׁחַח & שָׁחָה שׁוּחַ יָשַׁח, niſi quòd ut forma tantùm, ita modo ſignificandi parum uarient. Ieſ. 5. Qui dixerunt animæ meæ, proſternere, ut tranſeamus.

In tertia coniugatione הִשְׁחָה. Prouer. 12. Sollicitudo in corde uiri conſternat illud, at uerbum bonum exhilarat ipſum.

In quarta coniugatione הִשְׁתַּחֲוָה, coniugatur perpetuò irregulariter: aut enim accerſit poſt alteram ſubſtantialem literam uau, aut he ultimam ſubſtantialem in uau commutat. Item in tertia perſona futuri cum ſimplici uau, eſt ſingularis numeri, יִשְׁתַּחוּ: at cum duplici, eſt pluralis numeri, ita יִשְׁתַּחֲווּ.

Habet

Habet præterea alias irregularitates,ſicut indicabimus. Porrò quod ad ſignificationem eius attinet, quam reciprocã habet,propriè inclinare ſeu curuare deorſum,ſeu proſternere ſe alicui ſignificat reuerẽtiæ cauſa.Et Latini talem inclinationem ſua lingua uocarunt ſupplicare, ſicut Suetonius in Cæſare Auguſto uſus eſt uerbo ſupplicandi.Et Græci aliquãdo una uoce προσκυνεῖν, aliquando participio πεσὼν,uel aliquo alio appoſito circumloquuti ſunt:ut Matth.4.Si proſtratus adoraueris me.& cap.18.Procidens autem ſeruus ille, adorabat eum. Et ibidem iterũ: Et prócidens conſeruus eius rogabat. Et quando cum nomine פְּנֵי conſtruitur, præcedente præpoſitione עַל, tum uerbo procumbendi uel proſternendi uertere licebit:ut Apocalypſis redditum eſt cap.7.Et procubuerunt in conſpectu throni in facies ſuas,&c. Inſuper & hoc notandũ eſt,quòd non ſemper cultũ, ut uocãt, Latriç, ſed etiam duliæ ſignificet, ut cùm talis inclinatio homini reuerentiæ cauſa exhibetur:quem morem Orientales populi habuerunt. Ezech.46. Et ſupplicabit ſuper limine portæ. Ioſue 23. Et abeuntes colueritis deos alios, & ſupplicaueritis illis.2.Sam.9.Et cécidit ſuper faciem ſuam,& ſupplicauit.1.Sam.15.Et ſupplicabo Iehoua deo tuo. Gen.23. Et ſupplicauit populo terræ. Ioſ.5. Et cécidit Ioſua in faciem ſuã ſuper terram,& ſupplicauit. Gen.19. Et inclinauit naſum ſuum terrã uerſus.& cap.33.Et curuauit ſe ad terram ſeptem uicibus.Exod.18. Et egreſſus Moſes obuiàm ſocero ſuo ſupplicauit,& præbuit oſculũ ei. 1.Reg.1. Et inclinauit Bathſeba naſum in terram,& ſupplicauit regi. Gen.49. Supplicabũt tibi filij patris tui. & cap.33. Et acceſſerunt ancillæ, & liberi earum, & ſupplicarunt.ubi litera he per apocopen ablata eſt. Gen.37.Ad ſupplicandum tibi.

Participium maſculini generis מִשְׁתַּחֲוֶה. 2.Reg.19. Et factum eſt, cùm ipſe ſupplicaret in domo Niſroch.Eſther 3. Et uidit Haman, quòd Mardochæus non genuflecteret,neque ſupplicaret ei. Et pluraliter מִשְׁתַּחֲוִים.Geneſis 37.Et undecim ſtellas ſupplicantes illi.Zophoniæ 1. Et ſupplicantes ſuper tectis exercitui cœlorum. Et ſemel legitur habens terminationem præteriti ſecundæ perſonę pluralis numeri, maſculini generis, מִשְׁתַּחֲוִיתֶם pro מִשְׁתַּחֲוִים, compoſitum ſcilicet ex participio, & ſecunda perſona pręteriti. Ezechielis 8. Et ipſi erant ſupplicantes antrorſum ipſi ſoli.

INDE NOMEN,

הִשְׁתַּחֲוָיָה Nomen infinitum,quod cum affixo legitur. 2.Reg.5. Propter ſupplicationem in domo Rimnon parcat obſecro Iehoua ſeruo tuo.

1597 שָׂחָה

Cum puncto ſiniſtro,natauit. Et congruit ſignificatione cum שׁוּט, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi differant.Ieſaię 52.Et expandit manus ſuas in medium eius, quemadmodum expandit natator ad natandum. ubi etiam participium poſitum eſt.

In tertia coniugatione הִשְׂחָה, natare fecit. Pſalm.6. Defatigatus ſum in gemitu meo,natare faciebam per omnem noctem reclinatorium meum.

INDE NOMEN,

שָׂחוּ Natatio.Ezech.47. Quia eleuatę erant aquæ natationis,id eſt,quæ non poterant tranſiri pede.

1598 שָׁחַט

Congruit ſignificatione cum uerbis שָׁחַט & שָׁחָה, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi uarient. Significat autem propriè pecudem expanſam mactare,ut ſanguis largiùs effluat,& ſecernatur ſeorſum:quanquam figuratè poſtea etiam de mactatione hominum dicatur,propter ſimilitudinem. Iudæi noſtrates in Germania uocant etiamnum uulgari ſua lingua Schechten.Leuit.1. Et mactabit filium bouis.cap.4.Et mactabit holocauſtũ.Geneſ.37.Et mactauerunt hircum caprarũ. Exo.34.Nũ mactabis ſuper fermento ſanguinẽ ſacrificij mei.2.Reg.10. Et apprehenderunt eos uiuos,& mactauerũt eos iuxta puteum.Iere.39.Et omnes optimates Iehuda mactauit rex Babylon.Ezechiel.16.Et mactaſti filios meos.Geneſ.22. Et accepit cultrum ad mactandum filiũ ſuum. Præter typũ etiã hoc uerbo Moſes præmõſtrare uoluit, quòd Chriſtus uictima expanſione in cruce mactandus erat

erat pro redemptione humani generis, & ſanguis eius effundendus copioſè in emundationem peccatorum noſtrorum.

Participiũ pręſens שׁוחט, mactās: & nominaliter mactator, ein Sechther. Ieſa. 66. Mactās taurum. Et pluraliter ſtatus regiminis שֹׁחֲטֵי. Ieſ. 57. Mactātes natos.

Participium præteritum שָׁחוּט. 2. Paralip. 9. Et fecit rex Salomo ducenta ſcuta ex auro expanſa. Ibi relucet primaria, & propria huius thematis ſignificatio. Similiter שָׁחוּט nominaliter. Ierem. 9. Sagitta expanſionis, id eſt, expanſa, ſeu extenta in arcu: uel ſic, ſagitta mactationis. Et in genere fœminino שְׁחוּטָה. Leuit. 14. In ſanguine paſſeris expanſæ, id eſt, mactatæ.

In uoce paſſiua נִשְׁחַט. Leuit. 6. In loco in quo mactabitur holocauſtum, mactetur hoſtia pro errato. Num. 11. Num pecus, aut bos mactabitur illis.

INDE NOMEN,

שְׁחִטָה Mactatio. Oſeæ 5. Et mactationem deflexores profundauerunt.

1599 שׂחט Cum pũcto ſiniſtro: congruit ſignificatione cũ uerbis שָׂטָה & שָׂטַם, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient: ſignificat autem id quod arctum erat, expandere & dilatare, ut fit uuarum expreſſione, ut fluat liquor. Hieronymus uertit uerbo exprimendi. Legitur tantùm ſemel Geneſ. 40. Et accipiebam uuas, & exprimebam eas in calicem Pharaonis.

1600 שַׁחַל Beſtia ſæua, & pernix ex genere leonum: uidetur cognationem habere cum uerbo שָׁלַח. Iob 30. Nõ pertranſit in ea leo. Pſal. 91. Super leone & baſiliſco calcabis. Prou. 26. Dicit piger, leo eſt in uia. In diſtinctione ſententiæ שָׁחַל. Iob 4. Rugitus leonis, & uox leopardi. Oſeæ 13. Ero illis ſicut leo.

שְׁחֵלֶת Species aromatica, odorifera, quam Onycham uocant. Exo. 30. Balſamum & Onycham.

1601 שְׁחִין Vlcus. Exod. 9. In ulcus germinans ebullitiones. Leuit. 13. Et caro in cuius cute erit ulcus. Et iterum: Et fuerit in loco ulceris tumor, aut macula cãdida. 2. Reg. 20. Accipite maſſam ficorũ: & accipientes impoſuerunt ſuper ulcus, & reuixit. Iob 1. Et percuſſit ipſum Iob ulcere malo. Deuteronom. 28. Et percutiet te Iehoua ulcere Ægypti.

1602 שָׁחִיס Germinans ſua ſponte, non ſatum, ſpontè naſcens. Ieſ. 31. Et anno ſecũdo ſpontè naſcens. pro quo legitur 2. Regum 19. per metatheſin literarum, סָחִישׁ.

1603 שַׁחֶפֶת Eminentia, prominentia, tuber, tumor, qui eminet: nam cognationem habere arbitror cum uerbo שָׁסַף. Deut. 26. Et inducam ſuper uos horrorem, tumorem, & febrim. & cap. 28. Percutiet te Iehoua tumore.

שַׁחַף Cuculus, à ſcabie & tuberibus. Et in diſtinctione ſententiæ שָׁחַף. Et Leuit. 11. & Deut 14. inter immundas ac lege uetitas aues commemoratur.

1604 שְׂחִית Nomen ſubſtantiuum, quod interpretes uerterunt opertum. Arbitror autem communionem habere ut pronunciatione, ita etiam ſignificatione cum uerbo סחף, quod trahere ſignificat, & hoc nomen ſignificare tractum. Ezech. 41. Contra limen, tractus lignorum undique.

1605 שַׁחַץ Superbia, faſtus. Et opinor cõgruere cum uerbo שָׁחַץ, & ſignificare talẽ ſuperbiam ſeu faſtũ, quo alij contemnuntur. Iob 28. Non calcauerunt eam filij ſuperbiæ. & ca. 41. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, i. iuuenes cœtos & balenas.

1606 שַׁחַק Cum dextro puncto, Leuifecit. Et modo tantùm ſignificandi differt à uerbis שָׁחַק זָחַם. Exo. 30. Et leuifacies ex eo puluerem. 2. Samuel. 22. Et leuifaciam eos uelut puluerem terræ. Pſalmo 18. Et leuifaciam eos uelut puluerem coram uento. Iob 14. Lapides leuifecerunt aquæ.

INDE NOMEN,

שַׁחַק Leuitas. Ieſaiæ 40. Et ſicut leuitas bilanciũ reputatæ ſunt, id eſt, leuiſſimus puluis, qui incidit in lances, nullius eſt ponderis. Sumitur autem ſæpiſſimè pro nube leuiſſima. Pſalmo 89. Et teſtis in nube fidelis. Et iterum: Et quis in nube æquipara-

parabitur ipſi Iehoua. Et pluraliter שחקים. Deut.33. Et cuius magnificentia nubes.2.Samuelis 22.& Pſalm.18.Nubes ætherum.Iob 35.Reſpice cœlos & uide, & obſerua nubes quæ altiores ſunt te.& cap.36. Reſoluuntur nubes & ſtillant ſuper homines multùm.Pſalm.77.Vocem dederunt nubes.Prou.1.Et nubes ſtillant rorem.Ieſaiæ 45.Et nubes fluant iuſtitiam.

1607 שחק Congruit ſignificatione cum uerbis שחק & צחק שחק: nam notat quoque alleuiationem,niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differant. In prima coniugatione abſolutè ſignificat leui eſſe animo, leichtſinnig ſein. Et accipitur in bonum,quia eſt gaudij,ideoq; Hieronymus,& reliqui omnes tranſtulerūt uerbo ridendi: quod fit,quando leuiores ſumus animo.Iob 5.In uaſtatione & fame ridebis,id eſt,eris hilari animo.cap.29. Quando riderem ad eos, tamen nō credebant. cap.39.Ridebit ad tumultum ciuitatis.& cap.41.Et ridebit ad fragorē clypei.Pſal. 2.Sedēs in cœlis ridebit.Prou.29.Siue iraſcatur,ſiue rideat abſq; ceſſatione. Threnorum 1.Viderunt eam aduerſarij eius,& riſerunt ſuper ocio eius.Prou.14.Etiam in ridendo dolebit cor.Eccleſ.3.Tempus eſt ad flendum,& tempus ad ridendum. cap.10.Ad ridendum faciunt eſcam,& uinum lætificat uitam.

In ſecunda coniugatione שחק, luſit,luſum,ſeu riſum fecit: perinde ut צחק. Iud. 16.Vocate Simſoni,ut ludat nobis: & uocauerūt Simſoni è domo uinctorum, ut luderet coram illis.ubi prius uerbum ſcriptum eſt cum ſin ſiniſtro, & alterum cum zade.2.Samuelis 2. Surgant nunc pueri & ludant coram nobis. 2.Samuelis 6. Et ludam coram Iehoua.Iob 40.Et omnes beſtię agri ludēt ibi. Et mox iterum:Num ludes cum eo,quaſi cum auicula. Pſalm.104.Et Leuiathan ille, quem formaſti ad ludendum in eo.

Participium præſens משחק.1.Paral.15.Et uidit regem Dauidem ſaltātem & ludentem.Prou.26.Nónne ludo ego? Et pluraliter משחקים. 2.Sam.6.Dauid uerò & omnis domus Iſrael ludebant coram Iehoua.Ier.15. Non ſedi in conſilio ludentium.& cap.30.Et uox ludentium. Et in genere fœminino משחקת. Prou.8. Ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terræ eius. Et pluraliter משחקות. 1.Sam.18. Et reſpondebant inuicem mulieres, ludentes dicebant, percuſſit Saul millia ſua,at Dauid decem millia ſua.

In tertia coniugatione legitur participium משחקים. 2.Paral.30. Et ſi ludebant ſuper illos,& ſubſannabant eos.

INDE NOMINA:

שחוק Nomen infinitum,riſus.Iob 8.Donec impleat os tuum riſu.& cap.12.Riſus proximo ſuo ero.Pſal.126.Tunc implebitur riſu os noſtrum. Prou.10.Quaſi riſus ſtulto eſt,facere ſcelus.Eccleſ.7.Melior eſt ſeueritas,quàm riſus.

משחק Riſus.Habakuk 1.Et principes riſus illi.

ישחק Legitur pro יצחק. Amos 7.Et deſolabuntur excelſa Izhak.

1608 שחר Subnigreſcebat.Iob 30.Cutis mea nigrefacta eſt ſuper me, & os meū aduſtum fuit ab æſtu.

In ſecunda coniugatione שחר, ſignificationem primæ coniugationi habet cōtrariam,& ſignificat aurorauit,diluculauit, i. in aurora, ſeu ad auroræ ortū aliquid fecit. Prou.13. Et qui diligit eum, aurorat illi eruditionem, ſeu caſtigationē, id eſt, erudit ſeu caſtigat eum tempore auroræ,quod eſt erudiendis pueris commodiſſimum:uel ſic,caſtigabit eum iuuentutis tēpore.Iob 7.Et aurorabis me, & non ero. Pſal.78.Et conuerſi aurorabant deum.Ieſa.26.Aurorabo te,id eſt,tempore aurorę quæram te.Iob 8.Si non auroraueris deum. Prou.1. Aurorabunt me, & non inuenient me.& cap.7.Egreſſa ſum in occurſum tui,ut aurorarem faciem tuam.

Participium pręſens pluralis numeri ſtatus regiminis משחרי. Iob 24.Aurorantes ad rapinam. Et cum affixo.Prouerb.8.Et aurorantes me,inuenient me.

INDE NOMINA:

שחור Nigrum,ſubnigrum.Leuit.13.Et pilus ſubniger non in ea.Threnorum 4.Obſcurata

rata fuit ſupra nigrum forma eorum. Et pluraliter שְׁחֹרִים. Zacha. 6. Et in quadriga equi nigri. Et in genere fœminino שְׁחוֹרָה. Cantic. 1. Nigra ſum, ſed formoſa. Et pluraliter שְׁחוֹרוֹת. Cant. 5. Cincinni eius penduli nigri ſunt ſicut coruus.

שְׁחַרְחֹרֶת Nomen fœminini generis, nigra. Canticorum 1. Ne conſideretis me, quòd ſum nigra, quia aſpexit me ſol.

שִׁיחוֹר Nilus, fluuius Ægypti, à nigredine aquarum. Iere. 2. Quid tibi ad uiam Ægypti, ut bibas aquas Sichor.

שַׁחַר Aurora. Et cognationem habet cum nomine צַהַר. Geneſ. 19. Et cùm aurora aſcendiſſet. Pſalm. 22. Sicut cerua auroræ expanſa ſuper montes. Amos 4. Faciens auroram & caliginem. Et in diſtinctione ſententiæ שָׁחַר. Gen. 32. Et luctabatur uir cum eo, donec aſcenderet aurora. Iob 3. Et nō uideat palpebras auroræ. & cap. 41. Et oculi eius ſicut palpebræ auroræ. Ieſa. 14. Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, fili auroræ. In ſtatu affixorum ſeruat prius pathah, alterum mutat in ſeua. Ieſaiæ 47. Et ueniet ſuper te malum, nec cognoſces auroram eius, id eſt, ortum eius.

מִשְׁחָר Aurora. Pſal. 110. Ex matrice auroræ tibi ros, pueritia tua, id eſt tibi ut ros, ita pueritia tua. De qua autem propheta hic natiuitate loquatur, uide in uoce יַלְדוּת.

שַׁחֲרוּת Ortus auroræ, aurora: uſus eſt autē hac uoce Salomo figuratè pro iuuentute, Eccl. 12. Quia pueritia & iuuentus ſunt uanitas.

1609 **שחת** Congruit ſignificatione cum formis שׁוּחָה & שְׁחוּת שׁוּחָה יָשַׁח, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Et ſignificat aliquid qualecunq; tandem id ſit, ad imū uſq;, & quod dicitur funditùs perdi, corrumpi, deprauari, quocunque id fiat modo ſeu medio. Vſuuenit autem in prima coniugatione tantùm in uoce paſſiua נִשְׁחַת. Iere. 13. Et abij ad Euphratem, & effodi, & accepi ſuccinctorium de loco, quo abſconderam illud, & ecce perditum fuit ſuccinctorium, ut nihil prodeſſet cuiquā. Et cap. 18. Et perdebatur uas, quod ipſe fecerat ex luto. Gen. 6. Et perdita erat terra corā deo, & repleta erat terra iniuria. Et iterū: Et uidit deus terram, & ecce, perdita erat. Exod. 8. Perdita eſt terra propter muſcam.

Participium pluralis numeri fœminini generis נִשְׁחָתוֹת. Ezech. 20. Et ſecundū ſtudia ueſtra perdita.

In ſecunda coniugatione שִׁחֵת. Et quando poſt ſe regit accuſatiuum, uſurpatur tranſitiuè, & ſignificat perdere. Ier. 48. Quia uaſtator Moab aſcendit cōtra te, perdidit munitiones tuas. Gen. 38. Et perdidit in terram, ne poneret ſemen fratri ſuo, id eſt profundendo in terram perdidit ſemen. Exo. 21. Si quis percuſſerit oculū ſerui ſui, uel oculum ancillæ ſuæ, & perdiderit eum. 2. Reg. 19. Nunquid eripient eos dij gentium, quos perdiderūt patres noſtri. Prou. 23. Et perdes ſermones tuos ſuaues. Ieſa. 14. Quoniā terrā tuam perdidiſti, populum interfeciſti. Iere. 5. Aſcēdite in muros eius, & perdite. Amos 1. Propterea ꝙ perſequutus eſt gladio fratrem ſuum, & perdidit uiſcera eius, id eſt infantes. Malach. 2. Perdidiſti pactum Leui. Geneſ. 6. Ecce ego adduco diluuium aquarum ſuper terram ad perdendum omnem carnē, in qua eſt ſpiritus uitæ. Ezech. 20. Et pepercit oculus meus ſuper eos à perdendo eos, id eſt ne perderem eos. Quando uerò ponitur extra regimen abſolutè, tum uſurpatur neutraliter, & poteſt reddi, perditè agere. Exo. 32. & Deut. 9. Abi, deſcende, perditè egit populus tuus. Deut. 32. Perditè egit contra eum. Num. 32. Et perditioni eritis omni populo huic.

In tertia coniugatione הִשְׁחִית. Quando poſt ſe regit accuſatiuum, ſignificat perdere funditùs. Geneſ. 6. Quia perdiderat omnis caro uiam ſuam ſuper terra. & cap. 18. An perdes propter quinq; omnē ciuitatē? & dixit, nō perdam. Deuter. 9. Et dixi Iehoua, ne perdas populum tuum. & cap. 20. Ne perdas arborem eius, ut impellas ſuper eam ſecurim. Iere. 11. Perdamus arborem cum pane ſuo, id eſt fructu ſuo. & cap. 13. Sic perdam ſuperbiam Iehuda. Leuit. 19. Neq; perdes angulum barbæ tuæ, ſcilicet funditùs & ad imum. Zoph. 3. Perdiderunt omnia ſtudia ſua.

At quando poſt ſe non regit accuſatiuū, ſed abſolutè ponitur, tum ut in ſecunda coniugatione, ualet idem quod perditè agere. Deut. 4. Ne perditè agatis, & facia-

tis uobis ſculptile.Deut.31.Noui enim quòd poſt mortem meam perditè agendo perditè agatis,id eſt perditiſſimè.Iudicum 2. Et perditè egerunt pluſquàm patres eorum.Pſal.14.Dixit fatuus in corde ſuo,non eſt deus,perditè egerunt, ſeu funditùs perditi ſunt,abominabiles facti ſunt ſtudio.Similiter Pſal. 53.Perditè egerunt, & abominabiles facti iniuſtitia.Pſal.57.& 58.& 59.& 75.Ad triumphandū,ne perditio fiat,ſeu perditè agatur.Ieſ.11.Et non perditè agent in monte ſanctitatis meæ. Ezech.23.Et perditè egit pluſquam illa.

Participium præſens מַשְׁחִית.Gen.19.Quoniam perdit Iehoua ciuitatem.2.Sam. 24.Et dixit angelo perdenti in populo multum. 1. Paralip.21. Et angelum Iehoua perdentem in omni limite Iſrael.Ieremiæ 51. Qui perdebas omnē terram. Et cū affixo.Geneſ.6.Et ecce ego perdo eos in terra. Legitur ſæpè nominaliter in abſtracto,perditor.Exo.12.Et nō permittet perditorē uenire ad domos ueſtras.Prouerbiorum 6.Perditor animæ ſuæ faciet iſtud. & cap. 18. Frater eſt uiro perditori: & cap.28.Socius eſt uiri perditoris.Ieremiæ 54.Ego creaui perditorem ad diſcruciandum.Ieremię 2.Sicut leo perditor.cap.51.Spiritum perditorem.Et iterum:Ecce ego contra te mons perditor. Ponitur quoq; collectiuè pro parte exercitus, qui in hoc eſt inſtructus ut depopuletur & perdat.1.Samuelis 13. Et egrediebatur perditor de caſtris Philiſtæorum cum tribus agminibus.& ca.14.Et ſtatio & perditor territi ſunt. Deinde uſurpaē ſæpenumero in abſtracto pro perditione.2.Regum 23.Et excelſa quæ ſuper faciē Ieruſalem ad dexterā montis perditionis. Quidam putant montem olīueti ſic dictum in deteſtationem idolatriæ,quæ in eo erat inſtituta,per paronomaſiam מַשְׁחִית pro מִשְׁחָה. Alij uolūt montē, qui & Caluariæ eſt dictus,ſic uocatum,quòd in eo perditi ſint malefactores. Item Ieremiæ 5. Ponent perditionem in qua homines capient. ubi pro retis genere ponitur eadem ratione,qua etiam חֵרֶם dicitur Habak. 1.&c. Ezech.9. Et quiſq; habebat uas perditionis ſuæ in manu ſua.& ca.21.Qui architecti ſunt perditionis. Accipit tamen ſæpè per protheſin literā lamed לְמַשְׁחִית.Exo.12.Et non erit in uobis plaga ad perditionem. 2. Paral.20. Adiuuerunt quiſq; contra proximum ſuum ad perditionem. 2.Paral.22. Fuerunt ei cōſiliarij poſt mortem patris ſui ad perditionē ipſi. & ca.36. Et omnia uaſa deſiderabilia eius ad perditionē.Ezec.5.Quæ fuerunt ad perditionem.Dan.10.Et decor meus mutatus eſt ad perditionem. Et pluraliter מַשְׁחִיתִים. Geneſis 19. Quoniam perdimus nos locum iſtum. 1.Sam.6. Et imagines murium ueſtrorum,qui perdunt terram.Ieſa.1.Filij perditè agentes: ſeu, filij perditi.

Participium præteritum מָשְׁחָת.Malach.1.Qui uouet & ſacrificat perditum ipſi Iehoua. Et in diſtinctione ſententiæ מָשְׁחָת. Prouer.25. Et puteus perditus. Et cum affixo. Leuit.22.Quia perditum eorum eſt in eis.

INDE NOMINA:

מַשְׁחִית Nomē participiale,perditor:& abſtractiuè,perditio. Vide ſuprà in participio præſenti tertiæ coniugationis.

שַׁחַת Perditio.Pſal.16.Non dabis pium tuum uidere perditionem.pro quo Lucas Euāgeliſta Actorum 2. διαφθορὰν reddidit. Pſal.35. Quoniam fruſtrà expanderunt mihi perditionem retis ſui. Pſalm. 55. Et tu deus detrudes eos in puteum perditionis.Ieſ.51.Et non morietur ad perditionem. quanquàm alij communiter ſic legāt: Et non moriet in lacu. Et ut Hebræi מַשְׁחִית genus retis,ita quoq; foueā profundiorē ſeu ſepulchrū ab effectu uocant שַׁחַת,quòd in eo corpora hominum perduntur.Iob 9.Quoniam in foueam demerges me.& cap.33.Redemit eum ne deſcenderet in foueam.Pſal.7.Incidit in foueam,quam operatus eſt.Prouer.26.Fodiens foueam,in eam incidet. Et in diſtinctione ſententiæ שָׁחַת. Pſal. 94. Donec fodiatur improbo fouea. Et cum affixo.Ezech.19.Et audierūt de eo gentes, in fouea eorum comprehenſus eſt,id eſt,reti.

שַׁחַת Perditio.Oſeæ 13.Perditio tua Iſrael,ſed in me eſt auxilium tuum.

שְׁחוּת Fouea,nomē participiale.Prou.28.Qui abducit rectos in uiam malam, in foueam ſuam ipſe incidet.

Nomen

מְשֻׁחָת Nomen adiectiuum,perditus:dicunt quidam idem eſſe,quod participiũ præteritum tertiæ coniugationis מָשְׁחָת. Ieſaiæ 52. Quoniã perditus à uiro aſpectus eius.

שְׁחִיתוֹת Corruptiones,perditiones.Pſal.107.Euadere fecit eos de perditionibus ipſorũ, i. perditis & corruptis humoribus. Threnor.4.Spiritus nariũ noſtrarũ unctus Iehoua captus eſt perditionibus eorum,id eſt,laqueis,quibus perduntur homines.

1610

שָׂטָה Deflexit cũ aduerſatione:& congruit ſignificatione cũ uerbis שָׂטַן & שָׂטַם, niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Num.5.A quocũq; deflexerit uxor eius,& tranſgreſſa fuerit in eũ tranſgreſſione.Prou.4.Deflecte ab ea & præteri.Num.5.Et ſi non deflexiſti ad immunditiã ſub uiro tuo.Prou. 7.Ne deflectat ad uias eius cor tuum.

Participium præſens irregulare שֵׂטִים, deflectentes,ſeu deflexores.Oſeæ 5. Et mactationem deflectentes profundauerunt. Et pro ſin ſcribitur cũ ſamech.Pſal. 101.Facere deflectentiũ odio habui,i.factum. Et in regimine שָׂטֵי. Pſ.40. Et non reſpexit ad ſuperbos,& deflexores mendacij,id eſt, deflectentes ad mendacium.

1611

שָׁטַח Expandit,dilatauit.Congruit ſignificatione cũ uerbo פָּשַׁט, niſi ꝙ ut poſitu literarũ,ita modo ſignificandi nonnihil diſcrepent.Ier.8.Et expanderũt ea ad ſolẽ. Num.11.Et expandebant ſibi expandendo circum caſtra.2. Sam. 17.Et expandit ſuper ipſum ptiſana.

Participium præſens שֹׁטֵחַ. Iob 12.Expandit pro gentibus,& abducit eas.

In ſecunda coniugatione שִׁטַּח. Pſal.88.Expandi ad te manus meas.

INDE NOMEN,

מִשְׁטַח Expanſio.Ezech.26.Expanſio ſagenarum erit in medio maris.

1612

שָׂטַם Congruit tam ſignificatione,quàm modo ſignificandi,& conſtructione cũ uerbo שָׂטַן: habetq; etiam quandam cognationẽ cũ uerbo שָׂטָה. Et ſignificat aduerſari impediendo,tametſi Hieronymus & alij aliter reddiderint. Gen.27.Aduerſatus eſt impediendo Eſau ipſum Iacob.& cap. 49. Et aduerſati ſunt impediendo eum ſagittarij.& cap.50.Ne aduerſando impediat nos Ioſeph.Iob 30.In duritia manus tuæ aduerſando impedies me.Pſ.55.Et in ira aduerſando impedis me.

INDE NOMEN,

מַשְׂטֵמָה Aduerſatio.Oſeæ 9.Propter multitudinem iniquitatis tuæ & multam aduerſationem.Et iterum:Et aduerſatio in domo dei ſui.

1613

שָׂטַן Deflectẽdo aduerſatus eſt,impediẽdo aduerſat' eſt,ſeu aduerſando impediuit. Congruit tã ſignificatione,ꝙ modo ſignificãdi,& cõſtructione cũ uerbo שָׂטַם, atq; modo ſignificandi differt à uerbo שָׂטָה: & conſtruitur cum accuſatiuo. Pſal. 38.Aduerſando impediebant me.Zachariæ 3.Aduerſarius ſtabat ad dexteram ad aduerſando impediendum eum,id eſt,ut impediret eum aduerſando.

Participiũ præſens pluralis numeri ſtatus regiminis שֹׂטְנֵי. Pſ.71.Pudefiẽt,ignominia afficientur aduerſantes animæ meæ. Et cum affixo.Pſal.109.Hoc opus aduerſantium meorum à Iehoua.

INDE NOMINA:

שָׂטָן Satan,impeditor,aduerſarius.Et tam de diabolo,ꝙ homine dicitur. Pſ. 109.Satan ſtet ad dexterã eius.1.Sam.29.Et non deſcendat nobiſcum in bellum , ne ſit nobis in Satanã in bello.2.Sam.19.Eritis mihi hodie in Satanã.1.Reg. 5. Non eſt Satan, neq; occurſus malus.& ca.11.Et excitauit Iehoua Satanam Salomoni Hadad.Zachariæ 1.Et dixit Iehoua ad Satanã,increpet Iehoua in te Satan. Et Chriſtus uocat Petrũ Satanã,quando aduerſatur Chriſto , & uult impedire ne eat Hieroſolymam moriturus ibi,Matthæi 16.ubi inquit:Abi poſt me Satan:ſcandalum es mihi,quia non ſapis ea quæ dei ſunt,ſed ea quæ hominum.Et aliàs ſæpè diabolus uocatur Satanas in nouo Teſtamento.

שִׂטְנָה Aduerſatio.Eſdræ 4.Scripſerunt aduerſationem contra habitatores Iehuda & Ieruſalem,id eſt,accuſationem. Eſt & nomen fontis ab aduerſatione, Geneſis 26.

1614

שָׁטַף Inundauit,ut aliquid immergatur,ſimulatq; abundantiam impetumq; inunda-

tionis importat. Et ut literarum poſitu, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe diffe rũt, hoc noſtrũ, & uerba שָׁטַף & שָׁטֵף שָׁטַף שָׁטַף . Leuit. 25. Et manus ſuas nõ inundauit. 1. Reg. 22. Et inundauit currum apud piſcinam Samariæ. Iob 14. Et inundabit decidua eius in puluere terræ. Pſ. 69. Et fluxus inundauit me. Canticorum 8. Aquæ multæ nõ poſſunt extinguere dilectionẽ, nec flumina inundabũt eã. Ieſ. 8. Inundauit & trãſiuit, uſq; ad collum pertigit. Et iterum: Et exercitus eius inundabit.

Participiũ præſens שׁוֹטֵף . 2. Paral. 32. Atq; torrentẽ inundantẽ in medio terræ. Ieſ. 10. Inundãs iuſtitiã. & cap. 28. Flagellũ inundãs cũ trãſierit, nõ ueniet ad nos. Ier. 8. Sicut equus inundans in bello, i. tumultuans. Et pluraliter שׁוֹטְפִים . Ieſ. 28. Velut fluxus aquarum fortium inundantium, qui deijcit in terram ualidè.

In uoce paſſiua יִשָּׁטֵף . Leuiti. 15. Et omne uas ligni inundetur in aqua. Dan. 11. Et brachia inundatione inundabuntur coram facie eius, & frangentur.

In ſecũda cõiugatione uoce paſſiua שֻׁטַּף . Leu. 6. Et defricabitꝰ, & inũdabitꝰ aqua.

INDE NOMEN,

שֶׁטֶף Inundatio. Iob 38. Quis diuiſit inũdationi aquęductũ. Prou. 27. Crudelitas furoris, & inundatio iræ: at quis cõſiſtet corã Zelotypia? Nah. 1. Et in inundatione trãſeunte conſummationem faciet. Scribitur tamẽ cũ quinq; punctis שֵׁטֶף . Pſal. 32. Veruntamen in inundatione aquarum multarum ad eum non pertinget.

1615 שטר Vel ſine uau שֹׁטֵר, nomen participiale: apparetq; eſſe cõpoſitũ ex relatiuo שֶׁ & nomine חֹטֶר, & ſignificare, qui geſtat uirgam ſeu baculũ in ſignificationẽ officij ſui, Græcè ῥαβδοῦχος, id eſt, bacillifer, cui executio alicuius mandati commiſſa eſt. Facit aũt ſcriptura gradus quoſdã officiorũ: Primus eſt זְקֵנִים, ſecũdus שׁוֹפְטִים, tertius eſt נְשִׂיאִים, & quartus שֹׁטְרִים . Nunc uidebimus exempla. 2. Paralip. 26. Sub manu Ieziel ſcribæ, & Maaſiiahu baculiferi. Prou. 6. Vade ad formicam piger, uide uias eius & ſape, cui non eſt princeps, aut baculifer, aut gubernator. Et pluraliter שֹׁטְרִים . Deut. 1. Et accepi capita baculorũ ueſtrorum, uiros ſapientes & gnaros, & conſtitui eos capita ſuper uos: Principes millium, & principes centuriæ: Et principes quingentorum, & principes uicenorũ, & baculiferos baculis ueſtris. & cap. 16. Iudices & baculiferos pones tibi ſecundũ baculos tuos, & iudicabunt populum iudicio iuſtitiæ. & cap. 20. Et loquantur baculiferi ad populum, dicendo, ſi quis ædificauit domum nouam, &c. Et iterum: Cumq; baculiferi ceſſabunt loqui ad populum, ſtatim conſtituent ſe principes exercitus in caput populi. Ioſue 8. Et omnis Iſrael & ſeniores eius, & baculiferi, & iudices eius ſtabant hincinde circa arcam. 1. Paral. 23. Et baculiferorum, & iudicum ſex millia. Et in ſtatu regiminis שֹׁטְרֵי. Exod. 5. Et percuſſi ſunt baculiferi filiorum Iſrael, quos conſtituerant ſuper illos exactores Pharaonis. Ioſue 1. Et pręcepit Ioſue baculiferis populi, dicendo: Tranſite per medium caſtrorum, & mandate populo, parate uobis uiaticum. Et in ſtatu affixorum. Exod. 5. Et pręcepit Pharao in die illo exactoribus in populo, & baculiferis eius. Num. 11. Congrega mihi ſeptuaginta uiros ex ſenioribus Iſrael, quos noſti, quòd ſint ſeniores populi, & baculiferos eius. Ioſue 23. Et uocauit Ioſue omnem Iſraelẽ, ſeniores eius, & capita eius, & iudices eius, & baculiferos eius.

מִשְׁטָר Baculatura, id eſt executio. Iob 38. Noſti'ne ſtatuta cœli, ſi ponere poſſis baculaturam eius in terra.

616 שי Æquiparatio, æquiualentia, compẽſatio beneficij accepti, munus. Pſal. 76. Adducent munus timendo. Ieſaię 18. Adducetur munus ipſi Iehoua. Et in diſtinctione ſententię שָׁי . Pſal. 68. Tibi adducent reges munus. Eſt autem hoc nomen mea quidem ſententia deductum à uerbo שָׁוָה : de quo ſuprá.

שִׂיג Applicatio ad negocium aliquod, occupatio. 1. Re. 18. Aut meditatio, aut occupatio eſt illi. Sed de hoc ſuprà in themate שוג.

617 שיה Eiuſdem eſt ſignificationis cum uerbis נָשָׁה & נָשָׁא שָׁשָׁה, atque aliqua ex parte generaliter cum uerbo שָׁאָה : ſignificat enim obrui aliqua re, ut alterius rei fias obliuioſus. Legitur autem in hac forma ſemel, Deuteronom. 32. Petræ, quæ genuit te, obliuiſceris.

Et

1618 שִׂיחַ Et שׂוּחַ. Congruit ſignificatione cum uerbo שָׂחָה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient. Significat autem natare ſeu uerſari in materia ſpacioſa, & ampla in mente, uel eloquutione: idq́ ſecum, uel cum alio: & uariè transfertur.

In prima coniugatione Imperatiuus & Infinitiuus referunt formam poſteriorem. Præterito & futuro caret, niſi quòd futurum tertiæ coniugationis pro eo in uſu ſit, aut dicere malis, quòd ſit poſterioris formæ. Iob 12. Aut colloquere terrę, & fatebitur tibi. Iudicum 5. Sedentes ſuper thronis, & ambulantes in uia colloquimini. 1. Paralipom. 16. Pſallite & colloquimini in omnibus mirabilibus eius. Pſal. 119. Præuenerūt oculi mei cuſtodias ad conferendū in ſermone tuo. Legitur tamen ſemel etiam ſecundū priorem formā, Gen. 24. Et egreſſus erat ad orandū in agro.

In ſecunda coniugatione שׂוֹחֵחַ. Pſal. 143. In factura manuū tuarum cōferebam. Ieſaiæ 53. Et generationem eius quis eloquetur? ſeu, explicabit? ſeu, exponet?

In tertia coniugatione uſuuenit tantùm futurum. Iob 7. Conferam in amaritudine animæ meæ. Pſal. 69. Colloquebantur contra me ſedentes in porta. Pſ. 77. Et in ſtudijs tuis conferebam. Pſal. 119. Seruus tuus conferebat in ſtatutis tuis. Prou. 6. Et cùm euigilaueris, ipſa alloquetur te.

INDE NOMEN,

שִׂיחַ Primò, quicquid uel ex corde, uel ex ore enatatum eſt, ut ſunt meditationes, diſputationes, precationes, querelæ, colloquia, & id genus alia. 1. Reg. 18. Quoniā deus ipſe eſt, ideo colloquium, aut occupatio illi. Prou. 23. Cui contentiones, cui querimonia, cui uulnera. In ſtatu affixorum manet inuariatum. 1. Sam. 1. Sed præ multitudine querimoniæ meæ, & indignationis meæ loquuta ſum hactenus. 2. Re. 9. Vos noſtis uirum & colloquium eius. Iob 7. Releuabitur in colloquio meo cubile meum. & cap. 10. Et relinquam ſuper me querelam meam. Pſalm. 142. Effundā coram ipſo querelam meā. Legitur tamē ſemel translata litera iod ad punctum hirik. Amos 4. Et annuncians homini, quæ ſit meditatio eius. Et in forma fœminea שִׂיחָה. Pſal. 119. Quoniam teſtimonium tuum meditatio mihi. Et cum affixo. Pſal. 119. Quàm dilexi legem tuam, quotidiè eſt meditatio tui. Secundò, eſt frutex, arbuſtū, fruticetū è terra & ſupra terram recèns enatatum. Et eadem ratione ab hoc uerbo deriuatur iſta ſignificatione, qua אָמִיר uerber, uirgultum, à uerbo אָמַר dixit, licet non eodem modo ſignificandi. Geneſis 2. Et omnem fruticem agri, antequàm eſſet in terra. Iob 30. Qui ſuccidunt urticam iuxta fruticē. Et pluraliter שִׂיחִים. Geneſis 21. Et abijciebat puerum ſubter unam fruticum. Iob 30. Inter frutices rudebant.

שִׁילֹה Vide in themate שָׁלָה.

1619 שָׁכַךְ Remiſit, reſedit, ſedatum eſt. Gen. 8. Et tranſire fecit deus uentum ſuper terram, & reſederunt aquæ. Eſther 2. Poſtquàm hæc geſta ſunt, & iam reſediſſet furor regis. & cap. 7. Et furor regis reſedit. Ierem. 5. Proſpiciet uelut reſidere aucupes. Et Infinitiuus ad formam לְדַד.

In tertia coniugatione הֵשַׁךְ. Numeri 17. Et ſedabo deſuper me murmurationes filiorum Iſrael.

1620 שָׁכַב Congruit ſignificatione cū uerbis בָּשַׁשׁ & רָבַשׁ, niſi ꝙ ut forma, ita modo ſignificandi uarient. Significat enim cubare cū ſuis cōpoſitis: ut accumbere, decumbere, cōcumbere, recumbere, procumbere, ſecundū circumſtantiā rerum & perſonarum de quibus dicitur. Et importat motum corporis inclinātis ſe in locū ſubiectum. Et non ſignificat dormire, ut uulgò eſt redditū, qđ יָשֵׁן propriè notat: eſtq́ tantùm hominum, ſicut רָבַץ eſt animalium brutorum, & quadrupedum. Num. 24. Geniculando accubuit ut leo. & cap. 5. Si non concubuit uir tecum. Exo. 22. Et concubuerit cū ea. Deuteron. 24. Et recumbet in ueſte ſua. Geneſis 19. Ecce concubui heri cum patre meo, potemus eum uino etiam hac nocte, ingredere & concumbe cum eo. 2. Samuelis 7. Et cubaueris cum patribus tuis. 2. Samuelis 12. Et in ſinu ipſius cubauit. Pſal. 4. In pace ſimulatq́ cubabo, & dormiam. Pſalm. 68. Si cu-

bauetitis inter duos limites.Gene. 19. Et nõ cognouit in concumbendo ea, id eſt, quòd concubuiſſet ipſa.

Participiũ præſens שֹׁכֵב. Gen.28.Terrã ſuper qua cubas,tibi dabo.Pro.23. Et eris ſicut qui cubat in corde maris.Exod.22.Omnis concũbens cũ muliere. Et pluraliter שֹׁכְבִים. 1.Sam.26.Populus cubabant circumquaq;. Amos 6.Cubantes in lectis eburneis. Et in genere fœminino שֹׁכֶבֶת. Ruth 3.Et ecce mulier cubabat ad pedes eius.Micheæ 7.A cubante in ſinu tuo.

In tertia coniugatione הִשְׁכִּיב. Oſeę 2.Et recumbere faciã eos fiducialiter.1.Re. 3.Et filiũ ſuũ mortuũ cubare fecit in ſinũ meũ.Iob 38.Et pluuias cœli quis decumbere faciet.1.Reg.17.Recumbere fecit eũ ſuper lectũ ſuũ.2.Sam.8.Et mẽſus eſt eos funiculo,cubare faciendo eos ſuper terram,id eſt proſternendo eos ſuper terram.

Participium præteritum מֻשְׁכָּב. 2.Reg. 4.Et ecce puer mortuus cubare factus eſt ſuper reclinatorium ſuum.

In uoce paſſiua הָשְׁכַּב & הֻשְׁכַּב, proſtratus eſt.Ezec.32.Et proſternetur inter incircuncifos.Et iterum:Et proſterneris cum incircumciſis.

INDE NOMINA:

מִשְׁכָּב Cubile.Exod.21.Et cécidit in cubile.Leuit. 15.Et omne cubile in quo recubuerit, immundũ erit.2.Paralip.16.Et recũbere fecerunt eũ in cubili pleno aromatibus.2. Sam.17.Cubile & pelues,&c.ubi collectiuè ponitur pro cubilibus ſeu ipſis lectiſternijs. Et in ſtatu regiminis מִשְׁכַּב, in quo non cubile,ſeu lectum, ſed actum ſignificat,id eſt,cubitum.2.Samuelis 4.Et ipſe cubabat cubitum meridiei.Num. 31. Quę non cognouerũt concubitũ uiri. Et in ſtatu affixorum. Exod. 8.Et uenient in domum tuam,& in penetrale cubilis ſui.2.Sam.4.Et ipſe cubabat ſuper reclinatorio ſuo in penetrali cubilis ſui. Et pluraliter forma maſculina ſtatus regiminis מִשְׁכְּבֵי. Gen.49.Aſcendiſti cubilia patris tui. Leuit.18.Et cũ maſculo non cõcumbes concubitibus fœminæ. Et in forma fœminina מִשְׁכָּבוֹת. Ieſa.57.Et requieſcẽt in cubilibus ſuis.

שְׁכָבָה Cubatio,concubitus,ſtrata. Et in ſtatu regiminis שִׁכְבַת. Exo.16.Et manè fuit recubatio roris.Leuit.15.Et omnis pellis ſuper qua fuerit cõcubitus ſeminis. & cap. 19.Et uir cùm concubuerit cum muliere concubitu ſeminis. Et in ſtatu affixorũ. Leuit.18.Et cũ omni animali non dabis cõcubitũ tuum.& cap.20.Et uir qui dederit concubitum ſuum cum animali.

1621 שָׂכָה Cum ſin ſiniſtro,uerbaliter nuſpiam legitur, tamen cognationem habere arbitror cum uerbo סָכַךְ, celauit.

INDE NOMINA:

שֶׂכְוִי Cogitatio,cogitatus,imaginatio,quæ eſt in mente celata.Iob 38.Quis dedit cogitationi intelligentiam.

שְׂכִיּוֹת Nomen pluralis numeri,ingenioſè facta,quæ Græci τορεύματα uocant. Ieſa. 2. Et ſuper uniuerſas naues Tharſis,& ſuper omnia toreumata deſiderij.

מַשְׂכִּית Imaginatio,cogitatio,ingenioſum opus,quod fabrefactũ eſt imaginatione hominis.Leuitic.26.Et lapidem ingenioſè cælatum non poſueritis in terra ueſtra. In ſtatu regiminis manet inuariatum.Prouer.18.Copia diuitis ciuitas fortitudinis ſibi,& ſicut murus excelſus in cogitatione ſua. Ezechielis 8. An non uidiſti fili hominis,quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris,quiſq; in penetralibus cogitationis ſuæ. Et pluraliter מַשְׂכִּיּוֹת. Num.33.Et ſuſtollatis omnia fabrefacta eorum, & omnes imagines eorum.Pſ.73.Egredietur ex adipe eorum oculus ipſorũ,tranſeunt imaginationes cordis.Prou.25.Mala aurea in fabrefactis argenti,uerbum locutum ſuper circumſtantijs ſuis.

1622 שָׁכַח Oblitus eſt.Et eſt negligentiæ,ſeu neglectus,ſicut זָכַר eſt diligẽtiæ,& curæ: cõſtruiturq; cũ accuſatiuo.Et ut literarũ tantũ trãſpoſitione,ita modo ſolũ ſignificandi differt à uerbis כָּחַשׁ & חָשַׁךְ. Pſ.9.Nõ eſt oblitus uociferationẽ afflictorũ. Pſalm.77.Nunquid oblitus eſt gratioſus eſſe deus.Prou.3.Fili mi legẽ meã ne obliuiſcaris.Ieſaiæ 49. Nunquid obliuiſcetur mater infantem ſuũ, ne cõmiſereatᷓ filij

uter

uteri ſui:etiamſi illæ obliuiſcerentur,tamen ego non obliuiſcar te.Oſeæ 4. Si obli-
tus eſt legem dei tui,obliuiſcar filios tuos etiam,etiam ego.Deuter.8.Si obliuiſcen
di oblitus fueris Dominum.

Participium præſens pluralis numeri שֹׁכְחֵי. Pſalmo 50. Intelligite quæſo hoc, obliuiſcentes Dei.

In uoce paſſiua נִשְׁכַּח, obliuioni traditus eſt. Eccleſ.9. Quia obliuioni tradita eſt memoria illorum. Gen.41.Et obliuioni tradetur omnis abundantia. Pſal.31. Quia obliuioni traditus ſum,tanquàm mortuus.

Participium נִשְׁכָּח. Eccl. 2. Omnium obliuio eſt. Et pluraliter נִשְׁכָּחִים. Iob 28. Obliuioni traduntur à pede. Et in genere fœminino נִשְׁכָּחָה. Ieſa.23.Ciuitas meretrix obliuioni tradita. Item נִשְׁכַּחַת. Ieſ.23.Et obliuioni tradita eſt Tyrus.

In tertia coniugatione הִשְׁכִּיחַ, obliuiſci fecit. Iere.23. Vt obliuiſci faciant populum meum nominis mei,id eſt,ut non prædicent uerbum meum.

In quarta coniugatione הִשְׁתַּכְּחָה. Eccleſiaſt. 8. Et obliuioni tradentur in ciuitate, in qua rectum fecerunt.

INDE NOMEN,

שְׁכֵחִים Nomen participiale. Ieſa.65.Et nos derelinquentes Dominum obliti montem ſan
1623 ctitatis meæ. Pſal.9.Omnes Gentes oblitæ Dei.

שָׁכַל Quanquàm ſemel etiam legatur in forma שָׁכֹל, orbatus eſt,uerbũ neutri generis,& differt à uerbo עקר, quòd hoc ſignificat ſterilem eſſe,& infœcundũ,cui uis gignendi euulſa eſt,ſed illud noſtrum ſignificet non ſterilem eſſe,ſeu infœcundum eſſe,ſed orbatũ eſſe liberis,quos habuit. Hæc annotare uolui propter illos, qui iſta duo uerba,& eorũ ſignificationes cõfundunt. Deinde ut ſola literarũ transpoſitione à uerbis כָּשַׁל שָׁלָה, ita quoq; modo tantùm ſignificãdi differt. Eſt enim aborti ri nihil aliud, q̃ abijcere fœtũ nõdũ maturũ. Ge.27. Quare orbabor ego etiã utroq; ueſtrum die uno. & cap. 43. Et ego quemadmodũ orbatus fui,orbatus ſum,id eſt, quemadmodũ orbatus fui anteà,ita iam iterũ orbatus ſum. Ponit ultimũ in præterito,quia ita mẽs præſagiebat futurũ. 1.Sam.15. Si orbabit̃ pręmulierib. mater tua.

Participium præteritum fœminini generis שְׁכֻלָה. Ieſa.49. Et dices in corde tuo, quis genuit mihi iſtos,cùm ego orbata & ſolitaria.

In ſecũda cõiugatione שִׁכֵּל, quando poſt ſe regit accuſatiuũ,tũ ſignificat actiuè orbare,orbũ facere. Gen.42. Et dixit ad eos Iacob pater ipſorũ,me orbaſtis,Ioſeph nõ extat,nec Simeon adeſt,& Beniamin quoq; tollitis. Leu.26. Et mittã in uos ferã agri,& orbabit uos. Deut.32. Foris orbabit gladius. 1.Sa.15. Quẽadmodũ orbauit mulieres gladius tuus. Ier.15. Orbaui,& abſtuli populũ meũ. Ezech.15. Mittã ſuper te malũ,& ferã malam,& orbabo te. Oſeæ 9. Et ſi educauerint liberos ſuos,orbabo eos ab homine,i.ne fiãt homines. Malach.3. Et orbabit uobis uitẽ in agro. Porrò quãdo abſolutè ponit̃, tũ abſolutè & neutraliter ſignificat abortire. Gen.31. Oues tuę,& capręt uæ nõ abortierunt. Iob 21. Euadere faciet uacca eius,& non abortiet.

Participium præſens generis fœminini מְשַׁכֵּלָה. Exo.23. Non erit abortiens,nec ſterilis in terra tua. Ezech.36. Deuoratrix hominum tu, & abortiens gentem tuam tu fuiſti. Et in diſtinctione ſententiæ מְשַׁכָּלֶת. 2.Reg. 2. Aquæ malæ ſunt, & terra abortiens. Et mox iterum: Non erit hinc amplius mors,aut abortiens.

In tertia coniugatione legitur tantùm participium præſens מַשְׁכִּיל. Oſeæ 9. Da eis matricem abortientem.

INDE NOMINA:

שַׁכּוּל Nomen participiale maſculini generis, orbus. 2.Sam.17. Et amari animo,ſunt uelut urſus orbus in agro. Oſeę 13. Occurrã eis ut urſus orbus. Et in forma fœminina שַׁכֻּלָה. Cant. 4. Quæ omnes gemellos pariunt, & orba non eſt in eis. Et pluraliter שַׁכֻּלוֹת. Iere.18. Et erunt uxores eorum orbæ,& uiduæ.

שְׁכוֹל Nomen infinitũ,orbitas. Pſal.35. Perſoluerũt mihi malũ prò bono, orbitatem animæ meæ,id eſt ut orbẽt animam meam. Ieſa. 47. Non ſedebo uidua, & non experiar orbitatẽ, & mox euenient tibi ambo illa ſubitò in die una, orbitas & uiduitas.

שְׁכֻלִים Orbitates,nomen pluralis numeri tantùm.Ieſa.49.Adhuc dicent in aures tuas filij
orbitatum tuarum.

אֶשְׁכֹּל Propriè botrus ſeu racemus,uua,qua orbatur uitis:& hanc etymologiam ſumo ex
loco Malachiæ 3.qui ſuprà citatus eſt.Num.13.Et uenerũt ad uallem Æſcol, & ſuc
ciderunt ibi palmitem,& botrum acinorum,& portauerunt eum uecte duo, & de
malogranatis, & de ficubus, & locus iſte dictus eſt uallis Æſcol propter botrum,
quem ſucciderunt inde filij Iſrael.Cantic.1.Botrus Cypri dilectus meus mihi in ui
neis Engaddi.Ieſa.65.Sicut cùm inuenietur muſtum in botro.Mich.7.Non eſt bo
trus ad comedendum. Et pluraliter אַשְׁכֹּלוֹת. Cantic.7.Et ubera tua botri. In ſta
tu regiminis & affixorum אַשְׁכְּלוֹת. Deut.32.Botri amaritudinum illis.Cantic.7.Et
erunt nunc ubera tua,ſicut botri uitis.Geneſ.40.Et in uite tres palmites, ipſa uerò
quaſi germinans erũpebat flos eius,maturas faciebãt botri eius acinos. Erat an-
te annos 13.concionator Noribergę apud diuũ Ægydium nomine Achacius, qui
monachum egerat in terra ſancta integrum octennium,is cùm ægrotus non habe
ret,quo ſitim reſtinguere poſſet(laborabat enim tympaniti.),exoptabat ſibi ſingu
lis diebus unum tantùm acinum de botro uini,eo abundè reſtincturũ ſitim:cumq́;
ego decumbenti aſſidens rogarem ex eo quantus'nam eſſet botrus,reſpondebat,
tantæ eſſe magnitudinis,ut uix à duobus uiris portari poſſet, & in una arbore unũ
botrum,eum circa Hebron tantùm naſci,diciq́; lingua Barbarorum Muſi.

1624 שָׂכַל Cum ſin ſiniſtro.Et principaliter in omnibus operationibus de quibus dicitur,
inſignem induſtriam,& accuratam,& gnauam conſiderationem, animumq́; in
tentum & diligens ſtudium importat.Et quanquàm tam forma literarũ, quàm ꝓ-
nunciatione non multùm à סָכַל differt,tamen ſignificatione omnino ei eſt contra
rium,quod perinde ut כסל, animi ſeu mentis incogitantiam, atq́; in rebus geren-
dis ignauiam,ſocordiam & inconſtantiam importat Atq́; generali ſignificatione
cõgruit cũ uerbo סָכַל. Prælucẽte igitur hac principali ſignificatione actionis, de-
inde uerbũ ſecundũ eius rei de qua dicit̃,ꝓprietatẽ & circumſtãtiã uertere licebit.

In prima coniugatione legitur tantùm ſemel, 1. Sam. 18. Et quoties erant egreſ-
ſi illi,accuratè agebat Dauid præ reliquis omnibus ſeruis Saul,&celebre fiebat no
men eius ualdè.

In ſecunda cõiugatione שִׂכֵּל. Et legitur quoq́; ſemel tantùm in uoce actiua, Ge
neſ.48.Et accepit Ioſeph ambos illos, Ephraim in dextra ſua ad ſiniſtram Iſraelis,
& Manaſſe in ſiniſtra ſua ad dextram Iſraelis,& prope eum adduxit: Et extẽdit Iſ-
rael dextram ſuam,poſuitq́; eam ſuper caput Ephraim qui erat iunior, & ſiniſtram
ſuper caput Manaſſe:attentè adaptauit autem ita manus ſuas, ne Manaſſe primo-
genitus eſſet. Hanc genuinã eſſe ac ueram huius loci expoſitionem nõ ambigo.
Omiſſis igitur aliorum doctorum uarijs interpretationibus,unam tantùm autoris
Toletanæ editionis,quiſquis ille fuerit,expoſitionem,deinde quę adiungit,digna
equidem ſi uera ſunt,cognitione,annotabo.Sic aũt in hoc loco uerbũ שִׂכֵּל tranſtu
lit:Cõmutans manus ſuas. Et in dictionario,quod in calce editioni ſuæ adiecit,
ſcribit uerbum hoc inter alia etiam ſignificare,ſuperponere in modum crucis:No
men מַשְׂכָּל tam Chaldæorum,quàm Indorum lingua ſignificare crucem, aitq́; à ſe
Indum quendam Chriſticolam,qui crucem in manu ſemper geſtaret, interroga-
tum, quo illam nomine lingua ſua appellaret, reſpondiſſe מַשְׂכָּל: inde colligens
Paulum Apoſtolũ ad hanc uocẽ alluſiſſe 1.Corinth.1.ita ſcribẽs:Nos prędicamus
Chriſtum CRVCIFIXVM,Iudęis quidẽ SCANDALVM,Gentibus autẽ STVL
TITIAM,ſed ijſdem uocatis Iudæis pariter & Græcis Dei potentiam ac Dei SA
PIENTIAM,&c.Siquidem hæc uox commutatis tantùm literis ſymbolicis, cru-
cem,ſcandalum,ſtultitiam,& ſapientiam ſignificet.

In tertia cõiugatione uoce actiua eſt uſitatiſſimũ הִשְׂכִּיל. Gen.1.Et uidit mulier,
quòd bona eſſet arbor in cibum, & ꝙ delectabilis eſſet oculis, & deſiderabilis ad
conſideratè facere.Dan.9.Et dixit Daniel,nũc egreſſus ſum, ut cõſideratè faciam
te intellectũ.Pſal.31.Ego conſiderantẽ faciã te,cõſtituamq́; te in uiã.Iob 34. Ob id
quòd

quòd receſſerunt poſt eum, & omnes uias eius non accuratè conſiderauerũt. Pſal. 2. Et nunc reges ſitis accuratè conſiderantes, id eſt attenti. Pſal. 64. Et uiderunt omnes homines & annunciauerunt opus dei, & factũ eius accuratè conſiderauerunt. Pſal. 106. Patres noſtri in Ægypto non accuratè conſiderauerunt mirabilia tua. Pſ. 119. Supra omnes, qui docebant me, induſtrius ſeu attentus eram. Ieſaiæ 41. Vt uideant & diſcant, & accuratè conſiderent, quòd manus Domini fecerit iſtud. Danielis 9. Et ſcies & accuratè animaduertes ab egreſſu uerbi. Prouer. 21. Quando mulctatur deriſor, imperitus fit ſapientior: & quando accuratè animaduertit ad ſapientem, adipiſcitur ſcientiam. Ieſaiæ 44. Non cognouerunt, nec intellexerunt, quòd ſit oblinitio, ne uideant oculis ſuis, nec accuratè cõſiderent corde ſuo. Danielis 9. Et diligẽter maneremus in ueritate tua. Atq; ſequẽte alio uerbo aduerbiaſcit. Pſ. 36. Ceſſauit ſtrenuè benefacere. Ieremiæ 23. Ecce dies ueniunt, ait Iehoua, & excitabo Dauidi germen iuſtum, & regnabit rex, & ſtrenuè aget, &c. Ieſaiæ 52. Et gnauiter aget ſeruus meus, &c. 1. Samuelis 18. Egreſſus Dauid, quocunq; eum mitteret Saul, gnauiter agebat. Pſal. 94. Et inconſtantes quando gnauiter agetis. Pſalm. 101. Et conſtanter perſeuero in uia integra. Deuter. 32. Vtinam ſapientes eſſent, & ſtrenuè facerent hoc. 1. Paralip. 28. Omnia in ſcripto à manu Domini ad me gnauiter pertulit. Prouerb. 16. Cor ſapiens accuratè regit os ſuum.

Poſtremò in aliquot ſcripturæ locis uſurpatur cum affixo figuratè pro fortunatè, feliciter, proſperè facere ſeu efficere, eò quòd qui gnauus ac ſtrenuus eſt in rebus gerendis diuinitùs ſibi demandatis, Dei benedictione proſperos ſucceſſus habeat. Deut. 29. Cuſtodietis itaq; uerba pacti huius, & facietis ea, ut feliciter faciatis quæ egeritis. 1. Reg. 2. Obſerua iudicia & teſtimonia eius, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſi, ut feliciter tranſigas omnia, quæcunq; feceritis. Ioſ. 1. Non recedas à conſtitutione ſiue ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, ut feliciter agas in omnibus quæ inſtituis. Itẽ abſolutè. Ioſ. 1. Non recedet liber cõſtitutionis huius ab ore tuo, ſed mediteris in eo die ac nocte, ut accuratè facias iuxta omne quod ſcriptum eſt in eo, quia tunc proſperum reddes iter tuum, & tunc feliciter ages. Prouer. 17. Lapis precioſus in oculis habentis illum, quocunq; ſe uerterit feliciter aget.

Participium præſens maſculini generis מַשְׂכִּיל, quod tamẽ ſæpè quoq; nominaliter accipit̃. Prouer. 21. Animaduertit iuſtus ad domũ improbi, & præcipitat improbos in malũ. Pſ. 41. Beatus qui attẽtus eſt ad exhauſtũ, in die mala liberabit eũ Iehoua. Prou. 16. Conſiderans ſuper re, inueniet bonũ. 1. Sam. 18. Et fuit Dauid in uijs ſuis gnauus ualdè. Et mox iterũ: Et uidens Saul, q; eſſet gnauus ualdè. Iob 22. Nunquid deo cõmodabit fortis, aut cõmodabit ipſi ſtrenuus. Pſal. 14. An eſſet attentus quærens Dominũ. Prou. 10. Colligit in æſtate filius gnauus, ſed dormitat in meſſe filius מֵבִישׁ ignauus. Similiter Pro. 17. Seruus gnauus dominabit̃ in filiũ ignauũ. Amos 5. Qui cõſiderans eſt in tẽpore illo, tacebit. Legitur tamẽ ſemel iuxta uerbũ poſitũ aduerbialiter, Pſal. 47. Pſallite cõſideratè. Porrò in titulis Pſalmorum tredecies legit̃, & ſignificare puto genus carminis, q. d. heros ſeu heroicũ. Et pluraliter מַשְׂכִּילִים. 2. Paral. 30. Qui induſtrij erant, affectu bono erga Iehoua. Dan. 1. Induſtrij in omni ſapiẽtia. & ca. 11. Et ex induſtrijs aliqui impingẽt. In ſtatu regiminis מַשְׂכִּילֵי. Dan. 11. Et obſeruare faciẽtes populũ, & facientes intelligere multos. Et participiũ ge. fœ. מַשְׂכָּלֶת. Prou. 19. Ab Iehoua uxor ingenioſa ſeu induſtria.

INDE NOMINA:

שֵׂכֶל Nomen habens ſubſcripta quinq; pũcta, ingeniũ, induſtria, prudentia, ſolertia, attẽtio. 1. Paral. 22. Verũtamen dabit tibi Iehoua ingeniũ, & intelligentiam. Prou. 23. In aures ſtulti ne loquaris, quoniã deſpiciet obſeruationem dictorum tuorũ, id eſt non obſeruabit dicta tua: ſeu, deſpiciet obſeruare dicta tua. Prouerb. 19. Induſtria hominis differt iram ſuã. Et quãdo conſtruitur cũ adiectiuo טוֹב, tum accipitur pro affectu, ſeu uoluntate. Pſal. 111. Voluntas bona omnibus facientibus eam. Prouerb. 3. Inueni gratiam & uoluntatem bonam in oculis dei & hominum.

שֶׂכֶל Cum ſex punctis. 1. Para. 26. Et cécidit ſors ab Oriẽte pro Smeiahu & Zachariahu filio

filio eius conſiliario cum induſtria.Eſdræ 8.Virum induſtriæ.Nehe.8.Et legerũt in libro in conſtitutione dei clarè,ut qui apponerent induſtriam,intelligerent lectionem. Et in diſtinctione mutat prius ſægol in cametz.Iob 17.Quoniã cor eorum abſcondiſti ab induſtria. Et cum nomine adiectiuo טוֹב. 1.Sa. 25. Eratq; mulier illa boni ingenij,& pulchræ formæ. In ſtatu affixorũ mutat prius ſægol in hirik,& alterum in ſeua.Prouer.12.Propter induſtriam ſuam commendatur uir.

הַשְׂכֵּל Formam habet infinitiui,& ſignificationem nominis.Iob 34.Et uerba eius non in induſtria.Prou.1.Vt accipias diſciplinam induſtriæ.& cap. 21.Homo errans à uia induſtriæ.Iere.3.Et paſcent uos ſcientia & induſtria. Dan.1.Dedit deus ſcientiã & induſtriam in omni literatura & ſapientia.

שִׂכְלוּת Eccleſ.1.Et appoſui cor meum,ut cognoſcerem ſapientiam,& ſcientiam, & induſtriam.

1825 שכם Huius uerbi uſus eſt tantũ in tertia coniugatione הִשְׁכִּים, atq; ſignificatione congruit cum uerbis uoce affinibus שׁוּם שָׂם, niſi quòd modo tantùm ſignificandi inter ſe diſcrepent:hoc noſtrũ etiam ſignificat ſurgere, ſed manè, ideo abſolutè uolui uerbo manicare uertere,ſicut Lucæ 21.eſt uſurpatũ:Et omnis populus manicabat ad eum in templo,&c.Et eius uſum approbat Gellius lib.3.cap.29. In alijs locis ubi apponitur nomen בֹּקֶר, uerbo ſimplici ſurgendi uertã. Primũ ponã exempla ubi abſolutè ponitur.2.Sam.15.Et manicauit Abſolom,& ſtetit iuxta latus portæ.Gen.19.Et manicate ituri uiam ueſtram.Exo.32.Et manicauerunt de craſtino.Ioſue 6.Et manicauerunt cùm aſcenderet aurora.1.Sa.17.Et acceſſit Philiſtæus ille manicando,& adueſperaſcendo,& ſiſtebat ſe quadraginta diebus.Cant.7.Manicabimus ad uineas.Iere.7.Et loquebar ad uos manicando,& loquendo.Zoph.3.Verùm illi manicauerunt,proſtrauerunt omnia ſtudia ſua. Exempla ubi cum nomine בֹּקֶר cõſtruitur.Gen.19.Et ſurrexit Abimelech manè.Exo.8.Surge manè, & ſiſte te corã Pharaone.Ioſue 3.Et ſurrexit Ioſua manè.1. Sam. 15.Et ſurrexit Samuel obuiã Saul manè.2.Reg.3.Et ſurrexerũt manè,& ſol exortus erat ſup aquas.

Participium præſens מַשְׁכִּים, quo utũtur Hebræi iuxta aliud uerbum poſito aduerbialiter pro manè.Iere.5.Velut equi ſaginati manè fuerũt. Oſeæ 6.Et ſicut ros manè abiens. Et pluraliter in forma regiminis מַשְׁכִּימֵי. Pſal. 127. Vanum uobis manè ſurgendo,tardè ſedendo.Ieſa.5.Væ illis qui manè ebrietatem ſectantur.

INDE NOMINA:

שְׁכֶם Pars corporis humani erectior & ſublimior,in quam ceruix deſinit,& apta eſt geſtandis oneribus:Latini humerum uocãt.Gen.9.Et poſuerunt ſuper humerũ duo illi.& cap.48.Et ego dedi tibi humerum unum ſupra fratres tuos, quem accepi de manu Amorræi in gladio meo,& in arcu meo. ubi ad Sichem reſpiciens, partem ſic uocat,ſeu portionẽ ſupererogationis,eodem modo,quo חֵת quoq; partẽ ſignificat figuratè.Zophoniæ 3. Vt ſeruiant ei humero uno. Et in diſtinctione ſententiæ legitur utrinq; ſægol שֶׁכֶם. Pſal.21. Pones eos humerum. Et in ſtatu affixorum mutatur prior uox in hirik, & ſægol in ſeua. Gen. 21. Poſuit ſuper humerum eius.1.Sam.9.Et humero ſuo & ſuprà,altior erat cuncto populo.

שִׁכְמָה Humerus.Iob 31.Scapula mea ab humero decidat.

שְׁכֶם Nomen uiri Hiuei,filij Hemor,Gen.34.Et ſimul oppidi illius,Gen.35. Fit & mentio loci Sichem,Gen.12. Et cũ he locali legitur Oſeæ 6.Et cõciliabulũ ſacerdotũ in uia trucidant Sichem uerſus. Ad quẽ locũ reſpicit & alludit Chriſtus Lucæ 10.

1626 שכן Et in diſtinctione ſentẽtiæ שָׁכֵן, adhabitauit,cohabitauit, cõmoratus eſt, iuxtà aliquis habitauit, ſeu manſit, in uicinia cohabitauit: ac ſignificatione congruit cum uerbis שָׁכַן גּוּר דּוּר, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differant. Exod. 20.Quia cohabitauit ſuper illo nubes. 2. Samuelis 7. Et cohabitabit in loco ſuo. Deuteron.33.Ipſi Beniamin dilectus Iehoua cohabitabit confidenter iuxta eum. Et mox iterum: Et inter humeros ſuos cohabitabit. Pſalm. 120. Multùm cohabitauit ſibi anima mea,id eſt, uidetur animæ meæ, quòd longo tempore cohabitauerit cùm odientibus pacem.Ieremiæ 51. Cohabita in terra. Pſalm. 37. Cohabita terram

terrā.Iob 29.Et cohabitabo tanquā rex.Pſ.139.Si cohabitauero in nouiſſimo maris.Iob 15.Et cohabitauit urbes.Num.9.Cohabitabit tibi nubes.Pro.7.Tumultuaria eſt,& uagabunda,in domo ipſius non cohabitabunt pedes eius,i.conſiſtent.

Participium præſens שֹׁכֵן. Gen.14.Et ipſe cohabitabat.Numeri 5.Ego cohabito in medio eorū. Et cum iod paragogico שֹׁכְנִי attributum dei.Deut.33.Et beneuolentia cohabitatoris rubi. Et pluraliter שֹׁכְנִים.Ieremiæ 25.Qui cohabitant in deſerto. Atq; in ſtatu regiminis ac affixorum שֹׁכְנֵי.Ieſ.18.Cohabitatores terræ.Iob 25.Cohabitatores earum. Legitur quoq; שְׁכוּנֵי forma participij præteriti,Iudic.8.Et aſcendit Giddeon uia cohabitantium in tabernaculis.

In ſecunda coniugatione שִׁכֵּן.Pſ.78.Tabernaculū in quo cohabitauit inter homines.Ier.7.Tabernaculum in quo cohabitare feci nomen meum in principio.Et iterum:Cohabitare faciam uos in loco iſto.Num.14.Leuaui manum meam ut cohabitare facerem uos in ea.Ieremiæ 7.Et cohabitare faciam uos in loco iſto.

In coniugatione quadrata שׁוֹכֵן.Ieremiæ 22.Cohabitaſti iuxta aquas.

In tertia coniugatione הִשְׁכִּין.Ezech.32.Cohabitare faciam ſuper te omnem ouem.Geneſis 3.Et cohabitare fecit,&c.Cherubim.Pſalm.7.Et gloriam meam in puluere cohabitare faciet.Iob 11.Et ne cohabitare facias in tabernaculo tuo iniquitatem.Pſalm.78.Et proiecit eis funiculum hæreditatis,& fecit cohabitare in tabernaculis illorum baculos Iſrael.

INDE NOMINA:

שָׁכֵן Nomen participiale,adhabitator,cohabitator,uicinus.Prouerbio.27.Melior eſt cohabitator propinquus,quàm frater longinquus. In ſtatu regiminis שְׁכַן.Oſeæ 10.Pauebit cohabitator Samariæ. In ſtatu affixi mutat cametz in ſeua,ſeruata uoce zere.Exo.12.Capiet ipſe etiā cohabitatorē ſuū. Et pluraliter שְׁכֵנִים:Et in ſtatu affixorū שְׁכֵנָי.Ier.49.Et fratrē eius,& cohabitatores eius.2.Reg.4.Ab omnib. cohabitatorib. tuis. Et in gen. fœ.שְׁכֵנָה,cohabitatrix.Exo.3.Et poſtulabit unaquæq; à cohabitatrice ſua. Et plur.שְׁכֵנוֹת.Ruth 4.Et uocauerūt eā cohabitatrices.

מִשְׁכָּן Cohabitaculū.Exo.26.Et erit cohabitaculum unum.2.Sam.7.Et in cohabitaculo.Num.1.Et in circuitu cohabitaculi caſtrametabūtur. In ſtatu regiminis מִשְׁכַּן. Num.1.Et cuſtodient Leuitæ cuſtodiā cohabitaculi teſtimonij.1.Paral.21.Et cohabitaculū Iehoua. In ſtatu affixorū ſeruat pūcta quæ in ſtatu abſoluto habet inuariata.Ioſue 22.Corā cohabitaculo eius.Leuitic.26.Et ponā cohabitaculū meum in medio ueſtri,beywonung. Et plur.מִשְׁכָּנִים Pſ.46.Sanctū cohabitaculorū Altiſſimi. Et in ſtatu affixi.Eze.25.Et ponēt in te cohabitacula ſua. Legit̃ quoq; forma מִשְׁכָּנוֹת.Hab.1.Ad poſſidendū cohabitacula nō ſua. Atq; in ſtatu regiminis & affixorū מִשְׁכְּנוֹת.Can.1.Iuxta cohabitacula paſtorū.Ieſ.32.Et in cohabitaculis fiduciæ.Ier.30.Et cohabitaculorū eius miſerebor.Pſal.132.Cohabitacula tua Iſrael.

לִשְׁכָּה Tranſpoſitione,& mutatione literarū ſymbolicarū facta nun & lamed,conclaue,cohabitaculū,adhabitaculū,exedra ad templū Domini,pro reponendis ueſtibus,ſacrificijs,donarijs,& uaſis ſacris infernè adędificata. Vulgaris editio uertit Exedra,eò quòd foris ad templū erant extructa talia conclauia ſeu tales thecæ.Ezech.40.Et exedra & ianua eius.Nehe.3.Et fecerat ei exedrā magnam.Et mox iterū:Et proieci omnia uaſa domus Tobiæ foràs extra exedrā. In ſtatu regiminis לִשְׁכַּת.2.Regū 23.In introitu dom' Iehoua ad exedrā Nethanmelech.Eſdrę 10.Et abijt ad exedram Iehochanan. Et cum he importante motū ad locum לִשְׁכָּתָה.1.Sam.9.Et introduxit eos in exedram. Et pluraliter לְשָׁכוֹת.Ezech.40.Triginta exedras ſuper pauimento.1.Paralip.9.Qui erant ſuper exedras,& ſuper theſauros domus Iehoua.Ezech.42.Et dixit ad me,exedræ Aquilonis,& exedræ Meridiei.

נִשְׁכָּה Facta literarū tranſpoſitione,eiuſdē cum ſuperiore לִשְׁכָּה ſignificatiōis,ſicut uidere licet ex Nehemiæ cap.13.ubi indifferenter nūc לִשְׁכָּה,nūc נִשְׁכָּה uſurpatur.Interpretes alij Gazophylaciū,alij παστοφόριον,id eſt porticū portę,alij exedrā,alij chalamū,alij cubiculū reddiderūt.Nehe.13.Et reuerſus in Ieruſalē, deprehēdi malū qđ fecerat Elia ſub Tobia faciēdo ſibi exedrā in atrijs domus dei.pro quo ſtatim legitur

gitur לִשְׁכָּה. Et in ſtatu affixi. Nehem.3. Poſt hunc Meſullam filius Berechiæ iuxta exedram ſuam. Et pluraliter נִשְׁכֹּת. Nehe. 12. Præfecti ſunt in die illa ſuper exedras pro recondendis leuandis, primitijs & decimis, quas colligebant in eas pro ſacerdotibus & Leuitis, &c.

שְׁכִינָה Magiſtri Hebræorum uocant hoc nomine maieſtatem diuinam, quòd illa uidelicet adſit & cohabitet Eccleſiæ ſuæ ubiq; locorum.

שַׂכִּין Vide ſuprà in themate שׂוּךְ.

1627

**שָׁכַר** Ebrius fuit, inebriatus fuit, temulentus fuit. Ieſa. 29. Inebriati ſunt & non uino. Gen. 9. Et bibit de uino, & inebriatus fuit. Ieſa. 49. Et quaſi muſto, ſanguine ſuo inebriabuntur. Cantic. 5. Bibite & inebriamini dilecti. Malach. 1. Comedere, & nō ad ſaturitatem: bibere, & non ad inebriandum, id eſt ad ebrietatem.

Participium preteritum generis fœminini, & forma ſtatus regiminis שְׁכֻרַת, pro שְׁכֻרָה. Ieſa. 51. Audi nunc iſtud afflicta & inebriata, ſed non à uino.

In ſecunda coniugatione שִׁכֵּר. 2. Samuel. 11. Et inebriauit eū. Ieſa. 63. Et inebriabo eos in ira mea. Habakuk 2. Et etiam inebriando.

Participium præſens generis fœminini מְשַׁכֶּרֶת. Ier. 5. Calix aureus Babel in manu Iehoua inebrians omnem terram.

In tertia coniugatione הִשְׁכִּיר, inebriare fecit, ebrium fecit. Ieremiæ 51. Inebriare faciam principes eius. Deuter. 32. Inebriare faciam ſagittas meas ſanguine. Iere. 48. Inebriabo eum.

In quarta coniugatione הִשְׁתַּכֵּר. 1. Sam. 1. Quandiu inebriaris, i. exhibes te ebriū.

INDE NOMINA:

שִׁכֹּר Ebrius. 1. Samuelis 25. Et ipſe ebrius erat ualdè. Ieſaiæ 24. Mouēdo mouebitur terra, ſicut ebrius. Ieremiæ 23. Fui ſicut uir ebrius. Et pluraliter שִׁכֹּרִים. Ioelis 1. Expergiſcimini ebrij. Et in ſtatu regiminis שִׁכֹּרֵי. Ieſaiæ 28. Væ coronæ ſuperbię, ebrijs Ephraim. Et in genere fœminino שִׁכֹּרָה. 1. Sam. 1. Et reputauit eam Eli ebriam.

שִׁכָּרוֹן Ebrietas. Ezechielis 23. Ebrietate & dolore repleberis. & cap. 39. Et bibetis ſanguinem ad ebrietatem.

שֵׁכָר Ebræis generaliter omnis potus factitius dicitur, qui inebriat. Interpretes reddiderunt parum deflexa uoce, ſicera: poteris uertere inebriatiuum, ſeu temetum. Numeri 10. Vinum & ſiceram non bibes. Numeri 6. A uino & ſicera ſeparabitur acetum uini, & acetum ſiceræ non bibet. Deuteron. 14. In uino, & in ſicera. Ieſaiæ 24. In cantico non bibent uinum, amara erit ſicera bibentibus eam. & cap. 5. Væ ſurgentibus manè ut ſiceram ſectentur. Et iterum: Vę potentibus bibendo uinum, & uiris ſtrenuis fundendo ſiceram. Pſal. 69. Et ad muſicam bibentes ſiceram. Prouer. 31. Nec regibus bibere uinum, aut principibus conuenit ſicera. At ſemel pro uino mero & pleno nec diluto ponitur, Num. 28. In ſanctuario fundes fundationem, ſiceram ipſi Iehoua. Porrò de uinis factitijs Plinius ſcribit lib. 14. cap. 16. Et illorum uſum fuiſſe apud Ægyptios teſtatur Diodorus Siculus libro primo. Inſuper apud Babylonios Herodotus refert ex palmis confecta eiuſmodi uina.

אֶשְׁכָּר Si non eſt peregrinum, tum ab iſto themate deriuatur, id eſt inebriatiuum, hoc eſt donum ſeu munus quo recreantur & exhilarantur homines, niſi malis deducere à ſequenti, quod tamen cum ſiniſtro ſcribitur, quaſi merces. Pſal. 72. Reges Tharſis & inſulæ munus reddent: Reges Scheba & Seba donū aſportabunt. Et cum affixo. Ezech. 27. Et Ebenum reddent munus tuum.

1628

**שָׂכַר** Modo tantùm ſignificandi differt à uerbis סָגַר סָכַר סָחַס שָׂרַת שָׂרַךְ, quæ ut concluſionē, & incluſionem, traditionem: ita quoq; hoc uerbum circumuentionem & concluſionem certo & circumſcripto precio ſignificat: quanquàm Latinè aliter reddi non poteſt, niſi mercede conducere, ceu circumſcribere, ne amplius liber, ſed alicui traditus & obſtrictus ſit. Deuteron. 23. Et quòd mercede conduxit contra te Bileam. 2. Reg. 7. Mercede cōduxit aduerſus nos reges Chitos. Gen. 30. Mercede conducendo conduxi te. Iud. 9. Et dederunt ei ſeptuaginta argenteos de

domo

domo Baal Berith,& conduxit cum illis Abimelech uiros leues.Ieſaiæ 46. Et mercede conducent conflatorem.

Participium præſens שֹׂכֵר.Prouer.26.Magiſter format omnia, at conducẽs mercede ſtultum,conducit etiam tranſitores. Et pluraliter שֹׂכְרִים.2.Paralipo. 24.Et fuerunt mercede conducentes dolatores.Eſdræ 4.Et mercede conducebant contra eos conſiliarios.

Participium præteritum שָׂכוּר. Nehe.6.Quia mercede conductus erat.

In uoce paſſiua נִשְׂכָּר.1.Sam.1.Saturi pro pane conducti fuerunt.

In quarta coniugatione הִשְׂתַּכֵּר,& legitur in ea tantùm participium מִשְׂתַּכֵּר.Haggei 1.Et qui mercede meret merens multum ad loculum perforatum.

INDE NOMINA:

שָׂכִיר Mercede conductus,mercenarius. Leuit.9. Non pernoctabit opus mercenarij apud te.Iob 7.Sicut mercenarius,expectabit opus ſuum. Et pluraliter שְׂכִירִים.Iere.46.Etiã mercenarij eius in medio ipſius. Et in genere fœminino שְׂכִירָה.Ieſa. 7.Radet Iehoua eum nouacula mercenaria.

שָׂכָר Merces.Num.8. Merces erit pro opere ueſtro.Ezech. 29. Et merces non erit ei.Pſ. 127.Ecce hęreditas Iehoua,filij merces fructus uẽtris,id eſt,liberi ſunt merces propter quam connubium contrahitur. In ſtatu regiminis שְׂכַר.Malachię 3.Qui defraudant mercedem mercenarij. Et in ſtatu affixorũ mutat prius cametz in ſeua, alterum ſeruat inuariatum.Gen.15. Ne metuas Abram, ego protectio tua, & merces tua multa ualdè.& cap.30.Dedit deus mercedem meam.

שֶׂכֶר Merces.Prouer.11.Et ſeminanti iuſtitiam,merces certa.Ieſaię 19. Omnes facientes pro mercede ſtagna animarum.

מַשְׂכֹּרֶת Merces.Et cum affixo mutat holem in kybutz. Gen. 29.Indica mihi, quæ ſit merces mea.& cap.31.Mutauit mercedem meam.

שְׂרוֹךְ Liga,qua calceus pedi conſtringitur,corrigia.Et de eo uide ſuo in loco.

אֶשְׁכָּר Vide in themate שָׂכַר.

1629

שלל Deſpoliauit,expoliauit, detraxit. Et ſignificatione congruit cũ uerbis יָשַׁל נָשַׁל לָשַׁן נָשַׁל שָׁלָה,niſi quòd ut forma, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe uarient. Ezech.29.Et deſpoliabit ſpoliũ eius. Habakuk 2.Deſpoliaſti gentes multas. Ezechiel.26.Et deſpoliabunt ſubſtantiam tuam.Ruth 2.Deſpoliando deſpoliabitis ei de manipulis,id eſt detrahetis ex manipulis.

Participium præſens שֹׁלֵל,quod pluraliter שֹׁלְלִים legitur.Zach.2.Poſt gloriã miſit me ad Gentes,quæ deſpoliant uos. Et cum affixo.Ezech. 39. Et deſpoliabũt deſpoliatores eorum.

In uoce paſſiua יִשַּׁל. Deut.28.Et oleo non ungeris,quia deſpoliabit̃ olea tua.

In ſecũda cõiugatione שִׁלֵּל.Habakuk 2.Deſpoliabũt te oẽs reliquię populorũ.

In quarta cõiugatione הִשְׁתּוֹלֵל.Pſal.76.Deſpoliati ſunt robuſti corde.ubi aleph ponitur loco he.

Participium maſculini generis מִשְׁתּוֹלֵל.Ieſa.59.Et qui recedit à malo, deſpoliat ſe,id eſt præbet ſe alijs deſpoliandum.

INDE NOMINA:

שָׁלָל Spolium.Gen.49.Et in ueſpera diuidet ſpolium.Num.31. Et tulerũt omne ſpoliũ. In ſtatu regiminis שְׁלַל.Deut.20.Et comedes ſpolium inimicorum tuorũ.1.Sam. 30.Hoc eſt ſpolium Dauidis. In ſtatu affixorum mutat prius cametz in ſeua,altero plerunq; ſeruato.Deut.13.Et omne ſpolium eius congregabis.2. Paralip. 24. Et omne ſpolium eorum miſerunt regi.Ieſa.33.Et congregabitur ſpolium ueſtrum.

שׁוֹלָל Spolium.Iob 12.Qui abducit conſiliarios,ſpolium.Et ibidem iterum:Qui abducit ſacerdotes ſpolium.

1630

שלב Significatione arbitror quadrare cum שבל, niſi q̄ ut tranſpoſitione literarũ, ita modo ſignificãdi diſcrepẽt. Legitur uerbaliter tantùm participiũ paſſiuę uocis ſecundę coniugationis,generis fœminini,pluralis numeri מְשֻׁלָּבֹת,quod inter-

pretes tam Iudæi, quàm Chriſtiani uariè tranſtulerunt: ſignificat aũt laminas tranſmiſſas. Exod. 26. Duas manus tabulæ uni tranſmiſſas unã ad alterã ſibi proximam.

INDE NOMEN,

שְׁלַבִּים Nomen pluralis numeri, tranſmiſſuræ, id eſt, leiſten, laminę tranſmiſſę in extremitatibus. 1. Reg. 7. Et iuxta clauſuras quæ erant inter tranſmiſſuras, erant leones, boues & Cherubim, & iuxta tranſmiſſuras ſimiliter supernè.

1631 שלג Nix, à glabricie, ſeu politie, quam habet poſtquàm ſuper terram cécidit: nam cognationem habere arbitror ſignificatione cum uerbo גָּלַשׁ, tranſpoſitis tãtùm literis, ut ſuprà quoq; indicauimus. Ieſ. 1. Si fuerint delicta ueſtra ſicut coccinum bis tinctum, quaſi nix albeſcent. Pſalmo 51. Lauabis me, & ſupra niuem albus ero. Pſal. 147. Qui dat niuem ſicut lanam. Et in diſtinctione ſententiæ שָׁלֶג. Exod. 4. Et ecce manus eius erat ſicut nix. Iob 9. Si lauero me aquis niuis. Prouerbiorum 31. Non timet domui ſuæ à niue.

INDE VERBVM,

הִשְׁלִיג Niueſcebat, id eſt, candeſcebat ut nix. Pſal. 68. Cùm expandit omnipotens reges in ea, candeſcet in Zalmon.

1632 שלה Saluus, felix, fortunatus fuit acceſſiõe bonorũ, affluebat bonis. Et differt tãtùm ut forma, ita modo ſignificãdi à uerbis שָׁלַל נָשַׁל יָשַׁל, quæ detractionẽ ſeu deſpoliationẽ cõtrario modo ſignificãt. Iob 3. Nõ fortunatus erã, neq; ocioſus. Iere. 12. Quare fortunati ſunt præuaricatores. Thr. 1. Inimici eius fortunati erãt. Iob 12. Affluũt bonis tentoria uaſtantiũ. Pſ. 122. Fortunati ſunt & affluũt bonis diligentes te.

In uoce paſſiua נִשְׁלָה, per metalepſin ſignificat ſecurum eſſe, ocium agere, pigreſcere, ut ſolent homines qui ſunt fortunati & bonorum abundantia fruuntur. 2. Paralip. 29. Filij mei ne pigreſcatis.

In tertia coniugatione הִשְׁלָה, ocioſum reddidit. 2. Reg. 4. Nónne dixi, ne ocioſum facias me, id eſt, ſecurum, ſcilicet promiſſis.

INDE NOMINA:

שָׁלֵו Saluus, felix, proſper, fortunatus, opulentus. Iob 16. Fortunatus eram, ſed labefactauit me. & ca. 21. Hic moriẽ in illa perfectióne ſua, totus ipſe trãquillus et fortunatus. Et in abſtracto. Iob 20. Et nõ cognouit abundantiã in uentre ſuo. Ezech. 23. Et uox multitudinis & abundantia in ea. Sic cũ affixo. Pſ. 30. Et ego dixi in felicitate mea. Et pluraliter in ſtatu regiminis שַׁלְוֵי. Pſal. 73. Et fortunati ſeculi apprehendunt facultates. Et in genere fœminino שְׁלֵוָה. 1. Paral. 4. Et terrã latã utrinq; & trãquillã & opulentã. Zach. 7. Cùm adhuc Ieruſalẽ habitabilis & opulẽta eſſet.

שְׁלֵיו Opulentus. Iere. 49. Aſcendite ad gentem opulentam, & habitantem in ſecuritate.

שְׂלָו Coturnix, auis ſic dicta, quòd in abundãtia frumenti ocioſa, & (ut Apologus Æſopicus indicat) quieta et ſecura deſideat, & luxui dedita corporis pinguedine ingrandeſcat. Exo. 16. Et factum eſt ueſperè, & aſcendit coturnix, operuitq; caſtra. Num. 11. Et collegerunt coturnicem. Pſ. 105. Poſtulauit, & adduxit coturnicẽ. Et pluraliter שַׂלְוִים. Num. 11. Et uentus profectus eſt à Iehoua, & auulſit coturnices.

שַׁלְוָה Salus, fortuna, felicitas, proſperitas, abũdantia. Pſ. 122. Proſperitas in mœnijs tuis. Prou. 17. Melior eſt buccella arida & tranquillitas cum ea, quàm domus plena uictimis rixæ. Dan. 8. Et in proſperitate diſperdet multos. & cap. 11. Et ueniet in proſperitate, & occupabit regnũ blanditijs. Et in regimine שַׁלְוַת. Prou. 1. Et proſpẽritas ſtultorũ auferet eos. Ezech. 16. Et proſperitas tranquillitatis. Et pluraliter שַׁלְוֹת. Iere. 22. Loquutus ſum ad te in proſperitatibus tuis.

שַׁל Securitas, temeritas. 2. Sam. 6. Et percuſſit eum ibi deus propter temeritatem.

שֶׁלִי Tranquillitas, ſecuritas. 2. Samu. 3. Et deduxit eum Ioab ad mediũ portæ, ut loqueretuř cum eo in tranquillitate.

שִׁלְיָה Secunda ſeu ſecundina, mẽbrana illa, qua fœtus obuolutus utero prodit, Hebræis ſic dicta, quòd embryo in ea ſecurè iaceat ac uiuat. Deut. 28. Et in ſecundam ſuam, quæ egreſſa eſt de intrà pedibus ſuis.

שִׁילֹה Saluator, felix, proſper, fortunatus, fauſtus, auguſtus cui proſperè debebãt ſuccedere

dere omnia contra mundi ſapientiam & potentiam,contra peccatũ,mortem, diabolũ,adeoq́ oẽs portas inferorum, ac ſpoliatos principatus & poteſtates oſtẽtare palàm triũphãdo de illis per ſemetipſum.Germanicè uertere poteris wolfart,atq́ hac appellatione & epitheto Iacob patriarcha inſignire uoluit & nobilitare Ieſum Chriſtũ regẽ & ſaluatorẽ noſtrũ,Gen. 49. Non auferetur ſceptrũ de tribu Iuda, & legiſlator de medio pedum eius,donec ueniat Silo, &c. pro quo Chaldæus uertit מְשִׁיחָא, Hieronymus uertit mittẽdus. Hic eñ mittẽdus erat,ut nos à funeſta morte liberaret,quã per tranſgreſſionẽ Adæ uniuerſum genus humanũ cõtraxerat. Nec ſine cauſa Ioãnes Euãgeliſta hãc uocẽ quoq́ exponit cap.9.nimirũ,ut myſteriũ indicaret.Porchetus & poſt eũ Petrus Galatinus & aliqui alij,qui illos ſequũtur,formãt à שִׁיל, qđ ſynecdochicè fœtũ ſignificare aſſerũt, & literã he eſſe pronomẽ generis fœminini, q̃ referat fœtũ ſeu filiũ illũ,non ex patre Iehuda carnali,ſed ex filia Iehudę,ſ.uirgine Maria naſciturũ ſine ſemine uirili.Et hęc quidẽ expoſitio cùm ex Grãmatica cõtra Latinos defendi nõ poſſit,eò q̃ he ſupraſcripto holẽ nõ ſit fœminini generis, neq́ inſigniat aut nobilitet Chriſtũ, illis relinquo q̃ piè ea delectanẽ. Porrò ego ſi primã nõ amplecterer, mallẽ amplecti Hieronymi expoſitionẽ, atq́ dicere tẽpeſtate ipſius ſcriptũ fuiſſe שִׁילַח,p oſtea uerò q̃ cũ Iudæi hac & ſimilibus uocibus à Chriſtianis urgerenẽ,nec haberẽt quod reſpondere poſſent, pro malitia & peruicacia ſua deprauaſſe,facta literarũ mutatione,ſicut & כארי deprauarũt Pſal. 22.& alias multas. Eſt & שִׁילֹה ſiue שִׁלֹו nomen loci,ſeu ciuitatis in tribu Ephraim, in qua erat arca,& tabernaculũ dei,& ſacerdos dei Eli,et ſacrificia deo offerebanẽ: ut 1.Sam.1.Eiusq́ ſitus deſcribitur Iud.21. Et aliàs ſæpè fit eius in ſcriptura mentio.

1633 **שָׁלַח** Miſit,dimiſit,emiſit:& differt modo tantũ ſignificãdi à uerbo שָׁלַךְ. Iud.6. Et nũcios miſit in uniuerſum Manaſſen. 2.Reg. 14. Tũc miſit Amazias nũcios.Gen. 24.Ipſe mittet angelum ſuum coram te. & cap.38. Et ipſa miſit ad ſocerũ ſuum. Itẽ cap.42.Beniamin uerò fratrẽ Ioſephi nõ miſit Iacob cũ fratribus ipſius.Thre.1.De excelſo miſit ignem in oſſa mea.Gen.28.Et dimiſit Izhak Iacobũ, abijtq́ ille in Meſopotamiã. Et eſt obſeruandũ, quòd quoties hoc uerbũ de manu dicaẽ, tantùm in prima cõiugatione.Gen.3.Et ne mittat manũ ſuã,& accipiat de arbore uitæ. Geneſ.8.Et miſit manũ ſuã,& tulit eã. Gen. 18. Et miſerũt manũ ſuã,& introduxerunt Lot. Iud. 5. Manũ ſuã ad clauum mittebat. ubi tamen pluralis numerus poniẽ pro ſingulari: fortè carminis cauſa dictio producta eſt. Deinde aliquãdo in bonã partẽ accipiẽ in oratione affirmatiua.Prou.31.Et manus ſuas mittit pauperi. Sed plerunq́ tamen in malum uſurpatur,maximè in oratione negatiua.Exo.24.Ad principes filiorum Iſrael non miſit manum ſuam: uideruntq́ deum, & comederunt & biberunt. Gen.37.Proijcite eum in ciſternam illam, quæ eſt in deſerto, & manum ne miſeritis in eum.1.Sam.22. Et noluerunt mittere manũ ſuam, ut irruerẽt in ſacerdotes Iehoua.Iob 1. Tantùm ad ipſum non mittas manum tuam. Pſal. 138. Contra iram inimicorum meorum mittas manum tuam,& ſaluabis me dextera tua.

Participium præſens שׁוֹלֵחַ. Ezech.2.Mitto ego ad te. Reliqua omnia ſcripta ſunt abſq́ uau.Exo.9.Ego mitto omnes plagas meas in cor tuũ.& ca. 23. Ecce ego mitto angelum meũ corã te.2.Sam.24. Conſidera & uide,quale reſpondeã mittenti me uerbum.2.Reg.1.Nunquid non eſt deus in Iſrael,q̃ tu mittis inquirere Baalzebub.Iob 5.Ipſi mittit aquas ſuper ſuperficiem platearum. Et pluraliter שֹׁלְחִים. Iere.42.Ad quem nos mittimus te.Prouer.10.Sic eſt piger mittentibus eum.

Participiũ præteritum שָׁלוּחַ.1.Reg.14.Et ego miſſus ruus. Ezech. 3. Ad populũ profundi labij,& grauis linguæ tu es miſſus. Et in genere fœminino שְׁלוּחָה. Geneſ.32.Munus eſt miſſum ſuſtẽtatori meo.Ezech.2.Er ecce manus miſſa eſt ad me.

Gen.49.legiẽ שְׁלֻחָה:Naphthali cerua dimiſſa,dans ſermones pulchritudinis. Et pluraliter שְׁלֻחוֹת. Ieſaiæ 16.Errauerunt in deſerto emiſſiones eius, & diſperſæ ſunt, tranſieruntq́ mare,id eſt,propagines.

In uoce paſſiua נִשְׁלַח. Legitur ſemel,quanquàm irregulariter,Eſther 3.Et miſſæ ſunt literæ per manus curſorum.

In ſecūda cōiugatione שִׁלַּח aliquādo ſignificat ſimpliciter mittere, dimittere, emittere. Gen. 19. Et miſit nos Iehoua ut perdamus illū locū. & cap. 8. Et emiſit columbā à ſe. ca. 12. Et emiſerūt eū & uxorē ipſius, & omnia quę erāt ei. ca. 18. Abrahā aūt ambulabat cū eis, ut illos dimitteret, i. deduceret. cap. 24. Dimitte me ad ſuſtentatorē meū. ca. 30. Dimitte me, ut uadā ad locū meū. Item 26. Dimittamus te in pace. Pſ. 81. Et dimiſi eū in prauitate cordis ſui. Gen. 37. Et dimiſerunt tunicā filorū, ut reportarēt ad patrē. Ier. 38. Et tulerūt Ieremiā & deiecerūt eū ad lacū, &c. & demiſerunt Ieremiā funibus. ubi cognoſcitur diſcrimē inter שִׁלַּח & שָׁלַךְ. Pſ. 80. Emiſit palmites ſuos uſq; ad mare. Ezech. 17. Et emiſit frōdes. & cap. 31. Et extēſæ ſunt frondes eius propter aquas multas, cùm emitteret ipſa. Ieſ. 27. In menſura cùm emiſerit ipſa, iudicabis eā. Ezech. 44. Et cæſariem nō emittent. Iob 21. Emittūt uelut oues pullos ſuos. Nehem. 4. Nos nō exuebamus ueſtimēta noſtra, quiſq; intermiſit ipſe aquas, i. lotionē. Aliquādo tamē etiā duriorē habet ſignificationē quàm in prima, & ſignificat quandā, uel celeritatē miſſionis, uel coactionē & uim. Gen. 3. Et emiſit eum Iehoua deus ex horto Eden. quod poſtea exponit uerbo גרש, i. expulit. Gen. 26. Quare ueniſtis ad me, cùm tamē oderitis me, & dimiſeritis me à uobis, id eſt expuleritis. Deu. 24. Scribat illi libellū repudij, & det in manū eius, & dimittat eā è domo ſua. Hoc Matt. interpres uertit uerbo ἀπολύσῃ, i. repudiauerit. Sic etiā ca. 9. Rogate dominū meſſis, ut extrudat operarios in meſſem ſuā. reddidit uerbo ἐκβάλῃ. Sunt præterea aliquot loci, in quibus eſt hypallage. Iud. 1. Et ciuitatem miſerunt in ignē. & ca. 20. Sed & omnes ciuitates inuentas miſerūt in ignem. 2. Reg. 8. Munitiones eorum mittas in ignem. Pſal. 74. Miſerunt in ignē ſanctuaria tua. Quanquàm contrà aliquot loci ſunt in quibus iſta phraſis non uſitata eſt. Oſeæ 8. Et mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit palatia eius. Amos 1. Mittam ignem in domum Hazael. Et mox iterum: Mittā ignem in murū Gazæ.

Participium præſens מְשַׁלֵּחַ. Gen. 43. Si tu mittis fratrē noſtrum nobiſcum. Exo. 8. Si tu non dimittis populū meum. Prou. 6. Et qui mittit diſcordias inter fratres. Item מְשַׁלֵּחַ. Pſal. 104. Ipſe mittit fontes in fluuios. Et pluraliter מְשַׁלְּחִים. 1. Sa. 6. Si mittitis arcam dei Iſrael. Ieſaiæ 32. Immittentes pedem bouis, & aſini.

Participium præteritum מְשֻׁלָּח. Prou. 29. Et puer dimiſſus pudori eſt matri ſuæ, id eſt, qui dimiſſus eſt uoluntati ſuæ ſine caſtigatione, & diſciplina. Ieſ. 16. Et erit ſicut auis uaga, nido dimiſſa. Ieſa. 27. Ciuitas munita erit, ut ſolitarium habitaculum dimiſſum & derelictum, ſicut deſertum.

In uoce eius paſſiua שֻׁלַּח. Abdiæ 1. Et legatus in gentes miſſus eſt. Iob 18. Quia miſſum eſt rete in pedibus eius. Dan. 10. Miſſus ſum ad te. Geneſ. 44. Illuceſcente igitur mane, uiri emiſſi ſunt ipſi, & aſini ipſorum. Prouer. 17. Improbus nihil aliud quærit, quàm malum, & nuncius crudelis mittetur in eum.

In tertia coniugatione הִשְׁלִיחַ. Ezech. 14. Et mittam in illam famem. Amos 8. Et mittam famem in terram. 2. Regum 15. In diebus illis cœpit Iehoua mittere in Iehudam Rezin regem Syriæ.

Participiū pręſens מַשְׁלִיחַ. Exo. 8. Ecce ego mitto in te & in ſeruos tuos, inſecta.

INDE NOMINA:

שֶׁלַח Miſſile, iaculū, telū, pila, mucro oblōgior & protēſior. Nehe. 4. Vna manu ſua faciebāt opus, & altera tenebāt mucronem. Iob 33. Retrahit animam eius à fouea, & uitā eius, ne irruat in mucronē. & cap. 36. In mucronē irruēt. Ioel. 2. Et ſi in mucronem impegerit, non uulnerabitur. 2. Paralip. 23. Et fecit mucronē in copia & ſcuta. ubi poſitū eſt collectiuè. Et iterum: Et quiſq; habebat mucronem ſuū in manu ſua.

שֶׁלַח Nomen eſt appellatiuum piſcinæ, cuius fit mentio Nehemiæ 3. Sed & murum piſcinæ Siloah iuxta hortum regis ædificauit. Ieſ. 8. Pro eo quòd reiecit populus iſte aquas Siloah, quæ uadunt ſenſim, & lętatur ſuper Rezin, & filio Remaliahu: ideo Iehoua adducet ſuper eos aquas fluuij fortiſſimas & multas, nempe regem Aſſyriæ & omnem exercitum eius, &c. Et haud dubiè ea eſt cuius Ioannes in ſuo Euāgelio meminit cap. 9. in qua iubet cæcum lauare Chriſtus, ſic inquiens: Vade laua

in

in piſcina Siloam,quod,ſi interpreteris, ſonat miſſus, &c. ac lotione aquæ eius uiſum recepit. Et alio nomine בֵּית חִסְדָּא à domo,quæ ad piſcinam erat extructa,ut in ea expectarent beneficium ſeu eleemoſynam eius aquæ, & quinq; porticus habebat,cuius aquæ ſi ab angelo erant motæ, quocunq; homines morbo detinerentur,ſani fiebant,Ioannis 5. Illis autem aquis ſalutaribus Chriſtus eſt ſignificatus, & Euangelij prædicatio de Chriſto.

שְׁלָחִים Emiſſiones.Can.4.Emiſſiones tuæ ſicut hortus malorũ Punicorũ,i. plantulæ tuæ.

מִשְׁלַח Miſſio,immiſſio.Deut.12.In omni opere tuo,& in omni emiſſione manus tuæ, id eſt,ad quæcunq; miſeris manum tuam.Ieſaię 7.Et erit ad immiſſionem bouis,& in conculcationem pecorum.

מִשְׁלֹחַ Miſſio,immiſſio.Eſther 9.Et celebrabunt diẽ decimumquartum mẽſis Adar gaudio,& conuiuio & die læto,& miſſione partium quiſq; proximo ſuo.Ieſaiæ. 11. Edom & Moab erunt immiſſio manus eorum,id eſt,in quos manus ſuas mittent.

מִשְׁלַחַת Miſſio,immiſſio, dimiſſio,ſeu manumiſſio . Pſalm.78. Miſit in eos excandeſcentiam iræ ſuæ,furorem & fremitum, & anguſtiam, immiſſionem angelorum malorum.Eccl.8. Non eſt ulla potentia in die mortis,neq; manumiſſio in prælio.

שִׁלּוּחִים Vel שִׁלֻּחִים: munera,quę alicui mittũtur.Mich.1.Et ideo dabis me munera ipſi Moreſeth.1.Reg.9.Tradiditq; eam munera filiæ ſuæ uxori Salomonis. Exo.18.Et accepit Iethro ſocer Moſi Ziporam uxorẽ Moſi poſt miſſionem eius,id eſt, poſtquàm remiſiſſet eam Moſes ſocero ſuo.

שֻׁלְחָן Mẽſa,à miſſione,ſeu extẽſione,ſic dicta:erat ẽm tabula longior, quàm lata. Litera nun eſt formatiua nominis,ſicut in שֻׁלְחָן & קָרְבָּן. Exo.25. Facies quoq; menſam de lignis Sittim,cuius lõgitudo habeat duos cubitos,& latitudo unũ cubitũ, & altitudo eius cubitũ & dimidium, &c. ubi tota menſæ ſacræ dimenſio deſcripta legitur. Pſal.78.Nunquid poterit deus parare menſam in deſerto? Pſal.138. Sicut plantulæ oliuarum in circuitu menſę tuę.Ezech.28.Pro menſa & menſa,id eſt,ſingulis menſis.Pſal.23.Patabis coram me menſam.ubi figuratè pro lætitia ponitur in qua quis habet cõſolationem.Pſal.69.Sit menſa ipſorum coram ipſis in laqueum, id eſt,doctrina in qua quærunt conſolationem , ſit ipſiš in occaſionem pertinaciæ & exitij.

Pluraliter שֻׁלְחָנוֹת. Ieſa. 28.Omnes menſæ plenæ ſunt uomitu.

1634 שָׁלַט Vſurpauit ſibi, uel habuit autoritatem, poteſtatem, dominium . Et conſtruitur aliquando cum prępoſitione beth.Eccl.8.Et quòd interdum homo aliquis uſurpat ſibi poteſtatem in hominem,in malum ſibi ipſi. Eſther 9. Die illa qua ſperabant inimici Iudæorum,ut dominarẽtur in eos, & factum eſt contrarium,ut Iudæi dominarentur in oſores ſuos.Eccl.2. Quis nouit, an ſapiens ſit,uel ſtultus, qui dominaturus eſt in omni labore meo. Interdũ uerò cum præpoſitione עַל . Nehe. 5.Quinetiam pueri ipſorum uſurpauerunt dominium ſuper populum.

In tertia coniugatione הִשְׁלִיט,legitur in duobus locis:Pſal.119. Veſtigia mea certifica in ſermone tuo,& nõ dominetur in me ulla iniquitas. Eccl.5. Et fecit poteſtatem ei ut comedat de eis.

INDE NOMINA:

שַׁלִּיט Poteſtatem habens, pòteſtate præditus,poteſtas.Gen. 42.Et Ioſeph fuit poteſtatẽ habens ſuper terra.Eccl.8.Non eſt homo,qui poteſtatẽ habeat, ut poſſit prohibere ſpiritum.& cap.10.Error qui oritur circa poteſtatẽ. Et pluraliter שַׁלִּיטִים . Eccl. 7.Quàm ſeptem potentes,qui ſunt in ciuitate. Et in genere fœminino שַׁלֶּטֶת . Ezech.16.Cùm facias omnia iſta opera mulieris meretricis,quæ potens eſt.

שִׁלְטוֹן Poteſtas,autoritas,dominium.Eccl.8.Nõ eſt poteſtas in die mortis . Et mox iterũ: In uerbo regis ineſt quędam poteſtas.Et ueriſimile eſt Mahometiſtas ſuũ dominũ hoc nomine Sultanum uocare,& eſſe nõ Hebræum, ſed peregrinum uocabulum.

שְׁלָטִים Peltę,quibus potentiores,& qui autoritate ualuerunt,uſi ſunt.Et Germani uocant etiamnũ ſcuta ſeu peltas iſto uocabulo,ſchilte.2.Reg.11.& 2.Paral.23. Et dedit Ioiada ſacerdos centurionibus haſtas,clypeos,& peltas regis Dauid,&c.Ieremię 51. Expolite tela,& implete peltas. In ſtatu regiminis, & affixorum שִׁלְטֵי . 2.Samu.8.

1635 Et tulit Dauid peltas auri. Ezech. 27. Suſpenderunt peltas ſuas in muris tuis.

**שלך** Vſitatũ eſt tantùm in tertia coniugatione הִשְׁלִיךְ, deiecit aliquid deorſum ſeu in terrã. Et ut una tãtùm parumq́ ipſa pronunciatione, ita modo ſolùm ſignificãdi differt à uerbo שָׁלַח, qđ rectà mittere ſignificat. Deinde ut metatheſi literarũ, ita modo tãtùm ſignificãdi inter ſe differũt שָׁבַל & בָּשַׁל. Num. 35. Et deiecit ſuper eum aliquod uas. Iere. 41. Et locus in quem deiecit ibi Iſmael omnia cadauera. 2. Sam. 11. Nónne mulier deiecit fragmen molæ ſuper eũ. Gen. 21. Et deiecit puerũ. Ioſ. 18. Et deiecit illis Ioſua ſortem. Iud. 9. Pater meus pugnauit pro uobis, & deiecit animam ſuã ex aduerſo. Pſ. 55. Deijce ſuper Iehoua onus tuũ. Iere. 38. Tulerũt Ieremiã & deiecerunt eũ ad lacũ, & dimiſerunt Ieremiam funibus. Ex quo loco elicitur differentia in modo ſignificãdi inter שָׁלַךְ & שָׁלַח. Amos 4. Et deijcite. ubi he eſt litera paragogica. Gen. 37. Deijcite eum in ciſternam, & deiecerunt eum in ciſternam.

Participium præſens מַשְׁלִיךְ. Pſal. 147. Qui deiecit ſicut fragmẽta glaciem ſuam. Mich. 2. Qui deiecit funiculũ pro ſorte. Et pluraliter in ſtatu regiminis מַשְׁלִיכֵי. Ieſaiæ 19. Omnes qui deijciunt in flumen hamum.

Participium præteritum מֻשְׁלָךְ. 2. Sam. 20. Ecce caput eius deiectum eſt ad te de muro. Et pluraliter מֻשְׁלָכִים. Iere. 14. Erunt deiecti in plateis Ieruſalẽ præ fame.

Et in genere fœminino מֻשְׁלֶכֶת. 1. Reg. 13. & Iere. 36. Et fuit cadauer eius deiectũ.

In uoce eius paſſiua הָשְׁלַךְ. Dan. 8. Et deiectum eſt habitaculum ſanctuarij eius. Ieſ. 34. Interfecti eorum deijcientur. Iere. 22. Et deiecti ſunt in terram incognitam.

INDE NOMINA:

**שָׁלָךְ** Nomen eſt auis, quæ ideo ſic uocata eſt, quòd ſe ad capiendum piſces in aquas deijciat. Vulgata editio mergulum uertit, alij ardeam. Et eſt ex numero uetitarum auium, Leuit. 11. Deut. 14.

**שַׁלֶּכֶת** Deiectio. Ieſ. 6. Sicut tilia & quercus quãdo ſunt in deiectiõe, ſ. foliorũ. 1. Paral. 26. 

1636 Ad Occidẽtẽ cũ porta deiectionis ad ſemitã ſuperiorẽ, i. per quã ſordes deijciunt.

**שלם** In prima coniugatione uerbũ eſt intranſitiuũ & neutrũ, ſignificatq́ aliquid eſſe integrũ, perfectũ, abſolutũ. Et per metalepſin, habere pacem, quã Hebræus ſermo, cõſenſum, cõcordiã ſeu integritatẽ uocat, eò ꝙ pax ſit partiũ inter ſe diſſentientium compoſitio, & reintegratio. Gen. 15. Quoniam non integra eſt iniquitas Amorrei hactenus. 1. Reg. 7. Et perfecta fuit tota fabrica, quã fecerat rex Salomo. 2. Paral. 8. Quando perfecta eſt domus Iehoua. Ieſa. 60. Et perficientur dies luctus tui. Iob 9. Quis durus fuit aduerſus ipſum & integritatẽ ſeruauit, i. pacẽ. & cap. 22. Habita cũ ipſo, & ſerua integritatẽ, i. pacẽ. Tãtùm ſemel uſurpat actiuè ſequẽte ſ. accuſatiuo, 2. Reg. 10. Et deſcendimus ad ſalutandũ filios regis, & filios dominæ.

Participium præſens שָׁלֵם, quod nominaliter uſurpatur. 1. Reg. 8. Et erat cor ueſtrum perfectum cum Iehoua deo noſtro. Legitur tamen שָׁלֹם, tanquàm à forma שָׁלֵם formatũ. Pſal. 7. Si reddidi integro meo malum, id eſt, pacifico. Et pluraliter שְׁלֵמִים. Gen. 34. Viri iſti integri ſunt nobiſcũ, id eſt, cõcordes, cõſentientes. Nahũ 1. Sic dixit Iehoua, ſi perfecti, ſi multi fuerint. Et in genere fœminino שְׁלֵמָה. Deut. 25. Lapis integer & iuſtitiæ ſit tibi. Ruth 2. Sit merces tua integra à deo tuo. Et pluraliter שְׁלֵמוֹת. Deut. 27. De lapidibus integris ædificabit altare Iehoua dei tui.

Participium præteritum שְׁלֻמֵי, quod nominaliter pro שְׁלֵמִים ponitur. 2. Sam. 20. Ego una ex integris & fidelibus Iſrael, id eſt, concordibus, pacificis.

In ſecunda coniugatione שִׁלֵּם, & accipitur actiuè ſeu trãſitiuè pro proficere, integrare, abſoluere. 1. Reg. 9. Et abſoluit domũ. Et ſciendum eſt, quòd in hac coniugatione ſemper importat uiciſſitudinem: quare uertere licebit uerbis illis, reddidit, retribuit, rependit, compenſauit, ſoluit, perſoluit. Leuit. 6. Et reddet illud cũ ſorte ſuum. Iudicum 1. Quemadmodum feci, ita retribuit mihi deus. Deut. 21. Is cuius eſt fouea, reddendo reddet bouem pro boue. 2. Reg. 4. Vende oleum & ſolue creditores tuos. Exod. 22. Cõpenſando cõpenſabit exuſtor pro eo quod exuſtum eſt. Pſal. 37. Mutuò ſumit improbus, & non perſoluit. 2. Sam. 15. Reddam uotũ meum quod uoui in Hebron. Prou. 7. Sacrificia retributionũ ſuper me, ego hodie reddidi

uota mea.Iob 22.Orabis ad illum,& exaudiet te,& uota tua retribues.Pſal. 22. De te eſt laus mea in eccleſia multa,uota mea retribuam coram timenttibus eū. Pſ. 56. Ad te deus ſunt uota mea,reddā retributiones tibi.Oſeæ 14.Et dicite ad eū,omnē auferes iniquitatē,& dabis bonū,& retribuemus iuuencos labiorum noſtrorum.

Participium præſens pluralis numeri מְשַׁלְּמִים. Ioel.4.Vos retribuitis mihi. Et in ſtatu regiminis מְשַׁלְּמֵי. Pſal.38.Qui retribuunt malum pro bono.

Participium מְשֻׁלָּם. Ieſaię 42.Quis cæcus,ſicut eſt perfectus.

In uoce eius paſſiua שֻׁלַּם. Pſ.65.Et tibi perſoluet̃ uotū.Prou.11. Ecce iuſto in terra retribuet̃:quātò magis improbo & erroni:Prou.13.Timēti pręceptū retribuet̃.

In tertia coniugatione הִשְׁלִים, eandem habet ſignificandi rationē ſine illatione uiciſſitudinis,quā habet in prima, niſi quòd in tertia cōiugatione ſignificationem habeat tranſitiuam.Iob 23.Cùm perfecerit ſtatutum meum.Ieſaiæ 38.Præcidiſti uelut textor uitam meam,exhauriendo conficiet me, à die uſq; ad noctem conſumet me.& cap.44.Conſilium nunciorum ſuorum perficiet. Deut.20. Et ſi nō integrauerit tecum & fecerit bellum tecum,oppugna eam,id eſt,fecerit pacem tecū.Ioſue 11.Nec fuit ulla ciuitas,quæ non integrauerit ad Ioſue,id eſt,pro pace miſerit.1.Regum 22.Et integrauit Ioſaphat cū rege Iſrael,id eſt,pacem fecit. Prou.16.Quando acceptat Iehoua uias uiri,etiam inimicos ipſius integrat cum ipſo.

In uoce eius paſſiua הָשְׁלַם. Iob 5. Nam cum lapidibus agri fœdus tuū, & beſtia agri integrabitur tibi,id eſt,pacabitur.

INDE NOMINA:

שִׁלֵּם Retributio,compenſatio. Deut.32.Mihi uindicta,& retributio.

שִׁלּוּם Retributio.Mich.7.Princeps poſtulat,& iudex pro retributione. Legit̃ etiā שִׁלֻּם. Oſeæ 9.Venerūt dies retributionis. Et pluraliter שִׁלּוּמִים. Ieſ.34.Quia dies uindictę ipſi Iehoua,annus retributionū in iudiciū Zion. Et in genere fœminino שִׁלֻּמָה quod in ſtatu regiminis שִׁלֻּמַת legitur.Pſal.93.Et retributionē improborū uidebis.

שֶׁלֶם Retributio,ſacrificium retributionis.Amos 5.Et retributionem pinguium ueſtrorum non uidebo. Et pluraliter שְׁלָמִים, ſemper eſt in uſu,uel ſic ſimpliciter,uel cōiunctū cū nomine זֶבַח. Atq; interpretes tam Hebræi,quàm Latini uariè tranſtulerunt.Chaldæus reddidit נִכְסַת קוּדְשַׁיָּא, ſacrificiū ſanctorū,eò ꝙ ſancti tantùm & mūdi permittebant̃ ex eo edere.Gręci reddiderūt θυσία σωτηρίας. Ioſephus ſacrificiū ꝓ gratiarū actione,ſeu hoſtias gratificas.Rabi Salomon hoſtiā pacificā,eò ꝙ pacē faceret reddēdo unicuiq; quod ſuū eſt, ſ. deo & homini cuius erat ſacrificiū, & ſacerdoti offerenti.Lyra dicit eſſe hoſtias,quæ offerebant̃ pro aliquo beneficio dei obtēto,uel obtinēdo, quarū una pars incēdebat̃,altera erat ſacerdotis, & tertia offerentiū ut comederēt corā Domino. Iudæi cōmuniter ſentiunt hoc ſacrificij genus ſic uocatū,ꝙ per ipſum pax mūdo obtineret̃,& offerēs recōciliaret̃ deo:ideo munda ſolū animalia in utroq; ſexu oblata eſſe. Alij ſacrificia perfectionū interpretant̃. Paulus Ritius hoſtiā pacificorū,quæ nullius delicti,ſed ſodalitij cauſa inter deum, ſacerdotē,& ipſum qui offerebat,miniſtrata ſit. Munſterus ſequutus uulgarē uerſionē,reddidit hoſtias pacificas,quæ pro pace,& incolumitate offerebant̃. Ego ſequutus propriā uocis etymologiā,deinde generalē ſacrificiorū partitionē in holocauſta ſeu ſacrificia ꝓpiciatoria,& in Euchariſtica: tertiò,conſideratis quoq; diligenter ſcripturę locis & circumſtātijs,ſentio שְׁלָמִים ſignificare retributiones ſiue cōpenſationes pro acceptis à deo beneficijs. Deinde ſiue ſeorſum, ſiue cū nomine זֶבַח coniunctum,ſignificare,& uertendum eſſe ſacrificium retributionū, quod illi qui pro accepto aliquo ſingulari beneficio, ad declarandā animi gratitudinem deo retribuebant:unde rectè dixeris ſacrificium retributionū,ein vergelt opffer: uel ſacrificium euchariſticū,gratitudinis ſeu gratiarum actionis,ein danckopffer. Erant aūt de illis tribus animaliū ſpeciebus,bobus,ouibus & capris,nec tātùm maſculini ut holocauſta,ſed utriuſq; generis,integris tamē,neq; etiā totaliter cremabātur,ut holocauſta,de quibus Leuit.4. agit̃: ſed diuidebant̃ in tres partes, una pars cremabat̃,uidelicet totus adeps interior inteſtinorū & iliū, duo renes,tota cauda,

& retiaculum. Altera pars cedebat ſacerdoti ſacrificanti. Reliquum totum erat offerentis. Sed nunc quędã exempla adducam. Exo. 32. Et obtulerunt holocauſta, & attulerunt retributiones, ſeditq́ populus ad comedẽdum, & bibendum. Leuit. 3. Et ſi ſacrificium retributionum oblatio eius, &c. quo loco ſacrificium retributionum ex quibus conſtet animalibus, deſcribitur. Deinde cap. 7. ipſius ritus & ceremonia: Hæc eſt conſtitutio retributionũ. Leuit. 9. Bouem & arietẽ pro retributionibus ad ſacrificandũ corã Iehoua, & oblationẽ permixtã oleo. In ſtatu regiminis שַׁלְמֵי. Leuit. 10. Data ſunt de ſacrificijs retributionũ filiorũ Iſrael. Similiter in ſtatu affixorũ. Exo. 20. Altare de terra facietis mihi, et offeretis ſuper eo holocauſta ueſtra, & retributiones ueſtras. Leui. 7. Et caro laudis retributionũ eius, id eſt caro retributionũ in ſacrificio laudis. Et paulò pòſt: Caro de ſacrificio retributionũ. quo capite cõmiſcet & propemodùm confundit Moſes ſacrificiũ retributionũ, & ſacrificium laudis, propterea q eundem finem habent, & quòd ad cauſam finalem attinet, parum, aut nihil differunt: differunt tantùm circa materiam, quòd illud ſit de pecoribus, alterum de placentis, & tamen etiam ſimul ſunt Deo retributa.

שָׁלוֹם Integritas, perfectio, concordia, unanimitas, cõſenſus, incolumitas, ſalus, felicitas, pax. Et Hebræis uox iſta latioris eſt ſignificationis, q̃ Latinis uocabulũ pacis: uocant enim hoc nomine cuiuslibet rei integritatem, ſeu incolumitatẽ. Malach. 2. In pace & rectitudine, i. integritate ambulauit mecũ. Deinde opponitur gladio & bello. Num. 26. Dabo pacẽ in terra & dormietis, & non erit, qui exterreat, id eſt unanimitatẽ. Eccl. 3. Eſt tẽpus belli, & tempus pacis. Sic Chriſtus uſus eſt Matth. 10. Non ueni pacẽ mittere, ſed gladiũ. Hæc Chriſti uerba etſi ſint figuratè poſita, tamen Lucas cap. 12. exponens, pro gladio reddidit propriùs ſeparationem, contrarium unanimitati & concordiæ. Et Paulus Eph. 2. explicat pacis ſignificationẽ ſignificantiùs: Vos, inquiens, qui quondã eratis lõginqui, propinqui facti eſtis per ſanguinẽ Chriſti: ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit ex utriſq; unũ, & interſtitium maceriæ diruit, ſimultatẽ per carnẽ ſuã, legẽ mandatorum in decretis ſitam abrogans, ut duos conderet in ſemetipſo in unũ nouũ hominem, faciens pacem, & ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucẽ, perempta inimicitia per eam, & ueniens euangelizauit pacẽ uobis, qui procul aberatis, & his qui prope, &c. Eſt igitur pax, etiã definitore iam Paulo, Hebræis duorum inter ſe diſſentientium reintegratio, ſeu reconciliatio. Prętereà ponit̃ aliquãdo pro tranquillitate & felici rerum ſtatu, & opponitur perturbationi, ſeu perturbato rerũ ordini. Gen. 15. Et tu uades ad patres tuos in pace, et ſepelieris in canicie bona. Tertiò, utunt̃ tã in ſalutatiõibus, q̃ alijs quæſtionibus de ſalute & incolumitate, perinde ut Latini ſalutẽ precant̃. Gen. 43. Et dixit, pax uobis, ne timueritis. Iud. 19. Et dixit uir ſenex, pax tibi, omnis egeſtas tua ſit ſuper me, tantũ in platea nõ pernoctes. Gen. 43. Et interrogauit eos de pace, dixitq́, nũquid pax eſt patri ueſtro ſeni, de quo loquuti eſtis, adhuc'ne uiuit? Iud. 11. Si reuerſus fuero in pace de filijs Ammon. 2. Sam. 18. Eſt'ne pax Abſolom puero? Pſalm. 38. Non eſt pax oſſibus meis. Ierem. 14. Expectando pacem, & non eſt bonũ. In aliquot tamen locis ponitur adiectiuè. Pſal. 147. Qui poſuit terminum ſuum pacem. Prouerb. 3. Omnes ſemitæ eius pax. Iob 21. Domus ipſorum pax. Pſal. 120. Ego pax, & quando loquor, ipſi ad bellum. 1. Sam. 25. Dicetisq́ ſic uiuenti, Tu pax, & domus tua pax, & quicquid eſt tibi pax. In his iam enumeratis exemplis opponitur ſeditioni, ſeu turbato rerum ſtatui, quemadmodum etiam Paulus eſt uſus 1. Corinthiorum 14. cùm inquit, Non eſt confuſionis autor Deus, ſed pacis. In ſtatu regiminis שְׁלוֹם. Geneſis 37. Vade obſecro, & uide pacem fratrum tuorum, & pacem ouium, & renuncia mihi. Eſther 2. Singulis diebus ambulabat Mardochai ante atrium cogniturus pacem Eſther. Similiter in ſtatu affixorum. Deuteronom. 23. Non quæras pacem illorum, aut bonum illorum. Pſal. 41. Etiam uir pacis meæ, in quo confidebam. Et pluraliter שְׁלוֹמִים integritates, perfectiones, paces. Pſalmo 69. Sit menſa eorum ante ipſos in laqueum, & paces in offendiculum. Ieremiæ 13. Tranſlata eſt Iehuda perfectiones, id eſt perfe-

perfectè ſeu totaliter. Et cum affixo. Pſalm. 55. Miſit manus ſuas in integritates ſuas, id eſt pacificos.

שלמנים Retributiones. Ieſa. 1. Quiſq; amat munera, & ſectatur retributiones.

שלמה Salomo, Dauidis filius, Hieroſolymis genitus ex Batſeba, 1. Samu. 12. quaſi dicas, pacificus: Ecce filius natus eſt tibi, ipſe erit uir quietis: ego enim dabo ei quietem ab omnibus hoſtibus eius circũquaq;, ſiquidem Salomo eſt nomen eius, & pacem & quietem dabo ſuper Iſrael omnibus diebus eius, &c. Poſtea uerò à Nathan dictus eſt ידידיה, charus DOMINO.

שולמית Nomen amicæ Salomonis, ab integritate formæ dicta, quam ipſe celebrat Cantic. 6. Reuertere, reuertere O ſchulamith, reuertere, reuertere, & uideamus te, quid cõtemplamini in Schulamite, ſimilis eſt choro caſtrorum.

שלם Solyma, urbs cuius rex & ſacerdos fuit Melchizedek, qui Abrahæ benedixit, Geneſ. 14. Et nomẽ habet à pace, ſicut epiſt. ad Hebr. teſtat̃ cap. 7. Fuit autẽ poſtea dicta Iebus, Ieruſalem & Elia. Pſ. 76. Et eſt in Salem habitaculũ eius & manſiuncula eius in Zion. Legit̃ etiam de altera eiuſdẽ nominis in Samaria, quæ etiã Sichem

1637 dicta fuit, Gen. 33. Et uenit Iacob in Salem ciuitatem Sichem in terra Canaan, &c.

שלמה Veſtis, ueſtimentum: & eſt nomẽ generale ad omnem ueſtitum, & eſt ſignificationis eiuſdem cum nomine שמלה, inuerſione tantùm literarum facta. Exo. 22. Super ueſtem. 1. Reg. 11. Et ipſe erat opertus ueſte noua. Et in ſtatu regiminis שלמת. Exo. 22. Veſtem ſodalis tui. Et in ſtatu affixorum שלמתו. Deut. 24. In ueſte ſua. Et pluraliter שלמות. Ioſ. 9. Et ueſtes ueteres. & cap. 22. Et in ueſtibus. At in ſtatu regiminis & affixorum שלמות. Deut. 29. Non ueterauerũt ueſtes ueſtræ. Ioſue 9. Et iſtæ ueſtes noſtræ.

1638

שלף Eduxit. Et tantùm de ex uagina, & calceamentis de pedibus dicitur. Iudicũ 8. Et eduxit puer gladium de uagina ſua. 1. Sam. 31. Educ gladium tuum. 1. Sam. 17. Et eduxit eum de uagina ſua. Ruth 4. Eduxit uir calceamentũ ſuum. Et ibidẽ iterũ: Et eduxit calceamenũ ſuũ. Et legitur etiã neutraliter, quãdo uidelicet nõ regit poſt ſe accuſatiuũ. Iob 20. Educet̃ ſcilicet gladius, & egredietur à tergo. Pſal. 129. Sicut herba tectorũ, quæ antequã educta eſt, aruit. ubi eſt alluſio herbæ ſeu gladioli quę etiã gladij ſimilitudinẽ refert, ad gladiũ, qui è terra tanquã gladius è uagina educit̃.

Participium præſens שלף. Iud. 8. Educentis gladium. Et pluraliter in ſtatu regiminis שלפי. Iud. 20. Et omnes iſti educentes gladium.

1639

שלש Participium præteritũ generis fœminini שלופה. Num. 22. Gladius eius eductus. Item שלפה. Ibidem: Gladius eius eductus.

Vel שלש: nomen numerale cardinale generis fœminini, Tres. Et cõſtruitur forma ſingulari cum nominibus & pronominibus ſeparatis pluralis numeri. Gen. 11. Et uixit tres annos. Num. 22. Quia percuſſiſti me tribus uicibus. Deuter. 19. Tres ciuitates ſepara tibi. Iob 1. Et tres filias. Gen. 5. Trecẽtos annos. Et in genere maſculino aſſumit à tergo literam he cõtra formam & morem omniũ nominũ, שלשה, ſtatus abſoluti. Gen. 29. Tres greges ouiũ. Et ibidem iterum: Genuit illi tres filios. 2. Sam. 14. Et nati ſunt ipſi Abſolom tres filij. 2. Sam. 23. Et erat ei nomen inter tres. Ezech. 40. Et exedræ uiæ Orientalis tres hinc & tres illinc.

שלשת Nomen numerale cardinale, communis generis, ſtatus tam abſoluti, quàm regiminis & affixorum. Gen. 20. Tres propagines tres dies ſunt. Ioſue 7. Circiter tria millia uirorum aſcendent. Num. 12. Et egreſſi ſunt tres illi. Et iterum: Egredimini tres uos. Et pluraliter שלשים, communis generis, importans numerum denarium, id eſt triginta. Et conſtruitur plerunq; cum nominibus ſingularis numeri, contrario ſcilicet modo ſuo ſingulari. Gen. 5. Triginta annos. & cap. 6. Triginta cubitos. 1. Sam. 9. Circiter triginta uiri.

משלש Nomen numerale cardinale, tres. Gen. 38. Et fuit circiter tres menſes.

שלישי Nomen numerale ordinis, maſculini generis, Tertius. Gen. 1. Et fuit manè, dies tertius. Exod. 19. Menſe tertio. 2. Samu. 3. Et tertius Abſolom. Et pluraliter שלישים, id eſt tertij. Geneſis 6. Et ſecunda & tertia facies. Numeri 2. Et tertij proficiſcentur.

1. Reg

1.Reg.6.Et à medio ad tertia. Et in genere fœminino שְׁלִישִׁית, tertia. Num. 28.Et tertiam Hin.Deut.26.Anno tertio.1.Sam.3.Et addidit uocare Iehoua, uocare Samuelem tertiò.1.Sam.20.Vſq; ad ueſperam tertij,ſcilicet diei.Ezech. 5. Tertia tua peſte morientur.& cap.12.Et duplicabitur gladius tertiò ipſe.

שְׁלִישִׁיָּה Nomen maſculini generis,triplex,triplicatus.Ieſaiæ 19.In die illa erit Iſrael triplicatus Iſrael in Ægypto.Ieſaiæ 5. Vſq; ad Zohar uitulam triennem.

שִׁלֵּשִׁים Tertij.Gen.50.Et uidit Ioſeph ipſi Ephraim filios tertiorum,id eſt tertiæ generationis.Exo.34.Viſitans ſuper tertios.

שָׁלִישׁ Ternarius,triarius:atq; hoc nomẽ manet ſemper & ubiq; quod ad puncta attinet, inuariatũ.Et dictus,uel à ſtatura corporis,uel quòd triginta uiris præſtiterit.2.Regum 7.Et reſpondit triarius ſuper cuius manu innitebatur Rex.2.Regum 9.Et dixit ad Bidear triarium ſuum.& cap.15.Peiach filius Kariahu triarius eius. Et pluraliter שָׁלִשִׁים.Ezec.23.Triarij & maiores.Exo.14.Sexcẽtos currus electos & omnes currus Ægypti & Triarios.2.Reg.10.Et proiecerũt curſores & triarios.Exod. 15.Et electio triariorum eius.1.Reg.9.Et principes eius,& triarios eius.Prouer.22. Nónne ſcripſi tibi trifariàm,id eſt multifariàm.1.Sam.18.In lætitia & in ternarijs,id eſt inſtrumentis muſicis,quæ conſtabant tribus neruis.

שָׁלִישׁ Ternarius,ſeu Triarius:genus menſuræ tam aridorum,quàm liquidorum.Ieſa.40. Et menſus eſt cum ternario puluerem terræ.Pſal. 80.Et potaſti eos lacrymis ternario.quanquàm ibi ſcriptum ſit שָׁלִישׁ.

שִׁלְשֹׁם Nudiuſtertius,tertius hinc dies. Et frequẽter accipitur pro Antea, iam antea:ſemperq; cõſtruitur præcedẽte nomine,ſiue mediatè,ſiue immediatè, אֶתְמוֹל, uel תְּמוֹל 2. Reg. 3. Etiam heri, etiam nudiuſtertius quærebatis Dauidẽ in regem ſuper uos. Ruth 2.Et abibis ad populum,quem non noſti nudiuſtertius,id eſt antea.

INDE VERBVM,

שִׁלֵּשׁ Secundæ coniugationis,Tertiauit.1.Reg.18.Et dixit,tertiate,& tertiauerunt,id eſt tertiò facite,& tertiò fecerunt.

Participium præteritum maſculini generis מְשֻׁלָּשׁ.Gen.15.Arietem tertiatum,id eſt triennem. Eccl. 4. Filum triplicatum non citò rumpitur. Et in genere fœminino מְשֻׁלֶּשֶׁת. Gen. 15. Accipe mihi uitulam tertiatam. Et pluraliter מְשֻׁלָּשׁוֹת. Ezech.42.Quia triplicatæ ſunt.

640

שמם Perſona aut res propter reatum aut pœnam aliquam afflatu abominabili digna ſeu obnoxia facta fuit, zum pfu worden ſein / das mans anpfuet: & ut forma,ita modo tãtùm ſignificãdi differt à uerbis שׁוּם & אָשַׁם יָשַׁם נָשַׁם שָׁמָה, alioqui idem ſignificantibus. Ieſ. 52. Sicut afflauerunt ſuper te multi,ita diſperditus à uiro aſpectus eius. Thre.4. Super monte Zion,qui afflatus eſt, uulpes uerſantur in eo. Dan. 9. Illumina faciem tuam ſuper ſanctuarium, quod ad afflandum factum eſt. Leuit.26. Et deuaſtabo terrã, ut afflent ſuper eam inimici ueſtri.Iob 17.Afflent Recti ſuper hoc. Pſal. 40. Afflent pro eo, quòd ipſi pudefaciebant me, dicentes,uah, uah.Ieremię 2.Afflate ſuper hoc.

Participium,ſeu nomen participiale, שׁוֹמֵם. Thre.3. Poſuit me afflandum. Et Dan.8.legitur pro abſtracto: Vſq; quò uiſio iugis ſacrificij,& tranſgreſſionis afflandæ. & cap. 9. Poſtea conſummatio, & determinatio ſuper afflanda. & ca. 12.Et ad ponendum abominationem afflatus. Et pluraliter שׁוֹמֵמִים. Thre.1. Filij mei facti ſunt afflandi. Legitur etiã שׁוֹמְמִין, Thre.1. Et in genere fœminino שׁוֹמֵמָה. Thren.1.Poſuit me afflandam.2.Sam.20. Et manſit Thamar afflata in domo Abſolom.Ieſa.54.Quoniam plures filij afflatæ,quàm filij maritatæ.Quod Paulus ad Galatas 4.uertit Gręcè, ἐρήμου: Hieronymus,deſertę:Symmachus,diſſipatę. Et pluraliter שׁוֹמֵמוֹת. Ieſ.49. Ad hæreditandum hæreditates afflandas. Et Dan.9.ponitur pro abſtracto:Et poſt finem belli determinatio afflandorum.

In uoce paſſiua נָשַׁם. Leuit.26.Et afflabuntur ſemitæ ueſtræ. 1. Regum 9. Et domus iſta,omnis præteriens eam afflabit & ſibilabit. Ierem. 49. Omnis qui per eam tranſierit,afflabit & ſibilabit.Iere.4.Afflabuntur ſacerdotes. & cap.11. Qui comederunt

derunt delicatiſſima, afflati ſunt in plateis, id eſt afflabantur. Hoc uerbo Chriſtus haud dubiè uſus eſt Matth. 12. Omne regnum in ſe diuiſum afflabitur. Vide iſtos etiam locos ſuprà in themate נָשַׁם.

In ſecunda coniugatione שִׁמֵּם .1. Samu. 5. Et aggrauata eſt manus Iehoua ſuper ciues in Aſdod & afflandos fecit eos, percuſſitque eos in anis. Ezech. 20. Vt afflandos faciam eos, & ſciant, quòd ego ſum Iehoua.

In tertia coniugatione הֵשַׁם. Leuit. 26. Et ponam ciuitates ueſtras ſiccitatem, & afflanda faciam ſanctuaria ueſtra. Et mox iterum: Et afflare faciam terram. Iob 16. Et afflare feciſti omnem coniuncturam meam. Iere. 10. Et habitaculum eius fecerunt, ut afflaretur. Oſeæ 2. Afflare faciam etiam uineam eius.

In uoce eius paſſiua הָשַׁם. Leui. 26. Omnib. diebus afflari ipſius, id eſt, afflationis eius. Et mox iterũ: Cùm afflabit ipſa ab illis. Iob 21. Reſpicite ad me, & afflabimini.

In quarta coniugatione הִשְׁתּוֹמֵם, & refert ad animũ. Ieſ. 59. Et uidit, quod non eſſet quiſquã, afflauit ſe. & cap. 63. Et reſpiciebam & non erat adiutor, & afflabam me, & non ſuſtentator. Ezech. 8. Et afflaui propter uiſionem, id eſt, anhelaui. Pſal. 143. Intra me anhelitũ miſit cor meum, id eſt, anhelauit. Eccl. 7. Non ſis iuſtus nimiùm, neque apud te ſapiens plus ſatis: ad quid enim inflabis te? ubi formatiua litera quartæ coniugationis abſorpta eſt punctulo dagges. Cæterùm perſuaſiſſimum habeo Chriſtum uſum hoc uerbo, Matth. 6. cùm inquit diſcipulis: Cùm ieiunaueritis, ne ſitis uelut hypocritę, tetrici: afflandas enim faciunt facies ſuas, quò perſpicuum ſit hominibus ipſos ieiunare. Græcus Interpres uertit ἀφανίζουσι.

INDE NOMINA:

שַׁמָּה Flatus, afflatus abominantis in perſonam ſeu rem aliquam aſpectu deformem ſeu turpem, die man anpfuet. Deut. 28. Eriſque in afflatũ, in parabolam, & in fabulam omnibus populis. Iere. 5. Afflatus, & horripilatio. & cap. 8. Et afflatus apprehendit me. 2. Reg. 22. Quando audiuiſti, quæ loquutus ſum contra locum iſtum, & habitatores eius, ut fierent in afflatum & maledictionem. Et pluraliter שַׁמּוֹת. Pſalm. 46. Videte opera Dei, qui poſuit afflatus in terra. Ezech. 36. Propter afflationem & abſorptionem ueſtri.

שְׁמָמָה Afflatus, deſolatio ſeu uaſtitas afflanda. Exo. 23. Nec tamen expellam eum à facie tua anno primo, ne fiat terra ipſa afflatio. Ioſue 8. Poſuitque eam in aceruum mundi afflandam uſque in hanc diem. Ieremiæ 4. Afflatus erit omnis terra. & cap. 11. In deſertum afflatus.

נְשַׁמָּה Afflatus. Iere. 11. Luxit ſuper me ipſa afflatio, id eſt deſolatio.

שִׁמָּמוֹן Afflatus, anhelitus. Ezech. 4. Et in anhelitu bibent.

שׁוֹמֵם Afflatus. Dan. 12. Et ad ponendum abominationem afflatus.

מְשַׁמָּה Afflatus. Ezech. 5. Et eris afflatus ſuper omnes gentes. Et pluraliter מְשַׁמּוֹת. Ieſa. 15. & Iere. 48. Quoniam aquæ Nimrim afflatus.

מְשׁוֹמֵם Eſdræ 9. Et ſedi afflandus, ſeu afflatio. Dan. 9. Et ſuper ala abominationes afflatus. & cap. 11. Et ponent execrationem afflatus. pro quo cap. 12. ſcriptum eſt שׁוֹמֵם. Matthæi autem interpres Græcus, & Lucas uerterũt nomine ἐρημώσεως, id eſt, deſolatio.

נְשַׁמָּה Afflatus. Pſal. 69. Habitatio eorum ſit afflatus. Grecus habet ἠρημωμένη. Et pluraliter נְשַׁמּוֹת. Ieſ. 45. Et ciuitates afflatuum habitabunt. Ezech. 36. Terra afflatuũ coletur.

מַשְׁמִים Afflatus. Ezech. 3. Sedi ibi ſeptem diebus afflatus in medio eorum.

שׁוּמִים Allium, ſeu allia. Num. 11. Cæparũ & alliorũ. Et credo appellationẽ habere, quia homines illa afflant abominantes grauem cùm odorem, tum ſaporem.

שְׂמָמִית Araneus, ſeu ſtellio, qui Plinio quoque eſt de araneorum genere, dictus Hebræis, quod uel loca deſerta, & deſolata ſolus teneat, uel quòd homines ipſum afflent, nec dignentur uidere eum. Prouerb. 30. Stellio manibus nititur, &c.

1641 שׁמח Afflauit, afflare fecit: congruitque ſignificatione cũ uerbis שָׁמֵם & נָשַׁם יָשַׁם אָשַׁם, niſi quod ut forma parũ, ita modo tantùm ſignificãdi inter ſe uariẽt. Et uſurpatur tantùm ſemel in hac forma, Ezech. 36. Propter afflare & deglutire uos. poteſt etiã

ſic reddi: Propterea quòd afflare & ſorbere uos faciunt circũquaq; ut alludat propheta ad anguſtiam & gemitus parturientium, ſicut etiam talis alluſio legitur Ieſa. 42. Tacui longo tempore, ſilui, & continui me, nũc quaſi parturiens uociferabor,
1642 flabo & inſorbebo pariter.

שֵׁם Nomen. Et ſcribitur nonnunquàm cum ſægol. Ioſue 21. Ciuitates illas, quas uocauit illas nomine. Geneſis 2. Nomen fluuij tertij. & cap. 21. Et uocauit Abrahã nomẽ filij ſui Izhak. & cap. 4. Tunc cœptum eſt inuocari in nomine Iehoua, id eſt, nominato Iehoua. Hinc phraſis ſumpta eſt, inuocare in nomine domini, ſeu facere aliquid in nomine Domini, pro nominato domino, ex illius iuſſu & mandato inuocare ſeu facere. 2. Paral. 33. Et uerba uidentium, qui loquuti ſunt ad eum in nomine Iehoua dei Iſrael. Pſal. 20. Illi in curribus, & illi in equis: nos autem in nomine Iehoua dei noſtri memoriam celebrabimus, id eſt, fiducia dei noſtri. Et iterũ: Ouabimus in ſaluatione tua, & in nomine dei noſtri uexilla erigemus. Accipitur quoq; pro fama, gloria. Gen. 6. Illi heroes à ſeculo, uiri nominis, id eſt, nominati, famoſi, celebres. Deut. 26. Vt ponat te Altiſſimus ſuper omnes gentes, quas fecit in laudem, & in nomen & in gloriam. Prouerbiorum 22. Eligibilius eſt nomen, quàm diuitiæ multæ. 2. Sam. 23. Et illi erat nomen in tribus illis. In ſtatu affixorũ ſemper mutat̃ zere in ſeua, excepto pronomine affixo ſecundæ perſonę maſculini generis, ſingularis numeri extra diſtinctionem, & pluralis numeri utriuſq; generis, ubi in hirik commutatur. Geneſis 48. Et uocabitur in eis nomen meum, & nomen patrum meorum Abraham & Izhak. Deut. 6. Et in nomine eius iurabis. 1. Regum 4. Fuitq; nomen eius in omnibus gentibus circumquaque. Exod. 5. Nomen meum Iehoua, non eſt notificatum eis. Pſal. 54. Iehoua in nomine tuo ſaluum me fac. Ieremiæ 29. Tu miſiſti in nomine tuo. Pſal. 5. Qui diligunt nomen tuum, in uniuerſa terra. Et pluraliter שֵׁמוֹת. Geneſis 36. Et uocauit eos nominibus, ſecundum nomina. 1. Paralip. 4. Illi, qui ueniebant in nominibus principes in cognationibus ſuis. Atq; in ſtatu regiminis & affixorum שְׁמוֹת. Exod. 1. Hæc ſunt nomina filio-
1643 rum Iſrael. Gen. 25. Et hæc nomina eorum.

שָׁם Particula, quæ dicitur de in loco aut tempore aut re, aut perſona nominata, id eſt, ibi, illic. Gen. 2. Ibi Bedolach, & lapis Onychus. Et cap. 41. Et ibi nobiſcum erat puer. Eccleſ. 3. Et ſuper omne opus ibi. Et conſtructum cum præpoſitione mem מִשָּׁם, inde, exinde: & eſt loci & temporis. Geneſis 2. Et inde diuidetur. 2. Regum 2. Et inde non comedes. cap. 49. Et inde paſtor, lapis Iſrael. Ieſaię 65. Et nõ erit inde amplius puer annorum. Porrò, quando à tergo aſſumit literam he, tum importat motum ad locum שָׁמָּה, eò, illuc. Geneſis 49. Illuc ſepelierunt Abraham & Saram uxorem eius, illuc ſepelierunt Izhaz & Ribka uxorem eius, & huc ſepeliui Liam. Deut. 12. Et ingredieris illuc. Iob 1. Nudus egreſſus ſum ex utero matris
1644 meæ, nudus reuertar illuc.

שָׁמַיִם Dictio cõpoſita ex שָׁם & מַיִם, cœlum. Et appellationem ſuam habet à ſubſtantia ſua aquea: habet autem formã dualis numeri propter duplices aquas, illas uidelicet quæ ſunt ſupra firmamentum, & has quæ ſunt ſub firmamento.

Et primò latam habet ſignificationem. Geneſ. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram, id eſt, aqueam illam molem, qua ut uitellum oui albugine, ita terra circumfuſa erat. Secundò, ſpecialiùs uſurpatur pro tota parte illa corporum aqueorum quę ſunt ſupra terram. Gen. 2. Et conſumati ſunt cœli & terra, & omnis exercitus eorum. & cap. 14. Poſſeſſori cœli & terræ. Deut. 4. Ab extremo cœlorũ, uſq; ad extremum cœlorum. cap. 11. Secundum dies cœlorũ ſuper terra. & cap. 33. Qui uehitur ſuper cœlos in auxiliũ tuũ. Ioſ. 2. Iehoua deus ueſter, deus in cœlo ſupernè, & ſuper terra infernè. Tertiò, firmamentũ, in quo ſunt ſol, luna & ſtellæ, dicitur Cœlum. Geneſis 1. Et uocauit deus firmamẽtum, cœlum. cap. 6. Vt perdam omnem carnẽ, in qua eſt ſpiritus uitæ ſub cœlo. cap. 11. Ædificabimus nobis ciuitatem & turrim, cuius caput in cœlum. cap. 22. Sicut ſtellas cœli. Exod. 17. Delendo delebo memoriam Amalek ſub cœlo. cap. 20. Non facies tibi ſculptile, atq;

omnem

omnem figurā in cœlo ſupernè. Deut.1. Ciuitates magnas & munitas in cœlum. & ca.4. Et ne eleues oculos tuos in cœlum, & uideas ſolem & lunā & ſtellas, omnem militiam cœlorum. Ioſ.10. Et ſtetit ſol in medio cœli. 2.Sam.2. Fundamenta cœlorum cōmota ſunt. 2.Reg.21. Et curuauit ſe omni militiæ cœli, & coluit eam. Pſal.148. Qui operit cœlum nubibus. Ier.33. Vt non numeretur militia cœlorum.

Quartò, pro ſuperiore illa regione aeris, quę eſt ſupra nos. Gen.1. Et dixit deus, fiant luminaria in firmamento cœlorum. Et iterū: Et dominentur in piſces maris, & in uolucres cœli. cap.8. Et feneſtræ cœli, & cohibitus eſt imber de cœlo. cap.27. Et de rore cœli déſuper. Exod.16. Ecce ego pluam uobis panem de cœlo. Iob 16. Ecce in cœlo teſtis meus. Ieremiæ 8. Ecce ciconia in cœlo. Pſal.107. Aſcendunt in cœlum, & deſcēdunt in abyſſum. Quintò, ſæpenumerò partitiuè & ſynecdochicè pro qualibet ſphæra, & regione, & quolibet horizōte ponitur, quaꝗ patent cœli. Et pro eccleſia, quæ diſperſa eſt per uniuerſum terrarū orbem, quaꝗ patent cœli. Sic deus dicitur habitare in cœlis. Pſal.2. Qui habitat in cœlis, irridebit eos. Pſal.123. Habitator in cœlis. Pſal.19. Cœli recenſent gloriam dei. Pſ.36. Iehoua, in cœlis eſt beneficentia tua. Pſ.89. In cœlis confirmabis ueritatem tuam. Sextò, pro loco, cui ſe alligauit uerbo ſuo, ubi pręſens eſſe, cohabitare uult. Deu.26. Proſpice de habitaculo ſanctitatis tuæ, de cœlo, & benedic populo tuo. 1.Reg.8. Tu exaudies in loco ſedis tuę in cœlo. Et iterum: Tu audies in cœlo, & parces delicto populi tui. Et iterum: Tu exaudies in cœlo, in habitaculo manſionis tuæ. 2.Paral.6. Et tu audies in cœlo. Pſ.20. Exaudiet eum de cœlo ſanctitatis ſuæ. Ieſ.34. Tabeſcet omnis exercitus cœlorū, & inuoluentur cœli, ut liber, & omnis exercitus eorum emarceſcet. & cap.63. Proſpice è cœlo, & uide de habitatione ſanctitatis tuæ.

Et in ſtatu regiminis שְׁמֵי. Deu.10. Ecce Iehoua dei tui cœlum & cœlū cœlorum, terra & omnia, quæ in ea ſunt. 1.Reg.18. Ecce cœlum & cœli cœlorum non capiēt te. Pſ.68. Vehenti in cœlis cœlorum prioritatis. Pſal.148. Laudate eum cœli cœlorū & aquæ, quæ ſupra cœlos ſunt. Similiter habet in ſtatu affixorū. Leu.26. Dabo cœlum ueſtrū ſicut ferrum. Deu.28. Et erunt cœli tui, qui ſunt ſuper capite tuo, æs. & cap.33. Etiam ſtillabunt cœli eius rorem. Itē cum he importante motū ad locū שָׁמַיְמָה. Gen.15. Reſpice nūc in cœlum & numera ſtellas. & ca.28. Et ecce ſcala conſtituta erat in terram, & caput eius attingebat in cœlum. Exod.9. Et ſparſit puluerem Moſes in cœlum. Deu.30. Quis aſcendet ex nobis in cœlum. Ioſue 8. Aſcendit fumus ciuitatis in cœlum.

1645 שָׁמַד

Legitur in prima coniugatione tantū in uoce paſſiua נִשְׁמַד, & ſignificat perſonā aut rem aliquā ita abolere, ut eius nihil reliquū maneat. Latini nūc uerbo delendi, nunc diſſipandi, nunc diſperdendi, nunc atterendi, nunc diſſoluendi reddiderunt. Et apparet congruentiam habere cū uerbis שָׁרַם שָׁדַד שָׁמַם. Ego uerbo abolendi uertere malui. Ier.48. Et abolebitur planicies, & abſumetur Moab. Gene.34. Et abolebor ego, & domus mea. Pſal.37. Et aboliti ſunt pariter. Oſeæ 10. Et abolebuntur excelſa Auen. 2.Sam.21. Et qui cogitauit de nobis, quòd aboleremur, ne eſſemus in omni termino Iſrael. Iud.12. Abolita eſt de Beniamin mulier. Ieſaiæ 48. Et non aboleatur nomen eius. Deut.4. Abolendo abolemini.

In tertia coniugatione הִשְׁמִיד. Deu.2. Qui aboleuit Choreum. & ca.4. Aboleuit eum deus. & ca.6. Et abolebit te à facie terræ. cap.33. Et dixit, abole. 2.Sam.14. Et abolebimus etiam hæredem. Num.33. Et omnia excelſa eorum abolebitis. Ieſa.14. Scopabo eum ſcopa abolendo. & cap.23. Ad abolēdum munitiones eius. ubi ablata eſt litera characteriſtica tertiæ coniugationis.

שַׁמָּה Vide paulò ſuperiùs.

1646 שָׂמַח

Lætus fuit, lætatus fuit. Pſ.16. Ideo lętū eſt cor meū. Exo.4. Et lętabitur in corde ſuo. Eccl.11. Lætare iuuenis in iuuētute tua. Pro.5. Lætare de muliere adoleſcentiæ tuæ. Pſal.32. Lętamini in Iehoua. Iob 31. Si lætatus ſum, quādo multiplicata eſt ſubſtātia mea. Pſ.21. Iehoua, in fortitudine tua lætabitur rex. Pſal.5. Et lætabuntur

omnes,qui ſperant in te. Eccl.3. Noui ꝙ non eſt melius, ꝙ̃ lætari & facere bonum.

Participium præſens,ſeu potiùs nomẽ participiale שָׂמֵחַ. Deut.16.Et eris quoq; lætus.Prou.15.Cor lætum decorabit faciem.& cap.29. Et iuſtus laudabit etiam lætus. Et pluraliter שְׂמֵחִים. 1.Reg.1.Et aſcenderunt inde læti.Et iterum:Et læti lætitia magna.Prouerb. 2.Qui ſunt læti, cùm faciunt malum. Et in ſtatu regiminis שִׂמְחֵי. Ieſa.24.Suſpirauerunt omnes læti corde.

In ſecunda coniugatione שִׂמַּח. Deut.24.Et lætificabit uxorem ſuam.Pſal.30.Et non lætificaſti inimicos meos.Pſal.84.Lætifica animam ſerui tui.Prouer.10. Filius ſapiens lætificabit patrem.Iere.20.Lætificando lætificauit eum.

Participiũ prẹſens מְשַׂמֵּחַ. Iud.9. Vinũ meũ, quod lætificat deũ & hominẽ. Et pluraliter in ſtatu regiminis מְשַׂמְּחֵי. Pſal.19.Mandata Iehoua recta,lætificãtia cor.

In tertia coniugatione הִשְׂמַחְתָּ. Pſal.89.Lætificaſti omnes inimicos meos.

INDE NOMEN,

שִׂמְחָה Lætitia.Pſal.4.Dediſti lætitiã in corde meo.Eſth.9. Qui uerſus eſt eis à moleſtia in lætitiã.ubi opponit̃ nomini יָגוֹן. In ſtatu regiminis שִׂמְחַת. Iob 20.Et lẹtitia hypocritæ ad momentũ. Quãquã legit̃ in hac forma etiã abſolutè. Ieſ.9. Et lætati ſunt in te lætitia in meſſe. Et in ſtatu affixorũ שִׂמְחָתוֹ. Prou.14. Et in lẹtitia eius ne admiſceatur extraneus. Ezech.35. Secundum lætitiam tuam. Et pluraliter שְׂמָחוֹת.

1647 Pſal.16.Saturitas lætitiarum cum uultu tuo.Pſal.45.Adducentur in lætitijs.

שָׁמַט Dimiſit ſeu remiſit liberè aliquid ſine impedimento. 2. Reg. 9. Dimittite liberè eã,& dimiſerũt liberè eã,& ſparſus eſt ſanguis eius ad parietẽ,i.prẹcipitate liberè eã in aere,ne aliquid depẽdeat, aut intercipiat̃, ſed pleno & libero lapſu deorſum deijciatur.2.Sam.6.Et uenerunt uſq; ad areã Nachon,& miſit Vza(manũ) ad arcã dei,& retinuit eã: nam miſerãt liberè boues.Exo.23. Sex annis ſeminabis terrã tuã,& colliges prouentũ eius,& ſeptimo dimittes liberè eã,i.ne ſemines,neq; colliges ex ea prouentũ.Deut.15.Et hæc eſt ratio ut dimittat liberè omnis dominus mutui manũ ſuã,qui irrogauit in proximũ ſuũ. Et abſolutè & neutraliter. Ier.17.Et dimiſſionẽ habebis liberè etiã in te ( quantũ etiã ad te attinet ) à poſſeſſione tua,quã dedi tibi & ſeruire faciã te inimicis tuis. Alludit aũt propheta ad legẽ de dimiſſiõe Exo.23.& uult ſignificare, ꝙ nõ tãtùm terra dimiſſionem habebit, ne colat̃ & reddat prouentus,uerùm etiam ipſe Iehuda propter peccata ſua dimittendus ſit liberè ab hæreditate,quam neq; poſſidere,neq; ex ea fructum capere debeat.

In uoce paſſiua נִשְׁמְטוּ. Pſal.141.Dimittantur liberè de petra iudices ipſorum, id eſt,præcipitentur ſine impedimento ut in terram grauiore lapſu collidantur.

In tertia coniugatione תַּשְׁמִיט, dimiſit liberè.Deuter.15.Sed qui eſt frater tuus, hunc dimittat liberè manus tua.

INDE NOMEN,

שְׁמִטָּה Dimiſſio libera,ſ.mutui,uel à debito mutui. Deut.15. Poſt finẽ ſeptimi anni facies dimiſſionẽ. Et eſt differẽtia inter שְׁמִטָּה & inter דְּרוֹר: nã illud propriè ſignificat dimiſſionẽ liberè mutui tãtùm,quæ mãdata erat Exo.23.& Deu.15.ſed דְּרוֹר ſignificat libertatem non ſolùm mutui, uerùm etiam debitorum & aliorum bonorum, adeoq; etiam corporis, iuxta Leuit. 25. ubi præceperat deus ut fieret ſepties ſeptimo anno,id eſt,anno 50.qui à clangore tubarum uocabatur יֹבֵל, iubilæus.

שְׂמִיכָה Tegumentum,opertorium. Vide ſuprà in סָמַךְ.

1648

שִׂמְלָה Veſtis,ueſtimentũ,ſ.exterius quo homo operit̃ ac tegitur Legit̃ etiã literarũ trãſpoſitione שַׂלְמָה, eadẽ ſignificatiõe,de quo paulò ſuperiùs.Gen.9.Et tulit Sem & Iapheth ueſtẽ.Deu.10.Et ueſtẽ.Ieſ.3.Et nõ eſt ueſtis. Et in ſtatu regiminis שִׂמְלַת. Deu.22.Et nõ induetur uir ueſte mulieris. Et in ſtatu affixorũ שִׂמְלָתְךָ. Deut.8. Veſtis tua non inueterauit. Ieſa. 4. Et uaſa aurea, & ueſtes. Et pluraliter tam in ſtatu regiminis,quàm affixorum שִׂמְלוֹת. Exo.12.Et in ueſtibus ſuis.

שְׂמֹאל Siniſtrũ,ſiniſtra,nomẽ ſubſtantiuũ:& ſemper ſubintelligendũ eſt,uel latus,uel manus,uel pars;atq; appellationẽ ſuã habet,quòd opertũ ac tectũ ſit, nec ita apertum

pro-

proſtet ut dextrũ. Et manet inuariatũ tam in ſtatu regiminis, quàm affixorũ. Gen. 24. Et uertã me ad dextrã uel ſiniſtrã. Num. 20. Non declinabimus ad dexterã uel ſiniſtrã. Ioſ. 1. Non recedas ab eo ad dextram uel ſiniſtrã. Gen. 48. Et ſiniſtrã ſuam ſuper caput Manaſſe. Et ut ſæpè in ſcripturis dextra in bonũ, ita contrà ſiniſtra in malum uſurpatur. Ionæ 4. Qui neſciunt, quid ſit inter dextram & inter ſiniſtram ſuam, i. quid ſit faciendum, aut non faciendũ, qui neſciunt diſcernere inter bonum & malum. Matt. 25. Et ſtatuet oues à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris, &c.

שְׂמָאלִי Siniſter, nomen adiectiuum maſculini generis. 1. Reg. 7. Et ſtatuit columnam ſiniſtrã. Et in genere fœminino שְׂמָאלִית. Leu. 14. Et ſuper manũ ſacerdotis ſiniſtrã.

INDE VERBVM,

הִשְׂמִיל Siniſtrauit, i. tetendit ad ſiniſtrã, ſ. manũ ſeu partẽ. Ezech. 16. Siniſtra, i. ad ſiniſtrã tende. Gen. 13. Et ſiniſtrabo. Ieſ. 30. Et ſiniſtrabitis. 2. Sam. 14. Et ſiniſtrare.

Participium præſens מַשְׂמְאִלִים. 1. Paral. 12. Et ſiniſtrantes lapides, id eſt, ſiniſtra facientes lapides.

1649 שֶׁמֶן Nomẽ generale ad omnẽ pinguedinẽ, ſiue naturalẽ, ſiue cõditã. Licebit aũt pro loci circũſtantia uertere nũc oleũ, nũc pinguedinẽ, nũc unguentũ. Ge. 28. Tulit lapidẽ, quẽ poſuerat pro capitali, & poſuit eũ in ſtatuã, effuditq́ʒ oleũ ſuper ſummitatẽ eius. Exo. 25. Oleũ pro lucerna, aromata pro oleo unctionis. Exo. 27. Vt offerãt oleũ oleæ purũ. & ca. 29. Et lagana azyma uncta oleo. Deut. 8. Terra oleæ olei & mellis. & cap. 32. Et nutriui eũ melle de petra & olea de duritia ſaxi. 1. Reg. 17. Et lecythus olei nõ defecit. 2. Reg. 20. Aromata & oleũ optimũ, i. unguentũ. Nehem. 8. Adferte folia oleę, & folia ligni pinguedinis. Ieſaię 41. Et arborem pinguedinis. Eſth. 2. Sex mẽſes pro unguẽto Myrrhę. Pſ. 92. Delibutus ſum oleo uiridi. Ieſa. 61. Oleũ lætitiæ pro luctu. Pſ. 45. Propterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Alludit ad oleũ, quo tẽpore conuiuiorũ & lætitiæ inungebãtur, ſicut ex 2. Sam. 14. liquet, ubi legitur: Lugere te ſimula, & induere ueſte lugubri, nec ungaris oleo. Et ex uerbis Chriſti Mat. 6. Tu autem cùm ieiunas, ungue caput tuũ, & faciẽ tuã laua. Item ex hiſtoria Luc. 7. de muliere peccatrice, quę Chriſto ad menſam recũbenti unguento pedes unxit. Et Marc. 14. de alia muliere, quę fracto alabaſtro unguentum nardiſpicati ſuper caput Chriſti ad menſam recumbenti effundit. Duobus enim liquoribus uſi ſunt, uino ad bibendũ intus, oleo foris ad ungendum, quorum etiam meminit propheta cap. 104. Vinũ lætificat cor afflicti, & ſplendere facit faciẽ oleũ, & panis cor hominis corroborat. Porrò in diſtinctione ſententiæ mutat prius ſægol in cametz שָׁמֶן. Gen. 35. Fudit ſuper ipſum oleũ. 1. Reg. 6. De lignis olei. Pſ. 104. Vt niteat facies præ oleo. In ſtatu affixorum mutat prius ſægol in pathah, & alterũ in ſeua. Leuit. 2. Et de oleo eius. Ezech. 16. Oleũ meum, & incenſum meum. Oſeæ 2. Linum meum, & oleum meum. Et pluraliter שְׁמָנִים. Cant. 2. Ad odorẽ unguentorum tuorum optimorum. Ieſa. 25. Conuiuium pinguedinum. & cap. 28. Vallis pinguedinum. Amos 6. Et præcipuo unguentorũ ſe inungunt. In ſtatu regiminis שַׁמְנֵי. Geneſ. 27. Et de pinguedinibus terræ.

INDE VERBVM,

שָׁמַן Pingueſcebat. Deut. 32. Et pinguefactus Ieſyrũ calcitrauit, impinguatus es, adipe obductus es, & repulit deum factorem ſuum. Iere. 5. Pinguerunt, & nitidi ſunt.

In tertia cõiugatiõe הִשְׁמִין, ſemel legĩ trãſitiuè, Ieſ. 6. Impingua cor populi huius.

INDE NOMINA:

שָׁמֵן Nomẽ participiale, pinguis. Iud. 4. Omnis uir pinguis. 1. Para. 4. Inuenerũt aũt paſcua, pingue & bonũ. Ieſ. 30. Et panẽ prouẽtus terræ, & erit uber & pinguis. Haba. 1. Quoniã per ea pinguis pars eius. In genere fœminino שְׁמֵנָה. Nu. 13. Qualis ſit terra, an ſit pinguis, an macilenta. Nehe. 9. Et ceperunt urbes munitas & terram pinguem. Gen. 49. De Aſſur pinguis panis eius.

מִשְׁמָן Ieſ. 17. Et pinguedo carnis eius macreſcet. Et pluraliter מִשְׁמַנִּים. Pſa. 78. Occidit inter pingues eorum. Ieſ. 10. Ideo mittet Iehoua exercituũ in pingues eius, maciẽ. Dan. 11. In trãquillitate & in pinguedinibus prouinciæ ingredietur. Legĩ etiã

מַשְׁמַנִּים. Nehem.8. Ite,comedite pinguedines,& bibite dulcia.

שְׁמוֹנֶה Octo,nomen numerale cardinale,maſculini generis,à pinguedine: poſt enim ſeptennarium numerum,qui fuit Hebræis feriatus & ſabbathum,ſequitur numerus plenitudinis,& pinguedinis.1.Sam.17.Et erant ei octo filij. Et in genere fœminino שְׁמוֹנָה. Ezech.40. Octo cubitos. Et pluraliter generis communis שְׁמוֹנִים, octoginta.2.Para.11. Centum & octoginta millia electorum.

שְׁמִינִי Nomen maſculini generis,ordinis,i.octauus.Exo.22.Et in die octauo dabis eum mihi.Leu.12.Et in die octauo circumcidetur. In genere fœminino שְׁמִינִית. Leuit.25.Et ſeminabitis in anno octauo. Et accipit̃ quoq; ſubſtãtiuè pro inſtrumẽ
1660 to muſico octo chordarũ. Pſ.6.& 12. Ad ſuperandũ in modulationib. ſup octaua.

שָׁמַע Verbũ generaliter ſignificat audire:ſed quia uariè cõſtruit̃,uariat etiã modos ſignificãdi, quos tamẽ ſermo Latinus uerbo iſto audiẽdi reddere non poteſt:neceſſe eſt igitur alijs uerbis uertere, quibus tamẽ genuina inde ſignificatio deprehẽdi poteſt. Primò,quãdo poſt ſe regit accuſatiuũ mediãte articulo אֶת, uel ſine eo,tũ uertere licebit uerbo audiendi.Gen.24.Factũ eſt,quãdo audiuit Abrahã uerba illorũ.Gen.3.Et audiuerũt uocẽ Iehoua dei ambulãtis in horto.Gen.4.Audite uocẽ meã uxores Lamech.ubi he per apocopen eſt ablata.Gen.37.Audiui dicentes,eamus in Dothaim.Exod.29.Quicunq; loquutus fuerit,Iehoua faciemus,& audiemus,id eſt,faciemus obedienter. In reliquis locis omnibus ſignificat percipere animo,i.intelligere,& trãsfertur ad animũ. Gen.11. Cõfundamus labiũ eorũ,ut nõ percipiat quiſq; labiũ proximi ſui.Deut.28.Excitabit Iehoua cõtra te gẽtẽ è longinquo,à finibus terræ quæ uelut aquila aduolabit, gentẽ cuius linguã nõ percipies.Pſ.81.Labiũ quod neſciebã,percipiebã,i.intelligebã. Præterea abſolutè poſitũ,accipit̃ aliquoties pro obedire. 2.Reg.14.Sed non obediuit Amaziahu. 2.Reg.18.Neq; obedierũt,neq; fecerũt,i.neq; obedienter fecerunt:uel ſic, Neq; obediuerũt ut facerẽt.1.Sam.15.Ecce obedire ſupra ſacrificiũ,i.obediẽtia. Reliqui omnes Infinitiui huius uerbi ſignificant audire, quãquàm nominaliter uſurpẽtur pro שְׁמוּעָה: & cum affixo habet in prima hatephcametz. Ioſ 9. Siquidem audiuimus audire eius,i.famam eius. Secundò,ſimiliter, quãdo cõſtruitur cum datiuo mediante articulo lamed. Gen.3.Quia obediuiſti uoci uxoris tuæ & comediſti de arbore.& cap.16.Ingredere obſecro ad ancillã meã,ſi fortè ædificer ex ea, & obediuit Abrã uoci Sarai.Ioſ.24.Sed ego nõ uolui obedire Bileam.Iud.9. Et noluerunt uiri obedire ei.2.Paral.25.Non obediuiſti conſilio meo.Nehe.13. Vobis non obediemus,ut faciamus mala.Pſ.61.Deus obedi uotis meis. Tertiò,cum præpoſitione beth cõſtructũ,ſignificat Latinis idẽ, quod acquieſcere. Gen.21. Quicquid dixerit ad te Sara,acquieſce in uoce eius.& ca.22. Benedicent̃ in ſeminę tuo omnes gentes terræ,propterea q acquieuiſti in uoce mea.Exo.18. Et nũc acquieſce in uoce mea,ego cõſiliũ dabo tibi.Deuter.21. Qui nõ acquieſcit in uoce patris ſui.1.Sam.15.Nõ eſt uolũtas ipſi Iehoua in holocauſtis,&ſacrificijs,ſicut in acquieſcere in uoce Iehoua,ecce obedire ſupra ſacrificium,& melius auſcultare,quàm adeps arietũ. Num.21. Et acquieuit Iehoua in uoce Iſraelis, & tradidit Cananæum.

Quartò,quando conſtruitur cum præpoſitione אֶל, tum idem Hebręis ſignificat,quòd Latinis attẽdere aures ſeu animũ, auſcultare, animaduertere, aduertere animum, ſ.ad preces ſeu flagitationem. Gen.16. Quoniã attendit Iehoua ad afflictionem tuã.& cap.28.Et attendit Iacob ad patrẽ ſuũ, & abijt in Meſopotamiam. cap.29.Et tamen non auſcultabat ad ipſam,ut cubaret apud ipſam.Exo.6.Ecce filij Iſrael non auſcultauerunt ad me.Deut.4.Et nunc Iſrael attende ad ſtatuta,& iudicia,quæ ego doceo uos.1.Reg.12.Et non attendit Rex ad populum.Gen.30.Et attendit deus ad Leam,& concepit,peperitq; ipſi Iacob filium.2.Paral.30.Et attẽdit Iehoua ad Iehiskia,& ſanauit populum. Quintò,cõſtruitur ſemel cum עַל, id eſt,ſuper,de.Gen.41.Ego audiui ſuper te dicere,id eſt,de te.

Participium præſens שֹׁמֵעַ, ſemper ſine uau.Et uſurpatur nunc uerbaliter,nunc participialiter,nũc nominaliter.Gen.21.Omnis qui audit,corridebit mihi.& cap.

42.Et non cognouerunt,ꝙ audiret Ioſeph. Et mox iterum: Et ipſi non cognouerunt,ꝙ perciperet Ioſeph,cùm interpres inter ipſos eſſet. 2.Sam.15. Et audiẽs non tibi à rege,i.qui audiat te.2.Sam.17.Et audiet audiens,& dicet.Pſal.38.Sicut uir nõ audiens.1.Sam.3.Omni audienti illud tinnient ambæ aures.Num.24. Dixit auditor eloquiorũ dei.1.Reg.3.Et dabis ſeruo tuo cor obediens. Et pluraliter שֹׁמְעִים. Leuit.24.Et imponent omnes audientes manus ſuas ſuper caput eius.Deu.4.Vocis uerborum uos auditores eſtis.1.Reg.10.Qui audiunt ſapientiam tuam. Et in genere fœminino שֹׁמַעַת.Prou.15.Auris audiens correptionem uitæ:

Participium præteritũ generis fœminini שְׁמוּעָה,quod tamẽ nominaliter uſurpatur, & ſignificat paſſiuè auditũ, auditionẽ, famam, rumorem. 1.Sam.4. Et audiuit rumorẽ de capta arca dei.2.Reg.19. Et audiet rumorẽ, & reuertetur in terrã ſuam. Pſal.111.A rumore malo nõ timebit.Ier.53.Et ne molleſcat cor ueſtrũ, neq; timeatis à rumore.Prou.15.Fama bona impinguat oſſa.Ieſ.28.Et quem faciet intelligere auditũ,i.uerbũ prædicatũ. Legitur etiã שְׁמֻעָה 1.Sam.2.Nequaquã filij mei:nõ eñ bona eſt fama,quã ego audio.1.Reg.2.Et rumor peruenit ad Ioab. In ſtatu regiminis שְׁמֻעַת.2.Sam.4.Cùm ueniſſet rumor Saulis,i. de Saule. In ſtatu affixorũ recipit cametz.Ieſ.51.Quis credidit auditui noſtro. Paulus hunc Prophetæ locũ allegans Rom.10.reddidit Græcè ἀκοῇ,data uoce:utitur autẽ propheta hac uoce,ut ſignificet nõ ſuum eſſe uerbum,ſed quòd à deo audiuerit,q.d. quotuſquiſq; credit auditis noſtris. Et pluraliter ſemel שְׁמֻעוֹת, Dan.11. Et rumores terrebunt eum.

In uoce paſſiua נִשְׁמַע.Gen.45.Et uox audita eſt in domo Pharaonis. Deu.4.Si unquàm facta eſt res huiuſmodi magna,aut audita eſt huic ſimilis.Eſth.2.Et factũ eſt,cùm auditum eſſet uerbũ regis.Exo.23.Nominis deorum ueſtrorũ non recordamini,neq; audiatur ſuper ore tuo,i.ex ore tuo. Nehe.6. Et accidit, cùm auditum eſſet à Sanballat.Et mox iterum: Et nunc audietur à rege ſecundum uerba iſta.

Participium maſculini generis נִשְׁמָע.Pſal.19.Neq; ſermo,neq; uerba ſine auditu uocis eorũ,i.ubi uox ipſorũ non audiatur. Et pluraliter נִשְׁמָעִים.Eccl.9.Et uerba eius non audiuntur. In genere fœminino נִשְׁמָעָה.Ier.51. Et timeatis à rumore, qui auditur in terra.

In ſecunda coniugatione שִׁמַּע,audire fecit,conuocauit.1.Sa.15.Et conuocauit Saul populum,& recenſuit eos in Telaim.Similiter 1.Sam.23.Et conuocauit Saul omnem populum ad bellum.

In tertia coniugatione הִשְׁמִיעַ. Et cõſtruitur cum accuſatiuo mediante articulo אֶת.1.Reg.15.Et rex Aſſur audire fecit omnem Iehudam.2.Reg.7. Et Iehoua audire fecit caſtra Syriæ uocem curruum. Deu.4.E cœlo audire fecit te uocem ſuam. Pſal.26.Ad audire faciendum in uoce confeſſionis, id eſt, ut ſonem uocem cõfeſſionis.ubi he characteriſtica tertiæ coniugationis eliſa eſt. Pſal. 106. Qui ediſſeret potentias Iehoua,ſonabit laudem eius.

Participiũ pręſens מַשְׁמִיעַ.1.Paral.16. Aſaph aũt in cymbalis reſonabat. Ieſ.41. Nõ eſt qui ſonet,i.prędicet:neq; etiã qui audiat eloquia ueſtra.Ieſ.52.Euãgelizãtis bonũ,ſonantis ſalutare. Et pluraliter מַשְׁמִיעִים.1. Par.15. Qui cantarent in inſtrumentis,Nablis,Citharis, & Cymbalis reſonantes. Et mox iterum: Reſonantes in Nablis & Citharis.

INDE NOMINA:

שֵׁמַע Auditus,fama,rumor.Gen.29.Cũ audiſſet Labã rumorẽ de Iacob.Exo.23. Nõ eleues rumorẽ falſum.1.Reg.10.& 2.Par.9.Et regina Saba audiens famã Salomonis, id eſt,de Salomone.Iob 42.Per auditũ auris audiui te,& nũc oculus meus uidit te. Pſ.18.Ad auditũ auris obedietur mihi. Et in diſtinctione ſententiæ mutat zere in cametz שָׁמַע.Pſ.150.Laudate eum ſiſtris reſonantiæ. Et in ſtatu affixorum mutat primã uocẽ in hirik,alterã in ſeua.Num.14.Et dicent gentes, ubi audierint auditũ tuum,abſq; potentia eſt Iehoua.Deu.2.Vt qui audierint famã tuã,contremiſcant. Iob 28.Auribus noſtris audiuimus famã eius.Ier.50.Audiuit rex Babylonis rumorem eorum. Nah.3. Omnes auditores famæ tuæ comploſerunt manum ſuper te.

שְׁמוּעָה Auditus,fama,rumor. Vide ſuprà in participio præterito primæ coniugationis.

מִשְׁמַע Auditus,audientia,obedientia. Ieſ. 11. Et non ſecundum auditum aurium ſuarum arguet. Et in ſtatu affixorum addit thau. 1.Sam.16.Et abijt obedientia tua.2.Samuel.23.& 1.Paral.11.Et conſtituit eum Dauid ad audientiam eius. Ieſa. 11. Edom & Moab miſſio manuum eorum,& filij Ammon obedientia eorum.

הַשְׁמָעוּת Auditus,auditio.Ezech.24.In die illa ueniet ad te fugitiuus in auditum aurium,id eſt, ut audias auribus.

נִשְׁמָע Nomen participiale,de quo ſuprà in uoce paſſiua primæ coniugationis.

1651 שֵׁמֶץ Etſi præter Chaldæos paraphraſtes,à Rabinis uariè exponi(nã R.Dauid Kimhi pro מעט דבר parte aliqua rei,Aben Ezra pro מעט, & teſtatur omnes ferè Interpretes ita expoſuiſſe),ſimiliter Latinos expoſitores uariare ſciã, tamen collatis,& diligenter penſitatis tribus illis ſcripturæ locis,quibus legitur, ſatis perſpicuè eius ſignificatio elucet,uidelicet, quòd leuẽ ſeu tenuem auditũ, ſonum ſeu murmur & ſuſurrum ſignificet,qui leuiter aures ferit,& auribus percipitur:itaq; modo tãtùm ſignificandi parũ uariet à uerbo שָׁמַע, non ipſa ſignificatione.Iob 4.Ad me uerbũ aliquod clàm factum eſt,& accepit auris mea auditulum de eo. & ca.26. Ecce iſtæ reliquiæ uiarũ eius,& quãtuluſcunq; auditulus uerbi auditus eſt de eo. Et in forma fœminea שִׁמְצָה. Exod.32. Cùm uideret Moſes populum,quòd ocioſus factus eſſet, & ocioſum feciſſet eum Aaron ad auditulum de conſtitutionibus ipſius.

1652 שָׁמַר Regit poſt ſe accuſatiuũ mediãte articulo אֶת,aut abſq; eo,idq; ſignificat quod Latinis uerbũ cuſtodio,uel ſeruo, ſeu teneo,cum ipſorũ cõpoſitis, & importat curam & ſolicitudinẽ ac diligentiã ne emittatur.1.Reg.14. Qui cuſtodiuit præcepta mea.2.Reg.17.Etiã is non cuſtodiuit præcepta Iehoua. Gen.2. Et poſuit eum in hortũ Eden,ad colendũ & retinendũ illũ.Gen.17.Tu ergo pactũ meũ ſeruabis. Exo.23.Solennitatẽ azymorũ ſeruabis. Num.23. Quicquid poſuerit Iehoua in os meũ,conſeruabo ad loquendũ.Deut.7.Et ſeruabit deus tuus tibi fœdus.Deut.38. Qui dixerũt patri ſuo,& matri ſuæ,ne uideas eum,& fratres ſuos nõ agnoſcit, nec filios agnoſcit,hi cuſtodiũt ſermonẽ meũ. Sic etiã iſto uerbo uſus eſt Chriſtus, cùm mulieri dicit:Beati qui audiunt ſermonẽ Dei & cuſtodiunt illũ,id eſt retinẽt, non patiũtur ſibi excuti.Gene.37. Pater uerò eius obſeruabat uerbũ iſtud, ſeu cõſeruabat,i.diligenti obſeruatione expectauit exitũ uerborũ illorũ. Sic de matre Ieſu Lucas quoq; ſcribit eodem uſus uerbo & eodẽ modo:Maria obſeruabat hæc apud ſe diligenter.Gen.41.Aſſeruas me in caput Gentiũ.Iob 13.Obſeruas omnes ſemitas meas.Pſ.130.Si iniquitates obſeruaueris Ia Iehoua,quis conſiſtet? Mala.2. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã,i.ſunt cuſtodes ſcientiæ.1.Reg.11.Cuſtodi uirum iſtũ.Iob 2.Tantùm animã eius ſerua. Pſ.140. Serua me Iehoua à manibus improbi. Obſeruandũ eſt, q; quotieſcunq; cum uerbo עָשָׂה, aut alio quodã uerbo cõſtruitur,quod illud mox ſequitur,tum idem ualet,quod Latinis uerbũ Curo:ut Deut.4.Seruetis igitur facere,i.curetis igitur facere.& cap.5.Et diſcatis ea & curetis facere ea.& cap.13.Quicquid ego præcipio uobis,id curetis etiã facere.2.Reg. 10.Et Iehu non curauit ambulare in lege Iehoua.1.Paral.28. Curate inquirere omnia præcepta Iehoua dei ueſtri. Similiter in Imperatiuo importat iuſſionẽ facti affirmatiuè.Deut.5.Serua diem ſabbathi & ſanctifices eum,i.cura ſanctificare ſabbathum.& cap.6.Cura ut audias omnia uerba iſta,quæ ego præcipio tibi. 1.Paral. 28. Curate inquirere omnia præcepta Iehoua dei ueſtri. Deinde alia phraſi utuntur Hebræi hoc uerbo, quãdo poſt ſe regit accuſatiuum mediante datiuo ſiue pronominis,ſiue nominis:atque idem ualet,quod ſeruare promiſſionem,præſtare rem promiſſam. 1.Reg.3. Et ſeruaſti ei hanc miſericordiã, ut dares ei filium,&c. 1.Reg.8.Serua ſeruo tuo Dauidi patri meo,quod loquutus es ei. Pſal.89. In æternum ſeruabo ei miſericordiã meam. Ier.5. Hebdomadibus ſtatutis meſſem ſeruas nobis,id eſt præſtas. Inſuper cõſtruitur cũ præpoſitione אֶל, importatq; motũ ad locum,atq; Hebræis idem ualet,quod Latinis uerbum,animaduerto, conſidero,reſpicio.2.Samuel.11. Cùm obſeruaret Ioab ad ciuitatem,quo loco ſtatueret Vriam. Pſalm.59.Cùm ipſe præualet,ad te obſeruo,id eſt,reſpicio,conuerto.

At

At quando conſtruitur cum prępoſitione עַל,tum ſimul importat curam & ob-
ſeruantiam ſuper perſona ſibi commiſſa. 1.Sam.26. Vos filij eſtis mortis, qui non
obſeruaſtis ſuper ſuſtentatorem ueſtrum.Prou.6. Cùm recubueris, obſeruabit ſu-
per te,id eſt,habebit tui curam.

Participium pręſens שׁוֹמֵר, quod interdum uerbaliter uſurpatur:ut Eccl.11.Qui
obſeruat uentos,nunquàm ſeminabit. 1.Sam.2. Et Eli obſeruabat os eius. Sæ-
piùs tamē in naturam nominis abit. Gen.4. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego.
1.Sam.17. Diuiſit oues apud cuſtodē.Et mox iterum:Et reliquit Dauid uaſa apud
cuſtodem uaſorum.Deu.7.Deus fidelis eſt cuſtos fœderis.Prou.13. Cuſtos corre-
ptionis honorabitur. Et pluraliter שׁוֹמְרִים. Iudic.7. Excitando excitauerunt cu-
ſtodes. Pſal.130. Anima mea ad Iehoua pluſquàm cuſtodū, ſcilicet anima ad ma-
ne,cuſtodum inquam ad mane.Iudic.1. Et uiderunt cuſtodes uirum egredientem
de ciuitate. Zachar.10. Afflicti ouium ſunt obſeruantes mei. In ſtatu regiminis
שׁוֹמְרֵי. Num.31.Et dabis ea cuſtodibus cuſtodiæ tabernaculi Iehoua. 2.Reg.11.Et
cuſtodes cuſtodiæ domus Regis.

Participium præteritum שָׁמוּר.1.Sam.9. Comede, quoniam ad tempus certum
adſeruatum eſt tibi. In genere fœminino שְׁמֻרָה. 2.Samuelis 23. Ordinatum per
omnia & cuſtoditum. Et pluraliter שְׁמֻרוֹת. Pſalm.77. Tenuiſti cuſtodias oculo-
rum meorum. Vocat autem Propheta palpebras, ſeu tegumenta oculorum hoc
nomine, quæ ſunt cuſtodiæ oculorum.

In uoce paſſiua נִשְׁמַר mutat aliquādo modū ſignificandi, & eo utitur Hebræus
ſermo, in dehortationibus, ſeu prohibitionibus, ut ſi quis in rebus prophanis, ma-
lis aut noxijs ſe reſeruet ſanctum aut ſaluum. Oſeæ 12. Et per Prophetā reſeruatus
eſt.Pſal.37.Et nō deſeret pios ſuos, in æternum reſeruabuntur. 1.Sam.21.Si reſerua
ti ſunt pueri ſaltem à mulieribus. Veruntamen in Latina lingua cōmodiùs uer-
tes uerbo Caueo, ſeu abſtineo. 2.Sam.20. Et Amaſa non intentus fuit in gladium,
qui in manu Ioab.2.Reg.6.Et intentus fuit ibi non ſemel uel bis. Deut.2. Et time-
bunt à uobis, modò caueatis plurimùm, ne prouocetis eos.Deu.4.Sitis igitur cau
ti ſeu circumſpecti pro animabus ueſtris. & cap.23. Quando egreſſus fueris cōtra
inimicos tuos, caueas tibi ab omni re mala. Iudic.13. Ab omni quod dixi ad mulie
rem, abſtinebit.Mala.2. Vos igitur abſtinete in ſpiritu ueſtro. Sic etiam in impe
ratiuo הִשָּׁמֵר,id eſt caue, ſis attentus, prouidus, circumſpectus, cautus. Gen.24. Ca
ue ne reducas filium meum huc.Ieſ.7. Sis circumſpectus, & uigila, nec tamen for-
mides. Deuter.24. Sis circumſpectus in plaga lepræ, ut obſerues diligenter.1.Sa-
muel. 19. Sis cautus uſq; ad mane.Iob 36.Caue ne reſpicias ad iniquitatem. Iud. 13.
Et nunc ſis cauta deinceps, & non bibas uinum. Et pluraliter הִשָּׁמְרוּ.Exod.19.
Cauete ne aſcendatis montem.Deu.4.Cauete uobis ne obliuiſcamini fœderis Ie-
houa. Iere.9. Vnuſquiſq; à proximo ſuo caueant. Iere.17. Cauete in animabus ue-
ſtris ne portetis onus aliquod in die ſabbathi.Deuter.11.Attendite uobis ne deci-
piatur cor ueſtrum. Matthæus Euangeliſta ſeu interpres ipſius haud dubiè uer-
bo iſto προσέχετε reddidit, cap.7.Attendite à pſeudoprophetis.

In ſecunda coniugatione legitur ſolùm participium præſens מְשַׁמְּרִים.Ionæ 2.
Qui obſeruant uaniſſimas uanitates.

In quarta cōiugatione הִשְׁתַּמֵּר legitur ter:2.Sam.2.& Pſa.18.Et eram integer ei,
& cuſtodiebam me ex animo ab iniquitate mea. Mich. 6. Seruantur ex animo ri-
tus Amri.

INDE NOMINA:

שֹׁמֵר Cuſtos: ſed de hoc in participio præſenti primæ coniugationis.

שָׁמְרָה Cuſtodia.Pſal.141. Pone Iehoua cuſtodiam ori meo.

מִשְׁמָר Cuſtodia.Gen.40.Et fuerunt dies aliquot in cuſtodia.Prou.4. Præ omni cuſtodia
cuſtodi cor tuū.2.Para.26.Cuſtodia contra cuſtodiā. Et in ſtatu regiminis מִשְׁמַר.
Ge.4.Et poſuit eos in cuſtodiā domus principis Laniorū. Et pluraliter מִשְׁמָרִים.
Neh.13.Quas ego feci in domo dei mei, & in cuſtodijs eius. Et in genere fœm.
מִשְׁמֶרֶת, cuſtodia, cōſeruatio, obſeruātia.Ex.12.Et erit uobis in obſeruationē uſq; in

decimam quartam diem huius menſis. In ſtatu affixorum. Ieſ.21. Et ſuper cuſtodia mea ego ſto ſingulis noctibus. Gen. 26. Propterea ꝙ obediuit Abraham uoci meę, & ſeruauit obſeruantiã meam, id eſt, fuit obſeruãs mei, ad iuſſa mea expectauit. Et pluraliter מִשְׁמָרוֹת. 1. Paral.9. Ipſi igit̃, & filij ipſorũ ſuper portis domus Iehoua, domus tabernaculi per cuſtodias. 1. Par.26. In pręcipuos uiros cuſtodiarũ. Neh.13. Cõſtitui cuſtodias ſacerdotũ & Leuitarũ, qui ſ. expectarẽt iuſſa Põtificis.

אַשְׁמֹרֶת Cuſtodia, uigilia, excubiæ. Exod.13. Et factum eſt in cuſtodia matutina. Iudic.7. In principio cuſtodiæ mediæ.

אַשְׁמוּרָה Pſal.90. Quoniam mille anni in oculis tuis, ſicut dies heſterna, quæ præterijt, & uelut cuſtodia in nocte. Et pluraliter אַשְׁמֻרוֹת. Pſal.63. In cuſtodijs intẽtus fui in te. Pſal.119. Anteuerterunt oculi mei ipſas cuſtodias. Threnor.2. Surge, uociferare in nocte in principio cuſtodiarum.

שִׁמֻּרִים Exod.12. Nox obſeruantiarum eſt Iehoua. Et mox iterum: Et obſeruantiæ omnibus filijs Iſrael in omnem poſteritatem eorum.

שְׁמָרִים Feces, quæ ſeruantur in imo uaſis, & uina ipſa conſeruant. Ieſa.25. Et faciet Iehoua exercituum omnibus populis in monte iſto conuiuium pinguium, cõuiuium fecium, uidelicet pinguium medullatorum, fecium defecatorum. In ſtatu affixorum. Pſal.75. Et feces eius exugendo bibent. Iere.48. Et quietus ipſe ſuper fecibus ſuis, neq; euacuatus eſt de uaſe in uas. Zophon.1. Viſitabo ſuper uiros coagulatos ſuper fecibus ſuis.

שָׁמִיר Primò ſignificat ſenticetũ, uepricetum, nomẽ collectiuũ, quod ſuis aculeis & ſpinis ſeruet retineatq; homines aut pecudes, ſicut eſt de ſentibus in quodam Apologo, aut ſanè ſata detineat ac ſuffocet. Hieronymus & alij uerterunt Sentis. Ieſ.5. Et ponam eum uaſtitatem, non putabitur, nec ſarrietur, & ſuccreſcẽt ſentes & ſpinæ. & cap.7. Metu ſentiũ & ſpinarũ. & ca.18. Quoniam flagrat uelut ignis ſeditio, qui ſenticetum & ſpinetũ corripit. Deinde eſt nomen lapidis precioſi, quem putãt eſſe adamantẽ. Certũ eſt à ſeruãdo eſſe dictũ, fortè idem eſt, quod magnes qui ferrum ſeruat. Ieſa.17. Peccatum Iehuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo, & ungula adamantis. Ezech.3. Sicut adamantem, qui eſt durior ſilice. Zach.7. Cor ſuum poſuerunt
1653 uelut adamantem, ne audiant legem.

שֶׁמֶשׁ Sol: arbitror appellationẽ habere & Hebręis dictũ eſſe, quòd lucẽ adminiſtret, quia Chaldęis quoq; adminiſtrationẽ ſignificat. Et cõgruit cũ eo quod Gen.1. ſcriptum eſt: Et fecit deus duo luminaria magna, luminare maius in dominiũ diei, & luminare minus in dominiũ noctis, & ſtellas: & poſuit ea Deus in firmamẽtum cœli, ut lucerẽt ſuper terrã, & ut dominarent̃ in diẽ, & in noctẽ, & diſtinguerẽt inter lucẽ & inter obſcuritatẽ. Exo.16. Et cùm caleſceret ſol, etiã liquefiebat. Deu.4. Ne quãdo eleues oculos tuos in cœlũ, & uideas ſolẽ & lunã, & ſtellas, uniuerſum exercitũ cœlorũ, &c. Ioſ.10. Et quieuit ſol, & luna ſtetit. Iud.5. Et diligẽtes eũ, ſunt ſicut egreſſus ſolis in præualeſcẽtia ſua. cap.9. Et erat in mane cùm exoriret̃ ſol. 2. Sam.12. Et concũbet cũ uxoribus tuis, in oculis ſolis huius: qđ tu feciſti in abſcondito, ego faciã rem hanc coram uniuerſo Iſrael & corã ſole. Ier.31. Qui dedit ſolẽ in lucem diei. & ca.43. Et frãget ſtatuas domus ſolis, quæ eſt in terra Ægypti. Ioel.2. Sol uertet̃ in obſcurũ, & luna in ſanguinẽ. Pſ.84. Quia ſol & ſcutũ eſt Iehoua deus id eſt, doctor & defenſor, cõſolatio & defenſio. Sic etiã figuratè de Chriſto, Pſ.18. Soli poſuit tentoriũ in eis. Mala.4. Et orietur uobis timentibus nomen meũ ſol iuſtitiæ. In diſtinctione ſentẽtiæ שָׁמֶשׁ. Deut.4. Ad exortũ ſolis. Et cũ affixis mutat prius ſægol in hirik, & alterũ in ſeua. Ieſ.60. Nõ occumbet amplius ſol tuus. Iere.15. Occubuit ſol eius, cùm adhuc eſſet dies. Et pluraliter שִׁמְשׁוֹת, ſolaria, feneſtræ per quas ſol lucem adminiſtrat. Ieſa.54. Et ponam Gagaten feneſtras tuas.

שִׁמְשׁוֹן Nomen propriũ fortiſſimi herois, qui fuit typus Chriſti, cuius hiſtoria, & res præ-
1654 clarè geſtæ deſcriptæ ſunt in libro Iudicũ à cap.13. uſq; ad 17. & ſonat, q.d. ſolaris.

שָׁנַן Acuit: atq; ſimul importat rei mutationẽ: eſt enĩ acuere, mutare obtuſum in acutũ: ideoq; modo tãtùm ſignificãdi uariat à uerbis שָׁנָה & יָשַׁן. Deu.32. Si acuero laminam

minam gladij mei. Pſal.64. Qui acuunt uelut gladium, linguam ſuam. Pſalm.140. Acuerunt linguam ſuam, tanquàm ſerpens.

Participium præteritum שָׁנוּן. Prouer.25. Sagitta acuta. Et pluraliter שְׁנוּנִים. Pſal.45. Sagittæ tuæ acutæ.

In ſecunda coniugatione שִׁנֵּן. Deuter.6. Et acues ea filijs tuis, & loqueris in eis.

In quarta coniugatione אֶשְׁתּוֹנָן, perinde ac ſi eſſet à forma שׁוּן. Pſal.73. Et renibus meis acuor, id eſt pungor.

INDE NOMINA:

שֵׁן Dens: quia acutus eſt: quanquàm etiam ad rupes & alias res transferatur acutas, & quæ figura dentes referũt. Exo.21. Dens pro dente. 1.Reg.10. Et facit Rex thronũ dentis magnũ. 1.Reg.22. Et domũ dentis, quã ædificauit. Pſ.45. De palatijs dentis. Ezech.27. Cornua dentis & Ebenim. Amos 6. Qui cubãt ſuper lectulis dentis.

Et in ſtatu regiminis mutat zere in ſægol שֶׁן. Deut.32. Et dentẽ beſtiarũ mittam in eos. Iob 39. Super dente rupis. Attamen ſemel ſeruat zere, 1.Sam.14. Et dens rupis citrà, & dẽs rupis ultrà. niſi dicere uelis, ꝙ ſequẽs nomen סֶלַע ſit appoſitio.

In ſtatu affixorum tranſponit alterum punctulum de zere in ſequentem literam nun, ut ex dagges eluceſcat, quòd deriuatum ſit à uerbo geminato שָׁנַן. Exo.21. In libertate dimittat eum pro dente eius. Et dualiter שִׁנַּיִם: habet autem ideo dualem numerum, quia duæ ſunt ſeries dentium, ſuperior, & inferior. Gen.49. Et candor dentium ſupra lac. 1.Sam.2. Et fuſcinula trium dentium in manu ſua. In ſtatu regiminis & affixorum שִׁנֵּי. Pſalm.3. Dentes improborum confregiſti. Iob 4. Dentes leunculorum confringentur. Num.11. Caro erat adhuc inter dentes ipſorum. Pſal.35. Frendendo ſuper me dentibus ſuis.

שִׁנְאָן Nomẽ collectiuum. Et ſignificat genus curruum, qui acutas falces habẽt, quibus utuntur ad proſcindendũ hoſtẽ, & nos currus falcatos appellamus. Legitur ſemel tantũ, Pſal.68. Currus dei bis dena millia, multa millia falcatorũ. pro quo interpretes Angelos tranſtulerunt. Eſt aũt ab hac radice, interpoſita tãtùm litera aleph.

שֶׁנְהַבִּים Dictio, compoſita ex שֵׁן dens, & הַבִּים elephanti. Legitur ſemel 1.Reg.10. Dentes Elephantorum, & ſimias.

שְׁנִינָה Acuitas, acies, id eſt, acutè ſeu acerbè dictum. Deuter.28. Et eris in ſtuporem, & in prouerbium, & acerbè dictum in omnibus populis. Ierem.24. In parabolam, & in acerbè dictum. Et eodem modo dicitur hoc acerbè dictum, quo חִידָה acutè dictum, at non eadem ratione.

1655 שׂנא Odit, odio habuit. Et eſt contemptus ac neglectus, quia ea quæ odimus, negligimus & contẽnimus. Et multis in locis ſcripturę opponitur uerbo אָהַב. Deuter.12. Quia omnem abominationem Iehoua, quam odiuit, fecerunt. 2.Samuel.13. Quia maius odium, quo odit eam, ꝙ̃ dilectio, qua dilexit eam: quia odio habuit Abſolom Amnon. Pſ.5. Odiſti omnes operantes ex concupiſcẽtia. Eccl.2. Et odi uitam. Amos 5. Odio habuerũt in porta corripientẽ. Prou.19. Omnes fratres pauperis oderunt eum. Pſ.97. Qui diligitis Iehoua, odio habete malũ. Pſal.39. Nónne odientes te, Iehoua odio habebit. Prou.1. Et ſtulti odio habebunt ſcientiam. Gen. 37. Et addiderunt adhuc odiſſe eum. Eccl.3. Tempus diligendi, & tempus odiẽdi.

Participium præſens, ſeu nomen participiale שׂוֹנֵא. Prouer.15. Odio habens caſtigationem, morietur. cap.28. Odio habens auaritiam prolongabit uitam. Exod. 23. Si uideris aſinũ oſoris tui. Et pluraliter in ſtatu regiminis שֹׂנְאֵי. Exo.18. Oſores auaritiæ. Pſal.129. Omnes oſores Zion. Geneſ.25. Et hæreditabit ſemen tuum portam oſorum tuorum. Et in genere fœminino pluraliter שֹׂנְאוֹת. Ezech.16. Et dabo te in animam odientium te.

Participium præteritũ pluraliter maſculini generis שְׂנוּאִים. 2.Sam.5. Et claudos & cęcos & exoſos animę. Et in genere fœminino שְׂנוּאָה. Gen.23. Et uidit Iehoua, ꝙ exoſa eſſet Lea. Deut.21. Primogenitũ filiũ exoſæ. Ieſ.30. Derelicta & exoſa.

In uoce paſſiua נִשְׂנָא. Prou.14. Et uir excogitatorum odioſus erit. Et ibidem iterum: Odioſus erit pauper, id eſt exoſus,

In

In ſecunda coniugatione legitur tantùm participium pręſens מְשַׂנֵּא. Pſalm.55. Oſor meus aduerſum me magnificatus eſſet. Et pluraliter מְשַׂנְאִים. Prou.36. Omnes oſores mei dilexerunt mortem. Pſalm. 44. Oſores noſtri diripuerunt pro ſe. Pſal.139. Nónne oſores tuos odio habebo.

INDE NOMINA:

שְׂנִיאָה Geminata litera, & aleph conuerſa in he, odioſa. Deuter.21. Et fuerit filius primogenitus exoſæ.

שִׂנְאָה Odium. 2.Sam.13. Et odit eam Amnon odio magno ualdè, quia odio maiore odit eam, quàm amore quo amauit eam. Pſal.139. Omnimodò odio odi illos. Et in ſtatu regiminis שִׂנְאַת. Pſalm.55. Et odio iniquitatis oderunt me. Et cum affixis.

1656 Deut.1. Propter odiũ Iehoua erga nos eduxit nos de terra. Eccl.9. Etiã odiũ eorũ.

שנב Inde nomẽ אֶשְׁנָב, cancelli: ac arbitror ſignificatione cognationem habere cum uerbo שׁוּב, & eius cognatis, interpoſita litera nun: & ſic dici, quòd uerti poſſit. Iud.5. Et fleuit mater Siſaræ per cancellos. Et cum affixo fortificat literam beth. Prou.7. Per cancellos meos proſpexi.

1657

שָׁנָה Mutauit, iterauit. Et cõgruit ſignificatione cũ uerbis שָׁנַן & יָשַׁן, quia omnia illa tria mutationẽ notãt, niſi quòd alio atq; alio modo ſignificãdi. 2.Reg.20. Et nõ iterauit illi, ſcilicet ictũ. 1.Sam.16. Percutiã eum cũ lancea in terrã una uice, & non iterabo illi. 1.Reg.18. Et dixit, iterate, & iterauerũt: & dixit, tertiò facite, & tertiò fecerũt. Nehe.3. Quare nõ pernoctatis è regione muri, ſi iterabitis, manũ meã mittã in uos. Pſal.77. Ego dixi, ægrotari meũ eſt, mutari dexterę Excelſi, i. ægritudo mea eſt, & mutatio dextræ Excelſi. Malach.3. Quia ego Iehoua nihil mutaui ſeu muto.

Legitur tamen interdũ in fine aleph loco he, ſeruata tamẽ forma in pũctis more uerborũ habentiũ he: ut Thre.4. Quõ obſcuratũ eſt aurũ, mutata erit maſſa bona.

Participium pręſens שׁוֹנֶה. Prouer.17. Qui operit tranſgreſſionẽ, ſectatur dilectionẽ: ſed mutãs in re, diſiungit ducẽ. Prou.26. Velut canis qui reuertitur, ita ſtultus qui mutat ſeu iterat in ſtultitia ſua. Et pluraliter שׁוֹנִים. Eſther 1. Et bibẽdo in uaſis aureis, & uaſa poſt uaſa mutãtes. Prou.24. Time Iehoua, & regẽ, cum mutãtibus ne immiſceas te, i. q ſatagũt nouare regnũ, mutare leges ſeu ſtatũ regni. Et in genere fœminino plurali שֹׁנוֹת. Eſth.3. Et leges eorũ mutãtes ab omni populo.

In uoce paſſiua נִשְׁנָה, cuius tantùm infinitiuus legitur Gen. 41. Et ſuper iterari ſomnium ad Pharaonem duabus uicibus.

In ſecunda coniugatione שִׁנָּה cum he, & שִׁנֵּא cum aleph. 2.Reg.29. Et mutauit ueſtes carceris illius. 1.Sam.21. Et ipſe mutauit geſtum ſuũ in oculis ipſorum. Pſal. 34. In mutando ipſum geſtũ ſuũ corã Abimelech. Eſth.2. Et mutabat eam, & puellas ipſius in meliorem, ſcilicet locum domus mulierum. Pſal.89. Et enunciatum labiorum meorum nõ mutabo. Ier.2. Quid diſcurris adeò ad mutandum uiam tuã? confunderis etiam ab Ægypto. Prou.31. Ne bibat, & obliuiſcatur legis latæ, & mutet cauſam omnium filiorum oppreſſionis.

Participium præſens מְשַׁנֶּה. Iob 14. Immutas faciem eius, & dimittis eum.

In uoce paſſiua יְשֻׁנֶּא. Eccl.8. Sapiẽtia illuſtrat faciẽ eius, ſed pręfracti uultu mutabitur. In quarta coniugatione הִשְׁתַּנָּה. 1.Reg.14. Surge obſecro, tranſmutabis te, ut non cognoſcant te, quòd ſis uxor Ierobeam.

INDE NOMINA:

שֵׁנִי Nomẽ numerale ordinis, maſculini generis, ſecũdus, alter, ſ. à priore mutatione facta. Geneſ.1. Et fuit ueſpera, & mane, dies ſecundus. Exo.28. Et ordo ſecundus. Iudicum 6. Accipe iuuencum bouem, qui eſt patri tuo, & iuuencum alterum ſeptem annorum. In duali numero ſtatus abſoluti שְׁנַיִם, duo. Gen.6. Duo ex omnibus ingredientur ad te. & cap.7. Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noah. 1.Samuelis 25. Et duos utres uini. Eccl. 4. Meliores ſunt duo, quàm unus. Item ſequẽte alio nomine, interdũ ſeruat mem, mutato cametz in zere שְׁנֵים. 1. Reg.17. Ecce ego colligo duo ligna. Gen.17. Duodecim principes generabit. 1.Re.19. Duodecim paria ante ipſum, & ipſe in duodecim. Ioſ.4. Capite uobis è populo duodecim uiros. Vel

ut-

utplurimùm abijcit mem שְׁנֵי. Deut.3.De manu duorum Regum.Exod.25.Duæ gentes in utero tuo, & duo populi. Deut.19. In ore duorum teſtium. Ezech.32.In duodecimo mēſe. Porrò in ſtatu affixorum ſemper legitur abiecta liteta mem, & in prima cum ſeua שְׁנֵיהֶם. Gen. 21. Iuramentū ambo ipſi. Gen. 31.Arguent inter ambos nos. Et pluraliter שְׁנוֹת pro שְׁנִיִּים. Gen.6.Infima,ſecunda,& tertia facies ea.Num.2.Et ſecundi proficiſcentur. Et in genere fœminino שְׁנִיִּם, ſecunda,altera.Gen.4.Et nomen ſecundæ Sillah. Et quando conſtruitur cum uerbo.tranſit in naturam aduerbij,ſecundò,iterum,deinde,denuò,amplius. 2.Sam.16.Deinde cui ego ſeruire debeo.2.Sam.14.Et miſit adhuc ſecundò. Ieſa.11. Apponet manum ſuam ſecundò.Zach.4. Et reſpondi ſecundò. Iob 39. Et ſecundò etiam nihil addam.& cap.33.Si in uno loquetur, & in ſecundo nō obſeruabit illud, id eſt amplius. Et in numero duali שְׁתַּיִם pro שְׁנְתַּיִם: ſed euphoniæ cauſa,& præter morem aliorum nominum fortificat literam thau poſt ſeua ſequentem. 1.Reg.3. Venerunt duæ mulieres.Ieſ.6.Duabus operiet faciem ſuam,& duabus uolabit. Legitur tamen in duobus locis ſine dagges שְׁתָּיִם: Ieſ.52.Duo iſta euenient tibi.Prouer.30.Duo poſtulaui à te. Et quando ſequitur nomē hoc numerale שְׁתַּיִם, tum daggeſſata litera thau mutat cametz magnum in zere cametz paruum .Gen. 12. Duodecim annis ſeruierunt. Exod.14. Duodecim ſtatuas. Ionæ 4. In qua ſunt pluſquàm duodecim centum millia hominum, id eſt, pluſquàm centum uiginti millia hominum. Cæterùm quando alia ſequūtur nomina uel pronomina affixa,perpetuò habet שְׁתֵּי. 1.Sam.30.Duæ uxores Dauid.Iudic.16. In duobus poſtibus.Et mox iterum:De duobus oculis meis.Gen.2.Et erāt duo illi nudi,id eſt ambo illi.Prou.24.Et interitum duorum illorum quis nouit,id eſt utriuſque.

שָׁנִי Id eſt,ſecūdus,alter,ſecūdinus,duplicatus, bis tinctus. Et conſtruitur ſæpiùs cum nomine תּוֹלַעַת, ſed duplici tamē ratione: Primò,præponitur illi nomen תּוֹלַעַת: ut Exo.25.Hyacinthū & purpurā & uermiculū ſecundariū.pro quo Latina tranſlatio per Septuaginta uertit bis tinctū.Num.4.Et expandent ſuper iſta pannū uermiculi ſecundarij.Et ita ſępiſſimè in Moſe legitur. Secūdò,interdū præponitur nomini תּוֹלַעַת, & ſic ponitur in ſtatu regiminis שְׁנִי, & legitur ter: Leuit.14.Et ſecūdariū uermiculi & Æſopum. Deinde ſemel Num.19. Lignū cedri & Æſopum, & ſecūdariū uermiculi. Legitur tamē ſemel abſq; nomine תּוֹלַעַת, Gen.38.Et accipiēs obſtetrix ſtatim ligauit ſuper manū eius ſecundariū,dicēs, hic egreſſus eſt initiò. Ioſ.2.Complicatum filum ſecūdarij huius ligabis in feneſtra. 2.Sam.1. Qui induebat uos ſecundario cū delicijs.Cant.4.Sicut filū ſecūdarij labia tua.Ier.4.Quę nūc indueris ſecūdario. Et pluraliter שָׁנִים.Ieſ.1.Si fuerint delicta ueſtra ueluti ſecūdarij multū,quaſi nix dealbabūt.Pro.31.Tota domus eius induta eſt ſecūdarijs.

מִשְׁנֶה Secundus,alter,duplex.Et nō eſt tā ordinis,quàm etiā dignitatis.Eſth.10. Et Mardochæus Iudæus erat ſecundus regi.Gen.41.Et iuſſit eū uehi in curru ſecūdo, qui erat ei.& ca.43.Argentum alterum accipite in manum ueſtram, & argentū repoſitum in os ſaccorū ueſtrorū reportate in manu ueſtra. 2.Reg.22.Et ipſa habitabat in Ieruſalē in ſecunda,ſcilicet parte.2.Paral.35. Tranſtulerūt eum ſerui eius de curru, & uehi fecerunt eum ſuper curru altero qui erat illi. 2.Reg.23.Et pręcepit rex Hilkijahu ſacerdoti magno,& ſacerdoti ſecundi,ſ.ordinis.Ierem.17.Adduc ſuper ipſos diē malā,& duplici contritione contere eos. In ſtatu regiminis & affixorū mutat ſægol in zere מִשְׁנֵה. Deut.17.Et deſcribet ſibi ſecundariū legis huius,id eſt, *δευτερονόμιον*. Ioſ.8.Et deſcripſit ſibi ſuper lapides ſecundariū legis Moſi,quod ſcripſerat ſuper filijs Iſrael.Hinc Iudæi quintum librū legis etiam hodie uocant מִשְׁנֶה. Ier.16.Et retribuā principiò duplicationē iniquitatis eorū. Et pluraliter מִשְׁנִים. 1.Par.15.Et cū ipſis fratres ipſorū ſecūdi.1.Sam.15.Et pepercit Saul & populus ipſi Agag,& optimis ouibus & armētis, & ſecūdis.quāquàm alij Chaldaicū paraphraſten imitantes,qui שַׁמִּינַיָּא uerterunt, etiā pro pinguib. reddunt, quaſi eſſet ſcriptū literarū inuerſiōe pro שְׁמֵנִים: ſed ego nō approbo.Significat eñ hiſtoriographus, φ optimis & ſecundis pepercerint,tm̄ uile & caducum anathemate percuſſerint.

Annus,

שָׁנָה Annus, à mutatione ſeu reuolution*e*, quòd uidelicet annus annum perpetua ſerie ſequatur. Atq; in anno uariæ & temporum & rerum ſunt mutationes ac uiciſſitudines. Eſtq; generis fœminini tam in ſingulari, quàm in plurali numero, non obſtā te, quòd habeat plurale forma maſculini generis. 1. Reg. 20. Et factum eſt in reuerſione anni. Exod. 12. Filius anni erit uobis. Deut. 14. Quos producit ager anno anno, id eſt annuatim, ſeu ſingulis annis. & cap. 15. Coram Iehoua deo tuo comedetis anno in annum, id eſt per ſingulos annos. 1. Sam. 13. Filius anni erat Saul, cùm regnaſſet ipſe, & duos annos regnauerat ſuper Iſrael. 2. Regū 13. Et uenerunt latrunculi Moab in terram ueniente anno. Ieſaiæ 32. Diebus aliquot ſupra annum perturbabimini. Legiť tamē ſemel שָׁנַת in ſtatu abſoluto pro שָׁנָה, Eſdræ 7. Ipſe eſt annus ſeptimus regi: niſi ſic uelis interpretari, Annus ſeptimi regis. In ſtatu regiminis שְׁנַת. Leuit. 27. Vſq; ad annū Iobilei. 1. Reg. 15. In anno Aſſæ. Et mox iterum: In anno decimo octauo regis. Et qnq; geminať. 1. Reg. 16. In anno tricesimo octauo anno Aſſę regis. 2. Reg. 12. In anno uiceſimo tertio anno. Et in ſtatu affixorū שְׁנָתוֹ. Num. 6. Agnus filius anni ſui, & agna filia anni ſui. Et dualiter שְׁנָתַיִם. Amos 1. Duobus annis ante terræmotum. Gen. 41. Et factum eſt poſt finem duorū annorum dierum, id eſt poſt duos plenos annos. 2. Sam. 13. Et factum eſt ad duos annos dierum, id eſt duos integros & plenos annos. 2. Sam. 14. Et habitauit Abſolom in Ieruſalem duos annos dierum. Iere. 28. Adhuc ſunt duo anni dierum. Gen. 45. Hoc biennio fames fuit in medio terræ. Et in diſtinctione ſentētiæ שְׁנָתָיִם. 1. Reg. 25. Et regnauit ſuper Iſrael biennio. Et pluraliter primò in forma fœminina שָׁנוֹת. Pſ. 90. Pro annis, quibus uidimus malum. Iob 16. Quoniam annorum numerus uenit. Deut. 32. Animaduertite annos generationis. Pſal. 77. Annos æternitatum. Similiter cum affixo. Pſal. 31. Et anni mei in gemitu. Et in forma maſculina cū adiectiuis fœminini generis. Gen. 1. Et erunt in ſigna & in ſtata tempora, & in dies, & annos. Pſalm. 90. Quoniam mille anni in oculis tuis. Et obſeruabile eſt circa hunc numerum pluralis numeri maſculinę terminationis, quòd ſingularis ſit illius in cōſtructione cū nominibus numeralibus ratio: Primò, quando cum monadico conſtruitur, tum pluraliter שָׁנִים uſurpatur. Gen. 45. Et adhuc quinq; anni. Exo. 21. Sex annis ſeruiuit. Iud. 1. Et ſeruierunt filij Iſrael octo annis. Iud. 9. Et principem egit Abimelech ſuper Iſrael tribus annis, &c. Exceptis tantū tribus locis in quibus monadica cū ſingulari שָׁנָה cōſtruitur: 2. Reg. 8. Et octo anno regnauit in Ieruſalem, id eſt octo annis. 2. Reg. 2. Filius octo anno erat Ioſiahu, id eſt octo annorū.

Itē exceptis etiam nominibus numeralibus ordinis, cum quibus etiā שָׁנָה ſingulariter conſtruitur. Leuit. 19. In anno quarto. Geneſ. 47. In anno ſecundo. Leuit. 25. Seminabitis anno octauo uſq; ad annum ſeptimum, &c. ſic perinde ſe habet illa conſtructio, ut cū nomine שֶׁקֶל: de quo infra ſuo in loco. Secundò, quādo cū עֶשֶׂר nomine cōſtruitur, legitur ſimiliter שָׁנִים. Gen. 16. Poſt finē decē annorū. Iud. 12. Et iudicauit Iſraelē decē annis. Ruth 1. Et habitauerunt ibi per decē annos.

Tertiò, quando conſtruitur cū nominibus cardinalibus ultra denariū numerū, tum legitur perpetuò ſingulariter. Exo. 7. Et Moſes octoginta anni, & Aarō filius nonaginta anni, i. annorum. Leuit. 27. Filius ſexaginta anni, id eſt, annorū. Et ſic in omnibus Bibliæ locis legitur ſine ulla exceptione. Adducam iam locos aliquot, in quibus utriuſq; exēpla leguntur ſimul poſita. Gen. 5. Quinq; annos, & centum annum. Et mox iterum: Septem annos, & octocentum annum. Et ibidem iterum: Et fuerunt omnes dies Enos quinq; anni, & nongenti annus. Leuitici 27. A filio quinque annorum, uſq; ad filium uiginti annus, &c.

Et ut id quoq; obiter indicem, In ſcriptura ſacra de duplici anni initio legitur. Primum, quod eſt naturale, eſt in menſe אָבִיב, qui etiam נִיסָן dicitur, quòd in illo mēſe populus Iſraeliticus ex Ægypto ex manibus Pharaonis effugerit, & plerūq; noſtro Martio reſpondet circa æquinoctium uernale. Alterū eſt in menſe ſeptimo, qui תִּשְׁרִי appellatur poſtquàm collectę ſunt fruges, diciturq; initiū anni politici, quia inſtitutū eſt diuinitùs propter cōtractus ciuiles. De hoc infrà ſuo in loco.

Accin-

1658 **שָׁנַס** Accinxit,conſtrinxit,contraxit,aſtrinxit:& arbitror ſignificatione habere congruentiam cum uerbo כָּנַס, ſicut cum eo etiam congruentiam habet pronunciatione,niſi quòd parum differant modo ſignificandi. 1.Reg.19. Et accinxit lumbos ſuos,& cucurrit ante Achab.

1659 **שָׁסַס** Conculcando deprædatus eſt,diripuit,auulſit,ſeu euulſit.Et differt tantùm forma à uerbo שָׁסָה,nõ ſignificatione,ſicut nec à בָּזַז,niſi parum ſono pronunciationis & modo ſignificandi differt.Pſal.89.Diripuerunt eum omnes prætereuntes uia.Iud.2.Et diripuerunt eos.1.Sam.17.Et diripuerunt caſtra eorum.

In uoce paſſiua נָשֹׁסּוּ. Zac.14.Et diripient domus.Ieſ.13.Diripient domus eorũ.

INDE NOMEN,

**מְשִׁסָּה** Præda,direptio,rapina.2.Reg.21.Et erunt in direptionẽ & prædam. Ieſ.42.In direptionem:& nemo dicet, redde. Zoph. 1. Et erit ſubſtantia eorum in direptionem.

Et pluraliter מְשִׁסּוֹת. Habakuk 2.Et eris in direptiones illis.

1660 **שָׁסָה** Deprędatus eſt,detraxit,diripuit,ſcilicet conculcando.Et differt tantùm forma à uerbo שָׁסַס. Pſ.44.Et odientes nos diripuerunt ſibi.Ieſaię 10.Repoſita eorum diripui.ubi ſchin ſcriptum eſt pro ſamech. Et in prima habet irregulariter uau holem.Oſeæ 13.Ipſe diripiet theſaurum.

Participium præſens שׁוֹסֶה.1.Sam.14.Eripuit eum de manu diripiẽtis eum. Et pluraliter שׁוֹסִים.1.Sam.23.Et ipſi diripiebant areas. In ſtatu regiminis שׁוֹסֵי.Iere.50.Diripientes hæreditatẽ meam. In ſtatu affixorũ.Ieſ.17.Hęc eſt pars diripientiũ nos. Et legiť loco uau,litera aleph. Ieſ. 30. Et erũt direptores tui in direptionẽ.

Participiũ preteritũ maſculini gen. שָׁסוּי.Ieſa.42.Populus direptus & prędatus.

1661 **שָׁסַע** De iſto themate reperiuntur tantùm participia: & ſignificat diffindere, ſeu diſcerpere in duas partes, ita tamen, ut à poſteriore parte cohæreant. Et in hoc differt à uerbo בָּדַל,quod omnino diuidere ſignificat, ut res diuiſæ nuſpiam cohæreant,& aliquid inter illas mediet.Differt etiam à uerbo פָּרַס, quod rumpere ſignificat.Et habet tamen quandam cognationem cum uerbo שָׁסָה.

Participiũ præſens,maſculini generis שֹׁסַע.Leu.11. Ipſe diffindit fiſſura ungulã.

In genere fœminino שֹׁסַעַת.Leu.11.Omne ſeparãs ungulã,& diffindẽs ungulas.

Participium præteritum fœminini generis שְׁסוּעָה. Deut.14.Aut ex ſeparãtibus ungulam,quæ fiſſa eſt.

In ſecunda coniugatione שִׁסַּע.Leui.1.Et diffindet eum in alis eius,& non faciet auulſum.Iud.14.Et diſcerpſit eum iuxta diſcerpere hœdum. 1.Samu. 24.Et auulſit Dauid uiros ſuos uerbis iſtis, & non permiſit eos inſurgere contra Saulem, id eſt, tantùm in hac cauſa auulſit eos.

INDE NOMEN,

**שֶׁסַע** Fiſſura.Leuit.11.Et diffindens fiſſura ungulas.

1662 **שָׁסַף** Concîdit, diſcîdit, in fruſta diſſecuit. Legitur tantùm uno in loco, 1.Samu.15. Et diſſecuit Samuel Agag corã Iehoua.Chaldæus uertit uerbo פְּסַח. Et non multùm differt ſignificatione à uerbo שָׁסַע,de quo iam dictum eſt.

1663 **שָׁעַע** In prima coniugatione ſignificat neutraliter,retineri,ſeu reprimi retrò,ut ſi quis uirtutem uiſiuam in oculis reuocat & reprimit, ne prodeat foràs, & obiectum apprehendat:ut ſit contrarium uerbo exerendi,ſeu proferendi,& emicandi.Ieſ.29. Reprimite,ſcilicet oculos,& ſitis repreſſi.

In tertia coniugatione הָשַׁע.Et conſtructum cum ablatiuo mediante prępoſitione mem,ſignificat auerti,diuerti. Pſ.39. Diuerte à me, & refocillarer antequã abeã & non ſum. Deinde cum accuſatiuo conſtruitur,quem poſt ſe regit. Ieſ.6. Oculos eius reſtringe,ſiue præſtringe,ſiue reprime,ne uideat oculis ſuis.

INDE NOMINA:

**שׁוֹעַ** Acclamatio.Ieſaiæ 22.Acclamatio ad montem.

**שׁוּעַ** Acclamatio.Iob 30. Nõ eſt in interitu ſuo illis acclamatio. Aliqui tamen ſic exponunt;Sed in ruina ſua illis ſalus.ut ſit nomen formale,à uerbo יָשַׁע.

שַׁוַע Acclamatio.Pſ.5.Attende ad uocē acclamationis meæ. Et in genere fœminino שַׁוְעָה: & in ſtatu regiminis שַׁוְעַת.1.Sam.5.Et aſcendit acclamatio ciuitatis in cœlū.Ier.8.Ecce uox acclamatiōis filię populi mei. Et in ſtatu affixorū שַׁוְעָתָם.Exo.2. Et aſcēdit acclamatio eorū ad Iehoua.2.Sam.22.Et exaudiet de aula ſua uocē meā, & acclamatio mea in aures eius.Pſal.34.Et aures eius ad acclamationem eorum.

תְּשׁוּעָה Salus.Sed de hoc ſuprà in uoce יָשַׁע.

1664

## שָׁעָה

Congruit ſignificatione cum uerbis שִׁעֲשַׁע & ישע שוע, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi parum differant. Et omnino contrariam habet ſignificationē cum uerbo שָׁעַע. Et primò, quando conſtruitur cum אֶל, notat blandum illum geſtū illius, qui ſe ad aliquam perſonā ſeu rem applicat. Gen. 4. Et reſpexit, ſcilicet blandè, Iehoua ad Hebel, & oblationem eius: ſed ad Kain, & ad oblationem ipſius non reſpexit blandè.2.Sam.22.Reſpiciebant & non erat מוֹשִׁיעַ, opitulator.Ieſa.17. Reſpiciebant ad altaria, opus manuum ſuarum.

Secundò, quando conſtruitur cum עַל, cōgruit cū uerbo Latino inniti, incumbere, & cum uerbo שָׁעַן, ſicut ex hoc loco claret, Ieſ.31. Væ qui deſcendūt in Ægyptum, pro auxilio, & ſuper equis innituntur, & confidunt ſuper curribus, & nō innituntur ſuper ſancto Iſrael. Tertiò, quādo conſtruitur cū prępoſitione beth, tum conuenit cum uerbo Latino, incumbo, ſeu intentus ſum. Exod.5. Aggrauetur ſeruitus ſuper uiros, & faciant in ea, & ne incumbant, ſeu intenti ſint in uerba uanitatis.Pſal.119.Suſtenta me, & ſaluabor, & incumbam in ſtatuta tua iugiter.

Quartò, quando conſtruitur cum ablatiuo mediante præpoſitione mem, tum ſignificat diuertere, ut in conſtructione abſoluta, ſicut ſuprà annotatum eſt. Iob 7. Quouſque non diuertis à me. Item cap.14. Diuerte ab eo, & quieſcet. Ieſ.22. Diuertite à me, ut amarus ſim in fletu. Quintò, ſemel cum nomine עַיִן conſtruitur & notat neutraliter retractionem, repreſſionem, auerſionem cum indignatione, proinde ut uerbum שׁוּעַ in prima coniugatione. Ieſ.32. Non reprimētur ſeu reſtinguentur oculi uidentium, & aures audientium attentæ erunt.

In quarta coniugatione הִשְׁתָּעָה: & legitur Ieſ.41. bis, & contrarijs ſignificationibus, pro auertere ſe: Ne timeas, quia tecum ſum ego: ne auertas te, quia ego deus tuus. Et pro aduertere ſe, reſpicere, aſpicere, animaduertere: Siue benefeceritis, ſiue malefeceritis, reſpiciemus, & uidebimus utrunque.

INDE NOMINA:

שָׁעָה Hora, quæ eſt duodecima pars diei. Erat enim dies diſtributa in duodecim horas iuxta illud dictū Chriſti, Ioan. 11. Nónne duodecim horæ ſunt diei? Dicta hora Hebræis, quod animus & oculus hominis in eā intēdat, & operas ad eā inſtituat. Legitur autem hoc nomen Dan. 4. Cœpit intra ſe tacitus cogitare, quaſi una hora.

מִשְׁעִי Nomen quo uſus eſt Ezech.cap.16. Sed quære paulò inferiùs in שִׁעֲשַׁע.

שַׁעֲטָה Inſerta litera teth, recalcitratio, retrocuſſio, repercuſſio. Et legitur in ſtatu regiminis שַׁעֲטַת. Iere. 47. A uoce recalcitrationis ungularū robuſtorum eius. pro quo Chaldæus מְפְסוֹרִית reddidit nomine idem ſignificante.

1665

## שִׁעֲשַׁע

Verbū ſecundæ coniugationis geminatū, quod aliqui à uerbo שָׁעַע, alij à uerbo שָׁעָה deducunt. Certū eſt autē cognationē habere cū uerbis ישע שוע שעה & שעה, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Accipitur autem hoc uerbum ſemper & ubique in bonam partem, ſignificatque blandam applicationem ad rem aliquam, ex qua uoluptatem & oblectationē accipimus, & includit geſtum applaudentium & blandè ſe applicantium. Primò, conſtruitur cū accuſatiuo, ſine tamen articulo אֶת. Pſalm. 94. Conſolationes tuæ complexæ ſunt blandè animam meam. Pſal.119. Ego legem tuam amanter, ſiue cum amore, ſeu uoluptate complexus ſum. Secundò, conſtruitur cum עַל, & ſignificat inniti, ſiue incumbere ſuper re aliqua, cum magna animi oblectatione. Ieſ. 11. Et incumbet cum oblectatione lactens ſuper cauerna aſpidis.

In uoce paſſiua שֻׁעֲשַׁע. Ieſ.66. Et ſuper genubus excipiemini amanter.

In quarta coniugatione הִשְׁתַּעֲשַׁע, abſolutè accipitur in malam partem, pro repri-

primere oculos, ne uideas. Ieſ. 29. Reprimite uos, & repreſſi ſitis. Et econtrà in alteram partem. Pſal. 119. In ſtatuta tua incumbendo oblectaui me.

INDE NOMINA:

שִׁפַּל Applicatio blanda. Ezech. 16. Et aquis non lota es ad applicationem blãdam, ſeu ad blandum amplexum, ad blanda oſcula.

שַׁעֲשׁוּעִים Nomẽ pluralis numeri tantùm, blandi & amabiles amplexus, blanda baſia. Prou. 8. Et erant blanda baſia ſingulis diebus. Ieremiæ 31. Aut puer baſiorum. Et in ſtatu affixorum commutat ſchurek in kybutz. Pſal. 119. Etiam teſtimonia tua ſunt baſia mea. Prouerb. 8. Et blandi amplexus, ſeu blanda baſia mea erãt cum filijs hominum. Cæterùm Ieſa. 5. triplicatur litera ſchin, & abiecta eſt litera aain: Et uir Iehu

1666 da plantatio שַׁעֲשֻׁעָיו blandorum amplexuum eius.

שׁעטח Nomẽ, recalcitratio, retrocuſſio, repercuſſio. Et quia thema ipſius eſt שָׁטָה, ideo quære ibidem.

1667

שׁעל Fouea manus, ſeu manus contracta, qua aliquid cõplectimur. Latini uocant pugnum ſeu pugillum. Ieſ. 40. Quis menſurauit pugillo ſuo aquas. Et pluraliter שְׁעָלִים. 1. Reg. 20. Si ſuffecerit puluis Samariæ pro pugillo uniuerſo populo. Et in ſtatu regiminis שַׁעֲלֵי. Ezech. 13. Et prophanaſtis me apud populũ meum propter pugillos hordei.

שׁוּעָל Vulpes, uulpecula, à foueis quibus gaudet. Nehe. 4. Si aduenerit uulpes. Et pluraliter שׁוּעָלִים. Iudi. 15. Et cepit trecentas uulpes. Thren. 4. In quo uulpes obuerſantur. Pſal. 63. Trahet eum ſuper aciebus gladij, ſubtractio uulpium erunt. Huc reſpexit Chriſtus, & utitur hoc nomine figuratè, Matth. 24. Et diſſecabit eum, & partẽ eius ponet cum hypocritis. & Luc. 12. Cum infidis. Cantic. 2. Apprehendite nobis uulpes, uulpes paruas. ubi poſterius ſcriptũ eſt cum kybutz שֻׁעָלִים. Similiter Ezechielis 13. Quaſi uulpes in deſertis prophetæ tui, Iſrael fuerunt. Non aſcendiſti ad rupturas ut ſepiretis ſepẽ pro domo Iſrael, &c. Eſt & nomen uillæ cuius fit menrio Nehe. 11. haud dubiè uel à uulpibus, uel foueis uulpium.

מִשְׁעָל Vulpinetũ: nã inter uineas cõmuniter uulpes ſuas habent foueas. Num. 22. Et ſtabat angelus ipſius Iehoua in uulpineto uinearum. Chald. paraphraſtes uertit שְׁבִיל.

1668

שׁען Legitur in prima coniugatione ſolùm in uoce paſſiua ſignificatione neutrali: congruitq; ſignificatione cũ uerbis שָׁעָה שׁוּע: ſignificat enim niti, inniti, incumbere, recũbere, reclinare. Chaldæus ubiq; uertit uerbo סְמַךְ. Et non eſt ſemper corporis, ſed etiam fidei & ſpei: conſtruitᷣ frequentiùs cũ עַל: ut 2. Sa. 1. Saul nitebatᷣ ſuper haſta. 2. Reg. 5. Et ſi ipſe innixus fuerit ſuper manũ meã. Iud. 16. Fac ut attingam columnas, ſuper quibus domus firmata eſt, & innitar ſuper illis. Item ubi eſt animi ſeu cordis, & non corporis. Iob 8. Non innitetur ſuper domũ ſuam, id eſt, non confidet. Prou. 3. Et ſuper prudentia tua ne innitaris. 2. Paral. 13. Quia innixi ſunt ſuper Iehoua deo. Ieſ. 10. Et erit in die illa, non adijcient ultrà reliquiæ Iſrael & qui euaſerũt de domo Iacob inniti ſuper percutiẽtem ſe, ſed innitẽtur ſuper Iehoua ſancto Iſraelis. & cap. 30. Et ſuper equos innituntᷣ, & cõfidũt ſuper curribus. ubi prius uerbum poſteriore exponit. Item ſemel conſtruitur cum præpoſitione beth. Ieſ. 50. Qui in uobis eſt timẽs Iehoua, cõfidat in nomine eius, & innitatur in deo ſuo. Et cum תַּחַת ſemel, Gen. 18. Lauate pedes ueſtros, & recumbite ſub arbore. Cum lamed ſemel, Num. 21. Et recumbet ſeu reclinabit ad terminum Moab.

In tertia coniugatione legũtur tantùm duo participia præſentis temporis, alterum maſculini generis מַשְׁעֵן, & alterum fœminini generis מַשְׁעֵנָה. Ieſa. 3. Ecce Iehoua deus exercituum aufert de Ieruſalem, & de Iehuda ſuſtentatorẽ & ſuſtentatricẽ. quibus uult ſummatim ſignificare omnis generis ſuſtentamẽta, ſicut & poſtea enumeratione ſatis longa explicat: Suſtentaculum, inquiens, panis, & ſuſtentaculum aquæ, &c. Et iuxta hanc phraſin etiam illud non uana opinione intelligendum eſſe duco, quod legitur Ecel. 2. Feci mihi שָׁרִים וְשָׁרוֹת, Cantores, & cãtatrices, id eſt, omnis generis inſtrumenta muſica.

INDE NOMINA:

מִשְׁעָן Suſtentatio,ſuſtentaculum,ſuſtentamentum,fulcrum,fulcimentum,res cui homines innituntur & confidunt. Ieſ.3. Auferã ſuſtẽtationem panis, & ſuſtentationem aquæ,id eſt,ſubſidium.2.Sam.22. Iehoua ſuſtentatio mea. Pſal.18. Factus eſt Iehoua in ſuſtentaculum mihi,id eſt,cui innitor,in quo confido,& cui me credo.

מִשְׁעֶנֶת Baculus,ſcipio,pedum,id eſt,baculus cui pedis loco homo innitit̃. Iud.6.Et extendit angelus Iehoua extremitatẽ baculi,qui erat in manu eius.2.Reg.4.Et poſuit baculum ſuper faciem pueri. 2. Reg. 18. Ecce tu confiſus es tibi ſuper baculo arundinis. Et in ſtatu affixorũ.2.Reg.4. Accipe baculũ meum in manum tuam, & abi. Pſ.23. Virga tua,& baculus tuus.Nu.21.Et ſi egreſſus fuerit forãs ſuper baculo ſuo. Et pluraliter מִשְׁעֲנוֹת. Num.21.Cum legislatore & cum baculis ſuis,&c.ubi pro
1669 tribunis accipitur,qui tum geſtabant quiſq; baculum in ſua tribu.

שָׂעַר Cum ſin dextro, ſpectrum ſeu terriculamentum apparuit, quod eſt horrendum uiſu:congruitq; ſignificatione cum uerbis רָשַׁע & רָעַשׁ סָעַר שָׂעַר,niſi quòd ut forma,ita modo ſignificandi inter ſe parum uarient.Prouerb.23.Quia ſicut ſpectrũ fuit in anima,ita ipſe eſt:comede,bibe,dicet tibi,at cor eius non eſt tecum.

INDE NOMINA:

שֹׁעָרִים Nomen adiectiuum,horribiles. Iere. 29. Et dabo eos tanquàm ficus horribiles, id eſt,à quibus homines abhorrent.

שַׁעֲרוּרָה Horror,horrendum,horribile.Oſeæ 6.In domo Iſrael uidi horrendum.

שַׁעֲרוּרִיָּה Horrendum,horribile.Ieremiæ 23.Horrendum fecit uehementer filia Iſrael.

שַׁעַר Porta:Hebræis dicta, q̃ ſit propter amplitudinẽ, munitionẽ & potentiã, iudiciaq; & magiſtratus abhorrenda.Gen.22.Et hæreditabit ſemẽ tuũ portã inimicorũ tuorũ.Num.4.Et uelũ ianuę,portę atrij.Ioſ.8.Vt deijcerẽt eũ ad ianuã portæ ciuitatis.

Et quia iudicia & publica negocia exercebant̃ in portis ciuitatũ corã uulgo egrediente & ingrediẽte,ſicut apud nos in prætorijs, tranſumit̃ interdũ pro illis publicis locis iudiciorũ,& publicis cœtibus ac conuentibus populi.Amos 5. Oderũt in porta corripientẽ.& cap.5.Et inopes in porta inclinauerunt inopes, id eſt, cauſam inopũ.Iob 31. Aut aſpexi in porta auxiliũ meum.Prou.22. Neq; cõteras afflictũ in porta.& cap.24.Stultus in porta nõ aperiet os ſuũ,&c. Et in diſtinctione ſentẽtię שָׁעַר. Pſ.127.Quando loquetur cũ inimicis in porta. Et cum he motũ ſignificãte ad locũ.Deut.22.Et proferẽt uirginitatẽ puellæ ad ſeniores ciuitatis ad portã. Et dualiter שַׁעֲרַיִם.1.Sam.17.In uia duarũ portarũ. Et in numero plurali ſtatu abſoluto שְׁעָרִים. Ieſ.26.Aperite portas,ut ingrediatur gens iuſta.& cap.45.Et portæ non claudent̃. Nehe.12. Et mũdauerũt populũ & portas. Pſ.24. Attollite portæ capita ſua,& introibit rex gloriæ,i.regna,imperia & magiſtratus.Prou.31.Et laudabũt eã in portis facta eius. Et ſemel legit̃ pro modio ſeu mẽſura aridorũ maxima, à qua æſtimãt alias mẽſuras minores oẽs,& in quã etiã egrediunt̃ mẽſuræ reliquæ. Gen. 26.Et ſeminauit in terra illa & inuenit in anno illo centũ modios. In ſtatu regiminis שַׁעֲרֵי.Ezech.48.Et portæ ciuitatis.Pſal.87.Diligit Iehoua portas Zion.Pſal.9. Vide oppreſſionẽ odientiũ me,exaltãs me à portis mortis,i.cõſilijs, deliberationibus,poteſtate mortis.Sic & hoc Chriſti dictũ eſt intelligendũ Matth.16.Et portæ inferorũ nõ præualebunt ei, id eſt cõſilia,poteſtas, & regnum inferorum. In ſtatu affixorum. Ieſa.60.Omnes portæ tuæ,laus.Deut.17.Verba rixarũ in portis tuis.

INDE

שׁוֹעֵר Nomen participiale,portitor.2.Sam.18.Et uocauit ſpeculator ad portitorem.1.Regum 7. Et uocauerunt ad portitorem ciuitatis. Et pluraliter שֹׁעֲרִים.Nehemiæ 7.
1670 Cuſtodes portitores. Et in ſtatu regiminis שֹׁעֲרֵי.2.Paral.23.Portitoribus liminũ.

שָׂעַר Horruit,exhorruit,horripilauit.Et congruit ſignificatione cum uerbis סָעַר שָׂעַר & nomine שָׂעִיר, niſi q̃ ut parum forma literarum,ita modo ſignificandi inter ſe differant.Deut.32.Nouis,qui è propinquo uenerunt, quos non horruerunt patres ueſtri.Iere.2.Deſolemini cœli,ſuper hoc exhorreſcite,& ſitis triſtes uehementer.Ezech.27.Et reges eorum exhorruerunt horrore.

INDE NOMINA:

שַׂעַר Horror, horripilatio. Ezech.27. Et reges eorũ horruerunt horrore. & cap.32. Et reges eorum horreſcent horrore. Et in diſtinctione ſententiæ שָׂעַר. Iob 18. Et priores apprehenduntur horrore.

שֵׂעָר Generaliter pilus cuiuslibet animalis in uel de qualibet eius parte, & dicĩ ab horrore. Leu.13. Et pilus in plaga effectus eſt albus. Et iterũ: Et pilus. Pſ.68. Deus cruẽtabit caput inimicorũ ſuorũ, uerticẽ pili. 2.Reg.1. Vir habẽs pilũ. Zach.13. Et nõ induenĩ chlamyde pili, i. piloſa. Et in ſtatu regim. שְׂעַר. Num.6. Et capiet pilũ capitis. Eſdræ 9. De pilo capitis mei. 2.Sam.14. Et põderauit pilũ capitis. Ieſ.7. Et pilum pedũ. In ſtatu affixorũ שְׂעָר. Leu.14. Et radet omnẽ pilũ ſuũ. Cant.4. Pilus tuus inſtar gregis caprarũ. Et in forma fœminina שַׂעֲרָה. Iud.20. Funda iaciens ad pilũ.
In ſtatu regiminis שַׂעֲרַת. 2.Sam.14. Viuit Iehoua, ſi cadet de pilo filij tui in terrã. Iob 4. Acuminauit pilum carnis meæ. In ſtatu affixorũ שַׂעֲרָתוֹ. 1.Reg.1. Nõ cadet de pilo eius in terram. Et pluraliter in ſtatu abſoluto שְׂעָרוֹת, & in ſtatu regiminis שַׂעֲרוֹת. Pſal.40. Multiplicati ſunt præ pilis capitis mei.

שָׂעִיר Piloſus, uilloſus, i. hircus, à pilis ſeu uillis. Leuit. 4. Et applicabit manũ ſuã ſuper caput hirci. & cap.16. Et hircus ſuper quẽ aſcẽdit ſors. Dan.8. Et hircus caprarius eſt rex Grçciæ. Ieſ.34. Et hircus ad ſociũ ſuũ clamabit. Vocãt aũt Hebrçi hoc nomine Satyros uoce cõſentiente: nã שָׂעִיר & Satyrus uoce ſunt cõfinia. In ſtatu regi. שְׂעִיר. Gen.37. Et mactauerũt hircũ caprarũ. Et plur. שְׂעִירִים. Leu.16. Et dabit Aarõ ſuper duos hircos, ſortes. & ca.17. Nõ ſacrificabũt amplius ſacrificia ſua hircis, i. Satyris poſt quos meretricabanĩ. Chaldçus uertit שֵׁדִים, id eſt, dçmones. 2.Par.11. Et cõſtituit ſibi ſacerdotes pro Excelſis, & pro hircis, & ꝓ uitulis, quos fecerat, i. Satyris. Ieſ.13. Et habitabũt ibi filiæ Struthionis, & hirci ſaltabũt ibi. Et ut Chaldæus uertit dçmones, ita quoq; Apoc.18. Cécidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorũ, & cuſtodia omnis ſpiritus immũdi, & cuſtodia omnis uolucris immũdæ & inuiſæ, &c. Dicunĩ etiã hoc nomine ſtillæ pluuiç dẽſç inſtar pilorũ tenues. Deut.32. Sicut ſtillæ ſuꝑ herbã. Et in ſtatu regiminis שְׂעִירֵי. Leu.16. Accipiat duos hircos caprarum. Et in genere fœminino שְׂעִירָה, hirca, quod in ſtatu regiminis שְׂעִירַת legiĩ. Leu.4. Et adducet oblationẽ ſuã hircã caprarũ, integrã fœminã, &c.

שְׂעֹרָה Hordeum: quia eſt hirſutum, piloſum & horridum. Exo. 9. Et hircum & hordeum percuſſum eſt, quia hordeum recens erat. Deut.8. Terram hordei & tritici. Ioelis 1. Super triticum & hordeum. Et pluraliter שְׂעֹרִים. Leuit.27. Corus hordeorum.
1671 2.Sam.17. Et tritica & hordea. Ruth 2. Donec impleretur meſſis hordeorum.

שָׁפָה Contrariũ omnino habet modũ ſignificandi uerbo שׁוּף, quod ut obruere, qđ eſt ex præcipitio ſuperiore inferiùs ferri, ita hoc extare, emergere, eminere, i. ex loco inferiore ad ſuperiorẽ ferri ſignificat. Iob 33. Et in præcipitiũ eminebãt oſſa eius, quæ nõ erant uiſa, i. ſurſum uergebant. ubi irregulariter kybutz pro cametz eſt ſcriptum. In uoce paſſiua legitur participium, ſeu nomen participiale maſculini generis נִשְׁפֶּה. Ieſa.13. Super montem eminentem, præcipitem ſeu præcelſum.

INDE NOMINA:

שְׁפוֹת Iſto nomine uocarũt Hebræi caſeũ, eadẽ ratione qua גְּבִינָה, à figura & forma excelſiore. Et plur. ſtatus reg. שְׁפוֹת. 2.Sam.17. Et caſeos armẽti obtulerunt ipſi Dauidi.

שֶׁפִי Præcipitiũ, præcipitantia. Num.23. Et abijt in præcipitãtia, i. præcipitãter. Et pluraliter שְׁפָיִים. Ieſa.41. Aperiam in præcipitantijs flumina, & in medio uallium fontes. Iere.3. Vox in præcipitijs audita eſt. Et cum ſimplici iod שְׁפָיִם. Iere.3. Suſtolle oculos tuos ad præcipitia, & uide ubi non ſubagitata ſis.

שְׁפִיפוֹן Serpẽtis ſpecies, qui præceps ferĩ. Gen.49. Ceraſtes in ſemita. Quanq; etiã à שׁוּף deriuari poſſit, ꝙ ſit dictus, quòd obruat ſeu opprimat, ut alludatur ad dictũ Ge.3.
1672

שָׂפָה Labium, pars ſeu extremitas oris. Et differt à שָׂפָם, quod totũ labritiũ ſignificat, i. quicquid eſt infra naſum, etiã mentũ ipſum totum & mandibulã. Et eſt nomẽ fœminini gen. Pſal.22. Emittebãt per labium. Deinde figuratè perinde ut פֶּה לָשׁוֹן, os & lingua, ita etiam שָׂפָה labium pro loquela ſumitur, inſtrumẽtum ſcilicet ꝓ re

inſtrumentali.Gen.11.Et fuit uniuerſa terra unius labij.Et mox iterũ: Et labiũ unũ omnibus illis.Ieſ.28.Quia in balbutiẽtibus labio,& in lingua alia.& cap.33.Populũ profunditatũ labij ne percipias.Zophon.3.Tũc cõuertã ad populos labium purum.Iob 20.Aufert labiũ à ueracibus. Tertiò,ut labium eſt margo & circumferẽtia oris,ita poſtea propter ſimilitudinẽ trãsfertur ad marginẽ ſeu orã cuiuslibet rei.Exo.28.Et labiũ erit ori ipſius,id eſt,fimbria erit foramini eius circumquaq; opere textoris. Et in ſtatu regiminis שְׂפַת. Ezech.36.Aſſumpti eſtis ſuper labium linguæ,& infamiã populi.Gen.11.Vt non percipiat quiſq; labiũ ſodalis ſui. Gen. 22.Et uelut arena quæ eſt iuxta labiũ maris,i.littus.& cap.41.Iuxra labiũ fluminis, i.ripã.Sic 2.Reg.2.Et ſtabar iuxta labiũ Iordanis.Exo.26.Et facies laqueolos hiacynthi iuxta labiũ cortinæ,i.iuxta orã. Legitur tamẽ ſemel hac forma in ſtatu abſoluto,Pſ.81.Labiũ qđ nõ cognoſcebã,audiebã. Et in ſtatu affixorũ שְׂפָת.Gen.11. Cõfundamus ibi labiũ ipſorũ.Exo.28.Super labio ipſius,quod eſt è regiõe Ephod interne,i.ſuper ora ſeu margine.1.Reg.7.Et labiũ eius erat ſicut factura labij calicis,i.margo.2.Par.4.Fecit mare fuſum decẽ cubitorũ à labio ſuo ad labiũ ſuũ rotũdũ circũquaq;. Et dualiter שְׂפָתַיִם.2.Reg.18.Certè uerbũ labiorũ conſiliũ & pręualẽtia.Pro.10.Stultus labiorũ uapulabit.Prou.14.Verbũ labiorũ tantũ ad egeſtatẽ.Ieſ.6.Vir immũdus labijs. Et in diſtinctione ſentẽtiæ שְׂפָתָיִם. Exo. 6. Ego aũt præputiatus labijs. In ſtatu regiminis שִׂפְתֵי. Pſ.17.In nõ labijs impoſturæ. Malach.2.Labia ſacerdotis cuſtodiẽt ſcientiã. Et cũ affixis.2.Reg.19. Er frenũ meũ in labijs eius.Iob 32.Aperiam labia mea, & reſpõdebo. Et pluraliter שְׂפָתוֹת. Pſ. 59.Gladij in labijs ipſorum Ieſ.59.Labia ueſtra loquuta ſunt mendacium.Pſ 45. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.Canticorum 4.Sicut filum coccineum labia tua.

1673 **שפח** Cũ pũcto dextro.Inde שִׁפְחָה famula.Et quidã ſic dictã arbitranť à decaluatiõe iuxta legẽ,Deut.21.Tamẽ arbitror potiùs eſſe dictã, ꝙ dominæ ſuæ addita ſeu adiuncta ſit,& habere cognationẽ cũ uerbis סָפָה & סָפַח. Gen.16. Et ei erat famula Ægyptia.2.Sam.17.Et abijt famula,& indicauit illis. 1. Sam. 25. Ecce ſit ancilla tua in famulam,ut lauet pedes ſeruorum Suſtẽtatoris mei.Ieſ.24. Sicut famula,ita domina eius. Et in ſtatu regiminis שִׁפְחַת. Gen. 16. Hagar famula Sarai. Et cum affixis.Gen.16.Ingredere obſecro ad famulam meam. Et pluraliter שְׁפָחוֹת. Gen. 30.Et famulæ,& ſerui.Et cap.33.Et poſuit famulas & filios earum principiò. Eſth. 7.Et ſi in ſeruos & famulas uenderemur. Et cum affixis שִׁפְחוֹת. Gen.32. Et duas famulas ſuas.1.Samuelis 8.Et famulas ueſtras.

**מִשְׁפָּחָה** Familia,cognatio.Ioſ.7.Et familia,quam capiet Iehoua.2.Sam.14.Et ecce ſurrexit tota familia.Eſth.9.Familia & familia. Et in ſtatu regim. מִשְׁפַּחַת. Num.3.Familia Iſaritæ.Ruth 2.De familia Elimelech.Zach.12.Familia domus Dauid ſeorſim. Et cũ affixis.Iud.1.Et omnẽ familiã eius.Gen.24.Et ad familiã meam. Et pluraliter מִשְׁפָּחוֹת. Ioſ.7.Et accedet ſecũdũ familias.Zach.12.Et plãget terra,familiæ & familiæ. In ſtatu regiminis & affixorũ מִשְׁפְּחוֹת. Ioſ.21.Et familijs eorũ Chehath. Et iterũ:De familijs Leuitarũ.1.Sam.9.Nõne ego filius Iemini ſum ego,de paruis baculis Iſrael,& de familia mea modica præ omnibus familijs baculorũ,i.Beniamin.Pſ. 22.Omnes familiæ gentiũ.Num.11.Per familias ſuas.Exo.12.Per familias ueſtras.

1674 **שָׁפַט** Generaliter iudicauit,dijudicauit.Et cõgruit ut literis,ita ſignificatione cũ uerbo.שָׁפַת, niſi ꝙ modo ſignificãdi differãt,ſicut poſitu differũt literarũ.Eſt aũt iudicare generaliter,ſecũdũ certas & pręſcriptas leges ritè & iuſtè cauſas dijudicare,ius dicere & exequi,ut boni tueanť,mali uerò cõdẽnenť ac punianť:atq; hoc totũ cõplectiť generaliter hoc uerbũ iudicãdi,quẽadmodũ ex iſto loco 1. Reg.3. Et audiuit cũctus Iſrael iudiciũ,qđ iudicauit rex.itẽ ex 1.Reg.8.eius definitionem & partes ſumere licebit,ubi inquit:Iudicabis ſeruos tuos,& condẽnes improbũ, dando uiã eius ſuper caput ipſius:& ut abſoluas iuſtũ,dando ei ſecundũ ſuã iuſtitiã.Et quia in iudicio duæ ſunt partes,ſicut iam auditum eſt,inuicem litigantiũ, quarũ alterã iniuſtã,alterã uerò iuſtã eſſe neceſſe eſt:igiť etiam duplex eſt iudicis officium, quæ tamen officia alijs uerbis Hebræi uocãt:nempe prius uerbo הִרְשִׁיעַ, & uerbo

[illegible], cõdemnãdi & iuſtificãdi, ut ſuprà in ipſorũ radicibus indicauimus. Eſt & hoc obſeruandũ, ꝙ quãdo ſcriptura iudicãdi uerbũ deo attribuit, tũ ſignificat eum uindicare bonos à malis malorũq; iniuria. Gen.15.& 1.Sam.24. Et iudicabit me Iehoua de manu tua. 2.Sam.18. Quia iudicauit eũ Iehoua de omnib. inimicis tuis. Ita Chriſtus Io.8. Eſt qui quærat & iudicet, i. uindicet. Et hoc quidẽ fit, qñ deus pœnas ſumit de malis: quare etiã pœnas ſumere ſignificat. 1. Sa. 24. Prędixi ei, ait Dominus, ꝙ iudicare uelim domũ eius in æternũ propter iniquitatẽ. 2. Paral. 20. Deus noſter an nõ iudicabis in eos? id eſt, animaduertes in eos? Sic uſus eſt Paulus Ro. 14. Deus iudicabit. Et autor Epiſt. ad Hebr. ca. 13. Fornicatorẽ & adulteros iudicabit Deus. Tertiò ſumit̃ tamẽ uerbũ iudicandi ſæpè pro regere, adminiſtrare rem publicã, leges & iura præſcribere, ſtatuere, ſecundũ quæ uiuat̃. 1. Sa. 8. Da nobis regem, qui nos iudicet, i. regat, & regni gubernacula teneat ac moderet̃. Ge. 19. Hic unus uenit ad nos peregrinus, & uult nos iudicare, i. uult nobis imperitare, leges & uiuẽdi rationẽ præſcribere. Participiũ præſens, ſeu potiùs nomẽ participiale שֹׁפֵט, Iudex, qui iudicãdi poteſtatẽ & officiũ habet. Gen. 18. Nũ iudex uniuerſę terrę nõ faciet iudiciũ? Exo. 2. Quis poſuit te in uirũ principẽ, & iudicẽ ſup nos? Deu. 17. Et ad iudicẽ qui fuerit in diebus illis. Ieſ. 3. Iudicẽ & prophetã. Et plu. שֹׁפְטִים. Deut. 19. Corã ſacerdotib. & iudicib. Iob 12. Et iudices inſanire faciet. Iud. 2. Et ſuſcitauit Iehoua iudices, i. uindices. Et in regim. שֹׁפְטֵי. Pſ. 2. Intelligite iudices terrę. Eſt aũt hîc obſeruãdũ, ꝙ hoc nomine in libro Iudicũ ſcriptura utit̃ pro iudice, ſeu Cõſule, i. magiſtratu, qui tamẽ non habet ius regiũ, hoc eſt, ut pro iure regio poſſit tributa exigere, aliorũ famulitiũ accerſere, grauare bona & poſſeſſiones exactionibus, militẽ cõducere publicis populi impẽſis, & penes quẽ publica exiſteret autoritas, ſed ſit quaſi ſaluator & aſſertor libertatis & uindex, ut quãdo populus premeret̃ ab hoſtibus, dñs excitabat uirũ aliquẽ, q rurſus populũ liberaret, & adſereret in priſtinã libertatẽ. Nec ipſorũ poteſtas ſucceſsione, ſicut poſtea regũ, deriuabat̃ in poſteros, ſed ut deo placebat, ita iã ex iſta, mox ex alia tribu et familia eligebat iudicẽ. Proinde cũ regẽ populus à Samuele poſtularet, nec uellet amplius habere iudices: Reſpõdit Dñs: Nõ te, ſed me abiecerũt. ſignificans eis pro ſuo arbitrio iudicũ tẽpore regnaſſe, nõ ut ſolẽt reges huius ſeculi, qui põpa & magnificẽtia quadã ſuos ſubditos moderant̃, equis, curribus, cõducto milite, famulitio, & apparatu militari ſua regna, & ſuos limites propagãt & tuent̃: ſed qui in domo paterna cõmorãtes, nullas arces, aut ciuitates, aut regias extruebãt, aut ſplendorẽ & dignitatẽ quęrebãt. Vnde Abimelechũ, qui ut rerũ ſumma potiret̃, militẽ cõducebat, & ui eã retinere cogitabat, et regia quadã maieſtate ſtudebat clareſcere, & præter aliorũ iudicũ cõſuetudinẽ ſeſe magnificentiùs gerebat, regẽ ſcriptura appellat Iudic. cap. 9.

In uoce paſſiua נִשְׁפַּט, ſignificat in ius uocari, cõtendere in iudicio. Similẽ ſignificandi rationẽ in uoce paſſiua habet etiã uerbũ נוֹעַץ, i. in conſiliũ uocauit, ſeu adhibuit. 1. Sam. 12. Et nunc ſiſtite uos: nam iudicabor uobiſcũ corã Iehoua, i. cõtendã uobiſcũ. Pſal. 37. Et non condemnabit eum, quãdo cõdemnabitur, i. in ius uocabitur. Pſal. 109. Quãdo iudicabitur, i. in ius uocatus, ſ. uocatus egrediat̃ cõdemnatus. Pro. 29. Vir ſapiẽs iudicatus, i. in ius uocatus cũ uiro ſtulto, ſiue iraſcat̃, ſiue rideat, nõ tamẽ in quiete erit: ſeu rectiùs, In ius uocauerit uirũ ſtultũ. Ezec. 20. Et cõtendã ibi uobiſcũ in iudicio facie ad faciẽ. Ioel. 4. Et contendã tecũ ibi ſuper populo meo. Legit̃ etiã pluribus alijs in locis tali ſignificatione in hac paſſiua cõiugatione: ut 2. Par. 22. Ieſa. 33. & 59. item 66. Iere. 2. & 25. Ezech. 28. quos breuitatis cauſa omitto. Et Paulus Apoſtolus hanc ſequutus phraſin, ita ſcribit 1. Corint. 6. Suſtinet aliquis ueſtrum, negociũ habens cum altero iudicari ſub iniuſtis, & nõ magis ſub ſanctis. iudicari dixit pro litigare coram iudice. Et paulò pòſt iterũ: Frater cum fratre iudicatur, i. iudicio contendit. Item Actorũ 26. Et nũc ob ſpem repromiſſionis, quæ ad patres noſtros facta eſt, ſto iudicio ſubiectus, id eſt, in ius uocatus.

In cõiugatione & forma quadrata שׁוֹפֵט, iudicauit. Iud. 4. Et ipſa iudicauit Iſrael. Participiũ pñs מְשֹׁפְטִי, q̃d tñ nominaliter uſurpat̃. Iob 9. Et iudici meo ſupplicabo.

INDE NOMINA:

שׁוֹפֵט Iudex. De hoc ſuprà in participio præſentis temporis.

מִשְׁפָּט Nomē, quod in ſcriptura ſecūdū uarias formas & partes, & actiões uariè uſurpaẗ. Primò, poniẗ ꝑ ipſo officio, ordinatione, functione, adminiſtratione, conſolatu & miniſterio publico. Deut. 1. Quoniam iudicium dei eſt. Pſal. 1. Non permanebūt improbi in iudicio. Pſal. 7. Euigila ad iudiciū, quod mihi cōmendaſti. Pſ. 71. Deus iudiciū tuū regi da. Ieſ. 28. Et ſpiritum iudicij ſedenti ſuper tribunali: uel, ſedenti in adminiſtratione iuris ſeu gubernatione. Exod. 28. Et facietis pectorale iudicij. Nu. 27. Et coram Eleazar ſacerdote ſtabit, & is conſulet ei in iudicio luminis. Prou. 16. Regula & ſtatera, iudicium ſunt Iehoua. Secundò, Iudicium eſt iuſta, ordinaria, & legitima cauſarum cognitio, & dijudicatio, quæ iure fit in tali adminiſtratione. Prouerb. 12. Cogitationes iuſtorum iudicium. Et iterum cap. 21. Quoniam noluerunt facere iudicium. Et quanquàm ſecunda iſta ſpecies ſignificandi parum à prima differat, tamen docendi gratia diſcernere uolui, quòd plus lucis addere uideatur. Tertiò, pro cauſa accipitur iudiciali. Pſal. 94. Quoniam ad iuſtitiam reuertetur iudicium. Iere. 5. Et iudicium egenorum non iudicauerunt. 1. Reg. 8. Facieſq; iudicium eorum, id eſt, ipſorū cauſam ages. Pſal. 140. Ego cognoui, quoniā faciet Iehoua iudicium inopis, & uindictā pauperis. Iob 23. Proponat æquitatem contra me, & ad uictoriam perueniet iudicium meum. Quartò, pro poteſtate ſeu iure, quod quis habet in re aliqua. Deuter. 18. Porrò hoc eſt ius ſacerdotum, quod illis debetur à populo. & cap. 21. Ius primogenituræ. 1. Sam. 2. Nec cognouerunt ius ſacerdotum erga populum. 1. Sam. 8. Et annunciauit eis ius regis. Ierem. 32. Quoniam penes te eſt ius redemptionis. Quintò, accipitur pro interrogatione, ſeu quæſtione, de rebus quæ in iudicio in controuerſionem uenire ſolent: ut 2. Reg. 25. Et loquuti ſunt cum eo iudicium, id eſt, interrogauerūt eum cauſam facti. Prou. 28. Mali non intelligunt iudiciū: ſed qui quærunt Iehoua, intelligunt omnia.

Quid iudicium uocet, explicat Paulus 1. Corint. 2. Spiritualis homo omnia dijudicat, &c. Et pluraliter מִשְׁפָּטִים, ſignificat primò iura, ſecundū quę regitur & uiuitur. Exo. 21. Hæc ſunt iudicia, quæ propones eis, id eſt, iura, leges ut ſecūdum eas iudices, & magiſtratus cauſas diſcernant, diſcutiant, & pronuncient. Exo. 24. Narrauit populo omnia iudicia, id eſt iura. Leuitic. 18. Iudicia mea facietis, id eſt, opera quæ ego iure & legibus à uobis requiro. Num. 35. Et iudicabit ſynagoga inter percuſſorem & uindicē ſanguinis ſuper iudicijs huiuſmodi, id eſt, ſuper caſibus quos ordine iſtic cōmemorauit. Deinde accipiẗ pro interrogatorijs, ſeu quæſtionib. & diſputationibus de rebus & caſibus, de quibus nihil dū certi cōſtat, quales in iudicijs, & cauſis tractādis incidere & exerceri ſolēt. Iere. 12. Et ſi iuſtus ſis Iehoua, ꝗ ut tecū cōtendā, tamē iudicia tibi proponā, id eſt, interrogatoria ſeu quęſtiones. Et iterū ca. 39. & 52. Et propoſuit ei quæſtiones, &c. Tertiò diciẗ de arduis quęſtionibus, difficilibus, & miraculoſis cùm dictis tū factis & geſtis dei. De priore. Pſ. 36. Iudicia tua abyſſus multa. ubi de uerbo dei diciẗ. & Pſ. 119. Labijs meis recenſui omnia iudicia oris tui, i. myſteria. Pſ. 147. Nō fecit taliter ulli gēti, nec iudicia ipſi cognouerūt. De factis & operibus dei mirificis. Pſ. 105. In omni terra iudicia eius, id eſt mirabilia facta, & geſta. Pſ. 119. Recordor iudiciorū tuorū antiquorū. Ezech. 5. Et faciam in medio tui coram oculis gentium, qualia antè nunquàm feci, &c.

Sextò, pro culpa, crimine: Græcis, αἴτιος. Iere. 49. Ecce quibus nō erat iudiciū, i. qui erāt extra culpā. Iere. 26. Iudiciū mortis eſt uiro huic, i. crimē capitale. In tali ſignificatione uſi ſunt Euāgeliſtę: ut Luc. cap. 23. Nullā cauſam inuenio in eo, i. nullū crimen capitale. & cap. 24. Principes noſtri tradiderunt eum in iudicium mortis.

Septimò, pro pœna, ſupplicio. 1. Reg. 20. Hoc ſit iudicium tuū, quod ipſe tuliſti. Iere. 48. Hucuſq; iudiciū Moab. Iterū cap. 51. Quoniā iudicium eius pertingit uſq; ad cœlos. Sic Luc. cap. 24. Principes noſtri tradiderūt eū in iudiciū mortis. Et Paulus Rom. 3. Quorū iudiciū iuſtum eſt. & cap. 13. Qui reſiſtunt, iudiciū ſibi acquirēt.

Octauò, pro exēplari accipitur ſeu ſpecimine: & ideo, ꝙ iura & leges quodāmo

do

do ſint exemplaria, quæ uita nos & factis exprimere oporteat. Exod.26. Et erigas tabernaculum iuxta iudicium, quod tibi monſtratũ eſt in monte. Nonò, pro menſura, norma, regula, modo, qualitate, ſtatu, conditione. Iudicum 13. Quod erit iudicium pueri & opus eius. 2. Regum 1. Quis habitus fuit huius uiri? Quærit rex de forma ſeu habitu ueſtimentorum, quemadmodum ex ſeruorum mox reſponſione ſumere licet. Ieſa. 49. Conditio ſeu ſtatus meus à Iehoua, & opus meum à Iehoua. Prou. 29. Rex in iudicio ſtabiliet terram, ſed uir exactionum ſubuertet eam, id eſt, cùm id ſolùm exigit, quod iure illi debetur. Et pluraliter מִשְׁפָּטִים. 1. Reg. 6. Iuxta omnes diſpoſitiones ſuas. Decimò, pro cauſa, ſeu caſu, qui in iudicio incidit, & de qua partes aduerſæ diſceptant. Num. 27. Portauit Moſes iudicium illarum ante Iehoua. Deut. 19. Et ei non iudicium mortis, id eſt, cauſa mortis. Iere. 26. Iudicium mortis eſt uiro huic. 1. Regum 3. Et poſtulaſti tibi diſcretionem in audiendo iudicium, id eſt, cauſam propoſitam à populo. Vndecimò, pro ſententia, qua quis damnatur. Sic Paulus uſus eſt 2. Corinth. 1. Quin ipſi in nobis ipſis iudiciũ mortis acceperamus, uelut ipſis periculis nihil aliud denunciantibus quàm mortẽ.

Duodecimò, uſurpatur pro more & cõſuetudine, quæ iure naturali, & gentium profluxit, longa cõſuetudine. 1. Sam. 27. Hic erat mos illi omnibus diebus, quibus habitabat in regione Philiſtæorum. Transfertur etiam ad ritus diuinos, ſeu potiùs ad religionẽ antiquitùs à Deo inſtitutã. 2. Reg. 17. Gentes illæ, quas tranſtuliſti, & collocaſti eas in ciuitates Samariæ, non nouerunt iudiciũ dei terræ illius. Et paulò pòſt iterũ: Iuxta iudiciũ gentiũ coluerũt Deũ. 1. Paral. 15. Nõ fecit Iehoua irruptionẽ inter nos, eò quòd requiſierimus eum ritè ſecundũ uerbũ & legem eius.

Et cõſtruit̃ in iſto modo ſignificãdi ferè ſemper cum præpoſitione caph, iuxta, ſecundũ. Gen. 40. Et porriges calicem ſecundũ priſtinum iudiciũ, cùm eſſes pocillator eius. Exo. 21. Iuxta iudiciũ filiarum agat cum ea. Iud. 18. Secundum iudicium Zidoniorũ. Pſ. 119. Cõuertere ad me, & miſerere mei ſecundũ iudiciũ diligentium te, id eſt morem. 2. Reg. 11. Vidit regẽ ſtantem ad tribunal iuxta morem. Sic etiã pluraliter 2. Reg. 17. &c. Decimotertiò, quãdoq; tranſſumit̃ pro Euangelio, quòd ſcilicet Euangelion ſimpliciter arguat, & damnet omnẽ mundi iuſtitiam, & ſolius Chriſti iuſtitiam cõmendet, & offerat: ut Ieſa. 42. Iudicium gentibus offeret.

שְׁפוֹט Nomen infinitum, id eſt pœna, plaga ſeu ſupplicium. 2. Paralip. 20. Si uenerit ſuper uos malum, gladius, iudicium, peſtis, fames, &c. Et pluraliter שְׁפוּטִים. Ezech. 23. Et facta eſt infamia de mulieribus, quas affecerunt ſupplicijs.

שְׁפָטִים Significat aliquãdo idẽ quod מִשְׁפָּטִים, id eſt miracula, mirabilia, facta & opera memorabilia: ut Exo. 16. Liberabo uos in brachio extẽto, & in iudicijs magnis. Prou. 29. Parata ſunt deriſoribus iudicia, i. ſupplicia. Et quãdo cõſtruit̃ cũ uerbo עָשָׂה, ſignificat afficere pœnis, ſeu extremo ſupplicio. Exo. 12. Et in cũctos dies faciã iudicia. Num. 33. Et in deos eorũ fecit Iehoua iudicia. 2. Paral. 24. Et cum Ioas fecerũt iudicia: u. d. Et affecerunt Ioas ultimo ſupplicio, habẽ in gericht. Ezech. 5. Cùm fecero in te iudicia. Prouerb. 20. Parata ſunt deriſoribus iudicia, id eſt, pœnæ, ſupplicia.

Etſi iſta huius uocabuli שפט diſcuſſio alicui uideri poſſit eſſe prolixior, quàm par ſit, nec opus eſſe tam prolixa locorũ citatione, tamẽ quia Latinis uerbũ iudicãdi nõ tã latè patet, maximè in deriuatis ipſius, libuit pluribus agere, ut uerbi ſignificationẽ pariter oẽs meliùs deprehendere poſſent, quàm ex nuda locorũ citatione. Quare ſi nos nihil amplius laudis cõſequuti ſumus, quàm reliqui, tamẽ oro diligentiã & laborẽ meũ ſtudioſus huius linguę boni æquiq; cõſulere uelit. Deniq; de ſignificatione utriuſq; uocis coniunctæ צְדָקָה מִשְׁפָּט uide ſuprà in themate דין.

1675 שָׁפַךְ Nõ ſolùm de fuſione liquidorũ dicit̃, quæ propter eorũ fluiditatẽ largè & profuſè effundunt̃, ſed etiã de aridis. Leu. 17. Sãguinẽ fudit. Thr. 2. Effudit ſicut ignẽ furorẽ ſuũ. Ezech. 22. Effudi furorẽ meũ. & cap. 39. Effudi ſpiritũ meũ. Leuit. 14. Et effundẽs puluerem. Ezech. 7. Effundã furorẽ meũ ſuper te. 1. Sam. 1. Effundam animam meam. Pſal. 42. Effundam ſuper me animã meam. 2. Reg. 19. Et nõ fundet iuxta eam aggerẽ. 2. Sam. 20. Et fuderunt aggerẽ. Et iterũ: Et effudit uiſcera eius in

terram

terram.Ezech.22.Propter effundere ſanguinem.& cap.17.In fundendo aggerem. & cap.9.In effundendo te furorem tuum.

Participium præſens שֹׁפֵךְ. Gen.9. Effundens ſanguinem hominis, ſanguis eius effundetur per hominem.Num.35.Niſi in ſanguine effundentis illum. Et pluraliter שֹׁפְכִים. Thren. 4. Qui effundebant in medio eius ſanguinem. Et in genere fœminino שֹׁפֶכֶת..Ezech. 22. Ciuitas effundens ſanguinem. Et pluraliter שֹׁפְכוֹת, Ezech.16.Et effundentium ſanguinem.

Participium præteritum שָׁפוּךְ. Pſal.79.Vindica ſanguinem ſeruorum tuorum il lum effuſum. Et in genere fœminino שְׁפוּכָה.Ezech.20.Tu in ira effuſa.

In uoce paſſiua נִשְׁפַּךְ.Thren.2.Effuſum eſt in terram iecur meum. Pſal.22. Sicut aqua effuſus ſum.Gen.9.Sanguis illius effundetur.1.Reg.13.Et effundetur cinis.

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua שֻׁפַּךְ.Num.33.Qui effuſus eſt in ea. Zopho.1.Et effundetur ſanguis eorum.Pſal.72.Fuſi ſunt greſſus mei.

In quarta cõiugatione הִשְׁתַּפֵּךְ. Iob 30. Effundetᷓ anima mea.Thre.4.Fundentur lapides ſanctuarij.& cap.2.In effundẽdo animam eorum,id eſt,cùm effunderetur.

INDE NOMINA:

שֶׁפֶךְ Effuſio,locus ubi aliquid effunditur.Leuit.4.Ad effuſionem cineris.

שָׁפְכָה Fuſorium,membrum uirile,quo effunditur urina & ſemen genitale. Deuter.23.Et ſuccifuſus fuſorio in congregationem Iehoua non ingrediatur.

1676 שָׁפֵל Humiliatus eſt,humilis fuit.Ieſa.2.Oculi ſublimitatis hominis humiliatus eſt,id eſt humiliati ſunt.Et iterum:Et humiliabitur altitudo uirorum.Prou.10. Et ſublimes humiliabunᷓ.Ieſa.40.Et omnis mons & collis humiliabuntur.cap.2. Et incuruatus eſt homo,& humiliatus eſt uir.& cap.5.Oculi ſuperborũ humiliabuntur.

In tertia coniugatione הִשְׁפִּיל. Ieſ.25. Curuauit, humiliauit, deiecit in terram. Et iterum:Et humiliabit ſuperbiam eius.Ezech.17.Humiliaui lignum altum. Iob 40. Vide omnem ſuperbum,& humilia eum.Iere.13.Humiliate uos,ſedete.Ieſ.13.Et ſuperbiam fortium humiliabo.2. Sam.22. Et oculos tuos ſuper excelſos humiliabis, id eſt,demittes.Pſal.18.Oculos excelſos humiliabis.

Participiũ præſens מַשְׁפִּיל.1. Sam.2.Humiliat & exaltat. Pſal.147. Humilias improbos uſq; ad terrã. Et accipit ſemel iod מַשְׁפִּילִי, Pſ.113. Qui humiliat ut uideat.

INDE NOMINA:

שָׁפָל Humilis.2.Sam.6.Et ero humilis in oculis meis.Leui.13.Et aſpectus eius humilior cute.Pſal.138.Et humilem uidebit. In ſtatu regiminis שְׁפַל.Ieſ.57.Et humilem ſpiritu.Prou.16.Melior eſt humilis ſpiritu. Et pluraliter שְׁפָלִים. Ieſ.57. Vt uiuificem ſpiritũ humiliũ.Iob 5.Ad ponẽdũ humiles in ſublime.Malach.2.Ponã uos cõtẽptibiles & humiles. Et in genere fœminino שְׁפָלָה.Leuit.13.Et humilior nõ eſt cute. Ezech.17.Vt ſit regnũ humile. Et in ſtatu reg. שִׁפְלַת.Ezech.17.Humilis ſtatura.

שְׁפָלוֹת Humile.Ezech.17.Eleuaui lignum humile.

שְׁפָלָה Humilitas. Et in ſtatu regiminis שֵׁפֶל.Eccl.12.In humilitate uocis.

שִׁפְלָה Humilitas. Eccl.10.Et diuites in humilitate ſedebunt. Et cum affixo.Pſalm.136. Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri.

שֵׁפֶל Humilitas,locus humilis.Ieſa.32.Et in humilitate humiliabitur ciuitas.

שְׁפֵלָה Humile,locus humilis:& opponitur nomini הַר. Deut.1.& Ioſue 1. In monte & in humili.Iud.9. Habitantem in monte, & ad Meridiem & humile. Et cum affixo. Ioſue 11.Et montem Iſrael,& humile eius.

שִׁפְלוּת Humilitas.Eccl.10.Et propter humilitatem manuum ſtillabit domus.

1677 שָׂפָם Nomen.Et cenſeo à nomine שָׂפָה,id eſt labium, differre, ſicut differt totum à ſua parte,hoc eſt differre tantùm quãtitate:שָׂפָה enim labium ſignificat partem oris, ſed שָׂפָם totum labritium,id eſt,quicquid infra naſum eſt,& cõtinetur,comprehenſo utroq; labio ſuperiore & inferiore etiam cum mento.Leuit.13.Et caput eius erit euacuatum, & ſuper labritio uelabitur. Ezech.24.Et calceamenta tua pone in pedes tuos,& non uelabis labritium.Mich.3.Pudefient uidentes,& erubeſcẽt Diuini,& uelabunt ſuper labritium uniuerſi illi. In ſtatu affixi mutat prius cametz

in

ſeua.2.Sam.19.Et non fecerat pedes ſuos, neq; fecerat labritiũ ſuum,id eſt, non cu-
1678 rauerat neq; pedes ſuos,neq; barbam ſuam.

**שָׁפָן** Paruũ animalculũ,quod alij lepuſculum,alij cuniculũ uocant: hoc etſi ruminet, tamẽ fiſſas ungulas nõ habet: ideo lege uetitũ,ne edat̃: dictũ, ꝙ in petris recondat ſe. Et cognationẽ habet ſignificatione cũ uerbis צָפַן & סָפַן.Leu.11.Et ſic cuniculũ qui quidẽ reducit rumẽ,ſed ungulã nõ diuidit.Deu.14.Nẽpe Camelũ,& leporẽ & cuniculũ. Et plur. שְׁפַנִּים.Pſ.104.Mõtes excelſi pro ibicib. & petræ latibu-
1679 lũ cuniculis.Prou.30. Cuniculi populus nõ ualidus,ſed ponunt in petra domũ ſuã.

**שֶׁפַע** Copia,abũdantia,multitudo.Cognationẽ habet ſignificatione cũ שֶׁבַע,ſeptem. Deu.19.Quoniã abundantiam marium exugent. Et in ſtatu regiminis שִׁפְעַת. 2.Reg.9.Et uidit multitudinem Iehu ueniendo ipſum,& dixit,multitudinẽ ego uideo.Iob 22.Et copia aquarum operiet te.Ieſa. 60.Et multitudo camelorum ope-
1680 riet te.Ezech.26.A multitudine equorum eius operiet te puluis eorum.

**שָׂפַק** Suffecit,ſatisfecit.Congruit ſignificatione cũ uerbo סָפַק,niſi quòd ut prima litera,ita modo tantùm ſignificandi parum uariẽt.1.Reg.20.Si ſuffecerit puluis Samariæ pro pugillis totius populi.

In tertia coniugatione יַשְׂפִּיקוּ.Ieſ.2.In natis alienorum ſatisfaciunt,id eſt, gignũt ſpurios ſufficienter: u. d. quòd doctores populi Iſraelitici hypocriſi diſcipulos gignant,qui ſufficiunt pro ipſorum ſynagoga.

INDE NOMEN,

**שֶׂפֶק** Idem ſignificat quod דַּי, id eſt,ſufficientia.Iob 20. In plenitudine ſufficientiæ ſuæ, anguſtia erit ei.& cap.36.Nequando ira extimulet ad ſufficientiã, id eſt exceſſum: ſeu ita,Multitudo largitionis deflectat te.

1681

**שָׁפַר** Cõgruit ſignificatione cũ uerbis פָּשַׁר & פָּרַשׂ:ſignificãt enim iſta explicationem, explanationẽ,expanſionẽ,ampliationẽ,niſi ꝙ ut forma,ita modo ſignificãdi uarient:hoc noſtrum notat ampliationẽ.Pſal.16.Etiam hæreditas ampla fuit pro me.

In ſecũda cõiugatione שִׁפֵּר fit trãſitiuũ.Iob 26. Spiritus ipſius cœlos explicauit.

INDE NOMINA:

**שֶׁפֶר** Explicatio,explanatio, perſpicuitas,illuſtratio. Et in diſtinctione ſentẽtię prius ſægol mutatur in cametz שָׁפֶר. Geneſ. 49.Naphthali cerua dimiſſa dans ſermones illuſtrationis,ſeu perſpicuitatis.

**שַׁפְרִיר** Aulæum,quod expanditur ornatus gratia.Iere.43.Et extendet aulęum ſuum.

**שׁוֹפָר** Pro cornu animalis nuſpiã in ſacra ſcriptura legit̃, ſed pro tuba, qua clangor clarẽ expanditur ſeu diffunditur in aerem, & formatur impreſſione cùm ſpiritus,tũ manuum,ut ex uerbo תָּקַע conijcitur. Exo.19.Et uox tubæ firma uehementer.Iud.4. Et factum eſt, cùm ueniret ipſe, ſtatim impreſſit in tubam. Et in ſtatu regiminis mutat cametz in pathah שׁוֹפַר.Leui.25.Et tranſire facies tubam clangoris in menſe ſeptimo. Et pluraliter שׁוֹפְרוֹת.Ioſ.6. Et ſeptẽ ſacerdotes portabant ſeptem tubas productionum coram arca. Et in diſtinctione ſententiæ שׁוֹפָרוֹת.Ioſue 6.Et ſacerdotes impriment in tubas.2.Paral.15.Et in taratantaris & in tubis.

**אֶשְׁפָּר** Quidam dictionem compoſitam eſſe arbitrantur ex פַּר & אֵשׁ, & ſignificare fruſtum carnis bubulæ ad ignem aſſatæ. Alij tamen uolunt ſignificare portionem amplam.2.Sam.6.& 1.Paral.16. Et diſtribuit omni uiro, à uiro uſq; ad mulierem, cuiq;
1682 tortam panis,portionem carnis.

**שָׁפַת** Poſuit, collocauit, repoſuit aliquid intra certos terminos ſeu limites, ut ibi reſideat ac maneat.Et modo tantùm ſignificandi differt à uerbo שָׁבַת.1.Reg.4.Colloca ollam magnam,& coque edulium pro filijs prophetarum. Ezech. 24. Pone ollam,pone.Pſal.22.Et in puluerem mortis collocabis me.Ieſ. 26.Iehoua collocabit pacem nobis: ſcilicet intra limites noſtros

INDE NOMINA:

**אַשְׁפָּה** Repoſitorium,ſcilicet ſagittarũ,quod nos pharetrã uocamus.Iob 39. Cõtra ipſum crepabit pharetra.Ieſ.22.Et Elam portabit pharetram. Et cum affixo אַשְׁפָּתוֹ.Pſal. 127.Qui impleuit pharetram ſuam cum illis.

Repo-

אַשְׁפֹּת Repoſitorium fimi, locus incluſus certis limitibus quò proijcitur fimus, fimetum. 1.Sam.2.& Pſal.113. De fimeto eriget egenum. Nehe.2. Et ad portā fimeti. Legitur tamen ſemel he litera poſita pro aleph, Nehe.3. Vſq; ad portam fimeti. Et pluraliter אַשְׁפַּתּוֹת. Thren.4. Nutriti ſunt ſuper coccino, amplexi ſunt fimeta.

שְׁפַתַּיִם Metæ, limites, termini intra quos aliquid collocatur: cōſtituebantur autē præſidia in limitibus contra incurſiones hoſtium. Et eſt nomē dualis numeri, eò quòd cuilibet regioni duo ſunt limites. Pſal.68. Si iacueritis intra limites, erit ſicut columba cuius alæ uerſæ ſunt in argentū, & plumæ eius in flauedinē auri. Ezech. 40. Et termini (ſeu circumferentiæ) latæ manus unius conſtituti ad intra circumcirca.

מִשְׁפְּתַיִם Termini, limites. Iudicum 5. Quare ſediſti intra limites, ut audires ſibilos gregis, id

1683 eſt ſepta.

שֶׁצֶת Tempus breuiſſimū. Et eſt ſynonymum cum aduerbijs פִּתְאֹם רֶגַע מְעַט. Et legitur tantū ſemel, Ieſ. 54. In momento iræ abſcondi faciem meam ſubitò abs te, & in miſericordia perpetua miſerebor tui, &c. Chaldæus uertit, in hora parua.

1684

שַׂק Cum cametz, frequentiùs tamen cū pathah, quod in ſtatu affixorū ſeruat, daggeſſata litera kuph. Et ſignificat texturā ex uillis hircorū, & caprarū, idoneā frumentis, & alijs rebus aridis capiēdis, & tranſuehendis. Deinde uſus illius erat in luctu, qua exutis uel laceratis ueſtibus ſplēdidioribus loco interulæ corpus operientes lumbi conſtringebātur. Eſt aūt uox cōmunis multis linguis. Latini uocant ſaccus. Græci tranſpoſitis literis ἀσκόν. Germani ſack, & ſic in alijs linguis. Gen.42. Et aperuit unus ſaccum ſuum, ut daret pabulū aſino ſuo. Ieſ.3. Et pro clauo cinctoriū ſacci. 2.Sam.21. Et accepit Rizpa ſaccum & expandit eum ſibi. Gen.37. Et lacerauit Iacob ueſtimenta ſua, & poſuit ſaccum in lumbis ſuis. 2. Reg. 21. Et lacerauit ueſtimenta ſua, & ieiunauit, & iacuit in ſacco. 2. Reg. 6. Et ecce ſaccus ſuper carne eius intrinſecus. Eſther 4. Saccus & cinis ſternebatur multis. Pſalm.30. Conuertiſti planctum meum in chorum mihi, ſoluiſti ſaccum meū, & cinxiſti me lætitia. Et pluraliter שַׂקִּים. Ioſue 9. Acceperunt ſaccos ueteres ſuper aſinos ſuos. Geneſis 42. Ipſis euacuantibus ſaccos ſuos. 2.Sam.3. Et accingite ſaccos, & plangite ante Abner. 1.Reg.20. Ponamus nunc ſaccos in lumbis noſtris.

1685

שָׁקַק Generali ſignificatione conuenit cum uerbis שׁוּט שָׁטַח בָּשַׁס: hæc enim quatuor curſionem ſignificāt, ſed modo tamen ſignificandi inter ſe differunt. Significat autem hoc geminatū, excurrere ad graſſandum ſeu diripiendū. Ioel.2. Ad ciuitatē excurrent, in muros current, in domos aſcendent, per feneſtras intrabūt, quaſi fur.

Participium præſens שׁוֹקֵק. Prou.28. Leo rugiens, & urſus excurrens, dominator improbus ſuper populo exhauſto. Ieſaię 33. Velut excurſio locuſtarū excurrit in illam. Et in genere fœminino שׁוֹקֵקָה. Ieſ.29. Et erit, cū ſomniabit famelicus, & ecce comedit, & quādo euigilauerit, tum uacua erit anima eius: aut cùm ſitiens ſomniat ſe bibere, & ecce bibit, & cùm euigilauerit, ecce tum laſſus, & anima eius excurrēs (prę fame): ſic erit multitudo omnium Gentium militātium contra montē Zion.

In quarta coniugatione forma geminata הִשְׁתַּקְשֵׁק. Nahum 2. In uicis perſtrepūt currus, excurrunt in plateas.

INDE NOMINA:

מַשָּׁק Excurſio pro rebus neceſſarijs. Gen. 15. Filius excurſionis domus meæ Damaſcenus, id eſt procurationis.

מַשַּׁק Excurſio ad prædam. Ieſa. 33. Et colligetur præda ueſtra collectione bruchi, uelut

1686 excurſio locuſtarum excurrit in illam.

שָׁקַד Intētus fuit ad rem ſeu negociū, intētè obſeruauit, aduigilauit, uigilanter attendit. Et importat quandā alacritatē & pronitatē ad aliquid. Pſ.127. Si Iehoua non cuſtodierit ciuitatē, fruſtrà aduigilauit cuſtos. Pſal.102. Aduigilabā & eram ut auis ſolitaria ſuper tecto. Iere. 31. Sic aduigilabo ſuper eos, ut ædificē & plantē. Dan. 9. Et aduigilauit Iehoua ſuper malū. Iob 21. Et ſuper aceruo aduigilabit. Eſdræ 8. Aduigilate, & cuſtodite, &c. Prou. 8. Vt aduigilet ad ianuas meas ſingulis diebus.

Participium præſens שֹׁקֵד. Ieremiæ 1. Quia aduigilo ego ſuper uerbo meo, ut faciam

faciam illud. & ca. 5. Pardus aduigilat ſuper ciuitates eorum. Et pluraliter in ſtatu regiminis שֹׁקְדֵי. Ieſa. 29. Et excindentur omnes aduigilantes iniquitatis.

INDE NOMEN,

שָׁקֵד Amygdalus & amygdalū, arbor & fructus. Et appellationem hanc arbor iſta habet, ꝙ prima eſt omniū, quæ florē protrudit. Iere. 1. Et dixi, baculum amygdali ego uideo. Eccl. 12. Florebit amygdalus. Et pluraliter שְׁקֵדִים. Gen. 43. Nuces & amygdala. Num. 16. Et protulit germen, & floriſicauit florem, & ablactauit amygdala.

Ab hoc nomine & in hoc modo ſignificādi legitur participium præteritum ſecundę coniugationis pluralis numeri מְשֻׁקָּדִים. Exo. 25. Et in lucerna quatuor ſcyphi amygdalati cum ſphærulis & floribus.

1687 שקד Significatione à præcedēte uerbo nō differt, ut nec differt literis & pronunciatione, niſi quòd modo tantùm ſignificādi inter ipſa uariet̄. Significat autem intendi, imprimi. Et legitur ſemel in uoce paſſiua נִשְׂקַד, Thren. 1. Impreſſum eſt iugum tranſgreſſionum mearum manu eius. Porrò ſi Chaldaicæ trāslationis antiquitatem non uenerarer, putarem hæc uerba deprauata, & ſic eſſe legendum: Aduigilauit ſuper iniquitatibus meis, manu ſua implicatæ ſunt, &c.

1688 שקה Generali ſignificatione cōuenit cū uerbis בָּשַׁשׁ & שָׁקַק שׁוּט. Hæc enim quatuor curſionē ſignificant, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differāt. In hac forma legit̄ ſemel in ſecūda cōiugatione uocis paſſiuæ שֻׁקָּה, potatus, irrigatus eſt. Iob 21. Mulctralia eius plena ſunt lacte, & medulla oſſiū ſuorū potabit̄, id eſt irrigabitur.

In tertia cōiugatione הִשְׁקָה, id eſt, currere fecit, ſ. potū uel uini, uel aquę, uel alterius humoris, ſiue pro hominibus, ſiue pecoribus, ſiue alijs rebus quæ humore indigent & aluntur. Itaq; quod Hebræi in lingua ſua hoc uerbo exprimunt, illud ipſum Latini expediūt uerbis potandi, uel propinādi, uel irrigādi, ſecundum eius rei cōmoditatē, de qua dicitur. Et ut שֹׁקֵק excurrere ſignificat famelicū ad prædandum, ita hoc ſignificat potare ſitientem. Gen. 2. Et potabit ſeu irrigabit omnem ſuperficiē humi, &c. Fit autē irrigatio curſione aquarū per riuulos aquarū, ſeu canales. Num. 5. Et potauit mulierē cum aqua. Ier. 35. Et potabis eos uino. Iob 22. Nō laſſo aquam propinabas. Et in futuris aliquādo abſq; he finali, & cum duobus ſeua immediatè ſequētibus. Gen. 21. Et potauit puerum. Gen. 29. Et potauit oues.

Participium præſens מַשְׁקֶה. Pſ. 104. Rigat mōtes è ſuperioribus ſuis. Sumitur aūt ſæpiſſimè nominaliter pro potatore, hoc eſt, pocillatore ſeu pincerna. Geneſ. 40. Pincerna & piſtor. Neh. 1. Ego enim erā pincerna pro rege. In ſtatu regiminis mutat tātùm ſægol in zere. Exo. 40. Deliquerūt pincerna regis Ægypti & piſtor.

Similiter in ſtatu affixorum ſeruat hc מַשְׁקֵהוּ. Gene. 40. Cùm eras pincerna eius.

Deinde nota, ꝙ hoc nomen participiale etiā pro ipſo potu uſurpatur. Leuit. 11. Et omnis potus qui bibitur in quocunq; fuerit uaſe, immundus erit. Ezech. 32. Vt euacuat animā famelici, & potu ſitientē priuet. Et ſemel pro ipſo loco potationis, ſeu ipſo officio & adminiſtratione potus ſcriptum legitur, Gen. 4. Et reſtituit principem pincernarū ſuper potagio. Ezech. 45. Agnū unum de grege ex ducētis de potatione Iſraelis pro oblatione. Et pluraliter מַשְׁקִים, pocillatores, pincernæ. Gen. 40. Contra principem pincernarum. Et cum affixo nihil mutat. 1. Reg. 10. Et pincernas eius. Quāquàm ut in ſingulari, ita etiam pluraliter pro officio & adminiſtratione pincernarum accipi, & ita exponi poſſit: Et potagia eius.

INDE NOMINA:

שֹׁקֶת Canalis, in qua decurrūt aquæ prò potandis pecoribus. Gen. 24. Et effudit cadum in canalem. Et pluraliter uerſo holem in hirik שִׁקָתוֹת. Gene. 30. Et poſuit uirgas, quas decorticauit in canales, in canales, inquam, aquarum.

שִׁקּוּי Decurſio, potatio, irrigatio. Prou. 3. Et irrigatio oſſibus tuis. Et pluraliter שִׁקּוּיִים. Oſeæ 2. Pinguedinem meam, & potagia mea. Pſal. 102. Quoniam cinerem uelut panem comedi, & potagia mea cum fletu miſcebam.

מַשְׁקֶה Nomen participiale, pincerna, &c. Sed de hoc ſuprà in participio tertię coniugationis.

מִמְשָׁק Contraria ſignificatione locū ſignificat, qui caret irrigatione, ideoq; idoneus pro-

ducendis urticis, ut prius mem ſit priuatiuum, ſicut in מִמְשַׁק.Zoph.2.Et filij Ammon ſicut Gomorra,locus aridus pro urticis. Pro eo ponitur Prouerbiorum 15.
1689 nomen מְשׂוּכָה,id eſt,tractus.

**שָׁקַט** Quieuit,tranquillus fuit,uixit in pace & ocio:atq; ut literarum primò tranſpoſitione,deinde ſymbolicarū mutatione idem ſignificat quod שָׁתַק, ita modo tātùm ſignificandi inter ſe uariant.Ier.30.Et reuertetur Iacob, & quieſcet. 2.Reg.11.Et ciuitas quieuit.Ioſ.11.Et terra quieuit à bello.Ioelis 3. Et non quieui. Ezech.16.Et quieſcam.Ieſa.62.Et propter Ieruſalem non quieſcam.Pſalm.83.Et ne quieſcas deus.Iob 3.Nunc dormirem & quieſcerem.

Participiū præſens שֹׁקֵט. Ier.48.Et quieſcit ipſe ſuper fecibus ſuis.Iud.18.Et uidit populum ocioſum. Et pluraliter שֹׁקְטִים.Ezechiel.38.Ingrediar ad quieſcentes.

In genere fœminino שֹׁקֵטָה.1.Para.40. Et terram latam utrinq; & quieſcentem.

In tertia cõiugatione הִשְׁקִיט.Et quādo poſt ſe regit accuſatiuū, tū eſt tranſitiuū, quietē,tranquillitatē,pacē,ociū præſtitit.Pſ.94.Vt quietē præſtes ei à diebus malis.Pro.15.Tardus irarū pacat litē. Sed abſolutè poſitū ſumit neutraliter.Iob 34.Et ipſe quietē prębebit,quis perturbabit.Iob 37.Vnde ueſtes tuę calidę,niſi quòd trāquilla eſt terra à meridie. Ieſa.57.Improbi ſunt ſicut mare agitatū, qđ quieſcere nō poteſt.& cap.30.In quieſcendo & in fiducia erit præualeſcentia ueſtra.ubi infinitiuus ponitur nominaliter pro,in quiete.Similiter Ezech.16.Superbia,ſaturitas panis,& felicitas ocij,i.felix ocium.Ieſa.32.Factum iuſtitiæ quieſcere,i.quies,pax. Quod dictū Paulus imitatus ſic reddidit Rom.5.Iuſtificati fide pacem habemus erga deum.

INDE NOMEN,

**שֶׁקֶט** Quies.1.Paral.22.Et quietem dabo Iſraeli.

1690

**שָׁקַל** Differt modo tantùm ſignificandi à uerbo סָקַל, & propriè librare ſignificat in libra.2.Sam.14.Et librauit capillitiū capitis ſui. Ieſa.40. Quis librauit in trutina mōtes.Eſth.3.Et decē millia talentorū argēti librabo. Eſdræ 8. Et librau eis argentū.Exo.22.Argentū librabit.Iob 31. Librabit me in bilāce iuſtitiæ.Zach.11.Et librauerūt mercedē meā,triginta argēteos. Eſt tamē hîc propter rudiores annotandum,quòd ut nunc apud nos moneta adnumeratur diſcretè, ita olim librabatur,& ex pondere habebatur ſumma,ut nunc ex numero habetur.

Participium præſens שֹׁקֵל. 2.Sam.18.Et ego ita libraſſem ſuper manus eius mille argenteos.Ieſaiæ 33. Vbi eſt librator.

In uoce paſſiua נִשְׁקָל.Eſdræ 8.Et die quarto libratum eſt argentum.Iob 28.Neq; librabitur argentum pro precio eius.

INDE NOMINA:

**שֶׁקֶל** Siclus,nomē ponderis,quaſi dicas, librator: erat enim modus & regula omnium ponderū.Eſt aūt prima diuiſione ſiclus aureus,& argēteus.Et hic habebat uiginti obolos.Et ſecundū Gręcorū ponderationē,ponderabat tetradrachmū,i.quatuor drachmas.Et ſecundū noſtrā monetā maiorem ualebat dimidiato Ioachimico.Et hic quoq; erat duplex,uulgaris ſeu prophanus:alter erat & dicebatur ſiclus ſacer, ſeu ſanctuarij,qui aliquātò erat iuſtior & grauior.Porrò quod ad ſicli dum moneta eſt,figurā attinet,in una facie habebat arā cū circūſcriptione שֶׁקֶל יִשְׂרָאֵל, & in altera facie uirgā Aaron cum circūſcriptione יְרוּשָׁלַיִם קְדוֹשָׁה Ieruſalem ſancta. Voluerunt aūt duabus illis picturis ara & uirga tāquàm ſymbolo ſignificare ſacerdotiū, & regnum.Nunc exempla ſubijciam.Exo.30.Hoc autem dabit quiſq;, qui tranſit ad cenſus,dimidiū ſicli in ſiclo ſanctitatis,uiginti oboli ſunt ſiclus.Leu.27.Omnis æſtimatio tua erit in ſiclo ſanctuarij, uiginti oboli erunt ſiclus. 1.Sam.9. Ecce inuēta eſt quarta pars ſicli in manu mea. Et pluraliter שְׁקָלִים.Exod.21.Argenti triginta ſiclos dabit ſuſtētatori ſuo.Leu.27.Et erit ęſtimatio tua maſculi uiginti ſicli, & fœminæ decē ſicli. Et Leu.5. pro duali poſitum : In æſtimatione tua argenti ſiclorū,i.duorū ſiclorū. In ſtatu regiminis שִׁקְלֵי.1.Par.21.Siclos auri pondere ſexcentos. Obſeruabis aūt,ꝙ hoc nomē cum nominibus numeralibus unitatis uſq;

ad

ad denariū numerū incluſiuè cōſtitutis. Legitur ſemper pluraliter שְׁקָלִים. Leuit. 27. Tres ſicli argenti. Et mox iterū: Quinq; ſicli argēti. Num. 3. Accipies quinq; & quinq; ſiclos pro cranio. Ier. 32. Septē ſiclos. Leuit. 27. Et fœminæ decem ſicli, &c.

Cōtrà uerò, quando conſtruitur cum numeralibus denariū numerū excedentibus, utplurimùm ſingulariter שֶׁקֶל legitur. Exod. 38. Septuaginta ſiclus, in ſiclo ſanctitatis. Num. 31. Septingēti & quinquaginta ſiclus, &c. Excipiūtur tamē quidā loci, in quibus cū excedētibus denariū etiā pluraliter uſurpaŕ. Exod. 21. Argēti triginta ſiclos, dabit ſuſtentatori eius. Leuit. 27. Et erit æſtimatio tua maſculi uiginti ſicli. Ioſ. 7. Ducētos ſiclos in argēto, etc. Atq; ex his iā recitatis exēplis habes, q̄ iuxta nomina numeralia perinde hoc nomē ſe habeat, ut nomen שָׁנָה: de quo ſuprà.

מִשְׁקָל Libratio, libramentum: Latini uocant pondus. Ezech. 5. Et accipies tibi bilances librationis. 1. Paral. 28. Et aurum librationum pro menſis. Eſdræ 8. Et ſcriptum eſt omne libramentū. Et in ſtatu regiminis מִשְׁקַל. 1. Reg. 10. Et fuit libratio auri. 1. Paral. 14. In libramento candelabri. In ſtatu affixorum nihil uariat à ſtatu abſoluto מִשְׁקָל. Gen. 34. In libramento ſuo. 2. Sam. 12. Et libramentum eius talentum auri.

מִשְׁקֹלֶת Libramentum, regula, amuſſis. 2. Reg. 21. Et extēdam libramentū domus Achab. Et in diſtinctione ſententiæ מִשְׁקָלֶת. Ieſ. 28. Et ponam iudicium in regulam, & iuſtitiam in libramentum.

1691 שָׁקַם Eiuſdem eſt ſignificationis cum uerbo קוּם, ſurrexit, ſicut שָׁרַץ etiam eiuſdem eſt ſignificationis cū uerbo רוּץ. Et legitur tantū uno in loco, & irregulariter tranſpoſito puncto de uoce cametz quæ debebat regulariter eſſe ſub ſchin, in literā kuph, ſic ק. Sic שַׁקַּמְתִּי pro שָׁקַמְתִּי. Iud. 5. Donec ſurrexi ego Debora, ſurrexi, inquā, mater in Iſrael, &c. Quanquàm aliqui alij malint eſſe relatiuū, ſic legentes: Donec quòd ſurrexi Debora.

INDE NOMEN,

שִׁקְמִים Sycamini ſeu ſycomori. Et legitur pluraliter tātùm propter multitudinem & copiam earum arborum. Habent autem nomen ab altitudine & proceritate ſua, qua in altum aſſurgunt. 1. Reg. 10. & 2. Paral. 1. Et dedit rex argētum in Ieruſalem quaſi lapides: & cedros dedit, uelut Sycomoros, quę in cāpeſtribus ſunt in copia. 1. Par. 27. Porrò ſuper oleas, & ſycomoros quæ in campeſtribus, erat Baal Hanam. Ieſ. 9. Lapides ceciderunt & politis ędificabimus, Sycomori ſuccifæ ſunt, & cedros cōmutabimus. Amos 7. Sed armentarius ſum, & baiulans Sycomoros, ſ. pro mercede. Vult ſignificare conditionis ſuæ humilitatem. Legitur tamen ſemel forma fœminea שִׁקְמוֹת Pſal. 78. Interfecit grandine uitem eorū, & Sycomoros eorū gelu. Niſi malis ſpecies inter ſe genere diſtinguere, q̄ uidelicet שִׁקְמִים ſit ſpecies illa, quā Lucas Euāgeliſta cap. 17. *συκαμίνου* appellat, uoce quoad fieri potuit, cōſimillima, ubi inq̄t Chriſtus: Si habueritis fidē ſicut habet granū ſynapis, dixiſſetis huic arbori *συκαμίνῳ*, eradicare, & ſubplantare in mare, & obediſſet uobis. Et ca. 19. paulò uariato nomine *συκομοραῖαν*, Sycomoræā uocat, ita ſcribēs: Et ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho, & ecce uir nomine Zachæus quærebat uidere Ieſum, quis eſſet, nec poterat præ turba, q̄ ſtatura puſillus eſſet, & præcurrens aſcendit in arborē Sycomoræam, ut uideret eum, &c. Quod, ſicut Hieronymus teſtatur, genus eſt arboris Palęſtinæ peculiare, gaudēs locis cāpeſtribus, & ficus afferens agreſtes: quod niſi uellicetur, amariſſimas cariculas facit, & familię infuſo oleo in eſum datur: ſed שִׁקְמוֹת eſſe ficū illam Ægyptiacā multò laudabiliorem: ſiquidem & Dauid mētionem in Pſ. 78. facit Sycomori arboris, quā deus in Ægypto grandine & gelu perdiderit. Aut quas Ægyptij genere fœminino, eaſdem Hebræi maſculino genere extulerint. Sed utcunq; ſit, tamē ex citatis locis cùm Veteris, tū noui Teſtamēti etymon nominis conijcere licet, quòd à proceritate hoc arborum genus dictū ſit.

1692 שָׁקַע Depreſſum, oppreſſum fuit. Et modo tantùm ſignificādi inter ſe differunt טָבַע & שָׁקַע & hoc noſtrum. Amos 9. Et tranſcēdet ſicut fluuius, uniuerſam illam, & deprimetur tāquàm fluuio Ægypti, id eſt, opprimetur. Num. 11. Et deprecatus eſt Moſes ad Iehoua, & depreſſus eſt ignis, ſcilicet ne in altum eleuaretur. Iere. 51. Sic deprimetur Babel, neq; ſurget propter malum.

In tertia coniugatione הִשְׁקִיעַ. Iob 40. Aut fune deprimes linguã eius, ſcilicet ne poſſit eam erigere & exerere. Ezech. 32. Tunc deprimam aquas eorum, & flumina eorum uelut oleum fluere faciam.

INDE NOMEN,

מִשְׁקָע Sedatio, depreſſio. Ezech. 34. Et ſedationem aquarum bibitis, & reſiduas pedibus
1693 ueſtris conculcatis, id eſt, ſedatas aquas, & non excitatas.

שָׁקַף Ex alto proſpexit: idem quod שָׁזַף: & ſignificat geſtum ex alto proſpicientium, qui quidem non poteſt exprimi. Legitur in prima coniugatione uocis actiuæ participium præteritum pluralis numeri שְׁקֻפִים. 1. Reg. 6. Et fecit domui feneſtras proſpectu anguſtas. & 1. Reg. 7. Et proſpectus trium ordinum.

In uoce paſſiua נִשְׁקַף, ſignificatione actiua. Pſal. 85. Et iuſtitia è cœlo proſpexit. Prou. 7. Per cancellos meos proſpiciebam. Iudicum 5. Per feneſtram proſpexit.

Participium maſculini generis נִשְׁקָף. Num. 23. Qui proſpicit ſuper faciem deſerti. Et in genere fœminino נִשְׁקָפָה. Num. 21. Et reſpicit ſuper faciem deſerti. Cant. 6. Quæ eſt iſta, quæ proſpicit quaſi aurora?

In tertia coniugatione הִשְׁקִיף, in qua nõ multùm abludit ſignificatione à uerbis נבט & שגח. Pſal. 14. Iehoua è cœlo proſpexit. Gen. 19. Et reſpiciebat uerſus faciem Sodomæ. & cap. 26. Et proſpexit Abimelech rex Philiſtinorum per feneſtram, & uidit. Exo. 14. Et proſpexit Iehoua ad caſtra Ægyptiorum, in columna ignis, & nubis. Thren. 3. Donec proſpiciat, & uideat Iehoua.

INDE NOMINA:

שֶׁקֶף Proſpectus. 1. Reg. 7. Et omnes ianuæ & poſtes quadratæ proſpectu.

שְׁקֻפִים Proſpectus. Vide ſuprà in prima coniugatione.

מַשְׁקוֹף Superliminare, hoc eſt, feneſtra in ſuperliminari per quam ex alto proſpicitur ſuper pulſantem fores. Exod. 12. Et ſuper ſuperliminare.

1604

שָׁקַץ Abominatus eſt, execratus eſt, deteſtatus eſt, euitauit ut rẽ ſpurcã & immundã. Græcè βδελύττομαι. Pſ. 22. Quia nõ aſpernatus eſt, neq; abominatus eſt oppreſſionẽ pauperis. Deut. 7. Abominando abominaberis illud. Leu. 11. Et hæc abominamini de uolatilibus. Et mox iterum: Et cadauer eorum abominabimini.

INDE NOMINA:

שֶׁקֶץ Abominatio, execratio, execrabile, deteſtabile. Leu. 11. Et abominatio erũt uobis.

שִׁקּוּץ Cũ kybutz, uel שִׁקּוּץ: quãquàm poſterius legat̃ rariùs, abominatio, res abominanda. 2. Reg. 23. Abominationẽ Zidoniorũ & abominationẽ Moabitarũ, i. idolum. Dan. 11. Et ponẽt abominationẽ, reatũ facientẽ. Chriſti ſeruatoris noſtri citãtis hoc dictũ interpres uertit Grçcè βδέλυγμα, Mat. 27. Quũ uideritis abominationẽ deſolationis, quę dicta eſt à Daniele ꝓpheta. Eſt aũt βδέλυγμα, res, quã deus execrat̃ & damnat, ideo ꝙ ei falsò tribuit̃ honos deo debitus. Et pluraliter שִׁקֻּצִים & שִׁקּוּצִים. Nahum 3. Et proijciã ſuper te execrãda. 2. Reg. 23. Et omnes execrationes, quæ uiſæ ſunt in terra. Oſeæ 9. Fuerũt execrationes, ut amaret eas. Dan. 9. Et ſuper alã execrationũ deſolationis. In ſtatu regiminis שִׁקּוּצֵי. Ezech. 20. Quiſq; execra-
1695 tiones oculorũ ſuorũ deijcite. Et cũ affixo. Ier. 4. Et ſi amouebis execratiões tuas.

שָׁקַר Fallax fuit, falſus fuit, captioſè egit. Et eſt uериſimile habere cognationẽ ſignificatione cũ uerbis שָׁזַר & קָשַׁר חָשַׁר. Gen. 21. Et nũc iures mihi, ne fallax ſis mihi.

In ſecunda cõiugatione שִׁקֵּר. Leuit. 19. Neq; fallaces ſitis quiſq; cõtra popularẽ ſuũ. 1. Sam. 15. Etiã uictor Iſraelis nõ eſt fallax. Pſ. 44. Neq; fallaces fuimus in pacto tuo. Pſal. 89. Non fallax ero in ueritate mea. Ieſaiæ 63. Et filij qui non fallaces ſunt.

Participiũ præſens generis fœminini pluralis numeri מְשַׁקְּרוֹת. Ieſ. 3. Et incedebant extẽto gutture, & fallaces oculis, &c. Nec te moueat, ꝙ ſin ſiniſtrũ ſcriptum eſt, quia aut oſcitantia ſcribarũ accidit, aut propheta ſtudio uoluit mutare uocem, ut ſignificaret teneritudinem & mollitiem fœminarum in erudiendis oculis.

INDE NOMEN,

שֶׁקֶר Falſum, falſitas, fallacia. Exod. 23. A cauſa falſi procul abſis. Deut. 19. Et ecce teſtis falſitatis ille teſtis falſum reſponderit cõtra fratrem ſuum. 2. Samu. 18. Si feciſſem in ani-

anima mea falſum.1.Reg.22.Et ero ſpiritus fallaciæ in ore omnium prophetarum. Pſal.52.Dilexiſti malũ præ bono,falſum prę loquẽdo iuſtũ.Pſ.119.Cõcinnarũt aduerſum me fallaciã ſuperbi.Pſ.33.Fallacia equo ad ſalutẽ.Pro.31.Fallacia eſt uenuſtatis. Et cum lamed aduerbiaſcit.2.Samuel.Ach quã falſò cuſtodiui omnia quę illi in deſerto,i.quàm fruſtratus ſum ſpe mea,quàm ipſe fefellit me. In diſtinctione ſententiæ שָׁקֶר.Exod.5.Ne reſpiciãt ad uerba fallaciæ.& cap.20.Ne reſpondeas in familiarẽ tuũ teſtimoniũ falſitatis. Leu.6. Et iurauerit ſuper falſo.Pſ.7.Ecce cõcipiet iniquitatẽ,& grauidus erit labore, & pariet falſum. Prou.20. Suauis eſt uiro panis falſitatis.Leu.9.Neq; iuretis in nomine meo falſò. Et pluraliter שְׁקָרִים. Pſ. 101.Non habitabit in domo mea faciens impoſturam, loquẽs falſa non ſtabilietur in oculis meis.Prou.12.Teſtis falſitatum impoſturam. In ſtatu regiminis & affixorum.Iere.23.Et ſeduxerunt populum meum cum fallacijs ſuis.

שְׁקַעֲרוּרֹת Falſa,falſitates,nothæ:inſerta litera aain.Leu.14.Ecce plagæ in parietibus domus falſæ,uirides,uel ſubrufæ.[Etſi multa exemplaria habeant שְׁקַעֲרוּרֹת, geminata litera reſch,tamen inſcitia Rabinorum exiſtimo deprauata eſſe.

1696 שֹׁרֶר Nodus ille concatenatus in medio uentris,umbilicus, quo ut reliquum corpus neruis ac oſſibus compingitur,ita uenter illo nodo quaſi catena colligatur:unde ruptura illius lætalis eſt. Et ut forma, ita modo tantùm ſignificandi differt à nomine שֹׁרֶשׁ, quod radicem ſignificat, quæ eſt nodus & quaſi umbilicus arboris: congruit etiam cum uerbo שׁוּר. Cant.7.Vmbilicus tuus crater rotũdus. Vel abiecta altera litera reſch,pro qua ſubſtituitur in ſtatu affixorum dagges.Pro.3.Et medicina erit umbilico tuo.Ezech.16.Non eſt præciſus umbilicus tuus. Et pluraliter forma alia שְׁרִירֵי. Iob 40.Et potentia eius in nodis uentris ipſius.

שֵׁרוֹת Catenæ.Ieſa.3.Stillatoria & catenulas. Vulgaris editio uertit armillas.

שַׁרְשְׁרוֹת Catenæ.Exod.28.Et duas catenas auri.Et mox iterum: Et pones catenas,&c.

שְׁרִירוּת De hoc uide ſuprà in themate שׁוּר.

1697 שָׂרַר Principem egit,principatu functus eſt:congruit ſignificatione cũ uerbis שׂוּר & שָׂרָה.Legitur ex hoc uerbo participium præſentis temporis שֹׂרֵר.Eſther 1.Vt ſit omnis uir principatum gerens in domo ſua.

In quarta coniugatione הִשְׂתָּרֵר.Nume.16.Quòd principem facięs te ſuper nos, etiam principem faciendo te.

INDE NOMINA:

שַׂר Tam in ſtatu abſoluto, quàm regiminis cum uoce pathah, quam in diſtinctione orationis & plurali numero mutat in cametz, princeps, qui menſuratam habet aliquã gubernationẽ.Et in quo differat à שׁוֹפֵט & זָקֵן רֹאשׁ, uide in זָקֵן:deinde differentiam inter שָׂרִים & רוֹזְנִים, uide in themate רוֹזְנִים. Geneſis 39. Et dedit princeps cuſtodiæ in manum Ioſeph omnes uinctos. & cap.40. Et recenſuit princeps pincernarum ſomnium ſuum Ioſepho,& uidit princeps piſtorum, quòd bona eſſet expoſitio.Exo.2.Quis conſtituit te in uirum principem, aut iudicem ſuper nos.Ioſue 5. Ego ſum princeps exercitus Iehoua. & cap.9. Et audiuit Sebul princeps ciuitatis uerba Gaal.2.Sam.3.Quia princeps & magnus cécidit hodie in Iſrael. 1.Re. 11. Et factus eſt princeps turmæ.1.Paral.11. Quicunque percuſſerit Iebuſeum principiò, erit in caput & in principem.1.Paralip.15.Et Caniahu erat princeps Leuitarum in officio.2.Paralipom.32.Et excindet omnem fortem exercitus,præſtantem & principem in caſtris regis Syriæ.Ieſaiæ 9.Princeps pacis.Danielis 1. Et poſuit eis principem eunuchorum.Danielis 8. Et contra principem principum ſtabit. cap.10. Et princeps regni Perſarum ſtabit coram me.& cap.12.Stabit Michael princeps magnus pro filijs populi ſui. Et cum affixo. Dan.10. Niſi Michael princeps ueſter.

Et pluraliter שָׂרִים.Num.22. Et adiecit rurſus Balach mittere principes & honoratos præ illis.1.Regum 4.Et iſti fuerunt principes illius. Iob 3. Vel cum principibus quibus eſt aurum.& cap.34.Qui non aſſumit faciem principum. Pſ.148.Principes & omnes iudices terræ. In ſtatu regiminis שָׂרֵי. Geneſis 47. Et pones eos

principes pecoris, ſuper illa quæ mihi. Exo.1. Et cōſtituerūt ſuper illū principes tributorū. & cap.18. Et pones ſuper eos principes millenariorū, principes cētenariorū, principes quinorū, & principes denorū. Deut.20. Et recenſebūt principes exercitus in capite populi. 1.Reg.27. Et cōmiſit ſuper manibus principū curſorū 1.Par. 15 Et dixit Dauid ad principes Leuitarū. 2.Par.36. Et omnes principes ſacerdotū.

Et cum affixis ſeruat cametz. 2.Reg 24. Et egreſſus eſt Iehoiakin rex Iehuda ad regē, ipſe, & mater ipſius, & ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius. Prou.28. Propter tranſgreſſionē terræ multi ſunt principes eius. Ieſ.10. Nunquid principes mei ſunt ſimul etiā reges? Legitur etiam hoc nomē in genere fœminino pluraliter שָׂרוֹת. Iud.5. Sapientes principes eius, reſpondebant ei. 1.Reg.11. Et fuerunt ei uxores principes ſeptingentæ, & pellices trecentæ. Eſth.1. Et hodie dicent principes Perſarum & Medorum, quæ audiuerunt factum reginæ cunctis principibus regis. Ieſa.49. Et erunt reges nutritij tui, & principes eorum lactatrices tuæ.

שָׂרָתִי Nomen appellatiuū generis fœminini, princeps, principiſſa, domina principalis. Thren.1. Principalis in prouincijs facta eſt in tributum.

מְשׂוּרָה Mēſura certa, iuxta quam homines uictus rationē gubernāt. Et eſt tam aridorum quàm liquidorum, ſed diſcretorum, ſicut מִדָּה eſt continuorum. Leuit.19. In dimenſione, pondere, & menſura. 1.Paral.23.

שׂוֹרָה Nomen adiectiuum generis fœminini. Ieſa.28. Et ponet triticum menſuratum, &
1698 hordeum deſignatum.

שָׁרָב Quemadmodū ad inuicē ſe habent צָרַב & צָרַח, ita quoq; hæc duo שָׁרָב & שָׁרַח, ut ſuprà quoq; indicauimus in themate צָרַח, licet שָׁרָב nominaliter tantùm & bis legatur. Et ſignificat aridum, ſiccum, aduſtum, ſ. ex calore ſolis. Ieſa.49. Non percu
1699 riet eos aduſtio, & ſol. & cap.35. Et quæ erat aduſta in ſtagnum.

שָׂרַג Cōgruit ſignificatione cū uerbis שָׂרַךְ שָׂכַר סָגַר שׂרק: ſignificāt enim generaliter hæc omnia concluſionem, alligationem, conſtrictionem: atq; uſitatum eſt in ſecunda cōiugatione uoce paſſiua שֹׂרַג. Iob 40. Nerui teſticulorū eius cōſtringentur.

INDE NOMEN,

שָׂרִיגִים Palmites, propagines, ſurculi qui alligantur palo. Geneſ.40. Et in uite tres ſurculi.
1700 Et in ſtatu regiminis. Ioel.1. Albi facti ſunt ſurculi eius.

שָׂרַד Reſiduus fuit, reſiduus māſit: cōgruit aūt cū eo latinū, qd' ideo literarū inuerſione ab Hebręo mutuaſſe exiſtimo. Ioſ.10. Et reſidui qui reſidui māſerunt ex illis.

INDE NOMINA:

שָׂרִיד Reſiduus. Num.22. Vt non reſiduus maneat. Deut.2 Et non erit euaſor & reſiduus. Iob 18. Nec eſt reſiduus in congregationibus noſtris. Ieſ.1. Niſi reliquiſſet nobis Iehoua exercituū reſiduū, uel modicū. Et plur. שְׂרִידִים. Ioſ.10. Et reſidui, q reſidui māſerūt ex illis. Ioe.3. Et in reſiduis. Et cū affixo. Ab.1. Et ne claudas reſiduos eius.

שְׂרָד Reſiduū. Exo.31. Et ueſtes reſidui, i. ad reſidua neceſſarias, quib. arca, menſa, cādelabrū, & reliqua uaſa inuoluebanť. Exo.39. Veſtes reſidui ad miniſtrādū in ſancto.

שֶׂרֶד Miniū, ſeu rubrica, ſeu alius color, aut inſtrumentū, quo fabri lignarij utuntur. Ieſa.
1701 44. Faber lignorum extendit amuſſim, format illa, rubrica.

שָׂרָה Congruit ſignificatione cū uerbis שָׂרַר & שׂוּר, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe uarient. Iob 37. Subter uniuerſum cœlū proſpicit ipſe, & lux eius ad alas terræ.

INDE NOMINA:

שִׁרְיָה Inſtrumentum militare quod pilam reddere libuit: alij tranſtulerūt loricam. Eſt autem dictum, quòd rectà diſtendatur ac dirigatur. Iob 41. Attingenti ipſum gladio non erigit ſe, ſiue lancea, ſiue iaçulo, ſiue pila.

שִׁרְיָן Thorax, ſ. nodoſa & catenulata. 1.Reg.22. Et percuſſit regem Iſrael inter iuncturā & thoracē. Ieſa.59. Induite iuſtitiam uelut thoracem. Sic Paulus alludens ad hunc locum Epheſ.6. quoq; reddidit: State igitur lumbis circumcinctis baltheo per ueritatem, induti θώρακα, id eſt, thoracem iuſtitiæ, &c.

שִׁרְיוֹן In alia forma, thorax. 1.Sam.17. Et pondus thoracis erat quinq; milliū ſiclorū æris. Et legiť cū ſamech loco ſchin סִרְיוֹן. Ier.59. Qui extollit ſe in thorace ſua. Et pluraliter in forma maſculina שִׁרְיוֹנִים. Nehemiæ 4. Arcus & thoraces. Et in forma

fœminini generis שִׁרְיֹנֹת. Iere. 46. Induite thoraces. 2. Paral.26. Galeas & thoraces,& arcus. Vel cum ſamech.Ierem.46.Induite thoraces.

שָׁרוֹן Nomen propriũ loci inter Tabiriũ montem,Hieronymo teſte,& lacũ Tiberiadis, & à Cæſarea uſq; ad Ioppen ſe ultrà extendens, pinguis & fertilis. 1.Parali.27. Super armenta quæ paſcebãtur in Saron,erat Sitar Saronites. ubi שָׁרוֹנִי nomen eſt appellatiui uiri à loco dicti.Ieſa.33.Facta eſt Saron ſicut campeſtria.Item cap.35.Gloria Libani dabitur ei,ornatus Carmeli,& Saron.& cap.65. Et erit Saron in habitaculum ouium.Cantic.2.Ego ſum lilium Saron.

שִׂרְיוֹן Nomen montis circa Cæſarẹam Paleſtinæ.Pſal.29.Exilire facit cedros uelut uitulum,Libanum & Sirion ſicut exilit filius unicornis.

מִשְׁרַת Pro quo Chaldẹus tranſtulit מַתְרוּת. Significat autem quemlibet ſuccum ſeu liquorem expreſſum ex uuis,non tantùm muſteũ.Eſt enim aliquantò generalius, quàm תִּירוֹשׁ, quod tantùm de muſto,& non uino dicitur: ideo etiam forma ipſius à priore mutata eſt. Legitur aũt tantùm ſemel in ſtatu regiminis מִשְׁרַת, Num.6.Nec ullum ſuccum uuarum bibet. Pertinet autem hoc nomen propriè ad thema שָׁרָה.

**שָׂרָה** Princeps fuit,obtinuit dominiũ,præcipuus fuit: cõgruit ſignificatiõe cũ uerbis שָׂרַר & שׂוֹר. Gen.32. Non Iacob dicetur ultrà nomen tuũ,ſed Iſrael:quoniã principaliter egiſti cũ Deo,& cum hominibus,& præualuiſti.Oſeæ 12.In utero ſupplantauit fratrem ſuum,& in agone ſuo principaliter egit cum Deo,i.uictorioſè.

INDE NOMEN,

מִשְׂרָה Principatus,dominatio. Ieſaiæ 9.Et factus eſt principatus ſuper humerum eius. Et

1702 mox iterum: Ad multiplicandum principatum.

**שָׂרַט** Conſcidit ſeu cõuulſit carnem: & apparet habere cognationẽ cum uerbo שָׂטַר, niſi quòd ut literarum poſitione,ita modo ſignificandi ab ipſo differat. Leu. 19. Et conciſionem pro anima non ponetis in carnem ueſtram. & cap.21.Et in carnem ſuam non ponant conciſionem. Zach. 12. Ponam Ieruſalem lapidem oneris, omnes ferentes eum concidendo concidentur.

In uoce paſſiua נִשְׂרַט. Zach.12. Omnes ferentes eum conciſione concidentur.

INDE NOMINA: (ſtram.

שֶׂרֶט Cõciſio,ſeu cõuulſio carnis.Leu.19.Et cõciſionẽ pro anima nõ dabitis in carnẽ ue

שָׂרֶטֶת Conciſio,ſ.carnis.Leuitic.21.Et in carnẽ ſuam non ponent conciſionem. Ad hãc carnis conciſionẽ alludit diuus Paulus Philip.3.ubi Pſeudoapoſtolorũ circũciſionẽ,quã ſtatuebãt ad iuſtitiã eſſe neceſſariã,uocat Cõciſionẽ carnis. Verba eius hęc ſunt:Cauete canes,malos oparios,cauete κατατομὴν,i.cõciſionẽ.Nos enim ſumus circũciſio,q ſpũ deũ colimus,& gloriamur in Chriſto Ieſu, & nõ cõfidimus in car-

1703 **שָׂרַךְ** Congruentiã habet ſignificatione cũ uerbis שׂרג שׂרשׂ שָׂחַר שָׂבַר, niſi q (ne,&c. ut forma,ita modo ſignificãdi differãt.Significat autem hoc noſtrum gyrare,circumgyrare, circumflectere.Et uerbaliter legitur tãtùm participiũ præſens מְשָׂרֶכֶת. Ierem.2.Dromedaria leuis circumflectens uias ſuas.

INDE NOMEN,

שְׂרוֹךְ Liga,colligatura,qua calceus pedi conſtringitur.Latini uocant cotrigiam.Gene-

1704 ſis 14.Si à filo uſq; ad corrigiam calceamentorum eius.

**שָׂרוּעַ** Participiũ præteritũ primæ cõiugationis maſcul.gen. ſeu nomen participiale,i. exceſſus,exceſſiuus,extẽſiuus,exertus,aliquo mẽbro corporis, homo mõſtroſus ſeu pecus mõſtroſum:qui uel quod mõſtroſum aliquod mẽbrũ habet excedẽs iuſtã proportionẽ à quo abhorremus Cõgruit itaq; ſignificatiõne cũ שָׂעַר, atq; cõtrariũ eſt nomini participiali קָלוּט, quod ſignificat contractũ ſeu concretũ. Leuit. 21.Omnis uir in quo eſt quicquã,non accedat,ut ſi quis eſt cæcus, uel claudus, uel ſimus,uel exceſſiuus,ſ.mẽbro aliquo.& ca.22.Aut bouẽ aut pecus exceſſiuum,uel concretum.

INDE VERBVM,

הִשְׂתָּרֵעַ Extendit,diſtendit ſe.Ieſ.28.Sed breuius eſt ſtragulum à diſtendendo ſe, i. ne ſe diſtendere poſſit, ne extendatur, ne ſuperſit. Et Iudæus quidam non indoctus ſimiliter mihi dicebat uerbum hoc ſignificare in Germanico auſſtrecken.

1705 **שרף** Eſt fortioris ſignificationis quàm צָרַב, quod tamẽ etiã fortiorem habet ſignificationem quàm צָרַב aut צָרַף. Et ſignificat cremare, concremare, comburere igni ſeu calore. Leuit. 4. Exportabit etiam iuuencum extra caſtra, & comburet eum, ſicut combuſſit iuuencum priorem. Leui. 8. Et excrementum eius combuſſit igni. Pſal. 74. Combuſſerunt omnes ſynagogas in terra. Geneſ. 11. Laterificabimus lateres & comburemus in combuſtione.

Participium præſens שׂרֵף. Leuit. 16. Et qui comburit ea, lauabit ueſtimẽta ſua. Et pluraliter שׂרְפִים. 2. Reg. 17. Et Sepharuitæ comburebant filios ſuos igni.

Participium præteritum pluralis numeri שְׂרֻפִים. Num. 17. Quibus uſi fuerãt cõbuſti. Et in genere fœminino שְׂרוּפָה. 1. Sam. 30. Et ecce combuſtũ erat igni. Legitur tamen etiã שְׂרֻפָה. Pſal. 80. Combuſta eſt igni. Et pluraliter שְׂרוּפוֹת. Nehe. 4. Nunquid reſuſcitabunt lapides de aceruis pulueris, cùm illi combuſti ſunt. Item שְׂרֻפוֹת. Ieſa. 1. Ciuitates eius combuſtæ igni.

In uoce paſſiua בִּשָּׂרֵף Geneſ. 38. Educite eam ut comburatur. Prou. 6. Num fouebit aliquis ignem in gremio ſuo, ut ueſtimenta eius non comburantur?

In ſecunda coniugatione uoce paſſiua שֹׂרַף. Leuit. 10. Sed & hœdum pro errato quærendo quærebat Moſes, & ecce combuſtus erat.

INDE NOMINA:

שָׂרָף Nomen ſubſtantiuum, ſerpens ſeu draco alatus & uolans, qui nedum igniti coloris eſt, uerùm etiã homines quos mordet, lætali ardore inflãmat, frugesq́ & uiridia alia afflatu ſuo adurit. Et Græcis πρηστὴρ dicitur ἀπὸ τοῦ πρῆσαι, id eſt, ab urendo, uel inflando, de qua Lucanus: Oraq́ diſtendens auidus ſpumantia preſter. Num. 21. Fac tibi urentẽ, & pone eũ ſuper ſignũ. Ieſ. 15. De radice ſerpentis egredietur aſpis, & fructus eius urẽs uolans. Et idẽ cap. 30. Vipera & urens uolãs. Legitur etiam adiectiuè poſitũ. Deuter. 8. Qui ductor tuus fuit in deſerto magno & afflando, in quo erat ſerpens urens, ſcorpio, &c. Et pluraliter שְׂרָפִים. Num. 21. Et immiſit Iehoua in populum ſerpentes urentes, qui mordebant populum. Dicuntur etiam eodem nomine alati & uolantes, eò quòd ignei ſunt & ardentes. Ieſa. 6. Seraphim ſtabant ſupra ipſum. Et mox iterum: Et uolabat unus ad me ex Seraphim, habens in manu ſua carbonem ignitum. Hos uocat Ezech. cap. 28. אַבְנֵי אֵשׁ, lapides ignitos.

שְׂרֵפָה Combuſtio, incendium. Gene. 11. Euge laterificabimus lateres & comburemus in combuſtione, id eſt, uſtrina. Leu. 10. Plangant combuſtionem, quã Iehoua cõbuſſit. Num. 17. Vt leuet thuribula de medio cõbuſtionis. Deut. 29. Sulphur & ſal cõbuſtio uniuerſa terra eius. 2. Paral. 16. Et combuſſerunt ei cõbuſtionẽ magnã ualdè. Iere. 51. Et ponam te in montem combuſtionis. Amos 4. Et facti eſtis uelut torris extractus ex combuſtione. In ſtatu regiminis שְׂרֵפַת. Num. 19. Et immittet in medium combuſtionis uaccæ. Et mox iterũ: De cinere combuſtionis pro errato.

מַשְׂרֵת Sartago, aut certè ipſa torta in ſartagine cocta & uſta. 2. Sam. 13. Et accepit ſartaginem, & effudit coram eo. Nec uſpiam alibi legitur: hinc mihi coniectura oritur deprauatè מַשְׂרֵת pro מַשְׂרֵף ſcriptum.

מִשְׂרְפוֹת Combuſtiones. Ioſue 11. Et perſequutus eſt eos uſq; in Zidonem magnã, & uſque ad combuſtiones aquarũ: warm waſſer. Et ca. 13. Omnes habitatores montium à Libano uſq; ad cõbuſtiones aquarum, id eſt, Thermas. Ieſa. 33. Et erunt populi cõbuſtiones calcis. Ieremiæ 34. In pace morieris, & ſecundum combuſtiones patrũ tuorum, &c. Et ſic combuſtionem facient ei.

שַׂרְעַפִּים Æſtus, aduſtiones: & dicitur de cogitationibus ſeu curis quæ animum urunt, interpoſita litera aain. Pſalm. 94. In multitudine aduſtionum mearum intra me conſolationes tuę oblectauerunt animam meam. Pſal. 39. Et cognoſce æſtus meos. De hoc etiam ſuprà in סְעִפָּה.

1706 **שרץ** Quando regit poſt ſe accuſatiuũ, tũ eſt trãſitiuũ, & ſignificat uel aquas ſeu terrã gignere & ꝓducere in copia motabilia ſeu reptilia, ſiue uolatilia. Et quorundã Rabinorũ ſentẽtia uerbũ eſt cõpoſitum ex pronomine relatiuo שׁ, & uerbo רוּץ. Ego idẽ ſignificare arbitror, quod רוּץ, & eius eſſe ſynonymũ, ſicut שָׁקַט ſynonymũ eſt

uer-

uerbo שׂוּם: uterq; Chaldæus tranſtulit uerbo רְחַשׁ, quod eructare, ebullire ſignificat. Exo. 8. Et motabat fluuius ranas. Pſal. 105. Motauit terra eorum ranas. Et obſerua, quod Moſes de fluuio dicit, hoc dicit Dauid de terra: de terra igitur intelligendũ eſt uliginoſa & paluſtri. Gen. 1. Et dixit deus, motẽt aquæ motabile animæ uiuentis, & uolatile uolet ſupra terram ſuperficiem firmamenti cœlorũ, & creauit deus dracones magnos & omnẽ animã uiuentẽ quę calcat, quam motarunt aquę iuxta ſpeciem ſuam. Quando uerò abſolutè ponitur extra regimen, tum ponitur neutraliter, pro motari, currere. Ezec. 47. Et erit, ut omnis anima uitæ, quę motatur, ad quam uenit unus torrentũ, uictura ſit. Inſuper transfertur etiam deinde ad alia animantia quę crebra motione uerſantur & copioſè curſitant. Gen. 8. Omne uiuum, quod eſt apud te ex omni carne, tam in uolatili, quàm in animali, & in omni calcatili, quod calcat ſuper terra, educito tecum, & motentur ſeu curſitent in terra, & prolificent, & multiplicentur in terra. Gen. 9. Et uos prolificate, & multiplicamini, motamini in terra, & multiplicamini in ea. Item Exo. 1. Et filij Iſrael fructificati ſunt, & multiplicati ſunt, & motati ſunt, & multiplicati ſunt.

Participium præſens generis maſculini שֹׁרֵץ. Gen. 7. Et in omni motabili, quod motitatur ſuper terra, i. curſitat. Et in genere fœminino שֹׁרֶצֶת. Leuit. 11. Hæc eſt conſtitutio de omni anima quæ curſitat ſuper terra.

INDE NOMEN,

שֶׁרֶץ Nomen collectiuum, ſeu uniuerſitatis, comprehendẽs generaliter omnia animalia ſiue aquatica ſint, ſiue terreſtria, ſiue ἀμφίβια, ſiue natabilia, ſiue uolatilia, quæ curſitant ſeu ſubmiſſè repunt, non eleuãdo pedes aut quatiẽdo ſeu pulſando terrã pedibus, ſicut רָמַשׂ dicitur, quicquid eleuando pedes terrã calcat, & calcãdo quatit & pulſat. Gen. 1. Motent aquæ motabile animæ uiuentis. Leu. 5. Si anima tetigerit rem aliquam immundam, ſiue illa fuerit cadauer beſtię immundæ, ſiue cadauer iumenti immundi, ſiue cadauer motabilis immundi. Leuit. 11. Omne motabile uolatile, quod ambulat ſuper quatuor, &c. Et ibidem iterũ: Hoc uerò comedetis ex omnibus quę in aquis ſunt, quicquid habet pinnas & ſquamas in aquis, tam in mari, quàm in fluminibus ex omni motabili aquarũ, & ex omni anima uiuente, quę eſt in aquis, abominatio ſint uobis. Itẽ: Hoc quoq; uobis immundũ erit in motabili, quod motitat ſe ſuper terra, muſtela, mus, & teſtudo iuxta ſpeciẽ ſuam. Item: Quicquid graditur ſuper pectore, & quicquid ambulat ſuper quatuor, aut quod
1707 plures habet pedes de omni motabili, quod motat ſe ſuper terra, non comedetis.

שָׁרַק Sibilauit. 1. Reg. 9. Omnis qui tranſierat iuxta illam, afflabit & ſibilabit. Iob 27. Et ſibilabit ſuper ipſum. Ieſa. 5. Et ſibilabit ei ab extremitate terræ. & cap. 7. Et ſibilabit Iehoua muſcæ. Zach. 10. Sibilabo illis.

INDE NOMEN,

שְׁרֵקָה Sibilus. Iere. 51. Afflatus, & ſibilus. Mic. 6. Et habitatores eius in ſibilũ. Et plur. trãſ-
1708 poſito altero pũctulo שְׁרִיקוֹת. Iud. 5. Ut audires ſibilos gregũ, i. paſtorũ iuxta greges.

שֹׂרֵק Id eſt, ſurculus, reſpõdente uocabulo. Ieſ. 5. Plãtauit eã ſurculo. Ier. 2. Ego plantaui ſurculum, ſemen ueritatis, & quomodo conuerſa es mihi in acerbos, uitem alienam. Eſt & nomen uallis in Palęſtina, ubi Simſon amauit Dalila, Iud. 16. Et hæc uallis haud dubiè dicta fuit à uinetis, quæ ibi habuit laudatiſſima. Et Simſon ad uineam interfecit leonem, cap. 14. Et cum he locali. Gen. 49. Ligans ad uitem pullum ſuum, & ad ſurculum filium aſini ſui. Et pluraliter שְׂרוּקִים. Ieſaiæ 16. Domini gentium percuſſerunt ſurculos eius.

שְׂרִיקוֹת Serica. Ieſa. 9. Operantes lina ſerica, i. ex palmitibus ſeu ſurculis facta.

שְׂרֻקִּים Id eſt, ſpadicei. Zach. 1. Et poſt illum equi ruffi ſpadicei, & albi, &c. Color autem
1709 ſpadiceus Gellio teſte dicitur termes ex palma arbore cum fructu auulſus.

שֹׁרֶשׁ Radix, uel arboris, uel herbæ. Et ut forma, ita modo tantùm ſignificandi differt à nomine שֹׁר, quod nodũ ſeu umbilicum in homine ſeu animali ſignificat, licet metaphoricôs ſæpiſſimè etiã ad res alias imas & fundamẽta trãſſumatur. Et uox ipſa manet tã in ſtatu abſoluto, q̃ regiminis, inuariata. Ieſa. 53. Et ſicut radix è terra ſicca

ſicca. Iob 30. Et radix geniſtarũ cibus eorũ. Prou. 12. Radix iuſtorũ dabit, ſ. fructũ. 1. Reg. 19. Et addet euaſioni filiæ Iehuda relictæ radicẽ deorſum, & faciet fructum ſurſum. Iob 19. Et radix cauſæ inuenta eſt in me. & cap. 28. Euertit è radice montes. Prou. 12. Radix iuſtorũ non mouebitur. Ieſ. 11. Radix Iſai, quę ſtat in ſignum populorum. Deut. 29. Ne fortè ſit radix in uobis fructificãs fel, & abſinthiũ. Epiſtola ad Hebræos ad hunc locum reſpiciens ita reddidit cap. 12. Ne qua radix amarulentię ſuppullulans obturbet, &c. Ieſa. 14. Quoniam è radice ſerpentis egredietur uipera. In ſtatu affixorũ mutat holem in cametz, & ſægol quoq; in cametz. Iob 14. Si ſenuerit in terra radix eius. & cap. 29. Radix mea aperta eſt ad aquas. Et pluraliter in ſtatu regiminis & affixorum mutat holem in hateph cametz, & ſægol in ſeua שָׁרְשֵׁי. Iob 13. Et ſuper radicibus pedum meorum imaginaris. & cap. 36. Et radices maris operit. Iob 8. Iuxta ſcaturiginem radices eius condenſabuntur.

INDE VERBVM,

שֵׁרֵשׁ In ſecunda coniugatione contrariam habet ſignificationem, ſicut multa alia uerba à nominibus deriuata. Iob 31. Et in omni prouentu meo eradicabit. Pſal. 52. Et eradicabit te de terra uiuentium.

In uoce paſſiua שֹׁרַשׁ, radicatus eſt. Ieſ. 40. Non radicabitur in terra truncus eius. Legitur tamẽ in cõtraria quoq; ſignificatione. Iob 31. Et filij mei eradicabũtur. In tertia coniugatione הִשְׁרִישׁ, radicauit, radices egit. Pſal. 80. Et radicauit radices ſuas, & impleuit terram. Ieſaię 27. Veniunt dies, quòd radicabit Iacob, efflореſcet & germinabit Iſrael.

1710 Participiũ præſens מַשְׁרִישׁ. Iob 5. Vidi ſtultũ radicantem, id eſt, radicẽ agentem.

שֵׁרֵת Miniſtrauit. Et differt ab עָבַד, quòd hoc ſit de duriore & grauiore ſeruitio ſeu ſeruitute, prius uerò de liberorũ miniſterio dicatᷣ. Vſus huius uerbi eſt ubiq; in ſecũda cõiugatione, & in regimine, poſt ſe habet accuſatiuũ, quẽ tamen Latinum uerbũ nõ fert, at quia aliud uerbũ nõ datur, quod propriùs exprimat ſignificationem ipſius, neceſſitas cogit iſtud ſumere. Num. 8. de Leuitis: A filio uiginti annorum, & ſuprà intret ad militandũ militiã in ſeruitio tabernaculi cõſtitutionis, & à filio quinquaginta annorũ reuertetur à militia ſeruitij, & non ſeruiet amplius, ſed miniſtrabit fratribus ſuis in tabernaculo cõſtitutionis, ut cuſtodiat cuſtodiam, & ſeruitium non ſeruiet, &c. ubi clarè facit diſtinctionẽ inter iſta duo: עֲבֹדָה uocat ſeruitium, quod conſiſtebat in portãdo tabernaculo, alijsq; operis grauioribus, quæ robur corporis requirebant: at שָׁרֵת miniſteriũ leuius, quod iam emeriti facere & præſtare poterant. Gen. 39. Et inuenit Ioſeph gratiam in oculis eius, & miniſtrauit ei. & cap. 40. Et præfecit princeps laniorum Ioſephũ illis, & miniſtrauit eis. 1. Regum 1. Et fuit regi familiaris, & miniſtrauit ei. Exo. 28. Et hoc erit ſuper Aarone ad miniſtrandum, id eſt, cùm miniſtrauerit. Et iterum: Ad miniſtrandum in ſancto.

Participium præſens מְשָׁרֵת. 1. Sam. 2. Et puer erat miniſtrãs ipſi Iehoua. 1. Sam. 3. Et puer Samuel miniſtrabat ipſi Iehoua. Accipitur tamen ſæpè nominaliter. Num. 11. Et reſpondit Ioſue filius Nun, miniſter Moſi. 2. Reg. 6. Et manicauit miniſter uir Dei. In ſtatu affixorum. Exo. 24. Et ſurrexit Moſes, & Ioſua miniſter eius.

Et pluraliter מְשָׁרְתִים. 1. Paral. 6. Et fuerunt miniſtri coram cohabitaculo tabernaculi conſtitutionis. 1. Para. 16. Et poſuit coram arca Iehoua de Leuitis miniſtros. 2. Paral. 13. Et ſacerdotes miniſtri Iehoua. In ſtatu affixorum. 1. Reg. 10. & 2. Par. 9. Et uidit regina Seba omnem ſapientiam Salomonis, & domum quã ædificauerat, & cibum menſæ eius, & ſedẽ ſeruorũ eius, & ſtationẽ miniſtrorũ eius, &c. ubi iterũ clarum eſt diſcrimẽ inter ſeruos & miniſtros, & inter utrorunq; officia. Deu. 18. Et miniſtrabit in nomine Iehoua dei ſui. Num. 3. Adduc baculũ Leui, & conſtitues eũ corã Aarone ſacerdote, & miniſtret ei. Pſ. 103. Miniſtri eius faciẽtes uerbũ ipſius. Et in genere fœm. מְשָׁרַת. 1. Reg. 1. Et Abiſag Sunamith miniſtrabat regi.

INDE NOMEN,

שָׁרֵת Miniſteriũ, nomẽ infinitũ. Exo. 35. Veſtimẽta miniſterij ad miniſtrandũ in ſancto. Nu. 4. Et accipiẽt omnia uaſa miniſterij, quibus miniſtrabũt in ſancto. Græcè dicitur λῃτουργία.

Inde

1711 שרת Inde משרת ſartago.2.Samuel.13.Sed arbitror uitio ſcriptoris thau poſitum pro pe,& eſſe deceptum ſimilitudine literarum: quare referendum duxi ad שרף, de quo ſuprà.

1712 שתת Poſuit: ac cõgruit ſignificatione cũ uerbis שתה & שית. Legitur autẽ in hac forma tantùm tertia perſona præteriti pluralis numeri שתו. Pſ.73.Poſuerũt in cœlũ os ſuũ.Pſ.140. Laqueos poſuerũt mihi. Et legitur ſemel neutraliter, nullo ſequẽte accuſatiuo,Pſ.49.Tanquàm oues in infernũ poſiti ſunt, mors depaſcet eos.

1713 שתה Cõgruit ſignificatiõe cũ uerbis שתת & שתה שית, niſi ꝙ tãtùm de poſitione,ſeu appoſitione dicitur,quę fit ore ad potũ ſeu poculum,uel poculi & potus ad os, quã actionẽ ſeu applicationem Latini uocant bibere,Germani **an ſetzen oder drincken**. Exo.34.Et aquã nõ appoſuit,i.bibit.2.Sam.1. Et ſicerã nõ bibi. Ge.44. Nónne hic eſt in quẽ apponet ſuſtentator meus,i.in quem bibet.Prou.9.Et apponite in uinum,i.bibite.Gen.24.Et comederũt & biberunt. Eſth.4. Et ne comedatis neq; bibatis.Exo.32.Et ſedit populus ad comedendũ,& ad bibendum. Iere.35. Pręcepit filijs ſuis non bibere uinum.Ruth 3.Ad comedendum,& ad bibendum.
Participiũ præſens שותה. Iob 15.Bibit ſicut aquã iniquitatẽ. Et pluraliter שתים. 1.Reg.1.Et ecce ipſis comedentibus & bibentibus corã illo. Amos 5.Qui bibunt uinum in phialis. Et in ſtatu regiminis שותי. Pſ.69.Bibẽtes ſicerã. Et cũ affixo. Ieſ.25.Bibẽtibus illam. Et in genere fœminino שותה. Iob 6. Bibit ſpiritus meus.
In uoce paſſiua ישתה. Leuit.11.Et omnis potus qui bibetur.

INDE NOMINA:

שתי Stamen,quod ſ. liciatorio apponitur.Leu.13.In ſtamine uel ſubtegmine. Ponitur quoque pro ſympoſio,ſeu adpotatione.Eccleſ.10.Et principes eius comedent propter fortitudinem,& non propter potationem.

שתיה Potus,potatio.Eſther 1.Et potatio ſecundum legem.

משתה Sympoſium,compotatio,conuiuium,in quo apponitur potus. Geneſ.19. Et fecit eis conuiuiũ.Iud.14.Septẽ diebus cõuiuij. Eſdræ 3.Et cibus & cõpotatio. In ſtatu regiminis mutat ſægol in zere.1.Sam.25.Et ecce erat illi cõuiuiũ ſicut conuiuiũ regis.Eſth.7.Et ſurrexit in ira ſua de cõpotatione uini. Et pluraliter in forma maſculea.Ieſ.5.Et uinum conuiuiorum illorum. Dan.1.Et cõuiuia ueſtra. Et ut obiter illud quoq; admoneam, exhibita ſunt conuiuia in ſignum lætitiæ, ut in diebus natalitijs,Gen.40.In diebus ablactationis filiorum,Geneſ.21.In confœderationi-
1714 bus,2.Sam.3.Item ad oſtentandum gloriam & diuitias,1.Reg.3.& Eſther 1.

שתל Plantauit,ſ. arborem: nam de arborum tantùm plantatione ſeu tranſplantatione dicitur, ideo ſpecialiorem habet ſignificationẽ,quàm נטע.Ezech.17.Et plantabo ego ſuper montẽ excelſum.Et iterum: In mõte excelſo Iſrael plantabo illum.
Participium præteritum maſculini generis שתול. Pſ.1.& Ier.17.Et erit tanquàm lignum plantatum. Et pluraliter שתולים. Pſ.91.Plantati in domo Iehoua. Et in genere fœminino שתולה. Ezech.17.Ad aquas multas erat plantata,ut faceret ramum,& ferret fructum.Oſe.9.Ephraim,ſicut uidi ad modum Tyri, plantata eſt in amœnitate.

INDE NOMEN,

שתילים Plantationes,ſurculi. Quod in ſtatu regiminis שתילי legitur Pſ.128.Filij tui ſicut plantationes olearum.

1715 שתם Occluſit: eiuſdẽ eſt ſignificationis cũ uerbo סתם. Thren.3.Cùm clamarẽ,occluſit ab oratione mea. Et in ultima ſcribitur cametz ꝑpter accentũ ſubdiſtinctiuum. Legitur etiã שתם nomen participiale cũ ſehin dextro, & in ſtatu regiminis
1716 שתם.Num.24.Et ait uir occluſus oculo,i.cuius oculus occluſus fuit,ſed iã apertus.

שתן Congruit ſignificatione cũ uerbis שתת & שתה שית, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differant: nam hoc ſignificat ponere aquam ſeu lotium ad parietem, aut in uas aliud,quod Latini uocãt mingere. Legitur autem ex iſto uerbo tantùm participiũ præſens tertię coniugationis משתין, id eſt mingens.1.Sam.25.& 1.Reg. 14. Si dimiſero,&c. mingentem ad parietem. Loquitur autem non de cane,ſicut Iudæi intelligunt,ſed de maſculino genere hominum.

1617 שָׁהַק Tranſpoſitione ac ſymbolicarũ literarũ mutatione facta, idem ſignificat, quod שָׁקַט, quieuit, requieuit, tranquillum fuit. Pſal. 107. Et lætabantur, eò quòd tranquilli facti ſunt. Prou. 26. Vbi nõ eſt delator, trãquilla erit cõtentio. Ion. 1. Et trãquillũ erit mare. Et iterum: Et proijcite me in mare, & tranquillũ erit mare à uobis.

1618 שָׁהַר Legitur in Biblijs hoc uerbum ſemel tantùm, & quidem in uoce paſſiua, ſicut & uerbum נִסְתַּר: unde quidã idem ſignificare affirmant, & locũ iſtum 1. Sam. 5. ita exponunt: Et abſconditi ſunt illis nates, id eſt, enati ſunt illis fici in loco abſcõdito qui abſconderunt nates. Alij tamen qui putant יִשָּׁהֲרוּ poſitũ pro יִשָּׁתְרוּ, id eſt, poſiti ſunt fici illis, uidentur aberrare longiùs: ideo priori ſententiæ ſubſcribere malo, quòd congruant cùm coniugandi ratione, tum etiam literarum ſymboliſino: aut certè ſcribarum uitio punctus tranſpoſitus eſt ſupra dextrum cornu.

## DE NOMINIBVS MVLTILITERIS ET PEREGRINIS.

1619 שְׁקַעֲרוּרֹת Alij colorem flauum ſignificare aſſerunt, ego habere communicationem ſignificatione arbitror cum uerbo שָׂעַר, quod expãſionem ſignificat: unde ſic lego Leuit. 14. Et ecce plaga in parietibus domus, patens ſubuiridis uel rubicunda.

1620 שַׁרְבִיט Vox Aſſyriaca: atq; idem ſignificat quod שֵׁבֶט ſceptrum. Et putant quidam interpoſitas illas duas literas res & iod, ſicut fit in שרעפה à שעפה: legitur rãtùm in libro Eſther cap. 4. Niſi porrexerit rex ad illum ſceptrũ aureum. & cap. 5. Et porrexit rex ad Eſther ſceptrum aureum, quod erat in manu ipſius, & appropinquauit Eſther, & tetigit ſummitatem ſceptri.

1621 שַׂרְעַפּת Vox cõpoſita eſt ex nominibus סעיף & עפא, quorũ utrũq; ramum ſignificat, interpoſita litera res. Puto autẽ ſignificare multos ramos, ſeu perplexitatẽ ramorũ. Ezech. 31. Et multiplicati ſunt rami eius. Legitur deinde שַׂרְעַפִּים forma nonnihil mutata aliud nomẽ pluralis numeri, quod ad animũ refertur, & ſignificare arbitror perplexitatem, ſ. cogitationũ, diſtractionẽ animi. Nam ut אמר & ramũ ſignificat, & cogitationẽ ſeu proloquutionẽ, ita hoc quoq; ſimili ratione. Hoc uſus eſt in duobus locis Pſalmiſta: Pſ. 94. In multitudine perplexitatũ mearũ intra me, conſolationes tuæ oblectauerũt animã meam. Pſ. 139. Scrutare me deus & cognoſce cor meũ, ꝓba me, & cognoſce perplexitates meas. Vel deducere potes à שָׂרַף, interpoſita litera aain, i. æſtus, aduſtiões, curę ſeu cogitatiões quę animũ urũt.

1622 שַׁעַטְנֵז Puto nomen eſſe ueſtis Ægyptiacæ, ſeu alterius gentis, quam contexerunt ex lana & lino, à Deo populo Iudaico prohibitę, ne ſimili ueſtiantur. Leuit. 19. Et ueſtis promiſcua ſchaanetz non aſcendet ſuper te. Deut. 22. Non indues ſchaanetz ex lana & lino ſimul.

# ת Num. 23.

## תָּמֹת נַפְשִׁי מוֹת יְשָׁרִים׃

1623 תָּאַב Congruit ſignificatione cum uerbis אָבָה בּוֹא יָאַב אָיַב, niſi quòd ut forma, ita modo tantùm ſignificandi inter ſe uarient. Significat autem hoc uerbum appetere. Pſ. 119. Ecce appetiui ad uiſitationem tuam. Et iterum: Appetiui ad ſalutem tuam.

In ſecunda coniugatione legitur participium præſens מְתָאֵב, & ſignificationem habet contrariam. Amos 6. Abominor ego ſuperbiam Iacob. Et ſic congruit cum uerbo תָּעַב.

INDE

INDE NOMEN,

תַּאֲבָה Appetitus,appetẽtia. Pſal.119. Excuſſa eſt anima mea præ appetitu ad iudicia tua.

1724 תאה Definiuit,deſignauit,circũſcripſit:eiuſdẽ eſt ſignificatiõis cũ uerbo תָּוָה. Nu.34. Deſignabitis uobis montẽ Hor:ab Hor mõte deſignabitis quouſq; ueniꝰ in Hamath. In tertia cõiugatione תִּתְאַוּ. Non deſignabitis uobis in terminũ Oriẽtalẽ.

INDE NOMINA:

תָּא Conclaue,ſcilicet deſignatum,circumſcriptum. 1.Reg.14.Et retulerunt ea in conclaue curſorum.Ezech.40.Conclaue quoq; calamo uno latitudine. Et pluraliter תָּאִים. Ezech.40. Et inter conclauia erant quinq; cubiti.Et iterũ:Et feneſtræ obſtructiores in conclauia. Et in ſtatu regiminis תָּאֵי. Ezech. 40.Et cõclauia portę. Et ibidẽ cum affixo:Conclauia eius tria hinc. Et in forma fœminina תָּאוֹת. Ezech. 40.Terminum ante conclauia cubito uno.

תְּאוֹ Bos ſyluestris, quem urum, alij turonem eſſe putant. Et à Moſe connumeratur inter animalia illa fera,quæ in eſum concedebantur.Deut.14. Et bouem ſyluestrem. Legitur etiam תוא. Ieſ.51.Sicut bos ſyluestris in reti. Dictus aũt quòd circumſcribi ſe minimè patiatur,uel à ſtupiditate.

תֹּהוּ Etiã hoc nomẽ cõtrariã habet à uerbo ſignificationẽ:ſignificat eñ aliquid indigeſtũ,indiſpoſitũ & cõfuſum,nõ deſignatũ aut diſtinctũ,ſiue de terra ſiue re ſeu materia aut operatiõe alia dicaꝰ. Primò, de terra. Ge.1.Terra aũt erat inordinatio ſeu indigeſtio,i.erat indigeſta & inordinata ac erat materia ſeu moles nõ redacta in ordinẽ,neq; diſtincta aut diſpoſita,qa erat tũ locorũ nulla diſtinctio,nulli mõtes,nulla ualles,nulli colles,nulla prata,nulli horti,nullus ager,nulla ſylua, ſed moles indigeſta,rudis,uaſta,quã ueteres parũ uoce flexa Chaos uocarũt. Deut.32. Inuenit eũ in terra deſerta,& in inordinatiõe.Iob 12.Et fecit eos errare in inordinatione abſq; uia.Ieſ.24.Fracta eſt ciuitas inordinationis.Iob 6.Aſcẽdẽt in inordinationẽ,& auferenꝰ. Iob 26.Extẽdit Aquilonẽ ſuper inordinatione.Pſ.107.Et errare fecit eos in inordinatione abſq; uia.Ieſ.34. Extẽdet ſuper eã funiculũ inordinationis & lapidẽ euacuationis.& ca.45.Formãs terrã et faciẽs eã,ipſe cõſolidat eã:ne inordinatio eſſet, creauit eã:ſed ut inhabitareꝰ,formauit eã.Iere.4. Vidi terrã,& ecce inordinatio & uacuitas:& ad cœlos,& in eis nulla erat lux.Itẽ Ieſ. 40. Omnes gẽtes uelut nihil corã ipſo,ſicut defectus & inordinatio reputanꝰ ab eo.Et ibidẽ iterum: Qui ponit principes nihilũ,& iudices terræ uelut inordinationẽ facit. Secundò,at quando uerbo aliquo iungitur,tũ abit in naturã aduerbij.Ieſa.49.Inordinatè,& in uanũ uirtutem meam cõſumpſi.& cap.45.Nõ dixi ſemini Iacob,inordinatè quęrite me.

Tertiò,hoc nomine ſpiritus ſanctus idola, & numina cõmentatitia, adeoq; illã ipſam idololatriã,atq; falſos cultus extra præſcriptũ uerbũ dei,& ordinationẽ diuinã inſtitutos uocat,qui cõſcientias neq; excolũt neq; cõfirmant,ſed potiùs cõfundunt,& uaſtant.1.Sam.12.Et dixit Samuel ad populũ:Ne deſperetis,etſi hæc mala omnia feceritis,ne diſcedatis ideo à Iehoua,ſed eũ toto corde colite,nec declinetis poſt inordinationẽ,quæ nec prouehent,neq; liberabũt:quia inordinatio ſunt.Ieſa. 29.Et flectunt in inordinatione iuſtũ, id eſt, in impia doctrina. & cap.41. Ventus & inordinatio,ſculptilia eorum.Item cap.44.Fictores idoli omnes ſunt inordinatio.& cap.59.Confiditur ſuper inordinatione,& prædicatur mendacium.

תאם Vide infrà in themate תָּאַם.

1725 תְּאֵנָה Ficus.In ſingulari ſemper de arbore,& nũquàm de fructu diciꝰ.Gen.3. Et cõſuerũt folia ficus.Nu.20.Et ficus & uitis.Iud.9. Et dixerũt arbores ad ficũ. Prou.27. Qui obſeruat ficũ,comedet fructũ eius. Oſeę 9. Sicut primogeniũ de ficu. Et cũ affixis.1.Reg.4.Et ſub ficu ſua.Pſal.105.Percuſſit uitẽ eorũ & ficũ eorũ. Oſeæ 2. Vaſtabo uineã eius,& ficũ eius.Ioel.1.Et ficũ meã in decorticationem. Et pluraliter תאנים,de arboribus & fructibus diciꝰ.Num.13. Et de malogranatis & de ficubus.2.Reg.20.Et accipite maſſam ficorũ.Nehe.13. Vuas & ficus.Ier.8.Et non ficus

in ficu. Nahum 3. Omnes munitiones tuę ficus cū primitiuis. Et cum affixo. A-
1726 mos 4. Et ficeta ueſtra, & olivueta ueſtra comedet eruca.

**תאר** Circumſcriptum, deliniatū, determinatum fuit: cōgruit ſignificatione cū uerbo תור. Ieſ. 15. Et circuit terminus à uertice montis ad fontem aquæ Nophtoaach. In ſecunda coniugatione תאר. Ieſaiæ 44. Et cum circino deliniabit illum.
Participium præteritum מתאר. Ioſue 19. Et egredietur Rimmon circumflexa in Nea. Quanquàm aliqui malint eſſe nomen loci.

INDE NOMEN,

תאר Forma, lineamētum, deliniatio. Gen. 29. Et Rachel erat pulchra lineamēto. & cap. 41. Exhauſtæ & malæ forma ualdè. 1. Sam. 16. Vir belli & prudēs rerum, & uir formæ. Ieſ. 53. Non eſt forma illi, neq; decor. Iere. 11. Olea frondoſa pulchra fructu formæ. Et cum affixis. 1. Sam. 25. Qualis eſt forma eius. Ieſa. 52. Et forma eius à filijs Adam. Thren. 4. Obtenebrata eſt à nigredine forma eorum.

תבה Arca. Vide ſuprà in themate בנה.

תבל Orbis habitabilis. Vide ſuprà in themate בלל.

תבן Vide ſuprà in themate בנה.

תהו De hoc nomine uide ſuprà in themate תהה.

תהום Abyſſus. Quære in themate ſuo הום.

1727

**תוה** Signauit: eiuſdem eſt ſignificationis cū uerbo תאה. Pſ. 78. Et ſancto Iſraelis ſignū præſcripſerunt. Ezech. 9. Et ſignabis ſignum ſuper frontes uirorum.

INDE NOMEN,

תו Signum. Ezech. 9. Et ſignabis ſignum ſuper frontem uirorum. Et iterum: Et ſuper quocunq; fuerit ſignum, ad hunc ne acceſſeritis. Ad imitationē huius in Apocalypſi etiam legitur cap. 7. Et cum affixo. Iob 31. En ſignum meum. Quanquàm alij ſic legant: Ecce deſiderium meum, ut omnipotens exaudiat me.

תוך Medium. De hoc uide in themate תוה.

1728

**תור** Indagauit per gyrū, ſeu circulū, inueſtigauit circūquaq;, explorauit, circūeundo perluſtrauit. Et ut forma, ita ſignificatiōe cōgruit cū uerbo תאר. Itē cū בחר & יתר, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe differant. Num. 13. Et protulerūt infamiam terræ, quā indagauerūt. & cap. 14. Secundū numerū, quibus indagaſtis terrā. Eccl. 2. Indagaui in corde meo. Ezech. 20. Ad terram, quā indagaui illis. Num. 15. Et non indagabitis poſt cor ueſtrum. Et cap. 10. Ad indagandum uobis requiem.
Participium præſens, ſeu nomen participiale pluralis numeri תרים. Num. 14. Et Ioſua filius Nun, & Caleb filius Iephune de indagatoribus. Et recipit à fronte literam aleph אתרים. Num. 21. Quia uenit Iſrael per uiam indagatorum.

INDE NOMINA:

תור Indago, exploratio, quę fit ordine & ſerie, ordo, ordinatio, circulus, ſicut שור. Eſth. 2. Et quādo attingeret ordo puellæ puellę, ut ingrederet̄ ad regē, i. cuiuslibet puellæ. 1. Paral. 17. Et uidiſti me ſecūdū ordinē hominis Iehoua deus. pro quo poſuerat 2. Sam. 7. תורת: Et hic ordo hominis, Iehoua. Sed de hoc nomine & loco in uerbo ירה. Secundò ſignificat etiam turturē, uel à ſono ipſius quem edit, per onomatopœam, uel à circumrotādo. Leuit. 12. Vel turturem pro delicto. Cant. 2. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Iere. 8. Et turtur & grus. Et cum affixis manet inuariatum. Pſalm. 74. Ne tradas beſtiæ animam turturis tuæ. Et pluraliter תורים. Leuit. 5. Duo turtures. Ponitur etiam pro ornamenti genere, uel à forma & figura turturis, uel à circuitione. Cant. 1. Gratioſæ ſunt genæ tuæ in diſcriminalibus. Et mox iterum in ſtatu regiminis תורי: Diſcriminalia auri faciemus tibi.

יתור
1729 Indago, perluſtratio. Iob 39. Indagatio montium paſcuum eius.

**תזז** Legitur tantùm ſemel, & in tertia coniugatione התז, & ſignificat reſecare. Ieſ. 18. Et

Et propagines remouens reſecuit.

תּוֹתָח Nomen: pertinet ad thema תָּתַח.

1730

**תחר** Generali ſignificatione cõgruit cũ uerbo חָרָה, quãdo ad animũ trãsfert, & ab eo differt tantum modo ſignificãdi. Significat autẽ ardere ſeu flagrare, ſcilicet zelo, ſeu æmulatione, ſeu inuidia, ſeu ardore inuidentiæ & æmulationis, fodi, perfodi, extimulari, percitum eſſe. Congruit enim nonnihil etiã cum uerbo חָתַר. Pſal. 73. Ne exardeſcas, ſcilicet inuidentia in malignos. Et mox iterũ: Ne exardeſcas in proſpe rum uia ſua. Et iterum: Ne exardeſcas inuidentia ſeu æmulatione, ut malefacias.

In ſecunda coniugatione תִּחַר. Iere. 12. Quomodo inflammabis equos, id eſt, fremere facies eos. Nam etiam equi laborant æmulatione.

Participium præſens מְתַחֲרֶה. Iere. 22. Nunquid regnabis, quòd tu exardeſcis in cedros, ſeu æmularis in cedris.

INDE NOMEN,

תַּחְרָא Chaldæus paraphraſtes uertit שִׁרְיָן, & poſt illũ omnes pro lorica interpretantur. Exo. 28. Sicut foramẽ loricæ erit ei, ne rumpat̃. Itẽ cap. 39. Et foramẽ ſupari in medio eius, ſicut foramẽ loricæ. Etſi de etymologia huius nominis mihi certò non
1731 conſtet, tamen propter literarum ſimilitudinem uolui huic themati ſubijcere.

**תחש** Taxus animal, à locis ſubterraneis nomen habens, Latinis melis dictũ. Num. 4. Et ponent ſuper illam operimentum pellis taxi. Et in diſtinctione ſententiæ תָּחַשׁ. Ezech. 16. Et calceaui te taxo. Et pluraliter תְּחָשִׁים. Exo. 25. Et pelles taxorum. & cap. 39. Et operimentum pellium taxorum.

תַּחַת Vide in themate ſuo תָּחַת.

1732

**תיש** Caper, hircus gregarius, & cicur, id eſt, mas inter capras. Prou. 30. Pardus lumborum & hircus. Et pluraliter תְּיָשִׁים. Gen. 30. Et remouit in die illa hircos ligatos. Item cap. 32. Capras ducentas, & hircos uiginti.

1733 Verbaliter non eſt in uſu, niſi in ſecunda cõiugatione paſſiuę uocis תֻּכּוּ, in me-

**תכה** dio fuit. Et nõ multùm differt ſignificatione à uerbo תָּוֶךְ. Deut. 33. Et ipſi medij facti ſunt pedibus tuis, id eſt, ſederunt inter pedes tuos, fueruntq́ diſcipuli tui, ſicut diſcipuli ſolẽt ad pedes præceptorũ ſuorũ ſedere. Quẽadmodũ eadẽ phraſis quoq legitur Gen. 49. Et legiſlator ab intrà pedibus tuis non auferetur. Et Paulus ſimili phraſi dicit ſe educatum in Tharſo Ciliciæ ad pedes Gamalielis, Actorum 22.

INDE NOMINA DIVERSARVM FORMARVM:

תּוֹךְ Mediũ, intraneum. Deu. 3. Mediũ torrentis & limitẽ. Exo. 14. Currus eius, & equites eius ad mediũ maris. Et in ſtatu affixorũ nihil mutat. Gen. 23. In medio ueſtri. 1. Sam. 7. De medio ueſtri. Ezech. 16. In medio earum. ubi utraq litera he eſt paragogica. Et in diſtinctione ſententiæ תָּוֶךְ. Iud. 16. Et complexus eſt Simſon ambas columnas medio. Iere. 39. Et ſederunt in porta medio. Gen. 15. Et diuiſit eos in medio. Num. 35. Et ciuitas in medio.

תּוֹךְ Dolus, eò quòd in corde hominis tegatur. Pſal. 10. Maledictione os eius plenum eſt fraude & dolo. Pſal. 55. Et non recedet de plateis eius dolus. Pſal. 72. A dolo & iniquitate redimet animam eorum.

תְּכָכִים Nomẽ pluralis numeri, geminata litera caph, ſignificatq́ uſuras, eò ꝙ dolo & fraude agãt uſurarij. Prou. 29. Pauper & uir uſurarũ ſibi obuiàm fiunt. Pro quo in ſimili ſententia cap. 22. legitur ſcriptum עָשִׁיר, diues & pauper ſibi obuiàm ueniunt.

תִּיכוֹן In alia forma maſculini generis, medius. Ezech. 47. Atriũ mediũ. Eius fœmininũ תִּיכֹנָה, media. 1. Reg. 6. Oſtiũ cubiculi medij. Ezech. 41. Et ſic ab imo aſcendebatur ad ſupremũ per medium. Et pluraliter תִּיכֹנוֹת. Ezech. 42. Ab infimis & à medijs ædificijs. Et quidem hoc nomen uidetur formam habere, quaſi à תָּכַן eſſet ortũ.

תֻּכִּיִּים Videtur uox eſſe peregrina. Et cõmuniter pro pauonibus accipiunt. 1. Reg. 10. &
1734 1. Paral. 9. Ferens aurum & argentum, dentes elephantinos, ſimias & pauones.

**תכן** Vt forma nõ multùm differt à uerbis תָּכַן & תָּכָה, ita nõ ſignificatione, ſed mo

do tantùm ſignificandi inter ſe differũt. Significat enim certò metiri, mẽſurare, penſitare, penitùs perpẽdere. Et Græcis tantũdem ſignificat ἀνακρίνω, Latinis dijudico.

In prima autem coniugatione uoce actiua uſitatum eſt participium præſens תֹּכֵן. Prou. 16. Omnes uiæ uiri mundæ in oculis ipſius, ſed certò menſurat ſeu metitur corda Iehoua. Item cap. 21. Omnis uia uiri recta in oculis ipſius, ſed metitur corda Iehoua. & cap. 24. An non menſurator cordium ipſe intelligit?

In uoce paſſiua נִתְכַּן. 1. Sam. 2. Quoniam deus ſcientiarum Iehoua, neq; menſurabilia ſunt opera. Ezech. 33. Et dicunt filij populi tui, non menſurabitur uia Iehoua, cùm tamen uia ipſorum non menſuretur.

In ſecunda coniugatione תִּכֵּן, certò metitus eſt, ſecundum omnes dimenſiones menſurauit ſeu parauit. Ieſ. 40. Quis cœlum palma menſus eſt? Pſal. 75. Ego menſuraui columnas eius. Et mox iterũ: Quis menſurauit ſpiritum Iehoua? Quod Paulus 1. Cor. 2. ſic reddidit: Quis ἔγνω, id eſt, cognouit mentem domini?

Participium præteritum מְתֻכָּן. 2. Reg. 12. Dederunt argentum demenſum ſeu ponderatum ſuper manibus efficientium opus.

INDE NOMINA:

תֹּכֶן Menſura certa, demenſum quantum decretum & ſtatutum eſt. Exod. 5. Et demenſum laterum dabitis. Ezech. 45. Epha & bathus menſuræ unius ſint.

מַתְכֹּנֶת Idem ſignificat quod תֹּכֶן. Exod. 5. Sed & demenſum laterum quos ipſi fecerunt. Et cum affixo mutat holem in kybutz. Exo. 30. Et in menſura, id eſt, diſpoſitione, dimenſione non facietis ſimile ei. 2. Paral. 24. Et conſtituerũt domum dei ſuper menſura ſua, id eſt, dimenſione ſeu diſpoſitione ſua.

תַּכְנִית Dimenſum, menſuratũ, elaboratum ſecundum omnes eius dimenſiones. Ezech. 28. Tu uelut ſigillum dimenſum ſeu menſuratum penitùs elaboratum, plenum ſapientia & conſummata pulchritudine.

1735 תָּלַל

Eleuauit, ſuſpendit, ſuſtulit in altũ. Et congruit ſignificatione cũ uerbis תָּלָה חָלַל & אָלָה, niſi quòd modo ſignificandi inter ſe diſcrepent. Legitur autem ex eo tantùm participium præteritum תָּלוּל. Ezech. 17. Et plantabo ego ſuper mõtem excelſum, & tumulatum, id eſt, eleuatum in cumulum.

INDE NOMINA:

תֵּל Cumulus, tumulus in altũ eleuatus. Deut. 13. Et erit tumulus perpetuus, nõ ædificabitur amplius. Ioſue 8. Et cõbuſſit Ioſua Ai, & poſuit eã cumulũ æternum. Iere. 49. Et erit in cumulũ afflatus. Et cum affixis tranſponit alterum punctulum de zere in lamed ad ſignificandum defectum literæ geminatæ. Ioſ. 11. Vrbes quæ ſtabant ſuper tumulo ſuo. Ieremiæ 30. Et ædificabitur ciuitas ſuper tumulum ſuum.

תַּלְתַּלִּים Cumuli, tumuli. Canticorum 5. Cincinni eius tumuli, nigri ſicut coruus: uel ſic, Cincinni eius penduli.

תַּלְפִּיּוֹת Dictio compoſita ex תֵּל & פִּיּוֹת, & ſignificat tumulos acierum. Can. 4. Sicut turris Dauid, collum tuum, ædificata ſuper tumulos ſeu pendentias acierum.

תֶּלֶם Cumulus ſeu tumulus in aruo, quem Latini ſulcum ſeu aream uocant, à forma תָּלַל, ſicut à תָּמַם deductum eſt תֶּמֶם. Iob 39. Non ligabis unicornu in ſulco. Et pluraliter in ſtatu regiminis תַּלְמֵי. Oſeæ 10. Super ſulcis agrorum & cap. 12. Et altaria eorum ſunt ſicut acerui in ſulcis eorum. Et cum affixo. Pſ. 65. Sulcos eius inebria.

1736 תָּלָה

Congruit ſignificatione cũ uerbis יָלַל & תָּלַל חָלַל, & ſignificat ſuſpendere, niſi quod ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſideant. Gen. 40. Et principẽ piſtorum ſuſpendit. Et iterum: Et ſuſpendet te ſuper lignum. 2. Sam. 21. In qua ſuſpenderunt eos. Vbi caſtigatio grammatica in margine annotat ſcribendum cum aleph. Eſther 7. Suſpendite eum in illo. & cap. 6. Ad ſuſpendendum Mardochai.

Participium præſens תֹּלֶה. Iob 26. Suſpendens terram.

Participium præteritũ תָּלוּי. Deut. 21. Quia maledictum dei eſt ſuſpenſus. 2. Sam. 12. Vidi Abſolon ſuſpenſum in quercu. Et pluraliter תְּלוּיִם. Ioſue 10. Et fuerũt ſuſpenſi ſuper lignis. Legitur etiam interſerta litera aleph, תְּלוּאִים. Oſeæ 11. Et populus meus ſuſpenſi. Item תְּלֻאִים. Deut. 28. Et erunt uitæ tuæ ſupenſæ.

In

In uoce paſſiua נִתְלוּ. Thren. 4. Principes manu ipſius ſuſpenſi ſunt. Eſth. 2. Et ſuſpenſi ſunt ambo illi.

In ſecũda cõiugatione תִּלּוּ. Ezech. 27. Scuta tua ſuſpẽderunt ſuper muros tuos.

INDE NOMEN,

תְּלִי Pharetra, quæ ab humero ſuſpenditur. Gen. 27. Tolle nunc arma tua, pharetram tuam, & arcum tuum.

תּלַע Vermiculus. De hoc nomine ſuprà in themate ſuo ילע.

1737 **תמם** Verbũ in omnibus modis, tẽporibus & perſonis omniũ cõiugationũ defectiuũ. Inſuper etiã in tertia perſona plurali prẹteriti primẹ cõiugationis interdum irregulare. Verùm quod ad ſignificationẽ attinet, notat generaliter in totũ cõſumari, ſeu cõſumi: idq́ triplíciter: Primò, cũ omnimoda perfectione rei, ac tum idẽ ualet, qđ perficere. Deut. 31. Et factũ eſt, cùm ceſſaret uerba legis huius ſuper libro ut conſumaret ea. Pſ. 64. Perſcrutati ſunt iniuſtitias, conſumauerunt ſcrutationem ſcrutatam. Secundò, uel ut eius perſonæ, uel rei nihil omninò ſit reliquum, ſine tamen perditione. Ioſ. 3. Et uniuerſus Iſrael tranſierunt Iordanẽ, donec conſumpta eſſet tota gens tranſeundo Iordanẽ. Gen. 47. Nõ celabimus à ſuſtentatore meo, ꝙ cõſumata eſt pecunia. 1. Sam. 16. An cõſumati ſunt pueri? Et reſpõdit, adhuc unus reliquus eſt paruus. Iob 31. Cõſumata ſunt uerba Iob. Et ſecũdũ hos duos modos exiſtimo dictũ Chriſti intelligẽdũ, qđ in cruce expirãs exclamauit: Cõſumatũ eſt, eo ſignificans uaticinia de opere redẽptionis eſſe omnino cõpleta, ſimulatq́ umbras legis habere finem ſuum. Leui. 23. Et erit redemptio eius, quãdo cõſumabitur annus uenditionis eius. Iere. 1. Vſq́ ad conſumari undecimum annum Zidkijahu.

Tertiò, uel quãdo cum eius rei omnimoda fit perditione, & tũ placet reddi uerbo cõſumendi. Leuit. 26. Et cõſumetur in uanum uirtus ueſtra. Num. 14. Et portabunt meretricationẽ ueſtrã uſq́ cõſumanť corpora ueſtra in deſerto. & cap. 17. Nũ quid cõſumpti ſumus uſq́ ad expirationẽ. Deu. 2. Et factũ eſt quòd cõſumpti ſunt omnes uiri belli ad moriendũ in medio populi. 1. Reg. 14. Sicut eliminatur ſtercus uſq́ ad conſumi eam, id eſt, donec tota conſumatur. Pſal. 9. Hoſtis conſumpti ſunt gladij omninò. Iere. 6. Plumbum conſumptum eſt omninò. Thren. 3. Miſericordię Iehoua, quòd non omninò conſumpti ſumus. irregulariter pro תמנו, ſicut נתמו. & cap. 4. Et conſumpta eſt iniquitas tua filia Zion.

Participium præſens תָּם, quod tamẽ nominaliter accipiť in primo modo, Integer, perfectus, conſumatus, id eſt, qui in doctrina & fide corã deo eſt integer, & coram mundo irreprehenſibilis & bonã habẽs cõſcientiã. Et cõmuniter ad mores & uitã referť eorũ qui nõ fraudulentis ac prauis cõſilijs, ſed totus, integer & perfectè bonus, & ſecũdum legem irreprehenſibilis & inculpatus eſt. Gen. 25. Et erat Eſau uir peritus uenator, uir agri, ſed Iacob erat uir integer habitãs in tentorijs, id eſt, nõ uarius, ſed ſimplex, non quidem mente ſeu intellectu, hoc eſt, ſine induſtria, ſed uoluntate, non inquietus, ſed ut filij lucis, quietus. Sicut Iob cap. 9. quoq́ nomini רָשָׁע opponitur, id eſt, inquieto & improbo: Integrum, & improbũ ipſe conſumit. Item Iob 1. Et erat uir ille integer. & cap. 7. Ecce Deus non reijcit integrũ. & cap. 9. Si iuſtus ſum, os meum ut iniuſtũ cõdemnat me: ſi integer, uerſutiæ damnat me. ubi opponiť uerbo עִקֵּשׁ. Itẽ Pſ. 37. Cuſtodi integrũ, & uide rectũ. Et caret plurali numero.

Eius fœmininũ eſt תַּמָּה, integra, perfecta, cõſumata. Et cũ affixo legiť Cant. 5. & 7. Sodalis mea, columba mea, integra mea. Et refertur ad formam & mores.

In uoce paſſiua נִתַּם. In primo modo ſignificãdi, quo ſignificat cõſumari, i. perfici omninò. 1. Reg. 7. Et conſumatũ eſt opus colũnarũ. Pſ. 19. A temerarijs cõſerua ſeruũ tuũ, ne dominenť in me, tũc cõſumabor. In altero modo ſignificãdi. Ex. 47. Et cõſumata eſt pecunia de terra Ægypti. Et mox iterũ: Et conſumatus eſt annus ille, & uenerũt ad eũ. Deut. 34. Et cõſumati ſunt dies fletus luctus Moſi. In tertio modo ſignificãdi. Num. 14. In deſerto iſto cõſumenť, & ibi morietur. Ioſ. 3. Et aquę deſcendẽtes ad mare cãpeſtriũ maris ſalſi conſumptæ & exciſæ ſunt. Pſ. 104. Conſu-

ment̃ peccatores de terra. Iere.14. In gladio & fame cõſument̃ ꝓphetę illi. Eze.24. Cõſumetur aduſtio eius. Ezech. 47. Neq̃ conſumet̃ fructus eius, in menſibus ſuis matureſcet. In tertia cõiugatione תִּמֵּם. In primo modo ſignificãdi. 2.Sam.20. Sic em̃ cõſumauerũt, i. perfecerũt. 2.Reg.22. Aſcẽde ad Hiskijahu ſacerdotẽ magnum, & cõſuma argẽtũ illatũ ad domũ Iehoua, i. totũ collige. Ieſ.33. Secũdũ cõſumare te uaſtare, uaſtaberis, i. poſtꝙ omino perfeceris uaſtationẽ, uaſtaberis. Ezech.24. Et cõſumando carnes, i. totũ coquẽdo. Dan.8. Et in nouiſſimo regnorũ, quãdo cõſumabũt trãſgreſſores, i. ꝑficiẽt. Iob 22. Aut quæ eſt utilitas, quãdo cõſumaueris uias tuas. In tertio modo ſignificãdi. Ezech.22. Et diſpergã te in regiones, & cõſumã immundiciem tuam à te.

INDE NOMINA:

תָּם Nomẽ participiale, integer, perfectus, conſumatus. Vide ſuprà in participio p̃ñtis (tẽporis.

תָּמִים In primo modo ſignificandi, cõſumatus, integer, perfectus, omnibus numeris & modis abſolutus, ita ut reprehendi & culpari non poſſit: & refertur cõiter ad mores. Gręcis ἀνέγκλητος: itẽ ἄμωμος. Gen.6. Noah uir iuſtus & integer erat in generationibus ſuis. Gen.17. Ambula corã me, & eſto integer corã me, i. doctrina & fide. Deut.18. Integer ſis cũ Iehoua deo tuo, i. ſis integro corde & fide. 2.Sam. 22. Et eram integer erga eũ, & cuſtodiebã me ab iniquitate mea, i. candidus, ſyncerus.

Legit̃ tamen aliquãdo ſubſtantiuè, & cũ uerbis iunctũ aduerbiaſcit. 1. Sam.14. Da integrũ, i. da ſortẽ integrè, perfectè, ſimpliciter, aut uniuerſaliter, nec ſ. quenquã à ſorte excipias. 2.Sam.22. Et currere fecit integrè uiã meã, i. ſimpliciter ſine impedimẽto. Pſ.15. Ambulãs integrè & operãs iuſtitiã, i. ſimpliciter. Similiter ſe habet cũ præpoſitione beth. Ioſ.24. Et nũc timete Iehoua, & colite eũ in integritate & in ueritate, id eſt, integrè & uerè. Iud. 9. Et nunc ſi in ueritate & in integritate feciſtis. Pſ. 84. Ambulantibus in integritate, i. integrè. Aliquãdo, nõ perſonis, ſed rebus ſeu operib. tribuit̃, ita tribuit̃ dei operibus. Deu.31. Petrę huius integrũ opus eius, quia omnes uiæ eius iudiciũ, i. irreprehẽſibile. 2.Sam.22. & Pſal.18. Dei integra uia eius.

Inſuper ſi de ligno aut re alia dicitur, tũ eſt quãtitatis. Eze.15. Ecce cũ eſſet ipſum integrum. Ioſ.13. Iuxta diẽ integrũ. At quãdo de animalib. dicitur in tẽplo offerendis, tũ ſemper eſt qualitatis, i. ſignificat talia animalia, quæ ſecũdũ legẽ irreprehenſibilia ſunt, nõ mãca, nõ clauda, nõ cęca, nõ macilẽta, aut infirma, nõ morbida, aut à beſtia lacerata, &c. Exo.12. Agnus integer, maſculus, &c. Leu.1. Si holocauſtũ fuerit de boue maſculo, integro, offerat illũ. Leu.4. Iuuencũ filiũ bouis integrũ. In ſtatu regiminis תְּמִים. Iob 36. Integer ſciẽtiarũ tecũ. & cap.37. Mirabilia integri ſcientiarũ. Et plur. תְּמִימִים. Et nota, ꝙ in tota Lege legit̃ ſine iod characteriſtica pluralis numeri. Exo.29. Arietes duos integros. Leui.9. Accipe uitulũ filiũ bouis ꝓ errato, & arietẽ ꝓ holocauſto integros. Sed extra Moſen legit̃ integrè תְּמִימִים. Pſ.37. Nouit Iehoua dies integrorũ. Prou.10. Et integros ſicut deſcẽdẽtes in puteũ. Similiter cap.2. & cap.28. & Eze.43. In ſtatu regiminis תְּמִימֵי. Pſal.119. Beati integri uia. Prou. 11. Abominatio Iehoua peruerſi corde, ſed beneuolẽtia eius integri uia.

In genere fœminino תְּמִימָה. Et eſt ſimiliter qualitatis. Leui.4. Integrã fœmellã. Pſ.19. Lex Iehoua integra. Itẽ quãtitatis. Leu.3. Caudã integrã, id eſt totã. Leu.25. Annus integer. Et pluraliter תְּמִימוֹת. Leuit.23. Septem ſabbatha integra erunt.

תֹּם Maſculini generis: Integritas, uirtus cõtraria עִקְּשׁוּת uerſutię & peruerſitati. Et Paulus uocat ſæpiùs ſimplicitatẽ, nõ ut ſit intellectus, ſed uolũtatis. Pſ.25. Integritas & rectitudo muniẽt me. Prou.2. Scutũ ambulantibus in integritate. & cap.9. Ambulãs in integritate, ambulabit tutò. Semel tñ legit̃ in cõcreto ꝓ תָּם, integro. Pro. 10. Præſidiũ integro uia, Iehoua. In ſtatu regiminis manet aliquãdo inuariatum. Iob 4. Et integritas uiarũ tuarum. Pſ.78. Et pauit eos ſecũdũ integritatẽ cordis ſui.

Sed ſæpiùs mutat tamẽ holem in hatephcametz תָּם. Ge.20. In integritate cordis mei. 1.Reg.9. In integritate cordis, & in rectitudine. Pſ.101. Ambulabo in integritate cordis mei. Pro.13. Iuſtitia munit integritatẽ uiæ. Quãꝙ alij ꝓ cõcreto accipiunt ſic exponẽtes: Iuſtitia munit integrũ uia. Seu realiter ſeu ſubſtãtiuè accipit̃. Ieſ.18. Secũdũ integritatẽ ſeminis, i. quãdo integrũ erit ſemẽ. In ſtatu affixorũ ſemꝑ mu

tat

tat holē in kybutz daggeſſata litera mem.2.Sam.15.Et ibāt ꝓ integritate ſua,i.nul
lo malo cōſilio aut peruerſitate. Prou. 28. Ambulās in integritate ſua.ubi opponiſ
עִקֵּשׁ דְּרָכַיִם huic,qui uerſutus eſt & peruerſus in uijs & operibus ſuis. Eſt & ali
quādo nō morum, ſed uiriū.2.Paral. 21. Et quidā extēdit arcū pro integritate ſua,i.
pro uirili ſua. Ieſ.47. Secundum integritatē ſuā uenièt ſuper te,i.uires ſuas. Et in
genere fœminino ſtatus regiminis תֻּמַּת. Prouer.11.Integritas rectorum ducet eos.

Et cum affixis תֻּמָּתוֹ. Iob 2. Et qui adhuc retinet integritatē ſuā. Itē cap. 27. Nec
deponam integritatē meam à me. & cap. 31. Et cognoſcet deus integritatē meam.

מְתֹם Integritas.Et eſt quantitatis,non morum.Pſal.38.Non eſt integritas in carne mea.
Ieſaiæ 1.Non eſt in eo integritas.

תֻּמִּים Nomē pluralis numeri tātum, & ſemper cōiunctū nomini pluralis numeri אוּרִים:
ſignificatq́ integritates,perfectiōes,cōſumationes.Exo.28.Pones quoq; in pecto
rali iudicij Vrim & Thymmim,i.luces & perfectiōes,et erūt ſuper corde Aaronis.

Ego inde exiſtimo habere appellationes,ꝙ deus per אוּרִים luces reuelare cōſiliū,
& uoluntatē ſuā,quid eſſet faciendū,& per תֻּמִּים effectionē & cōſumationē uolun
tatis ſuæ ſignificare uoluerit:q.d.Cōſilium & effectio.Nā ꝙ hoc uerbū principali
ter perficere notet,ſuprà demōſtrauimus in primo modo ſignificādi.Et ꝙ ſacerdos
ſummus in luce de uoluntate dei ſciſcitatus ſit,clarè habeſ ex Nu.27. eſtq́ ueriſimi
le,ꝙ quādo lapides fulgorē emitterēt ac radiarēt, ſacerdos de Dei uolūtate certior
factus ſit.Itē Eſdrę 2.& Nehe.7.Et dixit Hatyrſacha illis, ꝙ nō comederēt de San
ctoſanctorū,donec ſtaret ſacerdos pro Vrim & Thymmim. In ſtatu affixorū &
ordine inuerſo.Deu.33.Et ad Leui dixit:Integritates tuæ & luces tuę uiro pio tuo.

תְּאֹמִים Nomen adiectiuum pluralis numeri,interſerta litera aleph,quæ in cauſa eſt cur nō
daggeſſetur.Et ſignificat iuxta primum modum ſignificandi,duplex,ſeu gemina
tum.Exo.26.& 36.Et(tabulæ)erunt geminæ infernè.

תוֹמִים Gemini,gemelli:etiā ſecūdū primū modū ſignificādi. Gen.25.Ecce gemelli in ute
ro eius. Accipit autē ſæpiùs per epētheſin literā aleph תְּאוֹמִים. Ge.38.Et ecce gemi
ni in utero eius. In ſtatu regiminis regulariter תְּאֹמֵי.Cant.4. Duo ubera ſicut hin
nuli gemelli capreæ. Et irregulariter תָּאֳמֵי. Cant.7. Duo ubera tua ſicut duo hin
nuli gemelli capreæ.

INDE

Participium pręſentis tēporis tertię coniugationis,generis fœminini, מַתְאִימוֹת.
Cant.6.Quia uniuerſæ illæ geminificant,id eſt geminos pariunt. Ex hoc nomi
ne etiam Thomas unus ex Apoſtolis dictus eſt δίδυμος,Ioannis 20.

יָתוֹם Orphanus, pupillus , tertio modo ſignificandi , quòd parētes eius cōſumpti ſunt.
Exo.22.Omnem uiduam & pupillum non opprimetis.Deut.10.Faciens iudicium
orphano.Pſ.10.Pupillo tu eris adiutor. Et pluraliter יְתוֹמִים. Exo.22. Et filij ueſtri
pupilli.Ieſa.10.Pupillos diripient. Thren. 5.Pupilli fuimus, & non erat pater. In
1738 ſtatu affixorum.Ieſ.9.Et pupillos eius.Iere.49.Relinque pupillos tuos.

תָּמִיד Nomē:& apparet eſſe deriuatū à uerbo עָמַד, quaſi eſſet מַעֲמִיד,i.iuge,cōtinuū,ꝑpe
tuū,inſtās.Hab.1.Cōtinuus eſt ad occidēdū gētes. Quāq́ ſępiùs utanſ Hebræi
in abſtracto.Nu.4.Et panis cōtinuitatis ſuper iſta erit.Et iterū:Et oblatio cōtinui
tatis.& ca.28.Holocauſtū cōtinuitatis.2.Par.2.Et ordinatio cōtinuitatis. Prou. 15.
Bonū cor cōuiuiū cōtinuitatis.Ier.52.Et cōſuetū eius cōſuetū cōtinuitatis. Ezech.
34.Et uiri cōtinuitatis ſeparauerūt. Interdū legiſ ſubſtantiuè & abſolutè poſitū.
Dan.8.Et ab eo ſublatū eſt illud iuge.Et iterū: Certū tēpus dabit ſuper iuge, ſ.ſacri
ficiū. Vſurpaſ etiā pro cōſtāter,inſtāter,ſemper,iugiter.Ex.25.Et pones ſuper mē
ſam panē facierū corā me iugiter,ſeu cōtinuè. 1.Reg.10. Quia ſtāte corā te iugiter.
1739 Pſal.25.Oculi mei iugiter ad Iehoua.Ieſ.62.Et tota nocte iugiter non taceant.

תָּמַה Obſtupuit totus animi turbatione & diſtractione: habet cognationem ſignifi
catione cum uerbis מָהַהּ & הָמָה הָמַם.Pſ.48.Ipſi ut uiderūt,obſtupuerūt.Eccl.
5.Si iniuriam pauperis,& rapinam iudicij,& iuſtitiæ uideris in prouincia,ne obſtu
peſcas.Gen.41.Obſtupuerunt uiri,quiſq; ad proximum ſuum.Iob 26. Et obſtupe
ſcent ab increpatione eius.Iere.4.Et prophetæ obſtupeſcent.

In quarta coniugatione cum abſorptione literæ characteriſticæ quartæ coniugationis euphoniæ gratia תִּמָּהוּ. Habakuk 1. Et obſtupeſcite, obſtupeſcite, inquã, quoniam opus operatur in diebus ueſtris, non credetis, quando recenſebitur.

INDE NOMEN,

תִּמָּהוֹן Stupor. Zachar. 12. Percutiam omnem equũ ſtupore. Et in ſtatu regiminis תִּמְהוֹן. Deut. 28. Et ſtupore cordis.

1740 תַּמּוּז Nomen idoli. Et Hieronymus arbitratur Adonidem fuiſſe, adoleſcentem formoſum à Venere adamatum, qui apri dente percuſſus, mortuus eſſe fabulatur. Ezech. 8. Et ecce ibi mulieres ſedentes deflent ipſum Thamutz.

1741 תָּמַךְ Congruit ſignificatione cũ uerbo סָמַךְ, niſi ꝙ modo ſignificãdi inter ſe differãt. Significat aũt déſuper ſuſtinere, ne quid cadat, aut pereat. Et conſtruiẽ primò cũ accuſatiuo. Gen. 48. Et ſuſtinuit manũ patris ſui, ut amoueret eam de capite Ephraim. Pſ. 17. Suſtinebis greſſus meos in ſemitis tuis. Prou. 4. Suſtineat uerba mea cor tuũ. & ca. 5. Infernũ greſſus eius ſuſtinebũt. Prou. 11. Mulier gratioſa ſuſtinebit honorẽ, & uiolẽti ſuſtinebũt diuitias. & ca. 28. Homo iniurius in ſanguinẽ animæ ſuæ ad foueã uſq; fugiet, neq; ſuſtinebit eũ. Itẽ cap. 31. Et manus eius ſuſtinebũt fuſum. Et legiẽ ſemel abſolutè, Iob 36. Sententia & iudiciũ ſuſtinebunẽ. Secundò conſtruiẽ cũ nomine præpoſita particula beth. Exo. 17. Aaron & Hur ſuſtinuerũt in manibus eius. Pſal. 41. Ego aũt in integritate, ſuſtines in me. Pſ. 63. In me ſuſtinet dextera tua. Ieſ. 33. Diſcutit manus ſuas à ſuſtinẽdo in munere. & ca. 41. Et ſuſtinebo te in dextera iuſtitię meæ. & cap. 42. Ecce ſeruus meus, ego ſuſtineo in eo.

Participiũ præſens תּוֹמֵךְ. Amos 1. Suſtinẽtem ſceptrum de Beth Eden. Legitur tamẽ Pſal. 16. תּוֹמִיךְ tranſpoſito altero puncto de zere: Tu ſuſtines ſortẽ meam.

Et pluraliter תֹּמְכִים. Prou. 3. Et ſuſtinentibus eam, ſucceſſus.

In uoce paſſiua יִתָּמֵךְ. Prou. 5. Et in funibus errati ſui ſuſtinebitur.

תְּמוֹל Heſternum, heſternus dies, heri, &c. uide ſuprà in מול.

1742 תָּמָר Palma, arbor: uel ab amaritudine, quia, ut teſtanẽ ſcriptores, ſumma caudicis parte, ubi toro folia iungunẽ & rami, mollis eſt & amputata nõ ſolùm mãdiẽ, ſed & habeẽ in delicijs, ſapore tñ inſipido, & ſubamaro: uel à renitẽtia & rebellione: in diuerſum eñ fornicaẽ & curuaẽ onus. Pſ. 92. Iuſtus ut palma, germinabit. Cãt. 7. Statura tua ſimilis eſt palmę. Et iterũ: Aſcẽdã in palmã. Ioe. 1. Malogranatus & palma.

Eſt & nomẽ loci fortaſſe à palmis. Eze. 47. A Thamar uſq; ad aquas cõtẽtionũ.

תֹּמֶר Palma, arbor. Iud. 4. Et ipſa habitabat ſub palma. Iere. 10. Quaſi palma ꝑplexa ipſi, & non loquũtur. Et pluraliter תְּמָרִים, palmæ, arbores. Exo. 15. Et ſeptuaginta palmas. Leuit. 23. Frondes palmarũ. Deut. 34. Et regionem uallis Iericho ciuitatis palmarum. 2. Paral. 28. Et adduxerunt eos in Iericho in ciuitatem palmarum.

תִּמֹּרָה Palma factitia & artificialis. Ezech. 41. Et palma erat inter Cherub & Cherub. Et pluraliter in forma fœminea תִּמֹּרוֹת. 1. Reg. 16. Et rotabat Cherubim & palmas. Ezech. 40. Ad frontẽ eius erant palmæ. & ca. 41. Cherubim & palmæ erãt factæ. Et in forma תִּימֹרוֹת. Cant. 3. Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit ex deſerto, ſicut palma fumi. Similiter Ioelis 3. Sanguinem & ignem, & palmas fumi, id eſt, figura palmarum. Et in forma maſculea תִּמֹּרִים. Ezec. 40. Et palmæ eius iuxta menſuram portæ.

1743 תַּנִּין Draco, belua: ſunt autẽ dracones terreſtres, & marini. Exod. 7. Accipe baculum tuũ, & deijce corã Pharaõe, fiet draco. Pſ. 91. Cõculcabis leunculũ & draconem. Itẽ de belua marina. Iob 7. Nũ mare ego aut draco. Ier. 51. Deuorauit me ſicut draco. Eſt aũt hîc annotãdũ, qđ Plin. li. 9. c. 3. meminit Thinnorũ, quos ego nomẽ uetus retinuiſſe arbitror, & ſcribit eos magnitudine antecellere balenas, & alios oẽs piſces. Et pluraliter תַּנִּינִם Gen. 1. Et creauit deus dracones magnos. Exo. 7. Et deiecerũt quiſq; baculũ ſuũ, & facti ſunt in dracones. Deut. 32. Furor draconũ uinum ipſorũ. Pſ. 74. Cõfregiſti capita draconũ ſuper aquis, ſ. Pharaonẽ. Itẽ per ſyncopẽ literarũ iod & nun תַּנִּים. Iob 30. Frater fui draconũ. Pſal. 44. Contudiſti nos in loco draconũ. Ieſ. 13. Et dracones in palatijs uoluptatis. & ca. 35. Eritq; habitaculũ draconũ. Thr. 4. Dracones extraxerũt uber. Mic. 1. Faciã planctũ inſtar draconũ. Legiẽ

tamen

1744 tamē ſemel in forma fœminea אֶתְנָה. Malach. 1. Et hæreditatem draconibus deſerti.

**תנה** Significatione conuenit cum uerbo נָתַן: nam dare, tribuere ſignificat: differt aūt modo ſignificandi, quē habet arctiorē. Nam primò ſignificat in prima & tertia coniugationibus, mercedem ſeu donum dare pro opere turpi, & inhoneſto, ut ſolent amatores inuicem merendo tribuere. Oſeæ 8. Ephraitæ mercede conduxerūt amatores atq; mercede conduxerunt in gentibus.

In ſecunda cōiugatione retinet equidē eandē ſignificationē, nam ſignificat etiā dare: ſed modū ſignificandi uariat, & mutat in cōtrarium, ſignificatq; dare donum honorificū, & pro re ſeu opere laudabili, & glorioſo. Sic legitˀ etiam bis in Canticis: unde apparet eſſe poeticum. Iud. 5. Ibi tribuerūt iuſtitias Iehoua. & cap. 11. Annuatim ibant filiæ Iſrael ad donandū (laudes) filiæ Iephte quatuor diebus in anno.

INDE NOMINA:

אֶתְנָה Merces ſeu merenda, quæ amatori pro opere turpi datur. Oſeæ 2. Merces mea hæ ſunt, quam mihi dederunt amatores mei.

אֶתְנַן Merces meretricia, merēda: atq; ſynonymū eſt cū nominib. נְדָנִים & נֵדֶה: ut ex Ezechiele liquidò cōſtat, niſi q etymologia & ratiōe ſignificādi uariēt. Ezech. 16. Et faciā ceſſare te à meretricatione, atq; mercedē non dabis amplius. Et iterū: Nō fuiſti ſicut meretrix, ad deridendū mercedē. Oſeæ 9. Dilexiſti mercedē in omnibus horreis frumenti. Et in ſtatu regiminis אֶתְנַן. Deut. 23. Nō inferas merendā meretricis, aut cōmutationē canis in domū Iehoua. Et in ſtatu affixorū nihil uariat à ſtatu regiminis, niſi q fortificet ultimā literā nun. Ieſ. 23. Et reuertetur ad meretriciū ſuū.

תְּנוּךְ Cartilago. Exod. 29. Super cartilagine auris Aaron, &c.

תַּנּוּר Furnus, fornax, clibanus qui lucet igni. Vide ſuprà in themate נִיר.

1745

**תעב** Vt in prima cōiugatione תָּאַב ſignificat appetere, & in ſecūda cōiugatione ſignificatione cōtraria notat auerſari, ita ſimiliter hoc uerbū ſignificat auerſationē, & abominationē, quando uidelicer perſonā aut rem aliquam nō dignamur uel uiſu, uel auditu, uel guſtu, uel olfactu ſeu tactu. In prima coniugatione legitur tantùm in uoce paſſiua נִתְעַב. 1. Paral. 21. Quia abominabile fuit uerbum regis.

Participium ſeu nomen potiùs participiale נִתְעָב, abominabilis. Iob 15. Quantô magis abominabilis. Ieſa. 14. Sicut ſurculus abominabilis.

In ſecunda coniugatione תִּעֵב. Iob 9. Et abominabunt me ueſtimēta mea. Pſal. 5. Virū ſanguinū & impoſturæ abominabitur Iehoua. Pſal. 119. Mendacium odi, & abominatus ſum. Pſal. 107. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum.

Participiū præſens ſeu nomē participiale מְתָעֵב. Ieſ. 49. In abominabilē gētem.

In tertia coniugatione הִתְעִיב. Pſal. 14. Funditùs perditi ſunt, & abominabiles facti ſunt ſtudio. Pſ. 53. Fūditùs perditi ſunt, & abominabiles facti ſunt cōcupiſcētia.

Participium præſens, ſeu nomen potiùs formale מְתַעֲבִים. Mich. 3. Qui ſunt abominatores iudicij: uel, qui abominantur iudicium.

INDE NOMEN,

תּוֹעֵבָה Cū uau, uel ſine uau, Abominatio. Gen. 43. Quia abominatio eſt Ægyptijs. Deuter. 13. Et facit abominationē hanc. Prou. 7. Sacrificiū improborū eſt abominatio.

Et in ſtatu regiminis תּוֹעֲבַת. Ge. 46. Abominatio Ægyptiorū omnis paſtor ouiū. Prou. 16. Abominatio Iehoua om̄is elatus corde. Et pluraliter תּוֹעֵבוֹת. Leu. 18. Et nihil facietis ex omnib. abominatiōib. iſtis. Pſ. 88. Poſuiſti me abominationes illis. Prou. 26 Septē abominationes ſunt in corde eius. In ſtatu regiminis & affixorū תּוֹעֲבוֹת. 2. Reg. 16. Secūdū abominatiōes gētiū. Deu. 20. Secūdū abominatiōes eorū.

1746

**תעה** Errauit: eiuſdē ſignificationis cum שָׁגָה. Ieſ. 41. Errauit cor meum. Pſal. 119. Et à mandatis tuis non erraui. Pſal. 54. Errauerunt ab utero. Ieſaiæ 53. Omnes nos ſicut oues, errauimus. Gen. 21. Et errabat in deſerto. Prou. 7. Ne erres in ſemitis eius. Ezech. 44. Cùm errarent filij Iſrael.

Participium prçſens תֹּעֶה. Gen. 37. Et ecce errans erat in agro. Et pluraliter in ſtatu regiminis תֹּעֵי. Pſal. 95. Errantes corde.

In uoce paſſiua legitur tantùm participium נִתְעָה. Iob 15. Non credit, in uanitate errare factus eſt, id eſt, ſeductus eſt. Ieſa. 19. Velut errari ebrium in uomitu ſuo.

In ſecunda coniugatione forma geminata תְּעַתֵּעַ, errare fecit, cuius participium eſt in uſu. Gen. 27. Et ero in oculis tuis tanquàm errare faciens, id eſt, ſeducens, ſeductor, deceptor. Et pluraliter מְתַעְתְּעִים. 2. Paral. 36. Et erãt ſubſannantes in nuncios Dei, & deſpicientes uerba ipſius, & errare facientes Prophetas eius.

In tertia coniugatione הִתְעָה errare fecit, ſeduxit. Oſeæ 4. Quia ſpiritus meretricationis errare fecit. Gen. 20. Errare fecerunt me. 2. Reg. 21. Et errare fecit eos Manaſſe. Ieſ. 63. Vtquid errare facies nos Iehoua de uijs tuis.

Participiũ pręſens מַתְעֶה. Prou. 10. Et qui relinquit increpationẽ, errat. Ieſa. 30. Et frenum errans. Et pluraliter מַתְעִים. Ieſ. 9. Et erunt directores populi huius ſeductores. Mich. 3. Sic dicit Iehoua ſuper prophetas errare facientes populum meum.

INDE NOMINA:

תּוֹעָה Error. Ieſ. 32. Et ut loquatur de Deo errorem.

תַּעְתֻּעִים Errores. Iere. 10. Vanitas ipſi, factura errorũ in tẽpore uiſitationis ipſorũ auferẽtur.

תַּעַר Nouacula. Vide in themate עור.

1747 תפף Cognationẽ magnã habet cùm uoce, tum ſignificatione cũ uerbo טפף, & ſignificat tympaniſare, pulſare, plaudere. Legit̃ in prima cõiugatione tãtùm participiũ pręſens fœmininũ plur. num. תּוֹפְפוֹת. Pſal. 68. In medio iuuencularũ tympaniſantiũ.

In ſecũda cõiugatiõe legit̃ quoq; participiũ מְתֹפְפוֹת. Nahũ 2. Tympaniſantes ſuper corda ſua.

INDE NOMEN,

תֹּף Tympanum. Gen. 31. In lætitia, & in canticis, in tympano, & in cithara. Pſal. 81. Et date tympanum. Et pluraliter תֻּפִּים. 2. Sam. 6. Et in tympanis. Ieſaiæ 24. Ceſſauit gaudium tympanorum. Similiter Ezech. 28. Tympana tua.

תַּפּוּחַ Malus ſeu pomus, arbor: uel malũ ſeu pomũ, fructus. Et eſt nomẽ generale ad omnes arbores ſeu fructus ſpirantes, & odoros. Vide ſuprà in ſuo themate פוח.

1748 תָּפֵל Hoc nomẽ cõgruentiã habere arbitror cũ uerbo נָפַל, & ſignificare deciduũ, caducũ, ut ſunt incõdita, inſulſa & fatua. Aut ſanè cõtrariam ſignificationẽ uerbo טָפַל, quod cõpingere, cõcinnare ſignificat. Inde materia dicta inſulſa & fatua, quæ ad compingendũ inutilis eſt. Ezech. 13. Et ipſe ædificat parietẽ, & ecce illi oblinũt incondito, ſeu caduco, id eſt, quod citò décidit. Thre. 2. Prophetæ tui uiderunt tibi uanum, & inconditum, ſeu caducum. Iob 6. An editur inconditum ſine ſale.

תִּפְלָה Inſulſitas, fatuitas. Iob 1. In omnib. illis nõ aberrauit Iob, neq; poſuit fatuitatẽ Deo. & cap. 24. Et deus non ponit fatuitatem. Iere. 23. Et in Prophetis uidi fatuitatem.

1749 תָּפַר Cõſuit, cõcinnauit. Gen. 3. Et conſuerunt folia fici, & fecerũt ſibi cinctoria. Iob 16. Saccũ cõſui ſuper cutẽ meã. Eccl. 3. Eſt tẽpus diſrũpendi, & tempus cõſuẽdi.

In ſecunda coniugatione legitur participiũ præſens pluralis numeri generis fœminini מְתַפְּרוֹת. Ezech. 13. Væ conſuentibus puluillos. Exiſtimo hoc uerbũ contrariam habere ſignificationem cum uerbo פור.

1750 תָּפַשׂ Cepit, apprehẽdit, tenuit. 2. Reg. 12. Apprehẽdit Ioas regẽ Iſrael. Prou. 30. Ne quãdo pauper factus furtũ cõmittam, & apprehendã nomẽ dei mei. Iere. 40. Et habitate in urbib. ueſtris, quas cepiſtis. & ca. 14. Propter capere domũ Iſrael, i. ut capiat domũ Iſrael. Participiũ præſens תֹּפֵשׂ. Gen. 4. Pater omnis apprehẽdentis citharã. Ier. 50. Et apprehendentẽ falcẽ tẽpore meſſis. Et pluraliter in ſtatu regiminis תֹּפְשֵׂי. Nu. 31. Inter apprehẽdẽtes bellũ, i. tractantes, ſ. arma. Ier. 2. Tractãtes legẽ non cognouerunt me. Participiũ præteritũ תָּפוּשׂ. Habakuk 2. Ecce ipſe cõprehenſus eſt auro & argento. In uoce paſſiua נִתְפַּשׂ. Ezech. 19. Reti eorũ captus eſt. & cap. 12. Et capiet̃ reti meo. Ier. 5. Capta eſt Babylon. Pſal. 10. Capient̃ in cogitationibus.

In ſecunda coniugatione תְּתַפֵּשׂ. Prou. 30. Araneus manibus apprehendet.

תֹּפֶת Nomen, quod à uerbo תָּפַף deductum eſt: ideo quære ſuprà in ſuo themate.

1751 תָּקַן Nõ multũ abludit ſignificatiõe à uerbis תָּכַן & כּוּן: ſignificat aũt in planiciẽ, ęqualitatẽ, rectitudinem ſeu cõuenientiam componi, ut partes inter ſe cõſentiant, rectificari, regulari, dirigi, corrigi, emẽdari. Eccl. 1. Curuũ nõ poteſt rectificari, ſeu rectũ fieri. In ſecũda cõiugatiõe תִּקֵּן. Eccl. 12. Et correxit ſentẽtias multas, ſ. ut inter ſe cõſentiãt. & ca. 7. Quis poterit rectũ facere, qđ ille curuauit, id eſt, corrigere?

1752 תָּקַע Generaliter ſignificat figere, infigere, imprimere. Et eſt contrariæ ſignificatiōis uerbo רָפָה: nam ut hoc laxationē, ita illud ſignificat fixionē ſeu impreſſionē. Geneſ. 31. Et Iacob fixit tentoriū ſuū in monte, & Labā fixit cū fratribus ſuis in mōte Gilead. Iere. 6. Veniēt ad eā paſtores & greges eorū, figēt ſuper ea tētoria circūquaq;. Exo. 10. Et ſuſtulit locuſtā, & infixit eā in mare iunci. Iud. 4. Et infixit illū in uētrē eius. Et ibidē iterū: Venit ad eū clāculū, et infixit clauū in tēpora eius. 1. Sam. 31. Et corpus eius infixerūt in muro Bethſan. 2. Sam. 18. Et infixit ea in cor Abſolō. 1. Para. 10. Poſuerūt arma eius in domū dei ſui, & caput eius infixerūt in tēplo Dagon. Ieſ. 22. Et infigā eū, clauū in locū firmū. Et quādo cū חֲצֹצְרָה, uel שׁוֹפָר cōiungitur, tum ſignificat increpare ſeu imprimere ſpiritū in anguſtū tubæ, ut perſtrepat. Hieronymus uertit uerbo clāgo, ego de induſtria uertā per uerbum increpo, eò q; ſit paulò propius & ſignificantius. Num. 10. Si una tuba increpuerint, cōueniēt ad te principes, &c. Et ſi increpueritis claſſicum, proficiſcētur caſtra. Et mox iterum: Quādo eccleſia erit aggregādo, increpabitis & non claſſicū canetis. Ioſ. 6. Et increpabūt tubis. Pſal. 81. Increpate in Neomenia tuba. Quādo autē cum nomine כַּף cōſtruitur, uſurpatur bifariā: primò, ſi de cōtractibus intelligitur, tum figere manū idem Hebræis ſignificat, quod Latinis ſtipulari. Prou. 6. Fili mi ſi fideiuſſeris pro proximo tuo, fixeris pro alieno manū tuā: **ein handſtreich thun dz es klieſthet.** Secundò eſt aliquando ſignū lætitiæ, & ſignificat plaudere, cōplodere manu, **mit den henden kliеſthen.** Pſal. 47. Omnes populi plaudite manu. Nahum 3. Omnes audientes famam tuam comploſerunt manu ſuper te.

Participiū præſens תּוֹקֵעַ. 2. Par. 23. Omnis populus terræ erat lætus, & increpās tubis. Neh. 4. Et qui increpabat tuba, erat iuxta me. Pro. 17. Homo deficiēs corde figit manū. Et pluraliter תֹּקְעִים. Prou. 11. Qui odit fixores, ſecurus eſt, i. ſtipulatores. In ſtatu regiminis תֹּקְעֵי. Prou. 22. Ne ſis inter fixores manuū, i. ſtipulatores.

Participium præteritum fœminini generis הַתְּקוּעָה. Ieſ. 22. Amouebitur clauus fixus in loco fixo. In uoce paſſiua יִתָּקַע. Ieſa. 27. In die illa increpabitur tuba magna. Amos 3. Si increpabitur tuba in ciuitate. Iob 17. Euge conſtitue fideiuſſorem mihi apud te: quis eſt ille, qui manui meæ infigatur?

INDE NOMINA:

תֵּקַע Impreſſio. Pſal. 150. Laudate eum impreſſione tubę, laudate eū Nablo & Cithara.

תְּקוֹעַ Inſtrumētum, tuba, in quam increpāt: licet appellare uel crepitaculū, uel tubā, ſeu lituum. Ezech. 7. Increpuerunt crepitaculo, & conſtituit omnia, & non eſt qui eat in bellum. Poteſt etiā eſſe Infinitiuus, ut ſic legas: Increpuerūt increpando, &c.

תְּקוֹעַ Nomen oppidi in tribu Iuda ſex milliaribus à Bethlehē diſtans, patria Amos prophetæ: Verba Amos, qui fuit inter paſtores de Thekoa. Et hoc ædificijs muniuit Rechabeam, 2. Paralip. 11.

קַעֲקַע Signum impreſſum in corpore, ſtigma: de hoc uide ſuo in loco. Similiter de שׂרט, eodem in loco.

1753 תָּקַף Præualuit undiq;. Et cognationem habet ſignificatione cum uerbis נָצַב & יָצַב, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi uarient. Iob 14. Præualebis eū & abibit. Ezech. 4. Et ſi præualebit eum unus, duo ſtabunt contra ipſum.

INDE NOMINA:

תַּקִּיף Pręualidus, ualidior, fortior. Eccl. 6. Et nō poterit cōtēdere cū illo q̄ ē præualidior (eo.

תֹּקֶף Pręualiditas, uirtus, uis, efficacia, uehementia. Eſth. 9. Et ſcripſit Eſther regina filia Achichail, & Mardochai Iudæus cū omni uehementia, ut confirmarent Epiſtolā. Et cū affixo mutat holē in hatephcametz. Eſth. 10. Et omne factū fortitudinis ſuę.

תִּרְזָה Pini ſpecies, à tenuitate. Vide in themate רָזָה.

1754 תֹּרֶן Malus, nauis, arbor excelſa, à qua uelū dependet. Ezech. 27. Fraxinus de Senir ædificauerūt tibi tabulata duplicia, & cedrū tulerūt de Libano ut facerēt malū, ſupra te. Ieſ. 30. Donec relinquūtur ſicut malus ſuper cacumine mōtis, i. ſicut arbor una ramis priuata tāquàm malus in naui. Cū affixo mutat holem in hatephcametz. Ieſ. 33. Laxati ſunt funes tui, non conſtrinxerunt malū ſuū, neq; expanderūt ſignū. Et ueriſimile dictū hoc nomine malū ab אֹרֶן, de quo ſuprà ſuo in loco.

תְּרָפִים Nomen pluralis numeri tantùm à uerbo רָפָה, de quo ſuprà ſuo in loco.

1755 תֵּשַׁע Nomē numerale cardinale generis fœminini, Nouē. Ge. 11. Et uixit Nahor nouē & uiginti annis. Et iterū: Et uixit Nahor poſtꝗ genuit Therah, nouēdecim annis. Leu. 25. Nouē & quadraginta annis. Deu. 3. Nouē cubiti lōgitudo eius. Et in genere maſc. תִּשְׁעָה. Leuit. 23. In nona mēſis ueſperè. Num. 1. Nouē & quinquaginta millia. & ca. 29. In die quinto iuuencos nouem. 1. Sam. 2. Nouemdecim uiri atq; Azaeel. In ſtatu regiminis תְּשַׁעַת. Num. 34. Iuſſit Iehoua dare nouem baculis. Ioſue 14. Vt daret nouem baculis. Et pluraliter utriuſq; generis תִּשְׁעִים, id eſt nonaginta. Gen. 17. Et fuit Abram filius nonaginta & nouem annorum.

תְּשִׁיעִי Nomen numerale ordinis maſculini generis, Nonus. Num. 7. In die nono. 1. Paral. 24. Iohanna erat octauus, Eleazar nonus. Ier. 36. In menſe nono. Et in genere fœminino תְּשִׁיעִית, Nona. 2. Reg. 17. In anno nono Hoſa. Iere. 39. In anno nono.

## NOMINA QVADRILITERA:

1756 תְּכֵלֶת Scribunt uermiculi eſſe ſpeciem, cuius humor flaui eſt coloris. Ioſephus, ſimiliter Græci, & poſt illos cæteri uerterunt Hyacinthinum. Exo. 25. Hyacinthū, purpuram, uermiculum bis tinctum & byſſum. & ca. 26. Et cohabitaculum facies decem cortinarū ex byſſo retorta, & hyacintho & purpura & uermiculo bis tincto. & ca. 28. Et facies ſuperiorem Ephod totam hyacinthinam. Num. 4. Et tollent ueſtem hyacinthinā. 2. Paral. 3. Et fecit uelum ex hyacintho & purpura & carmeſino & byſſo. Ezech. 27. Hyacinthum & purpuram ex inſulis Eliſſa, &c.

1757 תַּרְשִׁישׁ Hoc nomine filius Iauan, filij Iapheth, filij Noach dictus fuit, Gen. 10. à quo Tharſus Ciliciæ metropolis cognominata credit̃, ortu etiā diui Pauli Apoſtoli nobilis. Deinde generali appellatione à colore cœruleo mare altū et magnū dicit̃, uel internū, qđ mediterraneū uel externū, qđ nos Oceanū uocamus, in quo naues magnę (quę אֳנִיּוֹת dicunt̃) eūt. Et in hoc differt à יָם, qđ etiā lacus atq; multò minores aquarū collectiōes ſignificat. Pſ. 58. Cōfringes naues Tharſis. Pſal. 62. Reges Tharſis, & inſularū munera reddēt. Ieſ. 2. Et ſuper omnes naues Tharſis. & ca. 23. Vlulate naues Tharſis. Ier. 10. Argētū diductū e Tharſis adducet̃, & aurū ex Vphaz. & cap. 27. Tharſis negociatio tua. Ionæ 1. Et ſurrexit Iona ut fugeret à Tharſis, à cōſpectu Iehoua, & deſcēdit Iapho, & inuenit nauē uenientē Tharſis, & dedit mercedē ſuā, & deſcēdit in eam, ut ueniret cū illis ad Tharſis à conſpectu Iehoua. & ca. 4. Propterea enim præueni ut fugerē ad Tharſis, ad mare. 1. Regum 22. Ioſaphat fecit naues Tharſis, quæ irent in Ophir pro auro, ſed non iuerunt, quia fractæ ſunt naues, quæ irent Tharſis, & confecerunt naues in Ezion Gaber: uel, & confectæ ſunt naues, ſicut mox ſequitur: Et fractæ ſunt naues, & non ualuerunt ire ad Tharſis. 2. Paralip. 9. Quia naues regis ībāt Tharſis cum ſeruis Hiram, ſemel in tribus annis ueniebant naues Tharſis. Tertiò, eſt nomen lapidis precioſi: illum (ut uariam interpretū expoſitionē pętercam) exiſtimo eſſe, quē nos conſono nomine Thurceſiā ſeu Thurkis appellamus, coloris cœrulei, ideoq; Symmachum uocaſſe Exo. 28. In quarto ordine Tharſis, & Onyx, & Iaſpis. Ezech. 24. Tharſis, & Onyx, & Iaſpis. Cant. 5. Manus eius ſunt circuli auri implete Tharſis. Ezech. 10. Sicut aſpectus lapidis Tharſis. Dan. 10. Corpus eius ſicut Tharſis.

1758 תִּשְׁרִי Hoc nomine Iudæi mēſem ſeptimū inde à primo qui אָבִיב dicit̃, uocāt, atq; circa æquinoctiū autūnale incidit, aliàs אֵיתָנִים dictus, 1. Reg. 8. eò ꝙ in eo menſe arca fœderis in templū à Salomone rege recēs extructū à uiris fortibus trāslata, & tum ualidæ preces, & multa ac magna ſacrificia deo oblata ſunt. Et quia ab eo mēſe inchoāt numerationē anni ſeptimi, qui eſt annus ſabbathi, ſimiliter numerationem anni Iobilæi, ideo etiā primus ab illis nuncupatur, ſcilicet politicus. Itaq; duo anni initia cōſtituunt, primū in menſe אָבִיב, qui aliàs נִיסָן dicitur, anni ſcilicet naturalis, alterum anni ciuilis, ſeu contractuum in תִּשְׁרִי, id eſt Septembri, qui appellationem ſuam habet à תִּירוֹשׁ, id eſt, muſto, quòd eo menſe uindemia fieret: utrunq; autem nomen originem ſuam trahit à uerbo יָרַשׁ, de quo ſuprà ſuo in loco.

REGI SECVLORVM IMMORTALI, INVISIBILI, SOLI SAPIENTI DEO, HONOR, GLORIA IN SECVLA SECVLORVM, AMEN.

# IN IOANNIS FORSTERI DICTIONARIVM HEBRAICVM, OMNIVM VERBORVM, NOminum, aliarumq; uocum à ſua radice quoquomodo uariantium, abſolutus Index, in ſtudioſorum gratiam quam optatiſſime conſcriptus.



| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| א | | אחד | 20 | אמיר | 46 | ארנבת | 407 |
| אבוס | pag. 81 | אחות | 234 | אמש | 457 | ארץ | 777 |
| אבטחים | 86 | אחלי | 254 | אמת | 42. | אש | 49.61 |
| אבן | 102 | אחלמת | 254 | אמתחת | 462 | אשר | 825 |
| אבנים | 103 | אחר | 22 | אן | 46 | אשור | 63 |
| אבעבעות | 103 | אט | 405 | אנא | 46 | אשיות | 61.836 |
| אברך | 117 | אטים | 405 | אנוש | 48.49 | אשישי | 61 |
| אגרת | 129 | אי. | 423 | אני | 46.47 | אשכל | 848 |
| אגד | 133 | איה | 363 | אניה | 46 | אשכר | 852 |
| אגלי | 141 | איבבות | 423 | אנכי | 47 | אשמרת | 872 |
| אגן | 147 | איל | 32 | אנשי | 49 | אשנב | 874 |
| אגרות | 252 | אילו | 34 | אנשים | 27.49 | אשפת | 887 |
| אדאי | 72 | אילי | 30.32 | אסוה | 539 | אשפר | 887 |
| אדון | 167 | אילבת | 328 | אסון | 47 | אשת | 28 |
| אדן | 166 | אין | 423 | אסור | 51 | את | 65 |
| אדני | 167 | איפה | 55 | אסיף | 51 | אתון | 67 |
| אדרכנים | 182 | איתן | 67 | אסיר | 51 | אתיק | 533 |
| אדרם | 9 | אכת | 500 | אף | 47 | אתמול | 431 |
| אהה | 479 | אכזב | 375 | אף | 52 | אתנת | 909 |
| אהוב | 11 | אכזר | 375 | אפוד | 52 | ב | |
| אהי | 24 | אכן | 372 | אפי | 48 | בברל | 73 |
| אוי | 479 | אכר | 395 | אפילות | 54 | בבל | 92 |
| אובל | 3·9 | אל | 32 | אפים | 53 | בבלי | 91 |
| אובר | 6 | אל | 30 | אפים | 55 | בבשי | 103 |
| אוי | 479 | אל | 31 | אפריון | 669 | בבת | 99 |
| אויב | 23 | אלגביש | 153 | אפן | 659 | בא | 77 |
| אויל | 306 | אלהים | 33 | אפס | 661 | באת | 77 |
| אוביל | 29 | אלה | 34 | אפר | 670.55 | באי | 76 |
| אובל | 29 | אלות | 32 | אפרחים | 671 | באחור | 22 |
| אולי | 34 | אלול | 34 | אץ | 15 | באים | 77 |
| אולין | 328 | אלון | 30 | אצבע | 688 | באין | 4[illegible] |
| אולם | 35 | אלי | 31 | אצילת | 56 | באמנת | 37 |
| אולת | 306 | אלי | 32 | אצילי | 56 | באמם | 54 |
| און | 187 | אליה | 30 | אצערת | 706 | באר | 81 |
| אופן | 645 | אליל | 34 | אזרת | 718 | בגודת | 72 |
| אופן | 659 | אלילי | 34 | ארבת | 761 | בגלל | 142 |
| אוצר | 56 | אלילים | 142 | ארבעת | 762 | בד | 72 |
| אורר | 57 | אלים | 30 32 | ארגז | 58 | בדד | 72 |
| אוררים | 57 | אלה | 328 | ארגיעת | 766 | בדבר | 159 |
| אות | 65 | אלם | 35 | ארון | 60 | בדי | 70 |
| אותיות | 65 | אלמגים | 422 | ארחבת | 59 | בתיללי | 198 |
| אזהר | 18 | אלף | 36 | ארור | 57 | בזיר | 75 |
| אזכרת | 214 | אלסום | 727 | ארות | 17 | בורא | 72 |
| אזן | 211 | אם | 41 | ארז | 778 | בורר | 73 |
| אזקים | 220 | אם | 42 | ארי | 42 | בוגר | 71 |
| אזרח | 222 | אמה | 41 | אריאל | 41 | בוזת | 83 |
| אזרע | 224 | אמונים | 38 | אריה | 38 | בוסה | 85 |
| אח | 20 | אמיץ | 43 | אדים | 43 | בול | 308 |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| בולס | 537 | בלים | 93 | גאה | 122 | גלה | 141 |
| בולם | 94 | בלשר | 573 | גאולים | 123 | גלוי | 143 |
| בולס | 94 | בלתי | 91 | גאון | 122 | גלולים | 142 |
| בוצים | 97 | במה | 427 | גאות | 122 | גלום | 144 |
| בוצר | 109 | במו | 69 | גאונים | 121 | גליון | 143 |
| בוקס | 81 | בן | 97 | גאים | 121 | גליל | 141 |
| בוקס | 110 | בן | 87 | גב | 125 | גלות | 143 |
| בוקה | 81 | בנבנה | 469 | גבול | 126 | גם | 144 |
| בוקע | 110 | בנים | 97 | גבור | 127 | גמול | 145 |
| בוקר | 111 | בנות | 88 | גבור | 128 | גמל | 145 |
| בור | 113 | בנות | 99 | גבורה | 128 | גן | 146 |
| בורא | 114 | בניה | 101 | גבי | 125 | גנבה | 147 |
| בושת | 85 | בנים | 87 | גביע | 127 | גנב | 147 |
| בז | 83 | בגים | 97 | גביר | 127 | גנזכים | 154 |
| בז | 80 | בעבר | 566 | גבן | 125 | גנים | 124 |
| בזוז | 83 | בעד | 70 | גבננים | 126 | גף | 135 |
| בזוי | 83 | בעד | 573 | גבעל | 126 | געה | 148 |
| בזיון | 83 | בעור | 575 | גבתא | 126 | גר | 136 |
| בחון | 84 | בעולה | 104 | גד | 128 | גר | 473 |
| בחור | 84 | בעותי | 108 | גד | 129 | גרגרות | 150 |
| בחזם | 241 | בעיר | 107 | גדוד | 129 | גרון | 150 |
| בחיר | 85 | בעלה | 105 | גדול | 130 | גרושה | 152 |
| בטרם | 305 | בצור | 109 | גדופה | 131 | גרות | 137 |
| בי | 69 | בציר | 109 | גדלה | 129 | גרל | 150 |
| ביאה | 78 | בקבוק | 110 | גדלת | 314 | גרן | 137 |
| ביאור | 70 | בקיעים | 111 | גדי | 129 | גרש | 151 |
| ביד | 69 | בר | 112 | גדילים | 131 | גרושות | 152 |
| בידי | 70 | ברברים | 113 | גה | 132 | גשם | 152 |
| בין | 98 | ברגע | 766 | גואל | 123 | גתית | 153 |
| ביצה | 108 | ברה | 81 | גוה | 121 | ד | |
| בירה | 5 | ברה | 112 | גוה | 133 | דד | 164 |
| בית | 100 | ברודים | 115 | גוז | 133 | דאג | 162 |
| ביתה | 100 | ברוך | 116 | גוזל | 138 | דבא | 154 |
| ביתן | 101 | ברור | 112 | גולל | 140 | דבה | 155 |
| בכא | 90 | ברות | 115 | גולה | 143 | דבי | 155 |
| בכנת | 90 | ברוח | 81 | גומץ | 733 | דביונים | 155 |
| בכי | 90 | ברות | 115 | גור | 137 | דבים | 155 |
| בכירה | 90 | ברי | 783 | גורל | 150 | דביר | 160 |
| בכן | 372 | בריא | 114 | גורל | 765 | דבר | 156 |
| בכר | 91 | בריה | 115 | גוש | 152 | דבר | 157 |
| בכרה | 90 | בריח | 116 | גז | 138 | דבר | 158 |
| בכרי | 90 | בריח | 113 | גזה | 138 | דבת | 155 |
| בלא | 404 | בשל | 808 | גזל | 138 | דג | 162 |
| בלאי | 93 | בשנה | 82 | גזיר | 139 | דגה | 162 |
| בלה | 94 | בשור | 120 | גזם | 138 | דגון | 162 |
| בלהה | 74 | בשת | 82 | גחון | 133 | דגר | 162 |
| בלג | 94 | בת | 99 | גי | 135 | דגל | 163 |
| בלוי | 93 | בת | 101 | גיח | 133 | דגת | 162 |
| בלול | 92 | בתה | 101 | גיחון | 134 | דוב | 155 |
| בלס | 404 | בתים | 100 | גיל | 135 | דוי | 164 |
| בלי | 91 | ג | | גיר | 137 | דומה | 165 |
| בלי | 93 | גב | 147 | גל | 141 | דומיה | 175 |
| בליל | 92 | גא | 133 | גלגל | 141 | דומם | 165 |


דון

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| דוך | 165 | האריך | 59 | הגיץ | 472 | הוביח | 323 |
| דוכה | 177 | הארים | 6 | הגיף | 135 | הולד | 326 |
| דוכה | 177 | האריר | 9 | הגיר | 473 | הוליד | 326 |
| דוש | 168 | האחיל | 12 | הגיש | 474 | הולה | 194 |
| דולקים | 174 | האזין | 18 | הגל | 141 | הוליך | 325 |
| דחויה | 169 | האזניה | 218 | הגלה | 143 | הולל | 193 |
| דחופים | 169 | האזיר | 18 | הגמיא | 144 | הוללים | 192 |
| דחי | 169 | האת | 19 | הגן | 162 | הומיח | 198 |
| די | 170 | האשים | 23 | הגן | 146 | הומת | 432 |
| די | 170 | האין | 423 | הגע | 472 | הונח | 330 |
| דין | 165 | האיץ | 15 | הגעיל | 148 | הונת | 487 |
| דיש | 168 | האיר | 15 | הגש | 474 | הוסב | 535 |
| דך | 165 | האביל | 29 | הד | 315 | הוסר | 333 |
| דכת | 172 | האלה | 30 | הדד | 475 | הוסיף | 334 |
| דכי | 172 | האמין | 38 | הדבים | 156 | הוער | 572 |
| דל | 172 | האמין | 41 | הדביר | 158 | הומיע | 340 |
| דל | 174 | האמיץ | 43 | הדום | 175 | הוצא | 341 |
| דלח | 173 | האפס | 54 | הדור | 185 | הוצג | 343 |
| דלי | 173 | האשים | 62 | הדיח | 165 | הוצק | 344 |
| דלת | 173 | הבאיש | 70 | הדיח | 478 | הוקד | 345 |
| דם | 8 | הבת | 319 | הדם | 175 | הוקם | 726 |
| דם | 176 | הב הב | 319 | הדין | 166 | הוקיע | 346 |
| דמת | 165 | הבהבים | 319 | הדים | 171 | הוקיר | 347 |
| דמי | 8 | הבחיל | 74 | הדבא | 172 | הורד | 350 |
| דמי | 175 | הבו | 10 | הדליס | 174 | הורח | 202 |
| דמיון | 176 | הבי | 319 | הדס | 177 | הורח | 351 |
| דמן | 175 | הבות | 83 | הדר | 9 | הורת | 783 |
| דמם | 165 | הבסיה | 86 | הדריה | 178 | הוריד | 350 |
| דמשק | 9 | הבי | 319 | הדשא | 181 | הורם | 774 |
| דן | 166 | הביא | 78 | הי | 479 | הוריש | 553 |
| דצחם | 163 | הביס | 466 | הוא | 186 | הושב | 828 |
| דע | 318 | הבין | 87 | הואיל | 306 | הושב | 357 |
| דעת | 318 | הביע | 469 | הובא | 78 | הושד | 825 |
| דעת | 318 | הביש | 82 | הובל | 308 | הושר | 829 |
| דק | 177 | הבעיר | 107 | הוביש | 309 | הושיב | 356 |
| דקוס | 177 | הבסיע | 110 | הוגה | 310 | הושיט | 357 |
| דר | 178 | הבסף | 111 | הוגיע | 311 | הותיר | 361 |
| דראון | 350 | הבר | 112 | הוד | 315 | הותל | 203 |
| דרדר | 178 | הברח | 115 | הודח | 314 | הזח | 488 |
| דרושים | 181 | הבריך | 117 | הודיע | 317 | הזיד | 208 |
| דרמשק | 9 | הבריח | 115 | הודש | 169 | הזיל | 209 |
| דתא | 182 | הברים | 114 | הוה | 187 | הזיל | 488 |
| דתי | 182 | הבשיל | 118 | הוטל | 300 | הזים | 188 |
| ה | | הגבית | 124 | שלח | 592 | הזיר | 489 |
| הה | 479 | הגביל | 126 | הוצא | 342 | הזה | 213 |
| החים | 191 | הגביר | 127 | הותות | 231 | הזמה | 213 |
| החס | 199 | הגר | 469 | הוחל | 321 | הזמיר | 214 |
| החעבר | 565 | הגה | 470 | הוחל | 251 | הזנח | 210 |
| החרח | 201 | הגות | 185 | הוחל | 235 | הזבית | 218 |
| האכיל | 3 | הגיג | 185 | הוי | 479 | הזקין | 220 |
| האביר | 2 | הגיד | 469 | הויה | 188 | הזריע | 223 |
| האביר | 5 | הגית | 133 | הומת | 500 | החזיל | 232 |



החזה

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| החזה | 238 | הכה | 499 | המיר | 437 | הסרון | 271 |
| החזיק | 240 | הכת | 500 | המיש | 432 | הסתבל | 537 |
| החטיא | 242 | הכזיב | 375 | המיש | 457 | הסתופף | 540 |
| החיש | 238 | הכחיד | 376 | המית | 430 | הסתיר | 559 |
| החל | 235 | הכי | 377 | המית | 432 | הסתפח | 554 |
| החל | 250 | הכיל | 370 | המלה | 199 | העביד | 561 |
| החלה | 253 | הכיר | 502 | המלח | 442 | העביט | 563 |
| החלים | 254 | הכין | 371 | המליט | 443 | העביר | 564 |
| החליף | 255 | הכלים | 381 | המליך | 443 | הערה | 569 |
| החליץ | 256 | הכן | 372 | המלך | 443 | הערח | 575 |
| החליס | 256 | הכנעני | 383 | המס | 447 | העט | 582 |
| החביף | 266 | הכעים | 388 | המסה | 447 | העטה | 586 |
| החסיר | 271 | הכרה | 502 | המעיד | 448 | העטיף | 587 |
| החפה | 553 | הכריע | 396 | המעיט | 449 | העיב | 571 |
| החפיר | 274 | הכרת | 396 | המציא | 451 | העיד | 574 |
| החפך | 200 | הכשיל | 398 | המר | 453 | העיז | 582 |
| החריב | 280 | הכשיר | 399 | המרה | 456 | העיף | 579 |
| החריד | 281 | הכתיר | 401 | המריא | 455 | העיר | 580 |
| החרה | 282 | הלא | 403 | המשה | 458 | העלה | 592 |
| החרים | 283 | הלאה | 193 | המשיל | 460 | העלות | 594 |
| החריש | 287 | הלאה | 404 | המתים | 462 | העלים | 597 |
| החשה | 289 | הלבין | 407 | הן | 188 | העמד | 604 |
| החשיך | 289 | הלביש | 407 | הנה | 188 | העמים | 605 |
| החתה | 292 | הלר | 326 | הנה | 331 | העצמים | 605 |
| החתים | 293 | הלח | 404 | הנחה | 484 | הענה | 610 |
| הטבע | 297 | הלוה | 409 | הנחה | 489 | הענים | 612 |
| הטה | 265 | הלולים | 193 | הנהל | 490 | העפיל | 613 |
| הטה | 495 | הלום | 197 | הנחיל | 490 | העציב | 615 |
| הטהר | 297 | הלומי | 197 | הניא | 451 | העצים | 616 |
| הטיב | 298 | הלות | 30 | הניד | 482 | העקיש | 620 |
| הטיל | 300 | הלזו | 410 | הניח | 483 | הערבתה | 623 |
| הטיף | 497 | הליך | 410 | הניל | 135 | הערת | 625 |
| הטפת | 302 | הליף | 194 | הנים | 485 | העריך | 626 |
| הטריח | 305 | הלין | 411 | הניע | 486 | הערים | 628 |
| הטריף | 305 | הליץ | 412 | הניף | 487 | העריץ | 629 |
| הטרם | 305 | הלבאים | 364 | הנים | 498 | העריב | 622 |
| הי | 479 | הלום | 254 | הנעיל | 505 | העשיר | 633 |
| היא | 187 | הלפיג | 418 | הנפה | 487 | העתים | 636 |
| הידד | 315 | הלפיט | 418 | הניץ | 487 | העתיר | 637 |
| היום | 320 | הלפים | 597 | הסב | 535 | הפאה | 655 |
| היזילות | 209 | הלפים | 587 | הסג | 503 | הפנות | 641 |
| היטיב | 322 | הלשין | 422 | הסגיר | 538 | הפגיע | 639 |
| היה | 24 | הלת | 30 | הסיג | 503 | הפדה | 640 |
| היכל | 324 | הם | 198 | הסיך | 504 | הפוכה | 200 |
| היליבי | 328 | המון | 198 | הסיע | 505 | הפחיר | 646 |
| היליל | 325 | המור | 261 | הסיף | 539 | הפטיר | 647 |
| הין | 187 | המות | 198 | הסיר | 541 | הפיח | 641 |
| הינים | 332 | המחה | 434 | הסך | 543 | הפיח | 508 |
| הכאה | 364 | המטיר | 436 | הסכיל | 545 | הביל | 509 |
| הכאיב | 364 | המיה | 198 | הסכין | 546 | הפיץ | 643 |
| הכביד | 364 | המיות | 198 | הסכית | 546 | הפיס | 643 |
| הכבס | 366 | המיל | 430 | הסכנה | 551 | | המלת |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| תפלא | 650 | תקטין | 729 | תריע | 775 | תשבים | 850 |
| תפלה | 650 | תקטיר | 730 | תריץ | 777 | תשבץ | 851 |
| תפליא | 649 | תקיא | 723 | תריס | 783 | תשבל | 850 |
| תפלים | 651 | תקים | 726 | תרך | 784 | תשלח | 854 |
| תפנה | 653 | תקיף | 346 | תרביב | 785 | תשליג | 854 |
| תפצר | 664 | תקיץ | 728 | תרגין | 789 | תשליח | 856 |
| תפקד | 666 | תקיר | 644 | תרס | 222 | תשליך | 858 |
| תפר | 644 | תקיר | 729 | תרעיב | 792 | תשלים | 859 |
| תפרח | 669 | תקל | 731 | תרעים | 795 | תשם | 863 |
| תפריח | 670 | תקנה | 735 | תרעיף | 796 | תשמיד | 865 |
| תפרים | 671 | תקניא | 734 | תרעיש | 796 | תשמיח | 866 |
| תפריע | 672 | תקפיא | 737 | תרפה | 797 | תשמיל | 867 |
| תפריש | 675 | תקצת | 739 | תרצה | 800 | תשמין | 867 |
| תפשיט | 678 | תקציע | 740 | תססאה | 28 | תשמיע | 869 |
| תפתח | 680 | תקציף | 740 | תרקיד | 802 | תשמעות | 870 |
| תצבת | 687 | תקציר | 741 | תרקיח | 802 | תשמית | 866 |
| תצת | 343 | תקרא | 746 | תרקיע | 803 | תשמר | 871 |
| תצרים | 689 | תקרה | 746 | תרשיע | 804 | תשע | 877 |
| תצח | 513 | תקריב | 744 | תרתיח | 806 | תשפיל | 886 |
| תצהיל | 692 | תקריח | 747 | תשאיל | 812 | תשפיט | 887 |
| תצהיר | 692 | תקשיב | 750 | תשאיר | 814 | תתפתל | 682 |
| תצטדק | 689 | תקשיח | 752 | תשאת | 520 | תשקה | 889 |
| תצטיד | 692 | תר | 201 | תשאת | 530 | תשקיט | 890 |
| תצטיר | 697 | תראה | 755 | תשאת | 810 | תשקיע | 892 |
| תציב | 343 | תרב | 761 | תשביע | 818 | תשקף | 892 |
| תציג | 343 | תרבה | 760 | תשביר | 820 | תשריש | 898 |
| תציל | 515 | תרביע | 762 | תשביר | 821 | תשתאה | 810 |
| תצים | 15 | תרביץ | 763 | תשנה | 823 | תשתבח | 816 |
| תציע | 344 | תרגי | 201 | תשנה | 823 | תשתגע | 824 |
| תציף | 694 | תרגיל | 765 | תשניא | 822 | תשתוחח | 837 |
| תציץ | 698 | תרגים | 221 | תשניב | 823 | תשתולל | 853 |
| תציס | 694 | תרגיע | 766 | תשניח | 823 | תשתומם | 863 |
| תציר | 741 | תרגיע | 767 | תשח | 526 | תשתונן | 873 |
| תציר | 695 | תרגיז | 764 | תשוח | 530 | תשתחוה | 837 |
| תצית | 346 | תרדה | 768 | תשח | 837 | תשתבח | 847 |
| תצית | 699 | תרדיף | 768 | תשחח | 837 | תשתבר | 852 |
| תצלח | 515 | תרח | 201 | תשחית | 841 | תשתמר | 871 |
| תצליח | 702 | תרחיא | 769 | תשיא | 520 | תשתנה | 874 |
| תצמיד | 703 | תרתים | 201 | תשיא | 522 | תשתעה | 878 |
| תצמיח | 704 | תרוה | 770 | תשיב | 525 | תשתער | 353 |
| תצמית | 704 | תרה | 202 | תשיב | 528 | תשתעשע | 878 |
| תצניע | 705 | תרומם | 774 | תשית | 525 | תשתפך | 886 |
| תצע | 344 | תרוס | 202 | תשיר | 829 | תשתקשק | 888 |
| תצעיד | 706 | תרחיב | 779 | תשיך | 527 | תשתרר | 893 |
| תצעים | 707 | תרחם | 782 | תשים | 832 | תשתרע | 895 |
| תצפין | 710 | תרי | 201 | תשים | 529 | תתאבל | 3 |
| תצר | 711 | תריב | 769 | תשיר | 835 | תתאבך | 3 |
| תצריח | 712 | תריר | 770 | תשך | 845 | תתאדם | 6 |
| תקדים | 718 | תרון | 202 | תשבב | 846 | תתאוה | 901 |
| תקדיר | 719 | תרים | 221 | תשביב | 846 | תתאנח | 12 |
| תקדיש | 720 | תרים | 774 | תשביח | 847 | תתאונן | 15 |
| תקהיל | 722 | תריסות | 203 | תשביל | 848 | תתאזר | 18 |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 46 | האביח | 580 | חתעורר | 530 | חתיך | 19 | חתאחר |
| 319 | רחב | 582 | חתעשת | 339 | חתיצץ | 43 | חתאמץ |
| 328 | וילך | 909 | חתעיב | 339 | חתיפח | 47 | חתאנף |
| 314 | ויסף | 590 | חתעלל | 343 | חתיצב | 51 | חתאסף |
| 327 | ובלך | 593 | חתעלה | 533 | חתיס | 55 | חתאפק |
| 328 | ונלה | 597 | חתעלם | 533 | חתיר | 61 | חתאשש |
| | | 601 | חתעלס | 365 | חתכבד | 70 | חתבאש |
| | ז | 601 | חתעלף | 371 | חתכונן | 92 | חתבולל |
| 207 | זאת | 607 | חתענג | 376 | חתכחש | 88 | חתבונן |
| 208 | זב | 610 | חתענה | 383 | חתכנס | 82 | חתבושש |
| 208 | זבח | 615 | חתעצב | 385 | חתכסה | 111 | חתבקע |
| 204 | זבוב | 621 | חתערב | 391 | חתכפר | 117 | חתברך |
| 206 | זבול | 625 | חתערה | 407 | חתלבן | 112 | חתברר |
| 208 | זבת | 621 | חתערער | 411 | חתלונן | 120 | חתבשר |
| 208 | זד | 633 | חתעשר | 412 | חתלוצץ | 123 | חתגאל |
| 208 | זדון | 635 | חתעשת | 415 | חתלחש | 127 | חתגבר |
| 207 | זה | 635 | חתעתר | 203 | חתלים | 130 | חתגדל |
| 212 | זהלי | 638 | חתפאל | 416 | חתלכד | 128 | חתגודד |
| 206 | זו | 643 | חתפוצץ | 420 | חתלקט | 135 | חתגולל |
| 206 | זוח | 644 | חתפורר | 426 | חתמרד | 141 | חתגולל |
| 215 | זולל | 648 | חתפלל | 908 | חתמה | 141 | חתגלגל |
| 218 | זועם | 649 | חתפלא | 426 | חתמהמה | 143 | חתגלח |
| 222 | זורח | 652 | חתפלץ | 429 | חתמוגג | 144 | חתגלע |
| 223 | זורע | 652 | חתפלש | 430 | חתמולל | 148 | חתגנב |
| 224 | זורס | 662 | חתפעם | 438 | חתמכר | 149 | התגעש |
| 213 | זה | 666 | חתפקר | 441 | חתמלא | 136 | חתגרר |
| 213 | זבח | 668 | חתפרד | 443 | חתמלט | 149 | חתגרה |
| 213 | זכור | 675 | חתפרס | 906 | חתם | 185 | חתחדר |
| 215 | זלזלים | 678 | חתפשט | 453 | חתמרמר | 193 | חתחולל |
| 209 | זלים | 716 | חתקבץ | 460 | חתמשל | 193 | חתחלל |
| 215 | זלות | 719 | חתקדר | 78 | חתנבא | 194 | חתחלה |
| 215 | זמה | 721 | חתקדש | 470 | חתנוה | 200 | חתחפה |
| 217 | זמורה | 725 | חתקוטט | 473 | חתנגף | 314 | התרדה |
| 217 | זמיר | 732 | חתקלס | 475 | חתנדב | 530 | חתוה |
| 217 | זמירות | 731 | חתקלקל | 480 | חתנחל | 902 | התז |
| 216 | זמות | 740 | חתקצף | 492 | חתנחם | 228 | חתחבר |
| 216 | זמת | 752 | חתקשר | 482 | חתנודד | 233 | חתחדש |
| 210 | זן | 755 | חתראה | 485 | חתנוסס | 235 | התחולל |
| 210 | זנח | 764 | חתרצץ | 490 | חתנחל | 241 | חתחגג |
| 210 | זנות | 776 | חתרועע | 383 | חתנער | 243 | חתחטא |
| 211 | זעה | 791 | חתרועע | 501 | חתנכל | 249 | חתחכם |
| 211 | זעוה | 777 | חתרוצץ | 506 | חתנשר | 253 | חתחלח |
| 218 | זעם | 781 | חתרחץ | 509 | חתנפל | 258 | חתחמם |
| 219 | זעיר | 393 | חתרפה | 515 | חתנגל | 260 | חתחבץ |
| 220 | זקן | 796 | חתרפא | 519 | חתנסם | 261 | חתחמס |
| 212 | זר | 798 | חתרפת | 520 | חתנשש | 263 | חתחנן |
| 222 | זר | 798 | חתרפס | 522 | חתנשא | 267 | חתחסד |
| 212 | זרא | 800 | חתרצה | 570 | חתעכן | 279 | חתחסח |
| 212 | זרח | 830 | חתשוסט | 910 | חתעוה | 287 | חתחרש |
| 223 | זרוע | | | 572 | חתעודד | 288 | חתחשב |
| 223 | זרועת | | ר | 578 | חתעלל | 322 | חתיחש |
| 212 | זרות | 14 | ראה | 579 | חתעופף | 326 | חתילד |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| זרזיר | 84 | חיה | 245 | חסות | 269 | חתנת | 294 |
| זרזיר | 222 | חיות | 245 | חסיד | 266 | ס | |
| זרים | 213 | חיות | 247 | חסידה | 267 | סבוה | 296 |
| ח | | חיות | 248 | חסידה | 268 | סבולים | 297 |
| חחביא | 225 | חיל | 235 | חסיל | 270 | סבור | 297 |
| חחביר | 228 | חין | 263 | חסין | 270 | סחור | 298 |
| חבור | 228 | חיץ | 237 | חסית | 543 | סוחן | 300 |
| חבורה | 229 | חירם | 286 | חף | 271 | סור | 497 |
| חביון | 226 | חיש | 238 | חפה | 271 | סחון | 300 |
| חבתים | 226 | חית | 247 | חפוי | 271 | סחות | 299 |
| חג | 229 | חיתו | 247 | חפן | 272 | סחים | 299 |
| חגגי | 230 | חך | 249 | חץ | 275 | סיח | 299 |
| חגא | 230 | חכליל | 376 | חצות | 276 | סיס | 436 |
| חגור | 231 | חכריך | 395 | חצות | 237 | סירה | 299 |
| חגים | 230 | חל | 236 | חצי | 276 | סירה | 497 |
| חגר | 137 | חלאים | 253 | חצן | 276 | סל | 301 |
| חגרים | 151 | חלאתה | 254 | חצר | 277 | סלה | 301 |
| חד | 29 | חלה | 252 | חק | 279 | סלוא | 301 |
| חדה | 231 | חלון | 251 | חק | 278 | סלסלה | 300 |
| חדוה | 231 | חלוץ | 256 | חקות | 278 | סמוך | 302 |
| חדס | 169 | חלושה | 257 | חקים | 278 | סף | 303 |
| חוב | 246 | חלות | 255 | חקת | 278 | סריה | 304 |
| חוג | 233 | חלחלה | 235 | חר | 237 | | |
| חוגג | 229 | חלי | 253 | חראי | 238 | יאור | 307 |
| חוה | 248 | חלי | 254 | חרום | 283 | יבאו | 76 |
| חוסא | 242 | חליל | 251 | חרון | 282 | יבול | 308 |
| חול | 251 | חלילה | 251 | חרוץ | 285 | יבלת | 92 |
| חולה* | 253 | חליפה | 255 | חרי | 237 | יגון | 310 |
| חוללים | 251 | חליצה | 256 | חרי | 282 | יגיע | 311 |
| חולה | 256 | חלבה | 254 | חריטים | 283 | יד | 311 |
| חולש | 257 | חלבה | 413 | חריץ | 285 | יד | 312 |
| חום | 258 | חלמיש | 257 | חריש | 286 | יד | 313 |
| חומות | 159 | חלת | 252 | חרטמים | 284 | ידוע | 317 |
| חומץ | 260 | חם | 258 | חרמש | 286 | ידעונים | 318 |
| חונה | 265 | חמאה | 258 | חררים | 280 | ידות | 314 |
| חונן | 263 | חמה | 258 | חרצבות | 281 | ידיד | 164 |
| חוף | 271 | חמוד | 259 | חש | 238 | ידים | 313 |
| חופר | 274 | חמוץ | 260 | חשופי | 290 | ידעני | 318 |
| חוקקי | 277 | חמוקים | 261 | חשורים | 291 | יה | 191 |
| חושך | 290 | חמות | 158 | חשים | 238 | יהוא | 186 |
| חות | 248 | חמט | 245 | חשיפי | 290 | יהודה | 315 |
| חותם | 293 | חמרים | 258 | חשמל | 290 | יהודה | 315 |
| חזון | 239 | חמיץ | 261 | חשמנים | 289 | יהוה | 188 |
| חזות | 239 | חמישים | 262 | חשן | 289 | יהושע | 359 |
| חזיון | 239 | חמנים | 259 | חת | 291 | יהיר | 428 |
| חורים | 239 | חמת | 258 | חתה | 291 | יהלום | 197 |
| חטים | 265 | חן | 263 | חתול | 292 | יום | 191 |
| חטמא | 301 | חנון | 263 | חתום | 293 | יובל | 308 |
| חיים | 245 | חניות | 265 | חתחבא | 225 | יובל | 309 |
| חיים | 246 | חניה | 266 | חתחתים | 291 | יודע | 317 |
| חיין | 248 | חנינת | 264 | חתים | 291 | יולד | 325 |
| חית | 247 | חנם | 264 | חתית | 291 | יולדת | 327 |
| חירה | 234 | חסון | 270 | חתל | 292 | | |


יונה

| | |
|---|---|
| יונת | 330 |
| יונק | 331 |
| יוסת | 334 |
| יועץ | 338 |
| יוצא | 341 |
| יוצר | 345 |
| יוצר | 345 |
| יוקדת | 346 |
| יוקשים | 348 |
| יורד | 350 |
| יורת | 351 |
| יורשים | 354 |
| יושב | 359 |
| יזע | 211 |
| יחיד | 321 |
| יחמור | 262 |
| יכן | 263 |
| יכין | 373 |
| ילדות | 327 |
| ילוד | 326 |
| יליד | 327 |
| ילה | 328 |
| ילפת | 419 |
| ילק | 419 |
| ילקות | 420 |
| ימה | 330 |
| ימות | 320 |
| ימים | 330 |
| ימים | 320 |
| ימין | 40 |
| ימני | 41 |
| ימר | 437 |
| ינקות | 332 |
| ינשוף | 528 |
| יסוד | 333 |
| יסר | 335 |
| יעים | 337 |
| יען | 611 |
| יענת | 609 |
| יעת | 579 |
| יפי | 581 |
| יפות | 389 |
| יפי | 339 |
| יפת | 339 |
| יפת | 680 |
| יצחר | 692 |
| יצוע | 344 |
| יצוק | 344 |
| יצורים | 345 |
| יקחם | 698 |
| יקהת | 346.722 |
| יקוד | 346 |
| יקום | 727 |

| | |
|---|---|
| יקושש | 728 |
| יקוש | 348 |
| יקיר | 348 |
| ירבעל | 106 |
| ירדן | 307 |
| ירושת | 355 |
| יריבים | 770 |
| ירה | 784 |
| יריעת | 795 |
| ירפש | 798 |
| ישועת | 359 |
| ישחם | 840 |
| ישיש | 356 |
| ישימון | 358 |
| ישרון | 834 |
| ישישום | 835 |
| יתום | 907 |
| יתור | 902 |
| יתמים | 907 |

כ

| | |
|---|---|
| כבב | 366 |
| כבת | 363 |
| כבר | 373 |
| כאב | 364 |
| כאביר | 367 |
| כאן | 423 |
| כאפס | 54 |
| כארי | 394 |
| כבוד | 365 |
| כבודה | 365 |
| כבול | 366 |
| כביר | 9 |
| כפר | 367 |
| כברת | 367 |
| כד | 417 |
| כדבר | 359 |
| כדור | 367 |
| כדי | 363 |
| כדים | 417 |
| כדכד | 417 |
| כה | 363 |
| כהות | 368 |
| כואב | 363 |
| כובד | 365 |
| כובס | 366 |
| כובע | 716 |
| כובשים | 367 |
| כוזב | 375 |
| כוינת | 369 |
| כוכב | 366 |
| כומז | 381 |
| כונים | 369 |
| כוס | 384 |

| | |
|---|---|
| כושל | 398 |
| כור | 374 |
| כושרות | 399 |
| כורת | 396 |
| כי | 376 |
| כי | 369 |
| כיד | 417 |
| כיון | 369 |
| כיור | 374 |
| כילי | 379 |
| כים | 385 |
| כירים | 374 |
| כל | 378 |
| כלא | 378 |
| כלה | 378 |
| כלוא | 379 |
| כלוא | 404 |
| כלוב | 379 |
| כלולות | 378 |
| כלי | 380 |
| כליון | 380 |
| כליל | 377 |
| כלה | 381 |
| כלכל | 370 |
| כלף | 390 |
| כמת | 427 |
| כמו | 363 |
| כמו־כן | 372 |
| כן | 371 |
| כנגד | 470 |
| כנה | 371 |
| כני | 382 |
| כנות | 382 |
| כנים | 373 |
| כנם | 373 |
| כנרות | 384 |
| כס | 386 |
| כסא | 386 |
| כסותים | 386 |
| כסוי | 385 |
| כסות | 385 |
| כסיל | 386 |
| כסלי | 387 |
| כסתות | 385 |
| כעל | 596 |
| כף | 389 |
| כפה | 389 |
| כפיל | 390 |
| כפורים | 389 |
| כפור | 392 |
| כפות | 389 |
| כפים | 389 |
| כפיר | 392 |

| | |
|---|---|
| כפירים | 391 |
| כפן | 390 |
| כפתר | 393 |
| כרוב | 393 |
| כרות | 395 |
| כרות | 396 |
| כריתת | 397 |
| כרכר | 395 |
| כרסם | 395 |
| כרתי פלתי | 397 |
| כשור | 399 |
| כשרים | 375 |
| כשיל | 398 |
| כתוב | 400 |
| כתות | 399 |
| כתית | 399 |

ל

| | |
|---|---|
| ללא | 404 |
| ללאות | 411 |
| לא | 408 |
| לאריב | 6 |
| לאחור | 22 |
| לאין | 423 |
| לאם | 41 |
| לב | 405 |
| לבאים | 406 |
| לבדד | 73 |
| לבה | 406 |
| לבונה | 407 |
| לבוש | 407 |
| לבשה | 86 |
| לביא | 406 |
| לבלי | 91 |
| לבלתי | 91 |
| לבת | 406 |
| לדת | 327 |
| לחג | 185 |
| לחסה | 722 |
| לחשאות | 810 |
| לו | 409 |
| לוא | 403 |
| לוחש | 415 |
| לוי | 409 |
| לולא | 409 |
| לוז | 412 |
| לוקח | 420 |
| לז | 410 |
| לזה | 410 |
| לזות | 410 |
| לח | 412 |
| לחום | 413 |
| לחים | 412 |
| לחתים | 410 |


לטאת

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| למסח | 405 | ממים | 432 | מאררים | 57 | מאור | 137 |
| לטי | 404 | ממרץ | 643 | מארשת | 60 | מגורת | 137 |
| לוית | 410 | ממכר | 438 | מאשר | 63 | מגורי | 137 |
| לין | 411 | ממלא | 441 | מאשרים | 63 | מגורות | 139 |
| ליש | 412 | ממלט | 443 | מאת | 423 | מגיד | 469 |
| לך | 328 | ממליך | 443 | מבדלות | 73 | מגית | 133 |
| לכת | 328 | ממלח | 442 | מבדיל | 73 | מגיש | 474 |
| לכי | 328 | ממתים | 444 | מבחל | 74 | מגל | 141 |
| לכי | 328 | ממסך | 448 | מבול | 92 | מגלת | 143 |
| לכבח | 501 | ממעיט | 449 | מבוכח | 80 | מגלחי | 144 |
| לכבת | 328 | ממעל | 525 | מבוכה | 117 | מגמת | 144 |
| למח | 427 | ממציא | 451 | מבוסת | 81 | מגן | 147 |
| למור | 417 | מומר | 454 | מבוע | 469 | מגבי | 147 |
| למודים | 417 | ממרא | 756 | מבוסח | 81 | מגערת | 149 |
| למשח | 496 | ממרט | 456 | מבתר | 85 | מגפת | 473 |
| למנצח | 513.515 | ממשל | 460 | מבס | 466 | מגרת | 150 |
| למעלה | 594 | ממשל | 461 | מבסח | 85 | מגרים | 473 |
| למען | 611 | ממשך | 459 | מבטח | 86 | מגרעות | 151 |
| למרחות | 782 | ממשש | 457 | מבסית | 86 | מגרפות | 152 |
| למשחית | 842 | ממשס | 889 | מביס | 464 | מגרות | 136 |
| למתי | 452 | ממתקים | 463 | מביש | 82 | מגרש | 152 |
| לנער | 469 | מאביד | 2 | מביא | 78 | מגש | 474 |
| לנים | 411 | מאבורים | 2 | מבין | 87 | מגר | 475 |
| לנצח | 514 | מאדם | 6 | מבלי | 91 | מדבר | 161 |
| לעולם | 601 | מאהבים | 11 | מבלית | 93 | מדבר | 158 |
| לעילום | 601 | מאוי | 13 | מבלעים | 94 | מדבר | 158 |
| לעמת | 603 | מאוס | 424 | מבלעדי | 573 | מדה | 426 |
| לפי | 655 | מאום | 43 | מבלקת | 94 | מדהבה | 163 |
| לפני | 658 | מאור | 16 | מבלתי | 91 | מדוח | 165 |
| לפנים | 656 | מאודת | 17 | מבכה | 90 | מדוגים | 166 |
| לץ | 413 | מאזר | 18 | מבכירה | 91 | מדון | 166 |
| לצנים | 412 | מאזנים | 18 | מבנה | 101 | מדון | 426 |
| לצר | 638 | מאחו | 21 | מבער | 573 | מדוחים | 478 |
| לצון | 412 | מאחרים | 22 | מבשרת | 107 | מדוע | 319 |
| לצים | 412 | מאיר | 15 | מבצר | 110 | מדורה | 168 |
| לרא | 493 | מאיות | 423 | מבעת | 108 | מדחה | 169 |
| לסראת | 746 | מאין | 423 | מבקש | 112 | מדחפות | 169 |
| לרים | 783 | מאין | 25 | מבריח | 115 | מדי | 170 |
| לשד | 826 | מאביל | 29 | מברך | 117 | מדיצים | 166 |
| לשות | 412 | מאכל | 29 | מבשים | 82 | מדין | 166 |
| לשבח | 851 | מאכלת | 29 | מבשל | 118 | מדיבות | 154 |
| לשפת | 421 | מאלמים | 35 | מבשלים | 118 | מדינה | 166 |
| לשבת | 422 | מאלף | 36 | מבשר | 120 | מדבא | 172 |
| להט | 408 | מאמין | 38 | מגאל | 123 | מדבה | 165 |
| מ | | מאמצי | 44 | מגבלות | 126 | מדלג | 173 |
| ממאיר | 425 | מאמץ | 43 | מגבית | 125 | מדמנה | 176 |
| ממתות | 137 | מאמר | 46 | מגבעות | 127 | מדן | 166 |
| ממול | 431 | מאסף | 50 | מגד | 72 | מדע | 315 |
| ממותי | 434 | מאפה | 53 | מגדול | 131 | מדקרים | 178 |
| ממהר | 212 | מאפליה | 54 | מגדל | 130 | מדרגה | 178 |
| ממחים | 429 | מאפס | 54 | מגדלים | 130 | מדרשה | 169 |
| ממחרת | 435 | מארב | 57 | מגדף | 131 | מדרה | 179 |
| ממסיר | 436 | מארה | 59 | מגלה | 135.140 | מדרש | 181 |


I מח

מת 426
מחבילים 184
מחול 418
מחוללים 193
מחומה 191
מחיר 428
מחלאה 193
מחללים 192
מחלה 195
מחלכים 194
מחלמות 197
מחמורות 429
מחבכת 200
מחרסים 203
מחתלות 203
מואס 424
מובא 78
מובס 81
מודד 426
מודה 314
מודיע 318
מודע 318
מוחל 431
מוזר 212
מוחה 434
מוכית 324
מוכן 371
מולל 439
מולדת 327
מוליד 326
מוליך 328
מולך 443
מום 43
מומת 432
מונח 444
מוסבות 535
מוסד 332
מוסה 333
מוסר 335.541
מוסר 336
מוסרת 336
מועדת 448
מועל 591
מופת 579-580
מועסת 589
מועצות 339
מוטו 645
מופת 339
מוצא 451
מוצא 342
מוציא 342
מוצק 695
מוצקת 344

מוקד 346
מוקשים 346
מוקש 348
מור 454
מורא 350
מוראה 756
מורד 455
מורג 425
מורה 456
מורה 351.456
מוריד 158.350
מוריש 355
מושב 828
מושיב 357
מושיע 358
מושך 452
מושל 460
מושעות 359
מותת 434
מותי 434
מותר 362
מזוזות 209
מזונים 211
מזבח 206
מזבח 205
מזה 488
מזג 448
מזה 206
מזה 427
מזוזה 83.208
מזון 211
מזורים 208
מזור 212
מזורה 222
מזית 434
מזין 18
מזכיר 214
מזלג 139
מזלות 488
מזמה 216
מזמור 217
מזמרים 216
מזמרות 217
מזקק 219
מזעזעים 211
מזער 219
מזרה 221
מזרת 222
מזרח 222
מזרות 222
מזרים 223
מזרח 778
מזרס 224

מזריע 223
מחה 433
מחבא 215
מחבלים 227
מחברות 228
מחברות 229
מחבש 229
מחבת 226
מחותה 233
מחוד 234
מחולל 235
מחול 251
מחוקק 278
מחגרת 231
מחזה 239
מחוס 240
מחטא 242
מחטבום 344
מחי 435
מחיה 248
מחית 246
מחבה 249
מחבם 249
מחלל 250
מחלה 253
מחלות 252
מחליס 257
מחלמים 254
מחלפים 255
מחלצות 256
מחלקת 257
מחמר 259
מחמל 260
מחמצת 260
מחנה 265
מחנס 266
מחסה 269
מחסור 271
מחסם 270
מחספס 269
מחסר 271
מחפיר 274
מחפש 275
מחצנת 276
מחצה 276
מחצצים 275
מחצצרים 295
מחקה 279
מחקק 277
מחקרי 280
מחקצעות 740
מחר 435
מחראות 238

מחריב 280
מחרר 281
מחריש 286.257
מחרף 284
מחשבה 288
מחשה 289
מחשיך 289
מחשף 290
מחתה 291
מחתרת 294
מט 429
מטאטא 296
מטבח 296
מטה 495
מטה 436
מטהר 297
מטוה 299
מטות 495
מטהרי 300
מטי 495
מטיל 300
מטיף 497
מטלאות 301
מטמאת 301
מטמון 302
מטע 497
מטעמים 303
מטעני 303
מטפחת 304
מטרה 497
מטרם 305
מטרף 305
מי 428
מי 437
מידע 317
מיחל 321
מיטיב 323
מילדת 326
מימי 437
מין 445
מיסד 332
מינקת 332
מיץ 431
מיצאי 342
מיראים 349
מישור 360
מישרים 360
מית 432
מיתרים 362
מך 430
מכאיב 364
מכבד 364
מכבה 366


מכבסים

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| מְכַבְּסִים | 366 | מִלְּפָנִים | 656 | מֵסַב | 535 | מְעוּת | 576 |
| מִכְבָּר | 367 | מְלַקְּקִים | 419 | מְסֻבָּלִים | 537 | מְעֻוָּת | 582 |
| מַכָּה | 500 | מַלְקוֹשׁ | 421 | מַסְגֵּר | 538 | מָעֻזִּים | 584 |
| מִכְוָה | 369 | מַלְקָח | 420 | מַסַּד | 333 | מַעֲזוּרִים | 586 |
| מָכוֹן | 372 | מַלְקַחַ | 420 | מִסְדְּרוֹן | 539 | מַעֲטֶה | 587 |
| מְכוּרָה | 374 | מִלְשְׁנִי | 422 | מַסָּה | 503 | מְעַטֵּר | 587 |
| מַכּוֹת | 500 | מִלְתַּחַת | 293 | מִסָּה | 447 | מְעִי | 575 |
| מַכִּים | 500 | מַלְתְּעוֹת | 422 | מַסֹּרֶת | 539 | מְעִיל | 449 |
| מַכִּיר | 502 | מָן | 444 | מְסוֹס | 447 | מַעְיָן | 588 |
| מִכְלַל | 378 | מִן | 446 | מַסּוֹת | 504 | מֵעִיר | 580 |
| מִכְלָה | 379 | מִן־הָעוֹלָם | 601 | מִסְחַר | 543 | מַעַל | 596 |
| מַכְלִים | 381 | מְנָאֵף | 465 | מֵסִיר | 541 | מַעֲלֶה | 524 |
| מִכְלוֹת | 381 | מְנָאֵץ | 465 | מַסֵּכָה | 504 | מַעֲלָה | 523 |
| מִכְמַנִּים | 401 | מְנַבֵּל | 467 | מְסֻכָּה | 544 | מַעֲלָלִים | 521 |
| מִכְמָר | 382 | מְנַגֵּן | 470 | מָסָךְ | 544 | מַעֲמָד | 604 |
| מִכְנְסֵי | 383 | מַנְגִּינָה | 471 | מְסֻכָּן | 546 | מַעֲמָסָה | 605 |
| מֶכֶס | 384 | מְנַגֵּחַ | 470 | מִסְכְּנוֹת | 546 | מַעֲמִיקִים | 606 |
| מְכַסֶּה | 385 | מַגֵּן | 471 | מְסֻלָּאִים | 547 | מַעֲמַקִּים | 606 |
| מַכְעִיסִים | 388 | מְנַדִּים | 476 | מְסִלָּה | 547 | מְעַמֵּר | 606 |
| מַכְפֵּלָה | 390 | מִנְהָגוֹת | 479 | מְסַלֵּף | 550 | מְעֻנְנָת | 607 |
| מַכָּר | 502 | מְנַהֵל | 479 | מַסְמְרִים | 551 | מַעֲנֶה | 608 |
| מִכְרָה | 395 | מִנְהָרוֹת | 481 | מַסָּע | 505 | מַעֲנָה | 611 |
| מִכְשׁוֹל | 398 | מִנֹּא | 78 | מִסְעָד | 547 | מְעַנִּים | 609 |
| מִכְשֹׁלִים | 398 | מָנוֹד | 482 | מִסַּעַר | 552 | מַעֲצָר | 706 |
| מְכַשֵּׁף | 399 | מָנוֹחַ | 484 | מְסָעֵף | 552 | מַעֲצֵבָה | 615 |
| מַכַּת | 500 | מָנוֹן | 498 | מִסְפֵּד | 553 | מַעְצָר | 618 |
| מִכְתָּב | 400 | מָנוֹס | 486 | מִסְפּוֹא | 554 | מַעֲקֶה | 612 |
| מִכְתָּם | 399 | מְנוֹרָה | 499 | מְסַפֵּחַ | 554 | מַעֲקַשִּׁים | 621 |
| מַכְתִּיר | 401 | מָנוֹת | 445 | מְסַפֵּר | 555.556 | מַעַר | 625 |
| מַלְאָךְ | 195 | מִנְּזָרִים | 489 | מֹסָר | 335 | מַעֲרָם | 623.624 |
| מִלְּבַד | 73 | מְנָה | 331 | מְסָרֵף | 558 | מַעֲרִירִים | 581 |
| מַלְבֵּן | 407 | מִנְחָה | 489 | מִסַּת | 447 | מַעֲרָכָה | 627 |
| מֶלַח | 439 | מַנְחִיל | 490 | מַסַּת | 504 | מַעֲרִיץ | 630 |
| מָלֵא | 439 | מְנַחֵם | 492 | מִסְתּוֹלֵל | 644 | מַעֲשָׂה | 632 |
| מְלוֹא | 441 | מְנַחֵשׁ | 493 | מִסְתֶּרֶת | 559 | מַעֲשִׁיר | 633 |
| מִלּוּאִים | 441 | מְנִי | 445 | מַעֲבָה | 563 | מְעַשְּׂקָה | 633 |
| מַלָּח | 409 | מַנִּיחַ | 331 | מַעֲבִידִים | 561 | מַעֲשֵׂר | 634 |
| מַלּוּחַ | 442 | מֵנִיחַ | 484 | מַעֲבִיר | 564 | מַעְתִּים | 636 |
| מְלוּכָה | 443 | מֵנִיף | 487 | מַעֲבִיר | 107 | מַפְגִּיעַ | 640 |
| מָלוֹן | 411 | מְנִיסוֹת | 498 | מַעֲבָר | 566 | מַפְרָה | 669 |
| מִלְחָמָה | 414 | מִנְלָה | 503 | מַעֲדָה | 570 | מַפֻּחַ | 645 |
| מְלֻחָשִׁים | 415 | מְנַסֶּה | 503 | מַעְדִּיר | 571 | מְפֻזָּר | 646 |
| מְלֻשָּׁשׁ | 416 | מִנְסַת | 486 | מַעְגָּל | 569 | מַפָּח | 508 |
| מַלִּינִים | 411 | מַנְעוּל | 505 | מֵעֵת | 572 | מְפַחֵד | 646 |
| מְלִילוֹת | 439 | מַנְעַמִּים | 506 | מֵעוֹד | 575 | מַפִּיל | 509 |
| מִלִּים | 439 | מְנַעַנְעִים | 486 | מְעוּכָה | 449 | מֵפִיץ | 510 |
| מֵלִיץ | 412 | מְנַפְּצוֹת | 510 | מָעוֹז | 584 | מֻפִּים | 647 |
| מַלְכֹּדֶת | 416 | מְנַצֵּחַ | 513 | מְעוֹלֵל | 577 | מַפָּל | 509 |
| מְלֶכֶת | 196 | מְנֹרוֹת | 499 | מַעַל | 577 | מִפְלַגּוֹת | 650 |
| מַלְמַד | 417 | מְנַקִּיוֹת | 518 | מֵעוֹלָם | 601 | מַפְלִיא | 649 |
| מַלְעִיגִים | 418 | מְנַשֶּׁה | 520 | מָעוֹן | 576 | מְפַלֵּס | 651 |
| מִלְמַעְלָה | 594 | מְנָת | 445 | מְעוֹפֵף | 579.580 | מִפְלָט | 652 |
| מִלִּפְנֵי | 659 | מַס | 447 | מְעוֹנֵן | 589 | מְפַלֵּט | 652 |

מפלשי 652
מפלצת 652
מפנת 653
מפני 659
מפנים 656
מפעלים 662
מפץ 510
מפיץ 643
מפר 644
מפקד 666.667
מפרד 668
מפריס 671
מפרק 675
מפרקת 674.675
מפרש 675
מפשעת 679
מפתח 681
מפתח 681
מפתן 681
מץ 431
מצב 343
מצביא 686
מצדים 689
מצה 450.513
מצהלות 692
מצוד 452
מצודה 689
מצוה 693
מצולה 700
מצוק 695
מצוס 344
מצור 696
מצות 693
מצות 450
מצחב 691
מצחק 698
מציב 343
מציג 343
מציל 515
מציץ 699
מציק 694
מצית 346
מצל 699
מצל 515
מצליח 702
מצלתים 700
מצמדת 703
מצמיח 704
מצמית 705
מצנפת 706
מצע 344
מצער 706
מצפה 707
מצפת 709
מצפנים 710
מצפצף 708
מצקת 344
מצרות 692
מצר 712
מצרת 713
מצדות 696
מצרים 695
מצרף 713
מק 453
מקסמים 726
מקבילות 714
מקבץ 716
מקבר 717
מקבת 517
מקדש 221.720
מקל 732
מקהלים 722
מקוה 725
מקום 727
מקוננת 727
מקור 729
מקושש 729
מקח 420
מקטיר 730
מקטר 730
מקטרים 730
מקים 726
מקימים 347
מקלל 731
מקלעת 733
מקנא 734
מקנה 735
מקננת 734
מקסם 737
מקצה 739
מקצץ 738
מקצעים 738
מקצה 739
מקציפים 740
מקצעות 740
מקרא 743
מקרה 729
מקרה 746
מקרת 747
מקריב 744
מקרן 748
מקרקר 747
מקשה 750
מקשה 751
מקשיב 750
מקששת 729
מר 453
מרא 453
מראה 755
מראשת 758
מרבבות 760
מרבה 761
מרבדים 760
מרביץ 763
מרבכת 761
מרבע 762
מרג 455
מרגיז 764
מרגלת 765
מרגמה 766
מרגעה 767
מרדף 768
מרה 453
מרודים 455
מרוה 770
מרוח 456
מרוט 456
מרוחים 770
מרום 775
מרומם 774
מרוץ 777
מרוס 457
מרות 453
מרזח 778
מרחב 780
מרחפת 781
מרחצת 781
מרחק 782
מרחשת 782
מרי 453
מרי 455
מריבי 769
מרים 774
מריעים 776
מריקים 783
מרירי 454
מרך 784
מרכב 785
מרכלת 786
מרמה 788
מרמס 789
מרע 791
מרעה 794
מרעיד 793
מרעיש 796
מרפא 797
מרפא 797
מרפש 798
מרצץ 777
מרצח 801
מרצפת 801
מרצק 801
מרקד 802
מרקחים 802
מרקחים 802
מרקע 803
מרשיע 805
מרת 453
מרתים 456
משא 523.524
משא 522
משאבים 809
משאה 810
משאון 520
משאלות 812
משארת 815
משאת 526
משביע 818
משביח 816
משבית 822
משבצים 819
משבר 820
משגב 823
משדד 825
משוגה 823
משגה 823
משגיא 822
משגיח 824
משגע 824
משה 526
משואות 520.810
משובב 828
משוה 830
משוח 458
משוכה 831
משוט 830
משוטטים 830
משומם 863
משוע 832
משורה 894
משורר 833
משוש 836
משזר 837
משחית 842
משחק 840
משחרי 840
משמח 843
משטר 844
משי 458
משיב 828
משיג 526
משיח 458

משים

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 84 | בבחר | 910 | מתפפות | 899 | משתין | 833 | משים |
| 79 | בביא | 910 | מתפרות | 432.433 | מת | 529 | משיסות |
| 90 | בבבי | 674 | מתפרים | 532 | מתת | 846 | משבב |
| 94 | בבלע | 721 | מתקדשים | 900 | מתאב | 849 | משביל |
| 97 | בבנח | 726 | מתרוממים | 3 | מתאבל | 850 | משבים |
| 103 | בבעת | 752 | מתקשרים | 3 | מתאבלים | 847 | משבלת |
| 104 | בבצל | 789 | מתרונן | 3 | מתאבלת | 851 | משבן |
| 107 | בבשר | 778 | מתרושש | 13 | מתאים | 853 | משברת |
| 109 | בבצר | 798 | מתרפה | 43 | מתאמתת | 852 | משברת |
| 110 | בבקע | 798 | מתרפס | 46 | מתאנח | 853 | משלבות |
| 112 | בבר | | ב | 902 | מתאר | 856 | משלח |
| 114 | בברא | 498 | בנן | 81 | מתבוססת | 858 | משליך |
| 116 | בברך | 491 | בנחם | 102 | מתבן | 859 | משלמים |
| 123 | בגאל | 506 | בנער | 128 | מתגודדים | 861.862 | משלש |
| 163 | בגדלות | 46 | בא | 141 | מתגולל | 667 | משמאלים |
| 131 | בגדע | 5 | באבס | 136 | מתגורר | 863 | משמח |
| 138 | בגוי | 482 | באר | 177 | מתדפקים | 866 | משמח |
| 140 | בגול | 9 | באדר | 432 | מתח | 867 | משמן |
| 472 | בגוע | 9 | באדרי | 193 | מתהלל | 869 | משמיע |
| 472 | בגוף | 11 | באהבים | 200 | מתהפך | 871 | משמר |
| 138 | בגזל | 483 | בארת | 314 | מתורת | 871 | משמרים |
| 139 | בגזר | 15 | באור | 907 | מתום | 874 | משנא |
| 470 | בגיד | 18 | באזר | 463 | מתום | 875 | משנת |
| 471 | בגיחת | 21 | באחז | 462 | מתומים | 874 | משסת |
| 143 | בגלת | 29 | באבל | 225 | מתחבאים | 877 | משכת |
| 145 | בגמל | 29 | באבת | 241 | מתחזק | 153 | משישים |
| 147 | בגנב | 34 | באלת | 235 | מתחולל | 878.879 | משעי |
| 148 | בגעל | 35 | באלם | 903 | מתחרת | 879 | משעל |
| 151 | בגרע | 37 | באמן | 316 | מתיחרים | 879 | משען |
| 152 | בגרש | 39 | באמנת | 432.433 | מתים | 691 | משפט צרחה |
| 482 | בד | 47 | באנח | 353 | מתיר | 883 | משפט |
| 156 | בדבר | 48 | באנס | 904 | מתכן | 884 | משפט |
| 165 | בדום | 48 | באנש | 385 | מתכסת | 882 | משפחת |
| 166 | בדון | 50 | באסף | 404 | מתלאת | 886 | משפיל |
| 169 | בדוש | 51 | באסר | 408 | מתלחלח | 888 | משפתים |
| 169 | בדחף | 53 | באפת | 415 | מתלחשים | 888 | משק |
| 476 | בדיב | 56 | באצל | 329 | מתלעים | 889 | משקדים |
| 172 | בדבת | 56 | באצר | 420 | מתלקחת | 889 | משקה |
| 172 | בדנת | 57 | בארים | 426 | מתמהמה | 891 | משקל |
| 172 | בדל | 62 | באשם | 532 | מתן | 892 | משקע |
| 175 | בדם | 77 | בבא | 78 | מתנבא | 892 | משקף |
| 175 | בדמת | 70 | בבאש | 476 | מתנדב | 892 | משקרות |
| 477 | בדן | 74 | בבחל | 482 | מתנודד | 752 | משקרות |
| 177 | בדפק | 80 | בבואת | 485 | מתנוססות | 355 | משרת |
| 178 | בדקר | 465 | בבוב | 492 | מתנחם | 895 | משרת |
| 181 | בדרש | 83 | בבות | 502 | מתנכרת | 898 | משורים |
| 477 | בדת | 80 | בבוק | 909 | מתעב | 895 | משרבת |
| 470 | בהונת | 80 | בבוכים | 519 | מתנקם | 896 | משרת |
| 185 | בהדר | 9 | בבובדרתר | 565 | מתעבר | 898 | משרת |
| 479 | בהונים | 81 | בבוס | 580 | מתשרר | 824 | משתנע |
| 479 | בהי | 87 | בבון | 625 | מתערה | 899 | משתה |
| 188 | בהית | 83 | בבזת | 910 | מתעתעים | 853 | משתלל |
| 193 | בהללים | 84 | בבחן | 648 | מתפלל | 838 | משתחוית |


בחלאות

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| נחלאת | 404 | נחבא | 225 | נכבד | 364 | נמוד | 455 |
| נחלה | 194 | נחבט | 226 | נכבש | 367 | נמרץ | 456 |
| נחפה | 200 | נחבל | 227 | נכון | 370 | נמרט | 456 |
| נחרג | 201 | נחוד | 231 | נכזב | 375 | נמרשת | 458 |
| נחרס | 202 | נחוץ | 492 | נכחד | 175 | נמשך | 459 |
| נחתה | 292 | נחוש | 494 | נכחש | 376 | נמשל | 460 |
| נואל | 306 | נחילות | 490 | נכלם | 331 | נס | 485 |
| נואש | 307 | נחירים | 493 | נכמר | 382 | נסב | 535 |
| נוגי | 310 | נחל | 250 | נכנע | 383 | נסבה | 536 |
| נוגש | 474 | נחלה | 253 | נכנף | 384 | נסגר | 538 |
| נודד | 475 | נחלם | 216 | נכס | 383 | נסוג | 539 |
| נודע | 317 | נחם | 258 | נכסף | 388 | נסוכה | 504 |
| נודר | 478 | נחמד | 259 | נכפל | 390 | נסחף | 542 |
| נוזלים | 488 | נחמים | 322 | נכרה | 394 | נסיך | 504 |
| נוחל | 321 | נחמס | 260 | נכרת | 396 | נסים | 485 |
| נוטה | 495 | נחן | 263 | נכשל | 398 | נסכל | 545 |
| נוטע | 496 | נחנק | 266 | נכתב | 400 | נסכן | 546 |
| נוטר | 497 | נחפש | 275 | נלאה | 404 | נסכר | 546 |
| נוח | 333 | נחפז | 272 | נלבב | 406 | נסלח | 547 |
| נוית | 483 | נחפה | 271 | נלוה | 409 | נסמך | 550 |
| נוכח | 323 | נחצב | 276 | נלות | 410 | נסמן | 551 |
| נוכל | 501 | נחצה | 276 | נלון | 411 | נסער | 552 |
| נולד | 326 | נחקר | 279 | נלחם | 413 | נספד | 553 |
| נוסד | 332 | נחרב | 280 | נלחץ | 415 | נספה | 553 |
| נוסף | 334 | נחרה | 282 | נלכד | 416 | נספח | 554 |
| נוסר | 315 | נחריות | 503 | נלכה | 328 | נספר | 555 |
| נועד | 335 | נחרפת | 284 | נלעג | 418 | נסקל | 556 |
| נופח | 337 | נחרצה | 285 | נלפת | 419 | נסרח | 557 |
| נופץ | 338 | נחרש | 286 | נמאס | 424 | נסתם | 558 |
| נוצר | 345 | נחשב | 288 | נמבזה | 84 | נסתר | 559 |
| נוצרי | 515 | נחשלים | 290 | נמוגים | 429 | נע | 486 |
| נוקב | 516 | נחת | 331 | נמד | 426 | נעבר | 562 |
| נוקש | 348 | נחת | 291 | נמהר | 428 | נעדר | 570 |
| נורא | 349 | נחתם | 293 | נמוג | 429 | נעוג | 571 |
| נורש | 354 | נטוח | 299 | נמוס | 436 | נעוה | 575 |
| נושב | 356 | נטוי | 495 | נמוה | 438 | נעול | 505 |
| נושן | 358 | נטול | 300 | נמול | 430 | נעור | 506 |
| נושע | 358 | נטועים | 496 | נמות | 429 | נעור | 580 |
| נותן | 531 | נטיפים | 497 | נמוחח | 434 | נעורים | 507 |
| נזה | 212 | נטישת | 497 | נמטר | 436 | נעזב | 585 |
| נזהר | 207 | נטישות | 498 | נמכר | 438 | נעזר | 586 |
| נזור | 212 | נטמא | 301 | נמלא | 440 | נעים | 506 |
| נזיד | 208 | נטמה | 302 | נמלט | 442 | נעכר | 590 |
| נזיר | 459 | נטמן | 302 | נמלים | 430 | נעלה | 592 |
| נזכר | 214 | נטרף | 305 | נמלץ | 444 | נעלסה | 601 |
| נזם | 211 | ני | 479 | נמנה | 444 | נעלם | 597 |
| נזמר | 216 | ניב | 481 | נמנע | 447 | נענה | 602 |
| נזעק | 218 | ניד | 482 | נמס | 447 | נענש | 612 |
| נזעמים | 218 | נידה | 477 | נמסר | 448 | נעצב | 615 |
| נזקס | 219 | ניחוח | 484 | נמצא | 451 | נעצל | 616 |
| נזרח | 221 | ניצוץ | 488 | נמצה | 452 | נערץ | 614 |
| נזרת | 778 | נירה | 364 | נמק | 452 | נעצר | 618 |
| נזרע | 223 | נכאה | 364 | נמר | 453.454 | נעקר | 660 |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| בעקש | 620 | בקרב | 713 | בשרא | 522 | ס | |
| בערת | 625 | בקרף | 713 | בשוג | 829 | ססים | 485 |
| בעשל | 627 | בקת | 346 | בשרי | 527 | סאן | 534 |
| בערץ | 630 | בקב | 714 | בשורך | 527 | סאים | 534 |
| בערים | 628 | בקבת | 517 | בשול | 853 | סאסאת | 534 |
| בעשת | 631 | בקבץ | 716 | בשום | 877 | סאתים | 534 |
| בעתם | 636 | בקבר | 717 | בשח | 837 | סבח | 536 |
| בעתר | 636 | בקר | 346 | בשחם | 839 | סבראים | 536 |
| בפגש | 640 | בקדש | 720 | בשחת | 841 | סביב | 535 |
| בפרח | 640 | בקהל | 722 | בשטף | 844 | סגור | 538 |
| בפח | 487 | בקוב | 516 | בשי | 526 | סגריר | 784 |
| בפוג | 641 | בקור | 717 | בשי | 50 | סד | 333 |
| בפוח | 508 | בקרח | 724 | בשיא | 524 | סובב | 535 |
| בפרץ | 509 | בקסום | 725 | בשית | 526 | סוד | 333 |
| בפוץ | 643 | בקי | 518 | בשים | 28 | סוחר | 538 |
| בפוש | 645 | בקל | 731 | בשים | 49 | סוחת | 542 |
| בפיר | 646 | בקלת | 732 | בשים | 520 | סוכך | 544 |
| בפלים | 509 | בקנה | 735 | בשיקות | 529 | סוללת | 547 |
| בפלאו | 648 | בקמץ | 738 | בשבת | 851 | סומה | 550 |
| בפלג | 650 | בקרא | 743·746 | בשבת | 847 | סוס | 485 |
| בפלת | 650 | בקרב | 744 | בשבר | 853 | סורר | 557 |
| בפסח | 660 | בקרת | 746 | בשלח | 854 | סורי | 542 |
| בפעם | 662 | בקרח | 747 | בשלח | 855 | סומרים | 516 |
| בפצים | 643 | בקרע | 749 | בשם | 862 | סות | 542 543 |
| בפסר | 665 | בקשת | 750 | בשמד | 865 | סחי | 542 |
| בפקח | 667 | בקשר | 752 | בשמת | 863 | סחיש | 839 |
| בפרד | 668 | בר | 499 | בשמש | 866 | סיג | 539 |
| בפרע | 672 | בראת | 754 | בשמע | 859 | סימן | 551 |
| בפרץ | 674 | ברגן | 766 | בשמר | 878 | סיגי | 551 |
| בפרש | 677 | ברגע | 766.767 | בשנא | 873 | סיר | 542 |
| בפרשות | 675 | ברים | 768 | בשנת | 874 | סך | 545 |
| בפשע | 678 | ברדף | 768 | בשפת | 881 | סבכים | 544 |
| בפת | 487 | ברוך | 784 | בשפט | 883 | סכת | 544 |
| בפתא | 497 | ברוץ | 799 | בשפך | 886 | סכות | 544 |
| בפתח | 680 | ברות | 499 | בשחר | 889 | סכת | 544 |
| בפתגלי | 683 | ברחב | 779 | בשקל | 890 | סל | 546 |
| בפתח | 681 | ברמס | 789 | בשקף | 892 | סלילת | 546 |
| בפתל | 682 | ברע | 791 | בשרש | 895 | סלין | 547 |
| בץ | 487 | ברמים | 797 | בשרף | 896 | סליחת | 549 |
| בצב | 342 | ברפא | 796 | בשתת | 899 | סלים | 547 |
| בצבים | 514 | ברצח | 800 | בשתי | 900 | סלם | 547 |
| בצדק | 689 | ברצח | 801 | בת | 478 | סלסל | 546 |
| בצדת | 689 | ברתח | 807 | בתוך | 531 | סלסלות | 547 |
| בצח | 488 | בחר | 361 | בתוס | 532 | סלעם | 547 |
| בצור | 516 | בשא | 526 | בתינים | 532 | סלת | 349 |
| בצחת | 513 | בשאת | 809 | בתכן | 904 | סמוה | 550 |
| בציב | 513 | בשאר | 814 | בתלח | 905 | סנסנים | 551 |
| בצל | 699 | בשבח | 815 | בתם | 905 | סעת | 505 |
| בצמד | 703 | בשבע | 818 | בתמה | 908 | סעפים | 552 |
| בצמת | 704 | בשבר | 820 | בתעב | 909 | סף | 540 |
| בצנים | 488 | בשבת | 821 | בתעת | 909 | ספון | 554 |
| בצעס | 707 | בשוב | 822 | בתפש | 910 | ספות | 540 |
| בצמן | 710 | בשבל | 824 | בתקע | 911 | ספיחים | 542 |

סמיח 554
סמים 540
סמינה 554
ספיר 556
ספרות 556
סר 557
סרה 541.557
סרי 541
סרוח 557
סתום 559
סתר 543

ע

עב 562
עבור 567
עבות 567
עבות 562
עבי 562
עבים 562
עבטים 563
עברות 624
עגל 568
עגיל 568
עד 572
עד 575
עד 573.574
עד-בלי 91
עד-בלתי 91
עד-עולם 600
עדת 573
עדה 337
עדות 573
עדי 573
עדי 569
עדים 573
עדן 573
עדת 573
עוד 574
עוגב 568
עוגה 571
עוה 575
עוזר 585
עויל 578
עולל 577.590
עולה 593
עולם 598
עומד 603
עון 876
עוף 588
עועים 575
עז 583
עזאזל 584
עזת 583
עזוב 585
עזות 583
עזי 583
עזים 583.584
עט 577
עטופים 587
עטיה 586
עטישות 588
עטלף 587
עי 575
עיי 575
עירי 573
עיס 577
עים 603
עין 610
עיר 580
עירם 626
עיש 582
עכבר 590
עכור 590
עכס 389
על 593
על 595
על-בלי 91
על-כן 372
עלזים 418
עלות 578
עלום 598
עלות 577
עלות 593
עלטה 587
עלי 594
עלי 596
עליון 593
עלידים 597
עלילת 591
עליצות 602
עלת 593
עם 602
עמוד 604
עמים 603
עמיר 606
עמת 603
ענו 610
ענוים 610
ענשים 612
עני 610
ענים 608
עם 589
עסים 612
עפות 579
עפעפים 579
עפתת 589
עצת 614
עצה 339
עצבת 615
עצום 616
עצור 617
עצות 339
עצים 614
עקבת 584
עצת 339
עקה 589
עקרב 619
ער 580
ערופה 625
ערות 625
ערוך 626
ערום 628
ערוער 621
ערופה 629
ערות 625
ערית 625
ערים 581
עריסות 630
עריץ 629
ערימים 629
עריר 621
ערם 626
ערפל 627
עש 582.630
עשוש 633
עשור 634
עשות 635
עשות 631
עשיר 933
עת 635
עתה 635
עתודים 636
עתות 635
עתיר 636
עתים 635
עתיס 636

פ

פאה 655
פאות 655
פאת 655
פגול 650
פגים 660
פדות 641
פדיות 641
פדת 641
פה 641.654
פוחים .647
פוסר 647
פוך 200
פוגת 653
פוסחים 669
פועל 661
פורץ 643
פוסר 665
פורית 669
פורע 672
פורש 677
פותח 679
פז 645
פזורת 646
פחות 647
פח 682
פח 647
פחות 646
פחי 682
פחם 642.647
פחת 646.682
פטורים 647
פטיש 878
פיות 654. 656
פיח 643
פיגיאל 657
פיפיות 654
פיק 644
פישון 645
פה 648
פלגש 652
פליס 651
פלילים 648
פלמני 651
פלני אלמני 651
פלתי כרתי 397
פן 642
פנג 660
פנות 654
פנים 653.655
פנים 656.659
פנינים 652
פנת 654
פסת 660
פסים 660
פסילים 259
פסילים 661
פעור 663
פצוע 664
פצמץ 643
פקוד 667
פקחקח 668
פקיד 666
פר 669
פרא 670
פרוע 672
פרורת 674


פרור

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| פרור | 644 | צחית | 697 | קבור | 717 | קשבות | 739 |
| פרושה | 677 | ציר | 692 | קרובים | 719 | קצרי | 739 |
| פרות | 670 | ציון | 698 | קדוש | 721 | קצותי | 738 |
| פרי | 669 | ציות | 698 | קרים | 719 | קצות | 739 |
| פרים | 644 | ציר | 697 | קדם | 718 | קצין | 739 |
| פריץ | 674 | צים | 698 | קדקר | 717 | קציעות | 740 |
| פרכת | 393 | צינים | 698 | קו | 724 | קציר | 741 |
| פרעש | 677 | צינק | 695 | קובע | 716 | קר | 729 |
| פרפר | 644 | צל | 699 | קוי | 723 | קרדם | 747 |
| פרת | 669 | צלי | 700 | קול | 731 | קרה | 729 |
| פש | 645 | צליל | 699 | קולע | 733 | קרוא | 743 |
| פשתה | 645 | צלם | 700 | קונח | 735 | קרוב | 744 |
| פת | 655 | צלצל | 699.700 | קוסם | 736 | קרות | 746 |
| פת | 679 | צם | 694 | קוע | 737 | קרי | 746 |
| פתאים | 680 | צמוקים | 704 | קוף | 347 | קריאים | 743 |
| פתוח | 681.682 | צמיד | 703 | קוצר | 741 | קרים | 729 |
| פתות | 655 | צמים | 703 | קרצות | 738 | קרקע | 864 |
| פתותים | 679 | צנה | 705 | קורא | 743 | קרסר | 746 |
| פתי | 680 | צנועים | 705 | קורח | 746 | קרת | 746 |
| פתיחות | 682 | צנות | 705 | קורי | 746 | קש | 750 |
| פתיל | 682 | צנים | 705 | קח | 419 | קשאים | 751 |
| פתים | 679 | צנף | 706 | קט | 725 | קשור | 752 |
| פתן | 681 | צנפה | 706 | קיא | 723 | קשות | 751 |
| צ | | צנצנת | 705 | קיטר | 730 | קשי | 751 |
| צאה | 699 | צנת | 705 | קים | 726.727 | קשיטה | 752 |
| צאים | 699 | צנתרות | 706 | קימוש | 733 | קשים | 751 |
| צאת | 342 | צעיר | 707 | קיטה | 727 | קשקשת | 751 |
| צאים | 342 | צעצעים | 707 | קיץ | 728 | קשת | 751 |
| צאלים | 699 | צמח | 694 | קיצונה | 740 | ר | |
| צאצאים | 342 | צמר | 709 | קיקלון | 732 | ראה | 155 |
| צב | 687 | צפון | 710 | קיר | 746 | ראות | 755 |
| צבאים | 688 | צפור | 710 | קל | 731 | ראי | 755 |
| צבת | 686 | צפים | 709 | קלח | 731 | ראים | 756 |
| צבוע | 688 | צפיר | 711 | קלון | 732 | ראים | 754 |
| צבי | 687 | צפיעי | 710 | קלות | 732 | ראש | 778 |
| צבתים | 687 | צפת | 799 | קלחת | 420 | ראות | 754 |
| צדי | 692 | צר | 695.696 | קלים | 731 | רב | 761 |
| צדיה | 689 | צר | 711 | קלקל | 731 | רב | 769 |
| צדים | 688 | צרה | 695 | קם | 726 | רב | 759 |
| צדיס | 689 | צרוע | 713 | קמח | 726.727 | רבבה | 760 |
| צו | 693 | צרוף | 713 | קמים | 726 | רבוא | 762 |
| צואר | 696 | צרור | 711 | קמשונים | 733 | רבוצי | 759 |
| צודד | 692 | צריח | 712 | קן | 734 | רבי | 719 |
| צולה | 700 | צרים | 695 | קנא | 734 | רביד | 760 |
| צולעת | 703 | צרת | 696 | קנות | 736 | רביעי | 763 |
| צום | 694 | ק | | קנין | 736 | רבת | 759 |
| צוער | 708 | קא | 723 | קנים | 735.736 | רדידים | 767 |
| צוף | 694 | קאם | 726 | קנמות | 736 | רחיסים | 769 |
| צופת | 709 | קאת | 723 | קנצי | 738 | רגב | 759 |
| צור | 696 | קב | 517 | קסת | 728 | רוגנים | 766 |
| צורה | 713 | קבה | 517 | קעקע | 911 | רוחה | 768 |
| צח | 697 | קבוץ | 717 | קפוד | 738 | רוח | 771 |
| צחות | 697 | קבורים | 716 | קץ | 728.738 | רוח | 771 |

רוח 770
רוכל 786
רום 788
רומם 787
רוע 792
רוצץ 799
רוש 353
רוקח 802
רזון 778
רזי 778
רחום 781
רחוק 782
רחת 771
רטוב 783
רי 770
ריב 770
ריח 771
רים 656
ריפות 776
ריק 383
ריר 784
ריש 778
רך 784
רכוב 785
רכיל 786
רכים 784
רכוש 787
רכות 784
רם 774
רמח 774.775
רמון 787.788
רמות 774.775
רמי 774.787
רמים 756.774
רממות 775
רמש 789
רמת 788
רנה 789
רני 790
רנת 790
רסיסים 790
רע 791
רע 794.795
רעה 791.792
רעת 776
רעות 792
רעות 793.794
רעים 791
רעים 793.794
רעיון 792
רעת 792
רפידת 797
רפיון 798
רפטרות 797
רפש 299
רפתים 798
רצון 800
רצוף 801
רצץ 997
רצי 997
רקים 777
רק 783
רק 802
רקח 802
רקות 802
רקיע 803
רקים 802
רש 778
רשים 778
רשת 355
רתוק 807
רתיקות 807

ש

שש 835
ששת 809
ששון 836
ששי 809
ששת 808
שאול 812
שאון 810
שאית 810
שאנן 810
שאת 525
שאת 810
שב 828
שבבים 829
שבאות 818
שבוים 815
שבון 816
שבוע 818
שבור 820
שבות 815
שבי 815
שביב 829
שביל 817
שבים 828
שגיא 822
שגיאות 823
שגיון 823
שגים 823
שגשג 823
שד 825.829
שדה 826
שדוד 825
שדופות 826
שדי 370
שדי 826
שדים 825
שדות 826
שחרבים 539
שבת 357
שוא 810
שואת 810
שואף 814
שובב 828
שובה 828
שובים 815
שודד 824
שוח 845
שוטף 844
שוכן 851
שולח 855
שולל 853
שולמית 860
שומם 862.863
שומים 831
שומר 871
שונא 873
שונת 874
שוסת 877
שוע 877
שוע 359
שועל 879
שופט 883
שופר 887
שוסק 888
שורה 894
שותה 899
שח 837
שחר 838
שחוט 839
שחוק 840
שחות 842
שחיתות 843
שחסת 839
שחף 839
שחת 842
שטה 830
שטים 830
שטים 843
שטר 844
שיא 525
שיבה 357.815.828
שיג 526.844
שיד 829
שיחה 830
שיחור 841
שילת 854
שיר 834
שיט 850
שיש 808
שיש 835
שית 836
שכב 831
שכוי 846
שכולה 847
שכור 853
שכות 831
שכין 831
שכינה 852
שכיר 853
של 254
שלאנן 811
שלח 855
שלהבת 408
שלו 855
שלו 854
שלוח 855
שלוחים 257
שלום 859.860
שלומת 861
שלי 854
שליו 854
שליט 857
שלישי 861
שלמה 427
שלמה 866
שם 831
שממית 863
שמאלי 867
שמה 863
שמונה 868
שמועה 869
שמור 871
שמות 864
שמח 865
שמי 865
שמיכה 551
שמיני 868
שמיר 872
שנא 874
שנה 358
שנהבים 873
שנאה 873
שנאן 873
שנון 873
שנות 358
שני 874
שנים 876
שנינה 873
שנינה 874


שנת

שנת 876
שסוי 877
שסועת 877
שעיר 881
שעטת 878
שעל 596
שאנן 810
שעפים 552
שער 553
שעשועים 879
שפלם 835
שפוך 886
שפי 881
שפיפון 832
שפת 882
שקדי 889
שקוץ 892
שקים 888
שקערות 893
שר 833
שר 893
שרוך 895
שרון 895
שרון 835
שרופת 896
שרוקים 897
שרות 893
שרי 893
שריד 894
שריגים 894
שריה 894
שרים 893
שריקות 897
שררי 893
שרית 815
שרך 853
שרעפים 896
שררות 834
שרשרות 893
שרתי 893
שת 836
שתי 899
שתול 899
שתות 836
שתי 899
שתי 875
שתים 875

ת

תחת 291
תא 901
תאי 901
תארת 13
תאות 901
תאי 901
תאלת 30
תאמים 907
תאנת 46
תאנה 14
תאניה 46
תאסיפון 334
תאר 902
תאשור 64
תבה 161
תבואת 78
תבונת 89
תבוסת 81
תבל 92
תבלל 92
תבלית 93
תבן 101
תבנית 101
תבערת 107
תגמול 145
תגרת 150
תהו 901
תהום 191
תהלת 193
תהלוכות 195
תהפכות 200
תו 13.902
תוגת 310
תוחלת 322
תוך 903
תוכחת 324
תולל 325
תולדות 328
תולעת 329
תומים 907
תומך 908
תוסף 334
תועבת 909
תועפות 338
תוצאות 542
תוקע 911
תור 352
תושב 357
תושיה 356
תזנות 210
תחבולות 227
תחלאים 253
תחלת 252
תחמץ 260
תחנות 265
תחנת 264
תחת 291
תיכון 903
תימן 41
תירש 355
תככים 903
תכונת 372
תכים 903
תכלת 380
תל 904
תלאבות 4.408
תלאת 404
תלאים 904
תלבשת 408
תלת 905
תלוי 904
תלול 904
תלונות 411
תלי 905
תלם 904
תלמיד 418
תלפיות 904
תלתלים 904
תם 905.906
תמול 431.908
תמונת 446
תמורת 437
תמונות 908
תמותת 434
תמהומות 492
תמים 906
תמים 907
תמס 447
תמרוק 457
תמרורים 454
תמת 907
תנואת 481
תנובת 485
תנוך 909
תנומת 481
תנופת 487
תנור 499
תנות 909
תנחומים 492
תנים 908
תנשמת 528
תעתע 910
תעודת 573
תעלל 577
תעלה 594
תעלמת 598
תעי 909
תעלולים 590
תענוג 607
תענית 611
תעפה 580
תעצמות 617
תער 581
תערבות 624
תף 910
תפארת 638
תפוח 642
תפוצות 643
תפוש 910
תפח 910
תפיני 53
תפל 509
תפלה 648
תפלצת 652
תפת 340
תקות 725
תקוממיך 726.727
תקוע 911
תקופת 347
תקיף 911
תקמות 347
תרבית 768
תרדמה 763
תרחר 163
תרומה 775
תרועה 776
תרופא 797
תרופה 776
תרזה 778
תרים 902
תרמת 788
תרן 60
תרעלה 795
תרפים 798
תרצה 801
תשאות 525
תשבץ 819
תשואות 810
תשובה 347.828
תשורה 356
תשומת 832
תשועה 359.832
תשוקה 833
תשורת 835
תשיה 356
תשרי 355


FINIS.

## LAVRENTIVS HVMFRIDVS AD LECTOREM.

IN re tenui omnis labor minimus nimius eſt, quod autē in neceſſarijs & cognitione dignis operæ ſtudijq́; ponitur, leue uideri debet licet ſit maximū. Longū iter conficies, amice Lector, ac laborioſum, ſed iucundū: eſt enim & labor leuis ac ſuauis, ſi grauitate utilitatis pēſetur. Cū uerò antè hoc Ioannis Forſteri λεξικὸν percurrerim, itineris mei cōpendium ac ſummā tibi eandem uiam ingreſſuro præmonſtrabo, ut ij facere ſolent, qui alijs comiter monſtrant quid noui ipſi uiderint, quò & ipſi narrando uoluptatem, & illi fructum ac utilitatē audiendo capiant. Et quanquā nullo in loco hærens, aut uſpiam cōſiſtens, ſed properās ac prætereuns tantū nihil niſi ſtrictim per tranſennam aſpexerim, ubiq́; omnes in hoc Theſauro reconditas ac cōſtructas diuitias explicare non poſſem, quæ tamen memoria conſequi ualeo, repetā, ne immēſitas uiæ, antè frangat ac debilitet quàm uiam ineas. Omnis doctrinarū uis aut in uerbis ſita eſt, aut in rebus: qui utrunq; dexterè & affabrè præſtat, næ is mihi felix ac bonus uidetur artifex. Verba, ſi quid iudico, ita propriè ac ſignatè à noſtro Forſtero tradita ſunt, ut un⁹ omnes lōgo interuallo à tergo reliquiſſe uideatur. Nā primū, quæ ſit cuiuſq; Thematis uis ac poteſtas primaria, oſtēdit: dein ſi in alios ſenſus trāsferatur, explicat: nec ſingula tantū, ſed cōiuncta, nec radices modò ipſas ac themata, ſed propagines omnes ac ſurculos, ut nulla ſtirpi non excuſſè inueſtigata, non perſpicuè expoſita uideatur. Quantum uerò in ſacris literis poſſit, uerborū etymologiam ſcire, fontes ac origines tenere, nemo eſt qui neſciat: cùm illa rerum inuolucra ac tectoria ſint, in quibus ipſarū uis ac pondus includitur: nimirū ὀνόματα rerum μιμήματα uocat Ariſtoteles, & conſignationes, quibus aptè & doctè euolutis, ad loci totius intelligentiam aditus patet: quod neminem felicius, hoc noſtro præſtitiſſe, quantū mihi hactenus uidere contigit, arbitror. Rerū autem ipſarū explicatio quàm ſana & pia ſit, cùm Chriſtum, non Cabulam, Apoſtolos, non Rabinos aut Talmudicos interpretes adhibeat, me tacente res ipſa loquitur: ſpecimen quidem aliquot locorum præcipuorū uel ad Grammaticas ſpinas ac difficultates expediendas, uel ad doctrinæ & ſententiarum ſynceram illuſtrationem facientium, hîc ſubiecimus, cōtenti ſigna ac notas locorū indicaſſe, aurum uerò retruſum ac abditū tibi, Lector, cura ac cogitatione, quærendum, eruendum ac effodiendum relinquimus. Cùm uerò ordine nihil lucidius, utrūq; cùm uerba tum res ea methodo & luce docētur, ut uerba ad marginem diſtinctiſſimè poſita ſtatim in oculos incurſura ſint quærēti: res ita ſuis interuallis ſeiunctæ, ita diſtributè expoſitæ ſunt, ut paruo labore, nullo errore, & aſpici ſtatim & ediſci poſſint. Vale, & optimi uiri Forſteri poſthumum hunc eme & ama.

# LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE
## VETERIS AC NOVI TESTAMENTI TAM INSIGNIVM quàm in Grammatica difficilium, à Ioanne Forſtero explicatorum, Index fidelis & copioſus.

## VETVS TESTAMENTVM.

### LOCI GENESEOS.


IN principio creauit Deus cœlum & terram 864 1
Terra autē erat inordinatio ſeu indigeſtio 901
Et tenebræ ſuper faciem abyſſi תְּהוֹם 19
Et diuidat aquas ab aquis quæ ſunt de ſub firmamento 292
Et inflauit in nares eius habitum uiuentem, &c. 701 2
Quacunq; die comederis tu ex ea, &c. pag. 432
Propterea derelinquet uir patrem, &c. & adhęrebit in uxore ſua. Matthęus προσκολληθήσεται uertit
Et nomē ſecundi fluuij Gichon qui circuit totam terram Æthiopiæ 134
3 Et collocauit ante hortū Eden, &c. 394
Et audiuerunt uocem dei ambulātis in horto ad uentum diei 772
Maledictus tu præ omni iumēto & prę omni uiuo terræ 244
Et ad uirum tuū accurſio tua, & ipſe 833
Ad uirum tuū acclinatio tua, & ipſe habebit poteſtatem in te: 1. Timoth. 2. αὐθεντεῖν 460
Et tu dominaberis in illud, κυριεῦσαι Roman. 6 ibid.
Eo tempore cœptū eſt uocari in nomine Iehoua 742
Nunquid ſi benefeceris, eleuatio 525
4 Acquiſiui uirum, ipſum Iehoua 190
Audite uocē meā uxores Lamech 868
5. & 6 Quid ſit corā deo ambulare. 1. Samuelis 2. 194
Fac tibi arcam de lignis pineis, &c. 390


Illi

Pro ouibus 501
Colluctationibus dei colluctata ſum cum ſorore mea 682
אָשְׁרִי In beatitudine mea 63
31 Laceratum nō reportaui ad te, ego expiaui illud 242
Et uocauit eum Laban aceruum teſtificationis 827
Ecce arietes aſcenſores ſuper oues 577
Niſi deus patris mei, deus Abraham, & pauor, &c. 646
32 Minor ſum omnibus beneuolentijs, & omni ueritate 729
Operiam faciē eius munere, quod me antecedit 385
33 Ego uerò incedam ad abſconditū mei. pag. 405
Et acceſſerunt & ancillæ & liberi eorum 838
34 Loquutus eſt ſuper cor puellæ 158
Affinitatem contrahite nobiſcum 293
37 Quoniam filius ſenectutis ipſe ei 221
Pater uerò eius obſeruabat uerbū iſtud. pag. 870
Et conſummauerunt eum ad occidendum eum 501
Et detulit Ioſeph famam eorum malam ad patrem ipſorum 155
38 Vbi eſt prophana in oculis iuxta uiam. pag. 588
39 Et cognoſcebat apud ipſum nihil quicquam præter panem, &c. 316
40 Vocauit eum Abrech 117
41 Et bonum fuit in oculis Pharaonis 322
Et factum eſt poſt finem duorū annorum dierum 876
Et quintabit terram Ægypti per 7. annos ſaturitatis 262
42 Et egreſſum eſt cor eorum 406
Et occultauit ſe erga eos 502
43 Et ſublatæ ſunt ab eo leuandæ ad illos. pag. 525
Accipite de palmite in uaſa ueſtra 217
Quoniam non potuerunt Ægyptij comedere cum Hebræis 324
Nos introducti ſumus ad uoluendum ſuper nos 141
Et ego quemadmodum orbatus fui, orbatus ſum 847
44 Niſi fortè uidere uelim malum, quod inueniet 451
45 Et nō ſtetit quiſquam ſecum in notum faciendo ſe Ioſephum, &c. 318

Illi heroes, à ſeculo uiri nominis 864 6
Educ tecum 341 8
Inde paſtor & lapis Iſraelis 112 9
Hoc eſt ſignum fœderis, quod ego pono inter, &c. 599
Perſuaſibile faciat Deus ipſi Iepheth ut habitet in tabernaculis Sem 610
Et mortuus eſt Harā ſuper facie patris ſui 657 11
Poſtquā reuerſus eſt à percutiendo 500
Et euacuauit initiatos ſuos 783
Et horreum in monte ſuo Seir 200
Et alibi גוי Græcè γυνὴ 168 15
Ecce filius domus meæ 98
Et cùm deſcendiſſet turba auiū, &c. 525
Humilia te ſub manibus eius 313 16
Dabo tibi terram Canaan in poſſeſſionem ſeculi 599 17
Cécidit Abraham in faciem ſuam, & riſit 697
Abraham autem ambulabat cum eis, ut illos, &c. 856 18
Hic unus uenit ad nos peregrinus, & uult 883 19
Et non cognouit, cum concumberet illa, & conſurgeret 316
Præualeſcendo præualuit Iehoua ne gignam 617 20
Et prohibui tibi ne delinqueres contra me : ר pro א 242
Creuit puer & ablactatus eſt 145 21
Accipe nunc filium tuum unigenitum tuum, quem diligis, &c. 321 22
Et Deus tentauit Abraham 505
Audite me, & occurrite pro me in Ephron 639 23
Hanc correxiſti ſeruo tuo Iſaco 323 24
Et accepit theriſtrum, & operuit ſe 707
Et uacuus eris 517
Duæ ſunt gētes in utero tuo, & duo populi 707 25
Et dedit Abraham omnia quæ ſua erāt ipſi Izhak & filijs pellicis 184
Crepuſcula me obſecro de ruffo 418
Et genuit filium dicens, etiam pro hoc celebrabo Iehoua 315 29
Et omne pecus aduſtum 258
Et benedixit Iehoua te ad pedē meum, &c. 764 30
Et incaluerunt ſeu calefactæ ſunt, dum uenirent ad bibendum 322
Et reſpondebit mihi iuſtitia mea in die craſtino 435

Et

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

15 Perduxiſti in fortitudine 483
Sanctuarium ô Iehoua, quod firmaue-
runt manus tuæ 721
Introduces eos & plãtabis eos in mon-
te hæreditatis, ſedẽ pro reſidẽtia 371
16 Sabbatum ſabbatum ſanctitatis ipſi Ie-
houa 822
18 Quod enim in eadem qua ſuperbierũt
contra illos 208
19 Aut iaculando iaculabitur: ad Heb. uer
titur, Aut iaculo ferietur 351
20 Et populus non diruerunt, ut aſcende-
rent ad Iehoua 202
21 Hæc ſunt decem uerba 160
Attractiones ad gladium erant popu-
lus meus 137
22 Si ancilla diſplicuerit in oculis Suſten-
tatoris ſui 640
Si quis perſuaſerit uirginem, quæ non-
dum deſponſata eſt 428
Plenitudinem tuam non tardabis 176
23 Si argẽto obligaueris popularẽ tuũ 409
24 Inculpatum & iuſtum ne occidas 689
26 Et ſicut ſubſtãtia cœli in mundicia 616
28 Et facies uelũ ꝓ ianua tabernaculi 544
29 Et facies pectorale iudicij τῶ λόγιον 289
Et erit nobis ſacerdotium in ſtatuto ſe-
culi 600
Vbi teſtificabot uobis 335
30 Eſt etiam aries impletionum 441
31 Lutrem, hoc eſt, uas ſignificat, &c. 374
Per ſanguinem errati 268
Et ueſtes reſidui 894
32 Et uidit Moſes populũ, quòd liber 672
37 Sed uocem reſponſandi ego audio 608
38 De operculo fecit Cherybim in utroq;
latere 392
Quę militabãt ad oſtiũ tabernaculi 685
Et fecit cornua illi ſuper quatuor angu
lis ipſius 748
Et facies altari cribrũ factura retis 402
Et argentum recenſitorum 665
39 Et extendebant laqueos amici 682
40 In ingrediendo eos in tabernaculũ con
ſtitutionis, & in appropinquando
eos, &c. 744

LEVITICI

2 Expulſionem frumenti 402
Si obtuleris corbem muneris cocti in
clibano 745
Et incẽdet ſacerdos pro memoria eius
de

Et curuauit ſe Iſrael ad caput lecti 495 47
Angelus ipſe, qui redemit ab omni ma- 48
lo 196
Et accepit Ioſeph ambos illos, Ephra-
im 585
Et ego dedi tibi humerũ unũ ſupra 848
Nõ auferet̃ ſceptrum de tribu Iuda 855 49
Rubedo oculorum ſupra uinum, & al-
bedo dentium ſupra, &c. 376
Excellens eleuatione, & excellens po-
tentia 525
Et legislator ab intrà pedibus tuis non
auferetur 903
Salutare tuum expecto Iehoua 359
Non auferetur baculus de Iehuda 816
Non recedet ſceptrum de Iehuda, aut
legislator, &c. 722
Et in uoluntate ſua eneruauerunt bo-
uem 620
Ad deſiderium collium ſeculi 598
Ceraſtes in ſemita 881
En morior in ſepulchro, quod ego ſci- 50
di, &c. 394

EXODI

Et ſtatuit ſe ſoror eius procul 343 2
Et reſpexit Deus filios Iſrael, & cogno-
uit Deus 316
Et delicias filiorum hominum omnis
generis inſtrumenta muſica 826
Paſcebat autem Moſes oues Iethro ſo- 3
ceri ſui 293
Quare Moſes & Aaron liberũ reddidi-
ſtis 672
האסימון 334 5
Et in nomine meo Iehoua nõ cognitus
ſum illis 317
Sed in nomine Iehoua non ſum cogni- 6
tus illis 190
Sisglorioſus ſupra me 638 8
Et in penetrali cubiculi tui, & ſuper le-
cto tuo 495
Mittam in te & in ſeruos tuos mixtu-
ram 623
Ego mittam omnes plagas meas in cor 9
tuum, &c. 406
Quemadmodũ locutus eſt Iehoua per
manum Moſi 313
Et mactabit eum uniuerſa aggregatio, 12
totus Iſrael 722
Et fecit Iehoua abire mare per uentum 14
Orientalem potentiſſimum 719

KK 2

9 Super ore Iehoua proficiſcebantur filij Iſmael 654
Quando eſſet nubes dies numero 320
10 Et dixit Môſes ad Hobab filiũ Raguelis Midianitæ ſoceri Moſi 194
11 Fiat uobis in abalienationem 212
Species eius ſicut ſpecies Bdellij 121
Adſeruauit אָצַל :aleph quieſcit 56
Geſta eum in ſinu tuo 279
12 Et uir ille Moſes erat afflictus uehemẽter 610
14 Abſq; poſſe Iehoua, ut introducat populum hunc in terram, &c. 324
Et ipſi portabunt libidines ſeu laſciuias ſuas 210
Et illi contenderunt aſcẽdere uerticem montis, &c. 613
Seruus tuus Caleb, quia eſt alius ſpiritus in eo 440
16 Et uenit Moſes & Aaron ad faciem tabernaculi 657
18 Fratres quoq; tuos baculum Leui baculum patris tui adiunges tibi 816
Portabis iniquitatem ſanctuarij 721
Omnes leuandas ſanctorum, quas leuant filij Iſrael 442
19 Omne uas quod opertum, cui non coniugatio 703
20 Et dabo uenditionem eorum 438
21 Et lucerna eorũ auferetur Hesbon uſq; ad Dibon 499
Scilicet moles in tempeſtatibus, & torrentes Arnon 319
22 Cum legislatore & cum baculis ſuis. pag. 880
Vt quid non profectus es ad me 194
Si uerò potero percutere in eo 500
23 Non aſpexit dolorem in Iacob, neq; uidit 605
Non eſt diuinatio in Iſrael 737
24 Et ait uir occluſus oculo 899
30 Omnis res quæ ingreditur ignem 159
31 Et obtulimus oblationem Iehoua, &c. pag. 745
Et acceſſerunt ad Moſen recenſiti, qui, &c. 665
Ecce iſtæ fuerunt filijs Iſrael 441

DEVTERONOMII

2 Et aquas ſcindetis ab eis pro argento, &c. 344
Neq; attrahere facies in eos bellũ 149
Non de excuſſione eius 151
Et ſi ſacrificium retributionum oblatio eius 360 3
In æſtimatione tua argẽti ſiclorum 890 5
Et rumpet caput eius è regione ceruicis eius, &c. 444
Hic ritus erit perpetuus ipſi Iehoua 378 6
Caro de ſacrificio retributionum 860 7
Martha autem περιεσπᾶτο 426
Nõ eſt illatus ſanguis eius ad ſanctum, &c. 659 10
Iuxta dies remotionis debilitari eũ 164 12
Et uiuacitas carnis uiuæ 246 13
Scriptura omnem ſcabiem, ac pruriginem 713
Leproſus in quo fuerit plaga, illius ueſtimenta 672
Ecce plagæ in parietibus domus 893 14
Et uenatus fuerit uenationem feræ uel auis 247 17
Non ſacrificabũt amplius ſacrificia ſua hircis 881
מֵבִיא ſine א adduco uos huc 78 18
Si quiſpiam concubuerit cum muliere concubitu ſeminis, quæ eſt ancilla uitiata à uiro 284 19
Non in circuitu tondebitis angulum capitis, &c. 655
Præputiabitis pręputium illius 627
Qui accepit ſororem, & inceſtus eſt: & utrunq; exterminetur in conſpectu filiorum populi ſui 267 20
Si cui eſt gibbus 125 21
Et leuent ſuper ſe iniquitatẽ delicti 522 22
Et qui redimet à Leuitis 122 23
Diebus erit redemptio eius 320 25
Et redemptio erit ei 124
Vbi præceperat deus, ut fieret ſepties, &c. 866
Et tunc acceptabũt iniquitatẽ ſuã 799 26
Omnibus diebus afflari ipſius 863

NVMERI

Et omnem reliquiam uuarum non bibet 607 6
Nec ullum ſuccum uuarum bibet 355
Nutriendo libertatem capillitium capitis ſui 672
Et audiuit uocem loquentem ſecum: מִתְדַּבֵּר pro מְדַבֵּר 58
A filio uiginti annorum & ſuprà, intret ad militandum 898 8

29 Vt tranſeas in pacto Iehoua Dei tui. pagina 564
Propter aſſumere ebriam ipſam ſitientem 553
Et in iuramento, quod Iehoua deus tuus, &c. 396
31 Quandò conuenit cunctus Iſrael ad uideri faciem, &c. 757
Noui enim quòd poſt mortem meam. pag. 842
32 Et feſtinabit quæ futura ſunt 228
Ablata eſt manus: אָזְלַת ת pro ה 17
Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius 672
Angulabo eos, ceſſare faciam ab hominibus, &c. 655
Quoniam iudicabit Iehoua populum ſuũ, & ſuper ſeruis ſuis miſericordia mouebitur 166
Niſi prouocationẽ inimici metuerem. pag. 388
Recordare dierum ſeculi 599
Generatio peruerſa 620
Et ſanguinẽ uuæ biberes turbidum 261
Niſi iram inimici auerſarer, ne occultarent hoſtes 502
Deus eſt ueritatis & non iniuſtitiæ, &c. pag. 578
Cùm uiderit, quòd diſceſſit potentia, concluſum & derelictum 618
33 Percute lumbos eorum, qui inſurgunt contra eum, & oſores 446
Leuabit de ſermonibus tuis 524
Et ſicut dies tui, ita ſenectus tua 154

IOSVE

1 Ne præualearis neq; frangaris animo. pag. 629
2 Et operuit eos cum lino ligni 614
Et abſcondit eos in lina ligni 645
Qui abeuntes uenerunt in domum mulieris meretricis 210
4 A ſtatione pedum ſacerdotum 343
6 Quoniam abdidit nuncios pro הֶחְבִּאָתָה. pag. 226
7 Et deduxerunt ea in uallem Achor 590
8 Et non fuit in eis manus fugiendi neq; huc neq; illuc 314
9 Vt pugnarent cum Ioſua, & cum Iſrael. pag. 654
10 Et dixit ad principes, uiros belli, qui profecti erant cum ipſo: aleph parago-

Non fuit ciuitas, quæ fuiſſet altior à uobis, &c. 822
Quæ unquàm fuit caro, quæ audiuit uocem dei uiuentis è medio ignis ſicut nos & uixit 246 5
Tentationes magnas, quas uiderunt oculi tui 504 7
Qui ductor tuus fuit in deſerto magno. pag. 793 8
Et cognoſces cum corde tuo 316
Et do corã uobis hodiè leuigationem & auctionem 732 11
Et ne quæras ad idola eorum 180 12
Et non requiras ad idola eorum 403
Caue tibi ne capiaris poſt eos 519
Non coquas hœdum in lacte matris. pag. 129 14
Quia non deſinet egenus de medio terræ 231 15
Et accipies ſubulã, & pones ad aurem eius, &c. 600
Et qui quærit ad mortuos 180 18
In ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne uerbum 726 19
Extrues propugnaculum contra ciuitatem 350 20
Si fuerit alicui filius contumax 557 21
Et expietur ab eis ſanguis 391
Cùm fuerit alicui filius deſertor, & mutabilis 456
Cùm excuſſeris oleum tuum, non dedecores poſt te 638 24
Nemo tollat loco pignoris molam ſuperiorem & inferiorem 771
Si quiſpiam acceperit mulierẽ nouam. pag. 518
Si deprehẽderit in ea nuditatem rei, ſcribat illi libellum repudij 626
Vt dormiens in ueſtimento ſuo benedicat tibi 690
Si filius percutere ſeu percutiendo improbus 500 25
Quæ non tentauit plãtam pedis ſui collocare 607 28
Et malus erit oculus eius in uirum gremij ſui 353
Omnes arbores & fruges terræ exterminabit 355
Peregrinus, qui tecum eſt, aſcendet ſuper te 350
Aſcendet ſuper te ſurſum ſurſum 594
Et uidebunt omnes populi, quòd nomen Iehoua uocatũ eſt ſuper te 745

21 Et egreſſæ fuerunt filiæ Silo ad choriſandum in choreis 251

22 Iniuria affecerunt eos in uia 577


## RVTH


1 Non aduremini abſq; marito 568

Ne occurras in me, ut deſeram te, &c. pag. 639

2 Et abibis ad populum, quem non noſti nudiuſtertius 861

Deſpoliando deſpoliabitis ei de manipulis 853

3 Si eſt ut aſſerat, bene aſſerat 122

4 Age ſtrenuè, & uoca nomen in Bethlehem 742


## I. SAMVELIS


1 Deus Iſrael cõcedat petitionem tuam. pag. 812

Ab improbis proficiſcitur improbitas. pag. 805

Non ponas famulam iuxta filiam Belial 658

2 Quoniam Iehoua ſunt compacta terræ, &c. 344

Non enim ſtabiliuntur conſilia 591

Imponite Salomonem filium ſuper mulam meam, & deducite eum in Giſtron, &c. 13

Non is accipiet abs te carnem uiuam. pag. 246

3 Ego ſum puer paruus, non noui egredi & ingredi 729

4 Propter capi arcam Dei 420

5 Et abſconditi ſunt illis nates 900

6 Accipietis arcam Iehoua, & põnetis illam ſuper plauſtrum, & uaſa aurea, &c. 909

8 Da nobis regem, qui nos iudicet 883

Filius uiri peregrini Amalechitæ: Græcè προσηλύτου 137

9 Iuxta tempus craſtinum 436

10 Venit in excelſum: Infinit. more uerborum in he 78

Et obuiàm uenies funiculo prophetarum de Excelſo 226

Et ecce dimiſit pater tuus res aſinarum. pag. 498

Fac pro te, quicquid inuenerit manus tua 451

Et ecce deſeruit pater tuus cauſas aſinarum gogica 194

A lingua, quę reſpicit uerſus meridiem. 15 pag. 422

Non cecidit quicquam de omni uerbo 21 bono 508

Et nos ne deficere faciatis, dum ædifi- 22 care 455

Et in flagellum in lateribus ueſtris 830 23


## IVDICVM.


Et erunt nobis in latera 688 2

De Marchir deſcenderunt ſtatuarij 278 5

Zabulon populus temerauit animam ſuam ad moriendum 284

An non inuenientes diuident ſpolium, matricem & duos, &c. 781

Ibi narrarentur iuſtitiæ Iehouæ 691

Cum mãdibula aſini tumulum & duos tumulos 26

Et cùm biberet, reuerſus eſt ſpiritus eius & reuixit 246

Manum ſuam ad clauum mittebat 855

Vt audires ſibilos gregum 897

Donec ſurrexi ego Debora 891

Et compreſſit lanam detonſam & ex- 6 preſſit ex ea rorem 211

Cùm audiſſet Giddeon relationẽ ſom- 7 nij, & fractionem eius 802

Supernè ipſe ſol 894 8

Nunquid deſerã pinguedinem meam. 9 pag. 132

Iephte Giliadites uir bellicoſus, uir mu- 11 lieris meretricis 210

Et cœpit ſpiritus Iehoua ꝑcellere Sim- 13 ſonem 662

Et aſcendere fecerunt eum de petra. pa- 15 gina 592

Vocate Simſoni ut ludat nobis 840 16

Abijt uir ille de ciuitate Bethlehẽ 451 17

Poſſidens præualeſcentiam 618

Et dixi ad eos ſicut hoc & ſicut hoc fe- 18 cit mihi 207

Colligere animam, pro amittere 50

Et accepit ſibi uxorem pellicem 684

Et dies deſcenderunt ualdè 350 19

Et miſit eam in omnẽ terram Iſrael. pagina 126

Et laſciuiuit contra ipſum 209

Et ecce aſcendet incendium ciuitatis in 20 cœlum 378

Quia eſt ſcelus & iniquitas iudicum. pagina 216

6 Et collegit amplius omnes electos in Iſrael 334
7 Quoniam tu Iehoua Zeboath deus Iſrael 450
8 Emenſus eſt funiculos cubare faciendo 846
Dauid tulit frenum cubiti de manu Philiſthinorum 42
Et eneruauit Dauid omnes currus 785
Et menſus eſt duos fines 227
Et plenum funiculum conſeruabat in uita 226
13 Et dixit Samuel ad Saulem, inconſtans fuiſti 545
Et conſummauit Dauid egredi ad Abſolom, quia cõſolatus erat ſuper Amnon, quòd mortuus eſſet: ubi ponitur tertia perſona generis fœminini 380
Et accepit ſartaginem, & effudit coram eo 896
14 Abſq; ponere uiro meo nomen 831
Erit nunc uerbum ſuſtẽtatoris mei 484
Nam ut circumuoluerem faciem uerbi 659
Et habitauit Abſolom in Ieruſalem. pagina 876
Et non leuaret Deus animam 523
15 Et furabatur Abſolom cor uirorũ 405
16 Forte uidebit Iehoua in oculũ meum. pag. 588
17 Et facies tua abeat in prælium 658
Non enim poterant apparere 324
18 Et cucurrit in uia orbis 373
19 Pro רים legitur ראם 373
Ad ponendum regem ſuper cor ſuum. pag. 831
Sternam mihi aſinum, & uehatur ſuperea: relatiuum generis fœminini. pag. 262
Et uocatus eſt locus ille ager petrarũ. pag. 696
Et omnis populus iudicialis factus eſt in omnibus baculis Iſrael 166
Et non fecerat pedes ſuos, &c. 887
20 Quæris interficere matrem in Iſrael. pagina 41
Non inuenit ſibi ciuitates 642
22 Et uehebatur ſuper Cherub 393
Et omnis uir, cui oppreſſor 526
התאבל inuerſis literis 682
23 Et agmen Philiſtæorum caſtra poſuerat in ualle Gigantum 248
Quum audieris ſtrepitũ inceſſus in ſummirum 160
Aut quam defraudaui: עשק cõuenit cũ συκοφαντεῖν, Luc. 3. 632 11
Et nunc ſiſtite uos: nam iudicabor uobiſcum coram 883 12
Et facta eſt ruptura acierum uomerum. pag. 664 13
Et pueros ſcire feci uiam ad locum 318 14
Et factum eſt bellum confirmatum. pagina 241
Et Deus rupis citrà, & Deus rupis ultrà 873
Quoniam delictum magiæ eſt rebellio 664
Et pepercit Saul, & populus ipſi Agag. pag. 875 15
Vt quærant ſcientem rebellare 147
Homo uidet in oculos 588 16
Et pignus eorum tollas 624 17
Quicunque percuſſerit eum, & domum patris ſui faciet liberam in Iſrael 274
Et exuens etiam ipſe ueſtimenta ſua, etiam prophetauit ipſe coram Samuele & cecidit nudus, &c. 626 19
Et ſi ſic dixero adoleſcenti 597 20
Quia derecenſebatur ſeſſio tua 665
Quaſi mittendum mihi eſſet ad obſeruationem 497
Et dixit Saul, occultauit eum Deus in manu mea 501 23
Ephod deſcendit in manu ſua 350
Et ferijt cor Dauidis ipſum, &c. 405 24
Et confirmatum eſt uerbum regis ad Ioab 240
Dicetiſq; ſic uiuenti, Tu pax, & domus tua 860 25
תְּלָתִי compoſitum 76
Et erit anima ſuſtentatoris mei ligata in faſciculo uiuentium apud Iehoua Deum tuum 75
Et credidit Achis ipſi Dauid, quòd magnam nauſeam 600 27
Propterea cuſtodem capitis mei ponam te 757 28
גִּבְעַת ſynonymum habetur 1. Paralip. 10. נגעה 133 31

II. SAMVELIS

Et rex Dauid ibat poſt lectum 495 3
Dixit'que, rupit Iehoua inimicos meos inſtar rupturæ aquarum 674 5

18 Et poſtridie profecit ſpiritus Dei malus in Saule 701
Et uerbum Iehoua fuit ad Heliahu 159
Et erit quum ego diſceſſero à te, ut ſpiritus Iehoua 771
20 Abiens propheta ſtetit ante regem in uia 676
Sic erit iudicium tuum, ut acuiſti 285
Nudauit ſe cum cinere ſuper facie ſua אֵפֶר 55
21 Et bonum ſit cor tuum 322

II. REGVM

3 Et percuſſerunt in ea percutiendo 508
4 Et uade, ne præualeas mihi uehendo. pag. 617
Nonne dixi, ne ocioſum facias me 854
Ecce tremuiſti erga nos cum omni tremore iſto: quid faciemus tibi 281
Cum omni tremore iſto 282
5 Cùm ueniſſet in Ophel, accepit de manu eorum, &c. 613
Cape duos orbes 373
Accepit de manu eorum, & recenſuit in domo 665
6 Et occidit illis occiſionem magnam, & biberunt 395
Abſque comprehendere in parietibus domus 20
Ferrum cécidit in aquam 121
Scribitur הַאַכֶּה אַכֶּה an percutiã, percutiam pater 500
7 Et egreſſi ſunt ex caſtris, ut abderentur in agro: he loco aleph 225
9 Dimitte liberè eam: & dimiſerunt liberè eam 866
10 Vir non derecenſeatur, quoniam ſacrificium 666
Et repleta eſt domus ab ore ad os 655
11 Et accipit principes centuriarum 423
Et eritis cum rege, quando egreditur & ingreditur 341
15 Reliquum geſtorũ Iothan, nónne ſcripta ſunt in libro geſtorum regum Iuda 160
17 Et omnem uidentem 239
18 Et comminuit ſerpentem ęris, quẽ effecerat Moſes, &c. 494
22 Tantùm non computetur cum eis 288
23 Abominationem Zidoniorum & abominationem Moabitarum 892
Et excelſa, quæ ſuper facie Ieruſalẽ 842
Et mitatibus murorum, tunc acer eſtò. pag. 285

I. REGVM

Et adiuuabunt poſt Adoniam 585 1
Hanna autem non aſcendebat, ſed dicebat uiro ſuo, donec ablactabitͬ puer. pag. 145. 146
Quærant Suſtentatori meo regi puellam uirginem 507
Iuxta lapidem Zeheleth qui eſt iuxta fontem Rogel 212
Et ueniebant duæ mulieres meretrices. pag. 210 3
Et abijt rex in Gibeon ut ſacrificaret ibi: nã illud erat excelſum magnũ 130
Et loquebantur coram rege 257
Et poſtulaſti tibi diſcretionem in audiendo 885
Elihoreph & Achia filij Siſſa, &c. 556 4
דֹּבְרוֹת rates: pro quo 2. Paralip. 2. רַפְסֹדוֹת Græcum σχεδία 161 5
Et cedrus ad domum anteriorem 659 6
Et poſuit Cherubim intra domum anteriorem 659
De baſi ſcapulæ eius 401 7
Et manus rotarum erant in baſi ipſa. pagina 314
Et operuerunt filij Iſrael res, quæ nõ ita cõtra Iehoua deum ipſorum: pro he aleph 272
Quatuor roſæ æreæ erant 558
Aut ſi anguſtiã fecerit ei inimicus 345 8
Et uocauit eas terram Cebul 366 9
Et fecit rex ligna Almugim 552 10
Et congregatio mercatorum regis acceperunt congregationem in commutatione 725
Et non fuit in ea amplius ſpiritus 772
Excepto eo, quòd uiri mercatores, & negociatores 622
Claudens rupturã ciuitatis Dauid 675 11
Si dimiſero 899 14
Et in omni loco ad quem Saul diuertit, condemnabat 805
Statim ipſa occultabat ſe 502
Et excindam de Ierobeam mingentem ad parietem, &c. 617
Et uenit Saul ad ciuitatem Amalech & litigauit in torrente 769 15
Non relinquent ex ea mingentem ad parietẽ, etiam redemptores eius 124 16

Et

34 Et ſtabat rex ſuper ſtatione ſua 603

### IESAIAE

1 Viſio Ieſaiæ 239
אַוָּה concupiſcentia 3
Væ genti peccatori: & in alijs locis הוֹי de Iudæis 134
Omne cor languidum 165
Super quo percutiemini ultrà 427
Beate infectum 269
2 Et confluent ad eum omnes gentes 378
Quia pleni erant pluſquàm Orientales 459
3 Quid uobis cōtunditis populū meum, & facies oppreſſorū contunditis 172
Et in pedibus ſuis corrigias ponebant. pag. 389
Leuabit in die illa dicens, &c. 521
Populi mei exactores ſunt racematores 577
Et dabo pueros principes eorū, & pueriles 590
Iehoua angulum eorum nudabit 655
Ecce Iehoua deus exercituum aufert de, &c. 879
מְאַשְּׁרִים 63
4 Omnis caro gramen & omnis pietas eius: & Petrus δόξα 267
אִם ſi affirmatiuè, ſiquidē, ut Act. 26. 42
5 Et paſcentur agni iuxta ordinare illorum 156
Et fuit cadauer eorum exciſum in medio, &c. 386
Et ecce obſcuritas, anguſtia, & lumen obſcuratum 712
Et ſepiuit eam & lapidauit eam 557
Et uir Iehuda plantatio נְטַע שַׁעֲשׁוּעָיו, &c. pagina 879
Filius pinguedinis 98
6 Sicut tilia & quercus 858
7 Et adhuc ſexaginta & quinq; anni, deijcietur Ephraim, &c. 322
Ecce adoleſcentula עַלְמָה: παρθένος Mattheus 1. 597
Ad uiā agri fullonis, Marci 9. γναφεύς. pag. 366
Ideo dabit Iehoua nobis ſignum: Ecce adoleſcentula &c. 597
8 Quia reiecit populus iſte aquas Siloach 405
Obfirmatio eius, & ira eius ſuper omnes 583
Pro

Et pręcepit rex Hilkijahu ſacerdoti magno 875 23
Arietes terræ, id eſt, potentes 32 24
Et loquuti ſunt cum eo iudicium 884 25

### I. PARALIPOMENΩN

Atq; etiam reliquiæ Iſrael cor unum 85 8
Et feceris à malo abſq; contriſtare me. pag. 615 4
A reſidentia arcæ 494
Ad præparādum ſabbatum ſabbatum. pag. 822 9
Cum eſſetis מְתֵי מִסְפָּר כִּמְעַט pauciſſimi numero 410 16
Quærite Iehoua, & obfirmationem eius 584
Pro יַשְׁרִשָׁה ſcriptum eſt תְּשָׁרְשָׁה 359 19
Et gladius inimicorum tuorū, &c. 526 28
Et meretricari feciſti Iehudam, & habitatores Ieruſalem, ſicut meretricari fecit domus Achab 210
Ad Occidētem cum porta deiectionis. pag. 858 26
Et ſuper theſauros in agris, in oppidis, &c. 391 27
Super armenta, quę paſcebantur in Saron, &c. 895
Ioab filius Zaruia cœpit numerare, nec perfecit 591
Et magnificauit Iehoua Salomonē ſurſum 594 29

### II. PARALIPOMENΩN

Adducebant ſinguli munera ſua, ordinarium anni in anno 159 9
Et uidit regina Seba omnem ſapientiā. pag. 898
Et dedit eum in domū ſubuerſionis 200 16
Et ægrotauit Aſa 255
Et poſtea conſociauit ſecum Ioſaphat. pag. 228 20
Poſt hæc aſſociauit ſe Ioſaphat rex cum Achazija rege Iſrael, qui improbus erat ad faciendum 804
וַיְחַבֵּר 2. Reg. 11. legitur וַיֹּאמֶר 158 22
Et cum Ioas fecerunt iudicia 885 24
Vt adferrent de Iehuda, &c. 525
Quare non quæris ſuper Leuitis 180
Et ſtabant ſuper ſtare ſuo 603 30
Et recenſeri ſacerdotem per domū patrum ſuorum 822 31

Et uiſio Vram cum inferno non ſtabit. pag. 239
Et opertoriũ anguſtum eſſet ſecundum colligere ſe 383
Sed per ſubſannationes labij, & per linguam 418
Sed breuius eſt ſtragulum à diſtendendo ſe 895
29 Interturbemini, & obſtupeſcite 426
Et receptus eius, & preſſuram facientiũ ei 452
Et facta eſt nobis uiſio omnis, ſicut uerba libri 556
Væ profundantibus à Iehoua 559
30 Et non auolabit doctor tuus, &c. 350
Boues & pulli, qui colunt terram, pabulum acetoſum, &c. 623
Et ſuper equos innituntur, & confidunt ſuper curribus 879
In quieſcendo & in fiducia erit præualeſcentia 890
Et ſuper librum conſtitue 277
31 Et incedebant extento gutture, & fallaces oculis 892
32 Factum iuſtitiæ pax: Rom. 5. Iuſtificati pacem habemus 631
33 Factum iuſtitiæ quieſcere 890
Auertit ſe Libanus, exciſus eſt 274
Populus leuatus iniquitate 522
Vbi eſt ſcriba, ubi ponderator, &c. 555
34 Quia ſacrificium ipſi Iehoua in Bozra & mactatio magna in terra Ædon. pag. 205
Et uoluentur ſicut liber cœli 240
Ibi nidulabitur ericius, & euadere faciet, &c. 442
Vnum ex illis non eſt ſubtractum, unũ, &c. 666
36 Aurorabo te 840
37 Propter commoueri tuum contra me, & quia tumultuatio tua aſcendit in aures meas, ſtatim ponam, &c. 810
38 Et pater filios ſcire faciet ad ueritatem. pag. 318
40 Et expectantes Iehoua commutabunt robur 255
Poſtquàm audiuit quòd ægrotaſſet & confirmatus fuiſſet 240
Et ſicut leuitas bilanciũ reputatę ſunt. pag. 839
41. & 60 Ponam in campeſtribus fraxinum, ulmum 163
41 Diſpertit malleo laminam ictu 257
Non

Pro eo'q; reiecit populus iſte aquas Siloah 856 8
Feſtina, prædare 238
Et inimicos eius commiſcebit 545
Exarſit uelut ignis ſeditio 806
Et baculum ſuum leuabit cõtra te in uia Ægypti 179 10
Repoſita eorum diripui 877
Habitatores Gebim corroborauerunt ſe 124
Quia repleta eſt terra noſſe Iehoua 318 11
Et olfaciet ipſe in timore Iehoua 352
Precioſiorem faciam uirum, quàm aurum putum 347 13
Quoniam ſtellæ cœlorũ, & ſydera eorum, &c. 387
Onus Babylonis, quod audit 525
Viſitabo ſuper orbe malitiam 92
Sed ne ſic quidem robur eius 372 16
Væ terræ umbræ alarum 383 18
Et amouebuntur loco flumina הֶאֶזְנִיחוּ: aleph interpoſita, à זָנַח 218 19
Et erit terra Iehuda Ægypto in feſtiuitatem 230
Obruti ſunt principes Noph 520
Et erunt poſitiones eius confuſæ 836
Onus deſerti maris 16 21
Filius areæ meæ 98
Et baltheo tuo corroborabo eũ: State lumbis circumcincti baltheo ueritatis, Epheſ. 6. אַבְנֵט 67 22
Et erit deſertum in Carmelum 161
Et iugiter tota die nomen meum inceſſitur: Rom. 2. Nam propter uos nomen Dei βλασφημεῖται 465
Iehoua mãdatum dedit ad Cananæum, ut perdat 584 23
Ad abolendum munitiones eius 865
Aduesperatum eſt omne gaudium 622 24
Obliuiſcitur eius matrix 780
Ecce Iehoua euacuat terram, & eximit eam 658
In die illa requiret Iehoua ſuper militiã. pag. 686
Conuiuium fecium, pinguiũ medullatorum 429 25
Abſorpſit mortem in uictoriam adducens: 1. Cor. 15. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος 514
Sicut grauida appropinquat ad partũ, infirmatur & clamat in funibus ſuis. pag. 227 26
Qui credit, non feſtinabit 238 28

חֻמְאַל pro אֻמְאַל 123
65 Quęſitus ſum à nõ interrogauerunt 181
Quod qui benedicit ſe in terra, benedicet ſe in deo ueritatis 117
Non attingent in uanum neq; pariẽt in præcipitantia 471
Expandi manus meas ad populum 557
66 Antequàm uenit diſtẽſio, emiſit maſculum 226
Et deliciabimini de uniuerſitate gloriæ eius 213
Fratres ueſtri oderunt uos, & remouẽt uos propter nomen meum: Ioan.16. ἀποσυναγώγους facient 476

IEREMIAE

2 Et ambulauerunt poſt uanitatem 184
Num mutauit gẽs aliqua deos, &c. 437
Et quomodo conuerſa es mihi in auerſiones 541
4 Vidi montes, & ecce commouebãtur, &c. 731
5 Quaſi equi laſciuientes manè 211
Remouete propagines eius 498
Noluerunt conuerti 828
Ponent perditionem, in qua homines capient 842
6 A propheta uſq; ad ſacerdotem 368
7 Verbum quod factum eſt à Iehoua ad Ieremiam ſuper cauſis penuriæ 160
9 Sagitta expanſionis 839
11 Perdamus arborem cum pane ſuo 841
Qui comederunt delicatiſſima, afflati ſunt in plateis 862
12 Nunquid quaſi uolucre tinctum eſt hæreditas mea 577
Etſi iuſtus ſis Iehoua, quòd ut tecũ contendam 884
13 Translata eſt Iehuda uniuerſa, translata eſt perfectè הָגְלָת pro הָגְלְתָה 143
An non funes apprehendent te 227
Translata eſt Iehuda perfectiones 860
17 Crocitans quę incubat, & non parit, ita comparans diuitias, ſed non ſecundum iudicium 163
Mons mihi in agro 200
Et dimiſſionem habebis liberè etiam in te 866
Peruerſum cor ad deſperatum: Rom.2. ἀμετανόητον καρδίαν 48
18 Atq; uiri eorum erunt interfecti mortis 201
Et

Non eſt, qui fouet 869 41
Creans cœlos, & extendens eos 495 42
Inflatus eſt 642
Etiam à die ipſe 446 43
Secundum decorem hominis 639 44
Ne timeas ſerue meus Iacob, & Ieſyrum 834 46
Et è loco ſuo nõ diſcedet à faciẽdo 432
Leuant eum ſuper humerum 521
Qui abijcitis aurum ex loculo 209
Voco ab Oriente uolatum 577
Et non obuiàm habebo hominem 639 47
Et ueniet ſuper te malum, nec cognoſces 841
Ecce conflaui te, & non in argentario, &c. 388 48
Et Iſrael non diſgregabitur 403 49
גִּבּוֹר Matt.12. Marc.3. Luc.11. ἰσχυρὸς 128
Et rapina præualido eripictur 631 51
Reſpicite ad petrã, unde exciſi eſtis, & ad caueam 517
Quis credidit auditui noſtro 869
Et non morietur ad perditionem 842
Quis conſolabitur te 492
At Iehoua noluit contundere eum, dolore affecit eum, י pro א 253 53
Et cũ tranſgreſſorib. ſubtractus eſt 444
Ipſe infirmitates noſtras leuauit 524
Et ponam Gagatem ſolaria tua 417 54
Quoniam ſicut mulierem deſertam & contriſtatam 615
Quoniam plures filij afflatæ, quàm filij maritatæ 861
In momento feruoris abſcondi faciem meam abs te ſubitò 740
Omnes beſtiæ agri uenite ad comedendum, omnia animalia ſyluæ 247 56
Non contendam in æternum, neq; perpetuò iraſcar 587 57
Creo fructum labiorum 481
Improbi ſicut mare concitũ, quod quieſcere non poteſt, ſed aquæ eius eijciunt lutum, &c. 505
A carne tua non abſcondiſti te 119. 120 58
Et ueniet ad Zion redemptor 124 59
Et ueniẽt ad te incuruatum filij oppreſſorum 837 60
Quia beneplacitũ habuit Iehoua in te: Matth.3. εὐδόκησα explicuit 273
Repurgate uiam pro populo 557 62
Sicut ſuper omnia, quæ retribuit nobis Iehoua 596 63
Omnia indumenta mea contaminaui

Ecce quibus non erat iudicium 854
50 Primus comedit eum rex Aſſur, & iſte nouiſſimus,&c. 616
Et mugient populi in uanum,& plebes etiam ad ignem defatigantur 148
51 Ecce ego ad te mons perditiſſime 201
Adducite equos tanquã bruchum 551

THRENORVM.

1 Omnes qui honorauerunt eam, abiecerunt eam חִיְּלוּ 209
Impreſſum eſt iugum tranſgreſſionum mearum 889
Quomodo ſedet ſolitaria ciuitas multa populo,&c. 759
Nihil ne ad uos oẽs tranſeũtes uia? 403
2 Quomodo deiecit è cœlo in terrã gloriam 639
Vocaſti tãquàm ad diem ſolennem pauores meos 137
3 Circũſepſit me, ne egrederer, aggrauauit æs meum 494
Collocauit me ſicut mortuos ſeculi 599
4 Filij Ziõ precioſi, & ſtrati cũ auro optimo 547
Spiritus narium noſtrarum unctus Iehoua 843
Dracones extraxerunt mammas, & lactauerunt,&c. 609
Contra animam noſtrã adducimus panem propter gladium diſerti 161.162

EZECHIELIS.

2 Et erat ſcriptum ante & poſt 656
4 Duæ facies uni Cherub, facies hominis,&c. 393
Et obfirmabis faciem tuam cõtra eam: Luc.7.uertit ἐστήριξε 368
7 Neq; de copia eorum, neque de ſonitu ipſorum 198
Iniuria ſurrexit in baculum improbitatis,nihil de illis, neq; de ſubſtãtia eorum,neq; de ſono eorum ibid.
8 Si perforaueritis in Infernum 294
Et afflaui propter uiſionem 863
Ecce ipſi porrigũt palmitem ad naſum ſuum 217
10 Et ecce firmamentum, quod erat ſupra caput 394
11 Aſcenſiones ſpiritus ueſtri ego cognoui 592
Et

Et erratum eorum à facie tua ne deleas. pag. 434 18
Propterea quòd dereliquerũt me,& occultauerunt 502 19
Quæ ſedes in Libano,& nidularis in cedris, quàm gratioſa eris, cũ uenerint tibi cruciatus 263 22
Et hoc nomen eius quo uocabunt, Iehoua iuſtitia noſtra 190 23
Propterea ecce ego quoq; euellam uos ferendo,&c. 498
Vt obliuiſci faciãt populum meum nominis mei 847
Irregulariter ſcriptum עשׂצ 149 25.& 46
Ego Iehoua perſcrutor cor, probo renes 279 25
In die illa uiſitabit Iehoua gladio ſuo duro magno,&c. 410 27
באר pro יבאר 76
Et dabo eos tanquã ficus horribiles 880 29
Et caſtigabo te in iudicio ut uacuando, &c. 518 30
Vſq; quo diuertis te filia auerſatrix:nun paragogica 261 31
Et poſt cognoſci mei comploſi ſuper femur 317
Et tradam uiros, qui tranſgrediũtur pactum meum,&c. 396 34
Et factum eſt,cùm audiſſent omnia uerba 646 36
Ad diſpertiendum inde in medio populi,&c.he eliſa 257 37
Et extraxerũt Ieremiam funibus,& eduxerunt eum,&c. 492 38
Et tulerunt Ieremiam,& deiecerũt eum ad lacum 856
Et dedit ei princeps Laniorum 525 40
Vt ſuffitum faciamus miniſterio cœlorum 197 44
Nunquid ſine uiris noſtris fecimus ei, &c. 615
Sonus eius uelut æris,quia exercitu ueniunt 493 46
Etiam Madmen obmuteſces 65
Et ingredietur prędator ciuitatem & ciuitatem 581 48
Accipite ſaccos, plangite & diſcurrite per ſepes 131 49
Defluxit uallis tua 207
Ego nudaui Eſau,erue abſcondita eius. pag. 275
Et ſi tu ipſe uacando uacaueris 517
Terror tui obruit te 520

cū contēptu animæ propter eiectio-
nem illius ad direptionē מִגְרָשׁ 152
38 Et uniuerſum exercitū tuum, equos & peraſchim ueſtitos holoſerico 676
Et auertam te, & ponam ſpumas in maxillas tuas 828
Aſcendent uerba ſuper cor tuum 595
40 Columnæ erant iuxta frontes, una hinc, & una, &c. 655
43 Et gradus eius reſpicere ad Orientē 653
Et accipies de ſanguine eius, & pones, &c. 390
44 Caput ſuum nō radent, cęſariem nō demittent 387
46 Et ordo ſeu obſeruatio 497
Et munus reuertetur ad principem 827
47 Hic eſt terminus in quo poſſidebitis terram, יא pro יה 131
48 Paludes eius, & lacunę eius nō ſanabuntur 124
Viri redemptionis tuæ 124

DANIELIS

1 Præ cæteris adoleſcentibus planetæ ueſtri 141
Cōſtituit eis rex ordinarium diei in die ſuo 159
8 Ecce hircus caprarum uenit ab Occidēte 584
Et exercitus dabitur contra iuge ſacrificium 656
9 Et pro ala, abominationes 383
11 Et ut albeſcant uſq; ad tēpus finis 407
12 Vſquequò erit finis arduorum 649
Et qui erudiunt, fulgebūt ſicut ſplendor cœli 207
Alij in ignominiam & deſpectionē 350

OSEAE

1 Et meretricādo meretricatur terra à Iehoua 210
3 Ego ſcidi eā mihi pro qndecim, &c. 394
4 Meretricando meretricati ſunt: dilexerunt adducere, &c. 319
Quoniam tu ſciētiam reieciſti, reijciam te 424
Et ad iniquitatem eorum leuāt animam ſuam 523
6 Miſericordia beneplacuit & non ſacrificium 266
Et ſecundum expectare uirum latrūculos, י pro ה 259
7 Inæſtuarunt ſtudio offerendi, tanquam clibanum cor ſuum 744
A ſubagitatione donec infermētaretur ipſa
Et omne, quod circūquaq; ipſum, adiutorium ipſius eſt 586 12
Propter loqui ueſtrum uanitatem 611 13
Et ponā faciem meam in uirū illum 658 14
Cum errauerit quiſpiam, &c. 624
Et medium eius combuſtum eſt 493 15
In medio earum 903 16
Poſt te non eſt facta meretricatio 210
Confiſa es in pulchritudine tua, & meretricata es ſuper nomine tuo 209
Propter effundi æs tuum 494
Iuxta aquas multas in apertione poſuit illud 705 17
Ipſe cognoſcebat uiduas eius 316 19
Et uidit quòd expectatū eſſet, ablataq; eſſet ſpes 321
Et quod aſcēdit ſuper ſpiritū ueſtrū 595 20
Et aſcenſio ſuper ſpiritū ueſtrum nō ſuccedet 593
Et adducam uos in traditione fœd. 448
Reducámne in uaginam ſuam, in locū, ubi creatus es, &c. 374 21
Et uaticinari ad ſyluam agri 826
Ipſe eſt gladius interfectiōis magnę 133
Num eſt imber illi in tempore iræ 153 22
Et ſedebas ſuper lecto glorioſę, &c. 495 23
Indutis uniuerſitate 378
In die, quo tulero ab eis gaudium decoris tui, &c. 639 24
Diem, quo ſuſtinuit rex Babel ad Ieruſalem 550
Cū interfecta fuerit interfectio in medio tui 201 26
De domo Thogarma equos, equites, &c. 668 27
Ad uocem clamoris nautarū tuorū contremiſcent ſuburbana 152
Negociatores tui in uniuerſitatib. 378
Deus ſum coram interficiētibus te, syncope iod 201 28
Tu es Cherub extendens ſe, & protegens 393
Æthiopia, Phul, Lydia, omniſq; mixtura 622 30
Eleuata eſt ſtatura eius ſupra omnia ligna agri, א pro ה 124 31
Et cōmouebo cor populorum multorum 398 32
Et audiuerit audiens uocem tubæ, nec tamen commonefactus eſt 207 33
Et tranſlati eſtis ſuper labium linguæ. pag. 592 36
Qui poſuerunt terram meam ſibi, &c.

mus frangendam 821
9 Qui ædificat in cœlo,&c. 119

IONAE

1 Et perfoderunt uiri,ut reducerent ad aridam 294
3 Si conuertatur & ducatur pœnitentia Deus 317
Et clament ad deum in firmitudine 241
4 In qua ſunt pluſquã duodecim,&c. 875
Qui neſciunt, quid ſit inter dexterã & ſiniſtram 867

MICHEAE

1 Domus Achzib erunt in mendaciũ regibus Iſrael 375
4 Enitere & prehende filia Zion quaſi parturiens 133
Anathematizabo ipſi Iehouæ auaritiã eorum 283
Videbit in Zion oculus noſter 238
Et tu turris gregis,Ophel filię Zion 613
5 Et egreſſiones eius ante originem, & ante dies ſeculi 599
Ex te egredietur,qui ſit dominator in Iacob: ἡγούμενος Matth.2 460
Et ſuſcitabimus ſuper eos octo prę cordi natos homines 504
6 Amplius'ne ſunt in domo improbi theſauri 355
Audite mõtes contentionẽ Iehoua 501
7 Quis deus eſt, ſicut tu, leuans iniquitatem 564

NAHVM

2 Statuta abducta eſt,& ancillæ eius 343

HABAKVK

1 Et nõ egredit̃ ad uictoriã iudicium 514
2 Bibe etiam tu & præputiabere 627
3 Stetit & menſus eſt terram,uidit 598

ZACHARIAE

1 Et domus mea ædificabitur in ea, & funiculum extendetur ſuper Hieruſalem 724
3 Et tu quoq; iudicabis domũ meam,atq; etiam cuſtodies atria mea 166
4 Et educet lapidem capitis eius 525
5 Et pnoctabit in medio domus eius 411
7 Et deturbabo eos ſuper oẽs gentes 552
9 Ecce rex tuus ueniet tibi,iuſtus,ſaluator ipſe,&c. 610
10 Et percutiet in mari procellas 141
11 Eiulate quercus Baſan,quoniã deſcendit 350
12 Et reſpicient ad me quem transfoderunt 178

ipſa 260
Quouſq; non poterunt innocentiã 324 8
Et ſi educauerint liberos ſuos, orbabo. 9
pag. 847
Profũdi ſunt, corrupti ſunt, ſicut in diebus 605
Seminate uobis ad iuſtitiam, metite in 10
miſericordia 351
Ipſe deceruicabit altaria ipſorum 629
Equidẽ diues ſum & inueni opulentiã 12
mihi, און pro הון 187
Quum loqueretur Ephraim horrorem 13
erat ipſe exaltatus in Iſrael 806
Vbi ſunt peſtes tuæ mors? 161
Accipite uobiſcum uerba 419 14

IOELIS

Eiulãt uinitores propter triticũ, & pro- 1
pter 590
Quoniam dedit uobis deus doctorem 2
ad iuſtitiam 352
Populus multus & fortis,ſicut non fuit à ſeculo 601
Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt 690 3

AMOS

Propterea quòd perſequutus eſt gla- 1
dio 841
Sed ſuper quarto reddam ei,id eſt,retribuam ei 828
In tempeſtate,in die turbinis 553
At heri populus meus ſicut inimicus, 2
&c. 431
Quare dicit populus meus,poteſtatem habemus,non ueniemus ad te 767
Et deijcite 858 4
Et numerabit uos in lanceis 522
Et inopes in porta inclinauerunt 880 5
Oderunt in porta arguentem 324
Voluetur ſicut aqua iudicium, & iuſtitia,& torrens uehemens 140
Et non potius portaſtis Succoth regem ueſtrum & Kijun imaginem ueſtrã, &c.pro כיון ῥεμφάν Act.7.legit̃ 368
Stellam deorũ ueſtrorum:Steph.Act.7. ἄστρον 366
Propterea q opprimis pauperem 525
Qui minitamini remotionem diei ma- 6
lo 476
Abominor ego ſuperbiam Iacob 900 7
Sed armentarius ſum, & baiulans Sycomoros 891
Ad paruum faciendum modium 729 8
Et uiuit uia Berſeba 179
Quando tranſiuit menſis ut fragmẽte-


Zo-

Ad liquefaciendum à proximo ſuo beneficium 446
8 Iuxta ſcaturigines radices eius denſæ erunt 238
9 Penetralia Auſtri 132
Si ſimplex ſum, tamen ipſe peruerſum faciet me 620
10 Et rurſum arduũ exhibebis te in me 648
11 Et prçualere ſe in dictis quis poterit 617
12 Effundet cõtemptum ſuper principes, & obfirmationem, &c. 434
13 An folium propulſum plus præualidabis 629
Recordationes ueſtræ erunt dicteria cineris 461
14 Et diluẽt decidua eius puluerẽ terrę 554
Siue honorati ſint filij ſui, ipſe ignorat, &c. 707
15 Neq; irrui, neq; alij irruerunt in me 526
In non die ſuo complebitur, & dũ rhamnus eius, &c. 440
16 Aduerſarius meus acuit oculos ſuos. pagina 416
Deuaſtaſti omnes uiros meos robur meum 337
17 Et omnia mẽbra mea uelut umbra 345
Cõſilia mea diſtracta ſunt poſſeſſiones cordis 355
18 Pone nunc, oppignora me apud te 621
Quoniã mittitẽ ſicut rete in pedes eius, &c. 817
19 Anhelitus meus alienus erat ab uxore mea 211
Non pudet, quòd appareatis mihi 192
Videbo mihi Deum in carne mea 238
21 Oculos uidue non permiſi conſumi 380
Et quid proficiemus, quando, &c. 639
Et ſigna eorum non occultabitis 502
Totus ipſe trãquillus & fortunatus 811
24 Nudum ambulare fecerunt abſq; indumento 194
26 Retinet faciem throni, extendit ſuper illum, &c. 386
Gigantes enitentur ſubter aquis cũ habitatoribus ſuis 235
Et in intelligentia ſua cruentauit ſuperbiam 435
27 Complodet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit 554
Quæ enim eſt ſpes hypocritæ, etiamſi lucratur 357
28 Non ordinabunt eam cum Smaragdo Æthiopiæ 547

ZOPHONIAE

Vlulate habitatores molæ 401 1
Quia extinctus eſt totus populus Canaan 383
Et uiſitabo ſuper omnem, qui tranſibit ſuper limen 173
Væ habitatoribus ad tractũ maris, &c. pag. 397 2
Eritq; tractus maris, habitacula excisionum paſt. 395
Siccitas in limine 280
Sacerdotes abripuerunt legem 260 3
Iudices eius lupi ueſperæ 622
Iudices eius lupi ueſpertini qui non exoſſant in mane 151

ABDIAE

Vir fœderis mei & panis mei ponent compreſſionem ſubter me 212 1

MALACHIAE

Et maledictus, conſumator 501 1
Non amplius reſpicere ad oblationem, neq; accipere 801 2
Si odio habes, dimitte, ait Iehoua deus Iſrael, &c. 385
Ecce ego mittam nuncium meum, & repurgabit uiam in cõſpectu meo 195 3

IOB

Vendicabant eum tenebræ גאל 122 3
Ecce & in angelis ſuis poſuit dedecus & 2. Petri 2. 196 4
Volet caudã ſuam in modum cedri 272
Horruit pilus carnis meæ 551
A mane uſq; ad ueſperam contererentur abſq; apponente 832
Velis furores iræ tuæ, & uide omnem ſuperbiam 272
Verũtamen ego quæram ad Deum 180 5
Non egredietur de puluere dolor 605
Quia ſtulto exitioſa erit ira 389
Capit ſapiẽtes in aſtutia ipſorũ, Paulus ערמה πανουργίαν 1. Cor. 3. & 2. 11. 628
Homo ad laborem naſcitur, & filij uolatilis eleuant ſe uolando 806
In uaſtatione & fame ridebis 840
Sicut aſcendere cumulum in tempore ſuo 591
Ideo uerba mea præcipitata ſunt 411 6
Quæcunq; renuit, &c. ea ſunt tanquàm debilitates panis mei 164
Vtinam appendendo appẽderetur dolor meus 389
Et eſſet adhuc mihi conſolatio, & orarem 547

12 Circũquaq; im,pbi ambulabũt 194.215
15 Tunc acceptabis ſacrificia iuſtitiæ 378
16 Quia non derelinques animam meam in inferno 813
17 Et pinguedine ſua loquuntur ſuperbè. pag. 647
18 Et in ordinem redigit populos ſubtus me 158
Filij alieni emarceſcebant,&c. 130
19 Dies diei eructat, &c. 234
In omnem terram exiuit funiculus eorum 724
Et ipſe egreditur tanquàm ſponſus de protectorio ſuo 271
Neq; ſermo,neq; uerba ſine auditu 869
Non eſt ſermo,neq; uerba, quorum ſonus non audiatur 160
20 Et holocauſtum tuũ impingueſcat 181
21 Inueniat manus tua pro omnibus inimicis 451
22 Pro כָּרוּ ſcribitur כָּאֲרִי 373
Canes circumdederunt me, cœtus,&c. pag. 394
Et erit omnipotens munitio tua 171
23 Parabis coram me menſam 857
Animam meam reducet 820
26 Ad audire faciendum in uoce confeſſionis 869
Et cum abſconditis non ingrediar 597
28 Et cantico meo celebrabo eum 186
30 Canticum pro initiatione domus Dauidis 266
32 Beatus,cui remiſſa eſt iniquitas 392
35 Perſoluerũt mihi malum pro bono 847
36 Quia diſpertit apud ſe in oculis ſuis,ut inueniat 256
Iuſtitia tua ſunt montes Dei 201
Ad inueniẽdum iniquitatem ſuam 451
37 Et non condemnabit eũ,quando condemnabitur 883
Vidi improbum potẽtem & uirentem quaſi indigenam 222
39 Vt ſciam quàm deficiens ſim ego 132
Et dolor meus turbatus eſt 590
Et tabeſcere facis uclut tinea appetibile eius 259
40 Sacrificium & oblationem non uoluiſti 394
In uolumine libri 141
Venabitur eum ad compulſiones 169
41 Et ſtatuiſti me corã te in æternum 343
45 Propterea unxit te Deus, deus tuus, &c. 867
In

Tractus ſapiẽtiæ ſuper margaritas 459 28
Pullatus inceſſi abſq; ſole 253 30
Filij fatui etiã filij ſine nomine percuſſi ſunt de terra 499
Præualeſcere torrentes ad cohabitandum 629
Nocte oſſa mea effodit 519
Rectitudo cordis mei, ſermones mei. pag. 367 33
Aberraſſem & rectũ curuaſſem, ſed nõ æquum fuiſſet 829
Si in uno loquetur, & in ſecundo non obſeruabit 875
Loquere,quia uolo,iuſtitiam tuam 272
Ne quando ira extimulet ad ſufficientiam 887
Cingere mihi modicum, & patefaciam tibi 401 36
A penetrali ueniet tempeſtas 132 37
An cognouiſti libramenta nubium 652
Vitam leunculorum replebis 248 38
Et concluſa duabus ualuis mare 544
Sonitum exactoris non uidit 710
Aut ſi poteris educere planetas in tempore ſuo 222
Quis alam pauoni glorioſam aut ſtruthioni,&c. 268 39
An implebis in palis cutem eius 440 40
Ecce ſpes eius mentita eſt 375
Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię. pag. 839 41

PSALMORVM

לַמְנַצֵּחַ in tit ılis 513
Ego autem ordinaui regem meum 504 2
Oſculamini filium בַּר 58
Iacula ſua ad inflammandũ parauit 174 7
Si retribui pacifico meo malum 155
Ex ore infantium & lactentiũ,&c. 583 8
Deficere feciſti eũ pauliſper à Deo 271
Iudicentur gentes ſuper facie tua 595 9
Pone Iehoua conſtitutionem illis,ut cognoſcant 252
Vide oppreſſionem odientium me 880
Irretitur improbus meditatione ſeu gemitu:Sæla 185
Quare Iehoua ſtat procul 597 10
Enixè urgent uias ſuas 235
Auarus quando benedixit, inceſſit ipſum Iehoua 166.465
Et concludet opprimendo,&c. 508
Inquietus præ ſuperbia uultus ſui nihil quærit 179
Sub lingua eius labor & dolor 605

obfirma 582
Reges exercituum pergent 475.687
Iuxta propelli fumum propelles 476
69 Sit menſa ipſorum coram ipſis in laqueum 857
עז Synonymum legitur Pſal.22.עזי 133
71 Deſcendet ſicut pluuia ſuper uellus 138
72 Deſcendet ſicut pluuia ſuper detōſum. pag. 224
Timebunt te cum ſole 602
Coram ſole filiabitur,&c. 498
73 Aufers omnem meretricantem abs te. pag. 209
Egreditur ex adipe oculus eorum 341
74 Eleua plantas tuas ad præcipitationes perpetuitatis 810
75 Quis menſurauit ſpiritū Iehoua: 1.Cor. 2.ἔγνω 904
76 Glorioſus præ montibus rapinæ 201
7 Deſpoliati ſunt robuſti corde 853
Vt ad reliquum furorum accingas te. pag. 130
77 Adducite munera terrori 350
Tenuiſti cuſtodias oculorum meorum. pag. 871
Etiam calculi tui ibant 275
Deus in ſanctitate uia tua 721
Et dixi ægrotare meum hoc, mutare eſt dextræ excelſi 253
78 Dedit in captiuitatem potentiam eius. pag. 639
Et poſuerunt in Deo conſtātiam ſuam. pag. 387
Et uirgines eius non ſunt laudatæ 192
Eructabo ænigmata ab antiquo: Chriſtus exponit Matt.13. 234
80 Seſſor Cherybim appare 392
Sedem quam plantauit dextera tua כַּנָּה 371
81 Oſores Iehoua mentientur illi 376
8.81.& 82 עַד־מָה quid 153
Et oſores tui eleuauerunt caput 522
48 Quia ſol & ſcutum eſt Iehoua Deus. pag. 872
90 Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectum tuum 589
Et præſtantia eorum labor & dolor. pag. 605
91 A peſte, quæ in caligine uerſatur 161
93 Extollunt flumina contuſionem ſuam. pag. 172
94 Et inconſtantes, quādo conſtantes eritis 387
Lux

In ordinē rediget populus ſubtus nos. pag. 158
Fremant & turbentur aquæ eius 437 46
Propterea non timebimus in mundando,&c. 437
Pro adoleſcentulis,&c. 598
Etenim precioſa eſt redemptio animæ eorum & deficiet perpetuò 132 49
Mors paſcet eos 793
Animalia in montibus mille 201 50
Colligite mihi pios meos, ſcindētes pactum meum, &c. 396
Quando uidebas furem, currebas cum eo 800
Expiabis me Eſopo 242 51
Tibi ſoli, inquam, tibi erratum meum, & coram te maleſeci 263
Ecce ueritatem acceptaſti 299
Et in abſtruſo ſapientiam cognoſcere. pag. 559
Multum laua me ab iniquitate. 701
Miſit manus ſuas in integritates ſuas. pag. 861 55
Attende mihi & audi me, quū deijcior in querela mea 770
Diſpertiuerunt ſupra butyra os ſuum. pag. 256
Propter iniquitatem euaſionem facere eis 651 56
Iniquitates manuum ueſtrarum regulabitis 652 58
Abortiuus mulieris qui nō uidit ſolem: abortiuus, 1.Cor.10. 509
Et in ſiti mea potauerunt me infectura. pag. 261 60
Veni ad deum ſilentium animæ meæ. pag. 175 62
Tota fuit tibi caro mea 381 63
Et nudauerunt aſcenſiones eius 593 64
Abſconderunt nudationem nudādam. pag. 275
Confirmant ſibi rem malam 240
Stillauerunt amœna deſerti,&c. 130 65
Mentientur tibi inimici tui 376 66
Faciam boues cum hircis 631
Venimus in igne, & aqua 77
Cœli cœlorum 623 68
Et ipſius Iehoua ſuſtentatoris ſunt exitus mortis 342
Currus Dei bis dena millia 873
Benedictus Iehoua qui ſingulis diebus imponit nobis 605
Commendauit deus regnum tibi, quod

Inuenimus eam in agris ſyluæ 826
138 Iehoua conſummabit pro me 146
139 Semitam meam & cubile meum circũcinxiſti 221
Scrutare me Deus, & cognoſce cor meum 900
Non occultata fuit oſſeitas mea abs te. pag. 617
Deduc me in uia ſeculi 599
140 Ne concedas Iehoua deſideria improborum 643
141 Dimittantur libere de petra iudices ipſorum 866
Cuſtodi me à manibus laquei 319
144 Non ruptus, neque abortum faciens. pag. 341
עֲמִי legitur pro עֲמִים &c. 374
Penuaria noſtra plena, de ſpecie proferentia ad ſpeciem 210
Laudate nomen Iehoua, quia altum eſt nomen 823
149 Vt uinciant reges eorum compedibus, & honoratos uinculis ferri: 2. Petri Epiſt. 2. δόξας
150 רָקִיעַ translatione facta uocant locum in templo Hieroſolym. 623

PROVERBIORVM

1 Verba aggregatoris filij Dauid, &c. pagina 722
2 Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium. pag. 691
3 Manus ſuas emittit in rectitudine 399
Ne arabis ſuper ſodali tuo malum 286
5 Iniquitates ipſius capient improbum. pag. 416
6 Cum recubueris, obſeruabit ſuper te. pag. 871
Oculos elatos 774
Si qui ingreditur ad uxorem 518
7 Ad diem operimenti ueniet domũ 386
Tumultuaria eſt, & uagabunda 851
8 Per me principes principatus adminiſtrant 476
Audite diſciplinam, & ſapite, & ne ſitis liberi 672
Qui inuenit me, inuenit uitam 643
In principio uiæ ſuæ 179
9 Si ſapuiſti, ſapuiſti tibi, & ſi illuſiſti 412
Et apponite in uinum 899
10 Qui peruertit uias ſuas, cognoſcetur. pag. 317
Et ſuper omnibus tranſgreſſionibus operiet charitas 385

Lux eſt ſeminata iuſto 225 97
Et regnum regis iudicium diligit 583 99
Hunc non præualebo 324 101
Antea terram fundaſti 656 102
Frangent feræ ſitim ſuam 703 104
Facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos 408
Vt inſtitueret principes eius in anima 105
ſua, &c. 511
Motauit terra eorum ranas 897
Alleluia celebrate Iehoua, &c. 192 106
Et miſit tenuitatem in animam ipſorum 778
Euadere fecit eos de perditionibus ip- 107
ſorum 843
Quando iudicabitur 883 109
Genua mea nutauerant præ ieiunio, & caro mea 376
Baculum potentiæ tuæ emittet Iehoua 110
ex Zion 496
Tu es ſacerdos ſecundũ ordinem Melchiſedech 160
Populus tuus liberalitatum, &c. 186
Ex matrice auroræ tibi ros, pueritia tua. pag. 841
Cum egrederetur Iſrael ex Ægypto. pa 114
gina 418
Factus eſt Iehoua in ſanctificationem. pag. 721
Et opitulabitur mihi 358 116
Lapis quem reiecerunt ædificantes, hic 118
factus eſt 654
Extincti ſunt uelut ignis ſpinarum 177
Ab omni ſemita mala prohibui pedes 119
meos 379
Labijs meis receſſui omnia iudicia, &c. pag. 884
Conuertere ad me, & miſerere mei 885
Multùm cohabitauit ſibi anima mea. 120
pag. 850
Heu mihi qui peregrinor apud Meſech 459
Multùm ſatiata eſt anima noſtra ſubſan 123
natione tranquillorum 811
Ecce hæreditas, Iehoua, filij merces fru 127
ctus 853
Comedentes panem dolorum 615
Sicut herba tectorum, quæ antequàm 129
educta eſt, aruit 861
Anima mea ad Iehoua pluſquàm cuſto 130
dum 871
Propter Dauid ſeruum tuum, ne auer- 132
tas faciem 657


At

Potator & comeſſator φάγος ϰ̀ οἰνο-
πότης 536
24 Ne comedas panem mali oculi 538
Time Iehoua, & regem, cum mutanti-
bus ne immiſceas te 874
25 Operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ.
pag. 385
Lingua mollis frangit os 150
Quia tu deſumis prunas ſuper caput e-
ius, Paulus Rom. 12. σωρεύσεις 292
26 Sapiētior eſt piger in oculis ſuis quàm
ſeptem qui reſpondent ſapienter 817
Magiſter præſtat omnia, ſecus ſi quis.
pag. 564
Sicut ſcrupulus lapidis in aceruo, ita
qui tribuit ſtulto honorem 766
Vt eſt argētum ſcoriarum opertum te-
ſta, ita ſunt labia ardentia 174
Condit piger manum ſuam in frixori-
um, & hanc piget referre ad os ſuum.
pag. 26.702
27 Cognoſcendo cognoſce faciem gregis
tui 657
Et uir acuit faciem ſodalis tui 657
28 Qui feſtinat diteſcere & alijs inuidet, i-
gnorat quòd immiſericordia eueniet
ei 268
Qui feſtinat diteſcere, non uacabit 518
Ambulans ſimpliciter euadet, ſed per-
uerſus 620
Mali non intelligunt iudicium, ſed qui
quærunt 884
29 Qui delicatè educat à pueritia ſeruum
ſuum, &c. 498
Rex in iudicio ſtabiliet terram, ſed
uir 885
Tremor hominum præbebit laque-
um 282
Et puer dimiſſus pudori eſt matri ſuæ.
pag. 856
Vir ſapiens iudicatus 883
30 Verba Agur filij, &c. 525
Tria iſta ardua ſunt ſupra me 649
Via aquilę in cœlo, uia colubri ſuper
petra, &c. 597
Infernus & præualeſcentia matricis.
pag. 618
Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, adfer, adfer,
&c. 319
31 Aperi os tuum pro muto in cauſa om-
nium filiorum mutationis 255
Des mulieribus ſubſtantiā tuam, & uias
tuas, &c. 434

At perturbat carnem ſuam crudelis 814 11
Qui confidit in diuitijs ſuis, ipſe cadet.
pag. 387
Anima benedictionis impinguabitur.
pag. 351
Impendit animam uir miſericordię 265 12
Radix iuſtorum dabit 898
Stulti in die cognoſcetur ira eius 320 13
Et qui diligit eum, aurorat illi eruditio-
nem 840
Spes prolongata, ægritudo cordis 153 14
Vita carnium cor remiſſionis 798
In ore ſtulti, uirga ſuperbiæ 245 15
Labefactare cogitationes in non cōſi-
lio 644
Liber caſtigatione odit animam ſuam.
pag. 672
Qui uariat in uerbo, ſeparat ducem 668 16
Et nuncius crudelis mittetur in illum, 17
&c. 375
Non decorum eſt ſtulto labium excel-
lentiæ 362
Et precioſus ſpiritu uir intelligentiæ.
pag. 347
Pro cupiditate quærit ſeparatus 668 18
Multi anxiè expectant faciem magni- 19
fici: 2. Corin. 9. Hilarem datorem dili
git deus 476
Melior eſt pauper ambulans in ſimpli-
citate ſua 38
Filius ignominioſus & pudendus 274
Magna ira adferet detrimentum 521
Moderatio hominis differt iram ſuam.
pag. 564
Gloria eſt uiro, ceſſatio à lite 822 20
Lucerna Iehoua eſt halitus hominis.
pag. 528
Tolli ueſtimētum eius qui ſpondet pro
alio, & propter alienam obliga eum.
pag. 226
Donum in abſcondito incuruat iram. 21
pag. 390
Peruerſa eſt uia uiri alieni 212
Nónne ſcripſi tibi trifariàm 862 22
Ne ſitis inter illos, qui ſpondent 525
Coram regibus ſtatuet ſe 343
Qui callidus eſt, uidet malum 562
Tanquàm aquila auolabit in cœlum. 23
pag. 579
Exultando exultabit pater iuſti 135
Nam potator & comeſſator ad inopiā
redigetur: Chriſtus hoc זלל reddidit
φάγος 215

NEHEMIAE

2 Et non fueram malus in cōſpectu eius. pag. 791
Quomodo non malę eſſent facies meę. pag. 353
3 In illo die prælectum eſt in libro Moſi 622
Et reliquerunt ſuper iniquitates uſq; ad murum 585
4 Neq; operias ſuper iniquitates eorum, & erratum eorum à conſpectu tuo. pag. 388
7 Et recenſiti ſunt portarij & cãtores 665
9 Dediſti eis iudicia recta, & conſtitutiones ueritatis 352
11 Et Nethinim habitabant ad Ophel 613
13 Conſtitui cuſtodias ſacerdotum & Leuitarum 872

ESTHER

1 Nec erat cogens אֹנֵס 47
2 Et dixit ut afferrent librum recordationum de uerbis dierum 215
Et dedit munera iuxta manum regis. pag. 313
Quum dicerent ad illum die & die 320
3 Ad principes populi & populi 602
7 Et cùm uerbum egreſſum eſſet ex ore regis, ſtatim faciem Hammoni operuerunt 271
8 Et multi ex populis terræ Iudaizabant. pag. 316
9 Ideo uocarunt dies illos Purim 644

Et dat cibum domui ſuæ, & ſtatutum puellis ſuis 278

CANTICORVM

Canticum canticorum 834 1
מֵישָׁרִים ponitur pro יְשָׁרִים 360
Apprehendite nobis uulpes 879
Tempus inciſionis ſeu putationis attigit 217 2
Scaturigo obſerata 141 4
Turres longinquitatum מִגְדָּלוֹת 131 5
Et cæſaries capitis tui ſicut purpura, ſicut rex, &c. 769 7
Et palatus tuus ſicut uinum optimę 323
Ego erga dilectum meum, & erga me accurſio ipſius 833
In die loquetur de eo 158

ECCLESIASTIS

Ne dicas corã legato, ignorãtia eſt 195 5
Quia in protectione ſapiẽtię eſt in protectione argenti 699 7
Non ſis iuſtus nimium, neq; apud te ſapiens 863
At obfirmatio faciei illius mutabiť 583 8
Et ędificabit contra eam receptus magnos 452 9
Væ tibi terra, cuius rex puer 507 10
Transferẽs lapides dolore afficieť 546
Quia homo uadit ad domum ſeculi ſui. pag. 599 12

ESDRAE

Et ad eum congregabantur omnis tremens in uerbis Dei Iſrael 281 9

# NOVVM TESTAMENTVM

LOCI MATTHAEI

Ἐπικεσίαν uertit גּוֹלָה 143 1
ἐν γαστρὶ ἔχουσα חָרָה 202
עַד contra Heluidium 574
Galilæa Gentium 141 4
πέραν מֵעֵבֶר 566
Qui angariauerit te & נָגַשׂ & ἀγγαρεύω. pag. 475 5
Tranſire cœlum & terram, Luc. 16. & 2. Petr. 3. עָבַר 565
Gehenna ab Heb. גֵּי הִנֹּם 199 6
Chriſtus reddidit הוֹד δόξα 186
Si remiſeritis hominib. errata ſua חַטָּאוֹת. pag. 264
Ne ſitis ſoliciti uitæ ueſtræ 247
Nõne anima pluris eſt, quàm cibus 511
Rogate dominum meſſis, ut extrudat. pag. 856 9
10 Nõne duo paſſeres minuto aſſe ueneũt, & unus ex illis non cadet 508
Non ueni pacem mittere, ſed gladium. pag. 860
11 In illo tempore reſpondens Ieſus dixit, Gratias ago 608
Gratias ago tibi pater, quòd abſconderis hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis: Prou. 1. פְּתָאִים νηπίοις 680
12 In principe dæmoniorum eijcit dæmonia בַּעַל זְבוּל 205
Omne regnum in ſe diuiſum affiabitur. pag. 863
13 Abſcondit in ſatis farinæ tribus סְאִים. pag. 534

De

Noli timere puſille grex 433
Videte & cauete ab auaritia, quia non, &c. 386
14 Exi in uias & ſepes 131
18 Dico uobis, deſcẽdit hic iuſtificatus in domum ſuam 446
Deus autem non faciet uindictam electorum 166
22 Quærebat opportunitatem ut traderet illum ſine turba, ὄχλῳ הָמוֹן 198
Qui poteſtatem habent, benefici uocantur, εὐεργέται & נְדִיבִים 476
23 Stabant omnes noti eius procul 317
Nullam cauſam inuenio in eo 884
24 Et ipſe inconſpicuus factus eſt ab illis. pag. 592

IOANNIS

1 Filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis 279
3 Qui accepit teſtimonium, is obſignauit quòd deus uerax ſit 293
4 Hũc enim pater obſignauit Deus. ibid.
Ieſus ſedebat ſuper fontem 595
5 κολυμβήθρα בְּרֵכָה 7
Scrutamini ſcripturas 181.182
6 Caro non prodeſt quicquam בָּשָׂר 119
Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater, &c. 459
8 Principum qui loquor uobis 189
9 Vade laua in piſcina Siloam 856
10 Bonus paſtor ponit animam 511
13 Animam meam pro te ponam 832
17 Mundus: & Luc. 16. Filij ſeculi: ut Pſal. 73. Improbi ſeculi 590
19 Videbunt in quem ἐξεκέντησαν 178

ACTORVM

1 אַלּוּף ὁδηγός 36
2 Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus mortis 217
5 His autem auditis diſſecabantur 725
7 εἰς τὰς διαταγὰς 160
Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, &c. 171
Suſcepiſtis tabernaculum Moloch 544
8 ἐπίνοια מְזִמָּה 216
In felle amaritudinis & colligatione iniquitatis uideo te eſſe 757
9 Paulus uas electionis 380
10 Nunc in ueritate comperi 316
13 Facta autem die, collegerũt ſe quidam ex Iudæis 283
15 ἀπ' αἰῶνος, à ſeculo ſunt deo nota omnia hæc, &c. 601

De muliere, quæ fracto alabaſtro 867 14
Gehenna ab Hebraic. Gehinnom 140 16
Petrus es Simon Bariona, quia caro, &c. 390
Et portæ inferorum non præualebunt ei 880
διεστραμμένη Deu. 32. Generatio peruerſa & diſtortiſſima פְּתַלְתֹּל 682 17
An oculus tuus malus, quòd ego bonus ſum 353.791 20
ἐσείσθη commota eſt, רָעַשׁ reſpondet 171 21
Oſanna filio Dauid, benedictus, qui uenit, &c. 358
Plena ſunt πάσης ἀκαθαρσίας אֲשָׁמֵן 62 23
Ecce in penetralibus 132 42
Qui eſt in agro, non reuertatur, ut tollat ueſtes 45
Niſi decurtati fuiſſent 285
Pauperes ſemper habebitis 131 26
Et uenerunt in locum qui dicitur Golgatha 142 27
Quum uideritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt 892

MARCI

Non poſſunt filij thalami nuptialis 271 2
Primo azymorum cùm paſcha immolarunt 205 14
Et cum iniquis ἐλογίσθη 444 15

LVCAE

Exultauit ſpiritus meus ἀγαλλιῶμαι & גִּיל 134 1
ἱερατεία זֹרֵל 156
Quomodo fiet iſtud, quoniã uirum nõ cognoſco 317
Ego ſum Gabriel, qui aſtiti 343
Edixit edictũ ut deſcriberetur orbis 98 2
Et gloria circumfulſit eos כָּבוֹד δόξα, &c. pag. 365
Per uiſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus, &c. 781
Et diuulgabatur fama in omnẽ locum undique finitimæ regionis 141 4
Non poteſtis facere ut filij thalami 271 5
Eſtote miſericordes, ſicut pater ueſter. pag. 267 6
Et ab eo, qui aufert tibi pallium 450
Increpauit uẽtum & tempeſtatem 148 8
Facies eius erat uadens 658 9
Qui exercuit miſericordiã in illum 266 10
Martha, Martha ſollicita es, &c. 281
Quod in aurẽ loquuti eſtis in penetralibus, prædicabitur in tectis 132 12
Sicut fulgur, coruſcãs de ſub cœlo 292

15 Factus eſt primus Adam in animam ui uentem 528
Vbi uictoria tua inferne 729

II. CORINTHIORVM

1 Quin ipſi in nobis ſententiam mortis acceperamus 434
6 Cor noſtrum dilatatum eſt, non eſtis an guſti, &c. 779
11 In hac ſubſtantia gloriationis 616

AD GALATAS

1 Secundum hominem κατ' ἄνθρωπον 7
2 ὀρθοποδεῖν אשר 62
5 Ocioſi eſtis facti à Chriſto, quicunque per legem 672

EPHESIOS

1 Ad dextram Dei ſedere, quid dextera, יָמִין 40.41
Vt capitularet omnia per Chriſtũ 757
4 Iraſcimini, & nolite peccare 764
Non contriſtetis ſpiritũ ſanctũ Dei 615
5 Huius rei gratia relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ 155
φραγμὸς גדר 131
6 Iacula ignita 174
Vt mihi detur ſermo in apertione oris mei cum libertate 682

II. THESSALONICENSES

4 Ne quis ὑπερβαίνειν in negocio fratrem. pag. 788

COLOSSENSES

2 Nõ ad honorem aliquem ad expletionem carnis, כָּבוֹד τιμή 366
4 Orantes ſimul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis 682

PHILIPPENSES

1 Nec in ullo πτυρόμενοι 629
Luminaria in mundo מְאוֹרוֹת miniſtri 6
3 Quorum Deus uenter, &c. 162
Rom. 8. Ioan. 3 Matth. 16. Ioan. 8. 1. Corinth. 15. 109

I. TIMOTHAEI

1 Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti iuxta delegationem dei 196
3 Columnæ & firmamentũ ueritatis 373
5 νεωτέρας, i. porrò iuniores uiduas, &c. 209
Obteſtor in cõſpectu dei: ut Deu. 4. 571
6 Neq; ſpẽ ponant in diuitijs incertis, ſed in deo uiuẽte, &c. Eſt autem quęſtus magnus pietas μετὰ αὐταρκείας 170
Qui uolunt diteſcere, incidunt in tentationem, &c. 268

II. TIMOTHAEI

2 πιστὸς ὁ λόγος נֶאֱמָן 464

AD

ROMANORVM

Vocatus ad munus Apoſtolicum 650 1
ἐφευρετὰς κακῶν, uocat Prou. 12. Viri machinationum 216
ἀστόργους אַכְזָרִי uocat 267
τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, id eſt qui ſunt ex cõtentione 614 2
Iuſtificantur autem gratis per illius gratiam & חִנָּם 264 3
Paulus operculum Græca uoce ἱλαστήριον appellat 392
Legẽ igitur irritam facimus per fidem? abſit, &c. 726
Et imputatum eſt ei ad iuſtitiam 288 4
Signaculũ fidei circumciſio חוֹתָם σφραγίς 293
Iuſtificati igitur ex fide pacẽ habemus. pag. 393 5
Cum ſerui eſſetis peccati, liberi, &c. 274 6
Peccatum occaſione accepta per pręceptum ἐξαπατήσει 263 7
Quis liberabit me à corpore 433
At ego uenundatus ſub peccatum 438
Et de peccato condẽnauit peccatũ 264
Quod impoſſibile erat legi propter carnem 414 8
Quicunque ſpiritu dei aguntur 662
Deus eſt qui iuſtificat, quis ille qui condemnat 805
Nam finis legis, Chriſtus 380 10
Ad iracundiam commouebo 388
Quiſquis inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit 742
Miniſterium meum illuſtro, &c. 814 11
Non in comeſſationibus, &c. 382 13
בֹּחֵן ἱερουργεῖν 363 15

I. CORINTHIORVM

Quis cognouit mentem Iehoua 771 2
Dies enim declarabit 320 3
Mihi uerò pro minimo eſt, ut à uobis diiudicer, &c. 320 4
φύραμα uertit בָּצֵק 209 5
Suſtinet aliquis ueſtrum, negocium habens 883 6
Præterit enim habitus huius mundi 598 7
Satius nubere quàm uri 571
Sed nõ in pluribus eorum beneplacitũ habuit deus, רָצָה reddidit εὐδοκεῖν 273 10
Hoc facite in recordationem 114 11
Diuiſiones donorum ſunt, &c. 257 12
Sed hęc omnia efficit unus ille, & idem ſpiritus 17
עֲלִיל νήπιος 590 13

6
27 N
42

Fa17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

11-G-14

11.2.17